
# ISAGOGE CHRONOLOGICA

## LIBER I.


ISAGOGE
CHRONOLOGICA
HOC EST
INTRODVCTIO
Ad cognitionem Temporum et
Rerum, quæ Extiterunt
a Mundo Condito ad
Usque Annum. Salutis 162
LIBER PRIMVS
Per R. P.P. Henricum
Haruillæum a Grangia
Palatiolæa.
Concionatorem
Capucinum.
LVTETIÆ PARISIORVM
Sumptibus NICOLAI BVON
via Iacobæa sub signis
S. Claudij et Hominis
Siluestris.

# ISAGOGE CHRONOLOGICA
## HOC EST
# INTRODVCTIO

AD COGNITIONEM TEMPORVM ET RERVM, QVÆ EXTITERVNT A MVNDO CONDITO, ad vſque Annum Salutis Milleſimum Sexcenteſimum & vigeſimum.

*Opus nouâ methodô conſcriptum: ſed vtiliſſimâ Chronologis, & Sacræ Scripturæ ſtudioſis.*

## LIBER PRIMVS:

COMPLECTENS SOLIDE, VELVTQVE SCHOLASTICO MORE, DIFFICVLTATES OMNES, quæ reperiuntur circà Summas & Metas præcipuarum Temporis Periodorum conſtituendas.

*Dicatus Sanctiſſimo Papæ VRBANO huius nominis VIII.*

PER R. P. HENRICVM HARVILLÆVM, A GRANGIA Palatiolæa, Concionatorem Capucinum.



PARISIIS,
Sumptibus NICOLAI BVON, viâ Iacobæâ ſub ſignis S. Claudij & Hominis Silueſtris.
M. DC. XXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

# SANCTISSIMO
## PAPÆ
## VRBANO VIII.

*BEATITVDINI Vestræ, Sanctissime Pater, debetur opusculum istud, titulus peruarius. Etenim si spectetur subiectum eius: est Mundi quidem Historia; sed Mundi progenies per rectam quandam successionum seriem deducta, cuius auxiliò licebit cuilibet, etiam luminibus orbato, conspicere Sanctam Omnipotentis Ecclesiam, à suis Orbísque incunabulis, ad vtriusque nunc prouectam ætatem, visibiliter propagatam. At quis sibi talem vendicet Indicem: nisi quem visibile suum Caput istamet indice suò Sancta nunc prodit Ecclesia? Quis meritò magis Genealogiæ Mundi suam reclamet delineationem: quàm qui totius totam iam in se contrahit, tanquàm vltimus in viuis agens Pater, Mundi generationem? Quis circulum arroget sibi totius diuinæ familiæ: nisi qui, sicut primus quondam omnium nascente Mundò genitor, futuræ circumuolutioni sobolis illius sacræ primordia dedit, ita postremus nunc existens cunctorum Mundò senescente parens, clausæ iam ferè sacratioris eiusdem parentelæ reuolutioni complementum addit? Si spectetur natale solum: est illi patria Franciæ regnum. At quem animò respiciat cordatiori cordatum illud regnum: quàm eum, qui non modò, velut omnibus Christianis, vniuersalis est ei diuinus pater, sed etiam singulari ratione singularis; vt qui Christianissimum & pijssimum eius Regem, nunc primogenitum suum diuinitùs filium habet? Dicamne, qui iam olim in Franciam Nuncius Sanctæ Sedis, intuens primogenitum Henrici Magni filium Sedis illius nomine de sacro Baptismatis fonte leuari; sicut illum vidit vnicum tunc generatione tanti Monarchæ natum: sic eundem intuetur nunc vnicum regeneratione termaximæ matris Ecclesiæ, cuius, Pontifex Maximus, sponsus est, filium? Dixerim, qui sicut olim primogenitum Ecclesiæ Henricum Magnum Franciæ delicias & cor vidit, fouit, coluit,*

*ac dilexit sic eiusdem Monarchæ primogenitum iure naturæ Ludouicum XIII. nunc suummet atque Ecclesiæ iure Fidei primogenitum, inspicit, amat, peramat, diligit, ac paternò corde complectitur. In Franciæ ergò campis ortus hic primitiarum fasciculus, debetur Summo Sacerdoti, Franciæ nostræ Patri, Parenti, Dilectori. Si collectoris istius fasciculi ratio habetur aliqua: Religiosæ militiæ nomen ille dedit: in Euangelica B. Francisci Regulæ sacramenta iurauit. At cuiusnam fuerit plenumius in ramusculi fructum: nisi cuius & plenissimum est in arborem ipsam dominium? Voto speciali præ cæteris militantium castris, promittit Euangelicus ordo Franciscanus Summis Pontificibus Obedientiam & Reuerentiam: ex quo Summum pro tempore Pontificem existentem agnoscit familia seraphica, tanquàm primum suum Superiorem regularem. Num primo suo superiori non debeat, etiam minimus omnium subditus, totum quod est, totum quod potest, totum quod agit? Accedit huic titulo, Summum nostrum Pontificem, Summum nostræ Franciæ Patrem, Summum ordinis nostri Superiorem, habere conscriptum fidelem stationis nostræ commilitonem, animæ dimidium suæ, charissimum suum fratrem. Quasi summus ille sapiens, qui testimonio sapientis attingit à*
Sap. 8. v. 1. *fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, vt ima summis per media commoda iungat, ità suæ virtutis professoribus prouiderit, vt inter infimum humilitate quod instituit, & supremum authoritate quod constituit, tanquàm corpus inter pedes & caput, tanquàm elementum symbolum inter solum & cœlum, medium quendam collocet, quem sicut terræ decorauerit affinitate, sic cœli beauerit consanguinitate. Haud multùm dispari quondam ratione, dilector ille populi sui, supremum ei præficiens Moysen, germanum Moysis Aaronem medium quoque dedit. Itaque quasi per manus Aaronis nostri, Moysi quoque nostro, quod commendauit Deus, quod noster modulus fert, in ornamentum tabernaculi sui, licet infimorum è plebe modicissimus ego, munusculum hoc profero, do, dono, dedico. Sed erit qui postulet, quomodò munus adeò tenui filò contextum, in augustum adeò decoramentum, in venerandas adeo manus superaugusti Pontificis conijcio? Tenuissimum quidem rudèque multùm esse respondebo, si textoris inspiciatur industria. Verùm, si grauem in obiecti materiam, necnon in aliquam eius ordinationem, perspicax infigatur intuitus, maximum maximo præsentari videbitur. Est enim obiectum illud tantis impactum diuitijs, adeò diuersis auri velut & argenti filis intertextum, discoloribus etiam vniuersi quasi generis recamatum, lapillis denique pretiosis passim tanquàm superinductum: vt, si minora nunc munera nostrum non respuat tabernaculum, apud ipsum quoque non vltimum speret opus istud obtinere coaptamentum. In angusto sum, cui meritò magis comparari valeat, an horto & nemori Regis illius permaximi, quem Assuerum Liber Esther initio vocat, Artaxerxem Longimanum nonnulli verisimiliter dicunt: an potius ve-*
Esth. 1. à v. 5. *stibulo horti & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat, & pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbasini, ac hyacin-*

*thini, sustentata funibus byssinis atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur, Lectuli quoque aurei & argentei super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide depicti erant, quod mirâ varietate pictura decorabat? An etiam ei, quod ibidem describitur grande paratum conuiuium principibus & pueris suis fortissimis Persarum & Medorum inclytis, & praefectis prouinciarum, vt ostenderet diuitias gloriae regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potentiae suae; cùmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum, & iussit conuiuium parari in vestibulo horti & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. In quo conuiuio bibebant qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur: vinum quoque vt magnificentiâ regiâ dignum erat, abundans, & praecipuum ponebatur; nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, praeponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. In quo conuiuio, die septimò cùm rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset merò, praecepit septem Eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, vt introducerent reginam Vasthi coram rege, positò super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius. In quo conuiuio postquam Vasthi renuit, & ad regis imperium, quod per Eunuchos mandauerat, venire contempsit, iratò rege decretum est, vt nequaquàm vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quae melior est illâ, accipiat: dein placitum, vt quaecumque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Per quod denique conuiuium Esther inuenit gratiam in conspectu illius, qui praecepit Eunucho, vt tàm ipsam quàm pedissequas eius, ornaret atque excoleret: Vndè formosa valdè & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis, itemque ducta ad cubiculum regis, & hoc, septimò annò regni eius, tandem adamauit eam rex plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vasthi. Non carent hac mysterijs. Ad intenta properemus. Si subiectum operis huius, horto & nemori regis illius magni comparauero: non inanis erit collatio. Quid enim in hac Chronologiae congerie reperire sit: nisi florum, fructuum, arborum omnium digestam ex ordine dispositionem? Quid nisi cunctarum rerum ordinatum oculis mentis decorem? Si vestibulo horti & nemoris: propius aderit comparatio; nec tamen hortum ipsum excludet aut nemus. Nam quid in illa Mundi, stupenda dixerimus an miranda, veriùs miranda simul & stupenda compositione, diuino cultu, diuinâ manu consita, diuinis, inquam, manibus illis, quae sunt tornatiles aureae, plenae hyacinthis, libet conspicere: nisi generis omnis creaturarum ineffabile decus & ornamentum? Mundus iste visibilis, hortus est ac nemus omnipotentis Dei: cuius ex omni parte pendent tentoria coloris omnis, marmoreis suffulta columnis, strata lectulis & pauimento variò. Verùm, singula quaeque mit-*

Margin notes: Ibidem à [illegible] · à vers. 7 · à vers. 10 · à vers. 12 · Cap. 2 vers. 9. · à vers. 15 · Cant. 5. vers. 14.

*tens, quod præcipuum eſt attendo. Quid in illa Mundi Generationum,*
*atque Regiminum ordinatione magis eluceſcit, quàm, ſi Deum Op-*
*timum Maximum eloquimur, Creatoris omnipotentia, ſapientia, bo-*
*nitas, prouidentia, gubernatio, ſimiliaque Diuinitatis attributa, prædi-*
*cata, notitiæ? quàm, ſi homines profamur, rationalis creaturæ product..,*
*conditio, mores, virtutes, vitia, fines? quàm, ſi Deum & hominem il-*
*lius meritum, iſtius debitum, iſtius tandem ſecundum opera ſua caſtiga-*
*tio vel renumeratio per illum? Ad ſummi regis conuiuium verbò defle-*
Luc. 14. vs. 16. *ctamus. Conuiuium illud eſt ab initio mundi præparatum, ab eo qui fecit*
Matth. 22. vs. 2. *cœnam magnam, qui fecit nuptias filio ſuo. Cibi ſunt, quicquid in Orbe*
*per creationem, legiſlationem, inſpirationem, gratias cœleſtes, huma-*
*nam paſcere poteſt mentem. Vinum magnificentia regiâ dignum, doctri-*
Isai. 11. vs. 9 *na cœleſtis, per quam repleta eſt terra ſcientiâ Domini, ſicut aquæ maris*
*operientes. Paratum equidem conuiuium principibus ac præfectis fortiſ-*
*ſimis & inclytis. Ad ipſum tamen inuitatus quoque populus omnis, qui*
*reperitur in terris, à maximo vſque ad minimum. Totum verò hoc, vt*
Sap. 13. vs. 5. *oſtendat Rex regum diuitias gloriæ ſuæ, magnitudinem potentiæ ſuæ. A*
*magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator ho-*
Rom. 1. vs. 20. *rum videri. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta*
*ſunt, intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diui-*
Sap. 1. vs. 7. *nitas. Quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod*
*continet omnia, ſcientiam habet vocis. Comedentibus inferuntur cibi,*
*vaſis alijs atque alijs: vinum poculis aureis: non eſt qui nolentes cogat,*
*ſed ſingulis menſis ſinguli principes præpoſiti ſunt, vt ſumat vnuſquiſ-*
*que quod voluerit. Scilicet, ſcientia Dei diſtribuitur inferioribus à præ-*
Ephes. 4. vs. 7. *poſitis, ſecundum menſuram donationis Chriſti: Deus ipſe limpidiores eius*
*latices per auream ſuam charitatem, per Spiritum ſuum Sanctum pro-*
*pinat: vnuſquiſque pro voluntatis affectu ſalutares illas expreſſiones po-*
*tat. Poſtrema conuiuij perpendenda. Deus ipſe factus homo, ſeptimo*
*conuiuij die, ſeptimâ Mundi tempeſtate, poſtquam præcipuò doctrinæ*
*ſuæ calice, pretioſò merò proprij ſui ſanguinis hauſto, per immenſam ſuam*
Gen. 9. vs. 21. *charitatem incaluit, & tanquam alter Noë bibitò vineæ ſuæ muſtò, nu-*
Thr. 12. vs. 5. & *datus in cruce, iacuit in tabernaculo ſuo: præcepit ſeptem ſpiritibus, qui*
Apoc. 1. *in conſpectu throni eius ſunt, vt introducerent coram ſe Synagogam,*
*nouis indumentis ornatam, poſitâ præcellenti ſponſæ coronâ ſuper eam,*
*vt oſtenderet cunctis populis pulchritudinem ſtirpis, documentorum, &*
*cœleſtium tot benefactorum in eam. At illâ renuente, diuertit Rex ad*
*aliam: Gentilium eligit gentem (Romanam rerum dominam), electam*
*ornat, ornatam amat, amatam diademate donat: in gratiam eius pe-*
*diſſequis etiam generationes decorat, excolit, ac deaurat; vnde formo-*
*ſam valde atque incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſam &*
*amabilem, introductam in cubiculum eius, ſeptimâ quam ſtatuimus*
*Mundi Periodo, tanquàm regni ſui ſeptimò quodam annò, tandem*
*adamauit eam rex plus quàm omnes alias, habuit illa gratiam & mi-*
*ſericordiam coram eo ſuper omnes, fecitque ipſam regnare locô Synagogæ.*

Hæc

*Hæc est Ecclesia Romana. Hæc est quam Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipsi sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Hæc est quæ lætabunda canit: Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, in cubiculum genitricis meæ; Introduxit me rex in cellaria sua: in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Hæc de qua concinit ipse: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa genitrici suæ; Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Terribilis vt castrorum acies ordinata; Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Vtique, de qua Sponsus æternus decreuit, decretum ipsemet ore proprio promulgauit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Vtique, cuius nunc, ô ter Beatissime Pater, tanquam illius Sponsi vicarius legitimus, illius Petri successor dignissimus, existis Caput, Moderator, alter Sponsus, alter Petrus, Pater amantissimus, Pater amatissimus, Summus Pontifex, Pontifex vigilantissimus. Sed pedem ab Oceano retrahamus. Ad omnia hæc ingressum non tantùm exhibet subiectum istud, verùm etiam plurima tantorum mirabilium conspicienda præbet ab ingressu. Non incassum igitur vestibulo horti & nemoris* Μακρόχειρος *illius fuerit ipsum comparatum. Paucis claudam. In mentem redit paucis iterum hoc opus horto nemoríque comparare. Constitum patet ipsum adeò variis intellectus & voluntatis obiectis in Scriptura Sacra contentis, vt iure vocari habeat Sylua scientiæ & pietatis. At cuinam offeratur, cuinam debeatur: nisi Pontifici, quem velut hortum suum ac nemus ornauit longa Summi Regis manus, omnibus litterarum & deuotionis oblectamentis? Qui Mundum vniuersum ardet vnicum videre factum Religione Catholicâ Superni Regis hortum ac nemus? Cuius in hoc flammantia studia (dignum Pontificiâ pietate monimentum) componit ex animo flammea sua charitas, viscer alis sua dilectio Patris? In mentem quoque redit, non satis vsquedum nos pro votis iniectam istius muneris eluisse paruitatem. Sit illa plus adhuc tenuis quàm obijcitur. Sit aqua simplex & elementaris, quâ nihil quod offeratur, simplex aut tenue magis. Ex aquis tamen ortum ferunt, quicquid a terra cœlum Empyreum amplectitur. Ex aqua puluerem hominem factum Scripturæ Sacræ contestantur. Ex aquis regeneratum humanum genus proclamat Euangelium. Forsan ob quid simile Sinetas ille Persa, nihil habens quod offerret Artaxerxi Memori, maximo regi Persidis, lymphas de flumine sumptas porrexit ambâ manu: symbolum, quò notum faceret, affectu se donare mundum quendam vniuersum. Sic igitur palma nostra modicum aquæ pro sua continentia proferen-*

*tes, plurimum tamen pro rei virtute portant. Mundum quippe continent. Quò tandem maximum quid, à minimo licet, iure non iniuriâ Maximus afferri sibi non renuat. Suppetias fert altera consideratio. Deo non tàm placet munus quam manus, non tàm effectus quàm affectus offerentis. Propter quod respexit ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera illius non respexit; & cùm turba iactaret as in gazophylacium, multique diuites iactarent multa, venisset autem vidua vna pauper, & misisset duo minuta, conuocatis Iesus discipulis suis ait illis: Vidua hæc pauper plus omnibus misit. Deficeret ergò suô pondere munus, pondus tamen omne reficeret, munere præponderans omni totus offerens affectus. Accipe igitur, Beatissime Pater, quod affectu totô debitum agnitionis, subiectionis, atque deuotionis, nomine Congregationis Seraphicæ Fratrum Minorum Capucinorum, affert ad pedes Vestræ Sanctitatis,*

Gen. 4. à ꝟſ. 4. Marc. 12. à ꝟſ. 42.

*Suus in Christo Domine seruus humillimus.*
*F. HENRICVS*
*Concionator Capucinus.*

# AD LECTOREM CANDIDVM.

DE quibuſdam breuiter monendum te duximus, Candide Lector, circà hanc qualemcumque noſtram Chronologicam Iſagogem.

PRIMVM. Non eſſe tibi præſumendum ad huius materiæ cognirionem accedere, ſi tyro ſis, quin priùs Coſmographiæ, Geographiæ ſaltem, nonnullam comparaueris notitiam: præſertim iſtarum Aſiæ atque Affricæ partium, Mediæ, Perſidis, Chaldeæ, ſiue Babylonis, Meſopotamiæ, Syriæ, Paleſtinæ, Arabiæ, & Ægypti: Fluuiorum item Euphratis, Tygris, & Nili: denique Maris Rubri, Sinus Perſici, & illius partis Maris Mediterranei, quæ protenditur ab Europa ad Affricam & Aſiam, circà Ægyptum, & Palæſtinam, ac demùm Natoliam, quæ olim dicebatur Aſia minor. Etenim ſine Geographia non eſt poſſibile Chronographiam fœliciter acquirere, nedùm ſcienter poſſidere: quò meritiſſimè dixerit quidam, *Coſmographiam oculum eſſe Chronologiæ.* Coſmographia oculus Chronologiæ.

SECVNDVM. Non etiam tibi curandum eſſe, huic primo noſtræ Libro Iſagoges operam nauaturo, de habenda tot authorum multitudine, quæ mentem potiùs obruit quàm iuuat, omnibus omnium ſcientiarum initiis capeſcendis. Sed ſatisfuturum credas, præhabitis Bibliis Sacris, ſolum hunc noſtrum Librum: vel ad plùs recentiorum aliquorum Chronologias, Iſagoges, aut Annales, quales ſunt Chronologia Genebrardi, Iſagoge Bucholceri, vel etiam Caluiſij (ſectariorum) & Annales Tornielli; ni lubeat, cùm tulerit occaſio, ſingulares alios adhibere, qui ſingulariter quaſdam Sacrorum Bibliorum partes exprofeſsò tractant: exempli causâ, Pererium cùm Geneſim, Exodum, & Danielem exponit: & his ſimiles. Rectè ſiquidem *de libris* dixit alter, *Ad docendum neceſſarios omnes, vnum eſſe ſatis ad diſcendum.* Vnicus Liber ſufficit ad diſcendum.

TERTIVM. Sed neque tibi putandum, cùm in manus peruenerint omnia, vel aliqua, prædictorum authorum volumina, verbi gratiâ, Chronologia Genebrardi, Annales Tornielli, addam & Annales Saliani, quorum interim, dùm hic Liber typis voueretur, in lucem exiit tomus primus, præponendum esse quoddam eorum (nedùm omnia), quasi prosperè magis viam tibi monstraturum ad notitiam quam auspicaris. Omniscientiam, fateor, spondebit nemorosa codicum illorum materia. Et quidem eruditi sunt Annales Tornielli: præclarum opus Saliani: elaborata reliquorum volumina. Verùm, ni fallor, discentibus parùm minùs accommoda. Siquidem, dùm generis omnis positiua simùl & controuersa congerunt, animum addiscentis potiùs demergunt, quàm instruunt, memoriam obliterant, quàm informant. Fide sapias velim, non experientiâ: quò tandem sapias experientiâ, non ampliùs fide.

O tempo rum. QVARTVM. Propterea nos commoditati tuæ consulentes, sic Opuscula nostra digessisse, vt in primo hoc solam ex intento præcipuo tractemus materiam, quæ meram chronologiam spectat, seu rectam statuit temporum seriem: in reliquis, suas quaslibet seorsim, ordinéque propriò materias, ad hanc reductiuè pertinentes. Ità futurum cogitantes, vt stabilitâ priùs temporum cognitione, faciliùs rerum, quæ in temporibus sedes habuerunt, acquiratur notitia. Harum verò rursùs, sic sua quælibet digestim propria, vt quæ supersunt chronographicorum appendicia, quæ dignoscenda sacra, quæ profana, suas separatim sortiantur tractationes: omnia tandem simùl vnam aliam habeant, breui satis, nec nimiùm, sed continuatâ serie, ob oculos positionem.

QVINTVM. Hoc insuper nos obseruate, vt in referendis sententiarum authoribus, neque omnes prorsùs quos licuit conspicere, semper aut simul proferamus: neque tamen eorum, quorum proferenda putauimus testimonia, neu verba, neu deductiones, quamuis longiores, nisi parcùm immutemus. Alterum scilicet, eâ de causâ, quòd notatio tot nominum & locorum, non modicam afferat lectoribus nauseam (taceo Scaligerum dicentem, ambitiosum esse laborem velle omnes referre); propterea, solos sæpè recentiores adducimus: reliquorum quosdam referentes solummodò, dùm vel loquuntur ipsimet, vel speciale quoddam sic exigit opus. Alterum alterâ de causâ, quòd nec omnibus semper lectoribus, nec quibusdam, vbicumque extiterint, vacet, authorum opera præ manibus obtinere: non parùm autem iuuet, eorum sententias, sicut propriis cogitationibus conceptas, ità verbis propriis enatas conspicere. Quinimò, siquandò nonnulla propriò marte reperta priùs, in aliquo posteà vel aliquibus libris, nondùm visis, reperimus, relictis nostris, aliena fumus libenter & consultò mutuati. Sic factum fert aliqua spes, vt vnus quicumque noster, futurus sit omnis ferè liber: & tamen, nec legentibus ingratus, nec authorum labori vel gloriæ inuidus, solius

demùm vtilitatis inueniatur cupidus.

SEXTVM. Vices operum nostrorum, partis saltem alicuius eorum, dolebunt, iámque dolent aliqui, quamuis plùs quàm par tenuem istum laborem facientes; eò quòd nostrâ tempestate plurimi non sint, qui modum Scholasticum, Sorbonicis, inquiunt, auribus magis aptum, profiteantur: quem si soluta cuiuspiam vernaculè proposuisset oratio, nitore quôdam etiam eloquentiæ Francicæ decorata, subiectum eius tanquàm alter Hercules Gallicus, catenas aureas iniiciens, omnium aures & corda quamprimùm attraxisset. Verùm, doleant magis, nos Scholasticam formam non fuisse perfectè satis pro tanto munere consequutos: quippe cuius proprium sit tanquàm diuini cuiusdam in Theologicis organi, pretiosum à vili, scoriam ab argento, hoc est, verum à falso, probabile magis à minùs probabili discernendo, mentem addiscentis certioribus atque solidioribus modis edocere. Quod nostrum est, vtinam illa methodus proût à nobis amplexata, digna foret auribus illius almæ Sorbonicæ Societatis, quæ nunc & ab æuo manet veræ scientiæ nutrix, errorum propulsatrix, & veritatum orthodoxarum aduersùs posteras hæreses acerrima defensatrix. At hinc methodum illam tantæ matris alumnam eò libentiùs assumpsimus, quò venerandæ parenti famulatur in maiorem veritatum fauorem. Non recusamus tamen, quin aliquam, postremam videlicet operum istorum partem, exhibeamus stylô, quem tenellæ vocant aures, suauiori, proùt Dominus dederit: quin & Gallicè totum opus, & methodô stylóue minus rudi, si vitam præstiterit. Interim ab incœpto desistere non possumus; quoniam sic exigit intentum præcipuum quod attendimus. Ideò non graue tibi sit, candide Lector, si Scholæ modos his in nostris opusculis, præsertim in prioribus, adeò religiosè seruamus: proindéque Locorum, authoritatúmque notationes, ad marginem, quod cuperent aliqui, non solent Scholastici, minimè relegamus. Si tædium aliquod illæ facessant in contextu, difficile non fuerit modicùm exercitato, prætergressis ipsis inter legendum, ad probationes sententiarum, aut alias narrationes rectà peruolare. Propter hæc enim, quæ præcipuè sunt attendenda, maiusculis capitalibus litteris describenda prouidimus; quamuis nonnulla minusculis solùm præscripta, maiusculis nihilominùs per typographos initiis descripta tolerare coacti fuerimus.

Scholasticę methodi munus.

SEPTIMVM quod à te velim, benigne Lector, versatur iterùm circà hunc primum Isagoges nostræ Librum. Imprimis, non mirum tibi sit, si de materiæ eius vtilitate nihil te remorari volentes, vnicum illud commendemus, quod sicut præ cæteris animo nobis inest, sic vnicè tibi commendare sat visum est. Nimirùm, adiget te hic labor, ad legendam, perlegendam, intelligendam, contemplandam, reuerendam, admirandam, diligendam, & menti ferè semper memorandam, sacram Dei Scripturam, præsertim quantùm attinet ad Testa-

mentum vetus: &, quod neque suâ delectatione caret, ad totam Librorum ipsius seriem, sed penitùs ad totam antè Christum Dominum historiam obtinendam Præterea, non mirum tibi sit, si prodeat ità solus & singularis iste Liber. Equidem non modò socios decentiùs expectasset ad mentem authoris, sed etiam funera persoluisset eius, clarior soboles posthumè proditura: ni pressisset aliud ex votis plurimorum, quibus moram trahere diutiùs, nec decorum parenti fuit, nec libitum. Illud tamen tibi faciet exnunc, absque nota progredi posse solitarium istud opus. Est enim ratione suæ materiæ sibi soli sufficiens, & tanquàm per se completum aliquid æstimandum. Imò verò iam illud ipsum habuisses ab anno 1618. ni præstitissent obstaculum, quæ tibi deducere vanum penderemus & superfluum. Sed neque propter alia Bibliopolæ specialia cœpit ab anno 1622. neque cœptum ab initiis 1623. desiit apud eum cudi, nisi sub existentem modò 1624. Interim tamen, incommodum illud tot dilationes compensarunt, facultate videndi, percurrendi, citandique non solummodò primum tomum egregij operis R. P. Saliani, verumetiam alterum, & tertium: non sine dolore, quòd [illegible] quarto perfruendo, nec typus eius nec tempus, fauorem nobis optatum concesserint. Ampliùs, non mirum etiam tibi sit, si partem solùm Isagoges proferens, nihilominùs prodeat quibusdam in locis prolixus multùm idem Liber. Cogites velim, in eo contineri fundamentum tot dicendorum, veriùs omnium noscendorum: vt immeritò non dixerit quispiam, ipsi molem niti totius vniuersi. Posséţne prudenter iaci tantæ structuræ fundamentum, non latè vel profundè? Sed credas etiam cupio, prolixitatem eius, sicubi patuerit, vtilitate non modicâ fore munerandam. Quod præsertim intelligimus, vbi quarundam Sententiarum probationes, & quarundam refutationes multiplicamus: propterea nempè, quòd authores nec pauci, nec minùs celebres, quibusdam Sententijs leuiùs quàm æquum est valedicant, quibusdam etiam tenaciùs adhæreant, ob non satis stabilitas commonstrationes veritatis vel probabilitatis priorum, & falsitatis vel improbabilitatis posteriorum apud suos tractatores. Insuper, neque tibi mirandum fuerit, si tandem aliquandò non videatur perfectus satis hic liber primus. Non debuit, non potuit, emitti perfectior, qui conceptus ab authore non perfecto, sed emissus in tyronum gratiam solummodò, dicendus potiùs abortiuus quàm enatus, euasit raptim expeditus, non processit expolitus. Cæterùm, quod nulli denegatur, hoc à te postremum efflagito: si quandò dissonantia compereris, quin etiam absque repertis dissonantiis, erratorum aduertentias aliquandò consulito. Nonnulla siquidem vitiò correctorùm ac typographorum, non modò circà numeros, nomina, grammaticam, & similia (quod solitum est), sed etiam aduersùs ipsammet authoris doctrinam irrepserunt: nonnulla quoque scientia quibusdam Sententijs confirmandis, & quibusdam refutandis per eosdem fuerunt omissa; dùm ille videlicet extremis

partim morbis, partim negotiis, intercisim actus, vacare non potuit per semetipsum correctionibus singulis. Momenti tamen plurima non sunt. Pauca quæ comperimus inuenies eò loci restituta. Plura quidem simùl erudito tibi non necessaria, perspicies: quæ cursim reperta, si prætermittere noluimus, ilicet omnibus debitores sumus. Quæ fuerint alia, tumetipse, Lector beneuole, pro tua gratia temperabis. Sed de huiusmodi nil ampliùs. Vale: boni consule: & ora Deum pro me.

## Approbatio R.R. P.P. Ordinis.

NOs infrascripti, ex speciali commissione admodùm R. P. nostri Generalis, vidimus, & perlegimus Librum primum operis, cui titulus, *Isagoge Chronologica, hoc est, Introductio*, &c. compositum per R.P. Henricum à Grangia Palatiolea, concionatorem Capucinum, primum Prouinciæ nostræ Parisiensis Diffinitorem, & nostri conuentus Parisiensis in suburbio S. Iacobi Gardianum: eúmque probauimus, vt immensi laboris, solidum, & vtilissimum ad Diuinarum Scripturarum notitiam, præsertim autem ad Historiæ ex eis decerpendæ veriorem cognitionem, sed & fortissimum ad Vulgatæ Sacrorum Bibliorum Editionis defensionem. Quare dignum censuimus qui prælo mandetur, si visum fuerit cæteris ad quos spectabit. In cuius rei fidem hanc nostræ approbationis syngrapham manu nostrâ subscriptam concedere non dubitauimus, die 19. Septembris an. 1622.

F. Laurentius Parisinus
Concionator Capucinus
Gardianus Altissiodorensis immeritus.

F. Vincentius Trecensis
Concionator Capucinus
Gardianus Compendiensis immeritus.

F. Iosaphat Rhotomagensis
Concionator Capucinus
Gardianus Rhotomagensis immeritus.

## Approbatio D.D. Doctorum Sorbonicorum.

NOs subsignati in Sacra Theologiæ Facultate Parisiensi Doctores, testamur primum Librum Chronologiæ à R. P. Henrico de la Grange Palayseau, conuentus Capucinorum ad portam S. Iacobi Parisijs Gardiano compositum, à capite ad calcem quantâ fieri potuit diligentiâ fuisse à nobis perlectum, & acuratissime examinatum: nihilque nos in eo animaduertisse, quod fidei & pietati Catholicæ non apprime consentiat, sed Vulgatæ sacrorum Bibliorum lectioni vbique inhærentem sententiam, & difficultates, quæ in vniuersa temporum ratione occurrunt, rectô ordine, facilique methodô pertractatas, & plurimorum locorum Scripturæ in speciem pugnantium vtiles minimeque spernendas explicationes. Datum Lutetiæ Parisiorum annô Dominicæ Incarnationis 1623. die 2. Maij.

E. DV FRESNE.
DE MINCE'.
I. BANDEL.

## *Facultas admodùm R. P. Generalis.*

NOs Frater Clemens à Noro, Minister Generalis licet immeritus totius Ordinis F. Minorum S. Francisci Capucinorum, visis approbationibus factis per tres ex nostris concionatoribus, & tres ex Doctoribus Sorbonicis, operis, cuius titulus, *Isagoge Chronologica, hoc est, Introductio ad cognitionem temporum et rerum quæ extiterunt à mundo condito, &c. Liber primus, complectens*, &c. compositi per R. P. F. Henricum à Grangia Palatiolęa nostri ordinis concionatorem, ipsi facultatem facimus, vt seruatis seruandis, typis cudi possit. In quorum fidem has manu propriâ subscripsimus, & sigillô nostri officij maiori iussimus communiri. Datum in nostro Pontissarensi cœnobio, die 24. Mensis Iulij 1623.

F CLEMENS
Minister Generalis.

## *Facultas Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini D. Archiepiscopi Parisiensis.*

IOANNES FRANCISCVS DE GONDY, DEI, ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ gratiâ Parisiensis Archiepiscopus, Domini nostri Regis in suis Status & Sanctiori Consiliis Consiliarius, ac Capellæ Regiæ Magnus Magister. Vniuersis præsentes literas inspecturis Salutem in Domino. Notum facimus quòd visis per nos literis attestationis, seu approbationis, tàm R. P. Generalis, quàm aliorum Patrum Gardianorum, & concionatorum, plurimorum conuentuum, Ordinis Fratrum B. Francisci Capucinorum, necnon & literis approbatoriis, seu attestationis trium Sacræ Theologiæ Facultatis Parisiensium Doctorum, quibus constat diligenter primum Librum Isagoges Chronologicæ ab admodùm R. P. Henrico de la Grange Palayseau, prædicatore, & conuentus Capucinorum Annuntiationis B. Mariæ Virginis in suburbiis Sancti Iacobi Lutetiæ Gardiano, compositum, à capite ad calcem quantâ fieri potuit diligentiâ fuisse per eos perlectum, & accuratissimè examinatum, nihilque in eo aduertisse, quod Fidei Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ non apprimè consentiat, sed Vulgatæ Sacrorum Bibliorum lectioni vbique inhærentem Sententiam, & Difficultates quę in vniuersa temporum ratione occurrunt, rectô ordine, facilique methodô pertractantem, & plurimorum locorum Scripturæ Sacræ in speciem pugnantium vtilem, minimèque spernendam explicationem: proptereà dignum censuimus qui pro publica Ecclesię vtilitate typis excudatur. In quorum fidem & testimonium has præsentes literas per Archiepiscopatus nostri Parisiensis Secretarium ordinarium fieri, & signari, sigillique camerę nostræ fecimus & iussimus appensione communiri. Datum Parisijs annô Domini millesimô sexcentesimô vigesimotertiô, die vigesimasextâ Iulij.

De mandato præfati Illustrissimi & Reuerendissimi Domini mei Domini Archiepiscopi Parisiensis.

BAVDOVYN Secretaire.

# *PRIVILEGE DV ROY.*

LOVYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaux Conseillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenans, & autres nos Officiers & Iusticiers, qu'il appartiendra, salut. Nostre cher & bien amé, le Pere HENRY DE LA GRANGE PALAISEAV, Predicateur Capucin, & Gardien du Conuent du faux-bourg S. Iacques lez Paris, Nous a fait remonstrer qu'il auroit cy deuant composé vn liure intitulé, *Isagoge Chronologica, hoc est, Introductio ad cognitionem temporum & rerum quæ extiterunt a mundo condito,* &c. *Lib.* 1. Lequel liure apres auoir esté examiné par trois Peres Predicateurs dudit Ordre, de l'ordonnance de leur R. P. General, qui l'a approuué comme aussi nostre amé & feal, le sieur Archeuesque de Paris, il desireroit le mettre en lumiere, & faire imprimer ce qu'il ne peut sans nostre permission; ioint qu'il craint que quelque Imprimeur ou Libraire le voulussent aussi faire imprimer sans sa permission, & y commettre plusieurs fautes qui tourneroient à l'incommodité & infatuation du public, & pour y remedier, nous a fait supplier & requerir, luy vouloir accorder nos lettres à ce necessaires. A ces causes, apres qu'il nous a esté apparu desdites approbations cy attachées, sous le seel de nostre Chancellerie, voulant le fauorablement traicter, luy auons permis & octroyé, permettons & octroyons par ces presentes, de faire imprimer ledit liure, par tel Imprimeur, en tel volume, caractere, & tant de fois que bon luy semblera, durant le temps de neuf ans, pendant lequel nous deffendons à tous Libraires Imprimeurs & autres personnes de quelque qualité & condition qu'ils soient, de l'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter en quelque lieu que ce soit de nostre Royaume, pays terres & Seigneuries de nostre obeissance, mesme sous quelques fausses marques ou deguisement que ce soit, sans le consentement dudit suppliant ou de celuy qui aura charge de luy, A peine de quinze cents liures d'amendes, moitie applicables à nous, & l'autre moitie au Libraire qui aura transport de luy, auec confiscation de tous les exemplaires qui se pourroient trouuer, & de tous despens dommages & interests, à la charge aussi de mettre deux desdits exemplaires en nostre Bibliotheque publique, à peine d'estre descheu du present priuilege. Si vous mandons, que du contenu en ces presentes vous fassiez, souffriez & laissiez ioüir ledit suppliant, ou celuy ayant charge de luy, sans permettre qu'il luy soit fait, mis ou donné aucuns troubles ny empeschemens. Voulons aussi qu'en mettant à chacun exemplaire dudit liure, coppie du present priuilege, il soit tenu pour bien & deuëment signifié, & que à la collation qui en sera faicte, par vn de nos amez & feaux Conseillers, Notaires & Secretaires, foy soit adioustée, comme au present original. Mandons en outre au premier nostre Huissier ou Sergent, sur ce requis, faire tous exploits & saisies necessaires pour l'execution de ces presentes, sans pour ce demander aucun congé, placet, visa, ne pareatis, nonobstant oppositions ou appellations quelconques clameur de haro, chartre Normande, prise à partie, & autres lettres à ce contraires: car tel est nostre plaisir. Donné a Compiegne, le 20. iour d'Auril, l'an de grace 1624. & de nostre regne le quatorziesme.

Par le Roy en son Conseil.

RENOVARD.

Ledit P. HENRY a cedé & transporté le susdit priuilege pour l'impression dudit liure *Isagoge Chronologica*, à NICOLAS BVON, marchand Libraire à Paris, pour en ioüyr & disposer selon qu'il est contenu en l'acte de ce fait le 17. iour de May 1624.

Signé, F. HENRY Capucin.

INDEX

# PARAGRAPHORVM IN QVIBVS HABENTVR MATERIÆ QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

## Prima Temporis Periodus, ex Scriptura Sacra. Ab Orbe Condito, ad Diluuium exactum.

Secunda Temporis Periodus, ex Scriptura sacra. A Diluuio exacto, ad Natiuitatem Abrahæ.

FINIS.

# ISAGOGES CHRONOLOGICÆ

## LIBRI PRIMI

## PRÆFATIO.

TOTIVS TEMPORIS DIVISIONES, septem sunt aut esse possunt præcipuæ. Prima omnium est Scripturæ sacræ. Quia autem Scriptura sacra tradit solummodò tempora, quæ fluxerunt a Creatione Mundi, ad vsque Christum Dominum Redemptorem, natum vel circiter passum: Ideò hæc Diuisio dicit solummodò Periodos, quæ circa tempora huiusmodi, vel expressis numeris in ea traduntur, vel à verbis in ea traditis educuntur. Ab hac autem Diuisione, iunctâ illi Ætâ, seu Epochâ, Christiana, id est, Periodo à Christo Domino, sex aliæ reperiuntur compositæ. Tres, in sex quas Mundi vocant Ætates, vel Sæcula. Prima, quæ fit ordine Secunda, communior Græcis, aliquomodò apud Nicetam, in orationem 42. Nazian. num. 27. longiùs post initium. Quos tamen ex Latinis sequitur S. Gregorius Homil. 19. in Euang. Secunda, quæ fit ordine Tertia, communior Latinis, apud S. Augustinum, lib. & cap. extremis de Ciuit. Dei, & lib. 12. contrà Faustum Manichæum cap. 8. & lib. 1. de Gen. contrà Manichæos cap. 23. S. Isidor. lib. 5. Etymol. cap. 38. Bed. lib. de Ratione Temporum cap. 64. & lib. de 6. Ætatibus Mundi init. & alios. Quam etiam ex Græcis amplexus est priùs, S. Chrysost. Homil. de Iephte med. tom. 1. Tertia, quæ fit ordine Quarta, Benedicti Ariæ Montani, in Apparatu Bibliorum Regiorum, præfat. libri de Sæculis med. diuidentis tempus ab Orbe condito, ad Christum D. Redemptorem, in 6. Sæcula. Porrò hæ Diuisiones aptatæ sunt ad similitudinem, vel 6. Dierum Creationis: sic tamen vt tanquam septima cælestis & requiei, futura sit in fine sextæ; vel Ætatum Hominis, in quibus est Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Virilis ætas, & Senectus, de quibus vide S. Augustinum fusè differentem lib. de Gen. contrà Manichæos, vel denique Parabolę Patrisfamiliàs, operarios conducentis in vineam variis horis, Matth. 20. de qua vide S. Greg. & Nicet. locis citatis. Tres alię in septem quas similiter Mundi vocant Ætates, vel etiam Sæcula. Prima, quæ fit ordine Quinta, est S. Damasceni lib. 2. de fide orthodoxa cap. 1. diuidentis idem tempus in 7. Sæcula. Quem sequuntur Iodocus Clichtoueus in Commentarijs in illum locum S. Damasceni, & Ioannes Lucidus in lib. de Emendatione Temporum, diuisionem hanc facientes ad similitudinem Ætatum Hominis, in quibus sit Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Virilis ætas, Matura, & Perfecta: Sequitur & Naclantus in Medulla scripturæ, licet adhibita mutatione aliqua. Secunda, quæ fit ordine Sexta, Genebrardi, initio suæ Chronologiæ, diuidentis tempus in 7. Ætates, ad similitudinem Dierum Creationis: Sic tamen vt tanquam octaua, cœlestis & requiei, futura sit in fine septimæ. Tertia quæ fit ordine Septima, Tornielli in suis Annalibus sacris & prophanis, seu eorum præfatione pag. 2. nu. 4. diuidentis ipsum in 7. similiter Ætates. His & nos non dissimiliter omnimodè, singularem nostram Diuisionem, quæ octaua fuerit, in 7 antè Iudicium Periodos, quæ locum etiam 7. Ætatum temporis propriè dicti habere possint, post aliorum partitiones, subijciemus.

Temporis Diuisiones 7. præcipuæ.

Quamuis autem Scriptura sacra sit in se certissima: tamen quantum ad ea quæ tradit circa materiam hanc, non ità dilucida est, ex omnium consensu, vt per eam omnes prorsùs exhauriri possint difficultates. Nihilominùs, quia etiam ip.a sola, vel fere sola, certi aliquid tradit pro hac materia, quantùm aliquid pro ea certu vsque ad Christum Dominum haberi potest: In hoc autem quod circà hæc tradit, fundamentum esse debet totius veritatis, vnde pariter omnium diuisionum temporis regula esse debet: ideo ab ea nobis est incipiendum, & per eam ad vsque tempus illud procedendum. Itaque Diuisiones Temporis speciales sunt, aut esse possum, istæ.

## SCRIPTVRÆ SACRÆ.

1. Ab orbe condito, Ad Diluuium, Inceptum, vel Exactum.

2. A Diluuio, Incœpto, vel Exacto, Ad Natiuitatem Abrahæ in Chaldæa.

3. A Natiuitate Abrahæ, Ad Vocationem eius. Sub quâ vocatione reducuntur Egressio eius de Chaldæa: Peregrinatio in Haram vrbem Mesopotamiæ, ac paulo post in terram Chanaam: Et promissiones illi à Deo factæ, circa tempora Vocationis, Egressionis, & Peregrinationum, huiusmodi.

4. A Vocatione, & Peregrinationibus Abraham in Chanaam, seu A Promissionibus illi à Deo factis, Ad Natiuitatem Isaac filii eius.

5. A Natiuitate Isaac, Ad Natiuitatem Iacob (qui etiam dictus est Israel) filij eius.

6. A Natiuitate Iacob, Ad Descensum eiusdem cum familia sua in Aegyptum.

7. A Descensu Iacob in Aegyptum, Ad Exitum posterorum eius (qui vocati sunt filij, seu populus, Israel) de Ægypto sub Moyse. Quod alias dicitur, Ad Moysen: vel Ad Legem latam: vel Ad Gubernationem populi Israel per Moysen in deserto, circà tepora Exitus eiusmodi sub illo.

8. Ab Exitu populi Israel de Aegypto, Ad Iacta Templi Fundamenta, per regem Salomonem. Sub quâ Periodo continentur minutiores istæ.

Ab Exitu de Aegypto, & Ingressu eius in desertum, Ad Exitum eiusdem de deserto, & Ingressum in terram promissionis (seu Chanaam) sub Iosue Moysis successore. Quod aliàs dicitur, Ad Gubernationem populi per Iosuë.

Alia, Ab Exitu Israel de deserto, & Ingressu in terram promissionis sub Iosue: seu A Gubernatione populi per Iosuë, Ad Othonielem primum Iudicem. Quod aliàs dicitur, Ad Gubernationem populi per Iudices.

Alia, Ab Othoniele: seu, A Gubernatione populi per Iudices, Ad Saulem primum regem. Quod aliàs dicitur, Ad Gubernationem populi per Reges.

Alia, Ab Exitu de Aegypto, seu A Moyse, Ad Dauidem regem, Saulis proximum successorem.

Alia, A Saule, vel A Dauide, Ad Iacta Templi Fundamenta per Salomonem regem, Dauidis filium & proximum successorem.

9. A Iactis Templi Fundamentis per Salomonem, Ad Captiuitatem Babilonicam per Nabuchodonosor regem Babilonis. Sub quâ Periodo, continentur Diuisiones istæ.

A Templi Fundamentis, Ad Diuisionem Regni Salomonis post mortem eius in duo regna. Alterum, dictum Iuda, quod incœpit in Roboam filio, proximoque successore Salomonis: cuius regni vrbs Capitalis fuit Ierusalem. Alterum, dictum Israel, quod incœpit in Ieroboam seruo Salomonis: cuius regni vrbs Capitalis fuit primum Thersa, deinde vero Samaria: vnde & posteà regnum Samariæ dictum est.

Alia, A Diuisione Regni Salomonis, Ad Destructionem Regni Israel, per Salmanazar Regem Assyriorum.

Quia porro plures fuerunt Captiuitates Babylonicæ per Nabuchodonosor: ideò secundùm eas diuersæ sunt rursùs Periodi huius Diuisiones, aut Diuisionum formæ, nempe.

Alia, A Templi Fundamentis, Ad Captiuitatem sub Ioakim vel Ioacim rege Iuda.

Alia, A Templi Fundamentis, Ad Captiuitatem sub Iechonia, Ioacim successore.

Alia, A Templi Fundamentis, Ad Captiuitatem sub Sedecia Iechoniæ successore. Quæ vltima trium harum Captiuitatum, quia in ea facta est Templi, Vrbis, & Regni Iudæ, destructio, & denique præcedentium Captiuitatum quædam consummatio: Ideò vocari solet Desolatio.

10. A Captiuitate Babylonica ſub Ioakin, Iechonia, vel Sedecia, Ad Reditum ab ea ſub Cyro. 10.

11. A Reditu e Captiuitate ſub Cyro, Ad Christum Dominum Redemptorem Naſcentem, Prædicantem, vel Patientem. Ab hac ſcripturæ diuiſione, ſequentes exière. 11.

## GRÆCORVM.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Ab Adamo, | Ad Noe. |
| 2. | A Noe, | Ad Abraham. |
| 3. | Ab Abraham, | Ad Moyſen. |
| 4. | A Moyſe | Ad Captiuitatem. |
| 5. | A Captiuitate, | Ad Chriſtum. |
| 6. | A Chriſto | Ad Iudicium. |

## LATINORVM.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Ab Adamo, | Ad Noe. |
| 2. | A Noë, | Ad Abraham. |
| 3. | Ab Abraham, | Ad Dauidem. |
| 4. | A Dauide, | Ad Captiuitatem. |
| 5. | A Captiuitate, | Ad Chriſtum. |
| 6. | A Chriſto, | Ad Iudicium. |

Porrò, Has temporum tempeſtates, mundi vocant Ætates (id eſt, ex Clichtoueo ſuprà, temporales durationes inter duas inſignes at notabiles hominum mutationes interceptas) ad ſimilitudinem Ætatum hominis. Quia nimirum, ſicut quilibet homo ab initio ſuæ productionis, vſque ad finem ſuæ peregrinationis, fertur per varios ſtatus, ſecundùm varias ſui ætates: Ità mundus, ſeu tota hominum progenies, aut etiam Eccleſia Dei, à primo ſuæ Creationis exordio, vſque ad ſæculorum fines, per varios ſtatus pertranſiit, qui ſpectatis familiis, regnis, monarchiis & in his, legibus, religione, moribus, artibus &c. proportionem quamdàm habent cum ætatibus hominis, ſecundùm initia, progreſſus, incrementa, decrementa, tribulationês, curas; ſeruitutes, libertates, & his ſimilia. De qua re vide fuſiorem atque elegantem apud S. Auguſtinum tractationem. lib. 1. de Gen. contrà Manich. Cap. 23. & deinceps.

Diuiſiones Temporis quare dicuntur Ætates.

## CLICHTOVEI, ET LVCIDI.

1. Sæculum, inquit Clichtoueus, A mundi exordio, Ad Diluuium Noë.
2. A Noë, Ad Abraham, cui primum mandata eſt Circuncifio.
3. Ab Abraham vſque Moyſem, per quem legiſlatio.
4. A Moyſe, vſque Regem Dauid, qui prius fuit Regum à quibus ſecundùm carnem deſcendit Chriſtus.
5. A Dabid, vſque Ad Babilonicam Tranſmigrationem.
6. Ab ea porrectum, vſque Ad ſalutiferum Chriſti Aduentum.
7. Ab Aduentu Chriſti in carnem, Ad finem vſque mundi extenditur.

His addunt 8. Quod A conſummatione ſæculi, ſempiternùm durabit.

## ARIÆ MONTANI.

1. Sæculum, inquit, Ab Adam vſque Ad Diluuium recenſetur.
2. A diluuio (cum ſalutis fœdus, cum Noe ſeiet inſtauratum) vſque Ad Abraham iuxta diuiſas victimas dormientem.
3. Ab Abraham, vſque Ad Iacob, cui apud Luzam pernoctanti ſacroſanctum myſterium

Incarnationis intelligit [illegible] entum.
4. A Iacob vsque Ad Legem [illegible] promulgatam.
5. A Lege, vsque Ad regnum Dauidis, [illegible] significatum [illegible] mundi Redemptor [illegible] genus duceret.
6. Hinc [illegible] A Dauide vsque Ad Christum, Sext [illegible] definimus

## GENEBRARDI.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | A [illegible] condito, | Ad Diluuium. |
| 2. | A Diluuio. | Ad Ortum Abrahæ. |
| 3. | Ab Ortu Abrahæ, | Ad Exitum Israel de Ægypto. |
| 4. | Ab Exitu Israel de Ægypto, | Ad Templi Fundamenta. |
| 5. | A Templi Fundamentis, | Ad Captiuitatem. |
| 6. | A Captiuitate, | Ad Christum Patientem. |
| 7. | A Christo Patiente | Ad Mundi finem. |

## TORNIELLI.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Ab Adamo, | Ad Diluuium Expletum. |
| 2. | A Diluuio, | Ad Promissiones a Deo Abrahæ factas, circa Exitum eius de Caldæa, & Aduentum in terram Chanaan. |
| 3. | A Promissionibus à Deo Abrahæ factis, | Ad Legem latam circa Exitum Israel de Ægypto, |
| 4. | A Lege lata circà Exitum Israel de Ægypto, | Ad [illegible] Templi. |
| 5. | Ab [illegible] tione Templi, | Ad eiusdem Templi Desolationem. |
| 6. | A [illegible] tione | Ad Natiuitatem, vel Passionem, Christi. |
| 7. | A Natiuitate, vel Passione, Christi, | Ad Finem Mundi. |

## NOSTRA.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | Ab Orbe condito, | Ad Diluuium Exactum. |
| 2. | A Diluuio Exacto, | Ad Natiuitatem Abrahæ. |
| 3. | A Natiuitate Abrahæ, | Ad Exitum Israel de Ægypto. |
| 4. | Ab Exitu Israel de Ægypto, | Ad Iacta Templi Fundamenta. |
| 5 | A Iactis Templi Fundamentis, | Ad Reditum e Captiuitate Babylonica sub Cyro |

6. A Reditu e Captiuitate Babylonica sub Cyro, Ad Natiuitatem Christi Domini Redemptoris.
7. A Natiuitate Christi Domini Redemptoris, Ad Annum salutis vulgò dictum 1620.

In quibus differant [illegible] diuisiones illæ.

Itaq; Diuisio quæ Græcorum est, differt ab ea quæ Latinorum, in Periodo ab Abraham. quam illa terminat Ad Moysen: ista terminat A[d] Dauidem. Præterea, differt in Periodo ad Captiuitatem: quam illa Intelligit de C[illegible] ecia. ista de Captiuitate sub Iechonia, vt videbitur suo loco. Ea autem, quæ [illegible] differt ab ea quæ Tornielli, in Periodo A Diluuio: quam illa terminat Ad Natiuitatem Abrahæ: ista Ad Promissiones à Deo [illegible] factas circà tempora Vocationis, & Peregrinationis [illegible] haran. Item, differt In Periodo Ad Captiuitatem: quam illa Intelligit de Captiuitate [illegible] hæc de Captiuitate sub Sedecia. Nostra ab illis etiam differt, in Periodo A Iactis Templi Fundamentis [illegible] terminant Ad Captiuitatem: nostra Ad Reditum [illegible] sus ab [illegible], & Tornielli, in Periodo A Reditu è Captiuitate [illegible] quam [illegible] Ad [illegible] Domini Passionem: nostra Ad eius Natiuitatem. Reliqua [illegible] conueniunt aut differunt [illegible], aut aliquæ, sunt eis conspectu facilia.

[illegible], Summæ Annorum cuiusque Periodi [illegible] Diuisionis, erunt istæ.

| | |
|---|---|
| [illegible] Condito, Ad Diluuium Exactum, Anni completi, | 1656. |
| A Diluuio Exacto, Ad Natiuitatem Abrahæ. | 382. |
| A Natiuitate Abrahæ Ad Exitum Israel de Ægypto. | 500. |
| Ab Exitu Israel [de] Ægypto, Ad Iacta Templi Fundamenta. | 479. |
| [illegible] nisi exceptis [illegible] unt 4 [illegible] | |

A iactis Templi fundamentis, Ad Reditũ e Captiuitate Babylonica sub Cyro. 5[illegible].
A Reditu e Captiuitate Babylonica sub Cyro, Ad Natiuitatem Christ Domini Redemptoris. 473.
A Natiuitate Christi Domini Redemptoris, Ad Annum salutis 1620. 1620.

## ATQVE ITA

Ab Orbe Condito, Ad Redemptorem Natum. 4000.
Ab Orbe Condito, Ad Annum salutis 1620. 5620.

SVB HIS Generalium Periodorum summis, sunt & aliæ quædam, quæ videntur hic non omittendæ, nimirùm

A Natiuitate Abrahæ, Ad eius Vocationem. 70.
Ab eadem Natiuitate Abrahæ, Ad eius Peregrinationem, seu Aduentum in Terram Chanaam. 75.
Ab eadem Natiuitate Abrahæ, Ad Descensum Israel in Ægyptum. 290.
Ab introitu Israël in Ægyptum, Ad Exitum eiusdem de Ægypto. 2[illegible]0.
A Iactis Templi fundamentis, Ad Captiuitatem sub Sedecia. 440.
A Captiuitate sub Sedecia, Ad Reditum è Babylonia. 70.
A quindecim annis post reditum è Babylonia, ad Christum Passum. 490.
A Reditu è Babylonia, Ad Christum Passum. 505.

ITEM, Regimen populi Israël per Moysen, durauit annos. 40.
Per Iosue. 17.
Per Iudices. 360.
Per Reges. 502.

ITEM, Regnum Israël stetit annis. 270.
Regnum Iuda. 403.

ITEM, Regnum stetit in tribu Iuda, seu à Dauide. 483.

DENIQVE, ex iisdem assignari possent Anni cuilibet Ætati, vel Periodo, iuxtà diuersas Græcorum, Latinorum, Ariæ, Clictouei, Genebrardi, & Tornielli, Diuisiones superiùs positas, sed hęc meliùs ex sequentibus.

# ISAGOGE CHRONOLOGICA

## LIBER I.

## PRIMA TEMPORIS PERIODVS.

### EX SCRIPTVRA SACRA.

### Ab Orbe condito, Ad Diluuium Exactum.

Annorum Completorum.

1656.

### EX GEN.

CAP. I.

Verſ. 27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, &c.*

Verſ. 31. *Et factum eſt veſpere & mane,*

*Dies Sextus.*

CAP. V.

Verſ. 3. *Vixit autem* ADAM

130. *annis: & genuit, &c.* *Seth.*

Verſ. 6. *Vixit quoque* SETH

105. *annis, & genuit* *Enos.*

Verſ. 9. *Vixit verò* ENOS

90. *annis, & genuit* *Cainan.*

Verſ. 12. *Vixit quoque* CAINAN

70. *annis, & genuit* *Malaleel.*

| | | |
|---|---|---|
| Vers. 15. *Vixit autem* | MALALEEL. | |
| | *65. annis, & genuit* | *Iared.* |
| Vers. 18. *vixitque* | IARED | |
| | *162. annis, & genuit* | *Henoch.* |
| Vers. 21. *Porrò* | HENOCH *vixit* | |
| | *65. annis, & genuit* | *Mathusalam.* |
| Vers. 25. *Vixit quoque* | MATHVSALA | |
| | *187. annis, & genuit* | *Lamech.* |
| Vers. 28. *Vixit autem* | LAMECH | |
| | *182. annis, & genuit &c.* | *Noe.* |
| Vers. 31. | NOE *verò cùm* | |
| | *500. esset annorum, genuit Sem, Cham, et Japhet.* | |

## CAP. VII.

Vers. 4. *Adhuc enim, & post*
*Dies 7. Ego pluam super terram*
*40. Diebus, & 40. Noctibus, & delebo omnem substantiam quam feci, &c.*
Vers. 6. *Eratque* (Noë)
*600. annorũ quando diluuij aquæ inundauerunt super terram.* vers. 7. *& ingressus est Noe, & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam, propter aquas diluuij, &c.* vers. 10. *cumque transissent*
*7. Dies, aquæ diluuij inundauerunt super terram.*
Vers. 11. *Anno* *600. vitæ Noe,*
*Mense* 2.
*17. Die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt.*
Vers. 12. *Et facta est pluuia super terram*
*40. Diebus, & 40. Noctibus.*
Vers. 13. *In articulo diei illius, ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Iaphet, filij eius: vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam, &c.* vers. 17. *Factumque est diluuium*
*40. Diebus super terrã: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra.* vers. 18. *vehementer enim inundauerunt: & omnia repleuerunt in superficie terræ: porrò Arca ferebatur super aquas.* vers. 19. *Et aquæ preualuerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. &c.*

Verſ. 24. *Obtinueruntque aquæ terram*

*150. Diebus.*

## CAP. VIII.

Verſ. 1. *Recordatus autem Deus Noe, &c. adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.* verſ. 2. *Et Clauſi ſunt fontes abyſſi & cataractæ cœli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de Cœlo.* verſ. 3. *Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes et redeuntes: et cœperunt minui poſt*

*150. Dies.* verſ. 4. *Requieuitque Arca*

*Menſe 7.*

*27. Die menſis, ſuper montes Armeniæ.*

Verſ. 5. *At vero aquæ ibant, et decreſcebant vſque ad*

10. *Menſem:*

*10. enim Menſe,*

1. *Die menſis, apparuerunt cacumina montium.*

Verſ. 6. *Cùmque tranſiſſent*

40. *Dies, aperiens Noe feneſtram Arcæ, quam fecerat, dimiſit Coruum: qui egrediebatur, et non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.* verſ. 8. *Emiſit quoque Columbam poſt eum, etc.*

Verſ. 10. *Expectatis autem vltrà*

7. *Diebus alijs, rursum dimiſit Columbam ex Arca.* verſ. 11. *At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs, etc.*

Verſ. 12. *Expectauitque nihilominùs*

*7. alios Dies, et emiſit Columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum.*

Verſ. 13. *Igitur* *601. Anno,*

*1. Menſe,*

*1. Die Menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: et aperiens Noe tectum Arcæ, aſpexit, viditque, quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ.*

Verſ. 14. *Menſe* 2.

*7. et 20. Die Menſis, areſacta eſt terra.*

verſ. 15. *Locutus eſt autem Deus ad Noe dicens: Egredere de arca, tu et vxor tua, filij tui et vxores filiorum tuorum tecum, etc.* Huculque Scriptura ſacra ab Orbe Condito, ad Diluuium incluſiuè ſumptum.

# DE NVMERATIONE HAC; SECVNDVM QVOD HABETVR IN HEBRÆO: IN PARAPHRASI CHALDAICA: IN TRANSLATIONE Græca Septuaginta Interpretum: & in Translatione Latina Sancti Hieronymi super Hebræo.

## §. I.

Differunt [illegible] Annis, [illegible] & Chald. a [illegible] Editionibus.

IN Numeratione præcedenti Textus Hebræus & Paraphrasis Chaldaica, conueniunt prorsus cum Edit. Vulgata; excepto quod cap. 8. vers. 4. dicunt Arcam requieuisse die decimaseptima Mensis septimi. Cum tamen [illegible] Vulg. Septuag. Interpret. & Latina S. Hieron. super Hebr. constanter habeant Vigesima septima.

[illegible] Errant [illegible] Re[illegible]

In ea autem Differunt Codices Translationis Septuag. Interpretum. I. Quod Annos quibus genuerunt Patres supranominati, Codices eorum frequentiores, nimirum Romani, idest, qui Romæ cura Illustrissimi ac Reuerendissimi Antonij Caraphæ S. R. E. Cardinalis Bibliothecarij editi sunt græce, [illegible] vero Flaminij Nobilij [illegible] redditi, [illegible] de quibus mentionem faciunt Baron. in Apparatu ad [illegible] Anna[illegible] Ecclesiasticos num. 119. seu Impress. Antuerp. in fol. an. 1612. pag. [illegible]9. Perer. Commentariorum in Gen. Impress. Mogunt. in fol. 1612. lib. 7. Disputat. de Chronologia huius loci q. 2. num. 123. seu pag. 2[illegible]4. sub init. & Torniellus in suis Annalibus, Impress. Francofort. in fol. 1616. anno mundi 131. nu. 4. pag. 64. Item, qui habentur in Bibliis regijs, ex Complutensibus sumpti, numerant hoc modo.

| | *Codices Sept. Interpret. Romani.* | *Regij.* |
|---|---|---|
| *Adam* | 230. | |
| *Seth* | 205. | |
| *Enos* | 190. | |
| *Cainan* | 170. | |
| *Malaleel* | 165. | |
| *Jared* | 162. | |
| *Henoch* | 165. | |
| *Mathusala* | 167. | 165. |
| *Lamech* | 188. | |
| *Noe* | 50[illegible]. | |

2. Differunt, quod diem in qua Diluuium Incœpit dicunt Vigesimam septimam Mensis secundi vbi vulgat. Hebr. & Chald. & S. Hieron. habent Decim[illegible].

P[illegible]rro, ne[illegible] in ho[illegible] [illegible]um diff[illegible]ût Septuag. Interpr. à Vulg. ab Hebr. & a Chald. [illegible] in Annis quibus [illegible] Patres superuix[illegible] postquam genuerunt. Nam, verbi gratiâ, Adamo tribuunt [illegible] 700. vbi Vulgat. 800. aliisq. Patribus [illegible] Itaque, vt notat Perer. [illegible] q. 2. init. In aliquo discrepant, in a[illegible] concordant, quantum ad Annos quibus Patres genuerunt, & vixerunt.

Discrepant 1. quod multis antequam genuerint, tribuunt 100. Annos, plus quam Vulg. & Hebr. nempe sex Patribus, Adam,

Se[illegible], Enos, Cainan, Malaleel. Henoch. 2. Mathusalæ Codices Romani demunt 20. Regij 22.3. Lamech addunt 6. 4. multis denuunt 1[illegible], postquam genuerunt.

Concordant autem quia eandem faciunt fere totam Annorum summam quibus vixerunt. Nam licet, verbi gratiâ, Adamo tribuant 230. antequam genuerit, & postquam genuit 700. tantum: Attamen omnes annos vitæ eius faciūt 930. sicut Vulg.& Hebr. Idem & in alijs, excepto Lamech. 2. Iared. tot tribuunt annos antequam genuit, quot Vulg. & Hebr.

Cæterum, Codices eorum (Sept. Interpr.) Quos habuerunt Patres antiqui, velut Euseb. Et alij Græci quos infrà referemus, S. Hieron. S. August. & alij Latini, quos etiam notabimus, in similibus discordarunt & concordarunt. Et de discordia quidem 100. annorum in generationibus, seu in annis quib. Patres vixerunt antequam gignerent, videre est apud Euseb. in Chron. S. Hieron. in qq. Hebr. Gen. longius post init. S. Aug. lib. 15. Ciu. cap. 11. & 13. De Discordia item in Annis Vitarum, seu in Annis quib. vixerunt postquam genuerunt, apud S. Hieron. ibid. notantē translationē illam dicere, Mathusala vixisse postquam genuit Lamech, annos 802. Cum tamen Reliqui textus & translationes habeant 872. De Concordia autem, apud eundem S. Hieron. notantem, eam dicere fuisse omnes dies quos vixit Mathusala 969. vide S. August. locis citatis.

# I. DIFFICVLTAS. DE HEBRÆO, ET CHALDÆO. An sint, Vbi à Vulgata differant, sequenda?

§. 2.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 1. Textus Hebraicus habetur ab omnibus pro originali, & velut fonte omnium versionum. Atqui fontes videntur præferendi quibuscumque riuulis ab eis procedentibus.

S. Hieron.

2. S. Hieronymus lib. 1. Commentariorum in S. Matth. ad cap. 2. hæc habet. *Respondeant qui Hebræorum voluminum denegant veritatē, vbi hoc in Septuaginta legatur Interpretibus.* Item, S. Augustinus lib. 15. Ciu. cap. 13. fin. *Rectè fieri nullomodò dubitauerim, vt cùm diuersum aliquid in vtrisque codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum vtrumque esse non potest verum, ei linguæ potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio.* Et cap. sequenti versùs finem. *Illa verò numerorum varietas, quæ inter codices Hebræos inuenitur, & nostros, neque de hac antiquorum longæuitate dissentit: & siquid habet ita diuersum, vt verum esse vtrumque non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus.* Denique, lib. 18. cap. 43. & sequenti, multa habet in cōmendationem Codicum Hebræorum. Similiaque, S. Hieronymus in qq. Hebr. in Gen. etiam in ipsa præfatione. Idem autem ferè dici conuenit de Chaldæo. Siquidem Paraphrasis illa, in libris saltem Moysis, ad textum Hebraicum est proximè collimata. Cæterùm, int[illegible] Ecclesiæ magnâ vi hodie cōtendunt, Hebræum præferendum esse omni Editioni: etiam verò vulgatæ.

August.

Hebræum

VERA SENTENTIA est. Codices Hebræos, & consequenter Chaldaicos, non esse sequendos vbi nullatenùs conciliari queant cum Editione Vulgata.

non sequēdum, contra Vulgatam.

Ità Colligitur, ex sacrosancto Concilio Tridentino, Declaratione Reuerendissimorum & Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum. & Regula Indicis Concilij sub Pio 4. edita. scilicet, Concilium Tridentinum, sess. 4. in decreto, *de scripturis canonicis*, fin. hæc habet. *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri Vulgata latina Editione habentur, pro sacris & Canonicis non susceperit &c. Anathema sit.*

Concil. Trident.

Declaratio Illustrissimorum Cardinalium Concilij interpretum, ad illa verba, *cum omnibus suis partibus*, hæc. *Etiam dicendum est, quod ne vel periodus, vel vna clausula, vel dictio, aut syllaba, iotáue vnum, repugnet in veteri vulgatæ linguæ latinæ Editione.* Subiungunt DD. Cardinales. *Quoad oppositionem autem contextus Græci, aut Hebraici, cum Latina vulgata Editione, Congregatio remisit ad tertiam Regulam Indicis, sub Pio quarto editam.*

Declaratio. DD. Cardinalium.

Regula autem illa 3. sic habet inter alia. *Librorum autem Veteris Testamenti versiones, viris tantùm doctis & pijs, iudicio Episcopi concedi poterunt: modò huiusmodi versionibus, tanquam elucidationibus vulgatæ Editionis, ad intelligendam sacram scripturam, non autem tanquam sacro textu, vtantur.*

Ex his constat, Editionem vulgatam, esse Canonicam, & facere fidem diuinam: nihilque propterea, vnde nec Hebr. nec Chald. esse admittendum, quandò cum ea aut pu-

A gnet, aut nullatenus conciliari queat. Quod si tamen Hebr. vel Chald. aliquid conferant ad Vulgatæ intelligentiam, vel maiorem elucidationem, non esse illa reijcienda; imò verò esse adhibenda; maximè vbi tractabitur aliqua materia quæ nullatenùs videri poterit ad fidem Catholicam pertinere, sed solummodò ad plus, ad simplicem historicam.

B PROBATIONES Huius Sententiæ alias afferre, non est istius loci: sed indubitatas supponere ex principiis fidei, necnon doctrinæ communioris. Quas fusius videre sit in illa celebri, & omnium prima controuersia, quæ est de verbo Dei. Fuit tamen hæc sententia præmittenda, tanquam & Regula nobis inuictissima, & aliquod simul fundamentum dicendorum.

Ad 1. Punctum Dif. &c.

C AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & obiter Ad 1. eius Punctum Respondetur, Originalia corrupta, versionibus incorruptis, fontesue turbidos, non esse limpidis riuulis præferendos. Hebræum autem fuisse, ac etiamnùm esse corruptum, constare ex ipsamet confessione Aduersariorum Ecclesiæ: prout demonstratur in controuersia de D verbo Dei scripto, & notabitur obiter infra §. 4.

Ad 2. Punctum Respondetur, S. Hieronymum & S. Augustinum non loqui de Hebræo, nisi comparato ad Translationem Septuaginta: non autem ad Vulgatam: vt ostendunt ipsorum verba. Rursùm verò, de Hebræo loqui, quoad Loca, quæ constiterit non esse corrupta; vel quoad Codices, E quos constiterit non esse vitiatos: qualiter adijcit expresse S. Hieronymus ibidem Math. 2. se quædam edidisse exemplaria. Verùm exemplaria hæc, & similia, non amplius reperiri, satis constat ex corruptionibus existentibus in illis quæ circumferuntur. Porrò in particulari S. Augustinum, non tantà F tribuere Codicib. Hebræis, quin supponat & supponi possit eos esse corruptos, patet triplici modo. 1. Quia non desinit in dubium reuocare, num semper dicant verum. vt lib. 15. Ciu. cap. 11. post med. vbi dicit. *Hanc opinionem, vel suspicionem, accipiat quis vt* A *putauerit: certum est tamen, non vixisse Mathusalem post Diluuium, sed eodem anno defunctum, si verum est quod de numero annorum* (vitæ intellige) *in Hebræis Codicibus inuenitur. Si verum est.* Per hæc verba demonstrat se non æstimare Codices illos esse omni fide dignos. Et cap. 20. postquam dixit, *Nam ex Adam vsque ad Diluuium computantur anni,* B *secundum Codices nostros* (id est, Septuag.) *2262. secundùm Hebræos autem 1656.* Addit, *Vt ergo istum numerum minorem Credamus esse Veriorē* &c. in his verbis satis ostendit se non censere Codices Hebræos esse prorsùs certos, sed solummodo se opinari, eos esse hac in parte veriores æstimandos. 2. Quia sicut, quantumuis commendet Translationem Septuaginta, etiam verò dicens, eam C fuisse diuino afflatu suggestā, vt fusius ostendetur §. sequenti, & interim videre est apud eum lib. 15. cap. 14. & 23. & lib. 18. cap. 43. & sequenti, intātum vt velit eam, in his etiā in quibus diuersa est ab Hebræo, tamen fuisse dictatam à Spiritusancto: nihilominùs, non desinit supponere, in multis eam esse vitiatam; Ità consequens est, eum, quantumuis D commendet Hebræum, dicátque illud similiter fuisse à diuino spiritu traditum: nihilominùs supponere, ipsum fuisse in aliquibus vitiatum. 3. Quia nullam dat attestationem, Codices Hebræos suo tempore fuisse penitùs incorruptos. At præterea quamuis fuissent incorrupti suo tempore Codices Hebræi, quomodo constabit eosdem nunc haberi? Quare tandem concludendum est, E quod sicut sanctus Augustinus comparando Translationem Septuaginta ad Hebræum, vult eam in rebus gestis, in quibus non posset vtrumque verum reperiri, ad Hebræum esse reparandam: Ità patet, comparando Hebræum cum vulgata, in rebus gestis, in quibus non posset vtrumque verum reperiri, quoniam aliàs Vulgata facit fidem F diuinam, Hebræum esse ad vulgatam, non contrà, reparandum. vide eum lib. 2. contrà Faust. Manich. cap. 2. Sed de his hoc loco satis. Reliqua petantur ex controuersiis. Singularia tamen quædam videbuntur posteà singulis suis locis.

## II. DIFFICVLTAS. DE TRANSLATIONE Septuaginta Interpretum: An sit, vbi à Vulgata differat, sequenda?

§. 3.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 1. S. Aug. 15. Ciu. 14. fin. hæc habet. *Quæ facultas* (repetendi fidem rerum gestarum ab ea lingua ex qua inter- G pretatum est quod habemus) *cùm volentibus vbiq; gentium præstò sit, non tamen vacat quod Septuaginta Interpretes, in plurimis quæ diuersa dicere videntur, ex Hebræis Codicibus emendare*

*ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas: nec ego vllo modo putandū existimo. Sed vbi non est scriptoris error, aliquid eos diuino Spiritu, vbi sensus esset consentaneus veritati, & prædicans veritatem, non interpretantiū more* (alias munere) *sed prophetātium libertate aliter dicere voluisse credendū est. Vndè meritò nō solùm Hebræis, verùm etiam ipsis, cùm adhibet testimonia de scripturis, vtriusque apostolica inuenitur authoritas.* Quò iungi potest, etiam Christum Dominum, & denique innumeros, ac omnes ferè Patres, citasse scripturam sacram iuxtà Translationem Septuaginta. Et cap. 23. *Meritò creduntur Septuag. Interpr. accepisse propheticum Spiritum, Vt si quid eius authoritate mutarent, atque aliter quàm erat quod interpretabantur dicerent, neque hoc diuinitùs esse dictum dubitaretur.* Et lib. 18. cap. 43. propè med. *Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati sunt.* Similia passim videre est toto capite illo, & sequenti. Et quidē lib. 18. cap. 43. verba vide infra §. 4 initio. Hùc iungi etiam posset, id quod habet capite præcedenti, *Traditur sanè tam mirabilem, ac stupendum, planéque diuinum in eorum verbis fuisse consensum, vt cùm ad hoc opus separatim singuli sederint (ità enim eorum fidem Ptolemeo regi placuit explorare) in nullo verbo, quod idem significaret, & tantundem valeret, vel in verborum ordine, alter ab altero discreparet: sed tanquam si vnus esset interpres, ità quod omnes interpretati sunt, vnum erat: quoniam reuerà Spiritus erat vnus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, vt illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur authoritas, credituris quandoque Gentibus profectura, quod iam videmus effectum.* Hæc S. Augustinus. Quam historiam, & ex ea Translationis Septuaginta commendationem, habet etiam lib. 2. doct. Christ. c. 15. Porrò quamuis historiam illam quoad cellulas separatas, S. Hieronymus in Apologia aduersus Ruffin. lib. 2. cap. 7. post med. & in præfatione in Pentateuchum, quam ipsemet ad longum refert eodem loco, estq; rursùs ipsius epistola 104. in fine etiam Bibliorum Clemen. 8. repositā; & præfation. in 1. Paralip. habita eodem loco Apolog. aduersùs Ruff. cap. 8. estque rursùs ipsius Epist. 107. in fine etiam Bibliorum Clem. 8. reposita, & denique aliquomodò lib. 10. Comment. in Ezech. ad cap. 33. circà med. fabulæ necnon mendacij loco habeat: tamen permulti, & insignes Patres, eam tenent vt veracem, quos vide apud Leonardum Coquæum Cōmentar. in illum locum S. August. 18. Ciu. 42.

Patres Antiqui.

2. Permulti alij Patres antiqui, qui referuntur expressiùs sub §. sequenti, sequuntur Translationē Sept. in numerādis annis illius Periodi. Quinimò Iulianus Episcopus Toletan. lib. 3. contra Iudæos hæc habet. Ergò illa nobis & sola pro his annis est obseruanda authoritas Septuaginta Interpretum, quæ meritò omnibus Editionibus & Translationibus antefertur, quam etiam hucusq; omnes Doctores Ecclesiastici tenuerunt, & in hac præcipuè annorum supputatione secuti sunt. Sic ille. Similia habet Antonius Contius in suis notis ad Chronologiam S. Nicephor. Episcopi Constantinop. cap. 1. apud Biblioth. PP. Impress. Colon. Agripp. an. 1618. to. 9. Similia Baron. in Apparat. num. 118. & 119. & in Martyrolog. Ad Natiuit. Domini.

3. Pererius lib. 16. in Gen. ad cap. 11. versum 12. disput. 11. num. 165. seu pag. 459. fin. monet Translationem illam non esse contemnendam; cùm legamus Origenem apud Euseb. lib. 6. hist. Eccles. cap. 23. affirmasse, id pro vero in diuinis scripturis accipiendum esse, quod Septuaginta Interpretes transtulerunt. Denique, Chronographi omnes, Alijque suis locis, vbi de Chronologia obiter aliqua tractant, in multis sequuntur eam, nec penitùs condemnare audent. Vide Torniellum an. 131. num. 7. versùs fin. seu pag. 66. col. 2. versùs fin. & Reliquos infrà, vbi agetur de generatione Cainan huius nominis secundi, sub Periodo sequenti §. 37. rursùmque vbi agetur de Mansione filiorum Israël in Ægypto, sub Periodo. 3. §. 43. videbuntur alia paulò post §. 6.

Translatio 70. nōn sequenda cōtra Vulgat.

VERA SENTENTIA est, Neque Translationem Septuaginta sequendam esse, vbi nullatenùs conciliari queat cum Editione Vulgatâ.

Ità similiter colligitur ex Concil. Trident. sess. 4. loco citato suprà §. præcedenti, Declaratione Cardinalium Concilij interpretum, & Regula 3. Indicis sub Pio 4. ibidem habitis. Ex quibus constat Editionem Vulgatam esse Canonicam, & facere fidem diuinam: nihilq; propterea, vnde nec Translationem Septuaginta Interpretum esse admittēdam, quando cum eâ aut pugnat, aut nullatenùs conciliari potest; Quod si tamen illa Translatio aliquid conferat ad Vulgatæ intelligentiam, vel maiorem elucidationem, non esse reijciendam; imò verò adhibendam; maximè vbi tractabitur aliqua materia, quæ nullatenùs videri poterit pertinere ad fidem Catholicam, sed solummodò ad plus ad simplicem historicam.

Prob.

PROBATIONES Huius Sententiæ alias pariter afferre non est istius loci: Sed indubitatas supponere ex principiis fidei, necnon doctrina communiori: Quas fusiùs videre est in Controuersia de Verbo Dei scripto. Fuit tamen hæc

sententia æque hoc loco præmittenda, tanquam & regula nobis inuictissima, & aliquod simul fundamentum dicendorum.

Respon. Ad 1. Pūct.

AD FUNDAMENTUM DIFFICULTATIS, & Ad 1. eius Punctum Respondetur, Christum Dominum, & Apostolos, vsos fuisse Translatione Septuaginta. Quia tunc illa vsitatior erat: Imo sola vsitata apud Iudæos, propter suos Translatores. Nam & adhuc tempore S. Augustini, illa sola erat Ecclesiis vsitata, vt ipse testatur lib. 18. Ciu. cap. 43. init. dicens, *Hanc tamen, quæ Septuaginta est, tanquam sola esset, sic receperit Ecclesia, eaq; vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique vtrùm alia sit aliqua, ignorant.* Audiatur S. Hieron. Epist. 101. ad Pammach. de Optimo genere interpretandi, cap. 4. versus fin. *Vtres Septuaginta Editio obtinuit in Ecclesiis, vel quia prima est, & ante Christi facta aduentum, &c.* Non constare autem, an ista eorum Translatio, quæ nunc habetur, eadem sit, quæ olim temporibus illis primis; constare potius contrarium ex S. Hieron. Apol. aduersus Ruffin. cap. 8. init. constare saltem, si forte eadem sit, eam in plurimis esse vitiatam, vt obiter ostendetur inferius, constare denique Vulgatam, siue illa sit, de quâ ibidem S. Aug. *Ex hac Septuaginta interpretatione, etiam in Latinam linguā interpretatū est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent:* siue illa sit, de quâ pergit, *Quāuis nō defuerit tēporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium Linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo* (de veteri Testamento intellige) *in latinum eloquium easdem Scripturas conuerterit. Sed eius tam literatum laborem, quamuis Iudæi fateantur esse veracem, &c.* Siue denique illa sit, quam lib. 2. Doct. christ. cap. 15. vocat *Italam*, quamque dicit omnibus esse præferendam, his verbis, *In ipsis autem interpretationibus Itala cæteris præferatur Nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ;* constare, inquam, non solùm hanc Vulgatam esse veracem, sed eam ex Concil. Trid. facere diuinam fidem. Neq; verò quæ dicit S. Augustinus in commendationem Translationis illius Sept. in contrarium vrgent. Nam, sicut iam monuimus, propterea non desinit supponere, corruptiones in ea reperiri; Et insuper, similia dicit de quacunq; alia Translatione [illegible] Ciu. 43 *Cum vero tantum in ea [illegible] appareat profectò, vt [illegible] illarum Scripturarū Hebræa [illegible] interpres verax est, aut conuenit illis Septuaginta Interpretibus, aut si congruere non videatur, altitudo ibi prophetica esse credenda est;* Et denique [illegible] eius [illegible] modo, vt ea quæ in similibus verba reperiuntur, æstimentur prouenisse a Diuino Spiritu supponens ergo, nonnulla in eis reperiri [illegible], non vera, & ad aliquid primo veriùs esse deferenda. hoc autem dicimus esse Vulgatam Editionem.

Ad 2. Pūct.

AD 2. Respondetur, Antiquos Patres secutos fuisse Translationem illam, propter eius antiquitatem: & Quoniam ex S. Hieron. & S. Aug. prout notatum est sub Responsione præcedenti, sola ipsa fuit, vel ferè fuit omnibus illis Patribus vsitata: Quoniam etiam, nihil putarunt derogari fidei, si sequerentur eam in materia, quæ per se non pertinebat ad fidem. Quoniam item Traditio iam sic obtinuerat: & deniq; Quoniam non sic extunc fuerat declaratum per Ecclesiam, Editionem Vulgatam facere fidem. Hinc enim, ait S. Anastas. Sinaita Episcop. Antiochen. in Hexam. lib. 7. *Sciendum est, quod aliter computant Hebræi, & aliter Romanæ Ecclesiæ Traditio.* His etiam de causis, præsertim autem propter vltimam quæ est Antiqua Traditio, [illegible] sunt illis, modis Iulian. Toletan. Comitius, Baron. & si qui similes moderni vel antiqui. Sed hoc nihil derogat certiori veritati, quæ stat in codicibus Vulgatis, propter diuinam & canonicam Authoritatem illius Editionis. Verùm, quoad numerationem annorum istius Periodi, dicetur iterum sub §. sequenti.

Ad 3. Pūct.

Ad 3. Respondetur, Nullum Authorem modernum ætatis præsentis, velle, aut debere velle, Translationem illam præferendam esse Vulgatæ (Antonium Contium carpit ibidem Compilator Conciliorum impressionis superiùs annotatæ) sed solummodò non esse contemnendam, vbi non fuerit contraria: Imò verò adhibendam, quando lucem aliquam afferet illi. Quod & nos libenter amplectemur in sequentibus.

(∴) (∴) (∴) (∴)

(∴) (∴) (∴) (∴)

## III. DIFFICVLTAS DE CAVSIS DIVERSITATIS Lectionis Hebraicæ, adeòque Chaldaicæ, quâ Genes. 8. vers. 4. dicitur, Arcam requieuisse die Decima septima, Mensis Septimi.

§. 4.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA esse potest. Nullam fuisse, nullamque adeò assignari debere, causam diuersitatis illius Hebraicæ & Chaldaicæ lectionis, ab Editione vulgata, Translatione Septuag. & versione S. Hieronymi Latina super Hebræum: nisi fortè, voluntatem Spiritus sancti vtramque tradentis. missos facimus hoc loco hæreticos.

Ità censere debet Perer. lib. 13. in Gen. Disp. 5. seu à num. 42. pag. 372. vbi, postquam vtramque lectionis diuersitatem notauit, neutramque se damnare audere protestatus est, tandem excludit (vt putat) omnem modum corruptionis qui assignari possit Hebraicæ: & affert quosdam modos conciliationis, quibus veritas eius possit ostendi.

PROBAT Hanc Sententiam Pererius duobus Argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Lectionem illã Hebraicã non fuisse casu corruptam, inde patet, Quod eam Hebræi libri constanter habent, & semper habuerunt. Casus autem, nec omnibus libris, nec omni æuo, accidisset.

2. Arg. 2. Neque corruptam fuisse à Iudæis, inde etiã patet, Quod nulla sit Ratio, cur potissimùm hunc Moysis librum deprauare vellent: & difficile sit creditu, etiamsi ità voluissent, tamen omnes libros Hebræos ab eis fuisse corruptos.

Confirm. 2. Arg. CONFIRMARI potest hoc Argumentum. Nam similiter, ac in re simili, argumentatur S. Aug. 5. Ciu. 13. nimiùm pro diuersitate Trãslationis Septuag. circa numerationem Annorum, credibile nolês Iudæos, dum nobis inuident authoritatem, abstulisse sibi veritatem.

Itaq; recusat Pererius necesse est, ad simile quid, Quod pro Trãslatione Septuag. habet S. Augustinus lib. 18. cap. 43. vbi postquã

S. August. dixit, *Spiritus enim qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuag. Viris, quando illa interpretati sunt*, hæc addit: *Qui profectò (Spiritus) authoritate diuina & aliud dicere potuit, tãquam Propheta ille verumq; dixisset, quia vtrũque idẽ Spiritus diceret & hoc ipsũ aliter, vt si nõ eadẽ verba, idem tamẽ sensus benè intelligẽtibus dilucesceret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere: etiã vt hinc ostẽderetur nõ humanã fuisse in illo opere seruitutem quã verbis debebat interpres, sed diuinam potiùs potestatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis.* Et infrà. *Quæ autem non prætermissa vel addita sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciãt etiam ipsum non abhorrentem, siue alio modo eundem sensum explicare monstrentur, nisi vtrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si sequitur vt oportet nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quidquid est in Hebræis codicibus, & non est apud Interpretes Septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere; Quicquid verò est apud Septuaginta, in Hebræis autem codicibus non est, per istos maluit quam per illos idem Spiritus dicere: sic ostendens, vtrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Isaiam, alia per Ieremiam, alia per alium atque alium Prophetam, vel aliter eadem per hunc ac per illum, dixit vt voluit &c.* Hactenùs S. Augustinus.

Porrò, quamuis Pererius ostendat lectionem illam Hebraicam posse habere sensum aliquem verum: non tamen ostẽdit aliquem modum specialem, quô sensus vtriusque lectionis, diuersus licet in verbis, in re tamen sit idem: adeòque quô sic lectio Hebraica possit dici non fuisse corrupta: & in summa, quomodò verè cõciliari possit cum vulgata.

Excogitari posset iste modus, vt quô tempore scripsit Moyses, dies quâ requieuit Arca, esset dies vigesimaseptima Mensis septimi: à tempore autem quô Septuaginta transtulerunt, & quô Editio vulgata facta est, Iudæi mutauerint illam, ex eo quod caderet in decimamseptimam Mensis eiusdem. Hoc enim non est impossibile, propter mutationes formæ annorum, & mensium: sicut suo modo videmus nunc nationes quæ non susceperunt Calendarium Romanum (vt Anglos &c.) diuersam habere computationem dierum in mensibus per. 10. dies à computatione Romana. Sed hanc mutationem formæ annorum & mensium non concedit Pererius, vt videbitur posteà: Et quã certus sit ille modus, iudicent alij. Excogitari possent similes modi: sed de certitudine eorum quis item affirmauerit?

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod Sanctus Hieronymus habuerit textus Hebraicos, in Reijcitur. 1. Sent.

quibus diuersitas illa nō fuit. Hoc enim e[illegible] cacissimū signū est, lectionem illam nō fuisse in prioribus Hebraicis. S. autem Hieronymū tales textus Hebraicos habuisse, patet. *Hieron.*

1. Quia in Versione sua Latina super Hebræum, habet non decimaseptima die mensis septimi, sed Vigesima septima.

2. Quia in Editiòne Vulgata, quam contulit cum Hebræo, temporibus Damasi Papæ, eandem lectionem reliquit. Porro diuersam esse Versionem eius Latinam super Hebræum, & Vulgatam, videri potest in quibusdam inter vtramque diuersitatibus. Instar sit, Gen. 8. vers. 7. Vbi de Coruo Vulg. dicit, *non reuertebatur*. S. autem Hieron. *reuertebatur*.

3. Quia in qq. Hebr. in Gen. diligenter satis adnotauit diuersitates quæ habentur inter Translationem Septuaginta Interpr. & Hebræum. Hanc autem non attigit. Et quamuis non omnia prorsus quæ diuersa sunt inter Translationem illam, & Hebræum attigerit: tamen cum hæc diuersitas ei fuerit a fontibus obuia, credibile multum fit, ipsum illam non adnotasse, quia non habebatur in suis codicibus Hebraicis.

4. S. Augustinus supra lib. 18. Ciu. cap. 43. init. testatus est Iudæos agnoscere Versionem Latinam, quam fecit S. Hieronymus super Hebræo, esse veracem, idest, conformem textibus Hebraicis. *S. Aug.*

2. SENTENTIA esse potest. Causam diuersitatis illius esse, vel Casum scriptorum: vel Industriam Iudæorum. *2. Sententia.*

Ità censere debent quotquot lectionem illam nec sequuntur, nec conciliant, sed potius condemnant.

Alterum quidem modum, vel Casus scriptorum, vel Industriæ Iudæorum, esse necessarium, ostendetur. §. sequenti. Vtrumque verò esse probabilem, ostenditur iccirco his duobus Argumentis.

1. ARGVMENTVM. Petitur A Casu ex vitio scriptorum. Nam Casum cuiusmodi probabilem esse constare potest A Simili, de Translatione Septuaginta apud S. Augustinum 15. Ciu. 13. post init. *Credi illius ergo* (ait) *qui dixerit, cum primum de Bibliotheca Ptolomæi describi ista cæperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in Codice vno, scilicet primitus inde descripto, vnde iam latiùs emanaret. Vbi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa quæstione de vita Mathusalem, non absurdum est suspicari, & in illo aliubi vbi superantibus 24. annis summa non conuenit*. Et infrà. *Itaque illa diuersitas numerorum aliter se habentium in Codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis, vbi non est ita de centum annis priùs additis, & [illegible] detractis per tot generationes continuata paritas, nec malitiæ Iudæorum, nec diligentiæ vel prudentiæ Septuaginta Interpretum, sed scriptoris tribuatur errori, qui de Bibliotheca su[illegible] prædic[illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] accepit. Nam etiam nunc [illegible] numeris [illegible] sunt intentum ad aliquid quod facil[illegible] possit intelligi, vel quod appareat vtiliter d[illegible], & negligentius de[illegible] buntur, & negligentius emendantur. Quis enim existimat [illegible] ediscendum quot millia hominum [illegible] Israel [illegible] [illegible] habere potuerunt quoniam prodesse aliquid non putatur, & quotusquisque hominum est, cui profunditas vtilitatis huius appareat?* Hæc S. Augustinus. *1. Arg. S August.* A

Idem ergo probabiliter [illegible] potest de Codicibus Hebræis. Neque enim [illegible] nū altero minùs est probabile.

B 2. ARGVMENTVM. Petitur Ab Industria Iudæorum. Nam industriam Iudæorum, & magis probabilem esse, constare potest ex tot aliis locis, in quibus, etiam fatentibus Aduersariis Ecclesiæ, reperiuntur corruptiones eorum: quæ videre est in controuersia de verbo Dei scripto. Instar aliquorum sit locus ille Psalmi 21. Hebr. 22. vers. 17. *Foderunt manus meas & pedes meos*, quod iam habet in Hebr. *sicut leo manus meæ*, &c. Item, in [illegible] nione Adu[illegible]tariorum, necnon quorumdam Patrum, vt Tertulliani, locus ille pro quo [illegible] gun[illegible] [illegible] eundem Aduersarij sicut & Patres [illegible] inter alios Caluinus habens [illegible] Ps[illegible] vers. 10. *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit a ligno*. Posteriora siquidē illa verba *a ligno* non solùm ab Hebræo, sed à Trāslatione Septuag. Interpr. apud quos habebatur ἀπὸ ξύλου, censentur ab Aduersariis per Iudæos sublata: quæ tamen siue ex Hebræo sumpta iuxtà sectarios, siue meliùs ex Trāslat. Septuaginta iuxta nos, remanserunt in antiquo illo Ecclesiæ hymno, *Vexilla regis prodeunt*, vbi canitur, *2. Arg.* C

D
*Impleta sunt quæ concinit*
*Dauid fideli carmine,*
*Dicens, In nationibus*
*Regnauit a ligno Deus.*

CONFIRMATVR hoc Argumentum duplici modo. Primo enim, eò faciliùs potuerunt Iudæi hūc locū Geneseos 8. vers. 4. corrumpere, quod minùs sibi veritatem, multum nobis auferrent authoritatem. Etenim parum aut nihil suæ veritati putauerint officere, si decima septima die, loco vigesima septima apponerent, iuxta ea quę notabat supra S. Augustinus cap. 13: multum vero nostrę authoritati, si vel vno in loco falsitatis nos conuincerent, vt notum est omnibus. Secundo. Similitudo locorū valde fauebat, vt quia Gen. 7. vers. 11. In omnibus Codicibus Hebræis, & Latinis, habebatur Diluuium incœpisse decima septima mensis secundi, [illegible] conuenientiùs videretur, Arcam quieuisse decima septima mensis septimi, ad hoc vt mensis menfi sua dies responderet. *1. Cōfirm. 2. Arg.* *2. Cōfirm.*

DICES. S. Augustinus 15 Ciu. 13. post initium, loques de diuersitate Trāslationis Septuag. circa numeros Annorum sic ait; *sed al[illegible]* *Obiectio.*

*vt prudens q... lu zos ... libet peruer-sitatis atque malitiæ, ... potuisse ... in codi... tam ... relatèq; dispersis.*

Respons.

RESPON... VR. S. Augustinum id primum moraliter opinari de Translationibus Septuag. quæ circà tempora nascentis inuidiæ Iudæorum fuerāt dispersæ. Deinde verò id opinati certo; Quia Iudæi sic abstulisseą; veritatem & authoritatē Codicibus suis Hebraicis. At de istis Hebraicis aliter: Quia hi ferè apud eos solos seruabātur, & ab eis emanārūt tēporibus suæ inuidiæ & peruersitatis.

Replica.

INSTABIS, Ioannem Isaac Iudæum Christianum in responsione ad libros Lindani, pluribus agere Iudęos nunquam aliquid in textibus Hebraicis immutasse, nisi quædā loca circa personam aut aduentū Redēptoris.

Respons.

RESPONDEO. Concesso quod Iudæi corruperint aliqua scripturæ loca, dicendū esse consequēter, eos non satis suæ causæ consulturos, nisi corrumperent alia quædam non spectantia personam aut aduentum Redemptoris. Siquidem alias ipsorum corruptelæ circà personam tantum aut aduentum Redēptoris facilè nimiùm omnibus patuissent.

Ad 1. Arg.

AD I. ARGVMENTVM. Respondetur, Ex eo quod omnes Codices Hebræi cōstanter sic habeant, non sequi, eos non fuisse corruptos hoc loco, minùs quam tot in aliis. Quod autem non omni æuo sic habuerint, constare potest ex dictis de S. Hieronymo.

Quod si quis vrgeat. Quomodo nulli ex eiusmodi codicibus incorruptis remāserint?

Quare Codices Hebræi non manserint incorrupti.

Respondebitur, variis de causis. Primo, Quia salus defecit à Iudæis, & ad Græcos ac Latinos transijt; propterea codices eorū fuerunt neglecti. Secundò, Quia ideo etiā Deus in eorum punitionem, hanc codicum linguæ ipsorum incuriam permisit. Aliæ petantur à controuersiis.

Ad 2. Arg.

AD II. Respōdetur, Rationem hāc S. Augustini esse bonā, scilicet, vt nobis inuiderent authoritatem. Non est autem difficile creditu magis, omnes libros Hebræos ab eis fuisse corruptos, vno in loco, quam tot in aliis. Plura de his alibi.

## IV. DIFFICVLTAS. DE EADEM LECTIONE Hebraica, & Chaldaica, quā Gen. 8. vers. 4. dicitur, Arcam requieuisse die Decima septima Mensis septimi: An sit bona, & retinenda?

§. 5.

1. Sent.

PRIMA SENTENTIA CAPITALIS. Dicit lectionem illam Hebraicam & Chaldaicam, non esse erroneam adeóque posse retineri.

Ità Eugubin. Caietan. Lipoman. & Emanuel Sa, in illum locum. Ita Iosephus Scaliger (sectarius) in opere suo de Emendatione Temporum, impress. Lutetiæ 1583. (in fol.) Lib. 3. cap. de Anno Priscorum Hebræorum Abrahamæo, post init. seu pag. 151. fin. & lib. 5. cap. De Diluuio, seu à pag. 201. Item, Ioannes Temporarius Iurisconsultus Blesensis (etiam sectarius) in opere cui titulus, Chronologicarum Demonstrationū libri tres, impress. Rupellæ, 1600. (in fol.) libro 3. Sectione cui titulus, Temporum mentura, seu pag. 362. init. Hi nimirùm duo, dum sequuntur istā lectionem. Ab eis non dissentit in hoc Pererius libro citato suprà §. præcedenti. Denique sic sentit Capellus (sectarius) dum Septuaginta damnat, & vulgatam Editionem. Sunt autem authores illi, diuersi in assignando modo, vel ratione huius sententiæ.

1. Modus.

1. MODVS est Capelli. Non alius, quam accusando Editionem vulgatam erroris: & Septuaginta Interpretes temerariæ prudētiæ, quià Moysis textum, non corrigere, sed deprauare ausi sint. sic ille pro solita modestia.

Reiicitur.

CONTRA HVNC MODVM, vel potiùs contrà Authorem eius, Facit, id quod aduersus illum ait Salianus tom. 1. Annalium Ecclesiast. Veteris Testamenti. Impress. Paris. 1619. (in fol.) ad annū mundi 1656. in schol. ad num. 46. seu pag. 285. vitiosè notata 267. Accusat ergò (inquit Salianus) sapientes, & Spiritu Dei plenos, inscitiæ, temeritatis, & imposturæ. At quantò satius est audire S. Augustinum 18. Ciu. 43. *Spiritus qui in Prophetis erat quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuaginta viris quando illa interpretati sunt.* cætera S. Augustini vide suprà, & fusè toto illo capite ac sequenti. Addēdum: Accusat ergò iuxtà S. August. Spiritum Dei, Spiritum Prophetarum, Spiritum sanctum? Quid mirū si post hæc accuset vulgatam Editionē, quantumuis diuinam: & versionem S. Hieronymi super Hebræum quantumuis super codices Hebræos fabricatā? Cæterùm, quoad fundū quæstionis plenè refutabitur in sequentibus modis.

S. August.

2. Modus.

2. MODVS. est Emanuelis Sà. nitentis eâ coniecturâ, quod Græci legerint vigesima septima, quia iam ab initio Diluuij dixerant id incœpisse vigesima septima die mensis secundi: à qua die ad præsentem reperiuntur 150. dies. Hebræi verò habeāt hic decima septima, quia legerāt ibi decima septima, sicut & Latini. Ideò hic quoque vtrisque legendum esse die decima septima.

Reiicitur.

CONTRA HVNC MODVM Facit, quod, nō Græci solùm, sed & Latini, & in particulari Editio vulgata, & Latina S. Hierony-

# ISAGOGE CHRONOLOGICA.

## LIBER I.

## PRIMA TEMPORIS PERIODVS.

EX SCRIPTVRA SACRA.

Ab Orbe condito, Ad Diluuium Exactum.

Annorum Completorum.

1656.

EX GEN.

CAP. I.

Verſ. 27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, &c.*

Verſ. 31. *Et factum eſt veſpere & mane,*

*Dies Sextus.*

CAP. V.

Verſ. 3. *Vixit autem* ADAM

130. *annis: & genuit, &c.* *Seth.*

Verſ. 6. *Vixit quoque* SETH

105. *annis, & genuit* *Enos.*

Verſ. 9. *Vixit verò* ENOS

90. *annis, & genuit* *Cainan.*

Verſ. 12. *Vixit quoque* CAINAN

70. *annis, & genuit* *Malaleel.*

Verſ. 15. *Vixit autem* MALALEEL
*65. annis, & genuit* *Iared.*

Verſ. 18. *vixitque* IARED
*162. annis, & genuit* *Henoch.*

Verſ. 21. *Porrò* HENOCH *vixit*
*65. annis, & genuit* *Mathuſalam.*

Verſ. 25. *Vixit quoque* MATHVSALA
*187. annis, & genuit* *Lamech.*

Verſ. 28. *Vixit autem* LAMECH
*182. annis, & genuit &c.* *Noe.*

Verſ. 31. NOE *verò cùm*
*500. eſſet annorum, genuit Sem, Cham, et Iaphet.*

CAP. VII.

Verſ. 4. *Adhuc enim, & poſt*
*Dies 7. Ego pluam ſuper terram*
*40. Diebus, & 40. Noctibus, & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, &c.*
Verſ. 6. *Eratque* (Noë)
*600. annorũ quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram.* verſ. 7. *& ingreſſus eſt Noë, & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam, propter aquas diluuij, &c.* verſ. 10. *cúmque tranſiſſent*
*7. Dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram.*
Verſ. 11. *Anno* *600. vitæ Noe,*
*Menſe* *2.*
*17. Die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt.*
Verſ. 12. *Et facta eſt pluuia ſuper terram*
*40. Diebus, & 40. Noctibus.*
Verſ. 13. *In articulo diei illius, ingreſſus eſt Noë, & Sem, & Cham, & Iaphet, filij eius: vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam, &c.* verſ. 17. *Factumque eſt diluuium*
*40. Diebus ſuper terrã: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.* verſ. 18. *vehementer enim inundauerunt: & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ: porrò Arca ferebatur ſuper aquas.* verſ. 19. *Et aquæ preualuerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cœlo. &c.*

Vers. 24. *Obtinuerunt que aquæ terram*
*150. Diebus.*

## CAP VIII

Vers. 1. *Recordatus autem Deus Noe, &c. adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.* vers. 2. *Et clausi sunt fontes abyssi & cataractæ cæli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cælo.* vers. 3. *Reuersæque sunt aquæ de terra euntes et redeuntes et cæperunt minui post*
*150. Dies.* vers. 4. *Requieuitque Arca*
*Mense* 7.
27. *Die mensis, super montes Armeniæ.*
Vers. 5. *At vero aquæ ibant, et decrescebant vsque ad*
10. *Mensem:*
*10. enim Mense,*
1. *Die mensis, apparuerunt cacumina montium.*
Vers. 6. *Cumque transissent*
40. *Dies, aperiens Noe fenestram Arcæ, quam fecerat, dimisit Coruum qui egrediebatur, et non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.* vers. 8. *Emisit quoque Columbam post eum, etc.*
Vers. 10. *Expectatis autem vltrà*
7. *Diebus alijs, rursum dimisit Columbam ex Arca.*
vers. 11. *At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs, etc.*
Vers. 12 *Expectauitque nihilominus*
7. *alios Dies, et emisit Columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum.*
Vers. 13. *Igitur* *601. Anno,*
*1. Mense,*
*1. Die Mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: et aperiens Noe tectum Arcæ, aspexit, viditque, quod exsiccata esset superficies terræ.*
Vers. 14. *Mense* 2.
*27. et 20. Die Mensis, arefacta est terra.*
vers. 15. *Locutus est autem Deus ad Noe dicens: Egredere de arca, tu et vxor tua, filij tui et vxores filiorum tuorum tecum, etc.* Hucusque Scriptura sacra ab Orbe Condito, ad Diluuium inclusiuè sumptum.

Seth, Enos, Cainan, Malalcel. Henoch. 2. Mathusalæ Codices Romani demunt 20. Regij 22. 3. Lamech, addunt . 4. multis denuunt 1 0, postquam genuerunt.

Concordant autem, quia eandem faciunt fere totam Annorum summam quibus vixerunt. Nam licet, verbi gratiâ, Adamo tribuant 23 . antequam genuerit, & postquam genuit 7 0. tantum: Attamen omnes annos vitæ eius faciũt 930. sicut Vulg. & Hebr. Idem & in alijs, exceptò Lamech. 2. Iared. tot tribuũt annos antequam genuit, quot Vulg. & Hebr.

Cæterùm, Codices eorum (Sept. Interpr.) Quos habuerunt Patres antiqui, velut Euseb. Et alij Græci quos infrà referemus, S. Hieron. S. August. & alij Latini, quos etiam notabimus, in similibus discordarunt & concordarunt. Et de discordia quidem 100. annorum in generationibus, seu in annis quib. Patres vixerunt antequam gignerent, videre est apud Euseb. in Chron. S. Hieron. in qq. Hebr. Gen. longius post init. S. Aug. lib. 15. Ciu. cap. 11. & 13. De Discordia itẽm in Annis Vitarum, seu in Annis quib. vixerunt postquam genuerunt, apud S. Hieron. ibid. notãtẽ translationẽ illam dicere, Mathusala vixisse postquam genuit Lamech, annos 802. Cum tamen Reliqui textus & translationes habeant 872. De Concordia autem, apud eundem S. Hieron. notantem, eam dicere fuisse omnes dies quos vixit Mathusala 969. vide S. August. locis citatis.

## I. DIFFICVLTAS. DE HEBRÆO, ET CHALDÆO. An sint, Vbi à Vulgata differant, sequenda?

§. 2.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 1. Textus Hebraicus habetur ab omnibus pro originali, & velut fonte omnium versionum. Atqui fontes videntur præferendi quibuscumque riuulis ab eis procedentibus.

[*Histor.*] 2. S. Hieronymus lib. . Commentariorum in S. Matth. ad cap. 2. hæc habet. *Respondeant qui Hebræorum voluminum denegant veritatẽ, vbi hoc in Septuaginta legatur Interpretibus.* Item, [*August.*] *S. Augustinus lib. 15. Ciu. cap. 13. fin. Rectè fieri nullomodò dubitauerim, vt cùm diuersum aliquid in vtrisque codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum vtrumque esse non potest verum, ei linguæ potiùs credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio.* Et cap. sequenti versùs finem. *Illa verò numerorum varietas, quæ inter codices Hebræos inuenitur, & nostros, neque de hac antiquorum longæuitate dissentit. & siquid habet ita diuersum, vt verum esse vtrumque non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus.* Deniquè, lib. 18. cap. 43. & sequenti, multa habet, in cõmendationem Codicum Hebræorum. Similiaque, S. Hieronymus in qq. Hebr. in Gen. etiam in ipsa præfatione. Idem autem fere dici conuenit de Chaldæo. Siquidem Paraphrasis illa, in libris saltem Moysis, ad textum Hebraicum est proximè collimata. Cæterùm, inimici Ecclesiæ magnâ vi hoc cõtendunt, Hebræum præferendum esse omni Editioni: etiamvero vulgatæ.

[*Hebræum non sequendum, contra Vulgatam.*] VERA SENTENTIA est. Codices Hebræos, & consequenter Chaldaicos, non esse sequendos vbi nullatenùs conciliari queant cum Editione Vulgata.

Ità Colligitur, ex sacrosancto Concilio Tridentino, Declaratione Reuerendissimorum & Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, & Regula Indicis Concilij sub Pio 4. edita. scilicet, [*Concil. Trident.*] Concilium Tridentinum, sess. 4. in decreto, *de scripturis canonicis*, fin. hæc habet. *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri Vulgata latina Editione habentur, pro sacris & Canonicis non susceperit &c. Anathema sit.*

[*Declaratio DD. Cardinalium.*] Declaratio Illustrissimorum Cardinalium Concilij interpretum, ad illa verba, *cum omnibus suis partibus*, hæc. *Etiam dicendum est, quod ne vel periodus, vel vna clausula, vel dictio, aut syllaba, iotaue vnum, repugnet in veteri vulgatæ linguæ latinæ Editione.* Subiungunt DD. Cardinales. *Quoad oppositionem autem contextus Græci, aut Hebraici, cum Latina vulgata Editione, Congregatio remisit ad tertiam Regulam Indicis, sub Pio quarto editam.*

Regula autem illa 3. sic habet inter alia. *Librorum autem Veteris Testamenti versiones, viris tantùm doctis & pijs, Iudicio Episcopi concedi poterunt: modo huiusmodi versionibus, tanquam elucidationibus vulgatæ Editionis, ad intelligendam sacram scripturam, non autem tanquam sacro textu, vtantur.*

Ex his constat, Editionem vulgatam, esse Canonicam, & facere fidem diuinam: nihilque propterea, vnde nec Hebr. nec Chald. esse admittendum, quandò cum ea aut pu-

gner, aut nullatenus conciliari queat. Quod si tamen Hebr. vel Chald. aliquid conferant ad Vulgatæ intelligentiam, vel maiorem elucidationem, non esse illa reijcienda; imò vero esse adhibenda; maximè vbi tractabitur aliqua materia quæ nullatenùs videri poterit ad fidem Catholicam pertinere, sed solummodò ad plus, ad simplicem historicam.

PROBATIONES Huius Sententiæ alias afferre, non est istius loci: sed indubitatas supponere ex principiis fidei, necnon doctrinæ communioris. Quas fusius videre sit in illa celebri, & omnium prima controuersia, quæ est de verbo Dei. Fuit tamen hæc sententia præmittenda, tanquam & Regula nobis inuictissima, & aliquod simul fundamentum dicendorum.

Ad 1. Punctum Dif. &c. AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & obiter Ad 1. eius Punctum Respondetur, Originalia corrupta, versionibus incorruptis, fonte sue turbidos, non esse limpidis riuulis præferendos. Hebræum autem fuisse, ac etiamnùm esse corruptum, constare ex ipsamet confessione Aduersariorum Ecclesiæ: prout demonstratur in controuersia de verbo Dei scripto, & notabitur obiter infra §. 4.

Ad 2. Punctum Respondetur, S. Hieronymum & S. Augustinum non loqui de Hebræo, nisi comparato ad Translationem Septuaginta: non autem ad Vulgatam: vt ostendunt ipsorum verba. Rursùm verò, de Hebræo loqui, quoad Loca, quæ constiterit non esse corrupta, vel quoad Codices, quos constiterit non esse vitiatos: qualiter adijcit expressè S. Hieronymus ibidem Math. 2. sed quædam edidisse exemplaria. Verùm exemplaria hæc, & similia, non amplius reperiri, satis constat ex corruptionibus existentibus in illis quæ circumferuntur. Porrò in particulari S. Augustinum, non tantùm tribuere Codicib. Hebræis, quin supponat & supponi possit eos esse corruptos, patet triplici modo. 1. Quia non desinit in dubium reuocare, nùm semper dicant verum. vt lib. 15. Ciu. cap. 11. post med. vbi dicit. *Hanc opinionem, vel suspicionem, accipiat quo vt putauerit certum est tamen, non vixisse Mathusalem post Diluuium, sed eodem anno defunctum, si verum est quod de numero annorum (vitæ intellige) in Hebræis Codicibus inuenitur. Si verum est:* Per hæc verba demonstrat se non æstimare Codices illos esse omni fide dignos. Et cap. 10. postquam dixit, *Nam ex Adam vsque ad Diluuium conputantur anni, secundum Codices nostros* (id est, Septuag.) *2262. secundum Hebræos autem 1656.* Addit, *Vt ergo istum numerum minorem Credamus esse Veriorẽ* &c. in his verbis satis ostendit se non censere Codices Hebræos esse prorsus certos, sed solummodo se opinari, eos esse hac in parte veriores æstimandos. 2. Quia sicut, quantumuis commendet Translationem Septuaginta, etiam verò dicens, eam fuisse diuino afflatu suggestã, vt fusiùs ostendetur §. sequenti, & interim videre est apud eum lib. 15. cap. 14. & 23. & lib. 18. cap. 43. & sequenti, intãtum vt velit eam, in his etiã in quibus diuersa est ab Hebræo, tamen fuisse dictatam à Spiritusancto: nihilominùs, non desinit supponere, in multis eam esse vitiatam; Ità consequens est, eum, quantumuis commendet Hebræum, dicátque illud similiter fuisse à diuino spiritu traditum: nihilominùs supponere, ipsum fuisse in aliquibus vitiatum. 3. Quia nullam dat attestationem, Codices Hebræos suo tempore fuisse penitùs incorruptos. At præterea quamuis fuissent incorrupti suo tempore Codices Hebræi, quomodo constabit eosdem nunc haberi? Quare tandem concludendum est, quod sicut sanctus Augustinus comparando Translationem Septuaginta ad Hebræum, vult eam in rebus gestis, in quibus non posset vtrumque verum reperiri, ad Hebræum esse reparandam: Ità pateat, comparando Hebræum cum vulgata, in rebus gestis, in quibus non posset vtrumque verum reperiri, quoniam aliàs Vulgata facit fidem diuinam, Hebræum esse ad vulgatam, non contrà, reparandum. vide eum lib. 2. contrà Faust. Manich. cap. 2. Sed de his hoc loco satis. Reliqua petantur ex controuersiis. Singularia tamen quædam videbuntur posteà singulis suis locis.

## II. DIFFICVLTAS. DE TRANSLATIONE Septuaginta Interpretum: An sit, vbi à Vulgata differat, sequenda?

§. 3.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 1. S. Aug. 15. Ciu. 14. fin. hæc habet. *Quæ facultas* (repetendi fidem rerum gestarum ab ea lingua ex qua interpretatum est quod habemus) *cùm volentibus vbiq; gentium præstò sit, non tamen vacat quod Septuaginta Interpretes, in plurimis quæ diuersa dicere videntur, ex Hebræis Codicibus emendare*

ausus

*ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas: nec ego vllo modo putandū existimo. Sed vbi non est scriptorū error, aliquid eos diuino Spiritu, vbi sensus esset consentaneus veritati, & prædicās veritatē, non interpretantiū more* (alias munere) *sed prophetantium libertate aliter dicere voluisse credendū est. Vndè meritò nō solùm Hebræis, verùm etiam ipsis, cùm adhibet testimonia de scripturis, vti apostolica inuenitur authoritas.* Quò iungi potest, etiam Christum Dominum, & denique innumeros, ac omnes ferè Patres, citasse scripturam sacram iuxtà Translationem Septuaginta. Et cap.23. *Meritò creduntur Septuag. Interpr. accepisse propheticum Spiritum, Vt si quid eius authoritate mutarent, atque aliter quam erat quod interpretabantur dicerent, neque hoc diuinitùs esse dictum dubitaretur.* Et lib.18.cap.43. propè med. *Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati sunt.* Similia passim videre est toto capite illo, & sequenti. Et quidē lib.18. cap. 43. verba vide infra §. 4 initio. Hùc iungi etiam posset, id quod habet capite præcedenti, *Traditur sanè tam mirabilem, ac stupendum, planeque diuinum in eorum verbis fuisse consensum, vt cùm ad hoc opus separatim singuli sederint (ità enim eorum fidem Ptolemeo regi placuit explorare) in nullo verbo, quod idem significaret, aut tantundem valeret, vel in verborum ordine, alter ab altero discreparet: sed tanquam si vnus esset interpres, ità quod omnes interpretati sunt, vnum erat: quoniam reuerà Spiritus erat vnus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, vt illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur authoritas, credituris quandoque Gentibus profectura, quod iam videmus effectum.* Hæc S. Augustinus. Quam historiam, & ex ea Translationis Septuaginta commendationem, habet etiam lib.2. doct. Christ. c.15. Porrò quamuis historiam illam quoad cellulas separatas, S. Hieronymus in Apologia aduersus Ruffin. lib. 2. cap. 7. post med. & in præfatione in Pentateuchum, quam ipsemet ad longum refert eodem loco, estq; rursus ipsius epistola 104. in fine etiam Bibliorum Clemen.8. repositā; & præfation. in 1. Paralip. habita eodem loco Apolog. aduersùs Ruff. cap. 8. estque rursùs ipsius Epist. 107. in fine etiam Bibliorum Clem. 8. reposita, & denique aliquomodò lib. 10. Comment. in Ezech. ad cap.33. circà med. fabulæ necnon mendacij loco habeat: tamen permulti, & insignes Patres, eam tenent vt veracem, quos vide apud Leonardum Coquæum Cōmentar. in illum locum S. August. 18. Ciu. 42.

Patres Antiqui.

2. Permulti alij Patres antiqui, qui referentur expressiùs sub §. sequenti, sequuntur Translationē Sept. in numerādis annis illius Periodi. Quinimò Iulianus Episcopus Toletan. lib. 3. contrà Iudæos hæc habet. Ergò illa nobis & sola pro his annis est obseruanda authoritas Septuaginta Interpretum, quæ meritò omnibus Editionibus & Translationibus antefertur, quam etiam hucusq; omnes Doctores Ecclesiastici tenuerunt, & in hac præcipuè annorum supputatione secuti sunt. Sic ille. Similia habet Antonius Contius in suis notis ad Chronologiam S. Nicephor. Episcopi Constantinop. cap. 1. apud Biblioth. PP. Impress. Colon. Agripp. an. 1618. to. 9. Similia Baron. in Apparat. num. 118. & 119. & in Martyrolog. Ad Natiuit. Domini.

3. *Pererius lib. 16. in Gen. ad cap. 11. versum 12. disput. 11. num. 165. seu pag. 459. fin. monet Translationem illam non esse contemnendam; cùm legamus Origenem apud Euseb. lib. 6. hist. Eccles. cap. 23. affirmasse, id pro vero in diuinis scripturis accipiendum esse, quod Septuaginta Interpretes transtulerunt. Denique, Chronographi omnes, Alijque suis locis, vbi de Chronologia obiter aliqua tractant, in multis sequuntur eam, nec penitùs condemnare audent. Vide Torniellum an. 131. num. 7. versùs fin. seu pag. 66. col. 2. versùs fin. & Reliquos infrà, vbi agetur de generatione Cainan huius nominis secundi, sub Periodo sequenti §. 37. rursùmque vbi agetur de Mansione filiorum Israel in Ægypto, sub Periodo. 3. §. 43. videbuntur alia paulò post §. 6.

Translatio 70. nōn sequenda cōtra Vulgat.

VERA SENTENTIA est, Neque Translationem Septuaginta sequendam esse, vbi nullatenùs conciliari queat cum Editione Vulgatà.

Ità similiter colligitur ex Concil. Tridēt. sess. 4. loco citato suprà §. præcedenti, Declaratione Cardinalium Concilij interpretum, & Regula 3. Indicis sub Pio 4. ibidem habitis. Ex quibus constat Editionem Vulgatam esse Canonicam, & facere fidem diuinam: nihilq; propterea, vnde nec Translationem Septuaginta Interpretum esse admittēdam, quando cum eà aut pugnat, aut nullatenùs conciliari potest; Quod si tamen illa Translatio aliquid conferat ad Vulgatæ intelligentiam, vel maiorem elucidationem, non esse reijciendam; imò verò adhibendam; maximè vbi tractabitur aliqua materia, quæ nullatenùs videri poterit pertinere ad fidem Catholicam, sed solummodo ad plus ad simplicem historicam.

Prob.

PROBATIONES Huius Sententiæ alias pariter afferre non est istius loci: Sed indubitatas supponere ex principiis fidei, necnon doctrina communiori: Quas fusiùs videre est in Controuersia de Verbo Dei scripto. Fuit tamen hæc

sententia æque hoc loco præmittenda tanquam & regula nobis inuictissima, & aliquod simul fundamentum dicendorum.

Responsio Ad 1. Punct.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & Ad 1. eius Punctum Respondetur, Christum Dominum, & Apostolos, vsos fuisse Translatione Septuaginta. Quia tunc illa vsitatior erat: Imo sola vsitata apud Iudæos, propter suos Translatores. Nam & adhuc tempore S. Augustini, illa sola erat Ecclesiis vsitata, vt ipse testatur lib. 18. Ciu. cap. 43. init. dicens, *Hanc tamen, quæ Septuaginta est, tanquam sola esset, sic recepit Ecclesia, eáq; vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique vtrùm alia sit aliqua, ignorant.* Audiatur S. Hieron. Epist. 101. ad Pammach. de Optimo genere interpretandi, cap. 4. versus fin. *Vires Septuaginta Editio obtinuit in Ecclesiis, vel quia prima est, & ante Christi facta aduentum, &c.* Non constare autem, an ista eorum Translatio, quæ nunc habetur, eadem sit, quæ olim temporibus illis primis; constare potius contrarium ex S. Hieron. Apol. aduersus Ruffin. cap. 8. init. constare saltem, si fortè eadem sit, eam in plurimis esse vitiatam, vt obiter ostendetur inferius, constare denique Vulgatam, siue illa sit, de quâ ibidem S. Aug. *Ex hac Septuaginta interpretatione, etiam in Latinam linguã interpretatũ est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent:* siue illa sit, de quâ pergit, *Quãuis nõ defuerit tẽporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium Linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo* (de veteri Testamento intellige) *in latinum eloquium easdem Scripturas conuerterit. Sed eius tam literatum laborem, quamuis Iudæi fateantur esse veracem, &c.* Siue denique illa sit, quam lib. 2. Doct. christ. cap. 15. vocat *Italam*, quamq; dicit omnibus esse præferendam: his verbis, *In ipsis autem interpretationibus Itala cæteris præferatur Nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ;* constare, inquam, non solùm hanc Vulgatam esse veracem, sed eam ex Concil. Trid. facere diuinam fidem. Neq; verò quæ dicit S. Augustinus in commendationem Translationis illius Sept. in contrarium vrgent. Nam, sicut iam monuimus, propterea non desinit supponere, corruptiones in ea reperiri, Et insuper, similia dicit de quacunq; alia Translatione. [illegible] post 18. Ciu. 43 *Cum vero tantum in [illegible] Diuinitatis apparuit profecto [illegible] illorum Ser[illegible] Hebræa in qu[illegible] interpretes verax est, aut congruit illis Septuaginta Interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est;* Et denique, ex toto eius discursu patet, ipsum velle solummodò, vt ea quæ in similibus vera reperiuntur æstimentur prouenisse à Diuino Spiritu supponens ergò, nonnulla in [illegible] reperiri posse, non vera, & ad aliquid primò verius esse deferenda: hoc autem dicimus esse Vulgatam Editionem.

Ad 2. Punct.

AD 2. Respondetur, Antiquos Patres secutos fuisse Translationem illam, propter eius antiquitatem: & Quoniam ex S. Hieron. & S. Aug. prout notatum est sub Responsione præcedenti, sola ipsa fuit, vel ferè fuit omnibus illis Patribus vsitata: Quoniam etiam, nihil putarunt derogari fidei, si sequerentur eam in materia, quæ per se non pertinebat ad fidem: Quoniam item Traditio iam sic obtinuerat: & deniq; Quoniam non sic extime fuerat declaratum per Ecclesiam, Editionem Vulgatam facere fidem. Hinc enim, ait S. Anastaz. Sinaita Episcop. Antiochen. in Hexam. lib. 7. *Sciendum est, quod aliter computant Hebræi, & aliter Romanæ Ecclesiæ Traditio.* His etiam de causis, præsertim autem propter vltimam quæ est Antiqua Traditio [illegible] sunt illis, modis Iulian. Toletan. Contius, Baron. & si qui similes moderni vel antiqui. Sed hoc nihil derogat certiori veritati, quæ stat in codicibus Vulgatis propter diuinam & canonicam Authoritatem illius Editionis. Verùm, quoad numerationem annorum istius Periodi, dicetur iterùm sub §. sequenti.

Ad 3. Punct.

Ad 3. Respondetur, Nullum Authorem modernum ætatis præsentis, velle, aut debere velle, Translationem illam præferendam esse Vulgatæ (Antonium Contium carpit ibidem Compilator Conciliorum impressionis superius annotatæ) sed solummodò non esse contemnendam, vbi non fuerit contraria: Imò verò adhibendam, quando lucem aliquam afferet illi. Quod & nos libenter amplectemur in sequentibus.

(∴) (∴) (∴) (∴)

(∴) (∴) (∴) (∴)

## III. DIFFICVLTAS DE CAVSIS DIVERSITATIS Lectionis Hebraicæ, adeòque Chaldaicæ, quâ Genes. 8. vers. 4. dicitur, Arcam requieuisse die Decima septima, Mensis Septimi.

§. 4.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA esse potest. Nullam fuisse, nullamque adeò assignari debere, causam diuersitatis illius Hebraicæ & Chaldaicæ lectionis, ab Editione vulgata, Translatione Septuag. & versione S. Hieronymi Latina super Hebræum: nisi fortè, voluntatem Spiritussancti vtramque tradentis. missos facimus hoc loco hæreticos.

Ità censere debet Perer. lib. 13. in Gen. Disp. 5. seu à num. 42. pag. 372. vbi, postquam vtramque lectionis diuersitatem notauit, neutramque se damnare audere protestatus est, tandem excludit (vt putat) omnem modum corruptionis qui assignari possit Hebraicæ: & affert quosdam modos conciliationis, quibus veritas eius possit ostendi.

PROBAT Hanc Sententiam Pererius duobus Argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Lectionem illā Hebraicā non fuisse casu corruptam, inde patet, Quod eam Hebræi libri constanter habent, & semper habuerunt. Casus autem, nec omnibus libris, nec omni æuo, accidisset.

2. Arg. 2. Neque corruptam fuisse a Iudæis, inde etiā patet, Quod nulla sit Ratio, cur potissimùm hunc Moysis librum deprauare vellent: & difficile sit creditu, etiamsi ità voluissent, tamen omnes libros Hebræos ab eis fuisse corruptos.

Confirm. 2. Arg. CONFIRMARI potest hoc Argumentum. Nam similiter, ac in re simili, argumentatur S. Aug. 15. Ciu. 13. nimirum pro diuersitate Trāslationis Septuag. circa numerationem Annorum, credibile nolēs Iudæos, dum nobis inuident authoritatem, abstulisse sibi veritatem.

Itàq; recurrât Pererius necesse est, ad simile quid, Quod pro Trāslatione Septuag. habet S. Augustinus lib. 18. cap. 43. vbi postquā dixit, *Spiritus enim qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuag. Viris, quando illa interpretati sunt*, hæc addit: S. August. *Qui profectò* (Spiritus) *authoritate diuina & aliud dicere potuit, tāquam Propheta ille vtrumq; dixisset, quia vtrūque idē Spiritus diceret & hoc ipsū aliter, vt si nō eadē verba, idem tamē sensus benè intelligētibus dilucesceret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere: etiā vt hinc ostēderetur nō humanā fuisse in illo opere seruitutem quā verbis debebat interpres, sed diuinam potiùs potestatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis.* Et infrà. *Quæ autem non prætermissa vel addita sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciāt etiam ipsum non abhorrentem, siue alio modo eundem sensum explicare monstrentur, nisi vtrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si igitur vt oportet nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quidquid est in Hebræis codicibus, & non est apud Interpretes Septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere; Quicquid verò est apud Septuaginta, in Hebræis autem codicibus non est, per istos maluit quam per illos idem Spiritus dicere: sic ostendens, vtrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Isaiam, alia per Ieremiam, alia per alium atque alium Prophetam, vel aliter eadem per hunc ac per illum, dixit vt voluit &c.* Hactenùs S. Augustinus.

Porrò, quamuis Pererius ostendat lectionem illam Hebraicam posse habere sensum aliquem verum: non tamen ostēdit aliquem modum specialem, quô sensûs vtriusque lectionis, diuersus licet in verbis, in re tamen sit idem: adeòque quô sic lectio Hebraica possit dici non fuisse corrupta. & in summa, quomodò vere cōciliari possit cum vulgata.

Excogitari posset iste modus, vt quô tempore scripsit Moyses, dies quâ requieuit Arca, esset dies vigesimaseptima Mensis septimi: à tempore autem quô Septuaginta transtulerunt, & quô Editio vulgata facta est, Iudæi mutauerint illam, ex eo quod caderet in decimamseptimam Mensis eiusdem. Hoc enim non est impossibile, propter mutationes formæ annorum, & mensium: sicut suo modo videmus nunc nationes quæ non susceperunt Calendarium Romanum (vt Anglos &c.) diuersam habere computationem dierum in mensibus per. 10. dies à computatione Romana. Sed hanc mutationem formæ annorum & mensium non concedit Pererius, vt videbitur posteà; Et quā certus sit iste modus, iudicent alij. Excogitari possent similes modi: sed de certitudine eorum quis item affirmauerit?

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod Sanctus Hieronymus habuerit textus Hebraicos, in Reijcitur. 1. Sent.

quibus diuersitas illa nō fuit. Hoc enim efficacissimū signū est, lectionem illam nō fuisse in prioribus Hebraicis. S. autem Hieronymū tales textus Hebraicos habuisse, patet

Hieron.

1. Quia in Versione sua Latina super Hebræum, habet non decimaseptima die mensis septimi, sed Vigesima septima.

2. Quia in Editione Vulgata, quam contulit cum Hebræo, temporibus Damasi Papæ, eandem lectionem reliquit. Porro diuersam esse Versionem eius Latinam super Hebræum, & Vulgatam, videri potest in quibusdam inter vtramque diuersitatibus. Instar sit, Gen. 8. vers. 7. Vbi de Coruo Vulg. dicit, *non reuertebatur*. S. autem Hieron. *reuertebatur*.

3. Quia in qq. Hebr. in Gen. diligenter satis adnotauit diuersitates quæ habentur inter Translationem Septuaginta Interpr. & Hebræum. Hanc autem non attigit. Et quamuis non omnia prorsus quæ diuersa sunt inter Translationem illam, & Hebræum attigerit: tamen cum hæc diuersitas etsi fuerit à fontibus obuia, credibile multum sit, ipsum illam non adnotasse, quia non habebatur in suis codicibus Hebraicis.

S. Aug. 4. S. Augustinus supra lib. 18. Ciu. cap. 43. init. testatus est Iudæos agnoscere Versionem Latinam, quam fecit S. Hieronymus super Hebræo, esse veracem, idest, conformem textibus Hebraicis.

2. Sententia. 2. SENTENTIA esse potest. Causam diuersitatis illius esse, vel Casum scriptorum: vel Industriam Iudæorum.

Ita censere debent quotquot lectionem illam nec sequuntur, nec conciliant, sed potius condemnant.

Alterum quidem modum, vel Casus scriptorum, vel Industriæ Iudæorum, esse necessarium, ostendetur. §. sequenti. Vtrum que verò esse probabilem, ostenditur [illegible] his duobus Argumentis.

1. Arg. 1. ARGVMENTVM. Petitur A Casu ex vitio scriptorum. Nam Casum eiusmodi probabilem esse constare potest A Simili, de

S. August. Translatione Septuaginta apud S. Augustinum 15. Ciu. 13. post init. *Credibilius ergo* (ait) *quis dixerit, cum primùm de Bibliotheca Ptolomæi describi ista cœperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in Codice vno, scilicet primitus inde descripto, vnde iam latius emanaret. Vbi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa quæstione de vita Mathusalem, non absurdum est suspicari, & in illo alio, vbi superantibus 24. annis summa non conuenit.* Et infrà. *Itaque illa diuersitas numerorum aliter se habentium in Codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis, vbi non [illegible] de centum annis priùs additis, & postea detractis per tot generationes continuata parilitas, nec malitiæ Iudæorum, nec diligentiæ vel prudentiæ Septuaginta Interpretum, sed scriptoris tribuatur errori, qui de Bibliotheca su[illegible] prædict[illegible] [illegible]mus, accepit. Nam etiam nunc vbi numeri [illegible] intenti [illegible] ad aliquid quod [illegible] possit intelligi, vel quod appareat vtiliter disci, & negligenter de[illegible]buntur & negligentius emendantur. Quis enim existimat sibi esse discendum quot millia hominum tribus Israel singillatim habere potuerunt, quoniam prodesse aliquid non putatur, & quotusquisque hominum est, cui [illegible] profunditas vtilitatis huius appareat?* Hæc S. Augustinus. Idem ergo probabiliter [illegible] potest de Codicibus Hebraicis. Neque enim vnū altero minus est probabile.

2. Arg. 2. ARGVMENTVM. Petitur Ab Industria Iudæorū. Nam industriam Iudæorum, & magis probabilem esse, constare potest ex tot aliis locis, in quibus, et iam fatentibus Aduersariis Ecclesiæ, reperiuntur corruptiones eorum: quæ videre est in controuersia de verbo Dei scripto. Instar aliquorum sit locus ille Psalmi 21 (Hebr. 22.) vers. [illegible]. *Foderunt manus meas & pedes meos*, quod iam legitur in Hebr. *sicut leo manus meas*, &c. Item in opinione [illegible]narietum, necnon quorundam Patrum, vt Tertulliani, locus ille pro quo carpunt Iudæos iidem Aduersarii [illegible] Patres nonnulli, [illegible] inter alios Caluinus habens olim Psal. [illegible] vers. 10. *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit à ligno.* Posteriora siquidē illa verba *à ligno* non solùm ab Hebræo, sed à Trāslatione Septuag. Interpr. apud quos habebatur [illegible] ξύλῳ, censentur ab Aduersariis per Iudæos sublata: quæ tamen siue ex Hebræo sumpta iuxtà sectanos, siue meliùs ex Trāslat. Septuaginta iuxta nos, remanserunt in antiquo illo Ecclesiæ hymno, *Vexilla regis prodeunt*, vbi canitur,

*Impleta sunt quæ concinit*
*Dauid fideli carmine,*
*Dicens, In nationibus*
*Regnauit à ligno Deus.*

1. Confirm. 2. Arg. CONFIRMATVR hoc Argumentum duplici modo. Primo enim, eò faciliùs potuerunt Iudæi hunc locū Geneseos 8. vers. 4. corrumpere, quod minùs sibi veritatem, multum nobis auferrent authoritatem. Etenim parum aut nihil suæ veritati putauerint officere, si decima septima die, loco vigesima septima apponerent, iuxta ea quę notabat suprà S. Augustinus cap. 13: multum verò nostrę authoritati, si vel vno in loco falsitatis nos conuincerent, vt notum est omnibus.

2. Confirm. Secundò, Similitudo locorū valde fauebat, vt quia Gen. 7. vers. 11. In omnibus Codicibus Hebræis, & Latinis, habebatur Diluuium incœpisse decima septima mensis secundi, ita conuenientius videretur, Arcam quieuisse decima septima mensis septimi, ad hoc vt mensis menti sua dies responderet.

Obiectio. DICES, S. Augustinus 15 Ciu. 13. post initium, loquēs de diuersitate Trālationis Septuag. circa numeros Annorum sic ait; *sed absit*

*vt prudens qu... Iudæos ... perversitatis atque mal... potuisse credat in codicibus tam ... tam longe latè, dispersis.*

Respons. RESPONDETVR. S. Augustinum id primum moraliter opinari de translationibus Septuag. quæ circa tempora nascentis invidiæ Iudæorum fuerāt dispersæ. Deinde vero id opinari certo; Quia Iudæi sic abstulissent veritatem & authoritatē Codicibus suis Hebraicis. At de istis Hebraicis aliter: Quia hi fere apud eos solos seruabātur, & ab eis emanarūt tēporibus suæ inuidiæ & peruersitatis.

Replica. INSTABIS. Ioannem Isaac Iudæum Christianum in responsione ad libros Lindani, pluribus agere Iudęos nunquam aliquid in textibus Hebraicis immutasse, nisi quædā loca circa personam aut aduentū Redēptoris.

Respons. RESPONDEO. Concesso quod Iudæi corruperint aliqua scripturæ loca, dicendū esse consequēter, eos non satis suæ causæ consulturos, nisi corrumperent alia quædam non spectantia personam aut aduentum Redemptoris. Siquidem alias ipsorum corruptelæ circà personam tantùm aut aduentum Redēptoris facilè nimiùm omnibus patuissent.

AD I. ARGVMENTVM. Respondetur, Ex eo quod omnes Codices Hebræi cōstanter sic habeant, non sequi, eos non fuisse corruptos hoc loco, minus quam tot in aliis. Quod autem non omni æuo sic habuerint, constare potest ex dictis de S. Hieronymo. Ad 1. Arg.

Quod si quis vrgeat. Quomodo nulli ex eiusmodi codicibus incorruptis remāserint?

Respondebitur, variis de causis. Primò, Quia salus defecit à Iudæis, & ad Græcos ac Latinos transiit; propterea codices eorū fuerunt neglecti. Secundò, Quia ideo etiā Deus in eorum punitionem, hanc codicum linguæ ipsorum incuriam permisit. Aliæ petantur à controuersiis. Quare Codices Hebræi non manserint incorrupti.

AD II. Respōdetur, Rationem hāc S. Augustini esse bonā, scilicet, vt nobis inuiderent authoritatem. Non est autem difficile creditu magis, omnes libros Hebræos ab eis fuisse corruptos, vno in loco, quam tot in aliis. Plura de his alibi. Ad 2. Arg.

## IV. DIFFICVLTAS. DE EADEM LECTIONE Hebraica, & Chaldaica, quâ Gen. 8. vers. 4. dicitur, Arcam requieuisse die Decima septima Mensis septimi: An sit bona, & retinenda?

§. 5.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA CAPITALIS. Dicit lectionem illam Hebraicam & Chaldaicam, non esse erroneam adeóque posse retineri.

Ità Eugubin. Caietan. Lipoman. & Emanuel Sà, in illum locum. Ita Iosephus Scaliger (sectarius) in opere suo de Emendatione Temporum. impress. Lutetiæ 1583. (in fol.) Lib. 3. cap. de Anno Priscorum Hebræorum Abrahamæo, post init. seu pag. 151. fin. & lib. 5. cap. De Diluuio, seu a pag. 201. Item, Ioannes Temporarius Iurisconsultus Blesensis (etiam sectarius) in opere cui titulus, Chronologicarum Demonstrationū libri tres, impress. Rupellæ, 1600. (in fol.) libro 3. Sectione cui titulus, Temporum mensura, seu pag. 362. init. Hi nimirum duo, dum sequuntur istā lectionem. Ab eis non dissentit in hoc Pererius libro citato suprà §. præcedenti. Denique sic sentit Capellus (sectarius) dum Septuaginta damnat, & vulgatam Editionem. Sunt autem authores illi, diuersi in assignando modo, vel ratione huius sententiæ.

1. Modus. 1. MODVS est Capelli. Non alius, quam accusando Editionem vulgatam errorıs: & Septuaginta Interpretes temeratię prudētiæ, quia Moysis textum, non corrigere, sed deprauare ausi sint. sic ille pro solita modestia.

Reiicitur. CONTRA HVNC MODVM, vel potiùs contrà Authorem eius, Facit, id quod aduersus illum ait Salianus tom. 1. Annalium Ecclesiast. Veteris Testamenti. Impress. Paris. 1619. (in fol.) ad annū mundi 1656. in schol. ad num. 46. seu pag. 285. vitiosè notata 267. Accusat ergò (inquit Salianus) sapientes, & Spiritu Dei plenos, inscitiæ, temeritatis, & imposturæ. At quantò satius est audire S. Augustinum 18. Ciu. 43. *Spiritus qui in Prophetis erat quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuaginta viris quando illa interpretati sunt.* cætera S. Augustini vide suprà, & fusè toto illo capite ac sequenti. Addēdum. Accusat ergò iuxtà S. August. Spiritum Dei, Spiritum Prophetarum, Spiritum sanctum? Quid mirū si post hæc accuset vulgatam Editionē, quantumuis diuinam: & versionem S. Hieronymi super Hebræum quantumuis super codices Hebræos fabricatā? Cæterùm, quoad fundū quæstionis plenè refutabitur in sequentibus modis. S. August.

2. MODVS. est Emanuelis Sà. nitentis eà coniecturà, quod Græci legerint vigesima septima, quia iam ab initio Diluuij dixerant id incœpisse vigesima septima die mensis secundi: à qua die ad præsentem reperiuntur 150. dies. Hebræi verò habeāt hic decima septima, quia legerāt ibi decima septima, sicut & Latini. Ideò hic quoque vtrisque legendum esse die decima septima. 2. Modus.

Reiicitur. CONTRA HVNC MODVM Facit, quod, nō Græci solùm, sed & Latini, & in particulari Editio vulgata, & Latina S. Hierony-

mi super Hebræo, constanter habeant hoc loco vigesimaseptima. Dicere autem illud de Græcis, absque alia probatione, non tam videatur esse asserere, quam diuinare.

Modus. 3. MODVS est, Eugubini, Caietan. & Lipom, nitentium hac ostētione, quod etiam aduertit Salianus an. 1656. num. 4 Quod 40. dies quibus durauit pluuia, & 150. quibus dicuntur aquæ obtinuisse terram, efficiant sex menses lunares, & 16. dies qui sint mensis septimi, & in quorum fine Arca requieuerit. vbi aduertendum est, velle Authores istos septimum Mensem cuius decimaseptima die (secūdùm eos) dicitur Arca quieuisse Gen. 8. vers. 4. & decimum mensem cuius prima die dicuntur cacumina montium apparuisse vers. 5. computandos esse à Diluuio incepto, non autem intelligendos esse Anni currentis, aut etiam vitæ Noë. Velle item, 40. dies pluuiæ, non esse includendos in 150. quibus aquæ dicuntur obtinuisse terram. Denique, menses intelligendos esse Lunares: nec cuiuscumque generis, sed dierum 29. solummodo. His positis, sufficienter distribuunt dies illos 40. & 150. qui faciunt 190. Etenim sex menses illius generis, faciūt dies 174. Ab his, ad 190. supersunt 16. qui sint 16. primi dies mensis septimi à scriptura memorati, quibus nimirùm aquæ decreuerint. Porro, in huiusmodi materijs, sola Ostensio alicuius veritatis, cui nihil repugnās possit obijci, cēseri potest vicem subire cuiusdam demōstrationis.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM Facit, quod supponāt Authores isti, menses Scripturæ, adeòque Iudæorū, fuisse dierū solūmodo 29. Quod nusquam ostendere poterunt apud vllum antiquum authorem. Cum contrà, Omnes quotquot de materia mensium Hebræorum tractant, vnanimiter censeant, & ostendant, menses Scripturæ & Hebræorum, fuisse vel lunares alternis 29. & 30. vel solares dierum 30. æqualium, de quâ re agetur ex professo inferiùs §. 10.

4. Modus. 4. MODVS est, Scaligeri, & Temporarij, nitentium hâc Ostensione, Quod 150. dies quibus aquæ dicuntur obtinuisse terram, efficiant præcisè 5. menses solares. quibus iuncti. 30. primi mensis, & 16. secundi, fiāt exactè sex menses à principio ānni vsque ad decemseptem dies Mensis septimi, seu vsque ad septimum Mensem cuius decimaseptima die memorata per Moysem, Arca consederit. Vbi aduertendum est, Authores istos è contrariò velle, mensem septimum cuius decimaseptima die (secundùm eos) dicitur Arca quieuisse, & mensem decimum cuius primâ dicuntur cacumina montium apparuisse, intelligendos esse menses Anni currentis, aut etiam vitæ Noë: non autem esse computandos a Diluuio incœpto. Item, 40. dies pluuiæ, includendos esse in 150. diebus, quibus dicuntur aquæ obtinuisse terram. Denique, Menses Scripturæ intelligendos esse eo loco solares 30. dierum æqualium, non autem in vllo genere lunares. His positis, sufficienter distribuunt (vt ipsis videtur) dies illos 150. qui faciunt 5. menses, & 30. alios primi mensis, & 16. secundi, qui omnes simul faciant 196. Etenim sex menses illius generis, faciūt 180. dies. Ab his, ad 196. supersunt 16. mensis septimi, quibus succedat decima septima mensis septimi à scriptura memorata, in quâ Arca consederit.

CONTRA HVNC MODVM Facit, quod Authores isti statuunt, vel certè statuere debēt si iuxta scripturæ veriorē intellectū loquātur, sed de facto sic statuere demōstrabitur posthæc ab expressis eorum verbis, statuunt, inquam, Arcam quieuisse statim ac ipsamet die quâ aquæ diminui cœperunt. Nam si iuxtà Gen. 8. vers. 3. cœperunt minui post 150. dies, & secundum Auctores istos centesimæquinquagesimæ diei successit immediatè decimaseptima Mensis septimi quâ Arca consederit: vtique Arca consedit ipsamet die quâ cœperunt aquæ diminui. Sic autem inferre dent necesse est, decrementum illud aquarum ad quod Arca quieuerit, durasse ne per vnam diem: sed quibusdam solum horis. At huic positioni repugnat scriptura sacra: imo vero, ipsorummet de reliquo decremento sententia. — Reijcitur.

Scriptura quidem. Nàm imprimis, illa verba Gen. 8. vers. 3. *Reuersæq. sunt aquæ de terra, euntes & redeuntes, & cœperunt minui post 150. dies.* vers. 4. *Requieuitque Arca mense septimo vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ*: innuunt manifestè, transactos fuisse plures dies decrementi Aquarum, ad hoc vt Arca posset quiescere super montes Armeniæ. Atque ità in omni alia sententia reponūtur plures. Nā in eà sentētia quę mēses lunares facit 29. tantummodò dierum, dantur 16. In eâ quæ menses facit alternos 29. & 30. legendo quidem vigesimaseptima mensis septimi, dantur 13. sed esto, daretur legendum decimaseptima. à 13. subducēdo 10. darentur adhuc 3. sed propterea quidem legendum volunt vigesima septima, vt dentur plures. In eâ quæ 40. pluuiæ includit in 150. quibus aquę obtinuerunt terram, dantur 8. Denique, in reliquis sententijs quæ faciunt menses Solares, adeòque includunt 40. dies in 150. dantur 7. 12. & ad minùs 10. — Ostenditur ex Scriptura.

Deinde, cùm dicitur, vers. 5. *At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem: decimo enim mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium*: hæc alia pars decrementi, ostenditur facta spatio 2. mensium integrorum, nempe octaui, & noni, & reliquorum dierum mensis septimi, ac etiam primæ decimi. Itaque iuxtà sententiam de mensibus lu-

[illegible] 29. dierum, quæ legendum vult decimaseptima die, erunt ad minus 70. dies, nempe 12. reliqui mensis septimi, 29. octaui, 29. noni, & prima decimi. Iuxtà sententiam de alternis 29. & 30. quæ legendum etiam vult decimaseptima, erunt 73. Iuxtà sententiam de alternis 29. & 30. quæ legendum vult vigesima septima, erunt 63. Iuxtà sententiam autem de mensibus solaribus 30. dierum, quæ legendum vult vigesimaseptima, erunt 65. Sed iuxtà sententiam Scaligeri & Temporarij de mensibus solaribus 30. dierum, qui legendum volunt decima septima, erunt 75. nempe 14. reliqui mensis septimi, 30. octaui, 30. noni, & prima decimi. In omni ergò sententiâ, sunt ad minùs 60. In sententia verò istorum, 75. Quæramus obiter, quot cubitis immersa fuerit arca in aquis? supposito priùs, quod Gen. 6. vers. 5 Arca non excessit altitudinem 30. cubitorum. Hugo Victor. lib. 1. de Arca cap. 3. tom. 2. vult eam fuisse immersam per 8. vel 9. cubitos. Lyran. in 7. Gen. per 12. in 8. autem, vbi rem exactiùs examinat, per 13. & paulò plus. Alij aliter. Tostatus, Pererius, & Salianus, volunt id non posse satis ex scriptura colligi, neque fortassis aliunde; quia magnitudo inclusi oneris nos latet, pro cuius pondere naues plus minùsue grauantur. Porrò Authores Modi istius videntur supponere, eam immersam fuisse 15. cubitis, aut aliquò plus. verùm detur plus, detur minus. si minùs, quò minùs dabitur, eò magis hic modus difficilis reddetur: si plùs, verbi gratia, 20. 25. per impossibile 30. adhuc impossibilis reddetur hic modus. Quæramus etiam obiter, an quod ait scriptura cap. 7. vers. 19. *& aquæ præualuerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cælo.* vers. 20. *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat*, intelligatur de omnibus omninò montibus? Caietanus negat, & tamen excipit solummodò montes qui excedunt cœlum aëreum, vbi coguntur nubes, inter quos reponit eum, in quo secundùm communem opinionem erat paradisus terrestris, & dilunij tempore viuebat Enoch. Verùm, quòd dicitur de Paradiso, friuolum ostendetur suo loco. Quod autem de montibus qui transcendunt nubes, fabulosum demonstrant reliqui Authores. Sed quidquid sit, illa exceptio aliorum montium manifestè repugnat expressis verbis scripturæ, quæ non solum affirmat *omnes* montes excelsos *sub vniuerso cælo* fuisse coopertos: sed etiam id confirmat ab effectu, cùm ait à vers. 21. *Consumptaque est omnis caro, quæ mouebatur super terrã, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terram, vniuersi homines.* vers. 22. *Et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.* vers. 23. *& deleuit omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cæli, &c.* Hæc enim omnia non potuerunt esse vera, nisi aqua operuerit omnes montes quicumque fuerunt, & omnes arbores in eis existentes. Sed esto, soli montes habitabiles, soli, si lubeat, montes Armeniæ, quorum vno consedit Arca, fuerint operti 15. cubitis. si hoc tamen detur, tunc quidem concedendum erit Arcam non fuisse immersam in aquis 15. cubitis. Nam & de naufragio fuisset periclitata, si in aliquod iugum montium illorum incidisset: & nulla est ratio, cur non etiam requieuisset aliquo alio die illorũ 150. æquè ac die sequente ipsos. His obiter notatis, sic philosophandum est contrà Modum istum. A requie Arcæ ad apparitionem montium, vt minuerentur aqua tot cubitis quibus demergebatur Arca, necessarij fuerint dies 60. vel 75. Ergò si loquendum sit consequenter, necessarij fuerunt aliqui multò plus vno, vt aqua, quæ intererat priùs inter fundum Arcæ & iuga montium Armeniæ, minuerentur ad hoc vt possit in eis Arca ipsa requiescere?

Quot cubitis arca mergebatur in aquis.

Omnes omninò montes in Diluuio coopertι.

Confirmatur, A reliquo decrementi post apparitionem montium: & in summa, à toto decremento Diluuij iuxta sententiam ipsorum. Nam ab apparitione montium quæ facta est prima die Mensis decimi, vsque ad primam diem anni sexcentesimi Noë quâ dicuntur cap. 8. vers. 13. imminutæ aquæ, & exsiccata superficies terræ, (quod exponendum est vsque ad recessionem aquæ a superficie terræ; nam totalis exsiccatio siue arefactio terræ, non est facta nisi vigesima-septima mẽsis secũdi anni sexcẽtesimi primi) transierunt quamplurimi etiam dies. Et quidem in scriptura fit expressa mentio dierum 54. nẽpe vers. 6. dierum 40. post quos Noë emisit coruum, & vers. 10. & 12. bis 7. aliorũ dierum, quibus emisit columbam. Hos solos transactos volunt Authores qui mensem septimum & decimum intelligunt, non anni currentis, aut etiam vitæ Noë, sed computandos à Diluuio incœpto. At verò qui contrà, vt volunt Scaliger & Temporarius, coguntur admittere dies multò plures. Nam debent admittere reliquos 29. aut etiam 30. dies mensis decimi, 30. vndecimi, & 30. duodecimi, qui faciunt 89. vel etiam 90. Item, Ab exsiccatione superficiei terræ ad totalem eius arefactionem, quæ facta dicitur vers. 14. mense secundo (anni sexcentesimi primi) vigesimo septimo mensis, admittere ampliùs debent dies 55. 56. vel 57. nimirùm, 29. aut 30. mensis primi, & 26. vel 27. mensis secundi (eiusdẽ anni sexcẽtesimi primi) qui iũcti præcedẽtibus, faciunt dies ad minus 144. Deniq; in summa decrementũ solarum aquarum, secundùm ipsos durauit 164. dies: nempe 75. à requie Arcæ, ad apparitionem montium, &

Ab Authorum Sententia.

9. ab apparitione montium ad recessionem aquarum a superficie terræ: Decrementum vero & arefactio simul 220. His admissis, quis credat aquas à 15. cubitis supra altiores montes, vel a cubitis qui interfuerunt inter fundum Arcæ, & montem Armeniæ in quo Arca resedit, diminutas fuisse aliquibus solùm horis, seu pauciori tempore quam vnius diei?

Object. Neque vero dicatur: Vētum validissimum id præstitisse: posseque colligi ex vers. 1. *Adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.* Et a simili, Exod. 14. vers. 21. *Cùmque extendisset Moyses manum suam super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi & vrente totâ nocte, & vertit in siccum, diuisaque est aqua.* Nam vētum illum Gen. 8. non fuisse talem, qualis fuit ille Exod. 14. inde patet, quod alias totum decrementum non durasset 8. vel ad plus, circiter 15. dies. Dicere verò, fuisse talem per diem illam quâ resedit arca, non autem per reliquas, gratis & absque fundamento confictum fuerit. Quod si vrgeatur, elici hoc ex præcedentibus verbis: *Recordatus autem Noë, cunctorum animātium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in Arca, adduxit Spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.* tanquam id fuerit factum in fauorem specialem Noë. Replicabitur, cur non idem dicatur continuatum in fauorem eius, per reliquam diminutionem aquarum?

Obiect. DICES. Auctores illos iuxtà modum istum suæ sententiæ, non censere quietem arcæ fuisse factam eadem die quâ cœperunt aquæ minui: seu diminutionem aquarum non tantùm incœpisse post 150. dies, sed longe ante. imò vero statim post 40. dies & noctes pluuiæ. Atque ità verba hæc *& cœperunt minui post* 150. *dies*, non esse sic exponenda, quasi tunc simpliciter cœperint minui. sed hoc sensu, *cœperunt minui*: id est, cœperunt esse imminutæ notabiliter, in respectu ad totum Diluuium, vel ad cognitionem Noë.

1. Probat. Obiect. PROBARI potest ex Scriptura cap. 8. vers. 1. *Recordatus autē Deus Noë, &c. adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ,* Ecce *cœperunt minui*, potest exponi per: *imminutæ sunt.* Item, ex vers. 2. *Et clausi sūt fontes abyssi, & cataractæ cœli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo.* vers. 3. *Reuersæque sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post* 15[illegible]. *dies.* Fontes abyssi, & cataractæ cæli, clausæ sunt; pluuiæ prohibitę; & aquæ reuersæ de terra, euntes & redeuntes: statim post 40. dies.

2. Probat. Obiect. PROBARI potest Ratione. Nam vis solis, aliorumque motuum superiorum & inferiorum, non potuit quin minueret aquas, aut statim à 40. diebus, aut paulòpost eos. at omnino eadem vis iuncta spiritui, seu vento, quem adduxit Deus super terram.

Respons. ad Obiect. RESPONDETVR. Quamuis hæc aliquam habeant probabilitatis speciem: attamen vere in scripturæ rationem aliud ab eis innuere. scilicet, illa verba cap. 8. vers. 1. *Recordatus autem Deus Noë, &c. adduxit Spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ*, eo loco tradi tanquam summarium quoddam rerum actarum post 150. dies, adeoque aliquatenus per anticipationem in respectu ad illa verba. vers. 3. & 4. *Reuersæque sunt aquæ, &c. Requieuitq; arca mense septimo*, &c. Itemq; illa verba vers. 2. *Et clausi sunt fontes abyssi*, &c. eo loco tradi per recapitulationem, esseq; referenda ad ea quæ dicta sunt cap. præced. de 40. diebus: proindeque sic esse contexēda: Post 150. dies quibus aquæ obtinuerunt terram, recordatus Deus Noë, adduxit spiritū super terrā, & reuersæ sunt aquæ de terra euntes & redeuntes, & cœperunt minui post 150. dies, & imminutæ sunt aquæ, & requieuit arca mense septimo.

PROBATVR. Nam cùm dicitur cap. 7. vers. vlt. *Obtinueruntque aquæ terram* 150. *diebus*, sensus est, vel obtinuerunt, inualescentes crescendo: vel obtinuerunt, remanentes occupando. Si primum, manifestum est non posse dici aquas incepisse minui statim post 40. dies: imò ne ante 150. finitos. Si secūdum, tunc rursùs sensus est, vel obtinuerunt, in eodem statu manendo: vel obtinuerunt, quamuis decrescendo. Non secundum. Nam idem dici potuisset de aquis per totum diluuij decrementum, neque est vlla ratio cur potiùs Moyses id dixisset de 150. diebus primis decrementi, quam de reliquis eiusdem decrementi. Si primum, manifestum est aquas non cœpisse simpliciter minui, nisi post 150. dies, quibus aquæ obtinuerant terram. Vide quæ dicentur expressiùs de hac voce §. 19. Probatio Respons.

CONFIRMATVR. Ex serie textus. Confirm. Resp.
Nam recordatio Dei; Adductio venti; Inceptio minutionis, Ipsamet minutio, &c. non narrantur nisi post narratos 40. dies quibus pluit, & quod præcipuū est, post narratos 15[illegible]. quibus aquæ terrā obtinuerūt. Et quāuis nihil repugnet aliquas ibi reperiri recapitulationes: tamen cùm etiā nihil ad eas cogat, nō est quare præferantur texturæ narrationis. Deinde, ex proprietate sermonis. Nam vers. 1. dicitur, *& imminutæ sunt aquæ.* vers. autem 3. *Et cœperunt minui.* Si vnus idemq; esset sensus: non erat variandus loquendi modus. Denique, quod finem imponit huic obiectioni, quantùm ad Authores pro quibus illa proponitur, ità cēsent Scaliger & Temporarius. Scaliger enim describens progressum diluuij sic ait pag. 151. Is igitur (Moyses) scribit &c. 150. dies aquas inualuisse, & diem proximum a 150. hoc est 151. fuisse decimumseptimum mensis septimi, &c. sic ille. Temporarius itē, eundem progressum describens à pag. 361. fin. hæc habet: Scribit Moyses, &c. noctu diu-

que plus ſeper dies 40. arca a terra ſublatam natauit per aquas, auctas ad dies 150. ſic iſte: Ita antiqui omnes, ac moderni, qui ſcripſerunt hac de re. Et hinc reſponſio patet ad 1. probationem.

Ad 2. Reſpondetur, vim ſolis & aliorum motuum non tantam eſſe quæ potuerit aquas minuere notabiliter: præſertim in reſpectu ad totum terræ globum aquis adeò profundis & immenſis occupatum. Alioqui ſi valeret huiuſmodi Ratio, deberét ſingulis annis omnia maria deſiccari, quod tamen nedum euenit maribus minutis, aut etiam lacubus, exiſtentibus licet in Regionibus calidiſſimis. Quomodo ergo potuiſſet hoc euenire congregationibus aquarum in immenſum adeo profuſis, & in Regionibus à ſolis ardoribus elongatis.

5. MODVS. eſt Pererij, conciliantis vtramque lectionem, & aſſignantis cuilibet duplicem computationem qua poſſit vtraque vera reperiri. Nunc tamen de ſola Hebraica dicendum eſt: de vulgata dicetur poſtea. Aduertendum prius, Pererium ſupponere menſes Scripturæ, vt & Iudæorum, fuiſſe lunares, alternè 29. & 30. dierum. Itaq;

1. Computatio eſt, ſi menſis ſeptimus quô requieuit Arca, computetur ab initio Diluuij, & 40. dies pluuiæ, ſeparentur à 150. aquarum. Tunc enim reſtabunt 4. dies decrementi aquarum, ſeu ab initio diminutionis earum vſque ad diem quâ requieuerit Arca. Siquidem 40. & 150. faciunt 190: ſex autem menſes lunares dlius generis faciunt 177. ad de 17. menſis ſeptimi habebis 194: ergo ſupra 190. ſupererunt 4. quibus decrementum illud fuerit factum. Quod ſi hoc videatur durum, aquas quæ ſuperabant montes 15. cubitis, diminutas fuiſſe ſpatio 4. dierum ad quãtitatem neceſſariam quieti Arcæ: Recurrendum erit pro Pererio ad ventum illum, qui potuerit eſſe ſimilis illi de quo Exodi 14.

Verùm, Contrà hanc Computationem facit, idem quod contra Modum præcedentem: Non eſſe probabile, diminutionem tantarum aquarum, factam fuiſſe adeo paucis diebus. Et quamuis hoc fieri potuiſſet, admiſſo vento vehementi, qualis fuit ille ventus Exodi: attamen, ventum illum Geneſ. non fuiſſe parem, videtur ſufficienter ex ſcriptura demonſtratum.

2. Computatio, ſi menſis ſeptimus quô Arca requieuit, computetur ſimiliter ab initio Diluuij, tameo 40. dies pluuiæ includantur io 150. Tunc enim relinquentur 44. dies, quibus decrementum illud euenerit. Nam à 150. ad 194. reperiuntur 44. Quod ſi durum econtrariò videatur, conſumptos fuiſſe tot dies in illa diminutione aquarum. Reſpondendum erit pro Pererio, non eſſe hoc incõueniens, ſi admittatur, quod etiam verius eſt,

A aquas eò ceſſiſſe quoad non ſolùm ad montes Armeniæ, ſed vſque ad eos qui erat ſub cælo. Et quidem ſi aliud non obſtaret omnino probabilis eſſet iſta Computatio, attenta proportione reliqui decrementi imò à reque arcæ ad primam diem menſis decimi, tum ab illa prima menſis decimi ad primam anni ſexcenteſimi primi.

Verum, Contrà hanc Computationem facit, quod ſeptimum & decimum menſem ſupponat computandos a Diluuio incœpto, non autem ab anno currente. Hoc autem minus eſſe probabile, & contra morem ... B, oſtenditur ex profeſſo pro ... Pererio hic ſententiæ.

CONTRA TOTAM SENTENTIAM, Facit. quod, vt ait Salianus num. 47. erratũ agnoſcit in Biblijs latinis emendatiſſimis. In cuius declaratione venit Regula S. Aug. Epiſt. 9. (habetur etiam in 8. quæ eſt ad Hieron. habeta ſi non verba, ſaltem ſenſu, diſt. 9. cap. *Si ad ſcripturas*, quam ad ſenſum, ſi non verbis, ſaltem ſenſu Genebrard anno 2729. ſeu pag. 81. fin. ſic autem habet Canon. *Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint ... officioſa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia pro*C*feretur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obſeratur improbitas?* vide Gloſſam in dlum locum, adducentem in confirmationem varia iuris ſimile declarãtia circa temporalia. Vide eum dem S. Auguſt. lib. 11. contra Fauſt. Manich cap. 2. Quibus iunge quæ telata ſunt ... Concil. Trident. & Declarationibus eius § 2. & 3.

DICES. At nonne poſſunt in Codices Latinos, quotũmuis ſacros, errores irrepere vitio librariorum: imò nonne ſic euenitſe de facto conſtat, ex correctionibus per Romanum ordinẽ adhibitis editioni vulgatæ? Ne-D que tamen hoc officit eis. Imprimis quoniam cùm dicitur in ea nullum errorem admittendum eſſe, ſupponitur prout fuit a Spiritu Sancto dictata quod ad plus requirit, vt per Eccleſiam dicantur quænam ſint in ea recta, quænam non, vno verbo quatenus per Eccleſiam à vitiis librariorum purgata quod tamen nondum illa præſtitit. Deinde, communiter hoc intelligitur, quantùm ad ea quæ pertinẽt ad fidem & ad mores; Quia quoad hæc ſupponitur Eccleſiam actu vidiſſe probaſſe omnia illa loca, propter errores & hæreſes E aduerſus vtrumque conſurgentes Atque ita reperiuntur aliqui, probe licet Catholici, nihilque de fide ne ſpecietenus oſale ſentientes, qui corruptiones aliquas admittunt in Editione Vulgatâ prout de Caietano nonnulliſque alijs videbitur in ſequentibus.

RESPONDETVR. Eſto poſſint in Codices ſacros irrepere quædam vitia librariorum: Quis tamen audeat affirmare, vel affirmanti concedere, factum ità fuiſſe hoc in

loco, vel etiam in fin[...]bus? Cùm nunquam Ecclesia, vel correctores ad illud munus per eam deputati, testimonium v[...]ium protulerint, quo vel conjici queat aliquam sic euenisse librariorum corruptionem? Quin potiùs ex eo quod nunquam ipsa, vel illi, protulerint quodpiam tale testimonium, aut etiam aliquam de hac re coniecturam fecerint, contrarium nobis insinuetur, scilicet, nullam ibi reperiri corruptionem, vllamue requiri correctionem? Deinde, constanter ita reperitur scriptum in reliquis Editionibus, vt in Translatione Septuag. Interpr. & quod maximum est pro hac quæstione, in Translatione S. Hieron. super Hebræo. Hoc enim signum efficacissimum est, ita fuisse scriptum in codicibus [...] q[...] notibus Hebræis, quos apud se habuerant Au[...]ores omnium istarum Translationum, vulgat. Septuag. & S. Hieron. Præterea, [...] audeat corruptiones huiusmodi proponere, vel proponenti consentire, qui viam aliquam non præbeat ad proponenda simul ea circa res ipsius fidei: qualiter proferri videmus per aduersarios Ecclesiæ, de pluribus scripturæ locis, confictam alias ipsorum Religionem confodientibus. v.g. Lucæ 22. circa Sacramentum Euchari[...]iæ. Neque satisfecerunt nobis, qui dixerint satis esse proponentibus talia, quod se suaque dicta subijciant Ecclesiæ. Nam esto potuerit hoc sufficere pro quibusdam existentibus ante Concil. Trident. Declarationes eius, & sensum torrentis Doctorum: non tamen post tanta testimonia credibilia fa[...]a nimis. Insuper, si locus semel detur ad i[...]ius eiusmodi: cur aliunde tanti labores in soluendis Scripturæ difficultatibus, non minora facientibus imo maiora longe neg[...]tia, pro vindicandis ab errore cunctimodo scripturis sacris, & præsertim Editione vulgata quæ nobis est præ manibus, specialimque circa numeros per eam expressos: v. g. sit exemplum in illa difficultate graui, & cæteris difficultatibus quamplurimis, de tot variis annorum summis spec[...]antibus mansionem Filiorum Israël in Ægypto, de qua tractabitur in[...]equs [...].43. pro quarum tamen grauissima, velut omnium grauissima, nullus vsquedum Auctor ad huiusmodi confugia putauit sibi recurrendum? Cur enim non vno verbo conciliarint dicendo, numerum, vel numeros, aut etiam ipsum locum totum, aliaue tota loca, [...]uisse corrupta vitio librariorum? Amplius, si correctiones huiusmodi proponendæ vel exequendæ forent: nonne proponi deberent Ecclesiæ soli, per eamque solam essent [...]quendæ? Quis enim vtrumque vel alterum al[...] erassumat, [...] qui notam aliquam [...] [...]npti[...]n[...]n sui mun[...] [...]n incurrat? Amplius, ad quid vtil[...] re[...] [...]lu[...]i modi pro locis in qu[...]us n[...] [...]nu[...]ens co[...]at: aliunde vero vi[...] c[...] [...]num aut expositionum num incommodæ per omnem etiam vt h[...] v[...]l per maximam vt in [...]imilibus, Auctorum partem manet amplexæ. Denique, quicquid dicatur, proferatur, aut prætendatur, in recursibus huius generis, quantumuis etiam proponentium auctoritati nihil derogare contendamus: sane melius semper audiet meliusque de Scripturis sacris, & Ecclesia Sancta Dei, fuerit promeritus, qui prætensas huiusmodi corruptiones non admittet. Quod autem asseritur de Caietano, nonnullisque al[...], n[...]il obest. Scimus enim eos propterea quoad hæc, ab Ecclesia sancta Romana tenentiatis argui: quod a nobis æternum absit. Et hæc fuerit hic semel annotasse: quatenus cum similia proferentur in sequentibus (quod certe licet parum, sæpius tamen quam par est, a quibusdã, etiam nuper scribentibus, intenditur) similes etiam refutationes iterare plenius nõ sit opus. Sed vt Ratione quoq; specialii magis agatur. Peretius num. 42. hæc habet. Nec apparet quemadmodum hæ duæ lectiones inuicem conciliari queant. Item, cum igitur vtraque lectio non videatur vera esse posse & c[...]icille. Qui etiamsi ostendat, quomodo vtraque lectio possit habere seorsim aliquam veritatem: non tamen quomodo possit vtramque habere simul. Et nos quidem Modum quendam excogitauimus suprà §. præcedenti; sed quis illum audeat approbare? Quare tandem videtur absolutè dicendum, non posse simul reperiri verum, arcam quieuisse decimaseptima & vigesimaseptima die mensis septimi: adeoq; nec Lectionem illam Hebraicam cum vulgata conciliari.

II. SENTENTIA CAPITALIS & vera, Dicit lectionẽ illam Hebraicã & Chaldaicam, esse erroneam, & corrigendam. *2. Et vera Sent.*

Ita censere debent, quotquot sequuntur tum Translationem Septuag. Interpr, vt Iosephus eos de more secutus Græcique omnes Patres: tum Editionem Vulgatam, vt reliqui Patres, & Catholici, plurimiq; Sectarij. Atque ita censent ex modernis catholicis Delrio in Gen. Torniel. an. 1656. num. 22. seu pag. 98. fol. 21. & Salian. ann. 1656. num. 46. & in Schol. ad eundem num. seu pag. 281. fin. & 285. vitiose notata 67. col. 1. Ex Sectariis autem Gerardus M[...]cator in Chronologia imp[...]essa Colon. Agrippin. 1569. (in fol.) pag. 4. & [...]thus Caluisius, in sua Isag. Chronolog. impress. Lipsiæ (in 4.) 1605. cùm nimirum, in hac Lectione non Hebr. sed vel Septuag. vel vulgat. vel etiam S. Hieron. sequuntur, retinentes non decimaseptima, sed vigesimaseptima die. *Illa Lectio Hebr est erronea.*

PROBATIO directa Huius Sententiæ, non est alia hoc loco afferenda, quam Authoritas Editionis Vulgatæ. Posset quidem accedere Ostensio, per distributionem dierum a scriptura memoratorum, in debitos *Probat.*

men..s & dies. Sed quia redibit hæc Ostensio propriis locis infra: propterea sufficit nunc ex parte hac, indirecta Probatio, pec refutatio-nes, tùm sententiæ præcedentis in se, tùm simul, & seorsim, Modorum singulorum eius.

## V. DIFFICVLTAS. DE CAVSIS DIVERSITATIS Translationis Septuaginta Interpretum, circà Numerationem Annorum Huius Periodi, quam habet Gen. 5.

§. 6.

I. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, diuersitatem illam euenisse casu, ex vitio Scriptorum, seu primorum Copistarum.

Gordon. Ità Gordonus, in opere, cui titulus, Opus Chronologicum, impress. Picton. in fol.) 1617. part. 2. in qq. ad Period. 1. cap. 5. num. 6. seu pag. 79. init. dicens: *Quod, cùm Græci notis numerorum vtantur ferè semper, & in primis editionibus Septuaginta Interpretum ità contigisse in promptu sit suspicari: potuerunt illæ notæ faciliùs peruerti, & vitiari. Hebræi verò adhibuerunt semper numerorum nomina, vt omnes editiones Genes. & receptior apud eos consuetudo, testantur.*

Reijcitur. S.Aug. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, id quod habet S. Aug. 15. Ciu. 13. post init. *In hac* (inquiens) *in quibus continuatur ipsius mendositatis similitudo, ità vt antè genitum filium qui ordini inseritur, alibi supersint* 100. *anni, alibi desint, post genitum autem, vbi deerant, supersint, vbi supererant, desint, vt summa conueniat: & hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, & septima generatione inuenitur, videtur habere quandam, si dici possit, error ipse constantiam: nec casum redolet, sed industriam.*

Hoc ex S. Aug. mutuans Torniellus an. 131. num. 5. med. seu pag. 65. col. . med. sic declarat. Illa diuersitatis similitudo & parilitas, per tot generationes penè vniformiter continuata, ità vt ante generatum filium in vno textu supersint 100. anni, in alio (in quo iam inueniebantur 100. anni) desint: post genitũ autem vbi deerant, supersint, vbi vero supererant, desint, vt summa conueniat: profectò non casum redolet, sed industriam.

Hùc facit etiam, quod Gen. 8. vers. 4. vbi Vulg. & reliquæ habent, Arcam requieuisse vigesima septima die mensis secundi Heb. habet decimaseptima: quod fuit reprobatum superius. Ergò non adhibuisse numerorum nomina, non est causa sola, cur euenerit corruptio. Nam etsi Septuag. Interpr. adhibuissent ibi notas numerorum non tamen fuerũt corrupti. Hebræum autem, etsi semper adhibuisset nomina numerorum: non tamen propterea caruit corruptione pro numeris.

II. Sent. II. SENTENTIA. Dicit, diuersitatem illam fuisse factam à Iudæis, ex malitiâ Christianis inuidente authoritatem.

Ita Nõnulli apud S. Aug. 15. Ciu. 11. versùs fin. vbi dicit, fuisse quosdam, qui crediderunt, *Iudæos, dum nobis inuident, quod lex & Prophetæ ad nos interpretando transierunt, mutasse quædam in codicibus suis* (Septuaginta Interpretes intellige, quos habebant) *vt nostris minueretur authoritas.* Et cap. 13. init. hæc habet. *Sed cum hæc dixero, continuò refertur illud Iudæorum esse mendacium, de quo superiùs satis actum est.*

Reijcitur. S.Aug. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, id quod ibidem cap. 13. subdit S. Aug. dicens, *Vbi, si quæram quid sit credibilius, Iudæorum gentem tam longè latèque diffusam in hoc conspirare potuisse: & dum alijs inuident authoritatem, sibi abstulisse veritatem,* &c. *Sed absit, vt prudens quispiam, vel Iudæos cuiuslibet peruersitatis atque malitiæ, tantùm potuisse credat in codicibus tam multis, & tam longè latèque dispersis.* &c. Hęc S. Augustinus. Itaque, iuxtà S. Aug. nõ est credibile, Iudęos id fecisse, aut etiam facere potuisse, in tot codicibus per totum ferè mundum dispersis.

An autem hæc Ratio sic conuincat, vt, si sola esset, non maneret probabilis illa sententia? Credo equidem, S. Aug. non eam pro tali protulisse; cum constet, Iudæos quædam in Hebræo corrupisse, quæ tamen per totum mundum manserunt corrupta: quia nimirum corrumpendo prima originalia, quæ ab ipsis Iudæis emanarunt, corruptio per totũ mundum dispersa mansit. Idem autem præstare potuissent in Translatione Septuaginta Interpretum.

Sed considerandum est, Imprimis, S. Augustinum, vt diximus §. præcedenti, opinari moraliter de Translationibus Septuaginta, quæ circa tempora inuidiæ Iudæorum dispersæ fuerunt. Itaque, hæc Ratio, si sola esset, moraliter tantum sententiam illam refutaret. Deinde verò considerandũ est, eũ includere ibi aliam Rationem, quæ probationem reddit certam, & quam nos ostendimus ibidem, circa modum dispositionis numerorum, non casum, sed industriam redolentis: nimirum, hanc non esse malitiæ ipsorum tribuendam; quia sic illi ipsimet codicibus suis abstulissent & veritatem, & authoritatem.

III. SENTENTIA, Dicit diuersitatem illam fuisse factam ab ipsismet Interpretibus Septuaginta, consultò & de industriâ; non quidem malitiosa: sed Ægyptijs ob aliquam causam rationabilem se accommodante.

Ità Temporarius lib. 2. seu pag 130. fin. vbi postquam dixit, cur Interpretes Septuaginta Hebraicos libros in annorum calculo superarint, vix rationem reddi posse, coniecturis tamen aliquid cōsequi posse nunnullis visuos est: has subiungit.

Ægyptij cunctus mortales antiquitate superare nunquam non gloriati sunt. Annos enim dictitabant à primo eorum rege ad Sethonem, qui cū Sennacherib pugnauit, intercessisse 1346. vt testis est Herodutus. Plato quoq; lib. de Legibus ait Ægyptios annorum 10000. egisse antè alius homines. Sic apud Diodorum sacerdotes asserunt Deos & Homines imperasse per annos 33000. Sed idem accuratiùs didicisse narrat, Ægyptios ab initio regni computare 4700. annos ad Amasin vsque, qui in aduentu Cambysis in Ægyptum satis concessit. Ad illum annorum censum credibile est Septuaginta Interpretes accommodare sese vtcumque voluisse, veritos ne si multò pauciores annos ascripsissent, quàm in Ægyptum regnatum esse crederetur: Historia sacra, vt falsi suspecta, & inuisa, reijceretur ab Ægyptiis, qui iam pertinaci studio antiquitatem suam tuerentur. Cupiebant sane Iudæi gratiam Regum Ægyptiorum demereri. Ptolemæus enim Lagi filius, paucis antè annis specie religionis Ierosolymam diripuerat, captiuis 120000. in Ægyptū abductis, quos filius Ptolemæi Philadelphus qui Septuaginta Interpretes coëgit, liberos esse iussit 400. talentis in eorum redemptionem expensis, vt author est Iosephus. His de causis Septuaginta videri possunt annos illos adiecisse in ea temporis parte, cuius nulla certa monumenta apud Ægyptios extarent, & vbi nihil Prophetis, & sacris litteris, noxæ minoris inferretur: eoque modò errandi causam dedisse posteris, si modò illorum est versio Græca quæ hodie circumfertur: de quâ video doctos dubitare; Quia huic non prorsùs respondent loci ab Apostolis de Septuaginta excerpti. Hęc ille. Quem mirum est, aut S. Aug. non vidisse: aut visum sequi noluisse.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt plurima. Et imprimis, omnia quæ in commendationem Interpretum Septuaginta dicebat suprà S. Augustinus. Specialiter autem id quod habet lib. 15. cap. 13. init. *Sed cùm hoc dixero, continuo refertur illud Iudæorum esse mendacium. Nam Septuaginta Interpretes laudabiliter celebratos viros non potuisse mentiri.* Et postquam dixit ea, quæ de Iudæis relata sunt suprà contrà sententiam primam, ab illis verbis: *Vbi si quæram quid sit credibilius, Iudæorum gētem* &c. hæc subdit: *An Septuaginta homines, qui etiam ipsi Iudæi erant in vno loco positos, quoniam Rex Ægypti Ptolemæus eos ad hoc opus asciuerat, ipsam veritatem gentibus alienigenis inuidisse, & communicato istud fecisse consilio. Quis non videat quid procliuius faciliusque credatur?* Et post illa: *Sed absit vt prudens quispiam*, &c. hæc subiungit: *vel Septuaginta illos memorabiles viros, hoc de inuidenda gentibus veritate virum communicasse consilium?* Sic S. Augustinus. Itaque non est credibile Septuaginta id fecisse, vt Ægyptiis se accommodarent dispendio veritatis.

Deinde vero, nonne in maius longè discrimen adduxissent sacras scripturas, si Ptolemæo conferente, vel conferri iubente Trāslationem cum Hebræo, deprehensum fuisset eos adeò grauiter tum Hebræis textibus, tùm ipsi Ptolemæo, tùm denique gentibus omnibus, imposuisse?

Denique, si Septuaginta Interpretes addidissent illos annos, vt præsumptæ antiquitati Ægyptiorum se accommodarent, nonne multo plures addidissent? Quid enim iuuasset addere tam paucos in respectu tot milliū de quibus se iactantes Ægyptij gloriabantur? Sanius fecisset Tēporarius, si S. Augustinum imitans, id saltem Bibliothecario Ptolemæi tribuisset, tanquam de suorum Ægyptiorum antiquitate tuenda sollicito. Quæ tamen Ratio parùm idonea imo imperita fuisset illi Bibliothecario. Quare

IV. SENTENTIA & Probabilior, Dicit, diuersitatem illam fuisse factam de industriâ, ab eo scriptore qui primus Translationem Septuaginta, ex libro qui erat in Bibliotheca Ptolemæi describendam suscepit. 4 Et Probabilior. sent.

Ita S. Augustinus loco præcitato lib. 15. cap. 13. vbi post allata, subdit: *Credibilius ergò quis dixerit, cùm primùm de Bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in codice vno, scilicet primitùs inde descripto, vnde iam latiùs emanaret.* S. August.

Quid autem primum illum scriptorem ad id mouerit, ibidem fusè tradit S. Augustinus: quem ad longum affert Pererius lib. 7. in Gen. disput. de Chronologia sacræ scripturæ ab Adamo ad Diluuium q. 3. à num. 127. seu pag. 265. col. 1. Summa autem eius hæc est apud Torniellum suprà sub num. 5. seu pag. 65. col. 1.

Quisquis ille fuerit, probabiliter creditur de industria addidisse 100. annos antè singulas propè Generationes, eâ potissimum de causâ, quod ne iam prolixa illa vitæ diuturnitas primorum hominum apud gentiles fictitia videretur, existimauerit, aut ab aliis existimari voluerit, annos priscorum illorum hominum fuisse breuissimos, ità vt 10. ex ipsis

vnum

vnum è nostris facerent. Et quoniam posita hac opinione, si posteà annos illos breuiores ad nostros communes reduceremus, sequeretur ex Hebraico textu Adamum cùm ageret annum decimumtertiũ genuisse Seth, & ipsum Seth, cum esset annorum 10. cum dimidio, & Enos anno vitæ nono, & Cainan septimo, & Malaleel sexto, & Henoch pariter sexto; quod planè absurdum esset, filium procreasse: ideo hisce omnibus penè generationibus addidit 100. annos, hoc est, 10. ex nostris. Quod non fecit in generatione Iared, qui secundùm veritatem genuit anno ætatis suæ centesimo sexagesimo secundo, id est, iuxtà illius correctionis computum, anno decimosexto expleto: quia illa ætas apta est ad generandum. Sicuti etiam nihil addidit ad generationes Mathusala Lamech, & Noë, eadem ratione. Sic ille. Quod autèm dicitur, *nihil addidit*, intellige de centenariis numeris. Nam aliàs ad generationem Lamech, addidit 6. annos. Vulgata enim habet 182. Septuaginta autem 188. Et in generatione Mathusala, sustulit 20. & secundùm alios 22. Nam Vulg. habet 187. Codices Romani Septuaginta 167. Regij 165. Cur autem sustulerit illos 20. de generatione Mathusala, quos post generationē restituit, vt anni vitę quadrarent cum originali, putat S. Aug. factum ab eo vt meliùs occultaret suam industriam: cùm nempe videretur idem etiam accidisse de numero longè minori.

## VI. DIFFICVLTAS. DE TRANSLATIONE Septuaginta Interpretum, circà eandem Numerationem Annorum huius Periodi, quam habet Gen. 5. An sit bona, & retinenda?

§. 7.

*Fundam. Diffic.*

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Permulti Patres, & præsertim Græci, quos notat Baron. in Apparat. num. 119. & in Martyrolog. ad Natiuitatem Domini, secuti sunt Numerationem illam. Vt Theophil. Episcop. Antioch. Iul. African. Orig. Lactant. Epiphan. Euseb. vterque Anastas. Cyprian. Clem. Alex. Hippolit. Philastr. Oros. Niceph. Suid. Iulian. Episcop. Tolet. quem notat Baron. falsò dici Pomerium, aduertit & Gordon. ad Period. 1. cap. 4. pag. 175. Denique Cedrenus, & alij: præter Acta Synodica multorum Patrum, & præsertim 6. Synod. General. can. 5. apud Balsamon. iuxta hãc computationem annorum assignata. Iungi potest Anton. Contius, notatus supra §. 3. Complures alios recentiores huius esse sententiæ dicit ibidem Baron. Quibus etiam adhæret ipsemet, concedit que, quod & multi concedunt, Ecclesiam antiquitùs annos computasse iuxtà Translationem illam, siue iuxtà Translationis Interpret. Septuag. numerationem.

*Vera sententia.*

VERA SENTENTIA Et communis est, Trãslationem Septuaginta in Numeratione Annorum huius Periodi, esse, & falsam, & vitiatam.

*Translat. Sept. falsa sub hac Periodo.*

QVOD SIT FALSA. Probatur à Scripturâ hoc Argumento, apud Torniell. an. 1131. à num. 6. seu à pag. 65. col. 2. etsi ordine alio.

AVT I. illa Translatio intelligit annos, de annis æqualibus nostris. Et tunc sequetur Mathusalam vixisse post Diluuium 14. annis, quod aduertit S. Aug. 15. Ciu. 11. init. vel etiã 16. annis. Nam illa Translatio ponit ipsum Mathusalam postquam genuit Lamech superuixisse annos 802. vel secundùm alios codices 804. A Natiuitate autem Lamech, ad Diluuium annos 788. Siquidem ait Lamech fuisse 188. annorum quando genuit Noe. Huius autem Noe sexcentesimo, Diluuium incœpit. Ergo supersunt anni 16. aut 14. vitæ Mathusalæ post Diluuiũ. At hoc est manifestè contrà scripturam. Nam imprimis, Gen. 5. vers. vlt. *Noë verò cum 500. esset annorũ genuit Sem, Chã, & Iaphet*. Et cap. 6. vers. 9. *Hæ sunt generationes Noë*, &c. vers. 10. *Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iaphet*. Per hæc patet, vel Noe tunc (ante Diluuium) genuisse solum tres illos filios. vel scripturam memorare illos solos, tanquam de quibus solis pro disseminando post Diluuium hominum genere sollicitus esset Deus. Deinde, eodem Cap. 6. vers. 18. *Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris Arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum*. Cap. 7. vers. 1. *Dixitq; Dominus ad eum, ingredere tu, & omnis domus tua in Arcam*, &c. vers. 7. *Et ingressus est Noë, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in Arcam, propter aquas Diluuij*. vers. 13. *In articulo diei illius ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius, vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in Arcam*. Cap. 8. vers. 16. *Egredere de Arcà tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum*. Et vers. 18. *Egressus est ergò Noë, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo.* Per hæc patet euidenter, ingressos fuisse tantum in Arcam, Noë, & vxorem eius, tres

eius filios, & vxores eorum. Quod confirmatur ex cap. 7. verſ. 22. & 23. *Vniuerſi homines, & cuncta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terrâ, mortua ſunt, & deleuit omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, &c. Remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in Arca.* Et denique euidẽter rurſùs aſſeritur 2. Petr. 3. verſ. 20. *Arca, in quâ pauci, ideſt, octo animæ, ſaluæ factæ ſunt per aquam.*

Neque valet commentum illud, quod refert (nec approbat) S. Aug. ibid. 15. Ciu. 11. quorundam dicentium, Mathuſalam tempore diluuij mirabiliter fuiſſe trãſlatum cum Patre ſuo Enoch. Hoc enim aſſeritur abſque vlla authoritate, vel Scripturæ vel Patrum, vel cuiuſpiam idonei ſcriptoris. Et cum addatur, etiam apud Septuaginta, quod tandem Mathuſala mortuus eſt: ad quid fuiſſet illa tranſlatio tempore diluuij, cuius vices ſufficienter præbuiſſet ſaluatio in Arca?

AVT 2. intelligit annos, iuxtà quod S. Auguſt. ſuprà cap. 14 coniecit ſcriptorem illum primũ intellexiſſe, de breuioribus quàm ſint noſtri, ità vt 10. ex illis faciant vnum ex noſtris. Et hoc etiam eſt manifeſtè contrà ſcripturam. Nam ſequetur quemlibet annorum illorum conſtare ſolummodò 36. diebus (decies enim 36. faciunt 360.) & ſic annos eiuſmodi eſſe tantùm vnius menſis cum aliquot diebus. At ſcriptura paſſim mentionem facit plurium menſium in anno: notanter autem his locis Gen. 7 & 8. expreſſam menſis primi, ſecundi, ſeptimi, & decimi.

Quod ſi dixeris, menſes illos debere ſumi ad proportionem annorum, ſcilicet breuiores noſtris menſibus: tunc ſequetur, menſes eiuſmodi conſtare ſolum tribus diebus, aut circiter. At ſcriptura iiſdẽ in locis Gen. 7. & 8. mentionem facit dierum 17. & 27. in vno eodemque menſe. Et quidem 27. iuxtà Trãſlationem ipſorũmet Septuaginta menſe ſecundo anni ſexcenteſimi: cùm dicunt Diluuium incœpiſſe vigeſimaſeptimâ menſis ſecundi. Iterum verò, iuxtà Vulg. S. Hieron. eandemq; Tranſlationem, menſe ſeptimo: cùm dicitur Arcam requieuiſſe vigeſimaſeptima menſis ſeptimi. Denique iuxtà omnes, Hebr. Chald. Vulg. S. Hieron. ipſamque Tranſlationem, menſe ſecundo anni ſexcenteſimi: cùm dicitur areſactam eſſe terram menſe ſecundo vigeſimoſeptimo die menſis.

Præterea, cùm dicitur Deuter. vlt. verſ. 7. Moyſen vixiſſe 120. annos. & in ſenectute, quam in hoc mirabilem ſcriptura refert, quod *non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt*: Et 2. Reg. 5. verſ. 4 Dauidem vixiſſe 70. annos, & ſenuiſſe *ita vt cùm operiretur veſtibus, non caleſieret*: vtique Moyſes non expleuiſſet duodecimum ex noſtris annum, nec Dauid ſeptimum. adeò que non verè ſenuiſſent.

Item, cum paſſim in libris Reg. & Paralip. dicuntur multi Reges habuiſſe 30. annos, quando regnare cæperunt, alij 16. alij 8. &c. prout videbitur ſuo loco: ridiculum eſſet hoc intelligere de huiuſmodi annis.

Quod ſi tandem, vt hæc abſurda vitentur, dixeris, annos in ſcripturà vario modo ſumi. & quidem vno modo in Gen. alio vero tùm in eadem Gen. tum in alijs locis: hoc autem abſque aliâ probatione, aut fundamento aſſertionis, erit gratis confictum. Nullatenus vero dici poterit quoad Gen. Quia hæc ab vno & eodem Moyſe conſcripta eſt. Nullatenùs item quoad reliquos libros Pentateuchi. Nam ſi quid ad eorum finem non à Moyſe ſcriptum eſt, vt illud de ipſius morte Deut. vlt. à verſ. 6. vbi dicitur, quod *Moyſes 100. & 20. annorum erat, quando mortuus eſt*: tamen non eſt credibile Spiritum ſanctum in hoc dictando variaſſe ſenſum pro annis computandis, ab eo ſenſu quô per reliquos 5. libros fuerunt computati.

AVT denique 3. intelligit annos, vel trimeſtres, vt apud Ægyptios ex Solin. in Polyhiſtore cap. 2. vel quadrimeſtres, vt olim apud eoſdem Ægyptios ex eodem Solin. loco citato, Plutarch. in vitâ Numæ Pompilij, Plin. lib. 7. cap. 8. & Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. Et neque ſic dici poteſt Moyſen & Dauidem in ſenectute deceſſiſſe. Siquidem Moyſes non exceſſiſſet 30. aut 40. annos ex noſtris, nec Dauid 21. aut 22. Cum ergò Tranſlatio illa hoc loco, non poſſit conciliari cum alijs ſcripturæ locis: adeòq; nec cum Editione Vulgatâ (ſed neque cum ſeipsâ) quin aduerſetur illis: ſequitur eam in his numerationibus eſſe falsam.

QVOD SIT VITIATA. Inde quidem ſequitur: & ex dictis apud S. Aug. in commendationem probitatis Septuaginta Interpretum. Nihilominùs ſpecialiter

Translat. Sept. vitiata ſub hac l eitud.

Probatur A Patribus multimodè. Primò. Quia S. Hieron. in qq Hebr. in Gen. longius poſt init. expreſsè Notat, errorem haberi in 100. illis annis ſupradictis. Inſuper verò teſtatur ſe reperiſſe in libris Hebræorum & Samaritanorum, quædam quæ memorat ibidem, præſertim quoad Mathuſalam, quæ ſi nos conferamus cum Editione noſtrâ Vulgatâ, nemo dubitauerit hâc Editionem Vulgatam fuiſſe ex Hebræo fideliſſimè tranſlatam. Atqui Tranſlatio iſta Septuaginta Interpretum, aduerſatur Vulgatæ. Ergò fuit vitiata.

Probat. à Patribus. S. Hieron.

Secundò. S. Aug. lib. 15. Ciu. cap 20. dicit in codicibus, quos ipſe ad manus habebat, computari ab Adam ad Diluuium, annos 2262. Et lib. 16. cap. 10. in iiſdem, à Diluuio ad ortum Abrahæ, annos 1072: qui prioribus iuncti, faciunt Ab Orbe condito ad ortum Abrahæ

S. Aug.

3334. Hæc autem summa annos 78. minus habet, quàm illa quæ ex nostris codicibus Septuaginta Interp. magis probatis subducitur.

*Euseb. Isid. &c.* Tertiò. Permulti Patres, vt Euseb. Isid. aliique, quos citat in hac controuersia Baron. sub initio Appara: & Antiqui scriptores qui secuti sunt Translationes Septuag. longe diuersum numerum annorum tradiderunt, alij maiorem, alij minorem, ab Orbe condito ad Diluuium. Quamuis omnes illi profiteantur sequi se Septuaginta Interpretes.

*Ioseph.* Quartò. Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 5. Impress. Lat. colon. Agripp. 1524. alias cap. 3. aut etiam vt in Græc. impress. Geneu. 1621. habetur 4. etiamsi numeret ab Adamo ad Diluuium 2656. tamen Perer. lib. 17. in Gen. Dispur de Chronologia, q. 2. num. 185. seu pag. 294. col. 1. post init. & Gordon. qq. cap. 3. ad Period. 1. num. 5. seu pag. 172. fin. aliique, Iosephum à mendo, necnon probabilitate, purgantes (quamuis abnuat Salian. in Schol. anni 1656. ad num. 4. seu pag. 257. fin.) cum quod in reliquis (summæ) cum Hebræo concordet, contendunt legendum esse 1656: de qua re iterum & ex professo infrà §. 31.

*S. Hieron. S. Aug. S. Eucher. &c.* Confirmatur 1. S. Hieron. in qq. Hebr. suprà, S. Aug. 15. Ciu. 13 S. Eucher. & alij in Gen. 5. prout notat Bellarm. in Controuersia de Verbo Dei lib. 2. cap. 6. versùs fin. numquam potuerunt soluere argumentum petitum suprà à loco 1. Petr. 3. de animabus 8. tantum in Arca, seu de annis vitæ Mathusalæ: nisi admittendo textum Septuaginta Interpretum fuisse ab aliquo vitiatum.

*S. Aug.* Confirmatur a. S. Aug. lib. 15. Ciu. cap. 13. dicit suo tempore in tribus codicibus Græcis, & in vno etiam Syro, inter se consentientibus, inuentum esse Mathusalam defunctum fuisse 6. annis antè Diluuium. Idemque repertum fuisse in vno codice Latino.

*S. Hier. S. August. Bed. &c.* Confirmatur 3. S. Hieron qq. Heb. Gen. S. Aug. 15 Ciu. 13. & 14 Beda de 6. Ætatibus mundi, & alij, ideò nos docent, quoties cumque Græci Codices ab Hebræis ità discrepant, vt nulla ratione conciliari possint: standum esse potius Hebræis, ac in particulari hoc loco. Quod intellige, saluâ sèper Vulgatâ: quam aliunde satis commendant vt diuinam, fidelem, & veracem.

*Prob. ab ostensione* Probatur à Ratione, seu sensibili demonstratione, petita à discrepantiâ Codicum Græcorum hoc eodem loco. Nam ipsimet Codices Græci qui nunc reperiuntur, varij sunt inter se, vt Romanus ille de quo suprà, & Regius, seu Complutensis à quo Regius est desumptus. Neque verò solum hic: sed etiam in numeratione annorum Periodi sequentis. Vbi adnotabimus prætereà Genebrardum, & Massæum Cameracensem, forte etiam habuisse Codices quosdam ab his in aliqua numeratione particulari diuersos.

*Confirm.* CONFIRMANTVR omnia hæc ab alijs scripturæ locis, in quibus Codices Sept. Interpret. constat fuisse vitiatos. Vt v. g. Gen. 7. vers. 11. vbi faciunt Diluuium incipere vigesimaseptimâ die secundi mensis: cum tamen apud omnes Vulg. Hebr. Chalda. & S. Hieron. super Hebr. cõstanter habeatur decimaseptimâ, de qua re §. sequenti. Alia vide apud Bellarm. supra. Sed vt agamus de annorum numerationibus Gen. 11. vers. 16. & 17. annos Heber faciunt 404. vbi Vulg. Hebr. Chald. & S. Hieron. habent 464.

Item, Iudicum 12. vers. 11. habetur in Vulg. Hebr. Chal. & Hieron. Ahialon, siue Ælon, iudicasse Israel 10. annis: iuxtà Euseb. autem in Chron. omittentem eum, videre est, nec ipsum, nec annos ipsius, extitisse tunc apud Septuaginta. Quod etiam notans Christianus Massæus Cameracensis, in opere suo cui titulus, Chronicorum multiplicis historiæ &c. impress. Antuerp. 1540. (in fol.) pag. 42. hæc dicit: vnde magnus error in antiquis Chronologis. Idem notauit Torniell. an. 2802. In Codicibus autem Romano, & Regiis, & nomen, & anni 10. regiminis eius habentur.

Item, 1. Reg. 4. secundùm vetustos Codices Septuaginta, tribuuntur regimini Heli, anni tantùmmodò 20: sicque legunt Lucifer, & Euseb. in Chronic. notaruntque Genebrard. in Heli, & quod mirum, in hoc secutus codices illos Gordonus in annis expansis, anno 2858. & pag. 20. fin. At in Vulg. Hebr. &c. necnon in Codicibus Græcis qui nunc habentur, tribuuntur ei anni 40.

Item, 4. Reg. 21. vers. 19. secundum Sept. Amon regi tribuuntur 12. anni regni: sicque tribuunt Philo, Euseb. & Niceph. At Vulg. Hebr. Chal &c. necnon Codices Græci correctiores, habent 2. tantum. Vide & Iob. vlt. verbis postremis. Tob. vlt. vers. 1. 2. 3. & 18. Dan. 2. vers. 1. & 4. & 2. Machab. 1. vers. 10.

*2. Confirm.* CONFIRMANTVR item ex his, quæ de Translatione Septuaginta Interp. testatur passim S. Hieronymus. Nam v. g. Apolog. aduersùs Ruffin. cap. 8. init. hæc ait. *Si Septuaginta Interpretum pura, & vt ab eis in Græcum versa est, editio, permaneret: superfluè me, mi Chromati &c. impelleres, vt tibi Hebræa volumina Latino sermone transferrem &c.* Similia pluraque alia huc facientia, vide in qq. Hebr. præsertim in præfat. Item, in præfat. in Pentateuchum, in 1. Paral. in Esdr. Commentar. in Prophet. Lib. de optimo genere interpretandi, & epist. ad Suniam & Fretellam. Sed vide fusè solidéque Bellarmin. loco citato per totum.

*Ad Fund. Diffic.* AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS. Respondetur, non mirum esse si tot Patres, & præsertim Græci, secuti sint Translationem Septuaginta. Quia tunc

illa erat Ecclesiæ visitatior: imò sola ferè nota, vt monebant nos suprà §. 3. Responsione ad 1. S. Hieron. Epistola 101. & S. Aug. 15. Ciu. 43. Quamuis inter eos Euseb. non omiserit notare haberi iuxtà Hebr. aliter quàm iuxtà Græcum. Quod autem Baronio placuerit, eâ de causâ, potius illam sequi (prout de se testatur) non magis vrget. Nam in materiis eiusmodi, quæ non sunt fidei Catholicæ, sed tantum Historicæ, non pugnatur auctoritate, vel multitudine: sed Ratione, seu validiori Probatione.

## VII. DIFFICVLTAS. DE CAVSIS DIVERSITATIS eiusdem Translationis Septuaginta Interpretum, quâ dicunt Gen. 7. vers. 11. Diluuium incœpisse vigesimaseptimâ die Mensis Secundi: & denique similium in sequentibus Diuersitatum.

§. 8.

Eugubinus in Gen. 7. & Sixt. Senens. lib. 5. annot. 79. suspicantur, vt aduertit Salian. in schol. an. 1656. ad num. 7. seu pag. 286. versùs fin. errorem in numerum illum Translationis Sept. Interpr. quô dicitur vigesimaseptimâ secundi mensis irrepsisse ex similitudine locorum Gen. 7. vers. 11. & 8. vers. 14. & ex posteriore in quo habetur mense secundo vigesimoseptimo die mensis arefactam terram, factum esse vt in priore quoque legeretur mense secundo vigesimoseptimo die mensis.

Confirmant ex eo quod pari modo legatur in priori loco, annus sexcentesimus primus Noë quô cœperit Diluuium: cùm tamen hoc legi tantùm debeat in posteriori. Cæterùm erratum hoc posterius, non inuenitur in codicibus nostris: sed vt monet Salian. (ibid.) in Aldina & Basileensi, quam eius interpretes non vertit fideliter: abest autem ab Editione Romana, in quâ tamen hæret illud prius.

Posset Ratio specialis ista reddi. Quod, cùm cap. 8. vers. 4. vbi dicitur Arca requieuisse, habeatur in illa Translatione Sept. Interpret. vigesimaseptimâ die mensis secundi, prout etiam habetur in Vulg. & S. Hieron. & iuxtà sententiam quæ 40. dies pluuiæ includit in 150. quibus dicuntur aquæ obtinuisse terram, mensesque his locis intelligit solares: reperiantur ab initio Diluuij, ad requiem arcæ præcisè 5. menses solares: qui primus Translationem illam vitiauit, his forte considerationibus ad id faciendum fuerit motus: nimirùm primus ille scriptor è Bibliothecâ Ptolemæi. Quippe apud Ægyptios antiquos, annus, & menses, fuerunt solares, vt ostendetur inferiùs. Et quamuis tempore Transcriptionis illius, forsitan apud eos menses fuerint lunares: nihilominùs transcriptor ille, respiciens ad tempora Moysis, scriptionem suam ad menses temporum illorum adaptauerit. Sed quam certitudinem habeat hæc coniectura, iudicet quisque prout voluerit.

Diuersitatem autem illam iampridem irrepsisse in Translationem Septuaginta, ex hoc constat, quod Iosephus ità legerit 1. Antiq. cap. 5. alias 3. seu Græc. 4.

Quantum autem ad similes in posterùm eiusdem Translationis Diuersitates, quæ nec conciliari possunt cum Vulg. (aut etiam Hebr. Chald. & S. Hieron.) nec ei maiorem ducem afferre: dicendum est breuiter, eas esse tribuendas, vel vitio librariorum, siue errori Scriptorum, si nempe nullâ industriâ ratio verisimilis possit assignari: vel industriæ simili ei quæ superiùs ostensa fuit, si econtrà ratio aliqua verisimilis afferri possit. Has enim regulas tradidit nobis S. Augustinus lib. 15. Ciu. cap. 13. S. Aug.

## VIII. DIFFICVLTAS. DE LECTIONE ILLA eiusdem Translationis Septuaginta Interpretum, Quà dicunt Gen. 7. vers. 11. Diluuium incœpisse vigesimaseptima Mensis Secundi: An sit bona, & retinenda?

§. 9.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS speciale est hoc. Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 5. aliàs 3. Græg. 4. & S. Aug. 15. Ciu. c. 4. ità legunt vt nunc habent Septuaginta Interpretes. Hoc autem videtur signum, aut Septuaginta Interpretes ità consultò transtulisse: aut certè hanc lectionem in aliquo veram esse posse.

*Illa lectio Sept. est erronea*

VERA SENTENTIA Et communis est, Lectionem illam Translationis Septuaginta Interpretum esse erroneã, & corrigẽdã.

PROBARI potest duplici modo, iuxtà duplicem sententiam capitalem de 40. diebus inclusis, vel non inclusis, in 150. Et quidem iuxtà sententiam eos non includentem

*I. Modus.*

I. MODVS est Tornielli an. 1656. num. 26. & Salian. an. 1658. à num. 6. prius supponentium tria vel quatuor. Primum, de quo apud omnes constat, scripturam sacram dum memorat annos sexcentesimum & sexcentesimum primum, agere de annis vitæ Nuë. Hoc enim prior locus asserit expresse: posterior autem alio non potest referri. Secundum, quod est controuersum, apud eos tamen stat, Iudæos mensibus Lunaribus alternis 29. & 30. ad annum tamen solarem compositis, vsos fuisse. Tertium, quod etiam est controuersum, apud eos tamen similiter stat, in cætera enumeratione ab anno sexcentesimo ad annum sexcentesimum primum, scilicet seclusis mense secundo prioris, & mense secundo posterioris, agi de duratione Diluuij: & in summa, 150. status aquarum à 40. pluuiæ condistinctos, menses septimum & decimum, 40. dies quibus emissus est coruus, 7. & 7. quibus emissa columba, computandos esse ab initio Diluuij, non autem ab initio Anni currentis.

His suppositis, PROBAT Salianus. Cùm Moyses dicat, primo die decimi mensis apparuisse cacumina montium: 9. integræ lunationes abierant, id est, 265. dies. Quibus addendi sunt 40, quos expectauit Nuë, antequã dimitteret Coruum, cap. 8. vers. 6. Et mox bis 7. quibus emisit Columbam fiũtque, dies 319. His autem addendus est vnus mensis, siue primus mensis Anni currẽtis: Et dies 16. mẽsis secundi: qui scilicet, eo anno præterierant antequam pluuia decideret. fietque annus integer solaris 365. dierum, aut 366. si ponamus eum annũ bissextilem. At si diceremus iuxtà Septuaginta, pluuiã cœpisse die vigesimaseptima secundi mẽsis oporteret addere diebus Diluuij vnum mensem, siue primũ mensem, & dies 26: sicq; fieret annus 375. dierũ, quod esset absurdum. Hæc ferè ad verbum Salianus: rectè concludens in hac sententiâ. Iuxta aliam autem sententiam,

*II. Modus*

II. MODVS esse potest, supponendo, inquam, 40. dies pluuiæ includendos esse in 150. siue fuerint Menses Lunares alternis 29. & 30. siue fuerint solares 30. dierum æqualiũ. Nam si fuerint solares 30. dierum æqualium, cùm in 150. diebus absoluantur præcisè 5. mẽses generis illius: tũc immediatè succedet eis dies vigesimaseptima mensis septimi, & sic sequetur Arcam requieuisse immediatè post 150. dies. At hoc est contrà Scripturam Gen. 8. vers. 3. *Cœperuntq; minui* (aquæ) *post 150. dies*, &c. quæ fusiùs deducta sunt §. 5. contrà secundum Modũ: vbi manifestè fuit ostensũ transactos fuisse aliquos, intrà quos fieret decrementum, ad hoc vt requiescere Arca; neque dici posse ventũ illum quem Deus immisisse dicitur vers. 1. potuisse id efficere breui tẽpore. Si autem menses fuerint Lunares alternis 29 & 30. cùm in 147. diebus absoluátur 5. mẽses generis illius: tũc post 2. vel 3. dies ad plus, successerit vigesimaseptima mẽsis septimi, & sic intersuerint solum 2. vel 3. dies, quibus aquæ decrescerent, ad hoc vt Arca requiesceret. At hoc etiam est contra scripturam eodem loco: vbi constat, ad hoc vt apparerent cacumina montium, transactos fuisse ad minus dies 63. Quãtò ergò plures tribus interesse debuerunt, ad hoc vt Arca, quæ eleuata fuerat 15. cubitis suprà mõtes excelsiores requiescere posset prout fusiùs ostẽsũ est eodẽ loco citato? Itaque, ex his, in omni sententia consequens est, lectionem illam Translationis Septuaginta esse erroneam, & corrigendam. Missam facimus sententiam, quæ menses facit Lunares omnes 29. dierum; quia refecta fuit superiùs eodem §. 5. contrà tertium Modum: & reijcietur iterùm inferiùs §. 10. vbi expresse agetur de mensibus.

*Ad Fund. Diffic.*

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS. Respondetur, Iosephum non hoc errore solo laborare, sed innumeris aliis qui videbuntur passim in sequentibus. Interim aliqui videri possunt apud Baron. in Apparat. num. 83. & à num. 113. & apud Salia-

rum loco citato. Permulti autem apud eundem Salian. anno 1656. à num. 6. & 1694. & sub 1. Abrahami: & autem Augustinum, & si qui alij, præsertim ex Græcis, ità legisse, quia

A frequentiùs vsi sunt illa Translatione. Non discussit autem S. Augustinus, illane Lectio quadrare posset, aut non; nullibi namque ipsam tractauit.

## IX. DIFFICVLTAS. DE MENSIBVS HIC ET POST habitis: Quales sint intelligendi: Lunares, an Solares?

§. 10.

*Mensis quid.*

NOTANDVM est 1. Mensem vocari, numerum dierū secūdū cursum quendam partialē Solis, & quendam totalē Lunæ. Vnde duplex est genus Mensis. Solaris, & Lunaris. Solaris, qui attenditur secundùm quod Sol transit, aut circiter, ab aliquo signo Zodiaci, ad aliud signū eiusdem Zodiaci. Lunaris, qui attenditur secundùm quod Luna percurrit, aut circiter, eundem Zodiacum. Et quia cursus eiusmodi tùm Solis, tùm Lunæ, considerari possunt, vel secundùm quod se habent à parte rei, seu ex natura sua, vel secundùm quod accommodantur ad vsus hominum: ideò duplex aliud exit genus vtriusque Mensis. nimirum, Naturalis, qui spectatur secundùm naturalem cursum illorum syderum: & Ciuilis, qui spectatur secundùm accommodationem hominum. Solaris naturalis est, qui naturalibus Zodiaci signis definitur, siue qui attenditur quatenùs Sol naturali suo cursu transit ab vno signo Zodiaci ad aliud signum eiusdem Zodiaci. Quod interuallum est circiter 30. dierum. Lunaris naturalis est, qui definitur, vel spatio quô Luna percurrit Zodiacum: vel spatio quô illa coniungitur Soli: vel denique, spatio quô ipsa apparet illuminata. Vnde Lunaris naturalis est triplicis generis. Primum est, quod attēditur quatenùs Luna ab eodem puncto Zodiaci profecta, in idem reuertitur, & dicitur Period⁹ Lunæ. Quod interuallū est circiter 28. dierum: minùs quidem quam 29: maius autem quam 27. Secundum genus, quod attenditur quatenùs Luna Soli cōiuncta circà eandem partem cœli, ab eodem Sole profecta ad eundē reuertitur, & dicitur Synodus Lunæ. Tertium genus est, quod attenditur quatenùs Luna post Synodum incipit apparere, & dicitur Apparitio Lunæ. Et hoc rursus multipliciter. Nimirùm, vel prima die quâ apparet, quæ est secunda à synodo; vel secunda die quâ apparet, quæ est tertia à synodo: sicq; deinceps. Rursum verò Mensis Lunæ synodicus est triplicis generis. Sed de his alibi. Pro nunc qui dicitur Medius, est magis spectatus, 29. dierum cum dimidio, vel circiter dimidio diei. Solares ciuiles sunt multiplices. Vt quidam 30. dierum æqualium:

*Quotuplex.*

B quidam partim 30. partim 31. partim vnus aliquando 28. & aliquando 29. Olim vtplurimū erant 30. dierum: (quamuis nonnihil videri possit eiusmodi mēses 30. dierum vocari etiā Lunares apud quosdam Authores: vt cōijcere est vocati à S. Augustino lib. 15. Ciu. cap. 14.) sicuti erant omnes in antiquo anno Ægyptiaco, & Græco. Nunc autem inualuit vt sint partim 30. partim & pro maiori parte 31. partim & pro vno tantū mense, quandoq; 28. quandoq; 29. sicut sunt in anno Iuliano, id C est, in anno à Iulio Cæsare instituto, in quo 4. menses sunt 30. dierū, 7. sunt 31. horum vero nonnulli alternis 30. & 31. & deniq; vnus est quandoque & regulariter 28. nimirùm extrà annum Bissextilem, quandoque verò 29. nimirum in anno Bissextili, quod euenire solet quolibet anno quarto. Lunaris ciuilis, est totidē aut ferè qui naturalis. Nam alij computarunt à Periodo; alij à Synodo; alij ab Apparitione: alij denique à secunda die Apparitionis, quæ est tertia synodi. Rursum ve- D ro Lunaris ciuilis à synodo, est triplicis generis. Quidam enim est 29. dierum tantum: qualem secutus est Caietanus. Quidam 29. & semis: qualem secuti sunt Græci & Iudæi, iuxtà Iul. Afric. prout refertur à S. Hieron. in Dan. 9. Quidam denique qui sic accommodatur secundùm naturalem medium synodicum, vt menses sint propter dimidium diei suprà dies 29. alternis 29. & 30. tribuendo primo eorum (in anno) dies 29. & secundo 30. quod vocant, alternis caui & pleni; vel alternis 30. & 29. tribuendo primo eorum (in anno) 30. & secundo 29. quod vocant alternis pleni & caui. Et hic est magis vsitatus: præsertim posterioribus tempo- E ribus.

NOTANDVM est 2. Quoniam menses componuntur ex diebus, vtrique autem varia sortiuntur munia, varia & ex connenire nomina. Quod videre licet apud Scaligerum Lib. 1. Emendat. cap. de Diebus, seu à pag. 4. & cap. de Mensibus, seu à pag. 6. Quoniam rursùs inter eorum vsitatiora munia, hoc vnum est, quod inseruiunt ad componendos, seu coæquandos inuicē annos ex mensibus & diebus constitutos; vt v.g. annos Lunares constantes ex mensibus lunaribus 29.

*Mensium quoddam munus, annos æquare.*

tantùm dierum, adeóque ex diebus 348. cùm annis Lunaribus cõstantibus ex 12. mensibus Lunaribus alternis 29. & 30. adeóque ex diebus 354. quod in vsu non est, sed & annos Lunares cũ Solaribus, & Solares rursùs ciuiles, cum naturalibus: proptereà etiam eis conueniunt quædam vsitatiora nomina, pro respectum illum ad annos, quibus coæquandis inseruiunt. Et diebus quidem non pauca. quæ videre licet apud Scaligerum supra cap. de Diebus, seu à pag. 4. mẽsibus autem non tot, sed pauciora, quæ & videre licet ibid. à pag. 6. Vsitatiora autem Dierum sunt duo. Alterum, quô aliqui vocantur ἐπαγόμεναι, siue additítij, idest, qui post annum adduntur ad coæquandum eum cum alio anno. Alterum, quô alij vocantur ἐμβόλιμοι, Embolimi, insititij, seu intercalares, id est, qui potiùs per quendam modum inseruntur, quam adijciantur. Vsitatiora Mẽsium similiter duo. Vnum, quô aliqui vocantur Embolimi, insititij, seu intercalares, idest, qui per eundem modum inseruntur ad coæquãdum annum. Alterum ex hoc insurgẽs, quô idem ille mẽsis Embolimus nomẽ desumit, vel à numero, v. g. si post 12. per numeros solũ appellatos inseratur, & vocetur Decimus terti⁹, vel à nomine simùl, v. g. si post duodecimũ, aut aliquẽ ex 12. per nomina propria appellatũ, vocetur eodẽ nomine quô præcedẽs, numero ordinali ei superaddito, v. g. si apud nos post Februariũ inserı⁹ vocaretur Secũd⁹ Februari⁹. Denique aliqui tũ dies, tũ mẽses, maximè vero dies, dicũtur ἔπακτοι, id est, adiectæ, adaucti, aduectitij, translatitij &c. qui restant ex aliquo excessu, & reseruantur ac posteà impenduntur ad coæquandum aliquem annum, v. g. Lunares, qui producuntur excessu solis, qui est 11. dierum, rursùmque in numerum aureum ductus abiectis tricenarijs. Aliqui ἐξαιρέσιμοι, id est, Erutitij, expunctitij, submotitij, abiectitij &c. qui eximuntur vel abijciuntur, quando excrescunt seu supersunt, ad coæquandum similiter annum.

*Dies Epagomenæ.* *Embolimi* *Menses Embolimi.* *Dies & Menses epacti.* *Exæresimi.*

NOTANDVM est 3. Menses Scripturæ & Hebræorum, computari solere triplici modo. Primò numeraliter, id est, per numeros ordinales, v. g. Primus, Secundus, Tertius, &c. Secundò nominaliter, idest, per nomina propria, v. g. Nisan, Iar, Siuan, &c. Tertiò vtroque modo, numeraliter & nominaliter simùl, v. g. Primus, ipse est Nisan: vel, Nisan, ipse est primus: vel Nisan primus: Primus nisan, & sic de aliis. Primo modo, reperiuntur in vsu scripturæ menses vsque numero duodecim, nec plus. Nam in ea mentio fit mensis Primi, Secundi, Tertij, & deinceps, vsque ad duodecimum. Secundo modo, reperiuntur in scriptura nomina Primi, Secũdi, Tertij, Sexti, Noni, & Duodecimi: non autem aliorum. Ea tamen reperiuntur apud Doctores Hebræorum. Itaque nomina eorum sunt ista. Primus, Nisan, qui & Nissan. Secundus, Iar, qui & Iiar, & Tiar, & Zio, & Ziu. Tertius, Siuan, qui & Siban, & Sibad. Quartus, Tamus, qui & Tammus. Quintus, Ab, qui & Abib. Sextus, Elul. Septimus, Thisri, qui & Ethaunim, & Ethanim. Octauus, Marchesuan, qui & Marcheschuan, & Methasuan, & Bul, & Marsonane. Nonus, Chisleu, qui est Chasleu. Decimus, Tebet, qui & Tobeth. Vndecimus, Sebath, qui & Sabath, & Sebet. Duodecimus, Adar. Communius autem sic prosequuntur.

*Mensium Scripturæ, & Hebræorum nomina & Ordo.*

Nisan.
Iar.
Siuan.
Thamus.
Ab.
Elul.
Thisri.
Marchesuan
Casleu.
Tebeth.
Sebet.
Adar.

*Memoriæ gratiâ.*

*Nisan, Iar, Siuan, Tamus, Ab, Elul, addito Tisri.*
*Bul, qui Marchesuan, Casleu, Tebet, & Sebet, Adar.*

Tertio modo reperiuntur in Scriptura Numeri nominibus, vel Nomina numeris coniuncta, istorum solummodò. Primi, Secundi, Tertij, Septimi, Octaui, Noni, Decimi, Vndecimi, & Duodecimi.

PRIMO MODO fit eorum mentio in Scriptura. v. g. Primi Mensis. Gen. 8. vers. 13. *Igitur sexcentesimoprimo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram.* vide Exod. 12. vers. 2. & 18. 40. vers. 2. & 15. Leuit. 23. vers. 5. Numer. 9. vers. 2. 20. vers. 1. 28. vers. 16. 33. vers. 3. Ios. 4. vers. 19. 1. Par. 12. vers. 15. 27. vers. 2. & 3. 2. Par. 29. vers. 17. 35. vers. 1. 1. Esd. 6. vers. 19. 7. vers. 9. 8. vers. 31. 16. & 17. 3. Esd. 1. vers. 1. 8. vers. 62. 9. vers. 17. Iudith. 2. vers. 1. Esech. 29. vers. 17. 30. vers. 20. 45. vers. 18. & 21. Daniel. 10. vers. 4. 1. Machab. 9. vers. 3.

Secundi Mensis, Gen. 7. vers. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, decimaseptima die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.* vide cap. 8. vers. 14. Numer. 1. vers. 1. & 18. 9. vers. 11. 10. vers. 11. 1. Paral. 27. vers. 4. 2. Par. 3. vers. 2. 30. vers. 2. 13. & 15. 1. Esd. 3. vers. 8. 3. Esd. 5. vers. 56. & 57. 1. Machab. 9. vers. 54. 13. vers. 51.

Tertij Mensis. Exod. 19. vers. 1. *Mense tertio egressionis Israel de terra Ægypti, in die hâc venerunt in solitudinem Sinai.* vide 1. Par. 27. vers. 5. 2. Par. 15. vers. 10. 31. vers. 7. Esech. 31. vers. 1.

Quarti Menſis. 1. Par. 27. verſ. 7. *Quartus menſe quarto, Aſael frater Ioab. &c.* vide Ierem 39. verſ. 2.

Quintus Menſis. Numer. 33. verſ. 38. *Aſcenditque Aaron Sacerdos in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus eſt, anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Aegypto, menſe quinto, primo die menſis.* vide 4. Reg. 25. verſ. 8. 2. Par. 27. verſ. 8. 1. Eſd 7. verſ. 9. 3. Eſd. 8. verſ. 6. Ierem. 1. verſ. 3. 28. verſ. 1. 52. verſ. 12.

Sexti Menſis. 1. Par. 27. verſ. 9. *Sextus menſe ſexto, Hira filius Acces, &c.* vide Eſech. 8. verſ. 1. Aggæ. 1. verſ. 1. 2. verſ. 1.

Septimi Menſis. Gen. 8. verſ. 4. *Requieuitque Arca menſe ſeptimo, vigeſimaſeptima die menſis, ſuper montes Armeniæ.* vide Leuit. 16. verſ. 29. 23. verſ. 24 27. 34. 39. & 41. Num. 29. verſ 1. 7. & 12. 4. Reg. 25. verſ. 25. 1. Par. 27. verſ. 10. 2. Par. 5. verſ. 3. 7. verſ. 10. 31. verſ. 7. 1. Eſd. 3. verſ. 1. 2. Eſd. 8. verſ. 1. 2. & 14. 3. Eſd. 5. verſ. 47. & 53. 9. verſ. 7. & 40. Ierem. 28. verſ. 17. 41. verſ. 1. Eſech. 45. verſ. 25. Aggæ. 2. verſ. 2. 1. Machab. 10. verſ. 21.

Octaui Menſis. 3. Reg. 12. verſ. 32. *Conſtituitque diem ſolemnem in menſe octauo, decima quinta menſis, &c.* vid. verſ. 33. 1. Par. 27. verſ. 11. Zachar. 1. verſ. 1.

Noni Menſis. 1. Par. 27. verſ. 12. *Nonus menſe nono, Abieſer Anathotites de filiis Iemini, &c.* vide 1. Eſd. 10. verſ. 9. 3. Eſd. 9. verſ. 5. Ierem. 36. verſ. 9. & 22. Aggæ. 2. verſ. 11. & 19.

Decimi Menſis. Gen. 8. verſ. 5. *At verò aquæ ibant & decreſcebant vſque ad decimum menſem: decimo enim menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium.* Vide 4. Reg. 25. verſ. 1. 1. Par. 27. verſ. 13. 3. Eſd. 9. verſ. 16. Ierem. 39. verſ. 1. 52 verſ. 4. Eſech. 24. verſ. 1. 29. verſ. 1. 33. verſ. 21.

Vndecimi Menſis. Deuter. 1. verſ. 3. *Quadrageſimo anno* (ſcilicet egreſſionis de Ægypto). *vndecimo menſe, prima die menſis, locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael, &c.* vide 1. Par. 27. verſ. 14. Eſth. 2. verſ. 16. Zachar. 1. verſ. 7. 1. Machab. 16. verſ. 14.

Duodecimi Menſis. 4. Reg. 25. verſ. 27. *Factum eſt verò in anno vigeſimo ſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iuda, menſe duodecimo, vigeſimaſeptimâ die menſis, ſubleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.* Vide 1. Par. 27. verſ. 15. Eſth. 2. verſ. 12. Ierem. 52. verſ. 31. Eſech. 32. verſ. 1.

SECVNDO MODO, fit eorum mentio in Scriptura. v. g. Niſan 2. Eſd. 2. verſ. 1. *Factum eſt autem in menſe Niſan, anno vigeſimo Artaxerxis regis.* Vide Eſth. 11. verſ. 2.

Zio. 3. Reg. 6. verſ. 37. *Anno quarto fundata eſt domus Domini in menſe Zio.*

Siuan. Baruch. 1. verſ. 8 *Cum acciperet vaſa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda decimo die menſis Siuan vaſa argentea quæ fecit Sedecias filius Ioſiæ regis Iuda.* Vbi nota, Biblia antiqua, & antiquas eorum Concordantias, legiſſe Sibad. Item, Eſth. 8 verſ. 9. & in poſterioribus Concordantiis legi Siban: quod corruptè vult haberi Montanus in Apparatu, libro de Interpretatione nominum, ad nomen Siuan.

Elul. 2 Eſd. 6. verſ. 15. *Completus eſt autem murus vigeſimaquintâ die menſis Elul.* Vide 1. Machab. 14 verſ. 27.

Caſleu. 2. Eſd. 1. verſ. 1. *Et factum eſt in menſe Caſleu.* Vide 1. Mach 1. verſ. 57. 4. verſ. 59. 2. Machab. 1. verſ. 9. & 18. 10. verſ. 5.

Adar. 1. Eſd. 6. verſ. 15. *Et compleuerunt domum Dei iſtam, vſque ad diem tertium menſis Adar.* Vide Eſth. 9. verſ. 15. 17. 19. & 21. 10. verſ. 13. 1. Machab. 7. verſ. 43. 2. Machab. 15. verſ. 37. 3. Eſd. 7. verſ. 5.

TERTIO MODO, fit eorum mentio in Scriptura. v. g. Primi qui Niſan. Eſth. 3. verſ. 7. *Menſe primo (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam.* Vide verſ. 12. 3. Eſd. 5. verſ. 6.

Secundi qui Zio. 3. Reg. 6. verſ. 1. *Factum eſt ergò quadringenteſimo octogeſimo anno Egreſſionis filiorum Iſrael de terra Ægypti, in anno quarto menſe Zio (ipſe eſt menſis ſecundus) regni Salomonis, &c.*

Tertij qui Siuan. Eſth. 8. verſ. 9. *Accepitiſque Scribis & Librarijs regis (erat autem tempus tertij menſis, qui appellatur Siban) vigeſimâ & tertia die illius, ſcriptæ ſunt Epiſtolæ, &c.*

Septimi qui Ethanim. 3. Reg. 8. verſ. 2. *Conuenitque ad Regem Salomonem vniuerſus Iſrael, in menſe Ethanim, in ſolemni die, ipſe eſt menſis ſeptimus.*

Octaui qui Bul. 3. Reg. 6. verſ. 38. *Et in anno vndecimo, menſe Bul (ipſe eſt menſis octauus) perfecta eſt domus in omni opere ſuo.*

Noni qui Caſleu. Zachar. 7. verſ. 1. *Et factum eſt in anno quarto Darij regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, in quarta menſis noni qui eſt Caſleu.* Vide 1. Machab. 4. verſ. 52.

Decimi qui Teberh. Eſth. 2. verſ. 16. *Ducta eſt itaque ad cubiculum regis Aſſueri, menſe decimo qui vocatur Teberh, ſeptimo anno regni eius.*

Vndecimi qui Sabath. Zach. 1. verſ. 7. *In die vigeſimaquartà vndecimi menſis Sabath, in anno ſecundo Darij, factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ.* Vide 1. Machab. 16. verſ. 14.

Duodecimi qui Adar. Eſth. 3. verſ. 7. fin. *Et exiuit menſis duodecimus, qui vocatur Adar.* Vide verſ. 13. & verſ. 12. 9. verſ. 1. 13. verſ. 6. 16. verſ. 20.

Non omittendum, referri etiam in ſcri-

ptura duo alia mensium nomina. nimirum Xantici, & Dioscori. Xantici. 2. Machab 11. vers. 30. *His igitur qui commeant vsque ad diem trigesimum mensis Xantici damus dextras securitatis.* Vide vers. 33. & 38. Dioscori. ibid. vers. 21. *Anno centesimo quadragesimo octauo Dioscori die vigesima & quarta.* Sed notandū etiam ista duo nomina mensium, fuisse Macedonum; seu Græcorum, vt patet ex eodem loco, vbi Xanticus continetur in epistola Antiochi regis, & in Epistola Legatorum Romanorum, ad Iudæos: Dioscorus in Epistola Lysiæ ad eosdem Iudæos. Porrò Xanticum respondisse mensi primo Nisan, testis est Iosephus lib. 1. Antiquit. ca. 4. Dioscorum autem nulli ex duodecim respondisse, sed fuisse extrà duodecim illos ordinarios, adeóque embolimum, vult ex ipsâ nominis ratione Scaliger lib. 2. de Emendat. temp. cap. de Anno Chaldæorum Lunari post med. seu à pag. 76. fin. Serarius autem contrà comment. in cap. 11. lib. 2. Machab. seu pag. 452. Sed quoad Scripturam, non est in eius vsu. Solummodò per illam patet, eum in vsu fuisse Græcorum, & Romanorum.

*Mensium Scripturæ nomina, vnde desumpta.*

PORRO menses isti duodecim nominum prædictorum; olim numeraliter tantùm notari erant soliti. Hoc patet Gen. 8. vbi fit mentio Primi, Secundi, Septimi, & Decimi: & solummodò sub his numeris absque alijs nominibus. Idemque videre est in libris Exod. Leuit. Numer. Deuter. Ios. &c. locis suprà notatis. Atque ità censent Scaliger 1. de Emendat. Temp. cap. de Mensibus fin. seu pag. 7. propè med. & Torniell. ann. 2544. num. 12. Posterioribus verò temporibus notatos fuisse nominaliter. Hoc patet in libris Reg. Esd. Esth. Bar. Zachar. & Machab. locis allatis superiùs. Nomina autem illa, exceptis, inquam, Xantico & Dioscoro, volunt esse potiùs Chaldaica, quàm Hebræa, & à Chaldæis assumpta, atque vsitata. Cuius signum est, inquiunt, quod in libris posterioribus, circà Imperium Chaldæorum, aut post illud conscriptis, passim reperiuntur. Ita opinantur Montanus lib. de sæculis fin in Apparat. Bibl. Reg. Scaliger 3. de Emend. cap. de Anno Chaldæorum Lunari, seu pag. 76. & cap. sequenti, quod est de Cyclo Chaldaico Iudæorum sub init. seu pag. 79. & Torniell. suprà. Et quidem vult Torniellus ea fuisse assumpta post Captiuitatem Babylonicam. Quia (inquit) habentur solùm in libris post ipsam conscriptis, vt in libris Esd. Esth. Bar. Zachar. & Machab. Excipit tamen lib. 3. Reg. 6. vers. 1 & 38. & cap. 8. vers. 2. vbi memorantur Zio mensis secundus, Ethanin mensis septimus, & Bul mensis octauus. Addit nihilominùs, arbitrari se nomina ista in antiquissimis codicibus nequaquam extitisse: sed post Captiuitatem ab Esdra in suâ sacrorum librorum recognitione, diuino instinctu fuisse adiecta, ad tollendā æquiuocationem, hoc est, vt sic declararet menses illos, videlicet secundum, septimum, & octauum (qui habentur 3. Reg.) non fuisse tales in ordine ad annum communem, sicuti erant illi quorum mentio facta fuerat Gen. 8. sed in ordine ad annum sacrum, cuius menses suo tempore tribus iam nominibus nuncupari cœperant. Verùm, Quod ille ait de ordine ad annum sacrum & communem, ostendetur paulò post §§. sequētibus, carere fundamento in scriptura. Quod autem ait hæc tria nomina nequaquam extitisse in antiquissimis codicibus, videri etiam posset carere fundamento in eâdem scripturâ. Potiùs enim aliquod in ea fundamentum haberi per quod ostendatur illa nomina extitisse in antiquissimis codicibus. Si quid verò ex diuino instinctu adiectum per Esdram fuerit: non fuisse nomina, sed numeros eorum. Nam v. g. nomen illud Ethanim 3. Reg. 8. vers. 2. habetur in ipso contextu antè declarationem numeri. Quod si nomen illud fuisset adiectum: certè numerus mensis debuerat haberi prius in contextu; olim namque solebant menses apponi per numeros solum absque nominibus. Idem conjicere est ex nominibus mensium Zio, & Bul, cap. 6. vers. 1. & 38. quæ habentur primùm conscripta in ipsâ serie textus: posteà verò numeri eorum, tanquam declarationis gratiâ sequuntur per parenthesim posita, vt ex illâ parenthesi magis insinuari videatur, adiectam fuisse solùm (si quid adiectum fuit) numerationem illorum, non autem propriam appellationem. Deniq; vers. 37. nomen mensis Zio, habetur simpliciter conscriptum absque coniunctione numeri sui: hoc signum est, nomen eius non fuisse additum; alioquin numerus illius præcessisset. Nam in præcedentibus, menses non solent in scripturâ tradi absque numeris ipsorum. Dici equidem posset pro Torniello, tam nomina, quam numeros, adiectos fuisse per Esdram Sed hoc nō videtur probabile. Probabiliùs forsan Scaliger locis citatis, vult Iudæos habuisse cætera nomina suorum mensium à Chaldæis, à temporibus primis magni Nabuchodonosor, seu a captiuitate regis Ioachin 4. Reg. 24. Quamuis de hoc nonnihil dubitet lib. 3. cap. de anno Priscorum Hebræorū Abrahamæo fin. seu pag. 154. Forsan item probabiliùs eodem posteriori loco pag. 152. post med. vult illa nomina, Bul, Ethanim, & Zin, videri fuisse potiùs Sydoniorum & Tyriorum. Quæ nec improbabiliter diceret aliquis, assumpta fuisse à temporibus quibus Salomon societatem contraxit cum regib. gentium illarum finitimarum, & matrimonia cum filiabus eorum; prout describitur paulò post 3. Reg. 11. à vers. 1. Nec mirum sit Iudæos nomina mensium

desumpsisse ab alijs: & diuersos a nationibus diuersis. Nam, vt aduertit Scaliger lib. 2. cap. de Cyclo Chaldaico Iudæorum, seu pag 79. sub init. Scimus victos à Victoribus legem accipere. Vnde etiam cap. præcedenti seu pag. 76. post init. tradit, eosdem Iudæos postea, sub Seleuco Nicanore, Macedonicis nominibus menses suos in contractibus & actis publicis, fuisse annotare coactos.

Menses Script. solares, vel lunares.

DENIQVE, menses illi Scripturæ seu Iudæorum, non possunt alij intelligi quàm vel solares, vel lunares, idest, quàm vel semper 30. dierum aut circiter, qui faciunt solares: vel 29. 29. & semis, aut certè alternis 29. & 30. qui lunares. Hoc constat, tùm quia hi soli reperiuntur in vsum recepti apud omnes gentes: tum maxime, quia fit in scriptura mentio singulorum ferè dierum, qui reperiuntur in mensibus, vsque ad trigesimum diem. Et ne immoremur in singulis, fit mentio v. g. diei *vigesimi septimi*, Gen. 8. v. 4. (quod etiam aduertit S. August. 15. Ciu. 14.) & vers. 14. Et 4. Reg. 25. vers. 27. Et Ierem. 52. vers. 31. Fit quidem & trigesimæ diei 2. Machab. 11. vers. 30. sed hoc solum in epistola Græcorum.

1. Sent.

I. SENTENTIA CAPITALIS, Dicit Menses hoc loco, & sequentibus tam antè quàm post captiuitatem Babylonicam, intelligendos esse Lunares dierum tantùmmodò 29.

S. Aug.

Ità videri posset alicui S. August. 15. Ciuit. 14. cùm ait. *Prorsùs tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est, quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoque determinant. Tantus mensis, quantus & nunc est, quem luna cœpta & finita concludit.* Ità autem Eugubin. Lipoman. & Caietan. in Gen. relati suprà §. 5.

Probat.

PROBATIONES Huius Sententiæ, vix aliundè peti possunt quam a Quæstione de ipsismet Annis, Vnde hic aliquo modo est anticipanda. Probat eam Caietanus his verbis. Annus apud veteres constabat 360. diebus, iuxtà numerum graduum in Zodiaco, vnicuique gradui diem vnum assignando. Talisque fuit Annus Solaris apud Græcos & Romanos, & vt creditur etiam apud Ægyptios. Eandemque fuisse tempore Moysis & Noë, licet colligere ex hac Chronologia Diluuij. Et paulò antè demonstrans quomodò hoc inde colligatur, sic procedit ab Ostensione dierum apud Moysem. Huius anni, inquit, dies omnes dinumerauit Moyses per partes. Nam primò, commemorauit 46. dies, cum dixit ingressum fuisse Noe in Arcam anno sexcentesimo, mēse secundo, die decimoseptimo (hic inclusa necesse est decimū s primum [illegible] 9. [illegible] 16. facerent tantummodò 45. Deinde, [illegible] enluit 40. dies pluuiæ. Post [illegible]s autem cōmemorauit alios 150. dies vsque ad diminutionem aquarum. Ad hæc 70. alios, videlicet à decimaseptimā die mensis septimi [illegible] a Hebræum vsque ad primum diem mensis decimi nimirum 12. reliquos septimi, 29. octaui, & 29. noni.) Præter hos vero nominauit 40. dies: & insuper alios bis 7. dies. Ex prædictis autem omnibus diebus conficitur summa dierum 360. assignando cuilibet mensi Lunari 29. dies. Hactenùs Caietanus.

OBIICIT, contrà Hanc Sententiam, & singulariter contrà Caietanum, Perer. lib. 13 in Gen. disp. 6. à num. 52. seu pag. 373. col. 2. secundùm ipsummet Caietanum cuilibet mensi Lunari 29. tantùm dies assignantem, necesse esse annum ex 12. mensibus lunaribus constitutum 348. duntaxat diebus constare. Quem tamen ille facit 360. nimirum duodecies 29. faciunt tantummodò 348. Verùm Obiectio.

AD HANC OBIECTIONEM dici potest, Caietanum subintelligere 12. dies eis superadditos iuxtà eundem annū, per modum Embolimorum seu intercalarium, ad componendum annum lunarem ex eis conflatum, cum anno solari dierum 360. Ad Obiect.

INSTABIT aliquis pro Pererio, non satis constare voluisse hoc Caietanum. Quin potiùs ibi videri nonnulla apud eum, his contraria. Nam post priora sua verba superiùs relata, hæc subijcit. Verùm quia sol non ante 365. dies, superque quadrantem (diei) conficit spatium suum, vt annus congrueret cum motu solis, cuique mensium anni tribuebantur 30. dies, & sexto quoque anno adiungebant mensem intercalarem, vt supplerent illos 5. dies qui singulis mensibus (legendum annis) superabant. Hanc tamen rationem anni, & intercalationis correxit Iulius Cæsar, & ità vt nunc est descripsit atque constituit. In illum autem Diluuij annum, nō incidit mensis intercalaris. Quocircà non habuit annus ille nisi 360. dies. Ex his enim verbis, videtur Caietanus nolle, vllam intercalationem fuisse in anno illo. Replica

NIHILOMINVS, cùm nullo modo sit credibile, Caietanum ingenij tanti virum, tribuendo cuilibet mensi Lunari 29. dies tantùm, adeò puerilem errorem in calculo commisisse, vt ex his collegerit dies 360: & vel ex ipsismet verbis eius obiectis, pateat ipsum negare solummodò mensem intercalarem, qui ex 5. diebus conflatus inserebatur quolibet anno sexto, incidisse in annum illum Diluuij. propterea credibilius est, eum velle, aut supponere, morem fuisse apud veteres, antequam addidissent illos dies singulos singulis mensibus Lunaribus, qui facerent eos constantes 30. diebus, & consequenter mensem illum intercalarem singulis quibusque sextis annis, morem inquam fuisse apud veteres, addendi necessarios dies ad æquiualentem compositionem anni eiusmodi Lunaris cum solari 360. dierum. Nimirum, quolibet Ad Replic.

anno dies 12. insuper vero, quolibet anno sexto, mensem vnum intercalarent. Sed nec eum modo credibile est S. Aug. 15. C u 14. dicere post allata superius, *Tantus annus quantus & nunc est, quem 12. menses Lunares, additis propter cursum solis 5. diebus & quadrante, consummant.* Dico, similiter. Quia vocat ibi mensem Lunarem, *Quem Luna cœpta & finita concludit.* Menses autem huius generis, ad plus sunt alterni 29. & 30. requirentes vt ad Solem componantur, quolibet anno, vel 11. dies vt veniant ad 365. vel 6. vt ad 360.

Reijcitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. id quod Obijcit 2. Perer. falsum esse apud veteres Ægyptios annum 360. dierum sic fuisse ad solem compositum, vt sexto quoque anno mensem intercalarent ad supplendos illos dies qui singulis annis superabant. Ad quod probandum affert authoritates Macrobij, Herodoti, & Diodori, quas afferemus sub tertia sententia. Quibus allatis, ita concludit: Ex his apparet apud veteres Ægyptios annos fuisse 365. dierum: quanquam extremi 5. dies non vt partes ab illis numerarentur, sed vt adiectitij censerentur. Non igitur verum est quod dixit Caietanus annum tempore Noë fuisse 360. dierum, talem scilicet qualis erat apud veteres Ægyptios.

2. FACIT II. id quod Obijcit 3. Peret. Quid (inquit) quod Hebræi vtebantur annis Lunarib. quolibet scilicet anno 354. dierum? Hoc tamen ad rationem motus solis reuocabant & accommodabant, ferè tertio quoque anno mensem vnum intercalantes. Hæc Perer. Cuius tertium hoc argumentum, etsi parum in se certum: attamen valet contra Caiet. vt si sit agendum de mensibus Lunaribus, probabilius sit longè, cum Hebræi habuerint, saltem posterioribus temporibus, menses Lunares alternis 29. & 30: eos qui habentur apud Moysen, potius censendos esse similes, quàm singulos 29. dierum tantum.

3. FACIT III. Quod nullus ex antiquis ante authores istius sententiæ, vnquam tradiderit menses in vsu fuisse Lunares dierum tantúmodò 29. & per dies 12. addititios fuisse compositos ad solarem 360. Et quamuis ità sensisse videri possit S. August. cùm dixit, *Quem mensem luna cœpta & finita concludit*, & *quem* (Annum) 12. *menses Lunares additis propter cursum solis 5. diebus & quadrante consummant*: attamen de sensu verborum eiusmodi clarè non constat, sicut nec clarè, quomodo dies illi 5. & quadrans adaptarentur. Nam luna cœpta & finita, intelligi potest non naturaliter, sed ciuiliter: hic autem modus, multipliciter sumitur. Non constat ergò quem intellexerit S. Augustinus.

4. FACIT IV. Quod nulla pateat Ratio, propter quam reliqui dies supra 348. qui reperiri dicuntur in anno currente diluuij, sint potius remanentes post annum Lunarem completũ, quàm immanentes intra quendam vel Lunarem alteriùs generis, vel Solarem alicuius. Dicere vero, satis esse quod in huiusmodi materijs quædam ostensio vicem subeat quasi demonstrationis: non sufficit, quandò reperiuntur aliæ sententiæ, quarum probationes habent vel expressa sui vestigia in scriptura sacrà, vel expressas traditiones in antiquis Auctoribus, alterum vel vtrumque simul: qualiter ostendetur in quibusdam mox traducendis sententijs reperiri.

II. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, Menses hoc loco & sequentibus tam antè quàm post captiuitatem Babylonicam, semper fuisse Lunares alternis 30. & 29. vel 29. & 30. 2. Sent.

Ità videri possunt imprimis sensisse omnes tam antiquiores qui putantur æstimasse, quam moderni qui realiter æstimarunt, annos Hebdomadum Danielis intelligendos esse simpliciter Lunares, nullóque modo compositos ad Solares. Vt Iul. Affrican. lib. 5. Annal. seu in 5. Temporum volumine, prout referunt Euseb. 8. demonstrat. Euangel. versus med. & S. Hieron. in Dan. 9. ad illa verba, *Septuaginta Hebdomades.* Hippolit. Martyr in Temporum canonibus. Euseb. ibid. sequens opinionem Iul. Affric. forsan etiam S. Hieron. in Dan. 9. seu orat. 9. ad illa verba, *Et rursum ædificabitur platea.* Beda comment. in libros Esdræ cap. 16. & lib. (maiori) de Rat. Temp. cap 7. Rupert. cap. 15. in Dan. Histor. Scholast. in Dan. 9. Zonar. tom. 1. Annal. Glossæ. Albert. Chartus. & Perer. in Dan. 9. Ex nouissimis Torniell. anno 3516. num. 6. & 12. Hos enim omnes necesse est supponere, quod etiam de facto proferunt, menses Hebræorũ fuisse semper Lunares. Expresse verò pro hac quæstione Genebrard lib. 1. Chronol. an. 1657. pag. 24. sub init. fuse lib. 2. fin. tit. De sacrorum scriptorum scrupulis, post med. seu à pag. 351. Perer. vbi supra contrà Caietan. fusius infrà cum agetur de annis §. sequenti. Torniel. an. 131. num. 6. & an. 1656. num. 20. 24. & præf. num. 25. fin. fuse an. 2544. à num. 9. Denique innumeri alij. Ex recentissimis, Salian. an. 1656. num. 6. & 50. seu à pag. 268. præsertim autem tom. 2. an. 1509. mox referendo.

PROBATIONES Huius Sẽtentiæ, vix similiter aliunde peti possunt, quam ab ipsamet quæstione de Annis: vndè hic etiã est aliquomodò anticipãda. Et quidem nõnulla eius argumenta putabit aliquis peti posse ex Genebrardo posteriori loco, necnon ex Torniello locis citatis, præsertim an. 2544. Vbi tamen videtur obiter, nec frustrà notandum, Authores illos, etsi consentientes in hoc, quod menses intelligendi sint Lunares: tamen in respectu ad modos componendi annum ex eis cõflatum, ad Solarem, non semper conuenire. Probat.

Sed de hoc expressiùs §. sequenti. Duo autem ex argumentis eotum, desumi possent ex scriptura. Visum tamen est commodius ea deducere prout habentur apud Genebrard. simulque adducere suæ sententiæ auctorem apud Torniell. declarationem. Itaque

1 Arg. I ARGVMENTVM petitur ex Geneb. lib. 2. pag. 351. A more hodierno Hebræorum. Nam postquã Genebr. dixit, Qui scrupulũ mouet de mensibus inscitè faciunt (scilicet quoad Chronologiam) hæc habet. Etsi enim menses scripturæ Lunares sunt, eius tamẽ anni in Solaribus haberi debent. Nam etiamnùm hodie Hebræi tertio quoque anno, & interdùm secundo, quando vsus exposcit, vt motui solis ratio lunæ respondeat, vnam lunam, siue Lunarem mensem, intercalant, illumque annum mensium 13. extremo (quem *Adar* nominant, & in nostrum Februarium fere incurrit) cum hac copula *Veadar* repetito faciunt. Quãquam etiam primus potest repeti, vt mensis intercalaris, siue insititius, sit *Venisan*, qui & Martius. Ita enim solebant veteres dicere. vt Thalmudistæ narrant. Hæc ibi. Quo potest adduci Est. 3. vers. 12. *Vocatique sunt scribæ regis mense primo Nisan.* Et 3. Esdr. 5. vers. 6. *Qui (Zorobabel) locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos, in secundo anno regni ipsius, mense Nisan primo.*

C

1. Confirm. 1. Arg. CONFIRMARI potest 1. Ex eodem Genebrardo, A more Arabum: & ampliori declaratione moris Hebræorum. Nam infrà paulò, subiungit. Sic Arabes apud Ioann. Leonem in descriptione Africæ pag. 42. Nam 6. menses habent 30. dierum, 6. 29. qui reddunt dies 354. qui numerus à nostro solari anno superatur diebus vndecim. Pergit. Qui quidem 11. dies tertio quidem anno coniuncti, conficiunt 33. At eorum 3. seruantur & reijciuntur in sequentes annos, quousque luna & sol decimonono anno redeant ad idem punctum per 6. alios Embolismos, siue per 6. alios menses intercalatos annis sexto, octauo, vndecimo, decimoquatto, decimosexto, & decimonono: hi enim sunt Embolici. Atque ità Hebræi 7. Embolismos singulis 19. annis constituunt: nempe 3. singulis octo annis; nam in circulo decennouennali, Embolismus est 7. mensium. Sic Genebrardus.

D

E

CVIVS dicta plenius declarans Torniellus an. 2544. num. 9 post med. sic ait. Qui exactius clariúsque scire cupit quomodo ista adæquatio anni lunaris, cum solari fiat, scire debet, quod, cum annus solaris maior sit lunari 11. diebus, Hebræi per annos 18 continuos, vnoquoque tertio anno lunarem integram addebant lunationem, itaque fiebat vt eius quisque annus 13 mensium lunarium. Et nihilominùs aliqui semper reliqui erant dies. Nam in fine primi triennij (quoniam 11. ter ducti, faciunt 33.) relictis 30. pro illa lunatione addita, restabant

A dies 3. Et in anno sexto supererant dies 6. Et in nono 9. Et in duodecimo 12. Et in decimoquinto 15. Et in decimo octauo 18. In decimonono autem anno addebant aliam lunationem, confectũ quæ resultabat ex illis 18. diebus qui in anno decimo octauo remanserãt, & illis 11. qui in eodem anno decimo nono, pariter exuperabant. Et sic etiam annus decimusnonus 13. menses continebat lunares: & in eius fine, & initio vigesimi desinebant pariter, simúlque inchoabant anni solares & lunares.

B Et eadem ratione in singulis alijs decennouẽnalibus cyclis addito septies vno mense lunari, modo proxime exposito, anni lunares cum solaribus æquabantur. Sic Torniellus. Et tamen ne per hæc tum ipse tùm Genebrardus totam aut etiam veram huius negotij rationem ad plenum tradiderunt, si credatur Saliano tom. 2. an. 3509. a num. 93. & præsertim in scholio, vbi quasdam adhuc alias obseruationes recenset faciendas.

2. Confirm. 1. Arg. CONFIRMARI potest 2. Ex eodem Genebrardo, Ab authoritate Iunilij Episcopi Africani. & Ab inconuenienti, aliàs futuro apud Iudæos, in celebratione Paschatis: cùm rursus infrà, subdit. Sed hac de re scribentem in Gen. 1. cap. Iunilium Episcopum Africanũ audi. Luna cum duodecies spatia sui cursus peregerit, annũ facit communem dierum 354. Et vt anno solari possit concordare circuitus, tertio cuique anno, vel secũdo, decimumtertium addit mensem. Quem Embolismum vocant nostri calculatores, & fit dierum 384. Atque hæc ille præclare. Etenim nisi hæc fieret intercalatio, cum per legem debeant decimaquartà die mensis Nisan, festum Paschæ celebrare, necesse esset vt sequẽti anno diebus 11. Pascha ipsum anteuerterent, tertio anno alijs 11. atque ità retrorsum versus quousque; in Augusto vel Septembri celebraretur. Hæc Genebrardus.

PORRO, Argumentum hoc vim habere potest isto modo. Constat menses post captiuitatem fuisse Lunares tam ex Iosepho, Thalmudistis, Anno Chaldæorum, quẽ fuisse Lunarem pluribus ostendit Scaliger libr. 2. & 3. Emendat. locis infra nutandis, quàm ab omnibus reliquis authoribus. Ergò tales fuerunt & ante captiuitatem: adeòque ab initio mundi.

2. Arg. II. ARGVMENTVM peti potest ex eodem Genebrardo, Ab Anno, siue Ab Ostensione anni, quõ Noë mãnsit in Arcâ: cum inter hæc ait. Quod à Patribus acceptum esse satis ex Noe historiã intelligitur. Vbi enim traditum est Noë integrum annum egisse in arcâ mensibus 12. Lunaribus, adduntur reliqui dies qui vocantur ἐπακταί. *Ingressus est* (loquit Scriptura) *Noë in Arcam mense secundo die decimaseptimâ.* Deinde vbi nominatim facta esset mentio septimi mensis, & postea decimi, & post hunc dierum 40. & am-

pliùs, ac denique primi menſis, egreditur, 11, ex Arcâ rursùs menſe ſecundo die vigeſima ſeptimâ. Intereà igitur exacti ſunt menſes 12. & accedunt dies 10. qui ter ſumpti menſem integrum, id eſt, decimumtertium anno tertio reddunt. Quemadmodum nos ſolemus quarto cuique anno inſerere vnum diem ad ſextum Kalendas Martij, quem ob id Biſſextum appellamus. Hactenus Genebrardus.

3. Arg.

III. ARGVMENTVM. Peti poteſt à coniunctione Menſium Babylunicorum, cum Menſibus Hebræorum in libris conſcriptis poſt captiuitatem. v. g. cùm dicitur Eſth. 3 verſ. 7. *Menſe primo, cuius vocabulum eſt Niſan*: itemque 3. Eſdr. 5. verſ. 6. *Menſe Niſan primo*. Zachar. 7. verſ. 1. *In quartâ menſis noni, qui eſt Caſleu* itemque 1. Machab. 4. verſ. 52. *quinta & decima die menſis noni, hic eſt menſis Caſleu*. Eſth. 2. verſ. 16. *Menſe decimo qui vocatur Tebeth*. Zach. 1. verſ. 7. *In die vigeſima quartâ vndecimi menſis Sabath*: itemque 1. Machab. 16. verſ. 14. *Menſe vndecimo, hic eſt Menſis Sabath*. Eſth. 3. fin. *Et exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar*: Quod repetitur verſ. 13. & cap. 8. verſ. 12. 9. verſ. 1. 13. verſ. 6. & 16. verſ. 20. Per hæc enim oſtēditur Menſes, primum, ſecundum tertium, & ſic deinceps, eoſdem fuiſſe qui Niſan, Iar, Siuan, & ſic de aliis. At iſti fuerunt lunares: ergò & illi.

Confirm. Arg.

CONFIRMARI poteſt. Nam ſimiliter de Menſibus ante Captiuitatem dicitur. v. g. 3. Reg. 6. verſ. 1. *Menſe Zio, ipſe eſt menſis ſecundus*. Cap. 8. verſ. 2. *In menſe Ethanim, ipſe eſt menſis ſeptimus*. Cap. 6. verſ. 38. *Menſe Bul, ipſe eſt menſis octauus*. Tunc autem illi erant ijdem: ergò & iſti nunc.

4. Arg.

IV. ARGVMENTVM. Peti poteſt à Conuenientiâ. Nam credibile eſt, cùm Ægyptij, aliæque nationes, vterentur menſibus ſolaribus dierum 30. Deum educendo populum ſuum de medio illorum, & præcipiendo per Moyſen Exod. 12. verſ. 2. *Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni*, & ſimilia paſſim poſteà, voluiſſe vt inpoſterùm menſes computarentur iuxtà curſum Lunæ, ad hoc, vt per omnia Iſraelitæ diſſentirent à prophanis: & maximè in feſtis, & ſolemnitatibus, quæ ſpectarent cultum ipſius.

Obiect. cōtra 4. Arg.

QVOD SI DICAS, cùm Exod. 13. verſ. 4 & 34. verſ. 18. & Deut. 16. verſ. 1. Mēſis primus, qui poſteà dictus eſt Niſan, vocatus fuerit primus *verni temporis*, &, *Menſis nouarum frugum*: & præcipiatur Leuit. 23. verſ. 10. *Cùm ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis; & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem*, verſ. 11. *qui eleuabit faſciculum coram Domino*: ſi initium eius adeo fuiſſet inſtabile, vt quandoque maturius, etiam vſque ad dies 28. anticipare poſſet: quomodò tunc diceretur menſis nouarum frugum? vel quomodo ex eis meſſis, & ex meſſe oblatio Deo, fieri poſſet?

Reſponſ.

RESPONDERI poterit ex Torniello num. 10. poſt med. Quia ſemper circa eius medietatem aliquæ fruges, vel quæ dicuntur temporaneæ, vt hordeum, vel ſerotinæ, vt triticū, & far, Exod. 9. verſ. 31. & 32 penè iam maturæ erant. Inde factum vt, & menſis nouarum frugum diceretur: & commodè poſſent Hebræi die decimaſextà eiuſdem menſis offerre primitias meſſis ſuæ Domino, manipulum ſpicarum, vel hordei quando Paſcha citiùs incideret: vel tritici, quando ſerius.

Obiect.

OBIICIET aliquis contrà hanc ſententiam, ipſam videri ſcripturæ ſacræ, necnon ſibimet, aduerſari. Nam annus ille in quo euenit Diluuium, & quem faciunt Auctores iſtius ſententiæ conſtantem menſibus lunaribus, fuit vel lunaris ordinarius, vel emboliſmalis, ſeu cum ſolari compoſitus, id eſt, componens tam ſeipſum quàm præcedentes cum curſu ſolis, iuxta principia ſententiæ illius. Si fuit ordinarius: debuit habere tantummodò dies 354. Si fuit emboliſmalis: debuit conſtare 13. menſibus. Horum autem decimustertius debuit etiam conſtare 30. diebus, ſiue quia ex ter 11. fiunt 33. quorum iuxtà ſententiam hanc abiiciuntur 3. reſeruandi pro anno decimonono ſeu decennouennali, in quo 3. illi excreſcentes ſingulis tribus annis omnes ſimul intercalantur per vnum menſem quem conficiunt: ſiue quia etiamſi fortuito idem menſis decimustertius conſtaret in ſe tantummodo 29. diebus, ſicut ille quem adiiciunt quolibet anno decimonono, tamen continere debet diem illum intercalandum quolibet anno quarto pro quadrante: ſiquidem conuenientius eſt longè, diem eiuſmodi embolimum fuiſſe intercalatum, non actu quolibet anno quarto, ſed virtute ſolùm, id eſt, actu in menſe illo, qui aliàs pro diebus 11 intercalabatur: ne fruſtrà & abſque neceſſitate multiplicentur intercalationes. Verùm, quicquid ſit de intercalatione huius diei, adhuc remanebit annus ille emboliſmalis, dierum 383. Atqui vtrôque modo longè deficit ab anno quem authores iſti faciunt dierum 365.

1. Cōfirm. Obiect.

CONFIRMABIT I. A Diebus quos tribuit Torniellus totali Diluuio. Nam Torniell. an. 1657. num. 1, ſeu pag. 105 col. 1. tradens, quot dies Diluuium durauerit: ſiue quot dies Noe cum ſuis in Area remanſerit hæc ait. In eâ ergò morati erant anno vno

integro, & 10. diebus, iuxtà textum Latinum Vulgatæ Editionis, & Chaldaicum (adde & Hebraicum) qui habent cœpisse Diluuium die decimaseptimâ mensis secundi anni sexcentesimi vitæ Noe, & exitum de Arcâ in die vigesimamseptimam mensis secundi anni sexcentesimi primi incidisse. At verò secundùm versionẽ Septuaginta Interpretũ, quæ ponit ens exijsse eademmet die alterius anni, quâ ingressi fuerunt, nimirùm vigesimaseptimâ mensis secundi, oportet istos mansisse in Arcâ vno præcisè duntaxat anno. Sic ille Vtrauis autem lectione, siue Vulgat. Editionis, siue Septuaginta Interpr. Refutari videtur hinc eadem sententia. Si primùm aduertatur, Torniellum hoc modo, Annum quem dicit durasse Diluuium, intelligere solummodò lunarem. Quod constat, Primò, quia nominãdo annum simpliciter, siue iuxtà Editionem Vulgatam, siue iuxtà Septuag. Interpr. vtique loquitur de anno simpliciter sumpto iuxtà sententiam suam. Atqui iuxtà eam annus præcisè sumptus, est annus simpliciter lunaris, dierum 354. Secundò, quia dicendo, anno vno integro & 10. diebus iuxtà Edit. Vulg. & vno præcisè duntaxat anno iuxtà Septuaginta: cùm iuxtà priorẽ lectionem, computatio fiat à decimaseptimâ die mensis secundi anni sexcentesimi ad vigesimamseptimam eiusdem mensis secundi anni sexcentesimiprimi, iuxtà posteriorem verò à vigesimaseptimâ mensis secundi, ad vigesimamseptimam eiusdem mensis, nullâ factâ mentione Embolismi: manifestum est eum vtrobique loqui præcisè de anno & mẽsibus, simpliciter, seu ordinariè, sumptis. Itaque hæc posterior sententia Tornielli de duratione Diluuij, non videbitur alicui conuenire cùm illâ priori de anno in quo Diluuium euenit. Nam ista computans a mense secundo ad mensem secundum, vnum tantummodo annum ordinarium, excludit illam aliam quæ computat à mense primo ad mensem primum, vnum annum Embolismalẽ. Quod insuper ostendi potest in singulari, per computationes vtriusque sententiæ. Nam ab illo anno quô Noë mansit in Arcâ, detrahe 10. dies qui iuxtà Edit. Vulg. superant annum vnum: & erunt tot quot habentur iuxtà Sept. in anno præcise duntaxàt vno. Hi autem dies sunt 354. Quod si annus currens, in quo euenit annus iste durationis Diluuij, fuisset embolismalis, siue dierum 365: cùm embolismus soleret fieri in fine anni vtique antè mensem primum anni sexcentesimiprimi, cogitandus esset mensis embolimus, siue decimustertius; sic autem à mense secundo anni sexcentesimi ad mensem secundum anni sexcentesimiprimi esset plùs quàm vnus integer annus, & 10. dies, vel plusquàm vnus præcisè duntaxat annus. Ostenditur alio modo. Anno illi quô durauit (intrinsece) Diluuium, adde dies 29. mensis primi, anni sexcentesimi seu currentis, in quo euenit Diluuium, & dies 16. mensis secundi eiusdem anni: si annus ille quô durauit Diluuium fuit præcisè duntaxat vnus, erunt dies 399: si autem fuit vnus integer cum 10. diebus, erunt 409. Abiice à 399. 16. vel 26. mensis secundi anni sexcentesimiprimi; & 29. mensis primi eiusdem anni vtrôque modo inuenies ab anno sexcentesimo ad annum sexcentesimumprimum dies tantummodo 354. Non ergò annus ille in quo euenit Diluuium, potuit esse 365. dierum iuxtà sententiam facientem menses Lunares alternis 29. & 30. & non Solares vel 30. dierum æquales, vel partim 30. & partim 31. iuxtà formam Iulianam.

CONFIRMABIT II. A diebus quos tribuit Salianus anno in quo Diluuium euenit, & refutatione quam ipse facit Translationis Septuag. Interpr. Nam Salian. an. 1656. num. 7. numerans dies anni illius, & refutans Translationem Septuag. quæ dicit pluuiam cœpisse vigesimaseptimâ die mensis secundi: postquam dixit annum sexcentesimum & sexcentesimum primum intelligendos esse vitæ Noë, hæc habet. In cæterâ enumeratione mensium & dierum agi de duratione Diluuij ab eius exordio computati, &c. Subdit. Cùm ergò Moyses dicat primo die decimi mensis apparuisse cacumina montium: 9. integræ lunationes abierant, id est 265. dies. Quibus addendi sunt 40. dies quos expectauit Noë antequam emitteret coruum (cap. 8. vers. 6.) & mox bis septeni dies, quibus emisit columbam. Fiuntque 319. dies. His autem diebus addendi sunt vnus mensis, & 16. dies qui eo anno præterierant antequam pluuia decideret. Fietque annus integer Solaris 365. dierum: aut 366. si ponamus eum annum bissextilem. Quod si diceremus iuxtà Septuaginta pluuiam cœpisse die vigesimaseptimâ secundi mensis, oporteret addere diebus Diluuii vnum mensem, & 26. dies: sicque annus fieret 375. dierum, quod absurdum est. Hæc ille. Ergò vult annum à primo mense ad secundum mensem anni sequentis, continuisse, nec plus, 365. dies. Atqui vel fuit ordinarius lunaris: vel embolismalis. Si primum: debuit habere dies tantùm 354. Si secundum: debuit habere 383. vel 384. Aliàs enim responderi posset pro Translatione Septuag. Interpr. annum illum fuisse talem, cui intercalandi essent bis vndecim dies aut circiter: siue bis defectus dierum quibus annus lunaris nô attingit solarem. Quod si Salianus hoc putat absurdum pro dua-

1. Confirm. Obiect.

d[illegible]bus simul intercal[illegible] cum oct[illegible] ergo & absurdum debuit putare [illegible] an[illegible]tum.

Declarat. Obiect.

DECLARABIT amplius. Nam in anno Lunari in quem non cadit intercalatio, vltimus mensis eius debet immediate præcedere primum mensem anni sequentis seu primus mensis anni sequentis immediate sequi vltimum anni præcedentis. Atqui in anno in quo volunt euenisse Diluuium, constituunt 11. dies inter annum illum & sequentem: seu inter sexcentesimum, & sexcentesimumprimum vitæ Noë. Ergo fuit embolismalis per 11. tantum dies. At hoc est contrà positiones ipsorum, facientes annum embolismalem, embolismalem per 30. dies.

Respons. ad Obiect.

RESPONDERI potest, sensum Auctorum istius sententiæ, si non omnium, saltem aliquorum, & in particulari Tornielli, vel Saliani, non esse, formam anni scripturæ sacræ fuisse talem in prioribus mundi temporibus, qualem posterioribus. Neque se specialem formam temporum posteriorum adducere, quasi concludere velint eam extitisse talem in specie temporibus primis; sed tantum vt ostendant in genere, formam tunc fuisse Lunarem, quia nimirùm fuerit talis temporibus posteris: satisque esse quod dies vel menses ad annum Lunarem sufficientes assignentur in scripturâ. Quinam autem fuerint modi temporum illorum componendi numerum dierum vel mensium huiusmodi, siue annum Lunarem ex eis compositum, ad annum Solarem, hoc esse alterius considerationis. Itaque quod assignetur forma quædam posterior, vt Græcorum, vel Iudæorum, non inferre secundùm ipsos candem formam extitisse temporibus istis prioribus. Hoc, inquam, Responderi potest pro hac sententiâ: quamuis Authores eius non expresè sic declarauerint. Quopactò non potest ista sententia hac ex parte reijci sufficienter. Veruntamen reijci potest aliâ ex parte. Quod vt simul præstetur cum aliis partibus ex quibus tota sententia reiici potest in se, sit quod

Reijcitur. Sent.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod nullum eius vestigium reperiatur in scripturâ sacrâ, pro temporibus à mundo condito vsque ad Moysem, vel etiam vsque ad Captiuitatem Babylonicam. Item, quod vix credibile sit, apud Patriarchas [illegible] imos, aut etiam apud Moysem, tanquam à Deo doctos, eiusmodi formam, qualiscunque in specie cogitetur, adeo imperfectam, quæque defectum perfectæ scientiæ redolet extitisse. Item, si specialis eius forma proferatur fuisse talis [illegible] ipsa [illegible] temporibus posterioribus, quant[illegible] conien cum anno Solari, repugnet [illegible] numero dierum per scripturam sacram, etiam ex confessione suorum, si qui sint, Auctorum, hoc loco traditorum, prout fuit sub obiectione præcedenti conclusum. Item, si specialis eius forma non assignetur aliqua, per quam componantur ad annum Solarem: hoc ipso maneat nimium incerta. Cumque hoc supposito nulla conuenientior aut etiam vera possit assignari, quam per intercalationem 11. dierum in fine cuiuslibet anni hæc tamen forma nusquam gentium reperiatur vsitata. Præterea, nulla ratio pateat propter quam 11. illi dies, qui reperiri dicuntur in anno currente Diluuij, sint potiùs remanentes post annum Lunarem completum, quàm immanentes intrà quemdam Solarem ordinarium. Denique, quam incertum sit huiusmodi sententiam apud Hebræos extitisse, videri posse satis ex his quæ habet Iul. Affric. apud Euseb. 8. Demonstr. Euang. versùs med. & S. Hieron. Dan. 9. apud quos & menses & anni Iudæorum, referuntur aliâ formâ, nimirùm, menses eorum dicuntur apud S. Hieron. dierum 29. & semis: anni autem apud Euseb. compositi ad Solares octauo solùm anno, prout fusiùs referentur sequenti §.

Replica.

DICES. Nonne sufficiens vestigium in scripturâ sacrâ reperitur, quando traduntur in eâ tot dies vel menses, qui conflent annum Lunarem cum diebus suis epactis?

Respons. Vestigium in Scr. pr. quid.

RESPONDETVR. Non posse hoc dici vestigium sufficiens, quandò nihil in eâ speciale reperitur, quod sententiam istam suadeat: præsertim potius eam quam aliquam aliam ex eis quæ referentur posteà. Nam quælibet alia sententia poterit idem prætendere pro se, nec aliquid afferetur contrà, quod istam potiùs indicet quàm illas, aut illarum aliquas. Quamuis enim si nihil aliud reperiretur in scripturâ, posset hoc dici quoddam vestigium, vel, quod propriè magis loquendo dici debet solummodò, quoddam fundamentum explicandi seu conciliandi scripturam: non tamen quandò reperitur aliquid aliud expresè magis in eâ habitum vel indicatum, qualiter contendetur & demonstrabitur pro sequentibus sententijs. Hoc enim vocamus propriè vestigium, quod specialiter aliquatenus indicat id quod proponitur: & præsertim quod indicat illud potiùs, quàm quicquam aliud quod aliquis proponat aut proponere valeat. Et hoc cupimus annotari serio, pro plurimis in posterum dicendis: ad quod etiam aliquandò memoriç vel attentionis gra-

... pro quibusdam similibus remittemus. Quare

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Responderi potest, Hebræos quidem habuisse menses Lunares post captiuitatem Babyloniam: non tamen inde sequi, quod eos habuerunt tales antè captiuitatem illam. Alioqui, quoniam habuerunt Menses Macedonicos, saltem nomina eorum, a regno Græcorum, siue Seleucidarum: sequeretur eos habuisse menses eiusmodi longe antè, vel etiam ab initio mundi. Atque in hac consequentiâ falsi sunt Iosephus, & Thalmudistæ. Loca autem Esther. 3. vers. 12. & 3. Esdr. 5. vers. 6. hunc habent sensum, ex phrasi Hebraicâ: mense Nisan qui est primus: primus scilicet, mensium, vt patet ex allatis sub 3. Notabili.

AdConfirmationes. AD CONFIRMATIONES eius Respondetur, Negando pariter omnes consequentias illarum.

Ad 2. Arg. AD II. Responderi potest, Ipsum non esse demonstrationem, siue ostensionem rei: sed petitionem principij. Nam vnde constat 10. illos dies esse epactos? Quin potiùs cùm sint dies intrà mensem vnum expressè memorati: manifestò patet eos esse sequentis anni continuatiuos.

Ad 3. Arg. AD III. Responderi potest, Coniunctionem nominum illorum cum numeris mensium, non conuincere menses fuisse prorsùs eosdem. Satis enim est ad dictorum eiusmodi veritatem, vt menses illi designati per nomina, concurrerint secundum aliquid sui cum alijs mensibus designatis per numeros. Vt nunc solemus dicere, mensem Nisan esse nostrum Martium, mensem Tisri nostrum Septembrem, & sic de alijs.

Ad 4. Arg. AD IV. Responderi potest, Consequentiam illam parum concludere. Nam si verum est Ægyptios tunc annum ab autumno computasse (de quâ re §. sequenti) Iudæi satis in hoc dissenserint ab Ægyptijs. Sed verum sit, vel falsum: plusquàm sufficienter segregati sunt à communicatione cũ prophanis, per totalem ab eis discessionem, & nouas leges, ac cerimonias, à Deo per Muysen institutas.

3. Sent. III. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, Menses hoc in loco intelligendos esse Solares dierum 30. æquales: non autem vllo modo Lunares, in sequentibus autem, secundùm quosdam, Solares item vsque ad Moysen: secundum alios Solares item, vsque ad prima tempora magni Nabuchodonosor, seu ad Captiuitatem Ioacimi regis Iuda 4. Reg. 24. & 2. Pa-

A ral. 36. secundum alios denique Lunares vsque ad Captiuitatem Babyloniam, ac nonnihil tam intra quàm post eam: quod postremum affirmari posse videtur, saltem in vsu scripturæ sacræ.

Ita pro hoc loco, & pro sequentibus vsque ad Moysem, Masius lib. 4. seu pag. 30. Mercator in Chronologia sua pag. 5. & sequentibus. Scaliger lib. 2. de Emendat. capite de Anno Chaldæorum Lunari pag. 76. post init. & cap. sequenti quod est de Cyclo Chaldaico Iudæorum init. seu à pag.
B 79. & lib. 3. cap. de Anno Iuliano Hebræorum Abrahamæo, seu à pag. 150 fin. & Temporar. lib. 3. Demonstrat. sect. cui titulus, Temporum mensura, seu a pag. 361. fin.

Pro sequentibus autem post Moysem, differenter. Nam Mercator non vult id habere pro temporibus vlterioribus à Moyse, vt patet ex cap. 1. Demonstrationum, quas præmisit suæ Chronologiæ longius post init. seu pag. 2. vbi sentit cum Hebræis & Munstero, menses eorum, ab Exi-
C tu de Ægypto, fuisse Lunares. rursùmque in Chronologiâ a pag. 26. vbi recenset menses illorum, iisdem nominibus quibus appellati fuerunt post Captiuitatem Babylon. à quà aut ferè antè vel post, apud omnes conuenit, eos fuisse Lunares, tanquam a Chaldæis assumptos.

Scaliger autem vult id habere, pro temporibus etiam vsque ad prima tempora magni Nabuchodonosor, siue ad Captiuitatem Ioacimi Regis Iuda, prout patet cùm
D dicit in primo loco notato, seu pag. 76. post init. Menses verò Chaldaici sunt iidem qui Iudæorum. Iudæi enim illos à Chaldæis habuère à temporibus Nabopolassari patris Nabuchodonosor, vt infra docebitur. Et loco secundo, seu pag. 79. init. Iudæi igitur tunc primùm Lunarem annum acceperunt, cùm Menses iis nominibus quibus hodie notati sunt, appellantur. Eæ autem appellationes Chaldaicæ sunt &c. Quod accidit sub Nabopolassaro magni Nabuchodonosor patre, qui filium con-
E trà Necao regem Ægypti magno exercitu misit. Regi Ægypto stipendia pendebat Ioacim rex Iudæorum: sed mutauit dominum, & regi Nabopolassaro tributarius factus. Quò defuncto deficiunt à Chaldæis anno regni sui quarto ineunte, qui est primus Nabuchodonosor. Sed iterùm à Nabuchodonosor victus, in eius potestatem venit. Ab illis temporibus, inquit, anno Chaldaico vti cœperunt in contractibus suis, eoque ab initio Nabolassari, &c. Hæc ibi.

Idem Scaliger loco vltimo notato, in-

clinat in hanc sententiam, vt fuerint Solares etiam vsque ad, & nonnihil post, Captiuitatem Babyl. cum ait in fin. capitis, seu pag. 154. Quando autem omnino hanc formam abiecerint Iudæi, quamuis initium eorum seruitutis cadit in tempora Nabopolassari regis, & eius filij Nabuchodonosori: tamen an statim annum Chaldaicum acceperint, dubito; cùm videam longe post illa tempora, in libro Esther quasi noua nomina mensium explicari. Nam Adar exponitur ibi duodecimus mensis, quasi non satis vulgo id cognitum esset: & apud Zachariam Prophetam Schebat exponitur vndecimus mensis, & Casleu nonus mensis. Hoc non fieret, nisi nupera fuisset & paucis cognita, ac tùm primùm nascens anni Lunaris forma. Sed studiosi quærant. Nam plura nobis reperire. Tantùm eam opinionem de antiquitate anni Lunaris ex animis hominum euellere poterimus, qui etiam Noam in arcâ epactas Lunares, & excessum Solis suprà Lunam, obseruasse diuinant. Hactenùs Scaliger. Qui tamen posteà mutauit suam sententiam quoad tempora post Moysem, in Canonibus Isagogicis ad Chronicon Eusebij. Scilicet, in lucem emisit ipse Chronicon Eusebij sub hoc titulo, Thesaurus Temporum Eusebij, &c. Impress. Lugduni Batauorum, aliàs Leiden (in fol.) 1606. cui adiunxit Canones Isagogicos a se conscriptos. In horum ergò lib. 3. à pag. 264 sub init. sententiam hanc suam olim traditam mutauit.

Temporarius autem vult id haberi etiam intrà Captiuitatem Babyl. cum pag. 365. fin. affert locum 4. Reg. 25. a vers. 7. vbi mentio fit mensis duodecimi anni trigesimiseptimi transmigrationis Ioachin, siue Iechoniæ, Ioacim successoris, adeòque anni vigesimisexti vel vigesimiseptimi ab Vrbis Desolatione, siue à Captiuitate sub Sedeciâ. Denique, ex hoc, & alijs passim, id nonnihil sentire videtur etiam vsque post captiuitatem. Quod sanè posset aliquis asserere verum esse, saltem in vsu scripturæ: non solum ex locis allatis à Scaligero, sed ex alijs infrà notandis.

Massæus demùm lib. 7. pag. 69. fin. hæc habet. Tradunt Iudæi, temporibus eius (Esdræ) diuinam maiestatem apparuisse in igneâ cathedrâ. Nouos Eleazarum canones instituisse ad totius anni festa secundùm Lunæ cursum celebranda: cùm antè id tempus solares annos & menses obseruarent. Cumq; difficultet horum modum addiscerent, sæpèque dubitarent quò die Pascha celebrandum esset, tandem Rabbi Gamaliel rectas ob id Regulas edidit quibus hodie Iudæi vtuntur, incipientes annum à noua Lunâ mensis Tisri autumnali æquinoctio proximo. Hæc ille. Itaque iuxta Iudæos illos, menses illi fuerunt Solares vsque ad tempora Esdræ: adeòque longè post Captiuitatem.

Probat. 3 Sent. PROBATIONES Huius Sententiæ vix etiam aliunde peti possunt, quam ab ipsâmet quæstione de annis: vnde hic aliquomodò similiter est anticipanda. Quamuis autem conueniant Authores illi, pro hoc loco, & pro sequentibus vsque ad Moysem: tamen quia etiam differunt pro temporibus à Moyse, vtunturque diuersis probationibus: propterea visum est nobis futurum commodius, si hæc sententia simpliciter diuidatur in 3. suos modos, & sub primo, in quo conueniunt tres illi Authores, reducantur omnia eorum argumenta, quæ seorsim vel simul apud eos habita, aut etiam abunde ad ista probandum facere possunt pro primo illo modo: sub alijs vero modis, reducantur argumenta, quæ pro eis proxime similiter faciunt: sicque probata habeatur sententia, cùm in modis suis fuerit probata. Est tamen obiter Aduertendum, quemlibet modorum posteriorum supponere posse probationes præcedentis: quandoque etiam omnium aliquem vti posse probatione subsequentis: cuilibet tamen, vt diximus, quod sibi, seu magis proprium est, affigemus. Itaque sit

1. Modus. I. MODVS communis Massæo, Mercatori, Scaligero, & Temporario, asserentibus pro hoc loco, & pro sequentibus vsque ad tempora Moysis, seu a Mundo condito, vsque ad Moysem.

PROBATVR Hic Modus multis Argumentis.

1. Arg. 1. Mo. I. ARGVMENTVM apud Scaligerum. Petitur a modo anni, quo vsus fit Abrahami. Sed ad caput (inquit) gentis Hebrææ, hoc est ad Abrahamum ipsum veniamus. Quâ anni forma vnum hominum vsum putemus, nisi Chaldaicâ, hoc est patriâ: aut si hoc vetuit longa peregrinatio extrà patriam, quô anno vti potuit quàm Syriaco in Syriâ, aut Ægyptiaco in Ægypto? Concede vnum ex istis tribus: aut Ægyptiacum, aut Syriacum, aut Chaldaicû. Vnus profectò idem que annus fuit: si quidem ea quæ suprà in hoc lib. 3. (de 3. suo loquitur vbi hæc demonstrauit) disputata sunt intellexisti &c. Fuit ergò Chaldaicus, aut, si mauis, Ægyptiacus annus, duodecim æqualibus mensibus cum 5. appendicibus dierum tributus. Hæc Scaliger.

1. Confir. 1. Arg. CONFIRMATVR Hoc Argumentum. 1. Ab argumento quod habetur apud Mercatorem, petitum à more Antiquorum Thebanorum, seu antiquissimorum Ægyptiorum, ducto prius à more omnium antiquissimo, Babyloniorum. Annum se-

quentem (inquit Mercator, intelligens quô cœpit Diluuium) non ad Lunæ, sed ad solis rationem, in menses diuisi, singulos 30. dierum, adiectis in fine intercalaribus quinque. Quod eam vnicam anni rationem ab initio apud Chaldæos fuisse omninò sit verisimile. Thebani enim antiquissimi Ægyptij, vt ait Diodor. (Sicul.) lib. 1. pag. 24. B. & qui secundum nostram Chronologiam (hæc ait Mercator) primi à Diluuio regnarunt hâc solâ anni dimensione vtebantur. Quos certum est eandem ex Dispersione Babylonicâ attulisse. Sic ille. Dispersionem Babylonicam appellans eam, quæ facta est in Linguarum diuisione.

Herodot. Præponi poterat Herodotus, tanquam antiquior Diodoro. Is libro 20. paulo post init. *Omnium hominum*, inquit, *primos Ægyptios constat annum comperisse, distinguentes eum in 12. temporum menses, idque comperisse ex astris, eò scientiùs (vt mihi videtur) hoc agentes quam Græci, quod Græci tertiò quoque anno intercalarem mensem inducunt temporis gratiâ. Ægyptij verò tricenis diebus singulos menses taxantes, adijciunt huic numero quotannis 5. dies, vnde eis ratio circuli temporum constat, eodem reuertentis.* Sic Herodotus.

Diodor. Sic. Diodorus autem lib. 1. paulò post med. hæc ait. *Thebæi se antiquissimos homines profitentur, primùmque philosophiam & astronomiam à se repertas, sequeregionis situ, ad cognoscendos orientium & occidentium motus astrorum, esse adiutos. Menses insuper & Annos à se institutos esse. Dies autem non secundùm Lunam, sed secundum solem metiebantur, 30. dierum mensem facientes. Quinque verò dies & quadrantem diei, 12. mensibus adiungentes, anni cursum perficiunt. Intercalares menses non interponunt, neque dies subducunt, sicut & Græcorum quidam.* Sic Diodorus.

Macrob. Addi potest Macrobius similia scribens lib. 1. Saturnal. cap. 12. *Ægyptij tricenum dierum omnes habent menses, 360. tantùm dierum annum habent. Hinc explicitis 12. mensibus suis, id est, 360. diebus exactis, inter Augustum & Septembrem, vel vt Ægyptiacè dicitur inter Mezori & Toth, scilicet nouissimum anni mensem, primumque sequentis anni, reliquos 5. dies solares, circuitus anno instituunt. Quarto insuper quoque anno diem eodem loco intercalarem, qui ex quadrantibus confit, annectunt.* Similia scribunt Censorinus & Strabo. Porrò

Explicat. Ichthim VIS CONFIRMATIONIS istius plenius est explicanda: petendaque ab hoc quod, vel Abraham hunc morem attulit Ægyptiis è Chaldæâ. vel etiam Moyses eum desumpsit ab iisdem Ægyptiis, in quorum omni sapientiâ instructum fuisse illum testa- A tur sacra scriptura Act. 7. vers. 22.

CONFIRMARI potest Hoc Argumentum. 2. A conuenientiâ. Quod cùm Adam, Noe, Abraham, eorumque posteri, edocti essent à Deo, credibile sit, apud eos fuisse formam aliquam mensium non ignobiliorem, sed ex perfectioribus aliquam. At qui ex formis mensium, hæc quæ dicitur solaris 30. dierum æqualium, est vna ex perfectioribus. Ergò credibile sit eam apud illos extitisse proindeque Moysem illam vt talem sibi reuelatam, in describenda scriptò historia mundi, secutum fuisse. 2. Confirm. Arg.

B II. ARGVMENTVM. Apud Temporar. pag. 361. à fin. Petitur à 5. primis Mensibus Diluuij, seu Ab Ostensiône primorum 150. dierum in eo transactorum. Vbi priùs Aduertendum est, eum supponere septimum & decimum mensem, incipiendos esse, non à Diluuio incœpto, sed ab anno mundi currente, aut etiam sexcentesimo vitæ Noë. Item, consequenter, 40. dies pluuiæ includendos esse in 150. quibus aquæ dicuntur obtinuisse terram, vt ex dictis eius mox videbitur. Scribit (inquit ille) Moyses Gen. 2 Arg.

C 7. Noam ingressum esse Arcam die decimoseptimo secundi mensis. Noctu diùque pluisse per dies 40. Arcam è terrâ sublatam natasse super aquas auctas ad dies 150. die decimaseptimâ mensis septimi (sequitur textum Heb. sic habentem, vbi Vulg. Septuag. & S. Hieron. habent vigesimaseptimâ) Arcam resedisse, &c. In hac narratione ex ipsius Moysis verbis exscriptâ, videmus dies 150. intercessisse à secundo mense ad septimum. Ex quo efficitur 150. diebus 5. menses

D impleri dierum tricenorum. Sic ille. Cuius rei paradigma, tanquam pro demonstratione sensibili, habet appositum pag. 368.

Eum autem supponere, septimum & decimùm mensem incipiendos esse non à Diluuio, sed ab anno currente, aut etiam vitæ Noë, patet. Quia alioquin nihil probaret. Nam si inciperet eos à Diluuio, etiamsi reperire quidem posset menses 5. dierum 30: attamen tunc inueniendus esset sextus mensis post, adeòque 30. dies inter illos 150. & septi-

E mum mensem. Nullam autem traderet rationem, quare in diebus illis 150. potiùs assignâdi essent menses 5. dierum 30. quàm alternis 29. & 30. Item, eum supponere 40. dies pluuiæ includendos esse in 150. quibus aquæ obtinuerunt terram, patet. Quia alioqui plures 6. mensibus reperirentur à primo mense anni currentis, aut etiam vitæ Noë, ad septimum mensem cuius decimaseptimâ, vel vigesimaseptimâ die Arca requieuit. Nam 40. & 150. faciunt 190. In his autem reperiuntur 6. menses pleni, dierum 30. & insuper 10. dies. Restarent ergò 30. dies primi mensis, & 16. secundi, qui cum 10. diebus illis facerent 7. menses &

26. dies. Denique hæc omnia videre eſt in paradigmate anni Diluuij quod habes à pag. 368. Videbuntur latiùs infra proprijs locis, nempe à §.18.

Obiect. contra 1. Arg. CONTRA Hoc Argumentū Facit, quòd hoc modo Tēporar. vult decimamſeptimā diem ſeptimi menſis fuiſſe primam immediate ſequentem dies 150. ſeu fuiſſe centeſimam quinquageſimam primam: atque ità arcam requieuiſſe ipſamet die proximà ſequēte dies 150. At huic computationi rēpugnat ſcriptura Gen. 8. à verſ. vbi indicatur manifeſtè (ſiue legas decimaſeptimā die, ſiue vigeſimaſeptimà) tranſactos fuiſſe aliquos dies poſt 150. inter quos minuerentur aquæ, antequam requieſceret Arca. Quod etiam ſentiunt communiùs authores, & iam oſtenſum eſt §. 5. contrà 3. Modum: oſtendetur fuſiùs infra à §. 22. verùm hic error emendari facilè poteſt & Argumentum ipſum ſuo modo demonſtrans reddi, ſi legatur pro Temporario vigeſimaſeptima dies. Itaque

Emédatur 1. Arg. CONCLVDET Hoc Argumentum, ſi legatur non decimaſeptima, ſed vigeſimaſeptima dies. Tunc enim ſuperſunt dies 10. quibus aquæ decreuerint vt arca requieſceret.

Replica. Quod ſi dicas, tunc Rationem non tradi, quare potius aſſignentur in illis 150. diebus, 5. menſes dierum 30. quàm alternis 29. & 30. quô poſito reſtarent reliqui dies, ſcilicet 13. tribuendi decremento aquarum.

Reſponderi quidem poterit, in huiuſmodi materijs oſtenſionem alicuius veritatis vices ſubire demonſtrationis: dummodò nihil repugnans obijci poſſit. Satis enim eſſe cuilibet, ſi oſtendat numerum debitum in ſuâ computatione, nec quicquam repugnans reperiatur.

Veruntamen tunc eneruabitur robur Argumenti. Nam dici poterit non maius veſtigium illius in ſcripturâ haberi, quàm alicuius alterius ſententiæ.

Reſponſ. Nihilominùs conuenientia quædam maior, ſeu veſtigium aliquod in eà magis apparens reperitur, propterea quod ſic applicat omnes illos dies ſuis menſibus, vt non ſit opus aliquos (dies) reſeruare quorum diſpoſitio neſciatur, & incerta quantùm ad anni formam concedatur: quod incommodum incurrunt auctores ſententiæ præcedentis. Sed quod præcipuum eſt, ſupponit hoc Argumentum, ſicut etiam ſupponit & iſtamet ſententia, ſcripturam ſacram expreſſa tradere loca varijs in libris, quibus veritas hæc prætendi poteſt nimis longè probabiliùs: quæ loca referentur ad longum ſub modo ſequenti.

3 Arg. III. ARGVMENTVM. Idemque ferè quod præcedens, apud Scaligerum: ſed aliter paulò, & altiùs, Petitur A ſex primis Menſibus, ſeu Ab Oſtenſione 6. primorum

A menſium, intrà quos incœpit Diluuium, incipientibus ab illo primo menſe, qui latiuus eſt ei ſecūdo, cuius die decimaſeptimā Diluuium incœpit: adeòque eadem pariter ſupponendo, quæ Temporarius argumento præcedenti, vt patebit ex dictis elus. Quis meliùs (inquit Scaliger) hæc nos docuerit quàm Moyſes ipſe? Is igitur ſcribit Diluuiū cœpiſſe die decimaſeptimà menſis ſecūdi 150. dies aquas inualuiſſe: & diem proximū à 150. hoc eſt centeſimū quinquageſimumprimū, fuiſſe decimumſeptimum menſis ſeptimi (ſequitur etiam textum Hebr.) 46. dies ante Diluuium

B fluxerant, nam quadrageſimoſeptimo cœpit Diluuium, nimirum decimaſeptimâ die menſis ſecundi. (hic ſupponit quidem, menſem primum fuiſſe 30. dierum: ſed optimè tùm ad rem ſuam demonſtrandam, vt monuimus ſuprà, tùm quia in illis 150. iam id inuoluitur, vt patet ex Argumento præcedenti.) Iunge 151. dies cum 46. fiunt manifeſtò dies 197: qui per 30. diuiſi relinquunt menſes exactos 6. & decimum ſeptimū diem, in quo Arcam requieuiſſe ſcribit Moyſes. Hæc ille.

C Vbi notandum eſt, cùm ait Scaliger, relinquunt menſes exactos 6. & decimum ſeptimum diem in quô arcam requieuiſſe ſcribit Moyſes: per illa verba, & decimumſeptimum diem, ſcilicet ſeptimi menſis, intelligere non præcisè diem decimumſeptimum, ſed decemſeptem dies; alioquin errorem ſubeſſe librarij. Nam in 197. diebus, ſunt dies multò plus quàm menſium 6. Siquidem 6. menſes 30. dierum, faciunt ſolummodò dies 180. Superſunt ergò decemſeptem dies ſeptimi menſis. Ergò vel phraſis illa, & decimum

D ſeptimum diem, idem ſignificat apud eum quod, decemſeptem ſeu ſeptemdecim dies: vel ſubeſt error librarij, legendumq, eſt, non decimum ſeptimum diem, ſed decemſeptem dies, menſis ſeptimi. Ni diceretur Scaligerum fuiſſe falſum in ſuâ ſupputatione: quod tamen probabile non eſt.

CONTRA Hoc Argumentum, Facit idem quod contrà præcedens. Nempe, diem proximam à 150. non potuiſſe eſſe decimamſeptimam menſis ſeptimi. Quia manifeſtè Obiect. contra 3 Arg.

E ſcriptura ſacra demonſtrat interfuiſſe dies aliquos decrementi inter dies 150. quibus aquæ obtinuerunt terram, ſeu iuxta terminos quibus vtitur ipſemet Scaliger, quibus aquæ inualuerunt, & requiem arcæ. Verùm hic error emendari facilè poteſt, ſi legatur pro Scaligero vigeſimaſeptima dies. Itaque

CONCLVDET Hoc Argumentum optimâ ratione, ſi legatur pro Scaligero non decimaſeptima ſed vigeſimaſeptima dies, & per eam intelligantur non decemſeptem, ſed viginti ſeptem dies, in quarum vltimâ Arcam requieuiſſe ſcribat Moyſes; & denique dicatur, reperiri apud Moyſem, ab initio anni Emédatur 3. Arg.

seu a primo mense ad vigesimãseptimã diem mensis septimi, integros 6. menses 30. dierum, & dies præcisè 27. mensis septimi. Hoc posito, non obstamus quin pergat Scaliger, & dicat: Huic demonstrationi, quicquid Eudyuuonum est, & τεσσαράκοντα Arcadum, refragari non pôssit, quin fateantur, menses Hebræorum veterum tricenis diebus fuisse descriptos. Nullum locum hic habet luna. Sic ille

4 Arg. IV. ARGVMENTVM apud eundem Scalig. petitur ab ipso Anno toto, seu ab Ostensione totius anni, in quo euenit Diluuium. Et sane (inquit) 365. dies in anno Diluuij inueniet æquus Inicipies Moysis. Nam qui duodenis mensibus τριακονθημέροις (id est 30. dierũ) sine vllo embolimo (mẽse) constaret, necessario habuit 365. Die primo mensis decimi, hoc est, ducentesimo septuagesimoprimo a capite anni (siquidem nouies 30 faciunt 270.) iuga montium nudata sũt, & ex aquis in emersum prodierunt. Expectauit 40 dies Noe, cum iam 311. dies à capite anni fluxissent (nimirum 40. additi ad [illegible], faciunt 3 1. mox emisit coruum, quem libere ire, redire permisit, donec aquæ omninò exucta fuissent. Non designat hoc longum spatium Moyses, sed prudenti lectori ex simili loco conijciendum reliquit, quantum interuallum illud fuerit. Nam eodem modo (quò) postquam expectasset 7. dies, tunc immisit columbam, & (eodem) reuersam iterum post alteros 7. dies emisit. Sic sanè alteri 40. dies ad illos priores addendi (vt nempè emitteret columbam post alios 40. dies expectatos, sicut emiserat coruum post 40 priores) & sic fient 351. Quibus adde 14 posteriores quibus bis columba emissa, fiunt sine dubio dies 365. Hactenus ille.

2 Modus. II. MODVS communis Massæo, Scaligero, & Temporario, assentientibus pro Temporibus, etiam vsque ad prima tempora magni Nabuchodonosor, seu ad captiuitatem Ioacimi regis Iuda 4. Reg. 24. & 2. Par. 36.

Probat 2 Modi. PROBATVR Hic Modus 2. Argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur, à quibusdam Scripturæ locis, in quibus fit mentio 12. mensium.

I. LOCVS habetur 1. Paralip. 27. à vers. 1. *Filij autem Israel secundum numerum suum principes familiarum, tribuni, & centuriones & præfecti, qui ministrabant regi* (Dauidi) *iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos menses in anno, viginti-quatuormilibus singuli præerant.* vers. 2. *Prima turmæ in primo mense, Iesboam præerat*, &c. vers. 4. *Secundi mensis habebat turmam Dudia* &c. vers. 5. *Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ, sacerdos*, &c.

A vers. 7. *Quartus, mense quarto, Asahel*, &c. vers. 8. *Quintus, mense quinto, princeps Samaoth*, &c. vers. 9. *Sextus, mense sexto, Hira*, &c. vers. 10. *Septimus, mense septimo, Heles*, &c. vers. 11. *Octauus, mense octauo, Sobochai*, &c. vers. 12. *Nonus, mense nono, Abiezer*, vers. 13. *Decimus, mense decimo, Marai*, &c. vers. 14. *Vndecimus, mense vndecimo, Banaias, Pharathonites*, &c. vers. 15 *Duodecimus, mense duodecimo, Holdai*, &c.

II. LOCVS habetur. 3. Reg. 4. vers. 7. *Habebat autem Salomon 12. præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi & domui eius: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.* vers. 8. *Et hæc nomi-*
B *na eorum*, &c.

Hæc loca scripturæ sacræ notat Scaliger suprà: posteriorem locum Temporarius pag. 365. fin. inferuntque ex eis, annum fuisse tunc alium quam Lunarem, tum quia annus ille (scripturæ) 12. tantum mensibus constanter descriptus est, nec mentio fit vlla cuiuspiam mensis Embolimi in tota scripturà: tum quia fieri non potuisset, si quis annus fuisset 13. mensium, vt singuli singulis mensibus præfuissent; nã alias anno embolimæo vni Præ-
C fecto & Duci duo menses attributi fuissent. Annus priscorum Hebræorum, inquit Scaliger, sub Moyse, Iudicibus, & Regibus, nullum mensem embolimum habuit. Alioqui fieri non posset, quin aut Moyses, aut aliquis Prophetarũ, mensis intercalaris non meminisset. Cuius nulla omninò ne suspicio quidem, nedùm mentio in scripturà extat. Ex quo sequitur annum priscorum Hebræorum duodenis perpetuò mensibus tributum fuisse. Et antequã noter locũ 1. Par. 27. Id quod, inquit, egregiè non solum confirmat scriptu-
D ra: sed etiam ab ipsis qui adeo Lunæ fauent extorquet atque exprimit. Sic ille

ADDI possent omnes loci, in quibus mentio fit mensium 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. qui notati sunt suprà sub 2. notabili.

PORRO vis prioris loci meritò videtur in hoc aduertenda, quod non dicitur tantùm Duces illos turmarum præfuisse per singulos menses: sed per singulos menses in anno: & ità vt primus præesset primo mensi anni, secundus secundo, & sic de reliquis. Sanè connexio illa cuiusque Ducis cuique mensi anni
E per proprium numerum designati, nec verò quicquam affertur in contrarium ex scripturà, facit argumentum fortissimum. Idemque consequens est de loco posteriori: consequens & de reliquis.

Aliquis solutio 3. Arg. AD HOC ARGVMENTVM, Respondere potest. Imprimis, negando consequentiam Scaligeri. Ex hoc enim quod nulla fiat in scriptura mentio expressa mensis embolimi, nõ sequitur nullum similem fuisse. Sicut ex eo quod in ea nulla pariter fiat expressa mentio dierum in mense, plus 27. nõ sequitur menses

non plus dies … habuisse, … etiam ad … minum, sicut ex eo quod nullam … scriptura mentionem dierum 5. additiorum. non sequitur eos fuisse nullos. Neque enim scriptura semper memorat eiusmodi singula, & minuta: sed satis est quod eorum fundamenta tradat præcipua.

Aliqua Solutio locorũ Script.

AD LOCA SCRIPTVRÆ SACRÆ Respōderi potest, Non excludi, quin vel tertio quoque anno, primus Dux turmæ, primúsque præfectus annonæ, morem suum gereret in mēse embolimo, & reliqui cōsequenter. Et hoc respondet Scaliger in illo citato loco, in quo priorem suam sententiam mutauit. Nam sicut menses embolimi nil impediunt, quominùs regulariter tribuantur annis menses … tantum … in simili, dies 5. additij in anno dierum 36…, & Bissextilis in anno dierum 365. nil impediunt, quin regulariter tribuantur anno dies tantummodu 360. vel 365: ità 12. Duces & Præfectos, variasse quandoque morem suum, ex occasione mēsis Embolimi, nihil impedit quominùs regulariter dicti fuerint morē gessisse 12. tantùm mensibus in anno: vel vltimus seu duodecimus Dux turmæ, vltimúsque præfectus annonæ, morem suum gereret in mense Embolimo suprà mensem suum ordinarium: vel denique vltimus iste morem suum gereret in primâ mediâ parte mensis Embolimi, post gestum morem suum ordinarium: & primus alter ille suum in reliquâ mediâ parte mensis eiusdem Embolimi, antè gerendum morem suum ordinarium, seu simùl gerendo more suo ordinario, in mense primo.

Ad Solutionem Scr. pt. & 1 Arg.

VERVM. Hæc Responsio, quoad priorē partem disiunctionis, aduersari videtur non immeritò, scripturæ sacræ, connectenti nomina numeralia cuiuslibet Ducis nomini numerali cuiuslibet mensis. Quoad posteriores autem, videtur etiam non immerito conficta gratis. Quodnam enim eius vestigium in scripturâ sacrâ? &, quod præsertim aduertendum est, si comparatio fiat vnius sententiæ ad alteram? siquidem præcedens sententia nullum habet in scripturâ vestigium: hæc autem aliquod habet, inquantum scriptura sacra mentionem facit expressam 12. mensium & 12. Ducum ac Præfectorum numeraliter mensi cuilibet in anno coniunctorum, nulla prorsùs vnquam vllibi ne coniecturâ factâ mensis cuiuspiam Embolimi, vel Ducum aut Præfectorum in quopiam simili morem suum gerentium. Et per hæc soluitur 1. Responsio.

2 Arg.

II. ARGVMENTVM apud eundem Scaligerum quod habet initio præcedentium argumētorum, quodque resumit in fine illorum. Petitur, … mutatione anni factâ per Iudæos, in annum Chaldaicum. Sed multùm, inquit, cōtrà illos (authores) facit, quod Iudæi tunc mutarunt annum priscum, cum Chaldaicum acceperunt … bus mensium Babyloniis … que diem Iudæis in vsu cum … Mutatio anni & mensium, iudic. … digitò pene tangendum relinquit, aliud fuisse annum priscum ab eo quô priscum mutarunt. Hoc ne pueri quidem negauerint. Non enim mutassent in eum qui est hodie, si priscus, is qui est hodie, fuisset. Hactenùs Scaliger. Qui supponit quidem hic, & non probat in hoc argumento, Iudæos mutasse annum suum in Chaldaicum neque solum nomina mensium Chaldæorum assumpsisse, & mensibus suis tribuisse. Sed hoc quomodo probatum supponat, videndum reliquit in præcedentibus apud seipsum: visum est satis suprà sub 3. Notabili.

CONTRA HVNC MODVM sunt quædam Obiectiones. Sed quia communes sunt Modo sequenti, propterea ducimus eas illic esse remittendas.

3. Modus.

III. MODVS itidem aliquomodò communis Massæo, Scaligero, & Temporar. expressius autem Massæo & Temporario, asserentibus pro temporibus tùm vsque ad Captiuitatem Babyl. tùm, vt videtur, etiam aliquo tempore post eam. Quod postremum affirmari potest saltem quantùm ad vsum scripturæ.

Prob. 3. Modi.

PROBATVR Hic Modus quodam Argumento quod habetur apud Temporar. & Petitur, à loco scripturæ in quo fit mentio duodecimi mensis post Captiuitatem Babylon. seu intrà illam inceptam 4. Reg. 25. vers. 27. Cui iungendus similis prorsus Ierem. 52. vers. 31. *Factum est vero in anno trigesimoseptimo trāsmigrationis Ioachin regis Iuda, mēse duodecimo, vigesimoseptimo, die mēsis subleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.* Vis autem huius argumenti, petenda est ex primis argumētis modi præcedentis. Quia nimirum indicantur per hoc 12. menses in anno. nullibi vero habetur indicium vllius mensis Embolimi qui sit quandoquè mensis anni decimustertius.

Confirm.

CONFIRMARI potest, A reliquis locis 1. Paral. & 3. Reg. in quibus fit mentio mensis duodecimi, notatis suprà sub 5. Notabili. Item, ibid. ab alijs Ezech. 32. vers. 1. Esth. 2. vers. 12. 3. vers. 7. & 13. 8. vers. 12. 9. vers. 1. 13. vers. 6. 16. vers. 20. Qui omnes loquuntur de temporibus, partim intrà Captiuitatem, vt Ezech. 32. partim extrà, siue post illam, vt loci libri Esther. Ex quibus etiam videtur id affirmari posse de temporibus, tam infra, quàm post Captiuitatem, saltem in vsu scripturæ. Quatenùs scilicet computant adhuc eodem modo quo cōputabatur antè Captiuitatem: immò qui computabatur à Moyse, & ab initio mundi. Et, quod non omittendum,

quamuis Ezechiel quandoque computet simul ab epochâ (prout communiter v[illegible]unt) primi Nabuchodonozor, siue patris magni Nabuchodonozor, cap. 1. vers. 1. attamen aliunde etiam cōputat à captiuitate tum Ioachin, tum Sedechiæ, regum Iuda: vt ostendat se non propterea derelinquere, modum computandi Iudæorum. Item, quamuis apud Esther memorentur menses Chaldæorum, vt Nisan, Adar, &c: attamen apponuntur numeri nominum Iudæorum, vt primi, duodecimi, &c: vt ostendatur non propterea deseri modum eorum, sed solummodò, similes epochas, & menses externos, cum epochis & mensibus Iudæorum, quantùm possunt, alligari.

AD HOC ARGVMENTVM Responderi possunt eadem quæ responsa fuerunt ad primum modi secundi. Sed ad Responsiones, eadem possunt etiam Replicari.

[illegible] OBIICI potest contrà 2. & 3. Modum I. A celebratione Paschatis, quā semper obseruatam fuisse die decimaquartâ Lunæ proximiori æquinoctio verno, videre est in Kalendario Gregor. Regula 6. & communiter apud authores: præ alijs Torniell. an. 2544. num. 10. Atqui Exod. 12. à vers. 3. & præsertim vers. 18. Leuit. 23. vers. 5. Numer. 9. à vers. 3. & 28. vers. 17. & denique Deut. 16. vers. 1. ea præcipitur fieri mense primo, decimaquartâ mensis. Ergo decimaquarta huius mensis, & decimaquarta Lunæ, sunt vna & eadem dies. Ergò mensis Lunaris, non Solaris.

1. Respons. RESPONDET Temporar. pag. 366. Nouilunia tamen & plenilunia, in sacris ab Hebræis obseruata fuisse par est, vt populo stati & cogniti dies sacrificiorum essent: quod & Græcis in consuetudine fuit, & alijs ferè gentibus; quia solet populus potius Lunæ quàm Solis vicissitudines suspicere. Veru qui menses 12. e Lunæ spatijs metiebantur, quod anno Solari deerat, intercalationibus compensabant. Hæc ille. Eodem ferè modo Funccius (Sectarius) vult eos annū & menses habuisse Solares: & tamen obseruasse Lunares pro festiuitatibus suis. At non declarant isti quomodò hæc locum habere potuerint in singulari apud Iudæos, quibus præcipitur Exod. 12. celebrare Pascha decimaquartâ die mensis primi. Neque facilè declarari potest, nisi forsan exponendo illud Exodi 12. vers. 2. *Mensis [illegible] obis [p]rincipium mensium* &c. de mense Solari: illud vero vers. 6. *[illegible] ad [illegible] decimā diem mensis huius*, [illegible] de mense Lunari: & reliqua his similia [illegible] mo[illegible]. Sed hoc non est pr[o]babile.

[illegible] RESPONDERI p[ote]st pro Scaligero Quo[d] Iudæi cel[eb]rarint Pascha decimaquartâ Lunæ [f]uisse s[o]l[um]modò factu a Captiuitate B[a]bylon. siue a tempore quo muta[r]unt formam anni [illegible]. Quia enim tunc mensis [illegible] Lunar[illegible], ideo debuerunt Pascha celebrare decimaquarta Lunæ. Scripturam autem non illud pr[æ]cipere celeb[r]ari decimaquartâ Lunæ, sed solummodò decimaquarta mensis primi, quod optime fieri potuit in anno simpliciter Solari. Atque ita Massæus refert, vt supra, Iudæos aliquos tradere mutationem illam, assumptam & regulatam fuisse temporibus Esdræ: proindeque post Captiuitatem.

INSTABIS. Non esse credibile, Iudæos annum suum mutando, mutasse simùl Dei præceptum. Replica.

RESPONDERI potest, Præceptum illud affixum non fuisse tali præcise diei Solis: hoc enim fuisset moraliter impossibile; sed tantummodo tali diei mensis primi, siue esset Solaris, vt tepore institutionis, siue esset Lunaris, vt tempore mutationis. Imò vero neque adhuc ita strictè fuisse tali diei talis mensis affixum, quin posset ex occasione variari. Hoc patet Num. 9. à vers. 10. *Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino*, vers. 11. *In mense secundo quartadecimâ die mensis ad vesperam.* Et tempore Ezechiæ regis 2. Paral. 30. vers. 2. *Inito ergò consilio regis & principum, & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerant vt facerent Phase mense secūdo.* vers. 3. *Non enim potuerat facere in tepore suo*, &c. vers. 15. *Immolauerunt autem [P]hase quartadecimâ mensis secundi.* Cur non ergò decimaquartâ mensis primi Lunaris, mutatis mensibus ex occasione Captiuitatis? Respons.

OBIICI potest II. plurimas alias festiuitates celebratas fuisse ex præcepto, à temporibus Moysis, certis quibusdam diebus Lunaribus, quæ alioqui pariter dicuntur à scripturâ dies simpliciter talis mensis, in quo festiuitates illæ præcipiuntur. 2. Obiect.

PROBATVR Hæc Obiectio. Primum in genere, Ex locis vbi festiuitates assignātur in Nouilunijs. 2. Paral. vers. 4. *Sic fac mecum* (ait Salomon ad Hiram regem Tyri) *vt ædificem domum nomini Domini Dei mei, vt consecrem eam ad adolendum incensum [c]oram illo, & fumigandū aromata, & ad p[ro]positionem panum sempiternam, & ad holocautomata manè & vespere, [s]abbatis quoque, & neomenijs, & solemnitati[b]us Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli.* Iudith. 8. vers. 6. *Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel.* Osee [illegible]. vers. 11. *Et cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius.* 1. Mach. 10 vers. 34. *Et omnes dies solemnes, & sabbata, & neomeniæ, & dies decreti*, &c. Qui locus etiamsi loquatur de temporibus longe post Captiui- 1. Probat. Obiect.

tatem: tamen confirmat eundem sensum pro temporibus antè illam. Nam si hoc in loco *Neomenia* sumitur pro *Nouilunio*: ergo & in præcedentibus. Coloss. 2. vers. 16. *Nemo ergò vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum.* Similia in genere de Neomenijs, & Nouilunijs, post Captiuitatem, videre est 3. Esdr. 5. vers. 52. & 4. Esdr. 1. vers. 31. A

2. Probat. Obiect. Secundo in specie. Ex locis vbi festiuitates particulares assignantur in Neomenijs. Psal. 80. vers. 4. *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* vers. 5. *Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob.* Est autem probabilius, hîc intelligi solemnitatem Iudæorum de quâ dicitur Leuit. 23. vers. 24. *Mense septimo, primâ die mensis, erit vobis Sabbatum memoriale, clangentibus tubis,* &c. Et Num. 29. vers. 1. *Mensis septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis,* &c. *quia dies clangoris est & tubarum.* Et 3. Esdr. 5. vers. 53. *Et quotquot vouebant Domino à Neomeniâ septimi mensis,* &c. Ergò dies prima septimi mensis, & dies prima Lunæ eiusdem mensis, sunt vna & eadem dies. Item, in lib. 3. Esdr. fit mentio nouiluniorum, primi, secundi, quinti, & decimi mensis. Cap. 5. vers. 57. *Et fundauerunt templum Dei nouilunio secundi mensis secundi anni cùm venissent in Iudæam & Ierusalem.* Cap. 8. ver. 6. *Anno septimo regnante Artaxerxe, in quinto mense, hic annus septimus est regni, exeuntes de Babyloniâ nouilunio quinti mensis,* &c. Cap. 9. vers. 16. *Et consederunt nouilunio mēsis decimi examinare negotium illud.* Et vers. 17. *Et determinatū est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsque ad Neomeniam primi mensis.* Qui loci pariter etiamsi legantur de temporibus post Captiuitatem: tamen confirmant eundem sensum pro temporibus ante illam. B C D

Respons. RESPONDET Scaliger à pag. 13. versus fin. his verbis. Kalendæ mensium vocantur חֹדֶשׁ quod νουμηνίαν significat. Quamuis nulla noua Luna in illis obseruaretur, non magis quàm in Kalendis mensium Ægyptiorum, quas tamen νουμηνίας vocat Ptolemæus. Et idem dixit, νουμηνίᾳ τῶν ἐπαγομένων (id est, in neomeniâ additiuorum) æquinoctium obseruatūm ab Hypparcho. Thucydides quoq; νουμηνίαν κατὰ σελήνην (id est, neomeniam secundùm Lunam, vel Neomeniam Lunæ) dicit, quasi quædam νουμηνία sit ἀσέληνος (id est, non Lunæ) quales omnes Græcorum mensium ciuilium erant, præter primam & secūdam Tetraeteridis, (id est Quadriennij) τριακάδα autem (id est trigesimam mensis diem) siue ἕνην καὶ νέαν vocabant כֶּסֶא, aut כֶּסֶה. Id significat numerum. Thema, (id est, radix) כֶּסֶא numerare, quod vltrà trigesimum nullus numerus mensium admitteretur. Ea dies festiua erat, & per tubicinem indicebatur, in Psal. 81. E

תִּקְעוּ בַחֹדֶשׁ שׁוֹפָר בַּכֵּסֶה לְיוֹם חַגֵּנוּ
[illegible]. In Prouerb. cap. 7. est כֶּסֶא per Aleph. In cap. 17. Exod. disertè dicitur כֵּסְיָה, resoluto Segol in iod. Vltima mēsis secūdi, quę erat vigesima octaua Maij, Amalek copię deletæ. Exod. 29. Propterea Moyses erexit cippū in memoriā illius τριακάδος, siue ἕνης καὶ νέας, cum epigraphe, *Æternum bellum fore inter populum Dei & Amalek.* Ad verbum: [illegible] siue τριακάδα manus, siue ἑορτῆς [illegible] (id est cippus, columna, titulus lapideus, vel monimentum, super, in, vel pro, Calendis, primo die mensis festo, &c. bellum perpetuum, atrox, irreconciliabile, ergà Amalek.) Nam, יָד, eandem notionem habet hîc, quàm Samuelis (id est lib. Reg.) 1. cap. 15. vers. 12. vbi dicitur Saul sibi erexisse trophæu, & cippum triumphalem. Interpretes hunc locum scripturæ accipiunt, nescio quam iurisiurandi formulam super throno Dei concipientes, (sic nempe Montan. in versione Chaldæi) Anno Lunari accepto Iudæi morem illum priscum retinuerunt, vt tricesimum mensis, & Neomeniam per tubicinem indicere solerent ad hanc vsque diem. Philo, [illegible]. Inde Horatius (lib. 1. Carmin. Satyr. 9.) τὴν τριακάδα Iudaicam vocauit tricesima Sabbata. Nam omnem festiuitatem Iudaicam, non solùm Iudæi, sed & Gentiles sabbatum vocant. Iudæi quidem cùm dicunt Tisri nunquā incipere à feriâ primâ, quartâ, sextâ, ne duo sabbata continuentur. Gentiles autem non alio nomine omnes eorum solemnitates vocabant. Iuuenalis, *Obseruant vbi festa mero pede sabbata reges.* Nudipedalia enim Iudaica, quæ fiunt nona Ab, & alias, etiam extrà Sabbati diem, si ità contingat, celebrantur. Et Dio ait, Ierosolyma a Pompeio capta sabbato: eiusque rei opportunâ mentione quærit, cur Iudæis Saturni dies sacra sit. Atqui Ierosolyma capta fuisse scribit Iosephus, ieiunio Tamuz Cicerone & Antonio Coss. 27. annis antequām ab Herode & Sosio eâdem die Tamuz iterùm caperentur. Atqui nos scimus eam diem Tamuz, non incurrisse in Sabbatum. Propterea & Strabo ἐν νηστείᾳ Ἰουδαίων (id est in ieiunio Iudæorū) capta Ierosolyma scribit. Nam de Pōpeio ità scribit: [illegible]. Sabbata igitur tricesima Horatius dicit τὴν τριακάδα, quæ erat ἑορτὴ (id est festum) καὶ νεομηνία, חַג, & חֹדֶשׁ Apostolus 2. ad Coloss. μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω, ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων. ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Hic ἑορτὴν vocat, כֶּסֶא. Iosephus etiam temporibus suis Sabbati initia, quod tempus Iudaico idiomate dicitur [illegible]: item exitum eiusdem Sabbati à sacerdotibus classico signifi-

cari solitum scribit his verbis Libr. 4. (legendum 5. & cap. 9. fin.) ἁλώσεως id est, expugnationis, seu aliàs de Bell. Iudaic. vbi Latina sic habent: *Quarta vero turris suprà verticem Pastophoriorum condita erat. ubi morus est vnum de sacerdotibus astantem post meridiem, quod septimus quisque dies inciperet, tuba significare: rursusque vesperi, quòd desineret, nunc ferias populo, nunc vt opus faciat, denuntiabat.*

VT autem docta hæc solutio, nonnullaque singularia eius intelligantur,

ἕνη καὶ νέα quid.

NOTANDVM est 1. hæc verba ἕνη καὶ νέα, sic exponi in Dictionario Gesneri. ἕνη atticè tricesimus dies mensis, dicitur etiam νέα. Budæus Comment. Hesiod. μετ' εἰκάδα ... ἐς τ' ἔνην ἐς τ' ἕνηντε, id est, τὴν ἐσχάτην τοῦ μηνὸς τὴν τριακάδα vt exponit interpres Aristophan. eam diem vocant ἕνην καὶ νέαν veterem & crescentem Lunam seu nouam, id est, interlunium, seu intermestrem Lunam, quod est cōnnium deficientis Lunæ & renascentis, id est, veteris & nouæ. Nonnulli ἕνην καὶ νέαν accipiunt pro Kalendis, qui dies dicitur etiam νουμηνία. ἕνη aspiratur apud Aristoph. Alij scribunt cum tenui spiritu αἰολικῶς, sed geminato ν, vt ait Moscoph. ἕνην Hesiodus vocat τὴν νουμηνίαν, id est, πρώτην τοῦ μηνὸς (id est primam mensis) πρῶτον ἕνη τετράς τε καὶ ἑβδόμη, &c. ab Aristoph. ἕνη, vltimus dies mensis, id est trigesimus, dicitur ἕνη καὶ νέα. ... id est τριακάς, quasi dicas, vetus & noua desinit, & Luna vetus & noua incipit reparari. Hæc ibi.

חֹדֶשׁ Vnde, & quid.

NOTANDVM est 2. vocabulum Hebræum, חֹדֶשׁ venire à radice חָדַשׁ quæ significat renouare, innouare, instaurare, &c. vnde חָדָשׁ, nouus חֲדָשָׁה noua. Inde vero significare mensem, quia vel mensis post alium, vel Luna post aliam, innouatur. Quandoque autem reperitur cum adiuncto vocabulo ראש caput & sic proprijssimè significare mensem, & per vocabulum ראש ei adiunctum, significari ad verbum, caput mensis. Quandoque vero reperiri solum, & absque adiuncto alio vocabulo, & tamen significare idem quod si adiunctum haberet illud, nempe caput, seu initium, mensis. Inde denique & Kalendas, & innouationem Lunæ, seu primam diem mensis, siue mensis ille sit Solaris, siue Lunaris.

Νουμηνία. Vnde, & quid.

NOTANDVM est 3. vocabulū Græcum νουμηνία vel νεομηνία, venire a νέος nouus, & μὴν μηνὸς mensis, vel μήνη μήνης luna. Vnde significare & nouum mensem, & nouam Lunam, seu primam diem mensis, & primam Lunæ diem. Si autem quæratur a qua primum etymologia fuerit ductum: probabilius esse, à μὴν ..., quod est mensis ab eo enim Luna ipsa dicta est μήνη: vnde & significasse per prius mensem, per posterius vero Lunam. Inde autem verti varie pro varia tùm vocis,

A tùm mensium ratione. Vertitur enim quandoque per Latinam vocem correspondentem, Neomeniam: quandoque vero per Kalendas, apud eos qui Kalendis vtebantur, vt Romani: quandoque per Nouilunium, apud eos qui Nouilunijs, vt Græci; quia nempe, apud alios prima dies vocabatur Kalendæ, apud alios Nouilunium. Quia vero rursus in Kalendis, & Nouilunijs, solebant institui & incidere festa: propterea inde etiam factum, vt νουμηνία & Neomenia sumatur indifferen-
B ter pro omni festo, seu solenni die, etiamsi non incidat in primam mensis, seu in Kalendas, aut Nouilunium. Vnde & denique idem dici potest de voce Nouilunij, posse quandoque significare indifferenter omne festum, etiamsi non incidat in primam diem Lunæ.

חֹדֶשׁ varie versum.

NOTANDVM est 4. vocabulum Hebraicum חֹדֶשׁ in scriptura sacra varie repertum versum. Et quidem cùm adiunctum habet vocabulum ראש semper vertitur ab Interlinea. Pagnini, & Montani, caput mensis: quia sic requirit vigor verborum. Attamen
C & tunc, & alias, quando non habet adiunctum illud vocabulum ראש, in Interlin. vertitur quandoque & sæpius per Mēsem, quandoque per Neomeniam, quandoque per Calendas, quandoque, ac semel aut bis tantùm per Nouilunium. In Chaldæo Montani, quandoque per Mensem, quandoque ac sæpiùs per Kalendas. In Septuaginta autem Interpretibus quandoque & rarò per vocabulū μὴν, fere semper autem per vocabulum νουμηνίας. Græcum verò Septuaginta Interpr. à Mōtano μὴν per Mensem, νουμηνία autem quando-
D que per Neomeniam, quandoque per Kalendas, quandoque & semel tantum per Nouilunium. Vulgat. denique & S. Hieron. quandoque & raro per Neomeniam, sæpissime per Kalendas, nunquam autem per Nouilunium, nisi in libris Esdræ non declaratis canonicis. Sic videre est Num. 10. vers. 10. vbi Heb. *Et in die lætitiæ vestræ, & in tēporibus statutis vestris* ובראשי חדשכם &c. Interlinea. *Et in capitibus mensium vestrorum*, &c. Chald. Montan. *Et in Kalendis vestris*, &c. Septuag. καὶ ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑμῶν, &c. Versio eorum Lati-
E na. *Et in neomenijs vestris, &c.* Vulg. & S. Hieron. *Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas, clangetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis*, &c. Cap. 28. vers. 11. ובראשי חדשכם, &c. Interlin. *Et in capitib. mensium vestrorum*, &c. Versio Chald. *Et in principijs mensium vestrorum*, &c. Septuag. καὶ ἐν ταῖς νουμηνίαις. vbi Versio eorum Latin. *Et in neomenijs*, &c. Vulg. & S. Hieron. *In Kalendis autem offeretis holocaustum Domino*, &c. Cap. 29. vers. 6. מִלְּבַד עֹלַת הַחֹדֶשׁ. Interlin. *præter ascensionem mensis.* Versio Chald. *præter holocaustum Kalendarum.* Septuag.

πλὴν

[illegible] Versio Latina [illegible] quidem, *præter holocausta Nouiluny.* Vulg. & Hieron. *præter holocaustum Kalendarum.* [illegible] Reg. 20. vers. [illegible] הִנֵּה־חֹדֶשׁ מָחָר Interlin. *E[illegible]*. Versio Chald. *Ecce [illegible] cras.* Septuag. [illegible]. Lat. *Ecce [illegible] cras [illegible].* Vulg. & Hieron. *Ecce Calendæ, sunt cras [illegible].* vers. 18. חֹדֶשׁ Interlin. & Chald. *Mensis.* Septuag. [illegible]. Lat. *[Ca]lendæ.* Vulg. & Hieron. *Calendæ.* vers. 24. חֹדֶשׁ Interlin. & Chald. *Mensis.* Septuag. [illegible] Lat. *Calendæ.* Vulg. & Hieron. *Calendæ.* vers. 27. *Et fuit a crastino* הַחֹדֶשׁ. Interlin. *Mensis.* Ibi autem Chald. habet quidem, *Et fuit a die qui post illum qui fuit embolismus mensis secundi*, sed ex Septuag. Vulg. Hieron. & ex vers. 34. patebit errorem esse. Septuag. [illegible]. Vulg. & Hieron. *Cumq; illuxisset dies secunda post Calendas.* vers. 34. בְּיוֹם־הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי. Interlin. *In die mensis secundâ.* Chald. *In die embolismi mensis secundi.* Septuag. [illegible]. Lat. *In secunda die mensis.* Vulg. & Hieron. *In die Calendarum secundo.* 4. Reg. 4. vers. 23. חֹדֶשׁ Interlin. *mensis.* Chald. *neomenia.* Septuag. [illegible]. Lat. *Calendæ.* Vulg. & Hieron. *Calendæ.* 1. Paral. 23. vers. 31. לֶחֳדָשִׁים Interlin. *ad Neomenias.* Septuag. [illegible]. Lat. *In Neomenys.* Vulg. & Hieron. *In Calẽdis.* 2. Paral. 8. vers. 13. וְלֶחֳדָשִׁים. Interlin. *Et in Nouilunys.* Septuag. [illegible]. Lat. *Et in mensibus.* Vulg. & Hieron. *Et in Calẽdis.* Cap. 31. vers. 3. לֶחֳדָשִׁים Interlin. *Et in mensibus.* Septuag. [illegible]. Lat. *Et in Neomenys.* Vulg. & Hieron. *Et in Calendis.* 1. Esdr. [illegible]. vers. [illegible]. וְלֶחֳדָשִׁים. Interlin. *Et in mensibus.* Septuag. [illegible]. Lat. *Et in Neomenys.* Vulg. & Hieron. *Etiam in Calendis.* 2. Esdr. [illegible]. vers. [illegible]. הֶחֳדָשִׁים Interlin. *Calendis.* Sept. [illegible]. Lat. *Calendarum.* Vulg. & Hieron. *In Calen[dis].* [illegible] vers. 14. חָדְשֵׁיכֶם Interlin. *Caledas vestras.* Chald. *Neomenias.* Septuag. [illegible]. Lat. *Et Neomenias.* Vulg. & Hier. *Calendas vestras.* Ezech. 45. vers. 17. וּבֶחֳדָשִׁים. Interlin. & Chald. *Et in Calendis.* Septuag. [illegible]. Lat. *Et in Calendis.* Vulg. & Hieron. *Et in Calendis.* Cap. 46. vers. 1. Sept. vers. 2. *In die Neomeniæ.* Chald. Vulg. & Hier. vers. 1. *In die Caledarũ.* vers. 3. Sept. *In Neomenys.* Chald. Vulg. & Hieron. *In Calendis.* vers. 6. Sept. *In die Neomeniæ.* Chald. Vulg. & Hieron. *In die Calendarum.* Propter hæc ergò, quando Ps. 8. vers. 4. quod Vulg. & Hieron. vertũt, *In Neomeniâ*, & Interlin. vertit, *In Nouilunio*, nil infert, ex vi verbi, contrà significationes prædictas. Vnde Lorin. in illum Psal. hæc habet. Hier. *Clangite in neomenia buccinâ.* Alij, *In Calendis*: aut, *In primo die mẽsis*: aut, *In Nouilu-*

A *nio.* Vetus Psalteriũ, & Aug. *Tuba [illegible] in initio mensis Tubæ.* Alia Latina [illegible], & Cassiod. atq; Isid. *Buccinate initio mensis tuba.* Ambr. *Canite in initio mensis Tubæ*, &c. Et ab [illegible] de [illegible] tradit, quibus hæc sentẽtia Scaligeri [illegible] confirmatur, de voce Neomeniæ sũptâ pro Kalẽdis, pro primâ die mensis, necnon pro quolibet festo, etiam nõ veniente primo die mẽsis. Quæ ac [illegible] ea, quæ tradit [illegible] Lorin. de [illegible] sũptâ pro quolibet festo. Facere [illegible], quod etiam nũc *festæ* vocẽtur dies [illegible], [illegible] erãt dies [illegible] seu cessationis à labore. Sic quippe non [illegible] ampliatur à strictis suis significationibus, ad alias minus strictas, etiã verò quasi [illegible] oppositas.

B
NOTANDVM est 5. Quamuis in illo loco Psal. 8. per *Neomeniam* intelligant aliqui, nec pauci, festum tubarum quod incidebat in [primum] mensis septimi seu Tisri: tamen, [illegible] etiam intelligere festum Tabernaculorum, quod incidebat in decimumquintum eiusdem mensis, Leuit. 23. vers. 34. quosdam denique, nec paucos, indefinite intelligere verba illa, de omni festo, vt Vatabl. Arias, Cruci⁹, Vaslenus, Folengius, & Tostat⁹. quorum omnium opiniones censet probabiles Genebrardus prout ibidem aduertit Lorinus.

C
NOTANDVM est 6. Exod. 17. vers. 16. vbi habetur in Hebræo, וַיֹּאמֶר כִּי־יָד עַל־כֵּס יָהּ מִלְחָמָה לַיהוָה בַּעֲמָלֵק מִדֹּר דֹּר & in Vulg. ac Hieron. *dicens. Quia manus solij Domini & bellum erit contra Amalech in generationem & generationẽ*: & apud Septuag. *Quoniam in manu occultâ Dominus pugnat contrà Amalech a generationibus in generationibus.*

D
& in Chald. *Et ait, cum iuramento dictum est hoc a facie terribilis cuius maiestas est super solium gloriæ, vt committatur prælium a facie Domini [illegible] domus Amalec, vt comprimat eos a [generati]one [illegible]* apud Pagnin. ac Montan. in [illegible]. *Quia manus super thronum Domini [illegible] Domini in Amalec.* sumentes nimirum vocabulum illud יָד pro manu, & deducentes illud aliud כֵּס à themate כִּסֵּא, quod significat solium, thronus, sedes &c. Illud, inquam, primum vocabulum יָד Scaligerum sumere pro cippo, titulo, monimento, יָד quid.

כֵּס quid.

E
&c. quia quandoque significat terminum, limitẽ, &c. & quia in terminis & limitibus [illegible] solebant cippi, vel tituli lapidei, &c. quandoque etiam significat cippum, titulum, &c. Posterius autem vocabulũ כס deducere à rad. כָּסַס, quod est supputare, numerare, rec[illegible]re &c aut etiam à כֶּסֶא: quod Pagninus [illegible] cit etiã significare tẽpus constitutum, vt Prou. 7. vers. 20. vbi habetur cũ ה loco א. vertitque S. Hier. & Aquila, *In die plenæ Lunæ*, prout etiã aduertit Lorinus suprà. Inde ergo [illegible] sumpsit Scaliger, exponẽdi locum illum Exodi eo modo quo superiùs visum est. Itaque

AD VIM [illegible] Refpondeo [illegible] Scaligero, voce *Neomenia*, de fe [illegible] fignificare folum [illegible] nouũ menfem, feu, nouam aut primam mẽfis diẽ. Quod fi quandoq; exponitur [illegible] nouilunium, id fit vel ampliato vocabulo [illegible] ad plus, eo accommodato per authores, qui [illegible] aliqui ex[illegible] poft captiuitatẽ Baby[illegible] aliqui putauerunt menfes Hebræorum [illegible] Lunares, æque antè, ac poft illam.

I. [illegible] 3. [illegible] verf. 1. *Et fecit Iofias Pafcha in Ierufalem Domino, & immolauit Phafe 14. Lunæ primi menfis.* & cap. 7 [illegible] *Et [illegible] erunt filij Ifrael cum hu qui erant ex [illegible] captiuitate illud Phafe 14. Lunã menfis primi.*

RESPONDETVR, fimile quid [illegible] ad hæc, quod ex parte dictum fuit ad verba *neomeni [illegible] nouiluny*, &c. [illegible] Libri [illegible] & 4. Efdræ [illegible] nec Hebraicè nec Græcè reperiun[illegible] tranflati fuerunt [illegible] poft captiuitatem Babylonicam [illegible] tranflatorem accommodaffe vocabulum, tam Hebræum, quam Græcum, ad [illegible] exiftentem apud Iudæos [illegible] & annorum Lunarium.

IV. SENTENTIA CAPITALIS effe poteft. Mẽfes hoc loco, & in fequen[illegible], vfque ad Captiuitatem Babylonicã, aut [illegible] ter poft, intelligendos effe Solares, quofdã 31. dierum, quofdam 30. & cuiufdam regulariter 28. extra annũ Biffext. quandoq; 29. in anno Biffext. quæ eft forma menfium Iulianorum.

PROBATIONE [illegible] quoad [illegible] in facta, [illegible] quæ præcedenti. Nam [illegible] annis Solaribus, [illegible]ftantes ex [illegible] 12. fimiliter Solaribus facere [illegible] pro menfibus Iulianis, æq [illegible] dierum æqualibus.

[illegible] autem Probatio [illegible] ab eadem [illegible] appli[illegible] N[illegible] A[illegible] N[illegible] [illegible]m [illegible] credibile [illegible] eos habuiffe [illegible] per[illegible] quibus [illegible] Moyfenque in fcribendo fecutum [illegible]am. Atqui forma Iuliana eft omnium perfectiffima, vt experientiã conftat. Ergo non videtur quare non fit illa in quæftione hac recipienda.

IN HAC diuerfitate Sententiarum, quid dicendum? Refpondeo, quoad menfes vfque ad Moyfem, pofteriores fentẽtias, & præfertim 3. effe probabiliorem: quoad menfes autem à Moyfis tempore, ad Captiuitatem Babylonicam fi dicendum effet in quam propenfi magis effemus: equidem in pofteriores fimiliter, inclinaremur prorsus. Quia tamen fere torrens authorũ fertur in 2. eique fauet vfus, feu Kalendarium Ecclefiæ: propterea determinare quid in hac quæftione fit probabilius, ad quos fpectat, relinquimus.

## X. DIFFICVLTAS. DE ANNIS, HIC ET POST habitis: Quales fint intelligendi, Lunares, an Solares?

§. II

NOTANDVM eft, Annum in [illegible] numerum dierum, vel menfium, fecundum totalem [illegible] fuorumdam Syderum. Sicque tot Annos effe poffe, quot funt, Syderum errantium periodi. Etenim annus eft circuitus [illegible] periodi cuius cognominis ipfe eft. [illegible] annus Solaris eft cognominis circuitus [illegible] quo ad id punctũ Zodiaci redit, [illegible] definitur [illegible] quam quadrãtis, [illegible] eadem ferè [illegible] Mercurio. Saturni [illegible] 12 Io[illegible] 8. M[illegible] 7 Lunæ [illegible] [illegible] & L[illegible] annum [illegible] Et Lunæ [illegible] primum vnus circuitus pro anno habebatur, vt apud Ægyptios ex Scalig. 1. Emẽdat. cap. de Anno. Deinde duo, vt apud eofdem ex Cenforino lib. de die Natali fect. 19. feu impreff. Lugdun. in 8. ann. 1593. pag. 24. Poftea tres, vt apud eofdem ex Scalig. ibid. & apud Arcades ex Cenforino ibid. Poftea quatuor vt apud eofdem Ægyptios, ex Cenforino, ibidẽ, Solin. in Polyhift. cap. 2. Plutarch. in [illegible] Plin. lib. 7. cap 48. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 12. & S. Aug 15 Ciuit. 12. Item, fex, vt apud Cares, & Acarnanes, ex Cenforin. ibid. Item, decem, & aliquando [illegible]us, aliquãdo minùs, vt notant Cenforin. [illegible] a. Leonard. Coquæus, in locum notatum S. Aug. [illegible] Temporar. lib. 3. pag. 361. [illegible] Tandem 12. periodi Lunares annũ [illegible] conftituerunt dierum 354. cũ triente, & paulo plus quam duorum trientum horarum, fcilicet, affumendo motus Lunæ non primi prorfus generis, fed fecũdi. neq; rurfus fecundi cuiufcũq; generis fed conjunctionis

cum Sole, siue Synodi [illegible] de quo actum est §. præcedenti sub initio. & distribuet du menses Lunares in alternos 29. & 30. Duodecim quoque segmenta Zodiaci componunt annum Solarem, tantum quantum diximus. Sed ignoratio motuum vtriusque syderis, alias atque alias anni (ciuilis) formas veteribus peperit. Hæc fere ex Scaliger. libr. 1. Emend. cap. de anno, seu à pag. 7. fin. Itaque annus ciuilis Solis idem est qui naturalis aut certè qui ad naturalem accedit propius. Ciuilis Lunæ potest esse idem qui naturalis, aut qui ex aliquot naturalibus compositus. Communior autem inualuit is, qui 12. Lunæ periodis continetur: aut ad eas accedit propiùs. Et quia accessus ciuiles ad naturales, subduntur multis defectibus: propterea innumeræ prodierunt annorum vtriusque generis formæ: quas, aut earum plurimas, videre licet apud Scaliger. priorib. libris de Emendat. Temporum.

Annorum formæ variæ.

FORMAS autem annorum communiores, quæ fuerint, aut quæ fuisse cogitari possunt, diuidere quis poterit in Simplices, & Compositas: vt Simplices sint, annorum, prout simpliciter constituuntur à mensibus suis, siue Lunaribus, siue Solaribus. Compositæ sint, annorum, prout ad ipsos à suis iam mensibus constitutos, adiunguntur aliqui dies, aut etiam menses, ad hoc vt adæquentur quibusdam alijs formis, ciuiles ciuilibus, vel ciuiles naturalibus, aut certè cuidam naturali, quæ est naturalis Solis. Simplicium 4. sunt formæ. Duæ constantes ex mensibus Lunaribus. duæ ex Solaribus. Itaque simplicium prima forma, & Lunaris, cogitari potest 12. mensium, singulorum 29. dierum tantum: qui faciunt annum dierum 348. Secunda, Lunaris item, & communissima, 12. mensium, alternis 29. & 30. dierum, qui faciunt annum dierum 354. Tertia, & Solaris, 12. mensium, singulorum 30. dierum, qui faciunt annum dierum 360. Quarta, Solaris item, 12. mensium, quorum 11. sint partim 30. partim 31. vnus vero 28. dierum qui faciunt annum dierum 365. quæ est forma Iuliana, id est, à Iulio Cæsare instituta, quâ nos vtimur nunc. Ex his simplicibus fiunt, aut fieri possunt, compositæ, primi cuiusdam generis, quô, priores simplices reducantur ad posteriores, per aliquos dies illis additos, intrà seu immediate post, vnum eundemque anni circulum. Exemplum: & sit prima composita: si ad primam simplicem, quæ est Lunaris dierum 348. addantur eodem anni tenore 12. dies prima illa simplex adæquabitur tertiæ quæ est Solaris dierum 360. Item, & sit secunda composita si ad secundam simplicem, quæ est Lunaris dierum 354. addantur 11 eodem tenore adæquabitur quartæ quæ est Solaris dierum 365. Et hi modi sunt quibus adæquentur ciuiles ciuilibus. Ex ijsdem rursus tum simplicibus, tum compositis primi huius generis, fiunt compositæ secundi cuiusdam generis, quibus omnes adæquantur, aut ferè, & quantum fieri potest, adæquantur cuidam naturali, scilicet naturali Solis, quæ est 365. dierum, & quadrantis diei: non quidem intrà, seu immediate post, vnum eundemque anni [illegible]ulum: sed post aliquos [illegible] los annorum. Exemplum de simplicibus: & sit quarta composita si ad secundam simplicem & communissimam, quæ est Lunaris dierum 354. nulli addantur dies immediatè post annum transactum: sed singulo quoque anno tertio addatur vnus mensis, qui nimirùm compositus sit ex diebus illis 11. quibus quilibet annus illius formæ (Lunaris) 354. dierum, adæquatus fuisset formæ quartæ quæ est Solaris 365. & hoc insuper, cum intercalatione quolibet anno quarto vnius diei, compositæ ex quadrante (diei) qui desiderabatur in quartâ formâ Solari dierum 365. ad hoc vt adæquaretur anno naturali Solis: sicque aliquibus tandem annis ad eam reducatur. Item, & sit quinta composita: si ad quartam simplicem (Solarem) addatur quolibet anno quarto, vna dies composita ex quadrante (diei) qui in eadem desideratur, ad hoc vt adæquetur anno naturali Solis: sicque aliquibus tandem annis ad eam reducatur. Exemplum de compositis: & sit sexta composita: si ad primam compositam ex diebus 348. & 12. additis, addatur insuper quolibet anno sexto, vnus mensis, qui nimirum composi[illegible] sit ex diebus 5. qui desiderabantur in ea, ad hoc vt adæquaretur quartæ formæ simplici (Solari) insuper cum intercalatione quolibet anno quarto, vnius diei propter quadrantem. Item, & sit septima composita: si ad secundam compositam quæ est 354. & 11. dierũ, addatur quolibet anno quarto, vnus dies propter quadrantem. Possent assignari aliæ formæ tam simplices, quàm compositæ: vt v. g. illa cuius vestigium habet Iul. Affric. iuxtà quod eum refert S. Hieron. in Dan. 9. constans mensibus 29. & semis: & tunc simplicis rationem haberet; vel eademmet iuxta quod alio quodam modo refert eam Euseb. 8. Demonstr. per quam additis ad 354. dies, seu intercalatis 3. mensibus octauo quolibet anno, fit reductio anni Lunaris ad Solarem. Sed harum prima non satis est nota; secunda verò nõ tractatur ab auctoribus. Demùm illæ, vel illarum præcipuæ, quas memorauimus, aut sunt vsitatiores, aut solæ possunt hoc loco in quæstionem venire, prout notabitur mox.

PORRO, quomodò hæ formæ in

specie, respectu duorum illorum sydèrum, Solis & Lunæ, vocari debeant Lunares, an Solares, potest in quæstionem vocari. Verumtamen quoad primam & secundam simplicem, clarum est, eas vocari debere Lunares: sicque vocantur apud omnes: quia constant mensibus simpliciter Lunaribus, & ad motus Lunæ accedunt propiùs. Quoad quartum item simplicem, clarum est, eam vocari debere Solarem: sicque vocatur apud omnes: quia similiter constat mensibus Solaribus, & ad motus Solis accedit propiùs. Quoad tertiam autem simplicem, nimirùm dierum 360. ex mensibus 30. æqualibus: & quoad secũdam compositam, nimirùm dierum 354. & 11. additorum, peruenientem sic ad dies 365: & quoad tertiam compositam, nimirùm dierum 360. & 5. dierum adiectitiorum, subesse potest aliqua dubitatio. Quia Scalig. Libr. 1. Emend. cap. de Anno, seu pag. 8. post init. posteaquam dixit hæc, Cùm igitur incertæ essent neomeniæ (id est loco illo, nouilunia) conuenit primùm, vt menses tricenis diebus explicarentur, annumque dierum 360. constituerent. quod genus longè desciscebat a modo anni Lunaris: Hæc diu seruata fuit apud Græcos anni forma: In oriente septuagesimasecunda pars illius anni, hoc est, 5. dies accesserunt anno Græco, vranfit modus fuerit dierum 365. quà ratione ab anno Solari se minimùm discedere arbitrati sunt: addit: Vnde duo præcipua genera anni apud veteres fuerunt, neque Lunaria, neque Solaria, sed ambigui inter vtrumque generis. & alicubi rursùs post, negat annum illum dierum 360. Solarem esse, sed vocandum vult Lunarem. Quod si hoc in eiusmodi formâ locum habeat: à fortiori in alijs formis compositis ex mensibus Lunaribus & diebus adiectitijs. Verùm, nullum in hac re dubium videtur faciendum: quominùs quicumque annus, etsi mensibus Lunaribus constans, si nihilominùs per addititios dies, siue intrà vnum eundemque circuitum, siue extrà, componatur ad Solarem, aut ad eum accedat propiùs, vocetur absolutè Solaris. Sic enim & vsus, & ratio fert. Vsus, apud S. August. 15. Ciuit. 14. & apud omnes nunc: imò verò apud Caietan. quamuis alias menses Lunares 29. dierum tantùm facientem, vt ostendetur mox sub sententià primâ. Ratio, quia cùm forma deteffereı, hæ vero formæ absolutè dent annis esse Solares, quippe ad annum Solarem aut ad Solares ...es adæquatæ: vtique debent & Solares vocari. Quamuis ad distinctionem, notari possint, v. g. ex mensibus tamen Lunaribus: vel ex anno Lunari & diebus adiectitijs, compositæ. A fortiori ergo formæ annorum, mensibus Solaribus, etsi 30. dierum tantùm, constantium, vocari debent Solares. Quamuis similiter, ad distinctionem, notari possint, v. g. ex mensibus Solaribus constantes, & vocari, aut simpliciter Solares, aut ex diebus adiectitijs compositæ.

A B C D E

NOTANDVM est 2. Quæstionem propositam, quantum spectat ad scripturam sacram, non posse proponi prioribus modis, Ægyptiacis, & Arcadicis, scilicet, trium vel quatuor mensium. Nam cùm in scripturâ, ex locis præcedenti §. tactis, mentio fiat in Genesi cap. 8. decem mensium, & insuper dierum 40. & bis 7. in vno eodémque anno sexcentesimo vitæ Noe: in alijs verò libris, duodecim mensium in anno. & in his mensibus, 27 dierum: vtique annus ex his conflatus, non potest vllo modo dici, aut 29. dierum tantùm, aut 3. 4. 10. vel 11. mensium tantùm. Deinde, cùm sit credibile Patriarchas primos, eorumque posteros, tanquam a Deo doctos, vsos fuisse formis annorum non ignobilioribus: consequenter sit credibile, scripturam sacram annos retulisse, prout fuerant in vsu apud Patriarchas illos, ipsorumque posteros: sequitur, quæstionem propositam reducendam esse ad aliquam formam ex 4. simplicibus, aut ad aliquas ex compositis, tanquam ad nobiliores formas. Quare inscitè Baccon ille apud S. August. 15. Ciuit. 14. putauit annorum Hebraicorum quosdam esse Lunares vnius tantum mensis: quod etiam aduertit Genebrard. pag. 3. fin.

NOTANDVM est 3. Ad quæstionem propositam videri posse referre parùm, quantum ad annos simpliciter Solares, de quânam eorum formâ hic & post agatur; cum eorum differentia sit modica, & ad plus aliquot dierum: qui tamen dies, siue vnus tantùm, siue plures, cum tandem aliquatenùs assequantur annum solis naturalem, nec augent nec minuunt Chronologiam. Consequenter videri posse referre parùm, quantum ad annos, qui sensu quodam dici possunt Lunares, & tamen componuntur ad Solares, de quânam eorum formâ hic agatur: cum similiter tandem aliquatenùs assequantur Solares. Præcipuam ergò difficultatem videri, quoad annos simpliciter Lunares: id est, siue Lunares naturales: siue Lunares ciuiles, qui tamen fere cum naturalibus identificentur, seu nullatenùs ad Solares componantur. & in summâ, quoad Lunares oppositè comparatos ad Solares. Nihilominus, quia non ingratum fuerit dignoscere, quænam sententiæ, vel quinam earum modi, sint probabiliores, & ad scripturam sacram ma-

gis conformati propterea de omnibus iis, aut harum præcipuis, non erit abs re si nihil differere. Itaque

1. Sent. I. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, Annos hoc loco & sequentibus, tam ante quam post Captiuitatem Babylonicam, intelligendos esse simpliciter Lunares, seu constantes 12. mensibus Lunaribus tantùm, nullatenus vero compositos ad Solares. Porro

3. Modi. MODVS Huius Sententiæ potest esse triplex. Alter, tribuendo cuilibet anno 12. menses Lunares 29. dierum tantùm. Alter, tribuendo ei 12. menses Lunares dierum 29. & semis. Tertius denique tribuendo ei 12. menses alternis 29. & 30.

PRIMI MODI videri posset Author, & Pererio videtur, Caietanus, prout relatus fuit §. præcedenti. dum menses Lunares fecit 29. dierum tantùm, nullamque in illo anno videtur velle intercalationem. Nihilominus, sicut etiam ibidem ostensum est, nihil aliud voluit Caietanus, nisi menses fuisse quidem Lunares 29. dierum: attamen compositos ad Solares 360. dierum, per additionem dierum 12. singulis annis, & insuper vnius mensis embolimi, singulo quoque anno sexto: vnde hæc prima Sententia non potest ei tribui. Vnde & simpliciter dicendum est, modi huius Authores non reperiri.

Iul. Affric. SECVNDI MODI videri potest Author Iulius Affricanus lib. 5. Annal. apud S. Hieron. in Dan. 9. ad illa verba, *Septuaginta Hebdomades*, vbi hæc ait, *Colliguntur anni 475. qui faciunt annos Hebraicos 490. iuxta Lunares vt diximus menses, qui secundùm illorum supputationem possunt facere per singulos menses dies 29. & semis.* &c. Attamen non videtur hunc fuisse sensum eius, ex sequentibus ibi subiunctis de intercalatione facta per Græcos & Iudæos, quâ componebant annos Lunares ad Solares: de quâ mox.

TERTII MODI quosdam Authores subindicat Genebrardus Lib. 2. fin. tit. De sacrorum scriptorum scrupulis. Nonnullos quidem nomine tacito, dùm ait pag. 351. Qui scrupulum mouent de mensibus, inscite faciunt: nonnullos autem nomine relato, dùm ait pag. sequenti fin. Falsi igitur sunt Iulius Affricanus, Eusebius Cæsariensis, Aug. epist. 78. (fallitur circa S. August. non enim habet ibi quæ tribuit ei Genebrardus) & plerique veterum, qui ex eo quod menses Hebræorum Lunares erant, existimauerunt ipsorum quoque annos esse Lunares, quia 11. diebus contractiores sunt. In quo postremo assentitur ei Torniell. an. 2544. num. 9. fin. notans post illum, eosdem authores. Falsò autem Genebrardum & Torniell. authores illos ità sensisse pro mensibus alternis 29. & 30. dierum, constat ex his quæ iidem fusius de hac sententia tradunt. Et quidem

Iul. Affr. Iul. Affric apud Euseb. 8. Demonstr. versus med. hæc habet. *Anni numerantur 475. qui Hebraicâ ratione fiunt 490. utpote cùm illi ad cursum Lunæ annos supputare consueuerint, vt hac ratione annus sit, quod dictu facilè est, dierum 354.* Verùm, neque an sit iste sensus Affric. adeóque sequacium eius, vt Euseb. &c. constare potest ex sequentibus ibi subiunctis de intercalatione factâ per Græcos & Iudæos. Constat quidem cum loqui de annis Lunaribus: sed tamen cùm subiungit tam apud Euseb. quàm apud S. Hieron. hæc verba, *Cùm tamen Solaris cursus dies conficiat 365. cum vnius diei parte quartâ. Ex quo apparet Lunares cursus ab anno Solari cursu 11. diebus & quartâ vnius diei superari. Idcircò & Græci & Iudæi ternos intercalares menses octauo cuique anno adijciunt. Etenim si vndenos cum vnius parte quartâ octies repetiueris, trium mensium spatium conficies*: denique ex alijs ibidem plenius habitis, quæ referemus cùm agetur de Hebdomadibus Danielis (sub Periodo 6.) non videtur nobis constare certò Iul. Affric. & eum sequentes Euseb. forsanque S. Hieron. sensisse annos Hebdomadum Dan. ità fuisse purè & simpliciter Lunares, vt nullatenùs compositi fuerint ad Solares. Quod si quis contendat apud eum videri contrarium ex Olympiadibus ibidem ante paulò designatis, non laboriosius reluctabimur. De minus autem antiquis hoc magis constat quantum ad annos Hebdomadum Danielis, vt de Bed. Rupert. &c. sed hanc suam opinionem non extendunt ad tempora Hebdomadibus illis anteriora. Verum non est quod in Hebdomadibus illis immoremur hoc loco diutius: sed neque quod de omnis [illegible] Iulium Affricanum [illegible] intellectis, cum [illegible] ab authoribus. Cæterùm S. Augustinum manifestè sensisse contrarium istius sententiæ, euidens est ex eius libro 15. Ciu. cap. 14. vbi sic ait post init. *Si igitur tales menses erant* (tunc) *tales profectò & anni erant quales nunc habemus.* Et infrà. *Tantus mensis, quantus & nunc est, quem Lunæ cœpta & finita concludit. Tantus annus, quantus & nunc est, quem 12. menses Lunares additis propter cursum solarem 5. diebus & quadrante, consummant. Tantus Anni sexcentesimi vitæ Noë secundus erat mensis, &c. ac per hoc tam magnos annos vixerunt illi antiqui vsque amplius quam nongentos, quantos posteà vixit Abraham 175. & post eum filius eius Isaac 180. & filius eius Iacob propè 150. & quantos interpositâ aliquantâ ætate Moyses 120. & quantos etiam nunc viuunt homines 70.*

S. Aug.

vel 80. &c. Hæc S. Augustinus. Quid autem senserit de Annis Hebdomadum Dan. dicetur suo loco, siue sub 6. Periodo.

PROBARI potest Hæc sententia quibusdam argumentis Modernorum, qui tractātes de 70. Hebdomadibus Danielis, mordicus tenent annos Hebdomadum illarum, intelligendos esse Lunares tantum.

1. Arg. I. ARGVMENTVM apud Perer. in Dan. Petitur, Ab ipso (inquit) vsu & more Hebræorum, qui vtebantur mensibus Lunaribus. Ex his autem anni Lunares conficiuntur. Gabriel itaque loquens cum Daniele Hebræo, atque Hebraicarum consuetudinum scientissimo, vti voluit computatione annorum Lunarium Hebræis vsitata. Hæc ille. Eodem ergò modo dici potest, Moysem scribentem ad Hebræos, & Hebraicarum consuetudinum scientissimum, vti voluisse computatione annorum Lunarium Hebræis vsitatâ.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. apud alios, Petitur, à ratione Prophetiæ, quæ solet obscura esse. Quia enim Angelus loquebatur propheticè: vt obscura manerent ea quę prædicebat, voluit intelligi annos Lunares, non Solares. Eodē ergò modo dici potest, Moysē aliquo prophetico modo loquētem, scilicet, detegendo præterita non nota, quæ fortè etiam voluerit externis ignota manere, voluisse intelligi annos Lunares, non Solares. Missas facimus rationes loco Danielis proprias, v. g. ab eius verbis, aut eorum circumstantijs petitas.

Reijcitur 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quod huc vsq; nullus author, quantumcúmq; crediderit scripturæ mēses omnes esse Lunares, tamen asseruit annos eius, præterquam Danielis 9. alios censendos esse, quam vel Solares in se: vel si Lunares, tamen per embolismos, siue intercalationes necessarias, ad annos Solares adæquatos.

2. Facit II. Quod in loco Dan. 9. probabilius anni censendi sunt, vel Solares in se: vel si Lunares, attamen Solaribus adæquati, prout ostendetur proprio loco. Interim,

Ad 1. Arg. AD Iᵘᵐ ARGVMENTVM. Respondetur, cum potius Hebræi, quamuis vtentes mensibus Lunaribus: nihilominùs annos suos per intercalationem efficerent Solares: inde sequetur Angelum voluisse loqui de Solaribus: Dicere verò, non obstante hoc Angelum voluisse annos intelligi simpliciter Lunares, nullatenus autem Solares effectos: gratis asseritur. Vnde enim id constat? vel quodnam in scripturâ vestigium habent, Angelum ita voluisse?

Ad 2. Arg. AD II. Respondetur, id asseri gratis, & absque vllo in scripturâ vestigio. Alioquin, cùm Abrahæ facta est prædictio 400 annorum Gen. 15. vers. 13. & cùm Ieremias prophetauit de 70. annis Captiuitatis cap. 25. vers. 11. & 12. & 29. vers. 10. debuerint anni illi de Lunaribus intelligi. quod tamen non concedunt authores isti. Sed nonne etiamsi anni isti intelligantur de Solaribus, adhuc manet obscura prophetia? Imo in tantum obscura vt neque tunc, neque nunc, vix illustrationem eius sit assequutus? Item, si prophetia ista dicitur esse obscura, quomodo possunt isti determinare, annos in eâ traditos, potiùs Lunares, quàm Solares esse exponendos? Etenim claritas eius a nullo fidei principio potest haberi. Ergò manebit adhuc obscura? Quod si dicant, haberi posse ab aliquâ chronologiâ, videlicet à prophanâ per Olympiades, annos Vrbis conditæ, annos Regum Persarum, & cæt. ostendemus nos, etiam ab authoribus fide dignis, sed præsertim à scripturâ sacrâ, chronologias istas esse, aut nullas, aut penitus incertas. Vnde Respondebimus, prophanas ad scripturam reduci debere: non autem contra. Denique, vt ad Moysen accedamus: Respondemus, asseri gratis eum obscurè voluisse loqui; & quamuis aliquomodo loquatur propheticè: attamen loqui etiam historicè: adeóque ex parte hac, non obscurè, sed clarè.

II. SENTENTIA CAPITALIS, Dicit, annos hoc loco & sequentibus, tam antè quam post Captiuitatem Babylonicam, intelligendos esse Lunares constantes 12. mensibus 29. dierum tantùm: attamen compositos ad Solares, tum dierum 360. adeóque cum adiectione 12. dierum intrà vnum eundemque anni circulum: tum dierum 365. & quadrantis, non quidem intrà, sed extrà, eundem anni circulum, adeóque cum adiectione, siue embolismo, vnius mensis quolibet anno sexto. 2. Sent.

S. Aug. Ita sensisse videri potest S. August. 15. Ciu. 14. relatus suprà sub prima sententia, cùm ait, *Tantus mensis quantus & nunc est, quem Luna cœpta & finita concludit. Tantus annus quantus & nunc est, quem 12. menses Lunares additis propter cursum Solis 5. diebus & quadrante consummant.* Nam necesse est eum, per menses Lunares intellexisse, vel, menses dierum 30. æqualium, quod etsi non videatur prorsus alienum, prout iam monuimus §. præcedenti, tamen parùm est probabile, quia menses huius generis impropriè valde dici possunt Lunares, nec eos propriè, *Luna cœpta & finita concludit*: vel menses alternis 29. & 30. quod similiter etiamsi non videatur alienum, tamen neque etiam probabile est, quia neque menses huius generis propriè *Luna cœpta & finita concludit*, & in anno Lunari quem constituunt die-

rum 354. non solent relinqui propter cursum solis, dies 5. & quadrans, sed dies 11. & quadrans: vel denique menses dierum 29. tantum, & hoc videtur magis probabile, quia hos propriè magis *Luna cœpta & finitas* (si *dic*) & iis ad Solares 360. compositus per dies 12. maximè propriè conuenit quod dicit S. Aug. *Additis propter cursum solis 5. diebus & quadrante.* Nihilominus adhuc incertum manet quid ibi senserit S. Augustinus.

Ità autem pro certo credendus est sensisse Caietanus, relatus ad longum §. præcedenti sub prima sententia. Neque enim, vt ibi aduertimus, rationabiliter putari potest, Caietanum tanti ingenij virum, adeò puerilem errorem in calculo commisisse, vt collegerit 12. menses dierum tantummodò 29. conficere dies 360: sed æstimandum est, cum tradendo annum fuisse dierum 360. cum adiectione vnius mensis, embolimi, singulo quoque sexto anno, propter 5. dies, & quadrantem: subintellexisse priùs, adiectionem 12. dierum, singulo quoq; anno, seu intrà vnum eundemque anni circulum.

Porrò sub hac sententia, aut etiam antè, vel post eam, reponi posset aliqua, quæ diceret menses illos Lunares fuisse compositos ad Solares 365. intrà vnum eundemque anni circulum: adeòque per adiectionem dierum 17. eidem anno factam: insuper verò cum adiectione vnius diei, singulo quoque anno quarto, pro quadrante. Sed quoniam authores suos non habet: propterea hoc loco missam facimus eam.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ aliæ non sunt, quam quæ visæ fuerunt ibidem apud Caietanum. Siquidem ibi ex necessitate fuerunt anticipatæ, sed etiam

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, idem quod contra sententiam illam de mensibus lunaribus dierum 29. tantùm. Nam si nunquam menses lunares huius generis extiterunt, saltè apud authores probatos, probataue nationes, &, quod in præsenti sufficit, apud Hebræos, proindeque nec annus ex eis constitutus: vtique neque extiterunt vnquam anni Lunares eiusmodi, compositi ad Solares: multò vero minùs ab initio mundi, quibus temporibus primi Patriarchæ, eorumque posteri, tanquam à Deo docti, nullatenùs credendi sunt habuisse formam mensium & annorum adeò imperfectam. Vide reliqua quæ dicta sunt ibi.

III. Sent. III. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, annos hoc loco & sequentibus, tam antè quàm post Captiuitatem Babylonicam, intelligendos esse Lunares constantes 12. mensibus alternis 29. & 30. dierum: attamen compositos ad Solares dierum 365. & quadrantis; non quidem intrà vnum eundemque anni circulum, seu eum

A adiectione dierum aliquot, scilicet 11. eidem anno facta: sed extrà, seu cum adiectione, siue embolismo, vnius mensis, tertio quoque anno, similibusque ad compositionem illam necessarius, notatis suprà §. præcedenti, sub secunda sententia: exceptis tamen apud suos authores annis 70. Hebdomadum Danielis.

Ita fortè videri poterunt alicui sensisse Rabbini seu Thalmudistæ apud Genebrard. lib. 2. in fin. Ità & videri possunt authores illi antiqui relati tùm hic, tum §.

B præcedenti, sub primis sententiis, referendi rursus vbi agetur de 70. Hebdomadibus Danielis, excepto tamen circà Hebdomadas illas Danielis. Ità & Munsterus, apud Mercatorem, & Mercator ipse relatus eodem §. præcedenti sub tertia sententia. Ita & omnes, aut ferè omnes moderni, tùm ibidem allati, tùm non allati, quorum innumeri amplectuntur sententiam Thalmudistarum tradentium annos antiquos Hebræorum fuisse huius generis: etsi non omnes eam declarent in singulari. Ità denique recentiores nonnulli v.g. Torniell. anno 2544. à num. 9. &

C Salian. obiter quidem anno 1656. num. 40. 47. & 50. fusè verò to. 2. an. 3509. à num. 93. & præsertim in Scholio.

Veruntamen auctores isti non videntur (saltem omnes) ità sensisse pro primis mundi temporibus vsque ad Moysem. Et quamuis non hoc distinctim explicauerint, tamen æstimandi sunt ità supposuisse sicut declarauimus §. præcedenti sub 2. sententia, siue sub obiectione aduersùm ipsos facta. Non enim putandum est, multò verò minùs imponendum, auctores adeò doctos, visuque perspi-

D caces, non attendisse formam compositionis huiusmodi, quadrare nô posse cum anno vel qui tribuitur in Gen. diluuio, vel in quo diluuium ipsum euenit. Quare vix credi potest auctorem aliquem reperiri, qui sic apertè senserit, nisi fortè Genebrardus mox referendus: quod tamen asserere meritò quisque dubitauerit.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ aliæ similiter prætendi non possunt, quàm quæ visæ sunt ibidem ex Genebrardo desumptæ. Siquidem ibi pariter ex necessitate fue-

E runt anticipatæ. Vbi memorandum etiam, vim earum in hoc consistere, quod cum anni fuerint Lunares ad Solares compositi post Captiuitatem, imo vero à Moyse: consequens est eos fuisse tales ab initio mûdi. Porrò modus, vel

Ostensio partic. OSTENSIO particularis, quâ pro loco hoc demonstrari possit, annum in quo Diluuium euenit quadrare huic sententiæ, nulla reperitur expressa: nisi censeat quis aliquam illam esse, quæ reperitur apud Genebrard. an. 1657. seu à pag. 23. fin. sed quam facilè non sit

assequi, stando verbis eius. Hæc autem sunt.

PROBABILIVS (inquit) R. Iosua (vult, scilicet diluuium incœpisse) die decimaseptima mensis secundi, id est Iiar, siue Aprilis, in dies 40. vsque ad vigesimamseptimã Maij, Gen 7. per dies 150. inualescentibus aquis vsque ad decimamseptimam mensis septimi cap. 8. id est, Tisri, siue Septembris. Nam 40. primi dies quibus pluit, & rupti sunt fontes abyssi, siue Oceani, 150. diebus includuntur, contra R. Salomonem, & Lyranum. Hinc vsque ad primam diem mensis 10. (Thebet, siue Decembris) decrementum aquæ vsque ad cacumina. Post 40. dies emissus est coruus, id est, die decimâ mensis vndecimi (Sebet, siue Ianuarij) Post 7. columba, id est, decimaseptimâ eiusdem mensis. Post alios 7. vltrà non rediit, id est, post vigesimamquartam Ianuarij. Quid inde actum sit vsque ad primam diem primi mensis Nisan, siue Martij, non memoratur, idest, per dies 35. vel 39. Die autem primâ primi mẽsis, desiccatæ sunt aquæ superficietenus. Tuncque sublatum est arcæ tectum, ad captandam auram, & flabellandum arcæ aerem. In arcâ interim adhuc remanet Noë dies 56. id est, totum illum mensem Nisan, cum 27. diebus mensis secundi Iiar siue Aprilis, cuius decimoseptimo superiore anno sese in arcam iniecerat. Ità in arcâ fuit menses 12. Lunares, & dies 10. id est, integrum annum Solarem. Hactenus Genebrardus. In hoc, inquam, modo quid sibi velit ille cùm ait, per dies 35. vel 39. saltem quantùm ad dies 39. est assequi difficile: sed neque quomodò quadrent omnia dicta eius, facile est demonstrare.

VT autem tùm modus ille, tùm defectus eius, tùm denique alij qui possunt assignari, sic declarentur: sunt quædam aduertenda, quædam vero supponenda.

*Examinatur Genebr.*

IMPRIMIS, illud est Aduertendum scilicet, quando Genebrardus ait, Noe fuisse in arcâ 12. menses Lunares, & dies 10. id est, integrum annum Solarem: non ibi cum agere de anno, de quo nunc est quæstio, id est, de anno in quo euenit diluuium? sed eum loqui tantum ex accidenti, de tempore quo Noe degit in arcâ: nimirum a decimaseptimâ mẽsis secundi, anni sexcentesimi vitæ ipsius, ad vigesimamseptimam mensis secũdi, anni sexcentesimiprimi vitæ eiusdem: proindeque numerum eiusmodi non propriè pertinere ad annum Chronologicum de quo nunc agitur. Idem dicendum est, quando in Cainan, seu. n. 395. pag. 31. prope fin. hæc ait. Frustra dubitatur, an illi fuerint æquales nostris. Nam scriptura nullos alios anno cit? & annus diluuij Gen. 7. & 8. dicitur [illegible] 3[illegible]. à decimoseptimo mensis secundi, vsque ad vigesimum septimum eiusdem mensis vertentis anni, &c. Ibi enim non loquitur de anno mundi, seu currente in quo euenit diluuium sed de tempore quo diluuium durauit: quod per accidens [illegible] fuisse dierum 365. iuxtà sententiam [illegible] nimirum 12. mensium lunarium à decimoseptimo mensis secũdi, ad decimamseptimam eiusdem: qui faciunt dies 354 & [illegible] per 10. diluuij, restantes à decimoseptimo mensis secundi, ad vigesimumseptimum eiusdem mensis. qui simul faciunt 364. completos, 365. incœptos. Quando verò dicit hoc loco, quid inde actum sit per dies 35. vel 39: tunc eum expresse loqui de anno, de quo nunc fit tractatio, seu de anno mundi, siue currente, in qua quem diluuium euenit.

DEINDE, Aduertendum est, iuxtà prædictam eius narrationem, constituendos esse dies decrementi aquarum, inter 150. & vigesimamseptimam mensis septimi quâ consedit arca, 9. 10. vel 11. Probabilius tamen videtur iuxta eum constituendos esse 10. Nam cùm dicit, inualescentibus aquis vsque ad decimãseptimam mensis septimi cap. 8: & ex eodem cap. 8. vers. 4. constat arcam consedisse vigesimaseptima mensis septimi; si decimaseptima includatur in 150. contrà verò vigesimaseptima non includatur in decremento, tunc sunt dies 9. decrementi, si autem decimaseptima pariter includatur in 150. similiterq; vigesimaseptima includatur in decremento, tunc sunt dies 10. decrementi; si denique contrà, decimaseptima dies non includatur in 150. & tamen vigesimaseptima includatur in decremento, tunc sunt dies 11. decrementi. Quod si quæratur, quodnam eorum voluerit Genebrardus? Respondebimus, probabilius esse eum voluisse decimamseptimam includi in 150. & vigesimamseptimam in decremento, adeòque constituendos esse 10. dies, non plus, aut minus, decrementi. Hoc enim colligitur, primùm ex similibus apud eum, v. g. cum dicit, in arca interim adhuc remanet Noë dies 56. id est, totum illum mensem Nisan, cum 27. diebus mẽsis secundi, anni sexcentesimi primi, hic nimirum includit vigesimamseptimam mensis secundi in mansione præcedenti Noe; alioqui non efficeret dies 56. Hoc etiam innuit illa phrasis, totum illum mensem Nisan *cum 27. diebus mensis secundi Cum 27. diebus*, infert inclusionem vigesimæseptimæ, estque consequens in opinione pro mensibus Lunaribus sumptâ rationabiliùs, scilicet, secundùm eam mensis primus constat tantùm 29. diebus. Hoc autem modo 56. Genebrardi non reperirentur. Cum igitur vtrobique sit eadem phrasis: conuenientius est eum vtrobique voluisse diem in quâ dicitur aliquid euenisse, includi in præcedentibus. Deinde colligitur ex eo quod alias in ipsius computatione videbâ inferius, superflueret ex hac parte vna vel altera dies, si vtraque vel altera non includeretur eo mo-

do quem probabiliorem dicimus. Neque contrà hæc valebit dicere, diem quà res incipere dicitur, includi in duratione eius. Nam hoc verum habet cùm agitur simpliciter aut physicè de re quæ incipit, non autem quando moraliter seu chronologicè præsertim quãdò prius actum est de aliqua alia, quæ protracta fuit vsque ad intra diem illam in quà res altera solummodo consequenter incipit. Et confirmari posset in simili de mensibus & annis, qui non includi solent in computatione temporis alicuius vitæ vel regiminis, nisi quatenùs completi.

Prætérea, Aduertendum est, iuxtà eandem Genebrardi narrationem, tribui primo mensi dies tantum 29. secundo verò 30. & reliquis alternorum conformiter. Hoc enim colligitur primùm, cùm dicit, in arcâ interim adhuc remanet Noë dies 56. id est, totum illum mensem Nisan, cum 27. diebus mensis secundi. Siquidem à 27. ad 56. requiruntur solummodo 29. ergo hinc manifestum est eum tribuisse primo alternorum 29. dies tantùm. Deinde, colligitur ex eo quod aliàs in ipsius computatione videnda inferiùs, superflueret etiam ex hac parte vna altera dies. Inde autem sequitur, reliquos dies mensis septimi à requie arcæ, constituendos esse solummodo 2. Nam tribuendo primo mensi dies 29. tantùm, tribuendi sunt similiter septimo mensi ex ordine suo 29. tantùm. Include vigesimamseptimam in decremento præcedenti, manifestum est relinqui tantum 2. Sequitur denique, nil referre, includatur vel excludatur vigesimaseptima mensis septimi. Vtròuis nempe modo, res in idem recidit. Nam si includatur, fiunt dies decrementi 10. & 2. reliqui mensis septimi: hi faciunt 12. si excludatur, fiunt dies decrementi 9. tantùm, sed 3. reliqui mensis septimi: & hi faciunt pariter 12. Cæterùm, quid putauerit Genebrardus de primâ die mensis decimi, sitne includenda, vel non, in diebus decrementi à requie arcæ ad primam illam diem, statuendum quidem est iuxtà exigentiam numerationis. Patebit autem eam non esse ab illo computandam.

Amplivs, Aduertendum est, si agendum sit ad rigorem, & iuxtà veram computandi rationem, quædam ibi dici à Genebrardo, quæ videntur non rectè habere. Nam v.g. cùm dicit per dies 150. quinque mensibus inualescentibus aquis, vsque ad decimamseptimam mensis septimi: hoc verum non est, si sumatur ad rigorem. Siquidem hi mẽses, eius generis cuius ille vult Lunares, non constituuntur à diebus 150. sed tantum à diebus 147: sicut si tribuerentur primo mensi 30. dies, constituerentur ad plus à diebus 148. ergò aquæ non inualuerunt per 5. menses rigorosè sumptos, sed per 5. mẽses, & dies 3. Et proptereà dicendum est, vel Genebrardum sumpsisse 5. menses rotundo numero, pro 5. mensibus, & diebus 3: vel errore Librarij omissam fuisse particulam aliquam, v.g. circiter, aut similem id indicantem. Item, cùm dicit, vsque ad decimamseptimam mensis septimi: neque id verum est. Nam tribuendo primo mensi dies 29. tantum, aquæ inualuerunt vsque ad decimamoctauam mensis septimi, sumendam inclusiuè: sicut si tribuerentur ei dies 30. dicendum esset, eas inualuisse vsque ad decimamnonam, sumendam item inclusiuè. Siquidem 6. menses Lunares faciũt dies 177. His si addas 27. mẽsis septimi, & includas vigesimamseptimam, habebis 204. sicut si excluderes vigesimamseptimam, haberes 203. Ex his assume 29. mensis primi, 16. secundi, & 150. aquarum, qui faciunt 195. & peruenies ad decimamoctauam mensis septimi, inclusiuè sumendam: sicut si tribueres 30. primo mensi, peruenires ad decimamnonam, similiter inclusiuè sumendam. Quod si dixeris, Genebrardum his locis non computare dies & menses, secundùm sententiam quam amplectitur tùm ibidem tùm alibi, de mensibus Lunaribus, sed secundùm aliam. Respondebitur, non patere nobis, neque videri credendum, eum aliter voluisse loqui, quam secundùm suam sentẽtiam, nullo facto indicio huius rei: proptereaque non esse hoc ei tribuendum gratis; præterquam quod neque hoc modo satis apud eum omnia constabunt. Nisi fortè dicatur, legendum esse apud eum, 40. loco 39.

Insvper, Aduertendum est, consequenter iuxtà veram computationis rationẽ, constituendos esse solum in hac Genebrardi sententia, dies tantùm 8. decrementi, à diebus 150. aquarum, ad requiem arcæ: sicut si tribuerentur 30. primo mensi, constituendi essent solummodo 7. vt patebit rectè computanti. Nam à decimaoctauâ mensis septimi exclusiuè sumendâ ad quam nimirùm inclusiuè sumptam, inualuerũt aquæ per dies 150. ad vigesimamseptimam, in quà requieuit arca, vigesimaseptima hàc iuxtà veram sententiam exclusiuè sumendâ, sunt dies tantum 8. Verùm, sumatur hæc vigesimaseptima inclusiuè: non omittẽdum est hoc nil referre. Nam si sumatur exclusiuè, erunt equidem dies 8. decrementi: at erunt etiam 3. reliqui mensis illius septimi: qui faciunt 11. Si sumatur inclusiuè, erunt dies 9. decrementi, & 2. tantum reliqui mensis septimi: qui facient similiter 11. Nihilominùs, quoniam conuenientius est illam vigesimamseptimam non includi, quippe intrà quam (saltem totam) decrementum illud non durauit: proptereà, iuxtà veram computationis rationem, constituendi sunt solummodò dies 8. decrementi, & dandi 3. reliqui septimo mensi.

PROPTER HÆC ergò, cogitare quis posset, Genebrardum dixisse 35. vel 39. nimirum 35. si valida esset prima sua computatio: 39. si contrà. Validam autem non esse primam potuit dubitare, cogitando, nec satis perspiciendo, dies aliquos ei deficere, ex parte 5. mensium quos numerauit, & ex parte decrementi, & denique ex parte primæ diei mensis decimi, quam forsitã non priùs computatam postcà putauerit posse computari. Vt ergo hęc omnia suppleret, addiderit in incertum illa verba, vel 39. At neque sic adhuc omnis eius numeratio quadrabit. Ostenditur. Collige iuxtà primam eius computationem, dies 29. mensis primi, 16. secundi, 150. aquarum, 10. decrementi, 2. reliquos mensis septimi, 30. octaui, 29. noni, 40. corui, 7. & 7. columbæ · hi faciunt 320. adde 35. habebis quidem 355. completos: adeóque annum Lunarem alternorum 29. & 30. completum. At tunc errabit eius sententia non solum in excessu diei vnius: sed maximè in assignatis diebus 10. decrementi, quos visum est impossibile esse reperiri, iuxta hanc Hebræorum sẽtentiam de mensibus Lunaribus. A fortiori si plures assignentur dies decrementi, nimirum 11: si plurés item reliqui mensis septimi: si prima mensis decimi: & dẽnique si 39. suprà bis 7. columbæ: siue, inquam, computentur omnes simùl, siue solummodò aliqui eorum. Dicere autem, Genebrardum ibi fuisse locutum, de anno Solari dierum 360. contrariaretur sententiæ ipsius de mensibus Hebræorum expositæ, & per eum amplexæ tùm hic, tùm fusius lib. 2. fin. & neque adhuc quadrarent numeri eius, vt patebit computanti. Dicere similiter, eum fuisse locutum de anno Solari dierum 365. contrariaretur eidem sententiæ: & neque quadrarent eius numeri. Quare tandem concludendum est, vel eum fuisse hallucinatum, vel errore Librarij tum sermones, tum numeros eius, fuisse vitiatos.

VT autem sciatur quomodò tertia hæc sententia, sit loco huic adaptanda: notanda sunt, vel supponenda quædam, ex quibus optimè ostendatur, etiam variis modis, eum quadrare posse anno quô Diluuium euenit. Itaque

SVPPONENDVM est 1. asseri posse 40. dies pluuiæ, includendos esse in 150. quibus aquæ dicuntur obtinuisse terram: & menses septimum ac decimum, computãdos esse non à diluuio incœpto, sed ab anno currente. Hoc asseri posse, quamuis negent Caietan. Torniell. Salian & alij attamen ostendetur infra, à §. 22. Interim ita de facto affirmant plurimi, vt Genebrard. Perer. Scalig. & Temporarius.

SVPPONENDVM est 2. asseri posse, & debere, transactos fuisse dies aliquos, inter 150. quibus aquæ obtinuerunt terram, & vigesimam septimam mensis septimi, in qua consedit arca. Hoc manifestum est in lectione Vulgat. Sept. Interpr. & S. Hieron. in quibus dicitur Gen. 8. vers. 4. arcam requieuisse vigesimaseptima mensis septimi. Nam sex menses & 26. dies septimi mensis, faciunt dies, in sententiâ de mensibus Lunaribus, 202. in sententiâ de mẽsibus Solaribus æqualibus, 206. In omni autem sententia, siue includente dies 40. in 150. adeóque computante mensem septimum & decimum à principio anni currentis. siue non includente dies 40. in 150. adeóque computante mensem septimum & decimum à principio diluuij: supersunt aliqui dies, juxta lectiones illas, inter dies 150. & requiem arcæ. Denique hoc fuit ostensum fusius §. 5. obiterque §. præcedenti, ex verbis illis Gen. 8 vers. 3. *Cœperuntque minui post 150. dies.* Atque ità concedunt Torniell. & reliqui. assignantque Torniell. & Salian. dies 13. illi decremento, conformiter quidem suæ sententiæ: assignat autem 8. Perer. lib. 13. vitiosè notato 11. disput. 4. num. 40. seu pag. 371. vitiosè notata 171. col. 2. conformiter suæ. Quod postremum sic demonstratur, in hac eius sententiâ. Præcesserunt diluuium ab anno sexcẽtesimo vitæ Noë, dies 45. nempe, 29. mensis primi, & 16. secundi. Post hoc secuti sunt 150. quibus aquæ obtinuerunt terram. Hi faciunt dies 195. Distribue illos in menses alternos, tribuendo primo mensi dies 29. tantùm: inuenies 6. menses Lunares, & 18. dies, qui debent esse 18. mensis septimi. A 18. vt perueniatur ad 27. requiruntur 8. Ergò hi sunt addendi suprà 150. vt in eis decrementum euenerit.

SVPPONENDVM est 3. asseri etiam posse, transactos fuisse dies aliquos, inter 40. post quos emissus est coruus, & bis 7. quibus emissa est columba. Hoc asseri posse, quamuis negent authores contrarij. attamen ostendetur ex professo infra, à §. 22. Interim transactos de facto fuisse aliquos, affirmant Mercator in Chronolog. pag. 4. & Scalig. lib 3. Emend. cap. de anno Priscorum Hebræorum Abrahamæo, pag. 151. Quamuis differenter in singulari. Nam Mercator constituit ibi solummodò 7. alios dies: Scaliger autem alios 40.

SVPPONENDVM est 4. etiam asseri posse, transactos fuisse aliquos dies, inter bis 7. quibus emissa fuit columba, & annum sexcentesimumprimum Noë, primam eius diem. Hoc item asseri posse, quamuis pariter negent authores contrarij: tamen ostendetur infrà eodem loco. Interim transactos fuisse de facto aliquos, affirmant Mercator ibid. Genebrard. suprà an. 1657. & Temporarius in paradigmate anni diluuij, quod habet à pag. 368. Quamuis item differenter in singulari. Nam Mercator constituit ibi solum-

[illegible] 4 G[illegible] [illegible] [illegible] c [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mensis, & [illegible] [illegible]

[illegible] T E [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] endum est, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] annum [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] um quod est [illegible] [illegible] T[illegible] [illegible] 4 [illegible] [illegible] & a [illegible] [illegible] [illegible] T[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] decem [illegible], vnam [illegible], & duod[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sententia de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 8[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] n[illegible] [illegible], nempe 2 4 [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] tantummodo 54. [illegible] [illegible] [illegible] ergo suprà 14. istos, reliqui necessarij ad complendum annum Lunarem integrum. Item, animaduertendum est, quantum ad dispositionem dierum eiusmodi addendorum, liberum esse cuilibet, vel omnes a[illegible] [illegible] [illegible] 4 [illegible] [illegible], & bis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 7. c[illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] annum Noe solum: vel denique aliquos, partim vno in [illegible] [illegible], partim in alio. Nos autem assignabimus modos, vel ostensiones huius [illegible] [illegible], secundum omnes ap[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quæ reperiuntur apud aliquos [illegible] [illegible] Itaque

Osten. I. OSTENSIO est [illegible], procedendo [illegible] [illegible] [illegible] quæ constituit dies aliquos, partim in [illegible] 4 [illegible] corui, & [illegible] [illegible] columbæ, partim inter [illegible] 7 [illegible] [illegible], & annum sexcentesimum [illegible] [illegible] Noe [illegible] [illegible] M[illegible] [illegible] C[illegible] [illegible] [illegible] iuxta hanc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 7. [illegible] ter 40 corui, & bis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inter b[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mumprimum Noe, non 35 quos [illegible] Mercator, quia [illegible] menses & annos illi facit Solares, sed 2[illegible] [illegible] [illegible] addantur hi, numerus dierum inuenietur [illegible] completus. Nam numera 29. mensis primi [illegible] [illegible] 150 aquarum 8. decrementi [illegible] [illegible] [illegible] sep[illegible] 30. [illegible] 29. noni [illegible] [illegible] [illegible] 4 [illegible] [illegible] 7. & 7. c[illegible] lumbæ & [illegible] [illegible] 4.

II. OSTENSIO esse potest, procedendo iuxta [illegible] [illegible] [illegible] quæ constituit dies aliquos tan[illegible] [illegible] [illegible] 4 corui, & [illegible] 7. c[illegible] columbæ, conform[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ero. Cum ergo iuxtà hanc suppositionem [illegible] [illegible] [illegible] sint, non 40. quos vult Scaliger, qui [illegible] menses & annos facit Solares, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] h, numero dierum inuen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Nam numera 2[illegible] 1[illegible] 150. 8. 3[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 4. 7. & 7. [illegible] [illegible] ebis 354 P[illegible] test & alio modo, tollendo primam mensis decimi, & addendo, [illegible] 34. 3[illegible] quos [illegible] mum Genebrardus assignauit, idem numerus reperiri.

III OSTENSIO est, procedendo iuxtà [illegible] [illegible] [illegible] quæ constituit dies aliquos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] umbæ & annum [illegible] [illegible] [illegible] Noe, con[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] o, & Tem[illegible] [illegible] [illegible] o. Cum ergo iuxta hanc suppositionem necessarij sint (si [illegible] ima dies mensis dec[illegible] [illegible] computetur [illegible] [illegible], non 40 vel 4 quos vult [illegible] [illegible] mporarius [illegible] [illegible] ia menses & anno[illegible] facit Solares, sed 35. quos Genebrardus [illegible] quos si addantur hi, numerus dierum inuenietur completus. Nam numera 2[illegible]. 16 [illegible], 8. [illegible] 3[illegible]. 29. [illegible] 7. 7. & 35. [illegible] [illegible] [illegible] s 3[illegible]

Resp. cor. CONTRA HANC SENTENTIAM Fa[illegible], quantum ad prima mundi tempora, specialiterque quantum ad hunc locum id quod Obiiciebatur § præcedenti contrà 2. sententiam nimirum annum [illegible] Lunaris ad Solarem cōpo[illegible] [illegible] vnum & eumdem circulum, fuit vel ordinarius, vel embolismalis, iuxta principia sententiæ istius. Si ordinarius: debuit habere tantùm 354. dies. Si embolismalis: debuit ad minus habere 383 Ab vtroque longè distat, per [illegible] [illegible], [illegible], annus quem illa sententia facit dierum 3[illegible] 5. V[illegible] de co[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], habitas loco suprà [illegible]. Quantum autem ad posteriora tempora, fac [illegible] idem quod contra 3. [illegible] [illegible] de mci[illegible] us Lun[illegible] [illegible] eodem §. præcedenti nimirum, nullum eius in [illegible] [illegible] sacrà v[illegible] [illegible] uni reperiri, vix [illegible] esse [illegible] [illegible], formam eiusmodi adeò imperfectam, ex [illegible] [illegible] Patr[illegible] [illegible] p[illegible] os De[illegible] [illegible] [illegible] s, [illegible] 3 [illegible] quàm [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] forma ap[illegible] [illegible] [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] di[illegible] Iulij A[illegible] [illegible] [illegible] relati apud [illegible] [illegible] & S. Hieronymum.

4 Senten. IV. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit A[illegible] [illegible] hoc loco & sequentibus antè captiuitatem Babylonicam vel saltem antè Moysen, intelligendum esse Lunares constantes similiter 12 mensibus Lunaribus alternis 29. & 30. dierum compositos quidem ad Solares 360. vel [illegible] [illegible] modis nulli notis: qui tamen conuenienter cogitari possunt ad 65. [illegible] a vnum eundemque [illegible] circulum [illegible] [illegible] cum [illegible] ectione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] insuper vero cum embolismo v[illegible] [illegible] [illegible] gulo quoq, anno quarto pr[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] captiuitatē autem, imo ver[illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible] se, compositos ad Solares n[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] demque anni circulum, sed iis modis qui declarati fuerunt sub § præcedenti, 2. sententia. [illegible] [illegible] dis sunt Auctores omnes allati s[illegible]

§. præced. 2. sent. præsertimq. Torniel. anno 1656. à num. 24. seu à pag. 1 o. col. 2. & Salian anno similiter 1656. nu. 7. seu pag. 27. sub init.

Et quidem, quantum ad secundam Huius Sententiæ partem, non est opus alias afferre probationes, quàm eas quæ visæ sunt sub §. præced. 2. sententia: & hoc loco sub 3. petitas videlicet ab auctoritate Rabinorum Patrumque & Doctorum, antiquorum ac modernorum, necnon Ecclesiæ in suo Kalendario. Quantùm autem ad primam partem, proprius est hic eius locus: quamuis ea probata, probetur iterum, vt ipsi volunt, secunda. Itaque

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, quantùm ad primam sui partem, duobus argumentis.

Argum. I. ARGVMENTVM, petitur ab ipsomet Anno, siue ab Ostensionibus anni, in quô diluuium euenit. Hæ autem multiplices sunt. Quibus præponenda videtur illa, quæ explicatior est ex scripturâ sacrâ: quæque est veluti fundamentalis reliquorum. Itaque

1. Ostens. ex script. I. OSTENSIO est hæc. Gen. 7. fit mentio vnius mensis, & dierum 16. alterius mensis. Nam vers. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, decimoseptimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.* Ex mense secundo infertur primus qui præcessit. Sit autem hic primus dierum 29: ecce hac ex parte, ab initio anni, vsque ad initium diluuij, dies 45. Cap. 8. fit mentio nouem aliorum mensium, & vnius diei. Nam vers. 5. *At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem. Decimo enim mense, primâ die mensis, apparuerunt cacumina montium.* Computetur decimus iste mensis, ab initio diluuij, & non ab initio anni currentis, aut etiam vitæ Noë: erunt manifestè nouem menses, qui transacti fuerint ab initio diluuij, vsque ad diem primam decimi mensis. Distribue nouem menses, in alternos dierum 29. & 30. incipiendo mensem primum per 29. adeòque quinquies 29. & quater 30. habebis dies 265. His iunge 45. efficies 310. Adde primâ diem mensis decimi: habebis 311. Eodem rursùs cap. 8. fit mentio aliorum 40. dierum, qui fecuti sunt initium mensis decimi, seu qui transierunt à primâ die mensis decimi, ad vsque quo Noe dimitteret corvum. Nam vers. 6. *Cumque transissent 40. dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit coruum.* S[illegible] Ibidem rursus fit mentio [illegible] aliorum dierum. Nam vers. 10. *Exp[illegible] autem [illegible] 7. di[illegible] (exponunt, ali[illegible]) [illegible] dimisit co[illegible] umbam ex arca.* Sunt 358. Ibidem denique fit mentio 7. aliorum. Nam vers. 12. *Expectauitque nihilominus 7. alios [illegible], & emisit c[illegible] umbam, quæ non est reuersa [illegible] ad eum.* Sunt [illegible]

A S[illegible] hac o[illegible] ensione [illegible] omnes singulares [illegible] Torniel. an. 1656. à num. 24. et primum [illegible] num. 25. Vnde fit

II. OSTENSIO [illegible] Tor[illegible] mera, [illegible] dies 29. [illegible] 16 [illegible] & 4 [illegible] ix. [illegible] aquarum [illegible] [illegible] & [illegible] es memorat [illegible] [illegible]. Vnde autem de[illegible] dies [illegible] decrementi, non [illegible] declarat S[illegible] at anteà, à num. 22. etsi [illegible] c

B demonstret Habendum [illegible] 4 [illegible] pl[illegible], & [illegible] status aquarum faciunt 190. D[illegible] menses alternos, incipiendo primum [illegible] sem per dies 29. & habebis 6. menses [illegible] 13. Nam ter 29. faciunt 87. ter [illegible]. [illegible] quæ collige: & habebis dies 177 [illegible] cti fuerint 6. menses. Nota [illegible], vt [illegible] 190. superest dies 13. Itaque hac ex parte, habes 6. menses, & dies 13. Sed quod valdè no[illegible], & quod non animaduertit Capellus [illegible], arguens Torniellum [illegible] se in fine 177. incipiebat mensis septi-

C mus. Ergo in fine dierum 190 mensis [illegible] iam inceptus erat per dies 13. Item, adhuc vt pertingatur ad vigesimamsextam eiusdem septimi mensis, restarunt 13. alij dies, à prioribus illis 13. Notandum denique, ab initio illorum posteriorum 13. in[illegible] decrementum aquarum. Nam si decrementum incœpit post 150. dies, prout e[illegible] dicitur cap. 8. vers. 3: *& cœperunt minui post 150. dies*: & primi 13. dies mensis septimi, exacti erant in fine dierum illorum 150: vtique decrementum incœ-

D pit à posterioribus illis 13. diebus mensis septimi. Itaque hi 13. posteriores computandi sunt in Chronologia, [illegible] non [illegible] in illis [illegible] Porrò 13 ad[illegible] iunt [illegible], qui reliqui [illegible], vt compleatur septimus mensis in 29. [illegible]. His [illegible] tius mensis, [illegible], dierum 29. [illegible] His denique 4[illegible]. & bis [illegible]. Collige ergo [illegible] 3 [illegible] 29. [illegible] 7. & 7 & hab[illegible] [illegible]o. dies decrementi. Iunge eos præcedentibus 45. 40. & 150. vel collige sic omnes simul, 45. 40. 5[illegible] 3. 3. 30. 29. [illegible] 4 7. [illegible] & habebis 365.

E III. OSTENSIO apud eundem Torniellum. Item computa, inquit, dies 45. fluxos antè [illegible] initium [illegible] & diluuio, menses 6. lun[illegible], qui faciunt [illegible] 1[illegible]. & dies 26. mensis septimi (die enim vigesimaseptimâ in c[illegible] requieuit arca) [illegible] dies 63. qui inde fluxerunt [illegible] ad [illegible] decimi mensis in [illegible] ap[illegible] cacumina montium, primo [illegible] ato. Quibus adde, 4[illegible] 7. [illegible], 54 [illegible] ad initiú anni sex[illegible] primi Noe [illegible] erunt: & inuenies eandem summam. Hæc ostensio sic exprimitur. Computandos dicit 6. menses; quia nempe, mentio fit septimi mẽsis. hic enim supponit 6. præ- Oste

teritos

teritos. Item, computandos 63. à 26. mensis septimi; quia cùm mentio fiat decimi mensis, & primæ suæ diei, qua apparuerunt cacumina montium: supponuntur exactì tres reliqui dies mensis septimi & 30. octaui: & 29. noni. Cum his, primo die 1lo mensis decimi computato, fiunt dies 63. Collige ergo omnes sic: 45. 177. 26. 63. 40. 7. & 7. & habebis 365.

4. Ostens. IV. OSTENSIO. apud eundem Torniellum, eadē quę prima suprà: sed aliqua ex parte abbreuiata, & aliqua ex aliâ aucta. Deniq;, inquit, compēdiosius calculare poteris, 45. dies antè diluuium fluxos: & 9. menses: qui continent dies 266. ab initio diluuij, ad montium apparitionem transactos: & 54. dies, qui inde ad anni finem lapsi sunt: & resultabit eadem summa. Subdit. Quod si mauis primum anni mensem facere 30. dierum: & ponere dies 46. antè diluuium: erunt in summâ dies 366: facientque annum Bissextilem, qualis esse potuit is de quo nunc agimus. Nihilominùs, tādem subiūgit. Sed multò tutius ac melius puto, supponi debere annum istum non fuisse Bissextilem, sed cæteris similem, & primum cuiusuis anni mensem (vt in præcedentibus computationibus suppositum est) habuisse tantummodò 29. dies, & secundum 30. & sic deinceps reliquos alternatim, propter rationes quas sub anno mundi 2544. num. 31. adducemus. Hæc ille.

5. Ostens. V. OSTENSIO. apud eundem Torniellum, cōciliantem etiā menses anni vitæ Noë, cum mensibus Diluuij. Quia enim Obijcitur à Perer. lib. 13 disput. 6. contrà computationē mensium septimi, & decimi, ab initio diluuij: quod si culmina montium apparuerunt inchoante mense decimo ab initio diluuij: ergò apparuerint inchoante die septimo mēsis vndecimi ab initio anni vitæ Noë. Siquidem constat ab initio huius anni, ad initium diluuij, fluxisse mensem vnum, & dies 16. Ergò remanebunt tantummodò vnus mensis, & dies 14. id est, 44. vel ad summum 45. dies, ad illius anni finem (scilicet, reliqui 14. vel 15. mēsis vndecimi: & 30. mensis duodecimi) Ergò non potest veridica esse scriptura, quæ Gen. 8. à vers. 6. vsque ad 13. expresè testatur, ab apparitione montium, ad tecti arcæ apertionem, primâ die anni sexcentesimi primi factā, transisse 40. & bis 7. dies. Quoniam, inquam, sic obijcitur à Pererio: Respondet Torniellus: suppositis mensibus Lunaribus, optimè sequi, montium culmina apparuisse decimaseptimâ mensis vndecimi, anni sexcentesimi vitæ Noë: nec tamen sequi non intercessisse, inter apparitionem illam montium, & sexcentesimumprimum, dies 40. & bis 7. Quia ipsimet menses anni sexcentesimi vitæ Noë, fuerunt Lunares: atque ita sunt aliquot diebus diminuendi. Constat autem 10. menses Lunares, & 16. dies mensis vndecimi vitæ Noë, efficere 311. dies. Quibus si adijcias 40. dies, computatā primâ apparitionis montium (id est, eâ cōprehensâ in 40. diebus) & mox alios 14: resultabunt dies 365. Sed de hac Pererij obiectione, & Tornielli solutione, fusius postèà §. 21. vbi ostendetur, obiectionem Pererij manere semper in suo vigore, saltem in suo fundamento: quod interim haberi poterit ex refutatione huius sententiæ.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Peti potest ab alijs annis Scripturæ sacræ: ex locis omnibus, in quibus mentio habita fuit mensium primi, secundi, & deinceps, vsque ad duodecimum, & non plus, §§. præcedentibus. Maximè autem ex locis, in quibus specificantur 12. menses *in anno*, & non plus: vt 1. Par. 27. vbi visum est, Dauidem habuisse 12. Duces, qui præerant turmis custodiæ ipsius. Hi enim dicuntur tantùm fuisse 12. in anno. Nam vers. 1. *Qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes, & egredientes, per singulos menses in anno*, &c. Abinde autem numerantur singulatim, tum mēses, tùm Duces 12. solummodò. Item, 3. Reg. 4. vbi visum est Salomonem habuisse 12. præfectos super omnem Israël, qui præbebant annonam regi, & domui eius. Hi enim pariter dicuntur tātùm fuisse 12. *in anno*. Nam vers. 7. *Per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant*. Supposito namque menses Hebræorum fuisse Lunares, vt supponitur ex præcedenti §: consequens est annos temporibus Dauidis, & Salomonis, adeóque tam antè, quàm post, fuisse compositos ad Solares.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, ea quæ fusiùs sunt dicta contra eamdem §. præcedenti, sub 4. sententiâ. Breuiter autem in genere, nullum eius in scripturâ sacrâ reperiri vestigium; non esse credibile Patriarchas vsos fuisse formâ adeò imperfectâ; sed & incertum esse, eam extitisse apud Hebræos, patere ex dictis Iulij Affric. varie relatis, ab Eusebio, & à S. Hieronymo. In specie verò, quod non assignent Auctores eius, modum, vel ostensionem, in particulari, pro prioribus istis temporibus, per quam demonstrent annum Lunarem huius generis, fuisse compositum cum Solari: cúmque conueniētior nulla cogitari possit, quàm quâ componatur in eodem anni circulo, per adiectionem dierum 11. hæc anni forma nusquam gentium reperiatur in vsu habita: cæterùm nulla ratio pateat, propter quam 11. illi dies, qui reperiri dicuntur in anno currente Diluuij, sint potiùs remanentes post annum Lunarem completum, quàm immanentes intrà quendam Solarem ordinarium.

5. Sent. V. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, Annos hoc loco, & sequentibus vsque ad Muysem: etiam vsque ad priora tempora magni Nabuchodonosor, siue, ad captiuitatem Ioakimi regis Iuda, 4.

Reg.24. & 2.Par.36: etiam verò vſq; ad Captiuitatem Babylonicam, tam intrà, quam aliquanto tempore poſt eam: intelligendos eſſe Solares dierum 360. conſtantes 12. menſibus Solaribus 30. dierum æqualibus: attamē compoſitos ad Solares 365. intrà vnum eundemq; anni circulum: adeóq; cum adiectione 5. dierum, eidem anno facta: inſuper verò cum embolismo vnius diei pro quadrante, ſingulo quoque anno quarto.

Ita pro tēporibus vſque ad Moyſem, Maſſæus lib. 4. ſeu pag. 30. & lib.6. pag.69. Mercator, Chronolog. pag. 4. Scalig. lib. 2. cap. De Anno Chaldæorū Lunari, pag 75. & cap. ſequēti, id eſt, De Cyclo Chaldaico Iudęorū pag.79. & lib.3. cap. De Anno priſcorum Hebræorum Abrahamæo à pag.150. & lib.5. cap. De Diluuio, ſeu à pag. 201. fin. quãuis quoad annos à tempore Moyſis, ſententiam mutauerit, prout notauimus §. pręcedēti, & Tēporar. lib.6. ſect. cui titulus, Temporū Menſura, ſeu à pag. 361. Pro temporibus vſq; ad prima tēpora magni Nabuchodonoſor, ſeu ad Captiuitatē Ioakimi regis Iuda, Maſſæus, Scaliger, & Temporar. ibid. Pro temporibus vſque ad Captiuitatem Babylonicam, tam intrà, quàm aliquanto tempore poſt eam, idē aliquo modo Scaliger, & Temporar. ibidem: ſed expreſſiùs Maſſæus poſteriori loco. Quod & aſſeri poteſt, ſaltem in vſu ſcripturæ, prout notatum fuit §. præcedenti.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ, eædem ſunt, quę allatæ pro menſibus Solaribus, ibidem ex neceſſitate ſimiliter anticipatæ. Ex menſibus enim Solaribus, directè fiunt anni Solares. Hi autē tùm mēſes, tùm anni, demōſtrati fuerunt habere verum & maximè propriū in ſcripturà veſtigium: alios autem non.

OSTENSIONES autem quibus iſta Sententia declaratur, ſunt tres. Supponentes tamen omnia, quæ ſuppoſita ſunt & animaduerſa ſuprà in 3. hoc loco ſententia.

1. Oſtenſ. I. OSTENSIO. apud Mercatorem, pag. 4 conſtituentem alios 7. dies, inter 40. corui, & bis 7. columbæ: & rurſus alios 33. inter bis 7. columbæ, & annum ſexcenteſimumprimū vitæ Noë. Numera 30 menſis primi: 16. ſecūdi: 150 aquarum: 10. decrementi (quem reperiri in hac ſententià de mēſibus Solaribus 30. dierum æqualibus, obuium eſt) 4. reliquos menſis ſeptimi: 30. octaui: 30. noni. primam decimi: 40. corui: 7. & 7. columbæ: 33 alios, nempe 28. mēſis vltimi, ſiquidem prima decimi menſis, 40. & ter 7. ab illa computatis, relinquunt dies ſolūmodo 28. pro vltimo menſe illius anni & 5 intercalares. & habebis 365.

2. Oſtenſ. II. OSTENSIO. apud Scaligerum, aut ferè apud illum (id eſt, Scaligeri quidem, ſi modo corrigatur id quod habet arcā quieuiſſe decimaſeptimà menſis ſeptimi: & ponatur die vigeſimaſeptima) conſtituentem ſolum dies & libs 40. inter 40. corui, & bis 7. columbæ, lib. 3. Emēd. cap. de Anno Priſcorum Hebræorū Abrahamæo, ſeu pag. 151. & lib. 5. cap. De Diluuio, ſeu pag. 201. fin. Numera dies 271. qui reperiūtur ab initio anni, ad primam diē mēſis decimi (etenim 9. menſes 30. dierū, faciunt 270: quibus vna addita, facit 271.) 40. corui: 4. alios, poſt quos primum emiſſa columba: 7. & 7. eiuſdem columbæ & habebis 365. Abſque vllo embolimo, inquit Scaliger: id eſt, abſque vllo menſe intercalato.

3. Oſtenſ. III. OSTENSIO. apud Temporariū, aut ferè apud eum, (id eſt, Temporarij, ſi modò ſimiliter corrigatur quod ille ait, arcam quieuiſſe decimaſeptimâ die mēſis ſeptimi: & ponatur vigeſimaſeptimâ) conſtituētem ſolùm dies, & lios 40. inter bis 7 columbæ, & annū ſexcenteſimumprimū vitæ Noë: nimirum, 35. reliquos mēſiu, & 5. intercalares, lib. 3. in paradigmate anni Diluuij, quod habet à pag. 568. Numera 30. mēſis primi: 16. ſecūdi: 150. aquarum: 10. decrementi: 4. reliquos menſis ſeptimi: 30. octaui; 30. noni: primā decimi: 40. corui: 7. & 7. columbæ: 40. alios, ſcilicet, 35. reliquus mēſiū, & 5. intercalares: & habebis 365.

6. Sent. VI. SENTENTIA CAPITALIS eſſe poteſt, Annos hoc loco, & ſequentibus, vſq; poſt Captiuitatē Babylonicā, aliquantùm tēporis: intelligendos eſſe Solares dierum 365. cōſtantes 12. mēſibus, dierū, partim 30. partim 31. partim alicuius 28. intrà vnū eundemq; anni circulū, adeóque abſque vllâ adiectione factà eidē anno: attamē compoſitos ad Solares 365. & quadrantis, per adiectionē, ſeu embuliſmū, vnius diei quolibet anno quarto, iuxtà formam Iulianam, quâ nos vtimur nunc.

Huius Sententię Authores nō reperio. Nihilominùs, ſicut monuim⁹ §. pręcedēti, nō videtur quare illa ſit ab hoc loco reiicienda. Vnde

Probat. PROBATIONES eius. Petendæ ſunt ex dictis eodem §. ſub vltimâ ſentētià. Quarum Ratio ſpecialis iſti ſententiæ propria, hæc eſt: quod, cùm credibile ſit Adamū, Noe, Abrahamum, & poſteros ęorum, maximè verò Moyſem, tanquam edoctos à Deo, non ignoraſſe, imò ſecutos fuiſſe formam anni perfectiorem: hæc verò quæ eſt Iuliana, aut modo Iuliano conformis, apud omnes habeatur perfectiſſima: vtique non videtur quare illa non ſit in hac quæſtione admittenda.

Declarat. VT autem Hæc Sentētia declaretur, quædam ſunt ſupponenda, vel animaduertēda. Et

IMPRIMIS, aduertendum eſt, in eà neceſſum eſſe, 7. anni menſes, alternos, vel circiter, conſtare diebus 31. 4. verò, diebus 30. & vnu regulariter, id eſt, extrà quemque annum quartū, ſiue, extrà eum qui reſpondet Biſſextili, 28. quolibet autem anno quarto, id eſt, qui reſpondet Biſſextili, conſtare 29. propter diem addititium, ſeu embolismum.

DEINDE verò, quoad aſſignandū quinam menſes conſtarent diebus 31: quinam 30. & quiſnam 28. & 29: liberum quidem fore mo-

dum, quò assignabuntur. Quia nunquam obstabit quod dies tribuere [ex inc]remento aquarum inter 150. & requiem arcæ, reperiatur nimium pauci, Nam ad minùs semper erunt 11. Nihilominùs, conuenientius est assignari modũ Iulianum. Exempli causà. Tribuantur septem primis mensibus, dies [30.] nunc 6. menses huius generis, facient dies 180. His addãtur 26. mẽsis septimi, erunt 212. Porro 31. primi, 16. secũdi, & 150. aquarum, faciunt 197. A 197. ad 212. sunt 15. decrementi. Itẽ, tribuantur quinque primis mensibus dies 30. tantùm: quinq; menses dierum 30. & sextus dierum 31. faciũt dies 181. His addantur 26. mensis septimi: erunt 207. Porrò 30. primi, 16. secundi, & 150. aquarũ, faciunt 196. A 196. ad 207. sunt 11. decremẽti. At verò iuxtà modũ Iulianum quô vtimur nunc: tribuantur primo mensi 31. secundo 30. tertio 31. quarto 30. quinto 31. & sexto 31. hi faciunt 184. Addantur 26. mensis septimi, erũt 210. Porrò 31. primi, 16. secũdi, & 150. aquarum, faciunt 197. A 197. ad 210. sunt 13. decremẽti. Quia ergò hic modus Iulianus est nobis magis notus; ideo assignemus mensibus dies suos, iuxtà illum.

Præterea, quantùm ad ordinem eorũ: scilicet, quisnam censendus sit primus: quisnã secundus, &c. etiamsi posset illorũ primus ità recenseri, vt responderet primo Iuliano, qui nunc est Ianuarius, & reliqui consequẽter; attamen quia ordo mensiũ alius est in scripturâ sacrâ: propptereà sic Iulianũ modum æstimamus esse sequendum, vt tamẽ non ordo eius qui nunc est, sed ordo scripturæ, & ordo qui olim fuit Iuliani, siue Romani, seruetur. Vnde quia vt §. sequenti videbimus, primus mensis anni scripturæ sacræ, respõdebat ex parte nostro Martio, & ex parte nostro Aprili, incipiens initio mundi a die vigesimaprimâ Martij, Sole existente in principio Arietis: qui etiã fuit olim Iulianus, siue Romanus, vt patet ex nominibus antiquis, Quintilis, quod erat Iulij, Sextilis, quod Augusti, & deniq; Septembris, Octobris, Nouembris, & Decẽbris, quæ talia fuerunt per ordinem ad Martium vt primum: & seruato hoc ordine, nihil prohibet de reliquo seruari modum Iulianum: propptereà conuenientius æstimamus, primo mensi, qui respondebat nostro Martio, & Aprili, tribuẽdos esse dies 31. secundo, qui respõdebat proportionaliter nostro Aprili & Maio, dies 30. tertio, qui Maio & Iunio, 31. quarto, qui Iunio & Iulio, 30. quinto, qui Iulio & Augusto, 31. sexto, qui Augusto & Septembri, 31. septimo, qui Septembri & Octobri, 30. octauo, qui Octobri & Nouembri, 31. nono, qui Nouẽbri & Decembri, 30. decimo, qui Decembri & Ianuario, 31. vndecimo, qui Ianuario & Februario, 31. duodecimo, qui Februario & Martio, 28. vel 29.

*Annus Diluuii Bissextilis.* Insuper, his positis aduertendũ est, procedendo iuxtà hunc modũ, conueniens fore, annum in quo euenit diluuiũ, constituere dierum 366. adeóq; respondentem nostro bissextili: quod etiam obiter aduertit Scalig. lib. 5. Emẽd. cap. de Diluuio, versùs fin. seu pag. [illegible] dicens: Fuit autem annus ille Iulianus bissextilis: non tamen demonstrans quomodo. Vt ergò hoc clariùs elucescat: probationis gratiâ inuestigemus eũ priùs per dies 365. Sic erit procedendum. Numera 31. primi mensis: 16. secundi: 150. aquarũ: 13. decremẽti: 4. reliquos mensis septimi: 30. octaui. 30. noni: primam decimi: 40. corui: 7. & 7. columbæ: habebis 330. Cùm autẽ ad hoc vt perueniatur ad 365. necessarij sint 35: addãtur hi, vel post 40. corui, vel post bis 7. colũbæ: & fient 365. Quod si dicatur primam decimi mẽsis, non esse computandam, sed esse includendam in 40. corui, cùm ad hoc vt perueniatur ad 365. necessarij sint 36: addantur hi, & fient 365. Sed tamen conuenientius videtur primam decimi mẽsis, non esse includendam in 40. corui, & propter hoc addendos esse solũ ex istâ parte 35. nõ 36.

HIS autem rursùm positis, quomodò conueniens fuerit annum, in quo euenit diluuiũ, cõstituere dierum 366: adeóq; respõdentem nostro bissextili: patet, quoniam cum annus bissextilis sit quartus: proindeq; quilibet octauus, duodecimus, vigesimus, & centesimus: hic autem in quo diluuiũ euenit, sit, vt posteà probabitur, millesimus sexcentesimus quinquagesimus sextus: numeranti manifestũ est, annum quinquagesimum sextum pôst millesimum sexcentesimum, esse quartum in ordine suo, scilicet quaterdecies quartum, adeóque bissextilem. Sed tunc erunt ad dies anni in quo diluuiũ euenit per scripturam memoratos, addẽdi nõ 35. solum, sed 36. Quod cùm sit aliquid in illo genere perfectius, ideò non immeritò videri posset hic & probabilius.

*Authoris resolutio.* In tanta diuersitate sententiarum, quid dicendũ? Respondeo. Quantùm ad annos vsque ad Moysen, duas posteriores sentẽtias, & præsertim quintam, esse probabiliores. Quantùm autẽ ad annos à Moysis tẽpore, ad Captiuitatem Babylonicã, si pariter dicẽdum esset, in quam sententiam propensi magis essemus, diceremus in posteriores, ac præsertim in quintã. Attamen quia ferè torrens Auctorũ fertur in tertiã, eiq; fauet vsus siue Kalẽdariũ Ecclesiæ, propptereà determinare quid in eà sit probabilius, ad quos spectat relinquimus.

Iuuerit autem pro hac quæstione producere Gordon. qq. cap. 19. vbi postquam egit de anno Iudæorum, qui putatur Lunaris, sic loquitur. Hæc saltem quorundam de hac re sententia est. Quam ego quidem probabilem esse non nego: veram tamen esse quis demonstrabit? Quod ideò hic addo, ne quis putet se demonstrationes afferre, cùm sua chronologica placita, ex his & similibus fundamentis collecta, proponit, ac si essent indubitata. Si enim annus Iudaicus non erat

plenè Lunaris, & qualis à quibusdam asseritur, eorruet ſanè tota illa noua methodus, in Neomeniis iſtis fundata. Si menſes non erant ta'es, quales iſtius methodi aſſertores eſſe volūt, ſi ratio intercalandi diuerſa: ſi diuerſa ioi-

A tia anni, ab iis quæ iſti dederunt, ſi denique eadem incertitudo in aliarum nationum menſibus, neomeniis, & cyclis reperitur: quænam quæſo poteſt eſſe in his diſquiſitionibus certitudo demonſtratiua: Sic ille.

## XI. DIFFICVLTAS. DE PARTE ANNI, quâ Mundus fuerit conditus?

§. 12.

B Văuis hæc difficultas, differri poſſet in aliū librū noſtræ huius Iſagoges, in quē ſimiles reſeruamus quæſtiones, v. g. de parte terræ in quâ paradiſus terreſtris extiterit, &c: tamen quia nonnihil facit ad chronologiā, quatenùs indicat initium aliquod annorū mundi: proptereà hoc eām loco pertractandam putauimus.

Aduertit autem Tornielłus, ad diem ſextam mundi num. 38. ſeu pag. 45. col. 1. med. Cum quæritur de anni tempore quō creatus eſt mundus, vernone an æſtiuo, autumnali vel hyemali? quæſitum illud non eſſe vniuerſaliter intelligendum de omni orbis parte. Non enim fieri poſſe, vt vbiq; terrarum vno eodemque tempore fuerit ver, aut autumnus æſtas, vel hyems. Nam quando in antarcticis regionibus æſtas eſt, conſtare in arcticis eſſe hyemem, & è conuerſo: & quando Sol incipit elongare ſe ab antarcticis plagis, & appropinquare arcticis, in iſtis ver facere, in illis vero autumnum, & contrà. Debere igitur propoſitam quæſtionem accipi, de illo orbis climate, ſeu de illâ regione, in quâ erat Paradiſus terreſtris: vel in quâ plaſmatus eſt Adā: vel quam primi noſtri parentes de paradiſo pulſi, primùm incoluerunt. Hæc Tornielłus.

C Cui nos adhærentes, non putamus probabilem ſententiam, ſaltem rationem Molinæ, in 1. part. S. Thomæ, Disp. 4. & quorumdam aliorum volentium quæſtionem hanc accipiendam eſſe de Palæſtinâ, & vicinis regionibus: coquòd (inquiunt) in regionibus Palæſtinæ vicinis, ſcriberet Moyſes, & hi ad quos, vel pro quibus, ſcribebat, in eis habitarent. Primū enim Moyſes non eſt locutus formaliter de vere, æſtate, autūno, vel hyeme: quomodo ergo ſciri poteſt, eum ſe accommodaſſe iis ad quos ſcribebat de hac re? Deinde, eſto de horum aliquo locutus fuiſſet formaliter: quomodo probabile eſſet, eum loquentem principaliter de paradiſo terreſtri, & ex conſequenti de regionibus proxime illi adiacentibus, voluiſſe de his loquēdo, accōmodare ſe nihilominus elongatioribus in quibus, vel ad quas, ſcribebat? Alias enim ſi per accidens ſcripſiſſet in regionibus frigidis, aut etiam oppoſitis, & ad habitantes in illis: intendiſſet loqui de climate, in quo, & ad quod, loquebatur: quô poſito falſum fuiſſet omne id quod de hac quæſtione nunc affirmaret.

Advertunt item, Picus Mirandul. lib. 7. aduerſus Aſtrol. cap. 6. & Tornielł. ſuprà, quæſtionem hanc non poſſe certò (id eſt, infallibiliter) definiri. Quoniam, inquit Tornielłus, neq; in ſcripturis ſacris clarè exprimitur: neq; Doctores qui de hac re ſcripſerūt, inter ſe cōueniūt. Sufficit ergò Doctorū opiniones recēſere: & quorū probabilior videatur, oſtēdere.

Advertit denique Salianus, in Apparat. Annal. cap. 4. num. 17. non eſſe qui hyemem mūdo natalem eſſe velit. Quia ex Gen. 1. conſtat arbores, ſaltem aliquas, pomis repletas fuiſſe, cùm Dominus Adamo in paradiſum inducto, abſtinētiæ præceptum dedit: herbas etiam virētes tunc productas fuiſſe: quæ hyemi conueniue non poſſunt. Itaque tres ſunt de hac quæſtione ſententiæ, quas videre eſt fusè, ſuoq; modo, recenſitas apud Perer. lib. 1. in Gen. a num. 117. ſeu à pag. 41. col. 2. breuius autem apud Tornielłum loco citato. Nos eas hoc ordine, & argumentis, afferemus.

I. SENTENTIA. Dicit, Mundum fuiſſe cōditum in Æſtate, Sole ſignū Leonis occupante: adeóq; circà mēſem Iuliū. Quā ſentētiā declarādo, côueniens eſt dicere Solem exiſtentem in principio Leonis, & abiode curſum ſuum incipiente per Zodiacū, motu rapido ab oriente in occidentē, proprio ab occidente in orientē: eā ſaltē die, qua fuerit in motū actus: quam cenſent cōmuniùs fuiſſe mundi quartam: quā & probabilius eſt Solē fuiſſe productū: quæ denique fuerit vigeſimaprima Iulij. 1. Sent.

D Ità Mercator, initio ſuæ chronologiæ, ſeu Demōſtrationum quas ei præmiſit, cap. 1. ſub init. Qui quidem putatur ſingulariter & ſolus ità ſenſiſſe. Sed veteres etiā Aſtrologos, Æſculapium & Anubium receſet Temporarius, lib. 3. longiùs poſt med. ſeu pag. 191. fin.

E PROBAT Hanc Sententiam Mercator multis Argumentis.

I. ARGVMENTVM. Petitur ab Anno in quo euenit Diluuium. Quod cōſtrui poteſt hoc modo. Tēpore Noë initiū anni fuit circà menſem Iulium: ergò & in exordio mundi initium anni fuit circà eūdem menſem Iulium. 1. Arg.

Antecedens probatur, plurima deducēdo. Et imprimis, oſtendēdo columbā attuliſſe ramuſculū viridis iam, & frondeſcentis, oliuę, menſe vndecimo. Hoc habetur Gen. 8. vbi de colūbâ dicitur verſu 11. *At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus*

*folius in ore suo.* Quod euenisse mense vndecimo vigesimaquintâ eius die, vt sentit Mercator, deducitur ex præcedentibus Siquidem vers. 5. *At vero aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem. decimo enim mense, primâ die mensis, apparuerunt cacumina montium.* Ecce 9. menses completi & forsan vna dies plus. vers. 6. *Cumque transissent 40. dies, aperiens Noë fenestram arcæ, &c.* Ecce alium mensem, & dies 10 vers. 10. *Expectatis autem 7. diebus aliis, rursùm dimisit columbam ex arcâ.* vers. 11. *At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ &c.* Si per illa verba, *alijs 7. diebus aliis,* supponantur iam alij 7 dies à primâ dimissione columbæ, prout sentit Mercator: hæc omnia conficient 10. menses, & dies 24. vel 25 si non supponantur alij dies 7. erunt 10. menses, & dies tantummodò 17. Itaq; ex scripturâ columba tulit ramũ oliuæ virentis iam, siue frondescentis, mense vndecimo, decimaseptimâ, vel vigesimaquarta eius die.

Deinde, ostendendo tunc fuisse ver. Hoc demonstrat Mercator multis modis. Primò enim tempus illud est, quô solẽt arbores germinare. Deinde, tunc cessare Diluuium conueniebat, vt noua æstas, nouas fruges ac fructus hominibus, reliquisque animantibus, suppeditaret. Denique, Sole signũ Geminorum perambulante, eam oliuæ germinationem esse factam. ostẽdit naturali ratione Nam Plin. lib. 16. cap. 25. oleam pariter cum vite ait germinare, & concipere quidem Vergiliarum exortu (septem sunt stellæ ante genua Tauri, ità dictæ a vere, seu verno tempore, quô exoriuntur, nimirùm circà æquinoctium vernũ, & matutino tẽpore. Pleiades aliàs dictæ) hoc est sex diebus ante Idus Maii, Sole vigesimamquintã, [illegible] decimamque [illegible] partem Tauri occupante, vt habet idem lib. 2. cap. 47: florere autem solstitio. Atque hæc respectu sui climatis: Romani, inquam dicit Plinius, in quo & Gordieus mons Armeniæ situs est, cui arca Noë confidentibus aquis resedisse dicitur. Idem igitur tempus competebat oliuæ germinationi in monte Gordieo, si cætera fuissent accidentia paria, Itaque tunc erat ver.

Insuper, ostendendo tunc fuisse veris tẽpus, paulò tardius quàm solito: neque tamen vsq; ad solstitium productum. Hoc demõnstrat Mercator isto modo. Verùm, inquit, frigiditas quæ in montibus maior diuturniorq; existit, tardius paulò hic ver admittebat, atque æstatem: tum maximè retardabat aquarũ altius operimentum, quod omnia resuscitantem viuificantemque Solis calorem ad arbores ac terram penetrare nõn sinebat: nec proinde excoqui poterat solito more arborum succus ad reuiuescendum: nequè radices incalescere, ad trahendum alimentum neque terræ pinguedo subtilis, & fluida reddi, vt attrahi & du-

A ci per plantarum corpora possit nutritiua. Admodum Solis incubatione [illegible] humiditas calefieret, quod lõge post solitum tempus effectum esse subita oleæ germinatio arguit, quæ 7 antè diebus quàm a columba afferretur virẽs folium, nullum erat vestigium, aquis adhuc omnia præter summa iuga montium occupantibus, neque germinationem admittentibus &c. Neque vero poterat ista germinatio in solstitium differri, propter fructus & iumenta animalium vitæ necessaria, quæ nulla eo anno reperta fuerant.

B Præterea ostendendo mensem [illegible] vndecimum, respondisse mensi nostro Maio: & deniq; concludendo duodecimum respondisse nostro Iunio. [illegible] primũ anni sequentis incœpisse nostro Iulio. Hæc probat Mercator dicens: Medio igitur interstitio Tauri & Cancri, hoc est Geminis mẽsem vndecimum respondisse necesse est. Itaq; & Siuan (vnus sci. licet ex mensibus Hebræorum, aliàs eis tertius) cui Gemini competunt, vndecimum, & Ab (alius mensis Hebræorum, aliàs eis quintus,) cui Leo respondet, primum in mensibus anni, adeóque initiũ mundi fuisse. Hæc Mercator. Concludit nimirum, necesse esse, mensem illum vndecimum, quò ramum oliuæ virentis attulit columba, respondisse signo Geminorum, quod intercest inter Taurũ & Cancrum: adeóque fuisse circa mensem nostrum Maium, duodecimum autẽ mensem respondisse Cancro, adeoque fuisse circa mensem nostrum Iunium; atque ideo tandem, primum mensem anni sequentis fuisse, Sole per-

D meante signum Leonis, hoc est, circa mensem nostrum Iulium.

Consequentia Probatur Non enim est credibile est, (subdit Mercator) vllam anni mutationem factam fuisse antè diluuium, à sanctis Patribus, quibus eligio fuisset annũ, siue a Deo se institutum, siue ab Adamo se tam omnium scientissimo prudenter [illegible] non sine iustis causis, sic inchoatum & menstruatum, variare præcipuè cum paucorum intermediorum per manus traditione integra & testatissima, ac veluti recentia adhuc rerum primordia haberent. Hactenus ille. Et quidem

E omninò probabile est, priscos illos homines vsque ad Noë, fuisse solitos indicare annum ab eo tempore, quô per traditionem maiorum suorum ab Adamo vsque ductam, nouerant mundum fuisse conditum. Valdè enim congruebat, vt idem tẽmpus esset principium anni, quod fuerat exordium mundi. Atque hoc approbat Pererius num. 121.

II. ARGVMENTVM Petitur ab authoritate Ægyptiorum. Sacerdotes, inquit, Ægyptij, teste Solino in Polyhistore cap. 45. corrupte 25. apud Perer. & 55. apud Mercatorem a Tornielli [illegible] natale mundi tẽpus esse inter decimũter tium 2. Arg.

Kal Augusti,& vndecimũ dieni, hoc est, 12. A Kal Aug. qui dies est vigesimusprimus Iulij quô nimirũ Sol ingreditur principiũ Leonis. Quod vnde acceperint Ægyptij, non addit Solinus: verissimile autem subiungit Mercator, eos ità à Mosis interpretibus aliquot Hebræis edoctos fuisse: nã & Mosis scripta habuerunt, & frequens ipsis cum Hebræis conuersatio fuit, aut sanè (vt sint antiquissimi) à Noe ac filiis eius, ità domesticâ traditione per manus acceperunt.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à cabalâ Hebræorum. Iuxta quam (ait) Aleph littera, primum & æternum principiũ Deum significat Beth littera, principium creationis: vt B etiam litterarũ mysterio, Ab, mẽsis Hebræorum, cui Leo respondet, principium creationis a principio æterno factum, hoc est, primum tempus conditi à Deo mũdi significet.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur ab ipso nomine mensis Sabat. Item (inquit) septimus mensis Sabat, numero suo conueniens, mysterium præferre videtur. Sceptrum enim interpretantur Sabat, quô regnũ illud æternũ, quod post 6. siue dies, siue menses, siue millia annorum, non tamen omninò complendorum pios manet, denotari potest. Vult dicere, mensem Sabat, qui numerando quidem à C mense Nisan (Martio nostro respõdente) est vltimus Hebræorum, numerando tamen à mense, Ab, est septimus, innuere se esse septimum: eoquòd significet sceptrum: quod nempe danaum est in regno cœlorum, post numerum quendam sermiium mille annorũ, id est, post 6000 annorum (quibus dicitur ab Hebræis mundus hic daturus) siue in septimo quodam millenario annorum à mundo condito. D

1. Confirm 4. Arg. שׁבָּת CONFIRMARI potest Hoc Argumentum 1. cogitando eum sic fuisse vocatum ab Hebræo vocabulo שַׁבָּת quod est requies, cessatio &c. à radice שָׁבַת, cessare, desinere, quiescere, quodque inde significat, hebdomadam, seu septimanam: quâ nempe, septimâ eius die requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Et quamuis Sabat, vel Sebet, vt nomen est mensis, scribatur per ט in fine: tamen potuit littera ת fuisse mutata in ט, vel ט in ת. vnde Zachar. 1. vers. 7. & 1. Machab. 16. E vers. 14 in editione Vulgatâ correctâ, scribitur per th. in fine.

2. Confirm שֶׁבַע CONFIRMARI potest 2 cogitando, nomen illud deductũ à שֶׁבַע quod iam Hebr. quàm Chald. significat, septem, mutato ע, in ט. Innuendo ergò tot modis se esse septimũ mensem, innuit & mensem qui dicitur, Ab, fuisse primum.

5. Arg. V. ARGVMENTVM. Peti potest ab his quæ habet Torniell. num. 41. post med. vbi refert, Arabes teste Iulio Firmic. lib. 3. & Macrob. in librum de somnio Scipionis, inchoasse annum ab æstate. Hi autem [illegible] in qui fuerunt regioni in quâ ext[illegible]t paradisus terrestris: & r[illegible]g oni Chaldeæ in quâ c[illegible]nsedit primum, seu præcipuum re[illegible]num post diluuium à scrip[illegible] à me notatum nempe Nemrod. Gen. 10. vers. 1[illegible] & in quâ extiterunt famosiores a[illegible]r[illegible]logi. Credibile est ergò hanc eis traditionem venisse a primis habitatoribus reg[illegible]num illarum post diluuium.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM. Peti potest a versione Pagnini Exod. 13. vers. 4. vbi quod habet hodie Vulg. *Hodie egredimini mense nouarum frugum*, transtulit, *in mense Iulio*: & Deut. 16. vers. 1. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis*, transtulit, *obserua mensem Iulium*. Atqui sententia probabilior est, mundum fuisse conditum eodem tempore quô populus eductus est de Ægypto: vt dicetur expressius infrà sub argumento quod petitur a conuenientiis.

1. Obiect. OBIICIT contra Hanc Sententiam Pererius num. 118 fin. Mercatorem supponere vt certum, quod est valde dubiũ vel etiam falsum. Ponere enim, vt omnium consensu indubitatum, menses quos Gen. 8. recenset Moyses. primum, secundum septimum, decimum, & vndecimum, fuisse anni menses: cùm eos non pauci, non ab exordio anni, sed ab initio diluuij numerandos putent: alij verò, quorum nos (inquit Pererius) in sententiam ituri sumus, eos non ab initio mundi, vel diluuij, sed ab exordio sexcentesimi anni vitæ Noë, computandos censeant.

Solutur. VERVM Hæc Obiectio nihil vrget contrà sententiam istam. Nam ostendetur infrà, probabilius esse, etiam ex authorum longè maiori multitudine, menses illos esse ab exordio mundi computandos. Probabile item annos [illegible] Noe, eosdem esse (quamuis ex accidenti) qui mundi, seu currentes: quod etiã innuit Pererius num. 121 fin. dum mensem secundũ quo diluuium cœpit, vult fuisse Nouembrẽ: adeòque secundum mensem anni, qui incœperit circà Septembrem, iuxtà sententiam, quam ibi quasi tuetur probabiliorem, de tempore creationis mundi. Porro Mercatori fuit satis, id tradere quod probabilius potest in quæstione hac æstimari.

Reijcitur sent. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, id quod Obiicit 2. Pererius ibidem init. Neminem adhùc extitisse, qui primordia mũdi, non ad æquinoctium, vel vernum, vel autumnale, retulerit. Quod intelligẽdum est de posterioribus authoribus, qui hanc quæstionem tractauerunt consultius. Nam veteres astrologos Æsculapium & Anubium recensebat supra Temporarius.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM. Responderi potest, negando illud totum.

AD ANTECEDENS Respondet Salianus suprà num. 4. labile esse hoc argumen-

tum, cum videamus ol[...]a toto fere anno virentia folia retinere: quam ad rem potuit etiã aquæ humiditas conferre. Plenius Pererius ibidem med. di[c]ens, Plinium lib. 16. cap. 20. tradere, oleæ folia nunqu[am] decidere & colorem suum nu[n]quam amittere. Qu[id] igitur prohibet quin olea cuius ramusculum tulit columba, sub aquis tempore diluuij & frondes, & frondium virorem, retinuerit? Nam cum 7 dies ante, columba nihil reperisset vbi conquiesceret: qui fit credibile spatio non amplius 7. dierum, oleam frõdescere, & virescere potuisse? non enim sub profundissimis aquis demersa vim germinandi & frondescendi exercere poterat. Hæc Pererius. Addit Salianus: Quid? quod Rupertus (lib. 4. cap 15 in Gen.) ex eodem oliuæ ramo virentibus folijs ornato, tempus vernum fuisse colligit?

Replica. REPLICAT Mercator. Quod Plin. lib. 16. cap. 20. dicit oleæ folia non decidere, nullum hic scrupulum facere posse: quasi quouis mense virentem frondem afferre potuerit columba. Neque enim virere sub aquâ eâque profundissimâ possunt, quibus in aere vita est: neque etiam folia per 7. penè mẽses incorrupta seruare. Cùm autẽ periodus quâ frondescere cuncta debuissent, longiùs vltrà terminum suum aquarum suffocatione extracta esset, internâ quâdam succi maturatione incalescente, ad primum statim viuifici ætheris sensum potuerit in gemmas & surculos erupisse plantas, vt prima germinatio floribus penè iungeretur. Hæc ille. Inferre dans, potuisse oleam paucis diebus frondescere. Quô iungi potest, fuisse satis, si ramusculus ille columbæ, vtpote ore eius debili ferendus, fuerit valde tenellus. Ex hac respõsione patet non omnes qui Mercatoris opinionem attigerunt, eam discussisse sicut par erat. Vnde etiam argumenta eius reliqua, nec adducunt, nec soluunt.

Ad 2. Arg. AD II. Respondet Pererius ibidem sub init. Quod de naturali die mundi, tempore Solini existimauerint Ægyptij, non esse valdè cu[r]andum. Vetustissimos autem Ægyptios tempore Moysis initium anni à mense Septembri ducere solitos, Iosephum authorem grauem dicere 1. Antiquit. 4. Quin etiam Ciceronem lib. 3. de Natura Deorum, & Lactant. 1. Diu. institut. 6. prodidisse, Mercuriũ qui Ægyptiis leges ac litteras tradidit, appellatum ab Ægyptijs linguâ suâ Thoth, à quo apud eos primus mensis nostro respondens Septembri, nomen accepit. Addere poterat, Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 12. manifeste testari eos inchoasse annum a Septembri. Concludit Torniellus rationem dictare, hac in re magis esse credendum antiquissimis Ægyptiorum, vtpotè qui primordijs mundi viciniores erant: quam minùs antiquis. Vnde Mercator ipsemet subiungit, tamen si postea à paucis eorum hæc sententia recepta probataque fuerit.

REPLICABIT aliquis pro Mercatore, Ægyptios antiquos, imò vero minus antiquos, incepisse quidem annum suum à Septembri: sed annum ciuilem, vt negotijs magis aptum. Hoc autem nihil obstare, quin naturalem alio modo censuerint. Neque verò Iosephum, aut alios, tradere Ægyptios aliter de mundi exordio cogitasse. De quâ re fusius sub 3. sententiâ. Replica

Ad 3 Arg. AD III. Responderi potest, eiusmodi mysteria cabalæ Iudæorum, esse valde incerta, & sæpissimè reperiri potiùs per accidens, quàm ex intento alicuius instituentis: ac dicamus sæpe etiam esse ridicula.

Ad 4 Arg. AD IV. Responderi potest, imprimis, nomen illud venisse à Chaldæis post captiuitatem Babylonicam, vnde nihil inferre potest, nisi ad plus pro temporibus illis postremis, quibus Iudæi posuerunt annos computare modo Chaldaico; quod tamen vix conceditur, nisi de anno ad negotia accommodato: non autem de Chronologico, saltem in vsu scripturæ, prout dictum fuit §. præcedenti, dicetur infrà. Deinde, nomen illud huic mensi forsitan impositum fuisse, quòd io eo, respectu aliorum mensium, soleat esse quies à laboribus, vt à culturâ, & similibus negotijs: atque ità locum habuisse septimi diei, mensis, vel anni, id est, in quô fit quies; aut etiam per respectum ad mensem, Ab, in quem incidunt pondus diei & æstus, id est, maximi labores. Quod autem sceptrum significet, nihil sententiam hanc iuuare potest. Hæc enim significatio valde remota est: neque propter quam causam fuerit imposita, satis est notum. Præterquàm quod eiusmodi mysteria diximus, sæpè esse & incerta, & ridicula. Denique, mutationes illæ litterarum tau, in teth, & teth, in aijn, gratis confinguntur. Potuit quidem teth, mutari in thau, vt Zach. 1. & 1. Machab. 16. quamuis apud Zachar. nõ scribatur in Hebr. & Chald. cum ת, sed cum ט: nec in Septuaginta cum θ, sed cum τ: nec in Lat. S. Hieron. cum th. sed cum t: nec in antiquis voluminibus Vulg. Editionis cum th. sed cum t, vt patet ex Concordantijs in quibus habetur solum cum t: item, nec apud 1. Machab. 16. vers. 14. in Græc. scribatur cum θ, sed cum τ: & in Latino cum th. sed cum t. At esto, mutatum fuerit ט, in ת, prout credibile est correctores Editionis Vulg. habuisse codices quosdam habentes th: ex hoc infertur, primam ergò nuncupationem fuisse, non quà significatur quies, sed quà significatur sceptrum: quod quare fuerit impositum, non est notum.

Ad 5 Arg. AD V Responderi potest, ex ijs quæ habentur apud Torniell. ibid. & apud Cor-

nel. à Lapide in Exod. 12. vers. 2. varios fuisse modos computandi annum, apud varias nationes: imo verò variis temporibus apud eandem nationem; vt apud Arabes; aliquando ab æstate, aliquando verò ab æquinoctio verno: apud Romanos sub Romulo, à tempore verno: sub Iulio autem Cæsare ab hyeme. Cæterum quod ibi dicitur de regno Nemrod, computationes Arabum sunt ei longissimè posteriores.

Ad 6. Arg. AD VI. Respondetur, versionem illam Pagnini, manifestè repugnare ipsimet textui, in quo fit expressa mentio verni temporis. Vnde pluribus refutatur, tanquam valdè erronea; a Riberà in Agg. 2. num. 2. & reijcitur à Torniello an. 2544. num. 10.

I. Sent. II. SENTENTIA. Dicit, Mundum fuisse conditum in Autumno. Sole signum Libræ occupante: adeóque circa mensem Septembrem. Quam sententiam declarando, conueniens est dicere, quod etiam dicunt eius explanatores, Sole existente in principio Libræ, saltem quarta die mundi, quâ Sol fuit productus: quæ quæ fuerit vigesima-prima Septembris.

Ità putatur sensisse Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 4. sed falsò, prout attentè verba eius inspicienti patebit: & osten. ut Salian. supra, cap. 4. num. 13. & 14. Ita senserunt R. Eliesër in Gen. R. Abraham in Dan. 7. & nonnulli alij Hebræi. Ità Lyran. Gen. 7. Tostat. in Gen. 1. q. 21. & in priori parte sui Defensorii cap. 14. Oleaster in Exod. 12. Arias Mont. in Apparatu Bibl. Reg. libro de Sæculis. Ità Scalig. in posterioribus editionibus operis sui de Emendat. Temp. lib. 5. cap. de Conditu mundi, in quibus sententiam de tempore verno, olim in prioribus editionibus probatam, deseruit. Ità denique Temporarius suprà lib. 3. longius post initium, seu pag. 192. sub init. Caluisius Isag. cap. 33. sed Impress. Lipsiæ in 4. anno 1605. à pag. 130. Denique ità Torniellus num. 91. In eamque inclinant Pic. Mirandul. & Perer. locis citatis superius.

PROBATVR Hæc Sententia multis Argumentis.

I. Arg. I. ARGVMENTVM. tactum à Perer. num. 122. Petitur ex scriptura sacrâ, a perfectione Arborum & Plantarum creatarum, Gen. 1. vers. 11. *Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.* vers. 12. *Et protulit terra herbam virentem & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam.* vers. 29. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam.* vers. 30. *Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita.* Cap. 2. vers. 9. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali.* vers. 16. *Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Cap. 3. vers. 2. *De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso, vescimur.* vers. 3. *De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* vers. 6. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit.* Ex his locis argumentantur. In exordio mundi, arbores & plantæ productæ sunt, perfectæ, id est, habentes fructus maturos, perfectósque, & ad comedendum idoneos, tam hominibus, quàm animantibus; speciatim autem arbores omnis generis fructus habentes, pro hominibus: quibus nimirum antè diluuium non ex esu carnium, sed herbarum & fructuum, victus fuit. Atqui maturatio eiusmodi fructuum, non fit tempore verno: sed autumnali. Ergò exordium mundi fuit in autumno.

Confirm. 1. Arg. CONFIRMATVR Hoc Argumentum à Pererio ibidem, & à Torniello num. 41. post init. Nam Deut. 32. vers. 4. *Dei perfecta sunt opera:* maximè quæ immediatè & miraculosè facit. Conuenciens ergò fuit, vt quemadmodum creauit hominem, & cuncta animantia, in statu perfecto: sic etiam produxerit arbores in eâ perfectione, quæ magis illarum naturis congruebat: præsertim, ait Torniellus, cùm eas ad cibum sustentationémque ipsorum animalium destinasset. Quis autem, subdit Torniellus, non videt, nunquam arbores esse æquè perfectas, atque absolutas, quàm cùm sunt onustæ fructibus maturis, & in genere suo optimis: quod quidem communiter contingit in autumno?

Obiect. Neque dicatur ex Saliano num. 11. hoc modo multa præter naturas arborum debere concedi: omnes nempe fructus qui vere prodeunt, & æstate, nec in autumnum vsque perueniunt, nouo miraculo autumnales factos, &c.

Respons. Nam Respondebit ibidè Torniellus, plurima & nobilissima arborum genera, ea posuisse cum esse, quæ fructus edunt autumnales. Consequenter dicet, perfectionè simpliciter sumptam, non secundùm omnia prorsus, sed secundum perfectiora, esse attendendam.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. apud Pererium num. 120. post init. & apud Torniel-

lu n num. ... med. Petitur ... ex scriptura A sacra, ab Anno sacro, seu mense primo anni sacri, Hebræorum. Exod 1. vers. 10. *Dixit quoque Dominus ad Moysem & Aaron in terra Ægypti*. vers. 2. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni*. Hic nempe est ille mēsis qui dicitur cap. 13. vers. 4 *mensis nouarum frugum*: quique simul dicitur exiisse verno tempore, cap. 34. vers. 18. *Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto*: & Deut. 16. vers. 1. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo* B *tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus de Ægypto nocte*: qui denique posterioribus temporibus dictus est *Nisan*. Ibi autem apparet nouam eo loco fieri à Deo constitutionem, de inchoando tunc anno, in memoriam accepti beneficii, siue ratione celebrati, & celebrandi, Paschatis. Ergò quia alium mensem primum habuerunt Hebræi, ad illud vsque tempus. Nam si iam erat primus in omnibus annis ab orbe condito: frustrà statuebatur, vt penes illum esset mensium principatus. C

Confirm. 1. Arg. CONFIRMATVR Hoc Argumentum, à Caluisio, ex Paraphr. Chald. sic habente 3. Reg. 8. vers. 2. *In mense Ethanim, qui antiquitùs antè exodum dicebatur primus, nunc autem septimus*. Cum autem, non reperiatur alter annus, nisi ab autumno: sequitur mundum ab eo fuisse conditum.

3 Arg. III. ARGVMENTVM. apud Torniell. num. 41. med. Petitur etiam ex scriptura sacra, ab Anno, quem volunt, vulgari Hebræorum. Exod. 23. vers. 16. *Solemnitatem* D *quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro*. & cap. 34. vers. 22. *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ*. Hæc scilicet solemnitas Pentecostes. *Et solemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*. Hæc solemnitas Scœnopegiæ siue Tabernaculorum. Ex his duobus scripturæ locis manifestum videtur, exitum & reditum anni, fuisse in autumno. Etenim exitus anni, vt in circulo, cohæret initio anni. Anni vulgaris, ait Torniellus. Nam annus sacer à quo E deinni consueuerat ordo celebrādi statutas per annum solemnitates, Paschæ scilicet, Pentecostes, Tubarum, &c. incipiebat à mense Nisan, qui nostro respondet Martio, vel Aprili, vt præceptum fuerat à Moyse Exod. 12. vers. 2.

3. Confirm 3. Arg. CONFIRMATVR Hoc Argumentum, ... à modo & more, Hebræorum, computandi annum, ac eorum inde sententiâ. Hebræi namque computabant annum à nouilunio Septembris, seu a Lunâ propinquiori æquinoctio autumnali, vnde & festum Tubarum, quod celebrabatur primo die Septembris vocarunt caput, seu initium, anni. & mensem Tisri, qui nostro Septembri, vel Octobri, respondet, vocarunt Tisri à radice תשרי. quæ caput & initium significat, quia nimirum esset initium anni. Propter quæ omnia, dixerunt mundum in autumno fuisse conditum: hanc forsitan habentes traditionem ab Adamo & Noë, per manus posterorum.

2. Confirm 3. Arg. CONFIRMATVR 2. à Iosepho lib. 1. Antiq. cap. 5. aliàs Græc. 4. dicente, Moysem ordinasse vt mensis Nisan esset exordium anni in his quæ ad rem diuinam pertinent: quo vero ad nundinationes rerum venalium, reliquamque dispensationem anni, nihil de prisco ritu immutasse. Quod aduertunt Pererius num. 120. necnon Torniellus loco citato, & anno 2544. num. 13. init. seu pag 283. col. 1. post med. & Caluis. pag. 132. init.

3 Confirm 3 Arg. CONFIRMATVR 3. apud Caluisium pag. 132. post med. Mundum, inquit, in autumno creatum esse ostendunt quædam vestigia in Synagogis Iudæorum, quæ sunt vetustissimi instituti. Lectiones sacrorum Bibliorum antiquitùs ita distributæ sunt, vt semper à mense septimo Lectionarium à primo capite Geneseos inchoetur, vt de creatione mundi legatur, quando tempus anni creationis peractæ nos admonet.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM apud Pererr. num. 120. sub init. & Torniel. num. 4. versus fin. Petitur à modo & more, omnium fere Orientalium, computandi annum. Vt enim ait S. Hieron. in Ezech. 1. *Apud orientales populos, post collectionem frugum & torcularis, quando decimæ deferebantur in templum, October erat primus mensis, & Ianuarius quartus*. Hoc autem nonnisi quia mundum affirmarunt in autumno conditum.

5. Arg. V. ARGVMENTVM. apud Pererr. num. 121 & Torniell. num. 42. Petitur à ratione ... & ... tionis frugum ... ordinem naturæ, & generationis, rerum naturalium, autumnus est finis anni præcedentis, & principium sequentis. Finis quidem: quia tunc decerpuntur fructus ex arboribus, decidunt folia, demessæ segetes frugesque conduntur. Principium: quia tunc sementis fit, & terra mandata sibi semina concipiens, ijsque grauidata, procreat radicem, quodammodo ratione quādam respondet conceptioni, & generationi animalium in vtero. Quocircà autumni tempus conceptioni, & generationi rerum conuenit: ob idque primordijs mundi magis est idoneum; tempus autem veris, magis respondet adolescentiæ & iuuentuti mundi.

Quibus adde, opponi non debere, mundum ergò fuisse creatum in senectute. Nam creatus fuerit primùm in perfectione, & maturitate, quæ senectutem plus redolet quàm

iuuentutem: vt tamen postea annus inciperet quasi à pueritiâ. Sicut nimirùm homo productus fuit in ætate perfectâ: producturus posteà filios qui inciperent in imperfectâ.

6 Arg. VI. ARGVMENTVM, apud Perer. num. 121. fin. Torniell. 41. fin. & Caluis. ibid. suprà. Petitur à ratione, seu Conuenientiâ, diluuij. Supposito priùs per Perer. tanquam magis probabili, antè diluuium annum incœpisse eodem modo quò tempore Diluuij, prout dictum est sub sententiâ primâ: & per Torniell. mensem secundum quò Gen. 7. vers. 11. dicitur diluuium incœpisse, fuisse pariter secundum mensem anni currentis, prout tùm dicetur infrà, tùm obiter supponitur per Perer. dùm num. 120. versùs fin. dicit diluuium incœpisse mense secundo anni: & num. 121. fin. mensem illum secundum fuisse Nouembrem. His, inquam, suppositis, conuenientius est (aiunt) assignare initium diluuij, tempori quod naturaliter magis congruebat ipsi diluuio. Quamuis enim diluuium non prouenerit ex solis naturalibus causis: attamen verisimile est Deum ad illud efficiendum, causis quoque secundis, & naturalibus, ac temporis opportunitate, vsum fuisse. Tempus autem magis diluuio conueniens, est hyemale, quod naturaliter est humidum, ac pluuijs obnoxium; cùm contrà tempus æstiuum, sit ab inundationibus alienum. Itaque si annus incœperit in autumno, medio, vel extremo: diluuium quod durauerit, quantùm ad profusionem imbrium, 150. diebus, id est, 5. mẽsibus, totam hyemem occupauerit; siquidem incœperit circà Nouembrem. Si verò annus incœperit tempore verno: diluuium totam æstatem occupauerit; siquidem incœperit circà Maium. Est ergò conuenientius dici, diluuium, adeóque annum, incœpisse tempore autumnali.

A D omnia Hæc Argumenta, sunt suæ, validæque Responsiones. Sed quoniam ipsamet argumenta commodius soluentur per modum obiectionum, sub tertiâ sententiâ: proptereà Responsione ad ea, visæ sunt nobis illuc reijciendæ.

3 Sent. Mundus creatus verno tempore. III. SENTENTIA. Dicit Mundum fuisse conditum tempore verno: Sole signum Arietis occupante: adeóque circà mensem Martium. Quam sententiam declarando, conueniens est dicere, quod etiam dicunt eius explanatores, Sole existente in principio Arietis: saltem quarta die mundi, quâ fuit Sol productus quæque fuerit vigesimaprima Martij.

Ità Philosophi: Historici: Poetæ: Astrologi: multi Hebræi: omnesque ferè scriptores Ecclesiastici: ac Theologi. Philosophi, vt Aristoteles Lib. 1. de Cœlo, secundum quod eum exponit Ascanius Martinenga, in suâ Glossâ magnâ litterali in Gen. Impress. Patauij (in fol.) an. 1597. pag. 826. Historici, vt Diodorus Siculus Lib. 1. cap. relatus ab Euseb. Lib. 1. De Præpar. Euang. cap. 4. apud eundem Ascan. Poetæ, vt Virgilius 2. Georg. Virgil.

*Non alios primâ nascentis ab origine mundi*
*Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem*
*Crediderim, ver illud erat, ver magnus agebat*
*Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,*
*Cùm primùm lucem pecudes hausêre, virumq;*
*Ferrea progenies duris caput extulit aruis,*
*Immissæque feræ siluis, & sydera cœlo.*

Vide Mancinellum Virgilij Interpretem in hunc locum, apud eundem Ascan. Astrologi, vt Ptolemæus, & Albategnus, apud eundem Ascan. Quâ de causâ etiam, inter alias, Signum Arietis constituunt initium & caput cæterorum Zodiaci, & tanquam principatum inter illa obtinens. Vnde sic numerant ea.

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,*
*Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.*

Ex Hebræis multos, & forsan antiquiores, ità sensisse, testatur Nicætas in orat. 42. Naz. num. 27. init. vbi postquam dixit, *Primùm illũ mensem eundẽ fuisse qui apud Ægyptios Pharmut, apud Macedones Xanticus, apud Hebræos Nisã, apud Romanos Martius* subdit: *Arcanus enim hic apud Hebræs sermo est, hoc tempus esse, quo Deus vniuersam rerum molem condidit.* Ità & sensisse R. Iosue, referunt Liran. & Tostat. hoc loco, & Ioan. Lucid. lib. 1. de Emend. Tempor. cap. 2. Inter scriptores Ecclesiasticos sit, imprimis, Synodus Palæstina, à Theophilo Cæsar. Episc. iussu Victoris Papæ congregata in quâ omnium consensu declaratum est, Mundum esse factum tempore verno: quin etiam 10. Kal. Aprıl. quò die Dominus noster fuit occisus, Adamum fuisse a Deo creatum. Refert hanc Synodum Beda init. lib. de sex ætat. mundi: & fusius in epistolâ quam scripsit de Paschatis celebratione, seu de verno æquinoctio. Deinde, Eusebius in omnimodâ historiâ (quod opus inter eius cætera recenset S. Hieron. Lib. de Scriptor. Ecclesiast. cuiusque hodie nonnulla extare fragmenta monet Pererius) itemque Athanaz. ad quæst. 17. Antiochi, affirmant die 25 Martij, quò Christus D. resurrexit, Mundum fuisse conditum. Prætereà, hanc sententiam amplectuntur S. Ambr. 1. Examet. cap. 4. post init. Cyrill. Hierosol. Catech. 14. Leo. serm. 9. de Pass. Dom. cap. 3. Naz. in orationem nouam Dominicam. Theodoretus q. 72. seu vltimâ Exod. Isidor. lib. 5. Etimol. cap. de temporibus anni, seu 35. Damasc. 2. Fid. 7. Rabanus in 12. Exod. Gloss. Interlin. in 35. Gen. Beda Lib. de Rat. Temp. cap. 28. & 40. Lib. de 6.

... ibus mundi init. & in ... mentariolo in A
Exam. Petrus Come..., seu Author Hist.
Scholast. in historiam lib. Gen. Quorum testimonia producit Ascanius suprà. Producit & aliorum, vt S. Iren. S. Basil. S. Aug. Heliæ Cisterciensis, Iunij, Anselmi Laudunensis, Gaudentij, Aponij, Iulij Hilarionis, Albini Flacci, Ruperti, & Hugonis Tarensis. Adde Marianum Scotum init. chronologiæ. Caiet. in 1 Gen. Item, Lincomiensem, Gualterum monachum in lib. 10. de ætate mundi, Paulum Episc. ForoSempton. & alios, quos citat & sequitur Ioan. Lucidus lib. 1. de Emendat. Temp. cap. 2. Item, Genebrard. lib. 1. B
Chronolog. init. seu pag 2. versùs fin. quē de mōre sequitur Adrichom. Itē, Scaliger. in editionibus primis operis sui de Emendat. Tēp. lib. 5. cap. de Conditu mundi init. quem probatam olim sententiam de tempore verno ratione parum firmâ deseruisse, commonstrat Salianus num. 5. Ille autem Scaliger refert Lucret. quem refert etiam Commentator Solini in caput eius 45. ad illa verba *Sacerdotes Ægyptij*. Ità etiam sentiunt Emmanuel Sa. in notis capitis 8. Gen. Clauius in cap. 2. Sphæræ. Greg. de Valenr. 1. part. Disput. 5. q. 3. puncto 3. versu, Postremò. Delrio in Gen. ad diem 3. Cornel. à Lapide in Exod. 12. ad illa verba vers. 2. *Primus erit*, §. Nota Elogia. Laurent. Codomanus (Lutheranus) in suis Annalibus. Capellus, & Kepplerus Sectarij, apud Salian. Ita & Salianus num. 6. apud quem hi ferè omnes notantur, & quorundam ex illis testimonia referuntur. Denique qui initium mundi autumno tribuunt, vltrò concedunt multò plures authores pro tempore verno ferre sententiam. Inter quos D
Tornielius ipse... 20. circiter antiquos Scriptores Græcos & Latinos, & inter Hebræos R. Iosue ex Lucido profert. Huc assumi potest illud Ecclesiæ

*Primo dierum omnium*
*Quo mundus extat conditus,*
*Vel quo resurgens conditor*
*Nos morte victâ liberat.*

Ex illâ enim comunctione creationis mundi, & resurrectionis Christi D. in diem dominicam, Ecclesia sentire videtur vtrumque eadem anni parte euenisse. E

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex scriptura sacra, à Germinatione herbarum Gen. 1. vers. 11. *Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: lignumque faciens fructum*. Ex isto loco sententiam hanc probant Cyril. Hierosl. Theodoret. Damasc. & Nicætas. Salianus autem num. 7. Id, inquit, verno tempori maximè conuenire nemo negare potest.

II. ARGVMENTVM. Petitur 2. Arg. etiam ex scripturâ sacrâ, ab Anni quem authores 2. sententiæ vocare solent, sacrum Hebræorum, seu à mense primo anni (quem vocant) sacri, eorum. Exod. 12. vers. 2. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni*. Hic nempè mensis, quem venisse tempore verno patuit suprà, Exod. 34. vers. 13. & Deuter. 16. vers. 1: constatque apud omnes, dictum fuisse temporibus vltimis, Nisan. Ex isto etiam loco sententiam hanc probant S. Ambros. Nazianz. Nicætas, & Rupertus. Notat autem Salianus num. 8. in textu Hebræo vtrumque membrum loci illius Exodi carere verbo substantiuo; & Septuag. Interpretes supplere tempus præsens *ἐστιν*: nimirum in posteriori membro. Hoc pacto, primum membrum, *Mensis iste, vobis principium mensium*, potest sic exponi: mensis hic, qui vobis iam est principium anni; quia nempe fuit & principium mundi. Secundum verò membrum, *Primus erit in mensibus anni*, sic: vobis etiam erit primus in mensibus anni: ratione nouâ speciali; quia in eo liberati estis ex Ægypto; ideóque in eo Pascha etiam C
celebrabitis, in memoriam tanti beneficij; neque illum mutabitis quacumque de causâ, siue ex consortio Gentium alienigenarum, siue ex ratione aduentitiâ negotiorum, aliarumue solemnitatum. Huc facit punctuatio habita in Editione Vulgatâ: in quâ post illa verba, *Mensis iste*, habetur virgula, & post illa, *Vobis principium mensium*, habentur duo puncta: post quæ subduntur, *Primus erit in mensibus anni*.

CONFIRMATVR Hoc Argumentum, 1. Confirm. 2. Arg. ex eâdem scripturâ sacrâ, à Modis ipsius scripturæ numerandi menses: nimirùm, semper à tempore verno. Et hoc, siue agatur de rebus sacris siue de non sacris. Numquam autem ab autumno. Cum potiùs mensis qui in autumno concurrit cum Septēbri, vel Octobri, (dictus aliàs Tisri) qui saltem aliquando debuisset vocari primus, semper vocetur septimus, & reliqui conformiter. Cùm item mensis qui dicitur constitutus primus pro rebus sacris, adeóque illemet annus, non videatur constitutus talis pro rēbus sacris, nisi quia priùs constitutus fuit pro nōn sacris. Cùm denique annus ille, sit annus à quô Scriptura sacra chronologiā suā texat. Hæc enim signa sunt efficacissima, mensem qui verno tēpore dicitur primus, & reliquos conformiter, adeóque annum ex eis compositum, censeri à scripturâ menses & annum simpliciter dictos: annum autem ab autumno ductum, non ità, sed secundùm quid tantùm.

Declarat. 2. Arg. VT HOC ARGVMENTVM intelligatur, & vis eius habeatur: memoranda sunt ea, quæ dicta fuerunt §. 10. menses in Scripturâ sacrâ computari triplici modo. 1. numera-

liter. 2. nominaliter. 3. vtróque simùl, numeraliter & nominaliter, &c. vtrôuis autem modo,

*Menses script. semper incipiũt à tempore verno.*

Eos numerari semper à tempore verno; & hoc, siue agatur de rebus sacris, siue de non sacris: constat ex omnibus omnino locis, in quibus de illis cum numeratione fit mentio. Et quidem

QVOAD RES SACRAS, tùm apud omnes, tùm in his scripturæ locis. De Primo Mense. Exod. 12. vers. 2. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.* Hunc mensem venisse tempore verno, patuit Exod. 34. vers. 18. & Deut. 16. vers. 1. De eodẽ primo mense, Vide ibid. Exod. 12. vers. 18. 40. vers. 2. & 15. Leuit. 23. vers. 5. Num. 9. vers. 2. 28. vers. 16. 2. Paral. 29. vers. 17. 35. vers. 1. 1. Esdr. 6. vers. 19. 3. Esdr. 1. vers. 1. De Secũdo Mẽse. Num. 9. vers. 10. & 11. *Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procùl in gente vestra, faciat Phase Domino, in mense secundo.* Vide 2. Par 30. vers. 2. 13. & 15. De Tertio Mense. 2. Paral. 31. vers. 7. *Mense tertio cœperunt aceruorum facere fundamenta.* De Septimo Mense. Leuit. 16. vers. 29. *Eritq; vobis hoc legitimum sempiternũ: Mense septimo, decimâ die mẽsis, affligetis animas vestras, nullumquè opus facietis,* &c. Vide cap. 23. vers. 24. 27. 34. 39. & 41. Num. 29. vers. 1. 7. & 12. 3. Reg. 8. vers. 2. 2. Paral. 5. vers. 3. 7. vers. 10. 31. vers 7. 1. Esdr. 3. vers. 1. 2. Esdr. 8. vers. 1. 2. & 14. 3. Esdr. 5. vers. 47. & 53. 9. vers. 37. & 40. Ezech. 45. vers. 25. De Octauo Mense. 3. Reg. 12. vers. 32. *Constituitque* (Ieroboam) *diem solemnẽ in mense octauo, quintadecimâ die mensis, in similitudinẽ solemnitatis quæ celebrabatur in Iuda.* Vide vers. 33. De Decimo Mense. 3. Esdr. 9. vers. 16. *Et elegit sibi viros Esdras sacerdos,* &c. *& consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium illud,* &c.

QVOAD RES NON SACRAS, in multis similiter Scripturæ locis. De Primo Mẽse. Num. 20. vers. 1. *Venerũtq; filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades,* &c. Vide 33. vers. 3. Ios. 4. vers. 19. 1. Par 1 . vers. 15. 27. vers. 2. & 3. 1. Esdr. 7. vers 9. 8. vers. 31. 10. vers. 17. 3. Esdr. 5. vers. 6. 8. vers. 62. 9. vers 17. Iudith. 2. vers. 1. Esth. 3. vers. 7. & 12. 11. vers. 2. Ezech. 29. vers. 17. 30. vers. 20. 45. vers. 18. & 21. Dan. 10. vers. 4. 1 Machab. 9. vers. 3. De Secundo Mense. Num. 1. vers. 1. *Locutusque est Dominus ad Moysem in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, primo die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens:* vers. 2. *Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per co nationes,* &c. Vide vers 18. 10. vers. 11. 3. Reg. 6. vers. 1. & 37. 1. Par 7 vers. 4. 2. Par. 3. vers. 2. 1. Esdr. 3. vers. 8. 3. Esdr. 5. vers. 56. & 57. 1. Machab. 9. vers. 54. 13. vers. 51. De Tertio Mense. Exod. 19. vers. 1. *Mense tertio egressionis Israel de terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai.* Vide 1. Par. 27. vers. 5. 2. Par. 1 . vers. 10. Esth. 8. vers. 9. Ezech. 31. vers. 1. De Quarto Mense. 1. Par. 27. vers. 7. *Quartus, mense quarto, Asaël frater Ioab,* &c. Vide Ierem. 39. vers. 2. De Quinto Mense. Num. 33. vers. 38. *Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, iubente Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense quinto,* &c. Vide 4. Reg. 25 vers. 8. 1. Par. 27. vers. 8. 1 Esdr. 7. vers. 8. & 9. 3. Esdr. 8. vers. 6. Ierem. 1 vers. 3. 28. vers. 1. 52. vers. 12. De Sexto Mense. 1 Par. 27. vers. 9 *Sextus, mense sexto, Hira filius Acces,* &c. Vide 2. Esdr. 6. vers. 15. Ezech. 8. vers. 1. Aggæ. 1. vers. 1. 2. vers. 1. De Septimo Mense. 4. Reg. 25. vers. 25. *Factum est autem in mense septimo, venit Ismaël filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regio, & decemviri cum eo: percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos, qui erant cum eo in Maspha.* Vide 1. Par. 27. vers. 10. Ierem. 28. vers. 17. 41. vers. 1. Aggæ 2 vers. 2. 1. Machab. 10. vers. 21. De Octauo Mense. 3. Reg. 6. vers. 38. *Et in anno vndecimo, mense Bul (ipse est mẽsis octauus) perfecta est domus in omni opere suo.* Vide 1. Par. 27. vers. 11. Zachar. 1. vers. 1. De Nono Mense. 1. Par. 27 vers. 12. *Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites de filijs Iemini,* &c. Vid. 1. Esdr. 10. vers. 9. 3. Esd. 9. vers. 5. Ierem. 36. vers. 9. & 22. Agg. 2. vers 11. & 19. Zachar. 7. vers. 1. 1. Machab 4. vers. 52. De Decimo Mense. 4. Reg. 25. vers. 1. *Factum est autem anno nono regni eius* (Sedeciæ) *mense decimo, decimâ die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius, in Ierusalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones.* Vide 1. Par. 27. vers. 13. 1. Esdr. 10. vers 16. Esth 2 vers. 10. Ierem. 39. vers. 1. 52. vers. 4. Ezech. 24. vers. 1. 29. vers. 1. 33. vers. 21. De Vndecimo Mense. Deut. 1. vers. 3. *Quadragesimo anno* (scilicet, egressionis de Ægypto) *vndecimo mense, primâ die mensis, locutus est Moyses ad filios Israel,* &c. Vide 1. Par. 27. vers. 14. Zachar. 1 vers. 7. 1. Machab. 16. vers. 14. De Duodecimo Mense. 4. Reg. 25. vers. 27. *Factum est verò in anno vigesimoseptimo transmigrationis Ioachin regis Iuda, mẽse duodecimo, vigesimaseptimâ die mensis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno quô regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.* Vide. 1. Par. 27. vers. 15. Esth. 2. vers. 12. 3. vers. 7. & 13. 8. vers. 12. 9. vers. 1. 13. vers. 6. 16. vers. 20. Ierem. 52. vers. 31. Ezech. 32. vers. 1.

Eos verò nunquam numerari ab autumno: ex se constat; quia nusquam eiusmodi numeratio reperitur in Scripturâ.

QVOD autem Mensis qui in autumno concurrit cũ Septembri vel Octobri, (dictus

aliàs

aliàs Tisri, quique saltem aliquando debuisset vocari primus, semper vocetur septimus: patet, tum quia nusquam vocatur primus: tum quia si alicubi debuisset sic vocari, maxime vbi agitur de rebus historicis, & non sacris, & in particulari de congregatione fructuum. Atqui non sic vocatur: sed simpliciter septimus. Et imprimis non sic vocatur vbi agitur de sacris, siue, de solemnitatibus, etiam in eo incipientibus vt patet de Festo Tubarum, Leuit. 23. vers. 24. de Festo Expiationis, vers. 27. de Festo Tabernaculorum, vers. 34. 39. & 41. de quibus agitur præsertim in Libro Numer. vt, De Festo Tubarum, cap. 29. vers. 1. *Mensis etiam septimi, prima dies venerabilis & sancta erit vobis, omne opus seruile non facietis in eâ, quia dies clangoris est & tubarum.* De Festo Expiationis. vers. 7. *Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus seruile non facietis in ea.* De Festo Tabernaculorum, vers. 12. *Quintadecimâ vero die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in eâ*, &c. Item, maximè de solemnitatibus in eo tam incipientibus, quàm finientibus; vt patet de annis Sabbathicis, & Iubilæis, Leuit. 25. ferè toto, & præsertim vers. 9. & 10. Deinde, non item sic vocatur vbi agitur de rebus Historicis: vt patet, 4. Reg. 25. vers. 25. *Factum est autem in mense septimo, venit Ismaël filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regio, & 10. viri cum eo: percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos, qui erant cum eo in Masphâ.* & in alijs locis notatis supra, vbi de septimo mense. Denique, non sic vocatur in particulari vbi agitur de congregatione fructuum vt patet Leuit. 23 vers. 39. *A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini 7. diebus.*

QVOD reliqui menses conformiter, patet, tum quia nusquam vocantur aliter: tum ex locis notatis suprà de illorum singulis. Vbi non omittendum, quod si quis mensis numerandus erat ab autumno: certè vel ipse Nisan, qui sæpius reliquis allegatur in scripturâ, quique varijs rationibus præ illis est notabilis, qui proinde vocari potuisset, saltem aliquando, septimus. Atqui nusquam vocatur nisi primus.

QVOD item mensis qui dicitur constitutus primus pro rebus sacris, non videatur constitutus talis pro rebus illis: nisi quia priùs constitutus fuit pro non sacris: patet, Exod. 12. vers. 2. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.* Ecce imprimis, mensis ille statuitur primus mensis in mensibus anni: postea vero ad eum reducitur solemnitas quæ sequitur, vers. 3. *Loquimini ad vniuersum coetum filiorum Israel, & dicite eis: Decimâ die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias: & domos suas:* idemque consequenter est dicendum, de reliquis solemnitatibus. Cõfirmatur hoc, quia solemnitas illa facta est propter eductionem populi de Ægypto: non contrà eductio propter solemnitatem. Siquidem instituta est solemnitas in memoriam beneficij eductionis: vt patet Deut. 16. vers. 1. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primùm temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus nocte.* Et ideò sæpè etiam inculcatur in ipsâmet Exodo: vt eodem cap. 12. vers. 41. *Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.* vers. 42. *Nox ista est obseruabilis Domini, quãdo eduxit eos de terra Ægypti: hanc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis.* & vers. 51. *Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de terrâ Ægypti per turmas suas.* & cap. 13. vers 3. *Et ait Moyses ad populum. Mementote diei huius in quâ egressi estis de Ægypto & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt non comedatis fermentatum panem.* vers. 4. *Hodie egredimini mense nouarum frugum.* vers. 5. *Cúmque introduxerit te Dominus in Terram Chananæi*, &c. *celebrabis hunc morem sacrorum, mense isto.* &c. vers. 8. *Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto.* vers. 9. *Et erit quasi signum in manu tuâ, & quasi monumentum ante oculos tuos: & vt lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.* Cõfirmatur a simili eod. cap. 13. Exod. vers. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filijs Israel, tam de hominibus, quàm de iumentis*, &c. vers. 11. *Cúmque introduxerit te Dominus in Terram Chananæi*, &c vers. 12. *separabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis: quidquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino*, &c. vers. 14. *Cúmque interrogauerit te filius tuus cras dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terrâ Ægypti, de domo seruitutis.* &c. vers. 16. *Erit igitur quasi signum in manu tuâ, & quasi appensum quid, ob recordationem inter oculos tuos: eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.* Item, cap. 34. vers. 18. *Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto.* Demùm, Num. 33. vers. 3. *Profecti igitur de Ramesse mense primo, quintadecimâ die mensis primi, alterâ die Phase, filij Israel in manu ex-*

*celſa , videntibus cunctis Ægyptijs.* Vide reliquum cap. quô toto narrantur conſequenter omnes caſtrametationes eorum. His locis profectio eorum , etſi res non ſacra : nihilominùs à menſe illo primo qui dicitur anni ſacri , ſimpliciter & prius enarratur. Ergò quia prius menſis ille pro rebus non ſacris fuit inſtitutus.

Anni ſcript. ſemper incipiunt à tempore verno.

QVOD denique annus ille ſit annus à quo ſcriptura ſacra chronologiam ſuam texat : patet, tùm ex dictis iam de menſe illo primo , à quo annus erat incipiendus, & ſecundùm illum ſolemnitates reducendæ : tùm ſpecialiter , Exod. 40. verſ. 15. *Igitur menſe primo anni ſecundi* ( ſcilicet egreſſionis de Ægypto ) *primâ die menſis , collocatum eſt tabernaculum.* Num. 1. verſ. 1. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſem in deſerto Sinai in tabernaculo fœderis , primâ die menſis ſecundi , anno altero egreſſionis eorum ex Ægypto,* Cap. 9. verſ. 1. *Locutus eſt Dominus ad Moyſem in deſerto Sinai , anno ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de terrâ Ægypti menſe primo , dicens.* Cap. 33. verſ. 38. *Aſcenditque Aaron ſacerdos in montem Hor , iubente Domino : & ibi mortuus eſt , anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Ægypto , menſe quinto , primâ die menſis.* Deuter. 1. verſ. 3. *Quadrageſimo anno* ( ſcilicet egreſſionis de Ægypto ) *undecimo menſe , primâ die menſis , locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael omnia quæ præceperat illi Dominus , vt diceret eis.* 3. Reg. 6. verſ. 1. *Factum eſt ergò quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terrâ Ægypti , in anno quarto menſe Zio ( ipſe eſt menſis ſecundus ) regni Salomonis ſuper Iſrael , ædificari cœpit domus Domini.* Confirmatur hoc à ſimili. Nam 4. Reg. 25. verſ. 27. & Ierem. 52. verſ. 31. *Factum eſt autem in anno trigeſimoſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iuda , menſe duodecimo , vigeſimaſeptimâ die menſis , ſubleuauit Euilmerodach rex Babylonis , anno quô regnare cœperat , caput Ioachin regis Iuda de carcere* : ſicut , inquam , ibi deſumitur annorum Epocha , ab anno Tranſmigrationis Iechoniæ , quod etiam fit ſæpe apud Ezech. vt cap. 1. verſ. 2. 8. verſ. 1. 20. verſ. 1. 24. verſ. 1. 26. verſ. 1. 29. verſ. 1. 31. verſ. 1. 32. verſ. 1. 33. verſ. 21. & 40. verſ. 1. ſicut plurimæ habentur ſimiles Epochæ in ſcripturâ ſacrâ , vt 4. Reg. 24. verſ. 12. 25. verſ. 8. Ierem. 25. verſ. 1. 52. verſ. 12. 28. 29. & 30. de regno Nabuchodonoſor regis Babylonis : ità manifeſtum eſt in his locis Epocham Hebræorum ſimpliciter ſumi per Moyſem , ſicut poſteà per authorem libri 3. Regum , à tempore Egreſſionis eorum de Ægypto. Confirmatur hoc item , ex locis in quibus finis & initium anni deſignantur ſimpliciter circà vernum tempus. v. g. Num. 28 verſ. 24. fin. *Hoc erit holocauſtum per omnes menſes , qui ſibi anno vertente ſuccedunt.* Quo autem tempore annus vertens incipiat , oſtẽditur verſ. 16. *Menſe autem primo , quartadecimâ die menſis , Phaſe Domini erit.* 2. Reg. 11. verſ. 1. itemque 1. Par. 20. verſ 1. *Factum eſt autem vertente anno.* Quando autem vertatur annus , oſtenditur cum additur , *tempore quo ſolent reges ad bella procedere* , ſcilicet , verno. Et hinc intelligere licet , locos ſimiles. v. g. 2. Par. 24. verſ. 23. *Cúmque euolutus eſſet annus , aſcendit contrà eum exercitus Syriæ , &c.* & forſan cap. 36. verſ. 10. *Cúmque circulus anni volueretur , miſit Nabuchodonoſor , &c.* & Eſther. 9. verſ. 21. *Vt quartamdecimam , & quintamdecimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent , & reuertente ſemper anno , ſolemni celebrarent honore.* Adar enim erat menſis vltimus , ſeu duodecimus , circa cuius decimamquintam appropinquabat reuertens annus.

Confirm.

CONFIRMATVR omninò hoc ex libris Machabæorum. In quorum 1. conſentiunt omnes , annos chronologicos computari more Iudaico à menſe Niſan : ſicut in eorum 2. computari more Chaldaico à menſe Elul , prout fuſius declarabitur ſuo loco.

QVID plura ? ipſemet Torniellus loco ſuprà citato , ſcilicet anno 2054. num. 13. hæc habet. Eſt etiam hoc loco valdè notandum , quod licet Ioſeph. 1. Antiq. 4. dixerit Moyſem ordinaſſe , vt menſis Niſan eſſet exordium anni , in his quæ ad rem diuinam pertinent , quo verò ad nundinationem rerum venalium , & ad reliquam diſpenſationem anni , nihil de priſtino ritu immutaſſe : nihilominus ſcriptura ſacra , etiam poſt eiuſdem anni ſacri inſtitutionem , in rebus geſtis per tempora notandis nullam ferè videtur habuiſſe huiuſcemodi diſtinctionis rationem. Nam præter vnum atque alterum locum , nempe Exod. 23. verſ. 16. & 34. verſ. 22. vbi de nonnullis ſolemnitatibus feſtiſque diebus celebrandis agens , non anni ſacri , ſed communis mentionem facit , forte quia tunc annus ſacer , licet paulò antè iam fuiſſet inſtitutus , nondum tamen adhuc omninò erat in vſum introductus : de cętero videmus eandem ſcripturam indifferẽter etiam ea quæ ad feſtiuitates cultumque diuinum non pertinent , per anni ſacri menſes adnotare conſueuiſſe , vt manifeſtum fiet exemplis continuo proferendis , in quibus omnibus tum ex ipſorum menſium nominibus , tùm ex eorumdem numeris , clarè perſpicitur , citari ſemper menſes anni ſacri , non communis. Hactenus Torniellus.

VERVM , expungenda fuit illa particula *ferè.* Nuſquam enim Scriptura ſacra huiuſcemodi diſtinctionis habet rationem.

Nec faciunt contrà, loci ab eo notati, Exod. 23. & 24. vt videbitur in responsione ad 3. argumentum. Expungenda fuit item periodus illa, *fortè quia tunc annus sacer, licet paulò antè iam fuisset institutus, nondum tamen adhuc in vsum omninò erat introductus*. Siquidē, vt iam monuimus, illa loca nihil inferunt pro intento Tornielli; & nullatenùs verisimile est, aut populum ab ipsomet initio non obseruasse præceptum illud de anno quem vocant sacrum, quod fuit præceptum omnium primum: aut scripturam ipsam sacram non fuisse locutam secundùm illud; cùm potiùs è contrario manifestum sit, scripturam sacram in omnibus locis omninò locis computare solemnitates suas iuxtà præceptum eiusmodi, nullo verò in loco aliter quàm iuxtà illud. Vnde tandem postquam Torniellus attulit loca quædam Scripturæ, in quibus fit mentio, & numerorum & nominum mensium Hebræorum, hæc subiungit: vide omnia quæ adduximus loca, & inuenies plurima ex his quæ sub eisdem mensibus acta fuisse dicuntur, nullatenùs ad sacras solemnitates, cultumque diuinum pertinere: & tamen per anni sacri menses esse notata; vt hinc discamus, scripturam sacram post anni sacri institutionem, per eumdem, non autem per annum communem, sua metiri tempora maluisse, quod semel hic obiter aduertisse sufficiat. Hæc Torniellus. Addamus nos, vt hinc potius discamus, distinctionem illam anni sacri & communis, in ratione chronologiæ, gratis & absque fundamento in scripturà sacrà esse confictam: & solius anni, quem vocant, sacri, rationem, quoad chronologiam, prorsùs esse habendam. Vnde etiam Cornel. à Lapid. in Exod. 12. ad illa verba vers. 2. *Primus erit*, fatetur scripturam sacram semper vti anno sacro. Hinc ergò concludendum est, menses & annum hoc loco Exod. 12. necnon in sequentibus, à tempore verno simpliciter esse incipiendos.

2. Confirm. 3. Arg. CONFIRMATVR Hoc Argumentum 2. à Ratione. Nam verissimile est omninò, Moysem constituisse initium anni in eàdem temporis parte, in quà fuerat sub prioribus Patriarchis. Consequens est igitur annum initio mundi cœpisse tempore verno. Cuius insuper, nonnullum vestigium reperire est in illis verbis Exod. 12. vers. 40. *Habitatio autem filiorum Israel quà manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum*, vers. 41. *Quibus expletis eàdem die egressus est omnis exercitus Domini de terrà Ægypti*. Si enim illa verba, *Quibus expletis*, referantur ad vigesimam primam Martij: optimè intelligetur, quomodò annis illis expletis per 14. aut 15. dies, filij Israël egressi fuerint de Ægypto. Vt omittam etiam illa verba, *Eàdem die*, quæ iterantur vers. 51 posse sic exponi, vt referantur ad similem diem, quà descensus in Ægyptum fuerit factus, seu quà habitatio in Ægypto fuerit incœpta.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur, à Conuenientijs, quibus suadetur abundanter, mundum fuisse conditum in æquinoctio verno.

1. Conuenientia. I. CONVENIENTIA. Petitur ab ipsomet anno, spectato in se, & in eis quæ ad illum pertinent. Si priùs supponatur, conuenientius esse Deum, in primà rerum constitutione, & præsertim quoad productionem primæ lucis, Solisque posteà, qui quarià die successit luci, habuisse rationem regionis paradisi terrestris, adeóque Palæstinæ intrà eamdem zonam constitutæ, ob rationes varias: vt, quod ibi hominem erat creaturus & locaturus: quod ipsemet ibi humanam carnem erat assumpturus: ibi conuersaturus: ac denique hominem redempturus. Item, conuenientius esse nos eiusmodi rationem habere, vel ex hoc solo quod scriptura sacra loquitur primò & principaliter de eiusmodi regionibus. Hoc inquam supposito, fundamentum conuenientiæ consistit in hoc, quod præcipua pars anni, comparatione regionum illarum, sicut & omnium quæ sunt inter Tropicum Cancri, & circulum Arcticum, est ab æquinoctio verno, Sole existente in principio Arietis, vsque ad æquinoctium autumnale. Hoc autem ità esse, ostenditur tripliciter. Nam 1. tunc incipiunt dies maiores, & iucundiores, respectu regionum illarum: contrà verò ab æquinoctio autumnali breuiores, & tristiores, qui à noctibus superantur. 2. Tempus illud, vt aduertit Aristoteles 2. de Generat. cap. 10 generationibus rerum perfectatum inseruit: contrà verò in reliquà anni parte eædem res corrumpuntur. 3. Tunc incipiunt flores, frondes, & fructus, pulchritudoque huius mundi, ac vigor viuentium omnium: contrà verò ab æquinoctio autumnali incipiunt res marcescere, frondes ac fructus decidere, nitorque ac pulchritudo agri petire. Itaque, cùm Dei perfecta sint opera, Deuter. 32. vers. 4. credibile est eum produxisse mundum, potius in initio præcipuæ partis anni, quàm in initio alterius.

2. Conuen. II. CONVENIENTIA. Petitur ab anno diluuij, spectato in sui initio & fine, & ad annum conditus mundi comparato. Conueniebat enim homines peccatores puniri in eà parte anni, quæ magis fauens est lætitiæ, & voluptati. Conueniebat item Noë iustum & suos, eidem parti quæ magis fauet lætitiæ, restitui. Conueniebat denique tunc diluuium

cessare, quando tempus ex ratione suâ debebat nouas fuges & fructus hominibus reliquisque animantibus suppeditare. Hoc autem est vernum tempus. Atqui conuenientius est mundum fuisse deletum per diluuium, eodem tempore quô fuerat conditus, eodemque pariter fuisse quasi reconditum: vt mali qui eô fuerant abusi, eodem in tempore delerentur: boni verò eodem rursùs potirentur. Ergò conuenientius est eum conditum fuisse verno tempore.

3 Conuen. III. CONVENIENTIA. Petitur à mysterijs quæ Deus operatus est in illâ temporis parte: & hoc multipliciter. 1. apud Theodoretũ in Exod. q. 72. seu vltimâ. Tempus illud elegit (dic, & mẽsem) vt filios Israel de terrâ Ægypti educeret, & Hebræi pascha celebrarent. 2. apud eundem Theodoretum, vt carnem humanã in vtero Virginis assumeret. 3. apud eundem Theodoretum, vt morte sua sacratissimâ mundum redimeret. Adde apud Euseb. & Athanaz. suprà: & gloriosâ suâ resurrectione exhilararet. Iungi potest. 4. apud Euseb. ibi dicentẽ, Christum Dominum fuisse in cruce mortuum, eodem die quo Adam in paradiso peccauerat, vt Adami peccatum eodem die tolleret, quô ille in paradiso commiserat. Adde. 5. ex Ios. 4. vers. 3. Tempore illo & mense, Hebræos ingressos esse terram promissionis. Adde 6. Piè credi, eodem tempore in iudicio electos fore in cœlum corporaliter introducendos. Sic ergò conueniens videtur, Deum tempus illud elegisse, vt in eô mundũ ædificaret: vt sic eductio filiorum Israël de Ægypto, figurans reparationem mundi, prout canit Ecclesia in vigiliâ Paschatis: & reparatio mundi, referens eiusdem productionem: vtraque nobis significaret mundum fuisse conditum tempore verno.

Confirm. 3. Conuen. CONFIRMAT Hoc Salianus num. 7. dicens. Huic coniecturæ fidem conciliat, quod videmus, Deum interdùm huiusmodi temporum consonantiæ rationem habuisse. Nam 1. Machab. cap. 4. vers. 54. *Secundùm tempus, & secundùm diem in quâ contaminauerant illud* (altare) *gentes, in ipsâ renouatum est in canticis, & cytharis, & cyniris, & in cymbalis.* Idem etiam accuratè notat Author 2 Machab. (nempe, cap. 10. vers. 5.) Ergò rationi consentaneum est, fateri eodem tempore reparatum fuisse mũdum, quô fuerat conditus. Atqui verno tempore constat fuisse reparatum: siue restaurationem eius incarnationi Domini tribuamus, siue Passioni.

OBIICIVNTVR contrà Hanc Sententiam omnia argumenta, quæ adducta sunt in probationem præcedentis sententiæ. Quare

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM sententiæ præcedentis, permultæ sunt Responsiones: quarum nonnullæ de solo paradiso terrestri loquuntur: aliæ verò de reliquis etiam regionibus illi circũjacentibus. Et primi quidem generis responsiones viderentur satis ex hoc refelli, quod scriptura sacra non loquatur de solo paradiso terrestri: ratione verò naturali eadem sit consideratio paradisi terrestris, & regionum ei vicinarum. Nihilominus quia speciales habent refutationes: ideò non videntur omittendæ. Itaque — a Sent.

I. RESPONSIO est, quorumdam apud Perer. num. 123. init. In paradiso terrestri binas quolibet anno fuisse arborum fructificationes, binosque frugum prouentus, nempe vere & autumno: quemadmodùm de Indiâ Plinius, de Taprobanâ insulâ Solinus, & de terris æquatori subiectis, atque inter Tropicos interjacentibus, alij prodiderunt. — 1. Resp.

SED HÆC Responsio refellitur à Perer. quòd paradisus terrestris non fuerit in eiusmodi regionibus; sed vel in extremitate Mesopotamiæ: vel circà illam: adeóque in terris, in quibus constat eiusmodi fructificationes arborum non euenire. — Reijcitur.

II. RESPONSIO est, quorumdam aliorum apud eumdem Perer. ibid. post med. In paradiso terrestri diuersa fuisse fructuum genera; & quædam in vere, alia in autumno prouentura fuisse: quinetiam quouis anni tempore fructus fuisse in paradiso futuros. — 2. Resp.

SED HÆC etiam refellitur, quatenùs velint necesse est, illam fructuum diuersitatem prouenisse, & prouenturã fuisse, inusitato quodam miraculo, naturis rerum seu regionis non conueniente. Naturaliter enim hæc posteà euentura non erant, in regionibus illis. Nam quamuis omnia tunc facta fuerint supernaturaliter, quoad modum: non tamen quoad res, sed conformiter naturis earum. — Reijcitur.

III. RESPONSIO est, aliorũ apud eumdem Perer. ibid. post init. fuisse tempore verno creatas arbores in exordio mũdi, cum fructibus maturis, ità miraculosè, vt tamen illis decerptis sublatisque, alij proximo autumno secundùm ordinem naturalem, & per naturalem vim ac potestatem arborum, fuerint producti. — 3. Resp.

HÆC etiam refellitur à Perer. quod fructus non decidant nisi post maturitatem. Cadunt enim ob frigus exsiccans, & adurens humorem glutinosum & tenacem, quô frondes & fructus cohærescunt arbori, & ab eâ dependent. Hoc autem verno tempore non contingit. Qui autem maturandi sunt in autumno, per totum ferè annũ præparantur in arboribus. Nam per hyemem arbores implentur humore geniali & fructifero: vere præmittunt frondes & flores: æstiuo — Reijcitur.

tempore fructus pullulant, v[illegible]scunt, & augescunt. Quocircà necessarium fuisset statim ex arboribus fructus decidere, vt locum darent fructibus in autumno maturandis: hos verò maturandos statim etiam & contrà ordinem præparasse quæ omnia sunt rationi aliena, & miracula multiplicant absque necessitate.

*4. Resp.*

IV RESPONSIO est aliorum, apud eundem Peret. ibid. Ità miraculose productos fuisse maturos fructus, vt autumno proximo nulli fuerint in arboribus, nec inde vsque ad sequentem annum. quasi videlicet productio eorum prima, per miraculum anticipata, in causa fuerit cur secunda per tantum temporis fuerit dilata.

*Reijcitur.*

HÆC etiam resellitur a Perer. quod hoc sit maximè inordinatum: & primordijs mundi, ac potestati naturæ, tunc ad agendum potentissimæ ac fœcundissimæ, minimè congruat. Vt omittatur, toto illo anno & dimidio, nec animalia, nec homines, sine fructibus commode vitam ducere & tueri potuisse.

*5. Resp.*

V. RESPONSIO est, quam adducit ex se Perer. & prioribus forsan probabiliorem censet, ibidem fin. Tunc, quia voluit Deus, & ità fieri par erat, factas esse arbores verno tempore cum fructibus maturis, eosque Deum conseruasse in arboribus vsque ad proximum autumnum: exinde autem factam esse eorum generationem atque propagationem eodem modo naturali qui nunc fit, vel non conseruasse tanto tempore fructus in arboribus, sed proximo autumno miraculose similiter, vt primùm fecerat, eos produxisse.

*Reijcitur.*

HÆC Responsio, quantùm ad priorem partem videtur quidem aliquam habere speciem probabilitatis; quia admittit solummodò continuationem miraculi, quæ nonità dedecet patrationem primi. Quantùm autem ad posteriorem partē, resellitur; quia admittit duo miracula æqualia, absque necessitate. Quoad vtramque nihilominus, resellì etiam potest; quoniam extendit miracula sine necessitate cogente.

*6. Resp.*

VI. RESPONSIO est, quam etiam adducit ex se Perer. ibid. Extrà paradisum quidem, arbores quæ non ferunt naturaliter fructus maturos ante autumnum, non fuisse tunc creatas cum fructibus maturis, ne sit necesse multiplicare miracula. Consequēter dicat necesse est, intrà paradisum fuisse miraculosè cum fructibus maturis onustas. Quod si quæras: vnde igitur extrà paradisum tunc vsque ad autumnum, hominibus, & animantibus, victus? Partim, inquit, ex herbis, quarum ante diluuium mira fuit vis ad alendum, miraque salubritas, & suauitas: partim ex fructibus arborum, qui verno tempore fructificant præsertim in locis calidis, & humidis, vt in Mesopotamia, vbi primum creditur homo habitasse.

*Reijcitur.*

SED HÆC Responsio resellì etiam posse videtur, quod admittat miraculum pro fructibus omnibus paradisi, tanquàm productis tempore suo non naturali: quod sanè, quantùm fieri potest, videtur euitandum in huiusmodi quæstionibus.

*7. Resp.*

VII. RESPONSIO est Greg. de Val. in 1. part. Disp. 5. q. 3. puncto 3. & Salian. num. 10. Aliquid illo anno præter futurum ordinem in fructuum acceleratione contigisse: vt experientià constat aliquando tepidà hyeme, aut calidiore vere, flores, ac fructus, messes, ac vindemias, vno atque etiam altero mense accelerari.

*Declaratur.*

QVAM RESPONSIONEM amplificans Salianus, hæc, ait: Quod si Hebræis ordinariè mensis primus, mensis nouorum fuit, sicut & appellatus est Exod. 13. vers. 5. *Hodie egrediemini mense nouarū frugum*: cap. 34. vers. 18. *Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mēsis nouorum. mense enim verni temporis egressus es de Ægypto*: & Deuter. 16. vers. 1. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primùm temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte*: vt etiam manipuli primarum segetum ex Domini iussione offerentur (quod de hordeaceā messe intelligitur: nam triticea 7. hebdomadibus posterior erat) quid mirum si anno illo cœlum nouum, & terra noua, nouâ benedictione Domini consecrata, in vsum primorum parentum, fructus optimos quàm citissimè, & quam abundantissimè, protulerit? Adde quod duæ personæ tantū nutriendæ erant, & facilè est præcoces aliquos fructus in arboribus reperiri, qui plures etiam hebdomadas aliorum maturitatem anteuertant. Bestiæ autem neque in tanto erant numero, vt non facilè reperire possent, vnde viuerent; cùm alioqui neque serant, neque metant, neque congregent in horrea, Math. 6. vers. 25. quibus tamen diuina prouidentia non deest, non verno tempore tantùm, terrâ vbique germinante, sed etiam per medias glacies ac pruinas, dùm sola terrarum nitibus oblita, bestias in suis antris ac latibulis obsessas tenent. Hactenùs Salianus.

*Approbatur, & Declaratur ab authore.*

HÆC RESPONSIO est melior. Si tamen aliquomodò Expositiones locorum scripturæ præponantur: Responsio ipsamet declaretur: & ad Obiectionis singula expressiùs respondeatur. Itaque

LOCA SCRIPTVRÆ possunt exponi altero ex his modo vel ad rigorem, de omnibus arboribus habentibus actu fructus maturos in se, & de omnibus omninò fructuū

generibus: vel non ità ad rigorem, vt intelligantur partim de aliquibus arboribus habentibus in se fructus victualiter solum, partim aliquibus habentibus eos in se immaturos, partim denique aliquibus habentibus eos in se maturos. Nã verbi gratia, verba illa, Cap. 1. vers. 11. *Cuius semen in semetipso sit super terram:* & illa vers. 10. *Habens vnumquodque sementem secundum speciem suam:* quæ verba manifestum est loqui non de solo paradiso, sed etiam de alijs terris · possunt exponi hoc vno modo: cuius semen sit in eis actu; possunt & hoc altero: cuius semen sit in eis secundum virtutem, seu potestatem, quà possint illud exercere actu tempore suo, siue, cuius semen sit in eis non actu nunc, sed temporibus suis. Et posteriori quidẽ expositioni fauere possunt illa verba præcedentia, *faciens fructum*, &, *faciens fructum iuxta genus suum.* Etenim ex similibus rursùs præcedentibus, *germinet terra herbam virentem, & facientem semen*, &, *protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxtà genus suum*: manifestè patet sensum esse, non quæ faceret tunc semen actu perfectum: sed quæ faceret tempore suo: non enim herba simul viret, & facit semen suum perfectum. Item, illa verba Cap. 2. vers. 9. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue:* possunt sic exponi, vt illud *lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue*, significet, vel ipsam arborem, & hanc aptam habere fructum in tempore suo: vel ipsummet fructum, & hunc actu tunc existentem: & illud, *omne*, significet vel omnem fructum omnis generis prorsus, vel solummodò omne illud quod tempore illo produci conueniebat. Denique, illa verba vers. 16. *Ex omni ligno paradisi comede:* & illa Capitis 3. vers. 2. *De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur:* quæ manifestum est loqui de solo paradiso: exponi possunt, vel de omnibus fructibus, siue actu, siue virtute existentibus in omnibus omninò arboribus, quò priori modo posito, verbum illud, *vescimur*, significãs, *potestatem habemus vescendi*, amplificandum erit de potestate ad fructus aliquos suo tantùm tempore comedendos: vel solum de omnibus fructibus existentibus actu in aliquibus solùm arboribus. Prætereà,

RESPONSIO ipsamet (septima) potest ità declarari, vt admittatur non solùm aliquid illo anno præter futurum, vel potius communiorem ordinem, in fructuum acceleratione contigisse, prout experientià constat: sed absque hoc amplius, vt in regionibus illis maximè temperatis, & prout testatur Xenophon Cyropæd. lib. 8. inter med. & fin. ipsa hyeme tepidis, vnde consequenter & tempore verno non parum calidis productæ sint arbores, aut aliquæ, aut etiam variı generis non paucæ, quæ ex natura suà ferrent fructus ab ipso vere.

HIS ità positis, quærendum est ab auctoribus præcedentis sententiæ, an loca Scripturæ sumant priori modo, id est, pro omni prorsùs fructu: an vero secundo modo, id est, pro omni alicuius solum generis? Si primo modo, prout videntur eorum multi sumere tunc conuenit eis, id quod aduertit Salian. num. 11. Non vident inquit se multo plura præter naturas arborum concedere omnes enim fructus qui vere prodeunt & æstate, nec in autumnum vsque perueniunt, nouo in saculo autũnales facti sunt. Si secũdo modo, vt concessit supra Torniellus: tunc imprimis incidunt in illa incomoda, quæ distinctiuè subdit Salianus dicens: Aut certè plurimæ arbores floribus frondibusque vacuę in illo amœnissimo deliciarum loco, cum nudis frondibus productæ. Gemebant igitur (pergit) in illo communi totius terræ gaudio, tot cerasorum, prunorum, malorum, Assyriarum, Medicarum, Persicarum, Atmenicatum genera. Stabant non sine pudore cũ cæteris, tot species pyrorum, ficuum, amygdalarum, alioqui non paucæ, &c. Sic Salianus. Deinde, cogentur admittere, ad veritatem Scripturarum satis esse, quod productæ fuerint, non contrà naturæ ordinem, & cum miraculorum multiplicatione, aliquæ arbores, & plantæ, sufficientes ad sustentationem tùm hominũ, tùm cæterarum animantium, illo tempore existentium. Itaque

AD VIM OBIECTIONIS Respondetur directè, negando assumptionem. Nam in illis regionibus maturatio fructuum, & plantarum, quæ sufficerent hominibus, & alijs animantibus, tunc existentibus, fit verno tempore. *Ad vim Obiect.*

AD CONFIRMATIONEM Respondetur, perfectionem operum Dei, non excludere, quin supposità perfectione aliquà primà & simplici causarum, tendatur nihilominùs quoad effectus, ab imperfectis ad perfecta, siuę ab imperfectioribus ad perfectiora. Perfectio autem arborum prima & simplex, consistit in esse creatis, specie & statu perfectis, cum aptitudine proferendi fructus suos temporibus debitis · nonnullæ quidem velociùs, tempore verno, & æstiuali: nonnullæ autem tardiùs, tempore solum autumnali: omnes tamen eodem anno. Non consistit autem in habendis actu fructibus omnis generis; aliàs enim, vt arguit Salian. num. 16. omnes fœminæ (saltem Eua) debuerant grauidæ procreari: quod est absurdum. Adde, similiter reliquæ herbæ ac plantæ debuerant creari in statu seminis actu maturi existentis. quod tamen repugnasset animalium nutritioni. *Ad Confirm.*

2. Arg. AD II. Respond[illegible] negando consequentiam. Potu[illegible] fieri noua institutio anni per præc[illegible], quæ antea solum erat ad libitum. Vnde N[illegible] cætas supra, *Fortassis, inquit, quia iam inde à principio primus ordine erat.* Potuit, inquiunt, *annus* vt ait Salian. num. 9. *qui primus erat ordine atque origine, deinceps esse primus dignitate.* Sicut enim Gen. 9. Iris quæ priùs naturaliter existebat: tamen in signum fœderis fuit instituta; sic potuit mensis qui primus erat solum ex vsu, ordinari talis ex iussu. Propter paschalem, inquit Salianus, celebritatem, quæ cæteris festiuitatibus moderabatur. Sed addẽdum iuxtà nos, propter liberationem de Ægypto, quæ cæteris beneficus, & solemnitatibus, in eorum recogni[illegible]ionem institutis, moderabatur. Sed esto, fuerit tunc anni noua penitùs institutio, & antè illam Hebræi incœperint annum ab autumno: sicut posterius hoc seruari potuit propter consuetudinem Ægyptiorum temporibus illis: ità potuit anterius illud restitui propter consuetudinem Patriarcharum temporibus primis. Alterum porrò chronologicum annum in scripturâ non reperiri, quàm in vere: ostensum fuit plenè: confirmabitur rursùs in responsione ad sequens argumentum.

Ad 3. Arg. AD III. & quidem ad posteriorem Exodi locum, scilicet, cap. 34. vers. 22. Responderi potest, non in eo sermonem fieri de initio, vel fine anni: sed tantummodo de tempore eius redeunte, quô cuncta cõduntur. Verùm concesso propter priorem locum, sermonem ibi esse de initio & fine alicuius anni: ad vtrũque locum Respondetur, ex Burg. in Exod. 12. totum id fuisse propter, & quoad, annum Iubilæi: quò, inquit Salianus num. 13. agri ad pristinos dominos ex diuinâ lege reuertebantur. Oportuisse enim annum in frugum collectione terminari, vt nouus possessor sementem in annum sequentem faceret. Id est, oportebat vt annus ille finiretur colle[illegible]is frugibus, & messe iam factâ, annu[illegible]que sequens mox inciperet, vt agri in antiquorum dominorum potestate iam posi[illegible], coli possent. Addit Salianus Sed nec annus sabbaticus nisi per sementem distinguebatur. Vna enim à Septembri in alium Septembrem omittebatur. Quod si fiat vis in verbis [illegible]is, *in exitu anni: redeunte anni tempore:* p[illegible]o his duobus locis, imprimis afferemus multo plura superiùs allata, Nu. 28. vers. 24. & vers. 16. 4. Reg. 11. vers. 1. 2. Par. 20. vers. 11. 24. vers. 23. 36. vers. 10. & Esth. 9. vers. 21. in quibus visum est, tempore verno annum vocari vertentem: deinde dicemus, ex adiunctis illis verbis, *quando congregaueris omnes fructus tuos de agro*, &, *quando cuncta conduntur*, manifestum esse exitum & reditum anni sic ibi vocari solummodò secundùm quid: non autem simpliciter. Quò non omittenda videntur ea quæ habet Masſæus lib. 5. pag. 36. fin. Est, inquit, illis duplex anni principium. Alterum cum mense Nisan, quod scriptura semper attendit, quoties de ordine mensium facit mentionem. Alterum institutum per Legis interpretes, post terræ promissionis ingressum, propter Sabbatum terræ & Iubilæum, quô vtuntur in venditionibus & emptionibus. Quod si Iosephus attendisset, non dixisset diluuium factum mense Nouembri. Sic ille præclarè. Quamuis quoad Iosephum, non concedatur ab omnibus, eius sensum fuisse, qui reprehenditur per Masſæum: de quâ re mox ad 2. confirmationem.

Ad 1. Confirm. 3. Arg. AD 1. CONFIRMATIONEM Respondetur, non constare prorsùs, an Hebræi computauerint annũ suum illo modo antè egressionem de Ægypto: an verò sic eum computare incœperint in, vel à, Captiuitate Babylonis: à quâ sicut nomen mensis Tisri habuerunt, ità & abinde initium anni computare potuerunt. Verùm, esto concederetur propter Paraphrastem Chaldaicum. 4. Reg. 8. vers. 2. eos morem illum habuisse ante egressum de Ægypto: sequeretur quidem id eos habuisse, tùm ab Ægyptiis tunc, tùm à Chaldæis post, quibuscum per tot annos fuerunt conuersati. Vt enim aduertit Salianus num. 13. cùm plurimi populorum essent in agriculturâ pecoribus, Iudæi imprimis, collectis sub id tempus distractisque frugibus. & collectâ ex iis pecuniâ, commode contractus, annos locationum, conductionum, emptionum, venditionum, aliosque id genus, celebrabant: quod etiam pleris[illegible]ue in locis, hoc quoque tempore in vsu est, vt scilicet mense Septembri, vel circà illum, contractus exitum finemque suum sortiantur, & soluantur pretia, eoquòd tunc homines collectis frugibus potentiores sint ad soluendum. Propter hoc ergo festum Tubarum & mensem Tisri vocare potuerunt aliquando caput seu initium, anni. Non tamen sequetur propterea eos dixisse mundum in autumno fuisse conditum. De hoc enim nihil traditum reliquerunt antiqui: sed solummodò sic opinati sunt quidam eorum moderni. Multò minùs traditionem hanc quæ nullibi reperitur, habuerint ab Adamo, & Noe, per manus posterorum.

Ad 2. Confirm. AD 2. CONFIRMATIONEM. Respondet Salianus ibidem, Quod pristinum ritum quem memorat Ioseph. (idem dic de Paraphraste Chaldæo) quidam ad primordium mundi referunt: male referunt; cùm id Iosephus ad Ægyptiorum, de quibus proximè antè loquebatur, consuetudinem referat, quam Iudæi in Ægypto seruabant, & deinceps retinuerunt, in contractibus suis. Inde autem non sequitur, vel eos talem annum

habuisse chronologicum in Ægypto: vel annum quem ab Exodo habuerunt chronologicum, non fuisse mundi annum. Quare tandem ex omnibus his sequitur, annum eiusmodi, & si qui similes, fuisse solummodo annos secundum quid: quales videre est cùm dicitur circà filiam Iephte, Iudic. 11. vers. 39. *Expletisque duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increbuit in Israël, & consuetudo seruata est.* vers. 40. *vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ, diebus quatuor*: quales fortè etiam intelliguntur in locis 2. Reg. 11. vers. 1. 1. Paral. 20. vers. 11. 24. vers. 23. 36. vers. 10. & Esth. 9. vers. 21: quæ attulimus suprà sub argumento 2. huius 3. sententiæ, ad versiculum, Quod denique, fin.

*Ad 3. Confirm.* AD 3. CONFIRMATIONEM. Respondetur, eiusmodi Iudæorum instituta, parùm esse certa; neque enim ostendi posse fuisse ordinata vel seruata, priusquàm redirent è captiuitate Babylonicâ. Nos autem illis opponere posse contraria Ecclesiæ catholicæ instituta, videlicet lectionarium eius ità distributum, vt tempore Paschatis seu verni temporis, incipiat à 1. capite Geneseos, *In principio creauit Deus cœlum & terram*, &c. Rursùs item opponere posse, quod habet Genebrard. pag. 2. fin. Adde, inquit, me imitari nostras Ecclesias gallicas, quæ ductæ iudicio & consuetudine S. Hieronymi (vt in cathalogo, nimirùm de Scriptor. Eccles. cap. de Ioanne Euangelistâ, & cap. de Papia) Sophronij, & Isidori, annos hinc deinceps supputarunt. Apparet è Gregorio Turonensi, apud quem mensis vndecimus est Ianuarius, decimus December, &c. Apud Græcos Catacuzeno Apolog. 1. pag. 8. dùm à Passione ad suæ scriptionis tempus, annos 1360. numerat. Sic Genebrardus.

*Ad 4. Arg.* AD IV. Respondet Salianus ibidem, Iosephum significare, suam illos commoditatem, & populares vsus fuisse secutos: nimirùm ratione contractuum, de quâ re diximus in præcedentibus. Propterea neganda est consequentia. Modus enim illorum nihil concludit pro conditu mundi.

*Ad 5. Arg.* AD V. Responderi potest, considerationes eiusmodi multum esse defectuosas. Et imprimis, respondendo directè ad obiectum, ex consideratione ibi allatâ: autumnum non habere rationem initij & finis, respectu rerum omnium nedùm magis perfectarum, qualia sunt multa frugum, & omnia omnium ferè tam arborum, quàm animantium, genera. Vnde si ratio habeatur initij & finis, vet illam habebit ad res multò plures, & ad perfectiores, quæ verno tempore concipiuntur, & generantur: hyeme autem, quam terminat ver, moriuntur & deficiunt. Deinde, ex consideratione anni in se, respondet Salianus num. 15. conuenientius esse anni principium & finem è cœlo quàm a terrâ petere (cœlum enim mensuram esse temporis) cùm Sol anni moderator, primum Zodiaci signum ingrediens, mundum hyemis asperitate pene mortuum renouat atque restaurat ad vitam. Denique si locum habeant eiusmodi considerationes, dici poterit contrà, autumnum spectatum iuxtà initium illud & finem, habere rationem infantiæ & decrepitæ senectutis: ver autem rationem iuuentutis florentis. Sicut ergo Adam creatus est, non in infantiâ, vel senectute decrepitâ, sed in iuuentute florente: ità creari debuit mundus, non in autumno, sed in vere.

*Ad 6. Arg.* AD VI. Respondetur, dici etiam posse, eiusmodi considerationem esse valde defectuosam. Nam esto, voluerit Deus vti causis naturalibus, ad efficiendum diluuium: nunquid non nihilominùs voluit etiam agnosci, non causas naturales solas concurrisse ad talem effectum, qui prodobatur ad diuinam vindictam? Porrò si diluuium durasset per totam hyemem, potuisset illud tribui solis naturalibus causis. Itaque voluerit Deus partim vti causis naturalibus: mensis Maius fuit ad hoc valdè accommodatus; in eo enim solent maiores & magis continuæ fieri pluuiarum profusiones, & fluuiorum ac maris inundationes: voluerit etiam partim non vti causis naturalibus, sed miraculosè operari, vt agnosceretur vindicta ipsius: æstas fuit ad hoc valdè accommodata; in eâ enim non solent fieri tales imbrium & inundationum profusiones. Addit Salianus num. 14. certè Dominus qui tempus ad mundi castigationem elegerat, id sumpsit in quo maximè puniebantur mortales, vt suo loco ex Ambros. & Rupert. (inquit) docebimus. Vult dicere tempus vernum: in his, de quibus infrà in scholiis hæc habet: quoniam ergò tunc tempus puniendi eius aduenerat, ilicet, dira tempestas

*Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores,*
*Præcipitesque trahit syluas*, cum fructibus suis.

Et Ouid. in recensendo diluuio 1 Metamorph.

*Sternuntur segetes, & deplorata colonis*
*Vota iacent, longique perit labor irritus anni.*

Nùm irritus labor longi anni conuenit Octobri, aut Nouembri? nonne potiùs Aprili aut Maio? Hæc Salianus. Addendum, tempus magis lætum, in quo sicut mortales maximè ex consuetudine iucundabantur: ita maximè, ex diuinâ vltione puniebantur.

*Authoris Resolutio.* IN HAC diuersitate Sententiarum quid dicendum? Respondeo tertiam sententiam, esse probabiliorem.

## XII. DIFFICVLTAS. DE DIE, ET HORA, quâ Mundus fuerit conditus?

§. 13.

*Mundus creatus die Dominicâ.*

SENTENTIA OMNIVM est, Diem quâ mundus extiterit conditus, fuisse diem respondentem nostræ Dominicæ. Atque ita tenet Ecclesia, canens in hymno diei, A

*Primo dierum omnium*
*Quo mundus extat conditus:*
*Vel quo resurgens conditor*
*Nos morte victâ liberat.*

*Probat.*

PROBATVR, ex Scripturâ. Nam postquam toto cap. Gen. 1. dictum est Deum operatum fuisse omnia spatio sex dierum: & cap. 2. vers. 1. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum*: tandem dicitur vers. 2. med. *Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* & vers. 3. *Et benedixit diei septimo: & sanctificauit illum. quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus vt faceret.* Inde autem Iudæis instituit septimum diem in Sabbathum obseruandum Leuit. 23. vers. 3. Hæc verò dies Sabbathi, apud eos erat dies præcedens eam quæ nobis nunc est Dominica: vt constat, tùm ex ipsomet vocabulo, *Sabbathi*, retento: tùm ex die Resurrectionis Domini: tùm denique ex traditione Ecclesiæ, & vniuersalissimâ totius Christianismi practicâ. Ergò Deus operari cœperat 6. diebus antè sabbathum. Ergò dies respondente illi quæ nunc est nostra Dominica: quæque aliàs Iudæis dicebatur prima Sabbathi, id est, prima proximè sequens eorum Sabbathum.

*Consequentiæ.*

PORRO ex illo hymno Ecclesiæ, deducitur 1. conuenientia, vt eâdem die quâ creatus fuerit mundus, fuerit & recreatus. Deducuntur reliquæ consequenter. 2. vt eâdem die quâ populus ex Ægypto liberatus. 3. quâ forsan Christus incarnatus, &c. Denique 4. vt ea quæ initio mundi prima fuit operis: B sit nunc in Euangelio, tandemque futura sit in iudicio, prima quietis.

*Mundus creatus hora matutina.*

HORAM autem quâ mundus extiterit conditus, cõuenire debent omnes, fuisse matutinam: Sole existente, id est, saltem qui debuisset existere, si primâ die creatus fuisset, in oriente, ac in orientis horizonte, respectu terræ Babylonis, vel Mesopotamiæ, circà quas dictum est paradisum terrestrem extitisse. Hoc enim conuenientius est. Vide Torniell. 1. die mundi, num. 5. & 8. pag. 13. & 14. C

*Obiect.*

NEC OBSTAT, quod Gen. 1. *Factus est vespere & mane, dies vnus*: & sic de reliquis sex diebus: ex quibus videtur dies, adeóque primam, incepisse à vespere, non à manè.

*Respons.*

Nam phrases illæ sic exponi solent, vt in te ipsâ manè præcessent vesperam: in modo tamen loquendi, quasi resumendo à postremo, vespera præponatur. Sed de hoc alibi expressiùs.

## XIII. DIFFICVLTAS. DE ANNIS QVOS GEN. 5. Patres dicuntur vixisse, quando genuerunt filios: An intelligendi sint incœpti, vel completi?

§. 14.

*Anni quibus Patres vixerunt quando genuerũt, dicendi completi.*

COMMVNIS SENTENTIA est, annos, quos patres dicuntur vixisse, quando genuerunt, intelligendos esse non incœptos tãtùm, sed cõpletos. D

Ità quotquot antiquorum & modernorum, aut annos huius Periodi numerant: aut hanc quæstionem ex professo tractant; & siue numerent annos iuxtà Translationem Septuaginta Interpr. vt antiquorum permulti: siue numerent eos iuxtà Hebr. Chald. & Vulgar. vt eorum nonnulli, ac modernorum cuncti; & siue numerent eos à mundo condito ad diluuium incœpium: siue ad exactum; & denique siue computent annos patrum quibus dicuntur vixisse quando genuerũt, quod de omnibus verum est: siue annos quibus dicuntur vixisse quando mortui sunt, quod de omnibus similiter, vno forsan excepto Mathusalâ, est etiam verum. Hoc, inquam, constat ex summis, in quas totam hanc Periodum conflant: præsertim moderni, qui omnes vno concursu non minorem eam faciũt, à mundo condito ad diluuium exactum, quam 1656. Sic enim colligenti constabit, authores illos, censere annos quibus patres vixisse dicuntur quando genuerunt, non incœptos tantùm, sed completos.

Vnum excipimus Capellum, Sectarium: qui dum vult diluuium factum fuisse anno

mundi 1651. vel, vt se ipse posteà corrigit, 1652. computet necesse est 4. ex illis annis inceptos tantùm, non completos. Sed quoniam hoc genus hominum, singulares opiniones amant, vt monet Salianus in schol. an. 1656. ad num. 4. seu pag. 267. & hanc istę suam, nec stabilit vllo scripturæ fundamento, nec suadet vllâ ratione verisimili: propterea capitalis ei sententiæ locum non dedimus.

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis, ex scripturâ sacrâ: quibusdam probantibus: quibusdam solummodò suadentibus.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. & probans. Petitur à simili: cùm dicuntur aliqui, rexisse, siue gubernasse, iudicasse, regnasse, tot annis. v. g. Moyses, Orhoniel primus Iudex, & reliqui iudices pariter in toto libro Iudicum: Saül, & Dauid reges, in libris 1. 2. & 3. Reg. & in 1. & 2. Paralipom. ac nonnihil in libro Actorum, de quibus expressiùs in 4. Periodo. Vltimos enim regiminis eorum annos, intelligendos esse completos, conuincitur ex 3. Reg. 6. vbi traditur Periodus ab Exitu Israel de Ægypto, ad Iacta Templi Fundamenta per Salomonem, his verbis. vers. 1. *Factum est ergò quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domini:* & ex Historiâ sacrâ incipiente à Deuter. 1. & prosequente per libros Iosuë, Iudicum Reg. & Paral. ac nonnihil Actorum: in quibus traduntur anni regiminis singulorum (excepto Iosuë, cuius nihilominùs anni quadantenùs educuntur aliunde ex scripturâ sacrâ: & per authores omnes ex annis reliquorum ad locum illum 3. Reg. collatis) vbi colligenti annos qui tribuuntur regimini singulorum, v. g. quibus rexit *Moyses*, 40. Exod. 16. vers. 35. Num. 14. vers. 33. & 34. 32. vers. 13. 33. vers. 38. Deut. 1. vers. 3. 2. vers. 7. 8. vers. 2. & 4. 29. vers. 5. Ios. 5. vers. 5. 2. Esdr. 9. vers. 21. Iudith 5. vers. 15. Psal. 94. vers. 10. Amos 5. vers. 25. Act. 7. vers. 36. & 42. & Hebr. 3. vers. 10. & 17. quibus *Othoniel primus Iudex*, 40. Iudic. 3. vers. 11. *Aod* 80. vers. 30. *Debbora & Barac*, 40. cap. 5. vers. 32. *Gedeon*, 40. cap. 8. vers. 28. *Abimelech*, 3. cap. 9. vers. 22. *Thola*, 23. cap. 10. vers. 2. *Iair*, 22. vers. 3. *Iephte*, 6. cap. 12. vers. 7. *Abesan*, 7. vers. 9. *Ahialon*, 10. vers. 11. *Abdon*, 8. vers. 14. *Samson*, 20. cap. 16. vers. vlt. *Heli*, 40. 1. Reg. 4. vers. 18. *Samuel vltimus iudex*, & *Saül primus rex*, 40. Act. 13. vers. 21. & *Dauid*, 40. 2. Reg. 5. vers. 4. aliunde verò ex Libro Iosuë, & ex his omnibus simùl authores graues, *Iosue*, 17. Colligenti, inquam, annos qui tribuuntur regimini singulorum, manifestum erit ad hoc vt perueniatur ad summam illam 480. vltimos cuiusque computandos esse completos, prout expressiùs demonstrabitur in quartâ Periodo. Gubernasse autem, iudicasse, & regnasse, tot annis, eumdem prorsùs important modum annos computandi, ac vixisse tot annis. Cùm ergò rexisse tot annis, ex vsu tali scripturæ significet rexisse tot completis: vtique sequitur, vixisse etiam tot annis, significare debere tot completis.

1. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab æquiualentibus: cùm dicuntur aliqui fuisse tot annorum, quando genuerunt: aut eis filij nati: aut simile quid egerunt, &c. & hoc in pluribus locis.

1. Locus. I. LOCVS. probans. Gen. 5. vers. 31. *Noë verò cùm quingentorũ esset annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Annos illos 500. censendos esse completos, consentiunt omnes chronologi.

PROBATVR 1. Quia tres illos filios non fuisse natos eodem anno, colligi potest ex cap. 9. vers. 24. *Euigilans autem Noë ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus minor*, de Cham exponunt communiùs: & cap. 10. vers. 21. *De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore.* Ergò censendi sunt completi, saltem respectu aliquorum. Quod si aliquorum: quæ ratio cur non omnium? Neque verò dicatur Esaü & Iacob natos fuisse eâdem horâ: & tamen Iacob vocari minorem. Nam hoc quidem Scriptura dicit: illud autem non dicit.

PROBATVR 2. ex cap. 11. vers. 10. *Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium*: diluuium autem incœpit anno sexcentesimo Noë, cap. 7. vers. 11. & finiuit *sexcentesimoprimo*, cap. 8. vers. 13. & 14. ergò durauit annum vnum. Et sic à 500. Noë, ad biennium post diluuium, sunt 102. vel 103. anni. Quod si Sem natus erat 100. annos tunc, alterum necesse est: vel eum natum fuisse anno patris sui ducentesimosecundo exacto: vel fuisse virum 102. annorum, quando genuit Arphaxad: de quibus rebus fusiùs infrà. Pro nunc stat in hoc probatio. Vtroûis modo, vel Noë fuerit 502. annorum, cùm genuit Sem, Cham & Iaphet: vel Sem fuerit 102. annorum, cùm genuit Arphaxad: manifestum est, per verbum illud *erat*, tot annorum, significari tot annorum completorum.

2. Locus. II. LOCVS. suadens. Gen. 12. vers. 4. *Septuaginta quinque annorum erat* (Abram) *cùm egrederetur de Haran.* Vbi septuagesimumquintum annum, intelligendum esse completum, vt septuagesimosexto incœpto egressus fuerit Abraham de Haran, censent omnes fermè authores: exceptis quibusdam, vt Torniello. Sic enim Euseb. in Chronic. & quotquot eum sequuntur, quorum magnus

est numeru. Ità Maria Sc. Ioan Lucid. e sectarius Codomanus in annotat. Gen. Brougtonus, & Capellus, quos notat Salianus, anno 2114. num. . vbi & contendit, idem sensisse Iosephum. Denique ita ipsemet Salianus.

PROBAT Salianus 1. Phrasis ipsa videtur id exigere. Qui enim 75. taotùm) inchoauit, est tantùm 74. & aliquot hebdomadum, vel mensium. Hoc autem modificandum iam mouimus, & animaduertit ipsemet aliquo modo Salianus an. 131. num. 1. seu pag. 197. fin. vt ità regulariter intelligatur, nisi aliquid B cogat ad contrarium. Et in schol. ad num. illum: Nec Iubilæus primus aut secundus, nisi cum aono quinquagesimo aut centesimo terminatur. Nec est hora quinta, donec pulsata sit, sed quarta cum $\frac{1}{4}$ aut $\frac{7}{8}$.

PROBAT 2. Alioqui octogesimusquintus Abrahæ non erit decimus repromissionis (siue egressionis de Haran: sentit enim Salianus, factam fuisse Abrahæ alteram promissionem, vt & vocationem, in egressione illâ, sicut facta fuerat in egressione de Chaldæâ) prout in omnibus libris notatum est, nisi C septuagesimussextus sit primus: sed erit vndecimus, & ità deinceps in cæteris decadibus & numeris. Subiicit tabellam in schol. ad num. 1.

| | | |
|---|---|---|
| 75 | | 1 |
| 76 | 1 | 2 |
| 77 | 2 | 3 |
| 78 | 3 | 4 |
| 79 | 4 | 5 |
| 80 | 5 | 6 |
| 81 | 6 | 7 |
| 82 | 7 | 8 |
| 83 | 8 | 9 |
| 84 | 9 | 10 |
| 85 | 10 | 11 |

D Porrò, quod ait de *omnibus libris*, si intelligat de libris sacris, non satis demonstrat: notum fortè supposuit quoniam dicitur Gen. 16. vers. 3. *Post annos decem* (completos ergò) *quàm habitare cœperant in terra Chanaan, &c.* & vers. 16. *Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaelem*: de quà re mox agetur. Si autem de libris ao- E thorum sequentium Eusebium, demonstrat quidem ab authoritate illorum: sed vtrumque subiacet examini. Vnde imprimis, ad ipsammet tabellam aduertendum est, eam, vt nec authoritatem cui fortè nititur, non ità demonstratiuam esse, quin contrarium possit absolutè dici. Nam si cogitentr primus annus ex illis 10. tertiæ regionis, siue ad secundam regionem oppositis, incipere in fine anni septuagesimiquinti, quò Abraham est egressus, & ferè totus incidere in septuagesimumsextum: tunc decimus pariter, etiamsi A incipiens in octogesimoquarto, tamen incidet etiam in octogesimumquintum. Verùm in ostensionibus eiusmodi asseritur id quod est rationabilius: & in hac particulari supponitur primus esse idem omninò qui septuagesimusquintus: hoc autem pacto, decimus erit idem omninò qui octogesimusquartus, quod proinde meritò contenditur non conuenire cum scripturâ.

QVOD si sit agendum ex Historiâ sacrâ. Notandum erit Gen. 16. vers. 3. *Tulit* Sara) *Agar ægyptiâ ancilla suam, post annos 10. quam* B *habitare cœperant in terrâ Chanaam & dedit eam viro suo vxorem.* & vers. 15. *Peperitque Agar Abræ filium qui vocauit nomen eius Ismaël.* vers. 16. *Octoginta & sex annorum erat Abrã quando peperit ei Agar Ismaëlem.* In his locis supponendum est, ex vsu scripturæ, annum quò Agar ducta est in vxorem, & gestauit in vtero, non debere ponere in numero (vt dicunt in scholis) Siquidem eodem modo annos quibus filij dicuntur ex patribus geniti oon ponere in numero, ostẽdetur §. sequẽti, eosq; nulli authores numerant: nisi fortè Iacobus Auzoleus, author recẽter scribens, lu- C cique parans Chronologiam gallico sermone conscriptam: sed reiiciendus quoad hoc §. sequenti. Item, supponendum est, ex ratione suprà positâ, annum illum octogesimumsextum censendum esse completum: quod ostẽdetur posteà. Et quamuis Tornielius aon. 2124. oum. 2. hoc noo concedat: attamen concedit annum illum fuisse saltem desineotem: sed & completum fuisse concedere debet, ex similibus, quæ concedit cap. 17. vers. 1. *Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat*: & vers. 24. *Abraham nonaginta* D *& nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij sui.* His suppositis, si primus annus quò Abraham venit in Chanaan, inciperet anno septuagesimoquinto & non septuagesimosexto: tunc adderetur vnus annus ad 10. post quos dicitur Agar ducta in vxorem. Ostenditur in tabellâ subiectâ: oimirùm in regione 3.

| | | |
|---|---|---|
| 75 | | 1 |
| 76 | 1 | 2 |
| 77 | 2 | 3 |
| 78 | 3 | 4 |
| 79 | 4 | 5 |
| 80 | 5 | 6 |
| 81 | 6 | 7 |
| 82 | 7 | 8 |
| 83 | 8 | 9 |
| 84 | 9 | 10 |
| 85 | 10 | 11 |
| 86 | 11 | 12 |
| 87 | | 13 |

Ecce, in regione 3. inter 10. habitationis in Chanaam, & octogesimumsextum comple-

tum, ſiue octogeſimumſeptimum incœptû, ætatis Abraham, ponitur vnus annus integer, nempe vndecimus. Si autem contrà, ſi cut in regione 2. nullus. Nam quamuis in eâ videatur vndecimus annus, interpoſitus inter annum octogeſimumſextum, & octogeſimumſeptimum; tamen memorandum eſt dici, Agar fuiſſe ductam poſt 10. annos: ergo intrà vndecimum habitationis, & intra octogeſimumſextum Abraham. Inſuper attendendum, quod in 2. regione primus annus habitationis incipiens in ſeptuageſimoſexto ætatis, cōcurrit in ſeptuageſimumſeptimum, & ſic deinceps; conſequenter vndecimus habitationis incipiens in octogeſimoſexto, concurrit in octogeſimumſeptimum: non tamen octogeſimumſeptimum completum intrà priora tempora illius octogeſimiſeptimi, intrà quæ ſupponitur natus Iſmael (ſimilia namque concedimus in aliâ ſententiâ; alioqui poneret illa duos annos) & ſic vndecimus ille non ponit ibi in numero, ſeu non eſt eo loco recenſendus. Ergò probabilius ſeptuageſimusquintus intelligendus eſt completus.

3. Locus. III. LOCVS. probans. Gen. 15. verſ. 16. *Generatione autem quartâ reuertentur huc.* Septuag. Interpr. dicunt Exod. 13. verſ. 18. *Quintâ autem generatione aſcenderunt filij Iſrael ex terrâ Ægypti*: exponentes quartam completam, per quintam incœptam. Et quamuis dici poſſit, eos ſic vertiſſe, quia verbum Hebræum, quod eſt ambiguum, quodque Vulg. Hieron. & Chald. verterunt, *armati*, ſignificat aliàs, quintum: nihilominùs ad hoc etiam Reſpondetur, quod cùm ipſimet Septuag. Interpretes Gen. 15. vertiſſent *quartâ generatione*: vtique non poſuiſſent hoc loco *quintâ*, niſi intellexiſſent ſenſum hunc eſſe regularem in ſcripturâ ſolitum, vt numeri in ea poſiti intelligantur de completis, ſi nihil aliud obſtet.

Dici quidem poſſet, Septuaginta Interpretes Gen. 15. reſpectum habuiſſe ad quandam perſonarum genealogiam per quam reperiebantur 4. tantum generationes: ſed Exod. 12 ad quandam aliam, per quam reperiebantur 5. quod inconueniens non eſſe, videri poterit ſub 3. Period. parte 2. ſeu §. 43. ſub 6. ſententiâ, 4. argumento.

Verumtamen hoc gratis dici videretur: & oppoſitum eſt longe probabilius.

4. Locus. IV. LOCVS. ſuadens. Gen. 15. verſ. 19. *Octoginta & ſex annorum erat Abraham, quando peperit ei Agar Iſmaëlem.* Ibi octogeſimumſextum intelligendum eſſe completum: etſi diſſentiant aliqui, vt Torniell. ſuprà: tamen conſentiunt reliqui. &

Probatvr 1. ex eadem phraſi, ſeu ratione, quâ ſuprà dictum eſt, cum qui 83. tantum inchoauit, regulariter intelligi habere tantummodo 85. & aliquot dies, hebdomadas, vel menſes.

Probatvr 2. ex verſ. 3. ac præcedenti argumento. Nam ſi poſt 10. annos à ſeptuageſimuquinto exacto, Abraham tulit vxorem: vtique tulit eam anno ſuo octogeſimoquinto exacto, ſiue octogeſimoſexto incœpto. Ex verbis autem illis ſcripturæ expreſſis quibus dicitur *tuliſſe* eam vxorem, aliiſque ſimiliter expreſſis, quibus verſ. 15. Agar dicitur *peperiſſe*, non poſſunt minus intelligi quàm 9. menſes quibus Agar Iſmaelem geſtauit in vtero: hi additi ad alios menſes per quos ſupponitur annus octogeſimusſextus Abrahæ fuiſſe incœptus quando tulit eam vxorem, ſi annû non debeant ponere in numero, prout probabilius dictum eſt, conuenienter attingere debent octogeſimumſeptimum. Ergo probabilius octogeſimusſextus intelligendus eſt completus.

Confirm. Confirmat Salianus, an. 2125. ex cap. 17. verſ. 25. *& Iſmail filius* (eius) 13. *annos impleuerat tempore circumciſionis ſuæ.* Oportet, inquit, cum hoc anno (octogeſimoſeptimo ineunte, vt dixit initio) natum eſſe, vt quando circumciſus eſt, 13 annos impleuerit. Ergò octogeſimusſeptimus Abrahæ eſt primus Iſmaelis: & an. 2138. num. 2. Non potuit (inquit) impleſſe 13. annos, niſi pater 99. impleuiſſet: cum primus illius concurrat cum octogeſimoſeptimo patris.

Dicet aliquis, in his neceſſe eſſe Salianum duo aut tria ſupponere. 1. annum nonageſimumſextum Abrahæ, de quo dicitur verſ. præced. ſeu 24. *Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij ſui*, intelligendum eſſe completum, ſumendumque pro centeſimo incœpto. Et hoc quidem contendit Salianus poſteriori loco: idemque aſſerit Tomiellus an. 3138. num. 4. contra Pererium & nos oſtendemus mox. Cum autem in illo priori loco, non hoc oſtendat: videri natum concludere. Nam qui dixerit Iſmaelem natum intrà annum Abrahæ octogeſimumſextum, optimè repertum decimumtertium Iſmaelis completum intrà nonageſimumnonum Abrahæ incœptum. Vnde 2. neceſſe eſſe Salianum ſupponere, Iſmaelem fuiſſe natum octogeſimoſeptimo Abrahæ ineunte. quod tamen videtur non probari. Nam vt ſuprà dicebatur, qui aſſeruerit eum fuiſſe natum octogeſimoſexto, aſſignaturum decimumtertium eius completum intrà nonageſimumnonû Abrahæ, non completum. Denique 3. neceſſe eſſe eum ſupponere nonageſimumnonû Abrahæ fuiſſe completum per dies plures, quàm natus fuerit Iſmael intrà octogeſimumſeptimum; aliàs enim non concluderc. Nam etſi octogeſimusſeptimus Abrahæ, dici poſſit primus Iſmaelis inchoatiuè, non tamen completiuè.

pletiuè: adeoque nec nume tunc secu me-rando chronologic , debere tantum n me-rari ab octogesimooctauo Abrahæ, in quem completus fuerit primus Ismac is, non autem ab octogesimoseptimo, prout numerat Salianus. Abinde autem ad centesimum inceptum Abrahæ, reperiendos fore tantùm 13. inceptos. Ergò vt sint completi, debere cogitari dies aliquos in centesimo incœpto, qui compleant lum decimumtertium.

VERVM, ad hæc Responderi potest, ea supponere quædam, quæ prius fuerunt dicta: quæque rursùs repetentur infrà: necnon patebunt ampliùs ex dicendis; præsertim, eum non censeri tot annorum qui non compleuerit illos: & denique in huiusmodi materiis illud proferri, quod est conuenientius; & ad contrarium nihil quicquam cogit.

5. Locus. V. LOCVS, suadens. Gen. 17. vers. 1. *Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat* (Abraham) *apparuit ei Dominus*. Ibi 99. intelligendos esse completos, censent expresè S. Chrisost. Hom. 40. pag. 575. & Sulpitius lib. 1. Sacr. Hist. Ex consequenti verò sic sentiunt, qui natum faciunt Isaac anno patris sui centesimo completo, vt Euseb. in Chronic. Niceph. Constant. in Chronol. Isidor. in Chronol. Bed. de sex ætat. mund. Marianus Scot. Ado. Lippom. Vigner. Mercat. Antonius Contius, Samerius, Pelicanus, Lauretius, Brougtonus, Torniell. & Capellus, quos notat Salian. an. 2138. num. 2. Quamuis nonnulli sentiant aliter, vt Ioseph. Tostat. Delrio, Temporar. Perer. Gordon. & Beroaldus.

Probat. PROBAT Salianus 1. à vers. 17. *Putasne centenario nascetur filius?* Hoc, inquit, propriè, & exactè adde regulariter loquendo, non nisi illi conuenit, qui 99. annos expleuerit, & 100. est ingressus. Vbi supponendum est, 100. ibi intelligendos esse solummodo inceptos, prout probabitur mox.

1 Obiect. DICET aliquis, videri hoc non concludere. Quia ista verba possunt intelligi de anno sequēti, quô Sara erat paritura. Nam ver præced. seu 16. *Et benedicam ei* (Saræ) *& ex illâ dabo tibi filium, cui benedicturus sum:* & post illamet argumenti verba, *putasne centenario nascetur filius*, additur immediatè, *& Sara nonagenaria pariet?* & vers. 21. *Pactum meum statuā ad Isaac quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.*

Respons. VERVM Responderi potest, quod aduertit Salianus infrà, in verbis eiusmodi, *putasne centenario*, non esse præcisè sermonem de tempore quô nasciturus erat filius, seu paritura Sara: sed de illomet tempore, quô loquebatur pater, vel quô producturus erat filium, ac mater eum conceptura, productione & conceptione ipsâ, per natiuitatem & partum declaratis. Nam certum est, miraculum eiusmodi, propriè & primario respicere primam generationem filij in conceptione matris.

2. Obiect. Ex QVO soluitur id, quod Obijci posset, & natiuitatem ac partum, solere potius in Scripturâ declarari per generationem, prout ostendetur fusè §. sequenti, quam conceptionem per partum: & *cùm 100. esset annorum* cap. 21. vers. 5. exponi de 100. annis completis, ac *sexagenarius*, cap. 25. vers. 26. de 60. completis. Nam,

Respons. RESPONDETVR. Hoc in loco, ratione miraculi exigere, vt conceptio declaretur per natiuitatem: verba verò vers. 1. *Postquā nonaginta & nouem annorum esse cœperat*, atque statim verba vers. 24. *Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circuncidit carnem præputij sui*, quæ dicta sunt post illa, *putasne cētenario nascetur filius?* conuincere, annos istos 100. quibus ibi dicitur centenarius, intelligēdos esse solùm inceptos. Quod rursùm ac omninò conuincitur à Rom. 4. vers. 19. *Et nō infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum.*

3 Obiect. SOLVITVR item, id quod Quæri, vel Obijci posset, quare Abraham hoc loco vsus fuerit potiùs anno suo centenario incœpto, quàm nonagenariononono completo. Nam,

Respons. RESPONDETVR. Quia nimirum hoc magis conueniens est ad commendationem miraculi, magisque vsui loquentium in similibus congruens.

4 Obiect. QVOD SI DIXERIS. Cùm ex illis Scripturæ verbis, *tempore isto, in anno altero*, pateat, annum integrum fuisse exactum, ab illo colloquio Angeli, ad natiuitatem Isaac: posse cogitari intra annum, de quo agitur vers. 21. & exactum fuisse nonagesimumnonum Abrahæ tantùm, & Isaac fuisse natum.

Respons. RESPONDEBITVR. Posse quidem: sed tamen ad hoc nihil cogere. Ad contrarium verò, potius cogere verba Scripturæ. Nam si Abraham erat tunc centenarius inchoatiuè: equidem intrà illum annum, & centesimus eius completus est, & Isaac natus, adeóque centesimoprimo eius incœpto: quod etiam asseretur infrà. Vnde,

Confirm. probat. CONFIRMARI potest Hæc Probatio, ex iis quæ addit Salianus (ne quis nempè putet, cētenarium hoc loco dici numero, quem vocant, rotundo) Exactè autem, inquit, loqui Scripturam in numeris patet; cùm nū rotundos, vt vocant, numeros per decades persequatur: sed fractos per vnitates infra decades, id est, non articulos solùm numerorum, sed digitos, etiam subtiliùs recenseat. Hinc est quod paulò antè, 86. annos retulit, & hoc loco 99. & infrà 13. Hæc ille. Quibus addi poterat similiter, Gen. 5. vers. 6. tribui Seth 105. vers. 15. Malaleel 65. vers. 18.

Iared 162 vers. 25. Mathusala 187. & vers. 28. Lamech 182. Cæterum de hoc anno Abrahæ centesimo agetur rursus sub Periodo 3 init. siu § 41.

PROBAT Salianus 2. ex vers. 25. *Et Ismael filius* (Abrahæ) 13. *annos impleuerat tempore circumcisionis suæ.* Atqui, (inquit) non potuit implesse 13. annos, nisi pater 99. implesset, cum primus illius concurrat cum octogesimoseptimo patris sui, vt supra diximus, nempe anno 2125.

DICET aliquis, hoc argumentum apud eum videri non concludere. Quia procedit ex multis suppositionibus quænon sunt certæ: maximè verò ex illâ, quod primus Ismael incœpit octogesimoseptimo Abrahæ, quam tamen suppositionem non videtur probasse satis illo loco, an. 2125.

NIHILOMINVS, si reuocetur in medium probatio aliàs facta, quod anni 86. Abrahæ cap. 16. vers. 16. censendi sunt completi, ex illâ ratione quam alibi tradidit: nempe, eum non posse dici propriè (regulariter intellige) 86. annorum, qui eos non impleuit: tunc rectè concludet ista secunda eius probatio. Optimè verò concludet ex verbis illis præcedentibus vers. 24. *Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circuncidit carnem præputij sui*: dummodò supponatur, siue in medium reuocetur, prima huius loci probatio; nimirùm, illa verba vers. 17. *Putasne centenario nascetur filius?* intelligenda esse ex illomet tempore seu anno, in quô fuerunt dicta. Ex his enim relinquitur probatum, ista verba vers. 24. *Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circuncidit carnem præputij sui*, intelligenda esse de completis. Quia dicuntur post illa vers. 17. quibus Abrahamo dantur extunc anni 100. incœpti. Hoc vero rursum probato, consequens est omninò, primum Ismaelis incœpisse octogesimoseptimo patris. Vnde tandem consequens est illa verba habita initio capitis, ex quibus procedit hic locus, *Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat*. intelligẽda esse de completis. Nam dicta sunt eodem tempore quô reliqua, & quô circuncisi sunt Abraham & Ismael filius eius. Quare,

NIHIL OBSTAT verbum illud, *cœperat*. Nam imprimis valet semper illa ratio, ad quem non [illegible] (regulariter semper intellige) incipere esse 99. annorum, nisi eos impleuerit: &, vt monet Salianus, magnum est discrimen inter, incipere 99. annos & incipere esse 99 annorum: prior enim phrasis [illegible] ultimum annum inchoatum, posterior absolutum ponit. Deinde, in Hebr. sic legitur, *Et [illegible] Abraham filius 96. & 9. annorum.* In Chald. *Eratque Abram filius 90. & 9. annorum.* In [illegible] Interp. *Erat [illegible] annorum [illegible].* In Tigurina [illegible] *Cum Abram natus esset annos 99.* Hæc [illegible] sunt Authori [illegible] Vulg. editionis, vel etiam S. Hieronymum, non iam voluisse vim facere contrarium in verbo *cœperat*; sed potius supposuisse 99. [illegible] & tunc meritò dici Abraham cœpisse esse tot annorum: quia non propriè diceretur esse annorum tot, nisi cœpisset eos complere. Quod confirmabitur ex loco iam sequenti.

VI. LOCVS. probans. Idem qui suprà, sed aliter sumptus. Gen. 17. vers. 25. *Et Ismael filius* (eius) 13. *annos impleuerat tempore circumcisionis suæ.* Sic habent Vulg. & S. Hieron. in Hebr. Hebræum autem sic, *Et Ismaël filius eius, filius 13. annorum.* Chald. in versione Montani, *Et Ismael filius eius, erat filius 13. annorum.* Cùm ergò quod Hebr. Chald. & Sept. habent simpliciter, *erat* tot annorum, Vulg. & Hieron. habeant *impleuerat* vtique consequens est, *esse*, vel *fuisse* tot annorum, &, *impleuisse* tot annos, idem esse in vsu communi Scripturæ. 6. Locus.

VII. LOCVS. probans. Gen. 21. a vers. 1. *Visitauit autem Dominus Saram sicut promiserat*: &c. vers. 2. *Concepitque & peperit filium in senectute suà, tempore quô prædixerat ei Deus.* vers. 3. *vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac.* vers. 4. *& Circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus.* vers. 5. *cùm centum esset annorum. hàc quippe ætate patris natus est Isaac.* Ibi centum annos intelligendos esse completos, senserunt Euseb. S. Chrysost. & alij authores allati supra sub loco 5. communiúsque chronologi, notanter Salianus an. 2139. 7 Locus

PROBATVR 1. ab illis verbis allatis loco præcedenti ex cap. 17. vers. 17. *Putasne centenario nascetur filius?* in quibus dictum est Abraham vocari centenarium extunc (nec tamen completè, sed incœptè, ex alijs versib. 1. & 24. in quibus dicitur 9[9]. *& 9. annorum*) & ab illis alijs verbis vers. 21. *Pactum meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto, in anno altero.* Inde enim manifestum est, in anno isto altero completum fuisse centenarium illum, qui priùs erat tantùm incœptus.

PROBATVR 2. ab illâ ratione generali eum non solere propriè (regulariter semper intellige) centum annorum esse, nisi qui compleuerit illos.

VIII. LOCVS. suadens. Gen. 25. vers. 26. *Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.* Hic 60. annos intelligendos esse completos, censent Eusebius, & omnes chronologi. 8 Loc[us]

PROBATVR 1. ex Hebr. *Isaac filius 60.*

*annorum*. Chald. apud Montan. *Isaac autem erat 60. annorum*. Sept. Interpr. *Isaac autem erat annorum 60.* Atqui ex cap. 17. vers. 25. Vulg. & S. Hieron. ostensum est phrasim hanc idem significare, ac, tot annos impleuerat.

PROBATVR 2. à loco præcedenti Gen. 21. vers. 5. Sicut enim cùm Abraham dicitur centenarius, quando natus est ei filius, intelligitur de centum annis completis: ità pariter, cùm Isaac dicitur sexagenarius, quando nati sunt ei filij, intelligi de 60. completis.

PROBATVR 3. à ratione generali sæpiùs tacta, non solere dici sexagenarium, vel 60. annos natum, nisi qui eos impleuit.

Locus. IX. LOCVS. probans. Gen. 37. vers. 2. *Ioseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem*, &c. Hebr. vers. 2. *Ioseph filius decem-septem annorum*. Chald. *Ioseph filius erat 10. & 7. annorum*. Sept. Interpr. *Ioseph 10. & 7. annorum erat*. Hæc non aliter conciliantur, nisi dicendo, quos alij textus dixerunt inceptos, Vulg. & S. Hieron. computasse per completos. Signum inuper, quod vbicumque similia repeiuntur in Vulg. & S. Hieron, nec aliquid manifestè contrarium obstat, eo modo sunt intelligenda: consequenter, vbicumque reperiuntur in Heb. Chald. & Sept. Interpr. nec aliter declarantur à Vulg & S. Hieronymo.

Locus. X. LOCVS. suadens. Gen. 47. vers. 7. *Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem*, &c. vers. 8. *& interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* vers. 9. *Respondit: Dies peregrinationis meæ 130. annorum sunt*. S. Hieron. *Dies peregrinationis vitæ meæ*. Chald. *Anni vitæ peregrinationis meæ*. Ibi annos 130. intelligendos esse completos, consentiunt omnes chronologi: & insinuant singulæ versiones. Vnde Salianus, anno 2329. num. 70. Dies annorum vitæ tuæ, id est, anni siue dies annales, vt lignum vitæ, aut vitarum, pro arbore vitali. Sept. Interpr. vertunt, *Quot sunt anni dierum vitæ tuæ?* & in schol. quasi dicas, dies vitæ tuæ quot annos conficiunt rursus: nisi fortè placet, annos dierum etiam intelligere annos integros ac perfectos omnibus diebus suis constantes. Ex quo etiam intelligitur, annos, de quibus Iacob respondet, integros atque exactos esse, &c. Ex quâ notâ chronologicâ, alia multa de temporibus & ætate Patriarcharum colliguntur à Ruperto, aliisque interpretibus. Hæc Salianus.

Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à ratione, siue à Conuenientiâ, apud Salianum, an. 130. num. 1. Cum scriptura, inquit, annos duntaxat nominet, nec eos aut inchoantes, aut prouectos, aut absolutos definiat: visum est de absolutis eam interpretari, nisi aut textus ipse, aut ratio temporis aliud exigat. Idque plurimorum grauium scriptorum exemplo: & scripturâ nonnihil fauente, quæ de singulis Patriarchis ait, eos vixisse tot vel tot annis, & genuisse filium, volens scilicet tot annos præcedere istius generationem. Hæc ille. Itaque & vis ipsius verbi, *vixit*, post quod ponitur generatio: & vsus omnium, aut certè maximæ ac peritioris partis chronologorum, ita fert, vt anni quibus dicuntur vixisse, consequenter anni quos dicuntur *habuisse*, quos *nati* fuisse, denique, quorum *fuisse*, intelligantur de completis, nisi aliquid manifestum repugnet, aut aliter exigat.

Confirm. 3. Arg. CONFIRMATVR Hoc Argumentum. Nam omninò credibile est, Scripturam sacram voluisse, in assignandis annorum numeris, tradere chronologiam: saltem quantùm ad annos quos ipsa recenset. At nisi voluerit tradere chronologiam per annos completos, nihil certi tradiderit. Quis enim poterit diuinare, quot dies, hebdomadas, aut menses, importent anni fracti, seu incœpti? Quod si forsan aliqui debeant aliter intelligi, vnque credibile consequenter est, Scripturam id tradere, vel in aliquibus verbis expressis, vel in quibusdam circunstantiis expressis. Quod si verò nullatenus traditum fuerit à scripturâ; certè, aut petendum est ab aliquâ authoritate idoneâ, quæ tamen scripturæ non repugnet: aut penitùs est reiiciendum, tamquam gratis & absque fundamento confictum. Vnde si dicatur in verbo, *genuisse*, scripturam id virtualiter comprehendisse. Respondebitur, adhuc incertum manere, quot diebus, hebdomadibus, aut mensibus, intrà annos illos fractos cœperit eiusmodi generatio: atque ità rem, non in fundamento vero, sed in volentis arbitrio fore constitutam. Et per hæc soluuntur argumenta plurima quæ fieri possent contrà hanc sententiam: quæque prolixitatis vitandæ grauâ, relinquimus, vt nonnulla præcipua soluamus, à quibus etiam aliorum solutio haberi potent sufficienter. Itaque,

1. Obiect. OBIICITVR contrà Hanc Sententiam I. De annis Mathusalæ. Hic enim censetur à Torniell. anno 1656. num. 1. a Gord. cod. an. expanso, & à Salian. eod. an. num. 1. vixisse 969. annos incœptos tantùm, non completos. Quod probat Torniellus hoc modo. Gen 5. vers. 25. Mathusala vixerat, quando genuit Lamech, 187. annos. vers. 28. Lamech quando genuit Noë, 182. Ergò Mathusala, quando natus est Noë, vixerat annos 369. Nam tot conficiunt 187. & 182. coniuncti. His adde 600. vitæ Noë, quando diluuium incœpit: & inuenies præcise 969. Porro ex epist. 1. S. Petri, & ex S. Aug. 15. ciuit. 11. & 24. constat Mathusalam non vixisse diluuio incœpto. Cum igitur, ait Torniellus,

mense secundo, anni sexcentesimi ipsius Noë (vt infrà dicemus) diluuium cœperit: restat necessaria sequelâ, eumdem Mathusalam nō expleuisse annum nongentesimum sexagesimum nonum: sed annum illum tantummodò per vnum circiter mensem inchoasse. Probat Salianus ex annis mundi. Nam cùm natus sit anno mūdi sexcentesimo octogesimoseptimo absoluto: si annis illis addideris 969. inchoatos, peruenies ad annum diluuij 1656. sub cuius initium diluuium inundauit, id est, annum mundi 1656. inceptum, sub quo & inceptum est diluuium. His stantibus, ità potest concludi: cur ergò cùm dicuntur patres, aut dicitur ipse Noë, genuisse postquam vixerunt, verbum illud, *vixit*, non poterit intelligi de annis tantùm inceptis?

1. Respons. I. RESPONSIO esse potest, obiectionem hanc supponere annum vitæ Noë sexcentesimum quô diluuium incœpit, fuisse tantùm inceptum. Qui ergò negauerit hoc, cum Pererio, facile soluet obiectionem.

Reiicitur. Verùm quia in hoc non consentiemus Pererio: propterea,

2. Resp. II. RESPONSIO esse potest, negando consequentiam. Cuius negationis ratio sit, varia phrasis & vsitatus modus computandi. Cùm enim agitur de annis patrum, quibus genuerunt, dicitur de vnoquoque, *vixit* tot annos: cùm autem de annis quibus mortui sunt, dicitur, *& facti sunt omnes dies*, &c. Per primam autem phrasim, dici potest, insinuari tot annos completos: per secundam autem, vltimos tantùm inceptos. Modus item vsitatus computandi est, cùm dicitur aliquis intrà cursum vitæ suæ vixisse tot annos, & aliquid tale fecisse: annos illos quibus dicitur anteà vixisse, intelligi completos: quibus autem fe... tale quid, inceptos ... hum verborum solet esse talis, ... tot annos, & tale quid fecit: ergo ... anno aliquo pòst ... s inceptos. Sic ... ergo ratione, *vixit & genuit*. Cum autem agitur de omnibus annis vitæ, & de anno mortis simul, solent anni incepti computari, ac si completi.

Reiicitur. Verum neque postremum hoc, satis est certum.

3. Respons. III. RESPONSIO esse pot... est, ... mum annum Mathusala, sic desiisse in sexcentesimum annum Noë, vt in eo fuerit completus. Hoc autem non videtur impossibile. Nā quandoque sic annorum fractura concurrūt, vt vnus quidam annus v... imus, etsi concurrens cum quodam alio, tamen compleatur in illo.

Reiicitur. Verum neque hoc videtur possibile circà concurrentiam annorum de quibus agitur. Nam quomodocumque cogitentur anni Mathusala concurrentes cum annis Noë, non potest vltimus eius censeri completus, quin completus fuerit sexcentesimus Noë. Quare,

4. Respons. IV. RESPONSIO est, tam nos monuisse, annos quidem omnes, computandos esse completos, nisi aliud cogat ad contrariū. At hic ad contrarium cogunt manifesta quæ obiiciuntur.

Obiect. OBIICITVR II. cap. 7. vers. 6. *Eratque sexcentorum annorum* (Noë) *quando diluuij aquæ inundauerunt super terram*. Annum illum sexcentesimum etsi velit Pererius censendum esse completum: attamen communiùs censent reliqui fuisse tantùm inceptum.

Respons. RESPONDETVR. Ex circunstantiis loci, ab eadem scripturâ, aliâque auctoritate idoneâ, petitis, constare, annum illum censendum esse tantùm inceptum, prout ex professo tractabitur infra §. 16.

## XIV. DIFFICVLTAS. DE ANNIS QVIBVS GEN. Patres dicuntur genuisse An aliquid addere debeant ad Chronologiam?

§. 15.

1. Sent. PRIMA. SENTENTIA esse potest, annos quibus patres dicuntur Genuisse, debere aliquid addere ad Chronologiam.

Auctores huius sententiæ nullos reperio. Audio tamen Iacobum Auzoleum luci parantem Chronologiam gallico sermone conscriptam, amplecti sententiam istam. Quæ sint eius argumenta non noui: audio tamen eum niti secundo per nos infra subiiciendo.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Peti potest ab ... is ... pus, qui sequuntur completos. Cum enim est omnium sententiâ, anni quibus patres dicuntur vixisse, quando genuerunt, censeantur completi: vtique relinquunt post se quosdam annos inceptos. Hi autem simul sumpti, valent efficere completos aliquos annos: proindéque ad chronologiam asciscendos.

Confirm. 1. Arg. CONFIRMARI potest. Nam similia non desunt in historiis Regū, etiā apud peritissimos, imò apud veriores chronologos. v.g. de Abia rege Iuda, cōstat ex 3. Reg. 15. eū non regnasse nisi duos annos integros in se, nempe à decimooctauo Ieroboā regis Israël, ad vigesimū eiusdem Ieroboam, quò regnare cœpit Asa, filius & successor Abiæ. Et tamen tres anni

quibus Abia dicitur à scriptura regnasse, communiùs censentur cõpleti, seu recensentur in chronologiâ. Hoc autem non alia de causâ, nisi quia tertius eius incœptus cum incœpto decimooctauo Roboam patris & prædecessoris sui, vel cum initio primi Asa filij sui, facit vnum completum. Simile censent plurimi concludendum in ipsomet Asâ.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. Peti potest à verbo *Genuisse*, seu, à tempore intercedente inter generationem, & natiuitatem filiorum. Cum enim *genuisse* dicat homini generanti, tempus quò primum gignit filium in conceptione matris: abinde verò tempus quò mater gestat illum in vtero, tandemque emittit in mundum, regulariter sit 9. mensium: vtique quot recensentur à scripturâ filij geniti, tòt debent 9. menses in chronologiâ recenseri.

Confirm. 2. Arg.

CONFIRMARI potest. Nam superiùs §. præced. ex Gen. 16. vers. 3. vbi Abraham duxit Agar post 10. annos quàm habitare cœperat in Chanaam, & vers. 15. vbi Agar peperit Ismaelem: manifestò deducitur, inter decem illos completos, & tempus quò natus est Ismaël, transactos fuisse 9. menses. Nulla enim est ratio, cur transacti fuerint minùs. Item, cap. 17. vers. 17. per natiuitatem futuram filij (Isaac) declaratur proxima conceptio eius. Ergo à fortiori vbi fit expressa mentio generationis tot in locis, intelligenda erit, non natiuitas, sed generatio filiorum.

Hinc consequens erit addendos esse ad chronologiam hac ex parte 6. annos, & 9. menses. Nam in hac Periodo sunt 9. generationes; siquidem secludendus est Adam, qui nõ genitus fuit, sed creatus. Nouies autem 9. menses faciunt menses 81. qui diuisi per 12. tribuendos cuilibet anno, faciunt 9. annos, & 9. menses, aut circiter.

2. & probabilior sent.

II. SENTENTIA & Probabilior. Dicit, annos quibus patres dicuntur genuisse, nihil addere debere ad chronologiam.

Ità omnes quotquot hucúsque, & quocunque modo, tractarunt hanc materiam. Imprimis enim, qui summam annorum ab orbe condito, ad diluuium exactum, constituunt 1656. prout facit torrens auctorum: manifestè supponunt, vt clarum erit colligenti, annos generationum nihil addere ad chronologiam. Deinde, qui aliquid paulò plùs addunt, vt singulariter Scaliger in posterioribus editionibus, & Alij nonnulli, constituentes 1657. non tamen id propterea faciunt, quòd annos quibus patres dicuntur genuisse, putauerint addere quicquam ad chronologiam, vt per se clarum est; alioquin enim addidissent annos longè plures; sed quia sexcentesimum annum vitæ Noë, quò diluuium incœpisse traditur, putauerunt

A intelligendum esse completum. Denique, qui aliquid detrahunt, seu pauciores his faciunt, annos istius Periodi, vt Capellus, constituens solùm 1652. multò minùs id concesserint.

HANC SENTENTIAM declarant fusiùs Pererius lib. 7. in Gen. Disput. de chronologiâ huius Periodi, quæst. 1. post init. seu num. 119. pag. 263. col. 1. fin. & post eum Torniellus an. 131. num. 2. seu pag. 63. col. 2. Notantes, extremum cuiuscumque generationis annum, quò dicitur pater genuisse filium, — Declaratur.

B exempli causà, centesimumtrigesimum quò Adam genuit Seth, tripliciter posse sumi. 1. vt is annus fuerit tantum inchoatus, & vt vulgò dicitur, currens. 2. vt fuerit iam completus, & prætereà menses aliquot sequentis anni continens. 3. vt fuerit præcisè completus, ità vt nihil ei defuerit, aut superfuerit. Ac nos, inquit Pererius, omnes ecclesiasticos chronographos sequuti, vltimos singularum generationum annos hoc postremo modo accipimus: sicque summa illa quam posuimus 1656. annorum existit. Sin autem 1. modo sumatur, euadet minor. Si 2. modo, maior. Sed ad

C summum non plùs quam 9. annis, & aliquot mensibus, tota summa vel maior, vel minor, potest existere. Hactenùs Pererius.

Maioris explicationis gratiâ sit, quod addit Torniellus. Non quia necessariò credendum putemus, Adamum tunc genuisse Seth, quando annum vitæ cẽtesimumtrigesimum præcisè exegit: & Seth eàdemmet die annum ætatis centesimumquintum expleuisse, quò genuit Enos: & sic de aliis. Sed quia eamdem regulam sequuti sunt cæteri boni authores, tanquam tutiorem: quippe quæ minus ha-

D beat errandi periculum. Quoniam si 1. modo anni accipiantur, & supputentur, summa ipsorum resultabit minor. Si 2. modo, maior. Si autem 3. euadet media inter extremas. Quamuis hæc differentia, non sit valdè plurium annorum, vt quiuis annos primæ & secundæ mundi ætatis, seorsùm tribus modis prædictis supputando, facile experiri poterit. Et paulò antè. Nos postremos singularium generationum annos, hoc tertio modo accipiendos duximus, & hanc nobis regulam esse

E passim, &, vti dicitur, ordinariè obseruandam. Sic ille. Insinuans, quod cùm fieri possit annos aliquos patrum fuisse tantùm incœptos, filiorum autem (intellige, quibus illi generantes, isti geniti) fuisse completos, vel etiam nonnullos vtrorumque completos, aut incœptos: summam non posse ad plus forsan excedere, aut deficere, quàm 4. aut 5. annis. Dixit autem hoc esse ordinariè obseruandum: propter annum vltimum vitæ Mathusalæ, de quò dictum est suprà, & sexcentesimum ac sexcentesimumprimum Noë, de quibus infrà.

Alia via probandi sent.

Portò, quamuis ista censeamus dicta rectè: tamen putamus viam aliquam adhuc exactiorem assignari posse, dicendo: vel annos fractos, eiusmodi fuisse qui nullos componere possent completos, quod minùs est probabile: vel scripturam sacram ità tradidisse fractos in completis, vt incœpti nullos alios completos censeri debeant componere: quod est magis probabile. Et hoc est demonstrandum. Itaque

PROBATVR Hæc Sententia, duobus Argumentis, quorum alterum ostendet, non esse addendos vllos annos ex parte fractorum, siue incœptorum, quibus patres dicuntur vixisse: alterum, non esse addendos ex parte incœptorum, quibus dicuntur genuisse.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM. ostendens annos non esse chronologiæ addendos, ex parte annorum incœptorum, quibus patres dicuntur vixisse: Petitur à simili, cùm dicuntur aliqui rexisse seu gubernasse, iudicasse, vel regnasse. v. g. Moyses, 40: Othoniel primus iudex, 40: & conformiter reliqui, quos notauimus suprà §. 14. in libris Iudic. 1. 2. & 3. Reg. 1. & 2. Paral. ac nonnihil in libro Actorum, de quibus expressiùs in 4. Periodo. Annos enim fractos siue incœptos, qui sequuntur vltimos regiminis eorum, nihil addere ad chronologiam, conuincitur, aut certè conuinci videtur, ex 3. Reg. 6. vbi traditur Periodus ab exitu Israel de Ægypto, ad iacta Templi fundamenta per Salomonem, his verbis. vers. 1. *Factum est ergò quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terrâ Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domini*: & ex Historia sacrâ incipiente à Deut. 1. & prosequente per libros Iosuë, Iudicum, Reg. & Paral. ac nonnihil Actorum, in quibus traduntur anni regiminis singulorum; excepto Iosuë, cuius nihilominus anni educuntur aliunde ex scripturâ sacrâ: saltemq; iuxtà concessionem authorum fere omnium, ex annis reliquorum qui gubernarunt, ad locum illum 3. Reg. collatis. Colligenti enim in hac Historiâ annos qui tribuuntur regimini singulorum, quiue eruuntur ex scripturâ, & quos obiter notauimus suprà §. 14. manifestum est, aut esse debet, ad hoc vt perueniatur ad summam illam 480. & illa non excedatur, nullos annos ex fractis, siue incœptis compositos, esse ad chronologiam addendos. Gubernasse autem, iudicasse, & regnauisse, tot annis, eumdem prorsus important modum annos computandi, ac vixisse tot annis. Cum ergò rexisse tot annis completis, & consequenter tot incœptis, ex vsu tali Scripturæ, nihil addat ad chronologiam

A suprà annos regiminum ab eâ numeratos: vsque sequitur, vixisse etiam tot annis completis, adeòque tot incœptis, nihil addere debere ad chronologiam suprà annos vitæ ab eâdem scripturâ numeratos.

Obiect.

QVOD SI DICAS in aliquo deficere nostrum argumentum: nimirum, in annis regiminis Iosuë; quoniam de annis eius nihil habetur certum, nisi ex ipsomet principio huius argumenti, videlicet, ex supposito loco 3. Reg. 6. vers. 1. & ex suppositâ totâ historiâ reliquorum. Sic autem

B peti principium: vel potiùs fieri circulum. Nam non conueniunt omnes de numeratione illâ totâ. Sed esto conueniant: in hoc fit circulus, quod hoc loco demonstratio fit, ab annis Iosuë suppositis pro certis, annos regiminum sumendos esse completos: in illo verò demonstratio fiat annorum Iosuë, ab annis regiminum sumendis pro completis. Cùm tamen possit aliquis dicere, annos qui tribuuntur Iosue, non esse tribuendos ei, sed dandos cuidam interregno, tanquam compositos ex fractis aliorum regiminum.

C

Respons.

RESPONDEBITVR. Non esse hîc vllam principij petitionem, vllumue circulum. Nam quod probabitur illo loco, tot annos esse regimini Iosuë tribuendos, non probatur ex eo quod omnes anni regiminum sint pro completis habendi: vel si hoc probetur ex illo principio, hoc ipsum tamen principium probabitur ab aliis sibi superioribus. v. g. à loco 3. Reg. 6. de quô licet non omnes conueniant: tamen ostendetur, omnes de illo conuenire debere. Item,

D ab Historiâ totâ regiminum, in quâ licet aliqui constituant interregna: tamen ostendetur admitti nulla debere. Item, è uiam speciali modo ab historiâ Iosuë, de quâ probabilius ostendetur, annos regiminis eius ex ipsâmet Scripturâ sic ad annos qui tribuuntur ei, accedere, vt non sit locus vllus annos alicuius interregni protrudere, qui componantur ex fractis prætensis. Denique, esto darentur hæc incerta, quæ tamen incerta non concedimus, adhuc sufficeret

E nobis hoc loco, nos non viam prorsùs infallibilem exhibere, sed maximè probabilem, tùm iuxtà maximum authorum numerum, tùm iuxtà consensum eorum quibus subiecimus illam, inquàntum ipsimet, etiam ex alto vel aliis principiis, conueniunt historias illas esse hoc modo computandas. Et propter hoc vocauimus viam illam arctiorem: est enim in aliquo pressior & magis vrgens quàm præcedens. Sed subiungamus confirmationes istius argumenti, quæ satisfacere debebunt omni materias istas pertractanti, nec in eis pertractandis ex contradicendi libidine procedenti. Itaque,

1. Confirm. 1 Arg.

CONFIRMATVR Hoc Argumentum. 1. ab exemplo, seu casu singulari. Nam si quo ex loco posset educi quosdam annos ex fractis compositos, addendos esse chronologiæ: maximè ex locis, in quibus traduntur anni Dauidis. Et quidem de illo dicitur 3. Reg. vers. 11. quod regnauit 40. annis, scilicet 7. in Hebron, & 33. in Ierusalem. Attamen 2. Reg. 5. postquam dictus est vers. 4. regnasse 40. annis additur vers. 5. *In Hebron regnauit super Iudam 7. annis & 6. mensibus, in Ierusalem autem regnauit 33. annis.* Ecce verbis expressis adduntur 6. menses: qui iuncti cum aliquo anno incœpto cuiusdam alterius, siue iudicis, siue regis, posset componere quendam annum integrum, illumque addere ad Chronologiã, vel ad ipsum Dauidẽ. At ex illo numero summario annorum 480. 3. Reg. 6. conuenit apud omnes non esse hoc admittendum: neque scriptura præstitit in Dauide. Idem dici posset, v.g. de 3. mensibus, quibus Ioachaz 4. Reg. 23. vers. 31. dicitur regnasse: & de 3. alijs quibus Iechonias 4. Reg. 24. vers. 8. Sed neque propter istos expressè habitos in scripturâ, neque propter alios virtualiter in eã intellectos, vllus scripturæ locus, vllusue Chronologus quos viderim, excepto Caiet. & Samer. addidit aliquẽ annum ad chronologiam suprà annos qui numerantur in scripturâ.

2. Confirm.

CONFIRMATVR 2. à conuenientiâ. Nam omninò credibile est scripturã sacram, in assignandis annorum numeris, ità tradere voluisse chronologiam, saltem quantùm ad chronologiam quam ipsa recenset, vt sicut nihil addere voluerit ad rei veritatem, ità nihil ei detrahere, vel meliùs, nihil eius omittere, cuius saltem omissi non sit aliquod reperire vestigium, vel in eã, vel in aliquã authoritate idonea. Nullum autem huiusmodi reperire est vllibi. Quare, explicationis maioris gratiã, videtur dicendum, scripturam sacram ità tradidisse chronologiam, vt annos quos recenset, numerauerit, quatenùs si qui fuerunt addendi compositi ex fractis, vltimos aliquorum qui aliàs fuissent incœpti solummodò, tradiderit completos tanquam ità censendos pro chronologiâ. Neque vero dici potest modum hunc obsistere veritati. Nam sicut communiter in historijs anni quibus vacant sedes aut regna, nihilominùs tribui solent regimini alicuius sedentis, præcedenter, vel subsequenter, quod etiam obseruant omnes chronologi in annis Seniorum qui rexerunt post Iosuè, Ios. 24. vers. 31. & Iudic. 2. vers. 7. tribuentes eos regimini vel Iosuè, vel (& meliùs) Othonielis: ità anni quorumdam incœpti, qui iuncti quibusdam incœptis aliorum, sunt vt completi censendi, tribui à scripturâ quibusdam ex viris ad quos pertinuerunt illorum incœptorum aliqui, v. g. tribui viris illis ad quos pertinuerunt anni qui ex maiori parte præ alijs erant incœpti tanquam maiori parte aliam ad se trahente: atque ità licet in se tantum incœpti, tamen pro chronologiâ numerari vt cõpleti. Quod in singulari factum fuisse in Abiâ & Sedeciâ regibus Iuda, & in Amri rege Israel, ostendetur suo loco esse probabilius: sæpissimè vero reperitur apud Eusebium in annis quos ipse tradit.

CONFIRMATVR 3. ab inconuenienti. Nam aliàs quis poterit assignare nisi diuinando, quot dies, septimanas, aut menses, quisque annus incœptus comprehendat: aut si diuinationi datur locus, cur atque non potest dici, quemlibet annum incœptum, non comprehendere nisi dies aliquot, vel septimanas, ad plus vnum mensem? sic autẽ cum non sint nisi 9. generationes, addendi erunt tantum 9. menses: adeoque ne vnus annus incœptus. In hoc autem asserendo, non deerit fundamentum: quatenùs scriptura nullos memorat, signum quia nulli memorandi fuerunt. 3 Confirm.

II. ARGVMENTVM. ostẽdens non esse chronologiæ addẽdos annos, ex parte annorũ incœptorũ, quibus patres dicũtur genuisse: Petitur ex hoc quod, *generatio* in scripturâ sumitur pro *natiuitate*: id est, quãdo dicũtur patres vel matres genuisse, sensus est, genuisse filios per natiuitatẽ: vel filios tunc eis esse natos. Gen. 16. vers. 1. *Igitur Sara vxor Abraham non genuerat liberos.* Hebr. *non pariens ei.* Chald. *non pepererat ei.* Septuag. *non peperit ei.* cap. 21. vers. 3. *vocauitque Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac.* Hebr. Chald. & Septuag. *quem peperit ei Sara, Isaac.* cap. 22. vers. 20. *His itaque gestis, nuntiatum est Abrahæ quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo.* Hebr. Chald. & Septuag. *nunciatum est Abrahæ dicendo, ecce peperit Melcha & ipsa filios Nachor fratri tuo.* & vers. 23. *Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abraham.* Hebr. Chald. & Septuag. *Octo istos peperit Melcha.* cap. 30. vers. 20. *etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios.* Hebr. Chald. & Septuag. *quia peperi ei sex filios.* cap. 36. vers. 4. *Peperit autem Ada Eliphaz, Basemath genuit Rahuël.* vers. 5. *Oolibama genuit Iehus.* Hebr. Chald. & Sept. *peperit.* cap. 44. vers. 27. *Vos scitis quod duos genuerit mihi vxor mea.* Hebr. Chald. & Septuag. *peperit.* cap. 46. vers. 15. *Hi filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia.* Hebr. Chald. & Septuag. *peperit.* Leuit. 18. vers. 9. Vulg. Hieron. Hebr. Chald. & Septuag. *Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis*: genita, id est, parta. Vbi Chald. specialiter habet, *sororis tuæ filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ, quæ genita est à patre tuo ex aliâ vxore, aut à ma-* 2 Arg.

*tre tuâ ex alio viro.* cap. 22. verſ. 27. Vulg. Hieron. Hebr. & Septuag. *Bos, ouis, & capra, cùm genita fuerit, 7. diebus erunt ſub vbere matris ſuæ.* Chald. *Bos, aut agnus, aut capra, cùm nati fuerint,* &c. Num. 11. verſ. 12. *Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum?* ibi concipere, & gignere, opponuntur: & gignere ſumitur pro parere. Hebr. *Nunquid ego concepi omnem populum hunc, vel nunquid ego peperi eum?* Septuag. *Nunquid ego in ventre concepi omnem populum hunc, aut ego peperi eos?* cap. 26. verſ. 59. *Hæc genuit Amram.* Hebr. Chald. & Septuag. *peperit.* Iudic. 8. verſ. 31. *Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.* 2. Reg. 12. verſ 24. *Et conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam, ingreſſuſque ad eam dormiuit cum ea, quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon.* cap. 21. verſ. 8. *Tulit itaque rex* (Dauid) *duos filios Reſpha, filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboſeth, & quinque filios Michol filiæ Saül quos genuerat Hadrieli,* &c. 3. Reg. verſ. 21. *Cùmque ſurrexiſſem manè, vt darẽ lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentiùs intuens clarâ luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram.* cap. 11. verſ. 20. *Genuitque ei ſoror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis.* Similia paſſim habentur in ſcripturâ. In quibus omnibus, ex circumſtantiâ, vel verborum aliorum, vel aliarum actionum, manifeſtum eſt, generationem ſumi pro natiuitate, id eſt, quando patres vel matres dicuntur genuiſſe, ſenſum eſſe, filios tunc eis eſſe natos.

1. Confirm 1. Arg.

CONFIRMARI poteſt Hoc Argumentum 1. à locis in quibus conceptio & generatio, ſiue parturitio, vel ponuntur ſimùl: vel etiam opponuntur. Gen. 4. verſ. 1. *Adam vero cognouit vxorẽ ſuam Heuam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum.* verſ. 17. *Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Henoch.* cap. 21. verſ. 2. *Concepitque & peperit* (Sara) *filium in ſenectute ſuâ.* cap. 29. verſ. 32. *Quæ* (Lia) *conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben.* verſ. 3. *Rurſùmque concepit & peperit filium.* verſ. 34. *Concepitque tertiò, & genuit alium filium: dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios.* verſ. 35 *Quarto concepit, & peperit filium, & ait,* &c. & ſimilia innumera. In quibus, vel conceptio, & generatio, opponuntur: vel conceptio, & parturitio, ità ſimul apponuntur, vt conceptio per parturitionem exponatur, ad hoc vt generatio ſumatur pro parturitione, & conceptio non memoretur, niſi ſimpliciter pro parturitione: indéque intelligatur, ex parte conceptionis nihil deſumi poſſe pro diuerſitate temporis chronologici, quaſi a natiuitate non computandi. Neque tamẽ ità deſipimus, ait Salianus ſchol. an. 131. ad num. 1. vt velimus Adamum peperiſſe Sethum: ſed dicimus generationem pro natiuitate poſitam. Quia enim in enumerandâ ſucceſſione, non fit mentio fœminarum: propterea neque partus neque natiuitas, ſed eius locum ſubit generatio.

2. Confirm

CONFIRMARI poteſt 2. à locis in quibus natiuitas ſola filiorum reſpectu patrum, vel parturitio reſpectu matrum, memoratur. Vt Gen. 4. verſ. 2. *Rurſùmque peperit fratrem eius Abel.* & verſ. 25. *Cognouit quoque Adam vxorem ſuam, & peperit filium,* &c. verſ. 26. *Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos.* cap. 10. verſ. 1. *Sem, Cham, & Iaphet, natique ſunt eis filij poſt diluuium.* verſ. 21. *De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore.* Vnde verſ. 22. *Filij Sem, Ælam, & Aſſur, & Arphaxad,* &c. & verſ. 24. *At vero Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber.* verſ. 25. *Natique ſunt Heber filij duo,* &c. cap. 17. verſ. 17. *Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* cap. 21. verſ. 5. *Cùm centum eſſet annorum, hac quippe ætate patris natus eſt* (ei, ſupple) *Iſaac.* verſ. 7. *Quis auditurum crederet, quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam ſeni?* cap. 25. verſ. 1. *Abraham vero duxit aliam vxorem nomine Ceturam.* verſ. 2. *Quæ peperit ei Zamram & Iecſam,* &c. & poſtquam verſ. 3. *Iecſam quoque genuit Saba, & Dodanim.* verſ. 4. *At verò ex Madian ortus eſt Epha, & Ophir,* &c. cap. 46. verſ. 20. *Natique ſunt Ioſeph filij in terrâ Ægypti.* Ex his enim infertur, natiuitatem filiorum, non eorum conceptionem, à ſcripturâ ſpectari.

3. Confirm.

CONFIRMARI poteſt 3. à locis in quibus etiam à ſolo nomine, *filij*, deductio fit, abſque vllâ mentione generationis, conceptionis, parturitionis, ſeu natiuitatis. Vt Gen. 10. verſ. 3. *Filij Gomer, Aſcenes, & Riphath, & Togorma.* verſ. 4. *Filij autem Iauan, Eliſa, & Tharſis, Cetthim, & Dodanim,* & ſimilia paſſim, tùm loco illo, tùm alijs. Ex his enim infertur, quod ſicut intendit ſcriptura tradere ſolùm filios natos, non autem conceptos qui non eſſent nati: ità intendit tradere ſolummodò tempus, quô nati ſunt, non autem quo concepti.

4. Confirm.

CONFIRMARI poteſt 4. à locis in quibus, filij appellantur nomine *generationis.* Vt Gen. 6. verſ. 7. *Hæ ſunt generationes Noë: &c. & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet.* cap. 10. verſ. 1. *Hæ ſunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham & Iaphet, natique ſunt eis filij,* &c. cap. 11. verſ. 10. *Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad,* &c. Ex his enim infertur, quod ſicut ſcriptura ſumit generationem pro

filio nato. ità quando d[illegible] m g[illegible] nuisse [illegible], intelligit idem qu[illegible] [illegible] natum.

3. Confirm. C[illegible] poteſt 5. ab inconuenienti. Nam aliàs quis poterit aſſignare niſi diuinando, quot menſes & dies quilibet partus fuerit in vtero: [illegible] multi geſſentur in eo non ſolùm per 9. menſes, ſed per 10.11.12. ac 13. præterquam quod nonnulli quandoque geſtātur per pauciores? Dicere verò ſcripturam ſacram eſſe ſic intelligendam ad rigorem, vt non ſignificet plures, aut pauciores: videri ſanè poterit ridiculum.

CÆTERVM, ad ampliorem huius Periodi necnon ſequentium declarationem, non omittendum videtur id quod monent authores nonnulli: in huiuſmodi numerationibus annorum, attendi ſolummodò pro chronologiâ, annos quibus dicuntur homines vixiſſe, genuiſſe, vel gubernaſſe. v. g. in Adamo, annos ſolùm 130. quibus dicitur vixiſſe, & genuiſſe Seth. & ſic in reliquis. Vnde eiuſmodi anni, aut ſimiles, vocari ſolent chronologici. Sed Reſpondendum eſt ad argumenta contrariæ Sententiæ.

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM præcedentis ſententiæ. Reſpôdetur, vel annos fractos eiuſmodi fuiſſe, qui nullos componere poſſint completos: vel ſcripturam ità tradidiſſe fractos in completis, vt nulli reſtent componendi.

Ad Cõfirm. 1 Arg. AD CONFIRMATIONEM eius. Reſpondetur, ideò tertium Abiæ cenſeri completum, quia Scriptura ſacra expreſsè numerat illum. Exinde namq[illegible] [illegible] habetur fundamentum aſſerendi, [illegible] quod aliunde nihil repugnet, ſcripturā [illegible] ſacram conflaſſe ex decimooctauo Roboam, & tertio Abiam incœptis, vel ex tertio Abia, & [illegible] primi Aſa, tertium illum Abiæ; quem quid[illegible] tribuerit ei, potiùs quā decimooctauo Roboam, vel primo Aſa: quia tertius Abiæ extenderit [illegible]terum pro maximâ parte, prout videbi[illegible] ſuo loco. De quadrageſimo autem primo Aſa, concludemus nos non idem eſſe dicendum, aliâ de causâ.

Ad 2. Arg. AD II. Reſpondetur [illegible] iuxtà Scripturæ ſacræ modum vſitatum in huiuſmodi, *genuiſſe*, non dicere homini generanti tempus, quô primùm genuit filium in conceptione matris: ſed quô genuit eum in parturitione matris, ſeu in ipſius filij natiuitate. Alioqui ſcriptura ſacra narraſſet æquè abortiuos ac alios, quod eſſet di[illegible] ridiculum.

Ad Confirm. 2. Arg. AD CONFIRMATIONEM, Reſpondetur, Scripturam expreſsè memorare tempus, tùm quô ducta eſt, tùm quô peperit Agar: ideòque tempus quo geſtauit filium in vtero. In alijs autem generationibus, non: ideòque quamuis à parturitione illarum, inferre quidem ſinat conceptionem præceſſiſſe: non tamen tempus geſtationis in vtero, recenſeri in chronologiâ. Item, quòd Gen. 17. verſ. 17. per natiuitatem futuram Iſaac, declaretur proxima conceptio eius, fit ex ſpeciali ratione miraculi agnoſcendi in illa ætate Abrahæ: nulla autem ſimilis ratio reperitur in alijs natiuitatibus.

## XV. DIFFICVLTAS, DE ANNO SEXCENTESIMO, vitæ Noë, quô Gen. 7. verſ. 11. dicitur diluuium incœpiſſe: An intelligendus ſit incœptus, vel completus?

§. 16.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, annum ſexcenteſimum vitæ Noe, quô diluuium incœpit, intelligendum eſſe completum.

Ità Funccius lib. 4. in ſuam chronolog. ad annum 1657. vbi priorem ſententiam ſe mutaſſe profitetur. Ità etiam Abrahamus Bucolcherus (ſectarius, & Luteranus, vt conijcere eſt ex anno 330. vbi confeſſionem Auguſtanam vocat [illegible]n) in opuſculo cui titulus, Iſagoge Chro[illegible]logica impreſſ. Gorlicij (in fol.) 158[illegible], in [illegible]e chronologico ei adiuncto, anno 1[illegible]57. Ità & velit neceſſe eſt Scaliger lib. 5. de Emend. Temp. cap. de Diluuio, notatus à Gordon. cap. 5. ad Period. 2. num. 2. & à Salian. anno 1656. num. 4. dicentibus eum velle diluuium incœpiſſe anno mundi 1657. putà ſecundùm poſteriores editiones, quas non vidimus, in quibus priorem ſententiam æquè mutauerit ac Funccius, de quâ re §. vltimo. Ità Caluiſius Iſag. cap. 33. quod eſt de Diluuio. Ità Pererius lib. 12. Diſput. 1. num. 3. ſeu pag. 352. col. 1. med. & Diſput. ſeq. num. 3. fin. ſeu pag. 353. col. 2. init. quem fortè tacito nomine notat Salianus ibidem num. 5. tanquam abſurdè loquutum. Ità denique Barad. lib. 8. cap. 9. in ſummis primæ & ſecundæ ætatis, appoſitis col. 1.

Probat. PROBAT. Hanc Sententiam Pererius, plurimis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Si annus ille ſexcenteſimus, tantùm inchoatus erat per vnum menſem, & paulò plùs dimidio: ergò

arca fuisset fabricata vno & dimidio mense. Siquidem Noe quingentorum annorum fuisse dicitur, prius quam mandatum à Deo acceptit de fabricandâ arcâ. Sed nec credibile est, tantâ breuitate temporis potuisse tantum opus absolui; & reclamant plerique Doctores, à quibus proditum est, annos circiter 100. in fabricandâ arcâ esse transactos.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Illud prætereà sequitur, inter denuntiationem diluuij, & ipsius aduentum, minùs duobus mensibus intercessisse. Siquidem denuntiatio diluuij facta est à Deo, post quingentesimum annum &c. Atqui Deus, post denuntiationem diluuij vsque ad eius aduentum, tempus 120. annorum ad agendam pœnitentiam indulsit. Nec valebit dicere, cùm Noë dicitur quingentorum annorum, intelligi debere de incœpto quingentesimo: quamobrem à Dei mandato ad diluuium 100. anni præterierint. Nam B. August. 15. ciu. 14. vt iterum infrà dicetur, affirmat Noë accepisse mandatum illud de arcâ fabricandâ quadringentesimo octogesimo anno.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Si enim cœpit diluuium, etat inchoatus tantum sexcentesimus annus Noe: ergò ab exordio mundi vsque ad diluuiú, non fluxissent 1656. anni: tot nempe recensentur ab optimis quibusque Chronographis; sed numerari oporteret 1556.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Illud denique hoc ipsum euidenter demôstrat, quod infrà cap. 9. (fin.) scriptum est Noe post diluuium vixisse 350. annos, omnes autem dies vitæ Noe fuisse 900. & 50. annorum. Atqui si Noë, cum cœptum est diluuium, tantùm per duos mêses inchoauerat sexcentesimum annum, fieri non potuit, vt si post diluuium vixit 350. annos, cum mortuus est, fuerit 950. annorum: sed fuisse eum tantummodo 800. & 50. annorum necesse est.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod Pererius (si mentem eius assequimur) ex hallucinatione magnâ procedat, quâ quingentesimum annum incœptum, sumit pro anno proximè sequête quadringentesimum in circulo suo anni vnici completum. & similiter sexcentesimum incœptum, pro proximè sequente quingentesimum in circulo suo anni vnici completum: cum tamen propriè non sint nisi quadringentesimus primus, & quingentesimus primus. vel, quingentesimus incœptus non debeat dici, nisi primus qui proximè sequitur quadringentesimum nonagesimum nonum completum. & similiter [illegible] incœptus, nonnisi primus qui proximè sequitur quingen[illegible]nonagesimum nonum completum. Sicut in similiter non dicitur centesimus incœptus primus omnium numerus sed tantummodo primus qui proximè sequitur nonagesimum nonum completum. & in numeris inferioribus non dicitur decimus incœptus nisi primus qui proximè sequitur nonum completum. vigesimum incœptus nisi qui decimum nonum: & sic in reliquis. Sicut etiam non dicitur quingentesimus côpletus, nisi côpletus ille primus qui proximè sequitur quadringentesimum nonagesimum nonum completum nec sexcentesimus completus, nisi completus ille primus qui proximè sequitur quingentesimum nonagesimum nonum completum. Et quamuis reperiri possint auctores aliqui quandoque dicentes similia his quæ dicit Pererius, qualiter inter legendum S. Augustinum non nihil nos vidisse recordari putamus: attamen loquimur hoc loco secundum communem magisque vsitatum aut etiam verum annos recensendi modum. Declararet hæc aliquis alio modo, scilicet, vt Pererius videatur quingentos annos, & quingentesimum annum, sumere pro quinto sæculo vel quinto centenario, & sexcentos annos, ac sexcentesimum annum, pro sexto sæculo vel sexto centenario: quasi quingentesimum vel sexcentesimum annum dici tantùm incœptum, idem sit ac dicere quintum vel sextum sæculum, seu quintum vel sextum centenarium incœptum. Nam v.g. quintum sæculum vel quintum centenarium dici potest incœptum quocumque anno post quadringentos annos côpletos: & sextum sæculû post quingentos completos: imo non possunt ita dici nisi post eos completos. At quingentesimus dici non potest incœptus nisi post quadringento nonagintanouem completos, & sexcentesimus nisi post quingentos nonagintanouem completos: imò non possunt aliter tales dici. Argumentatur autem Pererius quasi quingêtesimus sit primus post quadringentos completos, & sexcentesimus sit primus post quingentos completos. cùm tamen, vt hoc iterum repetatur, quingentesimus non sit nisi primus post 499. & sexcentesimus nisi primus post 599. Quamobrê, vt breuiter ad omnia eius argumenta Respondeatur: negandæ sunt omnes consequentiæ ipsius. Ad omnia Arg. 1. Sent.

II. SENTENTIA, & Probabilior. 2. & probabilior Sent. Dicit, annum sexcentesimum vitæ Noë, quò diluuium incœpit, intelligendum esse, non completum, sed incœptum tantummodò. Annus 600. Noe tantùm incœptus.

Ità reliqui omnes. Et quidem Iosephom ità sensisse necesse est, quamuis erret in summa huius Periodi (si forte non ex corruptione codicis) dum facit eam, annorum 265[illegible]. Ità [sen]sisse videntur omnes antiqui, Euseb. in Chron. Ambros. de Arca & Noe cap. 17. & cpræ[cipu]um verò S. Hieron. qq. Heb., dicens: *In sexcentesimo vitæ eius anno factum est diluuium, &c.* Item, S. Aug. 15. ciu. 11. Ita autem

[illegible] inchoatione [illegible] P[illegible] R[illegible] in [illegible]. S[illegible] etat B[illegible] de [illegible] Lyran. in [illegible] [illegible] at Caiet. Oleast. Aliique [illegible] comment. huius loci. D[illegible] do Disp. de supputationibus Genebrard. & alij chronologi. E [illegible] Mercat[illegible] Funccius, Temporar. Beroald. Vigner. B[illegible] nd. Caluis. E recentioribus not[illegible] Torni[illegible] [illegible] 165[illegible] num. [illegible] seu pag. 92. col. 2. post med. & Salianus eodē anno num. 4. seu pag. 270. Denique quotquot computāt annos huius periodi ad diluuium exactū 16[illegible]6. non autem 1657. Siquidē ita computando necesse est, eos in[illegible] hunc annum [illegible] xcentesimum v[illegible] [illegible] Noe non completum, sed inceptum tantum. Si enim sexcentesimus, & sexcentesimus primus Noe [illegible] [illegible] gantur completi, excederet illa summa [illegible] ostenditur. Anni patrum vsque ad quingentesimum No[illegible], efficiunt 1556. Addē [illegible] qui abinde ad sexcentesimum Noe, efficiet 1656. Porro diluuiū durauit anno 1. & diebus 1[illegible] vel ad minùs anno vno integro solari. Erunt ergo 1657. completi, vel 1658. incœpti: quod est contrà computationem omnium, ac summariam ipsiusmet tandem Pererij.

PROBAT quidem hanc sententiam Salianus num. 4. argumento petito, ab annis Mathusalæ. S. Hieron. (inquit) in qq. Hebr. & S. August. 15. ciuit. 11. aiunt Mathusalam esse mortuum eo anno, quò cœpit diluuium. Atqui, vt paulò ante docuimus, hoc ipso anno terminantur 969. anni Mathusalæ. Ergo hoc anno cœpit esse diluuium, & non sequen[illegible], alioqui vixisset 970. annis: quod [illegible] pturæ aduersatur.

VERVM, hoc argumentum videri po[illegible] non concludere. Nam quod anni Ma[illegible] [illegible] terminentur hoc anno, intelligitur, [illegible] terminatione inceptiuā, vel de com[illegible] [illegible]. Si de completiuā [illegible] tunc nihil [illegible] stat [illegible] m incœpisse anno sexcentesimo com[illegible] [illegible] n sexc[illegible] esimoprimo incœpto: & M[illegible] [illegible] a vixe[illegible] annos 970. incœptos [illegible] em, non completos: quod non aduer[illegible] tur scripturæ, tradenti eum vixisse 969. siquidem 969 completi, sunt 970. incœpti. Si autem de inceptiuā: hoc ipsum non potest demonstrari, nisi priùs supposito, siue demonstrato, diluuium incœpisse anno sexcentesimo N[illegible]e ta[illegible]tùm incœpto. Atque ità ex hoc princi[illegible] supposito, demonstrauit id Salianus nu[illegible] 1. [illegible] quid sit.

PROBATVR Hæc Sententia tribus optimis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur, à mo[illegible]o loquendi Scripturæ [illegible] oc loco: necnon more hominum vsi[illegible] ato [illegible] tùm loquendi de rebus eiusmodi, tùm eas computandi. Gen. 7. v[illegible] 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense*

A *secundo, [illegible] imoseptimo [illegible] mensis, rupti sunt omnes fontes ab[illegible] magnæ, &c.* & [illegible] p. 8. vers. 13. *I[illegible] itur sexcentesimoprimo anno, [illegible] imo mense primo [illegible] mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: [illegible] eriens N[illegible]ë tectum Arcæ, &c.* Communissima sententia est, menses illos intelligendos esse respectu anni currentis: multorum verò [illegible] necnon [illegible] Pererij Disp. 2. res[illegible] p[illegible] vitæ N[illegible]. Atqui nos hominum [illegible] ita com[illegible] [illegible] i annos vel mundi, vel p[illegible] m, vt si quid eueniat, aut [illegible] faciam [illegible] cuius anni mundi vel princi-

B patus [illegible] g. ter[illegible] quint[illegible] sext. [illegible] euenisse, aut co[illegible] f[illegible] no tal[illegible] mundi, vel principatus [illegible] non co[illegible] [illegible] [illegible] p[illegible] tantù[illegible], vulgo [illegible] petut [illegible] m[illegible] [illegible] loq[illegible] e[illegible] [illegible] publ[illegible] a monumen[illegible] [illegible] rend[illegible]

CONFIRMATVR 1. Nam ali[illegible] quin[illegible] vt monet Salian. num. 5. annus sexcentesi[illegible] primus qui sequitur, erit sexcentesimus secundus non sexcentesimusprī[illegible]. Et c[illegible] te anni non s[illegible] lent aliter ap[illegible] ari, nisi qu[illegible] sexcentesimus, vere [illegible] sexcentesimus, qui sexcentesimusprimus, vere [illegible] sexcentesimusprimus. Vnde etiam si quid accidit intrà primū omninò annum solummodò incœptum, dici solet accidisse primo anno. Neque est par ratio cum dicitur, *vixit, erat*, &c. Hæc enim significare solent præteritum: illa verò præsens: præteritum, inquam, & præsens, il[illegible] anno, quò subiungitur aliquid actum. 1. Confirm.

C

CONFIRMATVR 2. Nam cùm dicitur *mense secundo*, *decimo[illegible] primā die mensis* & *mense primo*, *prima die mensis*: rursúmque vers. 14. *mense secundo*, *vigesimaseptimā die mensis*, *arefacta est terra*, & similia passim: intelliguntur ea quæ narrando subijciuntur fuisse facta, intrà menses, vel dies numeratos, incœptos tantùm: non autem post eos completos. E[illegible]go similiter cùm dicitur *anno sexcentesimo*, & *sexcentesimo[illegible] imo* tale quid actum, [illegible] n[illegible] m est actum intra annos illos incœptos non autem post eos completos. 2. Confirm.

D

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur, ab Hebr. Chald. & translatione Sept. Hebr. & Chald. sic habent, cap. 7. vers. 11. *In anno sexcentesimo vitæ Noë, in mense secundo, in decimaseptimā mensis.* & cap. 8. vers. 13. *Et fuit in vno & sexcentesimo anno, in primā die mēsis*, & vers. 14. *In mense secundo, in vigesimaseptimā mensis.* translatio autem Septuag. cui multùm vult deferendum Perer. sic habet, cap. 7. vers. 11. *In sexcentesimo anno, in vitā Noë, secundo mense, septimo & vigesimo mensis, in die hac rupti sunt*, &c. & cap. 8. vers. 13. *Et factum est in vno & sexcentesimo anno, in vitā Noë, primo mense, defecit aqua* &c. & vers. 14. *In autem secundo mense*, &c. Certè phrases illæ, *in anno*, solent exponi de incœpto tantùm,

E

non de completo: meritóque videntur intelligendæ, sicut istæ, *in mense*, *in die*, *in vita*. Atqui *in mense*, *in die*, *in vita*, non exponuntur nisi de inceptis. Ergò *in anno* exponendum est non de exacto, sed tantùm de incœpto.

Obiect. DICES. Atnonne quandoque fert vsus, vt illa phrasis, anno tali, &c. sumatur pro cõpleto? Sic enim exponunt aliqui loca plurima scripturæ sacræ, prout in singulari videbitur de Tostato super libris Regum.

Respons. RESPONDEO, non hoc quidem repugnare, verumtamen admittendum non esse, quandò nihil ad ipsum cogit. Et fauet ratio philosophica. Nam quamuis aliqua soleant dici maximè propriè, vel per prius: & aliqua minùs propriè, vel per posterius: sicut omnibus notum est de analogis; tamen quæ dicuntur maximè propriè, priora semper intelliguntur, nisi pateat aliud aliunde: vel, sicut etiam dicitur apud Philosophos, *Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato*. Sic igitur quando reperiuntur in scripturâ sacrâ phrases illæ simpliciter positæ, semper intelligi debent modo magis vsitato, quandò nihil manifestum ad aliud cogit: nihil autem manifestum ad aliud cogit isto loco. Sed neque quidpiam coget vllis alijs in locis posthæc in scripturâ videndis: quod confirmabitur in pluribus habitis passim in libris Regum, ac sufficienter quantùm hùc facere potest lib. 3. cap. 16. ferè toto.

3 Arg. III. ARGVMENTVM ipsumque inuictissimum. Petitur, ex Scripturâ, ab annis omnibus vitæ Noë? cap. 9. vers. 28. *Vixit autem Noë post diluuium* 350. *annis*. vers. 29. *Et impleti sunt omnes dies eius* ... *annorũ*, *& mortuus est*. Porro cap. 5. vers. vlt. *Cum quingentorum esset annorum genuit* &c. vtique completorum, ex sensu omnium: & sicut probatum est §. 1... & cap. 7. & 8. *erat sexcentorum*, cum incœpit diluuium: hæc addunt 100. Intelligantur hi centum, vt completi: ecce sexcenti completi antè diluuium. Adde post diluuium 350. ecce 950. cõpleti. Atqui restat annus integer, & plus, quò durauit diluuium: ergò erunt 951. completi: quod est contra textum.

Obiect. OBIICI potest, contrà Hanc Sententiam, cap. 7. vers. 5. *Eratque* (Noë) *sexcentorum annorum, quando aquæ diluuij inundauerunt super terram*. Atqui ex similibus plurimis ostensum esse, §. 10. phrasim huiusmodi, *erat*, tot annorum, ex vsu scripturæ, importare annos completos.

Respons. RESPONDETVR. ex eodem loco, phrasim quidem eiusmodi regulariter importare annos completos: nisi aliud obstet. Obstant autem ista, *Anno sexcentesimo*, & Hebr. Chald ac Septuag. *in anno*, &c: maximè verò argumentum 3. superiùs allatum. Credibile namque est Scripturam sacram non hoc fuisse dicturam, nisi per hoc ipsum ostendere voluisset illa verba, *Eratque sexcentorum annorum*, intelligi debere de sexcentesimo tantùm incœpto. Alioqui facile fuerat ipsi dicere *anno sexcentesimoprimo*, rursúmque inferiùs *anno sexcentesimosecundo*, quod tamen ipsa non fecit hoc in loco, sicut econtrà fecit innumeris in locis & prout prætendimus nos, in omnibus omninò quibuscumque alijs.

## XVI. DIFFICVLTAS. DE VII. DIEBVS, QVI Gen. 7. vers. 10. dicuntur transijsse antequam Aquæ Diluuij inundarent super terram: An censendi sint Chronologici, vel non?

§. 17.

SEPTEM dies, qui Gen. 7. vers. 10. dicuntur transijsse, antequam aquæ inundarent super terram, non esse chronologicos, sed includendos in anno sexcentesimo vitæ Noë, & immediatè præcessisse diem decimamseptimam mensis illius secundi, quâ diluuium incœpit, legenti manifestum est.

AN autem in primâ die septem illarum dierum, Noë fuerit arcam ingressus? supponimus ad hunc librum non propriè pertinere: quia nihil directè, vel indirectè facit ad seriem chronologiæ. Quare his omissis ad alia pergamus.

(∴) (∴) (∴)

XVII. DIF-

## XVII. DIFFICVLTAS. DE MENSE SECVNDO, QVO, & cuius Decimaseptimâ Die Gen. 7. verſ. 11. dicitur Diluuiũ incœpiſſe: An intelligẽdus ſit, ex vi Scripturæ, de Secũdo Mẽſe Anni ſexcenteſimi vitæ Noë: An verò de Secundo Anni Mũdi, ſeu currentis?

§. 18.

PRIMA SENTENTIA. Dicit, menſem illũ ſecundum, intelligendum eſſe ex vi ſcripturæ, de ſecundo menſe anni ſexcenteſimi vitæ Noë. Dixi *ex vi ſcripturæ*. Quia, an per accidens, aut etiam ſimul, ſit idem qui vitæ Noë, dicetur infrà §. 26.

Ita Caiet. hoc loco, Perer. lib. 12. Diſp. 2. nu. 7. & 8. ſeu pag. 353. col. 2. init. Torniellus an. 1656. nu. 1. & 19. ſeu pag. 92. col. 2. & 97. col. 1. & Salian. an. 1656. num. . ſeu pag. 270.

PROBATVR Hæc Sententia tribus argumentis.

I. ARGVMENTVM. apud Perer. Quia (inquit) ſecundũ hanc interpretationẽ, plana eſt & facilis verborum Moyſis conſtructio. Nam ſi menſem ſecundũ diſtinguas ab anno ſexcenteſimo vitæ Noë, negare non potes Moyſem locutum obſcurè, aliò annos, & aliò menſes referendo, ne verbo quidem eius rei varietate indicatâ.

II. ARGVMENTVM. apud eumdem Perer. Quia hic eſt mos & vſus computandi. Cùm enim dicimus aliquid eſſe factum anno tertio, & menſe ſecundo, alicuius principis, ſemper ad idem refertur annus & menſis, id eſt, ad vitam, vel principatum, illius principis.

III. ARGVMENTVM. apud Salianum. Sicut enim, inquit, dies decimaſeptima, ad proximè nominatum menſem: ità & menſis ſecundus, ad proximè nominatum annum, refertur.

II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, menſem illum ſecundum intelligendum eſſe ex vi ſcripturæ, de menſe ſecundo anni mundi qui tunc agebatur: ſiue anni currentis.

Ita reliqui omnes, vt agnoſcit Pererius ipſemet loco citato.

PROBATVR Hæc Sententia tribus argumentis.

I. ARGVMENTVM. Petitur à more Scripturæ recenſendi mẽſes per numeros eorum. Nam vbicũque in Scripturâ recẽſentur menſes cũ numeris ſuis, ſemper intelligũtur menſes anni mundi, ſeu currentis, quantumcumq; coniungantur anno vitæ, regiminis, principatus, aut alterius euentus: niſi aut concurrat talis annus cũ anno mundi, aut ita declaretur expreſsè. Huius rei tot exempla poſſunt eſſe, quot loca Scripturæ ſunt allata de menſibus, §. 7. 8. & 9. Notentur hæc inter alia. 4. Reg. vlt. verſ. 1. *Factum eſt anno nono regni eius Sedeciæ menſe decimo, primâ die menſis* &c. verſ. 2. *Et clauſa eſt ciuitas atque vallata vſque ad vndecimũ annum regis Sedeciæ*, verſ. 3. *nonâ die mẽſis*. & verſ. 8. *Menſe quinto, ſeptimâ die mẽſis, ipſe eſt annus decimusnonus regis Babylonis*. & verſ. 25. *Factũ eſt autem in menſe ſeptimo*, &c. Hæc loca Torniellus ipſemet intelligit de mẽſibus, nõ regni Sedeciæ, aut Nabuchodonoſoris: ſed anni currentis, quem Ille ſacrũ vocat, prout videre eſt apud eum ab an. 3444. & deinceps: præſertim ... an 3445 num. 6. 3446. num. 3. & 7. & 3447 num. 1. 2. 7. & 12. Item, verſ. 27. *Factum eſt verò in anno triceſimo ſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iuda, menſe duodecimo, vigeſimaſeptima die mẽſis, ſubleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.* Item, Ierem. 52. verſ. 4. 5. 6. 12. & 31. Ezech. 1. verſ. 1. & 2. 8. verſ. 1. 20. verſ. 1. 24. verſ. 1. 26. verſ. 1. 29. verſ. 1. 31. verſ. 1. 32. verſ. 1. 33. verſ. 21. & 40. verſ. 1. Hæc enim & ſimilia rurſus, tũ ibi ante, tùm poſt ſuis locis, exponit eodem modo Torniellus de menſibus anni currentis.

CONFIRMATVR. A locis omnibus in quibus recenſentur menſes cum nominibus ſuis proprijs, coniunctis eorũdem numeris, quæ fuſi[us] vide §§. ſuprà citatis. Notẽtur hæc inter alia. 3. Reg. 6. verſ. 1. *In anno quarto, menſe Zio (ipſe eſt menſis ſecundus) regni Salomonis.* Ibi enim menſis non refertur ad annum regni, etiamſi ſit ei cõiunctus: ſed ſimpliciter ad annum mundi. Zach. 7. verſ. 1. *Et factũ eſt in anno quarto, Darij regis, factum eſt verbũ Domini ad Zachariam in quarta menſis noni qui eſt Caſleu*. Cætera vide locis prædictis. In quorum nullo menſis refertur ad annum vitæ, vel euentus.

DIXI. Niſi aut concurrat talis annus cum anno mũdi: aut ita declaretur expreſsè. Quia ſunt quædam eiuſmodi loca, in quibus mẽſis refertur vel ad euẽtum, vel ad annũ ei a Scripturâ coniunctum. v. g. Exod. 19. verſ. 1. *Menſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti.* Ibi enim menſis tertius egreſſionis, idem erat qui anni mundi; quia egreſſio ipſa facta eſt initio anni mundi, ſeu currentis. Item, fortè 2. Par 29. verſ. 3. *Ipſe (Ezechias) anno & menſe primo regni ſui aperuit valuas domus Domini, & inſtaurauit eas.* Ibi enim annus & menſis primus expreſsè videntur declarati regni Ezechiæ. Quamuis tamen primus menſis, intelligi poſſit ibi quaſi per parentheſim repoſi-

tus: ficut ille fecundus 3. Reg. 6. verf. 1. (*ipfe eft menfis fecundus*) adeòque ad annum mundi referendus, prout nos probabile putabimus fuo loco nuncque cenferi poteft ex verf. 17. *Cœperunt autem prima die menfis primi mundare*, &c. Vt vt fit, hæc fane funt euidentiffima figna, quotiefcúq; menfes numerantur fimpliciter & abfq; expreffâ relatione ad annos poft quos apponuntur, eos intelligendos effe ex vi fcripturæ, de menfibus anni currentis, tanquam per nomina primi, fecundi, tertij, &c. fibi appropriata declaratis.

1. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab vfitato more computandi etiam in politicis. Nam nunquam dici folet aliquid euenisse tali menfe talis anni regis: fed tali quidem anno regis, tali verò menfe anni mundi, v.g. menfe Martio, Aprili, vel fimili. Ita ergò hîc, menfe primo, fecundo, vel fimili. Declaratur nomine auctorum huius fententiæ, à Perer. num. 1. hoc modo. Sicut Romani, inquit, fupputabant annos ab vrbe cõditâ, & nos Chriftiani ab ortu Saluatoris noftri: ita fimillimũ vero eft, homines qui fuerũt ante diluuiũ, annos ab exordio mundi cõditi numerare confueuiffe. Ab initio autem mundi vfq; ad diluuium, recenfentur anni 1656. Quapropter fecundùm eos, menfis ille quò cœptum eft diluuiũ, erat fecũdus menfis anni ab orbe condito millefimi fexcentefimi quinquagefimifexti.

1 Arg. III. ARGVMENTVM. ad hominem. Petitur ab alijs locis habitis in Scriptura [illegible] quæftiones in [illegible] us. Nam quam [illegible] cap. 8. vers. 4. [illegible] ... eius vig[illegible] & vers. 5. menfis de [illegible] Tor-niell. & Salian. eos inte[illegible], non anni vitæ Noe, fed diluuij inceptio, volunt autem reliqui omnes, & Pererius ipfemet, intelligi de menfibus anni currentis. Cur non ergò hoc loco poffit aut debeat menfis fecundus, aliter in[illegible], quàm folummodo vitæ Noe vel potius, ex vi fcripturæ [illegible] effe de menfe anni mundi [illegible] Moyfes variaret intelligentiam men[illegible], quos toties recenfet. Quare,

Ad 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM præcedentis fententiæ. Refpondetur, planum fuiffe narrationem Moyfis, ijs qui vtebantur menfibus per numeros folum defignatis, quales erant Iudæi tunc planum effe reliquis nunc, qui norunt morem Scripturæ, necnon politicorum, menfes computandi.

Ad 2. Arg. AD II. Refpondetur, negãdo hunc effe morem & vfum computandi: nifi quando declaratur expreſsè menfem, æquè ac annum, referendum effe ad vitam, vel principatum, alicuius principis.

Ad 3. Arg. AD III. Refpondetur negando confequentiam. Etenim ex vfu Scripturæ, ac politicorum, conftat, diem referri quidem ad proximè nominatum menfem: non autem menfem ad proximè nominatum annum, nifi declaretur expreſsè.

## XVIII. DIFFICVLTAS. DE XL. DIEBVS, QVIBVS Gen. 7. verf. 12. dicitur facta Pluuia: & 150. Quibus verf. 24. dicuntur Aquæ obtinuiffe terram: An intelligendi fint condiftincti: An verò 40. in 150. inclufi?

§. 19.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, 40. dies pluuiæ, & 150. quibus aquæ dicuntur obtinuiffe terram, intelligendos effe condiftinctos: adeòque efficere 190 dies, qui cœperint à diluuio.

Ità Iofephus 1. antiq. R. Salom. hoc loco apud Toftat. in fine cap. 7. Gen. & apud Genebr. anno 1657. feu pag. 23. fin. S. Chrifoft. Hom. 25. Gen. S. Aug. vel Author qq. in Gen. 4. 12. iuxta Symmach. & Aquilæ interpretationem. Lyran. Lippom. Caiet. & Toftat. hoc loco. Del Rio [illegible]. Torniel. anno 1656. nu. 2. feu pag. 98. col. 1. & Salian. eodẽ anno à num. 38. feu à pag. 279. fin. adeòque num. 38. 4. & 54 & in fchol. ad num 38.

PROBAT Hanc Sententiam Salianus duobus argumentis.

1 Arg. I. ARGVMENTVM. in fchol. ad num. 38. Petitur à voce, *obtinuerunt*. Statuis aquatũ, inquit, [illegible] fignificatur voce, *obtinuerunt*: quia vtitur Hieron. in Vulgata, quàm voce [illegible], quàm habet Aquila, quæ verti poteft *confirmata eft*, aut [illegible]. Symmachi, id eft, *polita eft*, aut [illegible]. Sept. id eft, *exaltata eft*, aut *prævaluerũt* Oncheli, aut *roboraverunt fe* Pagn. Eleganter Chryfoft. [illegible], id *verticem mundi fublata manfit aqua*.

Arg. II. ARGVMENTVM. num. 4. Petitur, à ratione temporis exigente. Alioqui, inquit, annus [illegible] minor erit cæteris fpatio 40. dierum. Quod ita demonftratur. Diluuium cœpit poft vitam [illegible], & 16. dies anni fexcentefimi Noe, id eft, poft 46. dies. Sequuta eft pluuia dierum 40 cum perpetuo incremento. Tunc ftatus per dies 150. Ex qua vtraque fummâ fiunt fex menfes Lunares 177. dierum, & 13. dies. Quoniam verò arca fubftitit vigefimafeptimâ die feptimi menfis, prædictis 6. menfibus & 13. diebus addendi funt de hoc feptimo menfe 16. dies qui fuperfunt. Tum duo integri menfes, octauus & nonus, qui conficiunt 59. dies Sequitur

primus dies decimi mensis quo apparuerunt cacumina môtium. A quo die vsque ad emissionem corui, intercesserunt 40. dies. Postremo sequuti sunt bis 7. dies. Sicque impletur totus sexcentesimus annus Noe. Quod si in tot. diebus prædictis, includas 40. dies pluuiæ, deerunt illi anno 40. dies: quod perabsurdum est. Hæc ibi. Et in schol. Vide, inquit, rem oculo subiectam, ne quis forte deinceps 13. istos dies (huc ponit propter Capellum inscitè reprehendentem Torniellum) fictitios putet, & malit versa vice bis 40. dies (hoc forsan dixit contrà Scalig.) aut ter septenos (& hoc forsan contrà Mercatorem) Scripturæ affingere. Vide 6. mêses Lunares ex cauis & plenis alternatim constantes, qui dies 177. conficiant, quibus additi 13. dies efficiût 190.

| | |
|---|---|
| 30 | 177 |
| 29 | 13 |
| 30 | 190 |
| 29 | 40 |
| 30 | 150 |
| 29 | 190 |
| 177 | |

Reijcitur 1. Sent.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod authores eius ideò amplectuntur illam, quia per ipsam putent conuenientiùs assignari dies omnes anni in quô euenit diluuium, 365. At hoc non esse côuenientius, iam fuit ostensum, vbi de mensibus & annis fuit actum, ostendetur mox iterùm. Itaque,

2. & probabilior Sent. 40. dies includendi in 150.

II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, 40. dies pluuiæ intelligêdos esse inclúsos in 150. quibus aquæ dicuntur obtinuisse terram: adeóque efficere solum 150. dies qui cœperint à diluuio.

Ità videri potest S. Ambros. lib. de Noë & Arcâ, cap. 17. Ità Histor. Scholast. in Gen. cap. 34. Hugo Victor. in. hoc loco. Genebr. an. 1657. seu pag. 23. fin. Scaliger. lib. 3. de Emêd. Temp. cap. de anno Priscorum Hebræorum Abrahamæo. & lib. 5. cap. de Diluuio. Temporar. lib. 3 sect. cui tit. Temporum mensura, seu à pag 361. fin. & in paradigmate anni diluuij quod habet pag. 388. plurimique alij.

Pererius quidem videri potest, & videtur Saliano, dubius, cum lib. 12. Disp. 11. à pag. 302. rationes vtriusque sententiæ afferens, notat primùm, dijudicationem quæstionis in eo potissimùm esse, vt statuatur quid significent illa verba Moysis, *Obtinuerunt aquæ terram*. Summariè autem dici potest, quod si, *obtinere*, significet prorsùs operire: primam sententiam esse probabiliorem. Si autem significet quocumque modo obtinere: probabiliorem esse secundam.

Deinde cum notat, priorem quidem sententiam, quia facilior est intellectu, & verbis Moysis congruentior, verisimiliorem quoque fore, nisi ei valde officeret, quod mêses, partim 7. partim 8. cap. memoratos à Moyse, cogitur variè & ambiguè accipere, & computare: nempe aliquos ab initio anni, seu vitæ Noë, alios non ab initio anni, sed ab initio diluuij, cû tamen illos Moyses sine vllâ distinctione ponens, eodê modo accipi debere omnes, nô obscurè significet. Hæc Pererius.

Attamen, ex alijs eius dictis constat, ipsum sensisse hanc sententiam esse probabiliorem. Vt, vbi agens de sententiâ computante septimum mensem, non ab incœpto diluuio, sed ab anno currente, aut vitæ Noë, lib. 13. Disput. 4. vltimis verbis dicit, eam alteri esse præferendam. Ex ea autem necessariò sequitur 40. dies esse in 150. includendos, vt ostendetur § seq. Item, verbis côceptissimis Disp. 6. nu. 52 Separat (inquit) Caietanus 40. dies pluuiæ ab alijs 150: sed eos nô debere separari suprà ostendimus esse probabilius. Hæc ille.

PROBARI potest Hæc Sententia duobus argumentis. Altero probante, altero solum suadente.

I. ARGVMENTVM & probans. 1. Arg.
Procedit ex demonstratione factâ §. præcedenti, menses a Scriptura per numeros suus recensitos, semper esse sumendos de mensibus anni currentis: hinc rursus suppositione dandâ, mensem septimum quô arca requieuit, intelligendum esse septimum, non ab incœpto diluuio, sed ab anno currente, vel ad plus per accidens simûl anno vitæ Noë: hac verò demonstratione, vel suppositione datâ, Petitur a ratione temporis necessariò sic exigente. Quia alioqui darentur dies multò plus quàm dies 6. mensium & dies 27. mensis septimi, à principio anni vsque ad requiem arcæ: quod esset contra manifestum scripturæ textum. Ostenditur in omni sententia. Nam in sententiâ de mensibus Lunaribus, dies 29. mensis primi, 16. secundi, 40. pluuiæ, & 150. aquarum. faciunt dies 235. In sententia de mensibus Solaribus, dies 30. mensis primi, 16. secundi, 40. & 150. faciunt 236. Distribue 235. in menses Lunares: & habebis 7. menses, & 28. dies: seu 8. menses, vnâ die minus: quibus adhuc addendi sunt aliqui decrementi aquarum inter 150. & requiem arcæ, Similiter distribue 236. in menses Solares: & habebis 7. menses, & 26. dies: seu 8. menses, 4. diebus minùs: quibus addendi sunt pariter aliqui decrementi. Atqui sumpto mense septimo pro mense septimo anni currentis, acti fuerint solummodò iuxtà Scripturæ textum expressum, ab initio anni currentis ad requiê arcæ, 6. menses, & 26. dies mensis septimi. Ergò mense septimo sumpto pro septimo anni currentis, seu computato, non à diluuio incœpto, sed ab initio anni currentis, aut etiam vitæ Noë: 40. dies pluuiæ non possunt non in 150. diebus aquarum includi.

II. ARGVMENTVM & suadens. 2. Arg.

A Petitur, à circumſtantijs textus: & Cõfirmatur, à varijs eius lectionibus. Nam ſi rectè conſpiciatur textus, videtur in eo inſinuari verba illa, *Obtinuerunt aquæ terram 150. diebus*, eſſe dicta per modum cuiuſdã ſummarij, partim præcedentia, partim aliqua plus, inuoluentis.

PRIMO à ſimilibus ſummarijs paſſim in eâdem ſerie textus habitis. Vt cap. 7. verſ. 13. *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noë, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius, vxor illius, & tres vxores filiorum eius cũ eis in arcam.* Quod enim hoc ibi dictum fuerit per ſummarium, patet, quia dictum fuerat verſ. 7. *Et ingreſſus eſt Noë & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius* B *cum eo, in arcã.* Item, verſ. 17. deſcribitur diluuium ſumptum pro rupturâ fontium abyſſi, fluxuque imbrium, per modum ſummarij his verbis. *Factum eſt diluuium 40. diebus ſuper terram.* Quod enim hoc ibi dictum ſit per ſummarium, patet imprimis, quia dictum iam fuerat verſ. 11. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt.* verſ. 12. *Et facta eſt pluuia ſuper terram 40. diebus & 40. noctibus.* Deinde, poſt illa verba, *Factum eſt diluuium 40. diebus ſuper terram*, C aſſumuntur narrãda quaſi ſingulatim, ea quæ ſummatim continentur in illis. Sic enim ſequitur eod. verſ. *Et multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terrâ.* verſ. 18. *Vehementer enim inundauerunt: & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ, porrò arca ferebatur ſuper aquas.* Ecce initium diluuij illius 40. dierum. verſ. 19. *Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram, opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cœlo.* verſ. 20. *Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper omnes montes quos operuerat.* D Ecce progreſſus & terminus diluuij illius 40. dierum. verſ. 21. *Conſumpta eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniumque reptilium quæ reptant ſuper terram: vniuerſi homines*, verſ. 22. *& cuncta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terrâ mortua ſunt.* verſ. 23. *Et deleuit omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptilia, quàm volucres cœli, & deleta ſunt de terrâ: remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca.* Ecce effectus diluuij illius. In his porrò effectibus diluuij illius, E nonnihil etiam inſinuari videntur aliqui dies ſuprà 40. in quibus *conſumpta* fuerint, & *deleta* illa omnia. Vtut ſit, cum immediatè his ſubiungitur verſ. 24. *Obtinueruntque aquæ terram 150. diebus*, ſanè partim ex his, partim ex ſimilibus, indicatur verba hæc fuiſſe dicta per quoddam ſummarium, ſi non ex toto, ſaltem ex parte reſumens præcedẽtia: adeóque tum [illegible]a, tùm aliqua plus inuoluens, ſcilicet, reliqua quæ efficiunt 1[illegible]. Item, ſimilia rurſus habentur ſummaria in ſequentibus. Vt cap. 8. verſ. 1. *Recordatus autem Deus Noë, cunctorumque animantium & omnium iumentorum quæ* A *erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.* Hæc enim ſunt partiale quoddam ſummarium eorum quæ fuſius narrantur poſteà, vt legentibus eſt obuium. verſ. 2. *Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo.* Et hæc ſunt aliud partiale quoddã ſummarium eorumdem: prout etiam cenſet S. Aug. vel Author Lib. qq. in Gen. q. 12. ea volens ibi per recapitulationem dicta.

SECVNDO. Ab alijs circumſtantijs textus, inſinuantibus illa verba, *Obtinueruntque aquæ terram 150. diebus*, comprehẽdere totam B aquarum conſiderationem. Nam cap. 8. verſ. 2. *Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo.* verſ. 3. *Reuerſæque ſunt aquæ de terrà, euntes & redeuntes: & cœperunt minui poſt* 150. *dies*. Si hæc poſtrema verba, *& cœperunt minui, poſt* 150. *dies*, comparentur ad præcedentia, *& clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohibitæ ſunt pluuiæ*: vtique ideò dicta hîc videbuntur, vt per hanc veluti oppoſitionem, ſicuti à ruptis fõtibus abyſſi, apertis cataractis cœli &c. incœperũt aquæ: ità à 150. diebus poſt ruptos C eoſdem fontes, apertas cataractas cœli, &c. eædem aquæ incœperint minui; atque ità computandi ſint illi 150. dies, à tempore quô rupti fontes abyſſi, cataractæ cœli apertæ, & denique inceptæ pluuiæ. Hoc eſt, quando dicitur, *& clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & prohibitæ pluuiæ*, ſubditurque, *reuerſæque ſunt aquæ, & cœperunt minui poſt* 150. *dies*, inſinuatur, quod ſicut aquæ incœperant à ruptis fontibus &c. & inualuerant vſque ad D 150. dies: ità cœperunt diminui poſt eoſdem 150. dies a quibus incœperant: & ſic agatur de imminutione aquarum, de quarum profuſione fuerat actum; atque ità tandem in verbis illis comprehendatur tota conſideratio illarum. Neque oberunt illa verba. *Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes.* Nil enim aliud propriè dicunt iuxtà phraſim Hebraicam, quàm quod mouebantur & agitabantur in hanc & alteram partem ſuper terrã. Vel certè ſi aliud ſignificare contẽdantur, erunt intelligẽda per anticipationem ibi dicta; de minutionibus ſecutis poſt 150. dies: E iſta verò ſequentia, *cœperùntq; minui poſt* 150. *dies*, per recapitulationem dicta, de diminutione omnium primâ, poſt 150. dies qui diminutioni coniunguntur.

CONFIRMATVR ab alijs lectionibus. Nam vbi Vulg. & S. Hieron. habent, *Obtinuerunt*, Hebr. וַיִּגְבְּרוּ. *& roboratæ ſunt, præualuerunt* &c, à rad. גָּבַר: *præualere, robuſtum eſſe*, &c. Et vbi Vulg. & S. Hieron. habent, *terrã*, Hebr. עַל הָאָרֶץ *ad terram, versùs terrã, ſuper terram.* Chald. וּתְקִיפוּ. quod Montan. vertit, *præualuerunt*: radix autem Chald. תְּקִיף: *fortis, roboratus fuit, vires acquiſiuit*, à rad. Hebr.

תְּקֵף: *roborari, fortificari, fortem, vel fortiorem esse, praeualere, vires acquirere.* Vbi etiam additur עַל־אַרְעָא *ad terram, super terram.* Sept. καὶ ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς γῆς, *& exaltata est, eleuata est, aqua super terram.* Versio Latina Montan. *& exaltata est aqua super terram.* Aquila ἐδυναμώθη, *potens reddita, potentiam adepta*, &c. Symmachus ἐπεκράτησε, *potita est.* Pagn. *roborauerunt se.* Praeterea, comparentur haec, cum verbis illis vers. 18. *Vehementer enim inundauerunt*, vbi Hebr. וַיִּגְבְּרוּ, *& roboratae sunt praeualuerunt*, &c. eadem radix גבר. Chald. ותְקִיפוּ *praeualuerunt* &c. eadem radix Chald. ab eadem Hebr. תקף. Septuag. καὶ ἐπεκράτει τὸ ὕδωρ. Versio Latina Montani, *& inualuit aqua*: idem verbum Graecum quod Symmachus suprà. Vbi similiter subiungitur, Hebr. עַל־הָאָרֶץ. Chald. עַל־אַרְעָא. Septuag. ἐπὶ τῆς γῆς, *ad terram, super terram.* Itē, comparentur verbis illis vers. 19. *& aquae praeualuerūt nimis super terram.* Vbi Hebr. גָּבְרוּ, eadem radix: vbi & additur מְאֹד מְאֹד, *valdè valdè*, & עַל־הָאָרֶץ *super terram* Chald. תְּקִיפוּ, eadem radix Chald. ab eadem Hebr. Montanus *praeualuerunt*: vbi & additur, *valdè super terram.* Septuag. τὸ δὲ ὕδωρ ἐπεκράτει σφόδρα σφοδρῶς ἐπὶ τῆς γῆς: Versio Lat. Montan. *& aqua inualuit nimis valdè super terram*: idem verbum Graecum quod Symmachus suprà, Qui contulerit, inquam, adinuicem, illa loca: quique eadem verba, necnon easdem phrases, inspexerit; facilè sugdebitur, ex similitudine rerum & verborum, per ista vers. 22. *Obtinueruntque aquae terram* 150. *diebus*, resumi praecedentia tum vers. 18. & 19. tùm consequenter à vers. 17: nec aliud per ea significari, quàm, aquas praeualuisse, partim ascendendo, partim in statu illo remanendo: ideoque 40. dies includendos esse in 150.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM praecedentis sententiae, Responsio praetenda est ab expositione vocis illius, *Obtinuerunt*, data per Pererium suprà: & à confirmatione secundi argumenti iam allata; scilicet, eam significare hoc loco, obtinuerunt quocumque modo, partim ascendendo, partim in statu remanendo: S. autem Chrysostomus ità scripturam exposuit, vt suae faueret sententiae.

Ad 2. Arg. AD II. Respondetur, ostensum fuisse satis §. 11. rursùm ostendendum §. 28. non deesse huic anno 40. dies. Quod autem non fuerint expresse à Moyse nominati, non magis absurdum esse, quam cum tot alios ibidem expresse non nominasse.

## XIX. DIFFICVLTAS. DE MENSE SEPTIMO, Quô, & cuius vigesimaseptimâ die, Gen. 8. vers. 4. dicitur Arca quieuisse: An intelligendus sit septimus ab incœpto Diluuio: An verò septimus anni currentis?

§. 20.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, mensem illū septimū, intelligendū esse septimū non ab initio anni currentis, sed ab initio diluuij incœpti. Ità censent, aut censere debent, authores allati §. praecedenti sub 1. sententiâ, & quotquot separant 40. dies pluuiae à 150. aquarum. Alias enim tempora non quadrarēt. Expresse autē ex recentioribus Torniellus an. 1656. num. 2. & à num. 24. & Salianus eod. an. nu. 40. & 50.

Probat. PROBATIO Huius Sententiae, procedit à suppositione primae illius sententiae habitae §. praecedenti: nimirum, 40. dies pluuiae non esse includendos in 150. aquarum: hac verò suppositione datâ, Petitur à ratione temporis ità necessariò exigente. Quia darentur alioqui dies multò plures, quàm dies 6. mensium. & dies 27. mensis septimi, à principio anni vsque ad requiē arcae, sicut iam ostensum est §. 19. Nihilominus ostenditur rursus in omni sententiâ. Nam dies 29. mēsis primi, in sententiâ de mensibus Lunaribus, vel 30. in sententiâ de Solaribus, 16. mensis secundi, 40. pluuiae, & 150. aquarum: faciunt dies 235. vel 236. qui diuisi in menses Lunares, dant 8. menses forsan vnâ die minùs: in Solares, similiter 8. forsan 4. diebus minùs. Sic autem falsum esset arcam requieuisse, aut post 150. dies, aut vigesimaseptimâ mensis septimi. Nam si vigesimaseptimâ mensis septimi: vtique non post 150. dies; quia 6. menses & 27. dies, non complent tot dies quot reperiuntur vsque ad finem 150. Si verò post 150: vtique nōn vigesimaseptimâ mensis septimi; quia finis istorum 150. excedit multò 6. menses & 27. dies: quae omnia manifestè sunt contraria narrationi Moysis. Hoc autem dato, quod mensis septimus non possit intelligi septimus anni currentis, sed computandus sit à diluuio incœpto: conuenienter assignabuntur menses & dies à Moyse memorati, intrà annum currentem, vel sexcentesimum Noe, sicut fusiùs mōstratum est §. 11. Breuiter autem sic. 40. dies pluuiae, & 150. status aquarum: sunt 190. Diuide in menses Lunares: habēbis 6. menses, & dies 13. qui fuerint 13. primi dies mensis septimi. Habebis insuper 13. alios: qui fuerint decremēti, & eiusdē mensis septimi vsque ad vigesimamseptimā eius exclusiuè sumptā. Addēdi 3. reliqui eiusdē mensis septimi, 30. octaui, 29. noni, prima decimi, 40. coru, 7. & 7.

columbæ. Iunge 29. mensis primi, & 16. secundi, antè initium diluuij. Hi omnes efficient annum solarem dierum 365. per menses, & dies, à Moyse memoratos, compositum.

Reijcitur 1. Sent.

CONTRA HANC SENTENTIAM. Facit I. id quod Obijcit Perer. lib. 13. vitiose not. 11. Disput. 4. num. 41. seu pag. 371. vitiosè not. 121. col. 2. fin. nimirùm, secundùm hanc sententiam necesse esse menses variè cõputari. Quosdam quidem, inquit, à principio anni: alios verò à principio diluuij. Namque sectatores eius opinionis, mensem secundum, quô factum est diluuium, & mensem decimum, quô apparuerunt cacumina montium, & mensem primũ sexcentesimi primi anni quô dicitur Noë tectum arcæ aperuisse, & mensem secundum eius anni quô arcam egressus est Noë: hos, inquam, (ait Perer.) menses omnes illi computant ab initio anni. Solum autem mensem septimum, quô requieuit arca super montes, volunt illi computandum esse non ab initio anni vt cæteros, sed ab initio diluuij. Quis autem inducat in animũ credere; Moysem in hac suâ tam breui narratione variè & ambiguè posuisse menses, nullâ eius varietatis factâ significatione? Hactenùs Pererius.

PORRO, vel mendũ est apud Pererium, vel lapsus memoriæ, cùm dicitur apud eum authores huius sentẽtiæ computare ab initio anni decimum mensem quô apparuerunt cacumina montium. Nam Disput. sequenti, scilicet 6, num. 47. seu pag. 373. col. 1. init. notat & affert Caiet. dicentem contrarium verbis expressis Item, Torniel. suprà num. 24. sequens opinionem illam, & respondens cuidã argumento Pererij, quod visum fuit §. 11. videbitur rursus §. sequenti, ex professo disputat, asseritque decimũ illum mensem computandum esse à diluuio: & num. 22. fin. Nulla, inquit, apparet ratio, cur isti menses, scilicet septimus, & decimus, diuersimodè supputari debeant Denique, idem asserũt verbis expressis Salianus, & reliqui. Hoc igitur errore memoriæ vel scriptoris emendato, concludit optime Pererius.

Respons. ad Obiect.

AD HANC Obiectionem Respondet Torniellus, mirum nõ videri debere Pererio, quod hic scriptura sacra computet primum & secundum mensem ab exordio anni vitæ Noë: alios vero eiusdẽ anni dies & menses ab initio diluuij. Siquidem solet interdum alibi quoque annos, præter conceptum ordinẽ ab alijs etiam principijs obiter cõputare, vt sub anno 3095. num. 3. aliquot exemplis planum se facturum spondet. Et quidem illo loco nonnulla profert exempla.

Reijcitur Respons.

VERVM, contrà Hanc Responsionem Facit, quod in locis quæ profert ibi Torniellus, variantur quidem aliquæ computationes annorum: non tamen mensium intrà vnum eumdémque annũ; neque vero rursùs computationes annorum mundi: sed solummodò cuiusdã principis particularis, v.g. Iosaphat, Sedeciæ, &c. Et præterà variationum illarum argumenta certissima deducuntur ex ipsamet sacrâ scripturâ. At hoc loco contra. Quare manet semper in suo vigore ratio Pererij, Moysem nullam huius variationis fecisse significationem. Valent & quæ nos diximus de more scripturę menses recensendi per numeros suos §. præcedenti sub 2. sententiâ.

Reijcitur 2. 1. Sent.

FACIT II. contrà eamdẽ sententiam, aut certe contrà authores eius, id quod Obijcit ibidem Perer. Disput. 6. à num. 28. seu pag. 313. col. 1. contrà computationem mensis decimi à diluuio incœptô. Sed quoniam illa obiectio propria est §. sequenti, vbi agetur ex professo de mense illo decimo: propterea illuc remittenda est.

2. & probabilior Sent. Mensis 7. est anni currentis.

II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, mensem illum septimum intelligendum esse septimum, non ab initio diluuij, sed ab initio anni currentis, aut etiam vitæ Noë.

Ità authores allati §. 19. sub 2. sententiâ. Histor. Scholast. Hugo Victorin. Genebrard. Scaliger, Perer. Temporar. &c. Et quidem consequenter magis illi suæ sententiæ. Nam frustrà 40. dies includerentur in 150. si mensis septimus, computandus esset à diluuio incœpto: cùm 40. & 150. condistincti conuenientiùs essent repleturi tempus à diluuio incœpto, ad septimum mensem ab eo computandum, secundùm alteram sententiam.

Probat.

PROBATIONES Huius Sententiæ sunt eædem quæ probationes quibus demonstratum fuit §. 18. mensem secundum quô diluuium incœpit, intelligendum esse ex vi scripturæ, secundum anni currentis; nimirùm Petita à more scripturæ & politicorum, semper computandi menses ab initio anni currentis: nisi aliquid expressum obstiterit.

Confirm.

CONFIRMANTVR à Perer. num. 4. cùm ait. Hanc opinionem illud quidem facit mihi valdè probabilem, quod eodem modo secundùm eam computãtur omnes menses qui in hac narratione numerantur a Moyse, scilicet ab initio anni: & in fin. Secunda igitur sententia quæ computat illum septimum mensem quô requieuit arca ab initio anni, primæ videtur præferenda. Hæc ille. Sunt autem authores huius sententiæ varij in modis numerãdi suos dies, iuxtà varias de mensibus Lunaribus, & Solaribus, sententias.

1. Modus.

I. MODVS, est authorum stantium pro mensibus Lunaribus. Vt Genebrard. Perer. &c. Hunc ità declarat eorũ nomine Pererius, paulò ante verba relata superiùs: nẽpe num. 40. Et huic, inquit, sententiæ consequens est inter eum diem quô cœperunt minui aquæ, & eum quô resedit arca, interfluxisse

8. dies, quibus eatenus immissæ sunt aquæ, quæ altissimos montes 15. cubitis superegressæ fuerant, vt arca fundo suo verticem vnius montium Armeniæ contingens super eum resederit. Huius autem computationis ratio iniri & subduci ad hunc modum potest. Ab initio anni sexcentesimi vsque ad initium diluuij, quod factum est decimoseptimo die mensis secundi. Præterierunt 46. dies. Et hos consecuti sunt 150. dies. Ex vtroque B autem hoc modo existit summa 196. dierum. Restant igitur 8. dies vsque ad 204. qui quidem efficiunt 6. menses Lunares, & insuper 27. dies, quò die vigesimoseptimo mensis septimi dicitur requieuisse arca. Hæc Pererius. In hoc deficiens: quod primum mensem alternum, facit dierum 30: & dies decrementi 8: & diem vigesimamseptimam mensis septimi in eis includit. Nam datis 30. diebus C primo mensi alternorum, & non inclusa probabiliùs vigesimaseptimâ mensis septimi in diebus præcedentis decrementi: dandi sunt dies tantummodò 7. illi decremento. Breuius ergò & clariùs ex §. nostro 11. 6. menses, & 26. dies mensis septimi, faciunt dies 203. Distribue illos in partim nominatos, partim indicatos à scripturâ: & inuenies 29. primi, 16. secundi, 150. aquarum, & 8. decrementi, vsque ad requiem arcæ. Hi complent 203.

Obiect. OBIICIT contra Hunc Modum Tor- D niellus an. 1656. num. 22. à med. Diximus, inquit, arcam requieuisse septimo mense ab inchoato diluuio. Quia si dicis, à principio anni Noë sexcentesimi: nullomodo poterit veridica reperiri Scriptura sacra, in eo quod ait eamdem arcam requieuisse vigesimaseptimâ die mensis septimi: siue computes dies 150. status aquarum à fine 40. dierum pluuiæ: siue ab initio diluuij, quemadmodùm aliqui perperam supputandos existimarunt. Nam E cum dictum sit, diluuium cœpisse inchoante decimaseptimâ die mensis secundi: si priùs seorsim computaueris dies 30. primi mensis, & 16. secundi, 40. pluuiæ, & 150. status aquarum: & his addideris 13. dies ab initio decrementi aquarum, post quos diximus arcam requieuisse: inuenies summam 249. dierum: qui efficiunt 8. menses Lunares, & 12. dies mensis noni. Si verò de hac summâ detraxeris 40. illos pluuiæ dies, tanquam in prædictis 150. diebus status aquarum contentos: resultabit summa dierum 209. qui faciunt menses Lunares 7. integros, & supersunt dies duo mensis octaui. Et sic vtroque modo oporteret arcam non die vigesimaseptimâ mensis septimi, vt Scriptura sacra testatur, sed die secundo mensis octaui, vel duodecimo mensis noni requieuisse. Hæc ille.

Respons. VERVM, in multis hallucinatur Torniellus. Primò quidem in hoc quod cùm in B superioribus voluerit, primum mensem constare 29. dierum tantum, ne annum faceret Bissextilem: nunc cum facit dierum 30: ergò hac ex parte decipitur pro die vnâ. Sed hoc parùm in hac cõtrouersiâ. Quod grauius est, secũdò decipitur in hoc, quod refutando secundum modum computandi: supponit dies decrementi à 150. aquarum ad requiem arcæ, dandos esse 13. æquè ac in modo primo. Hos C equidem reperit in illo modo primo, in quô 40. dies non includuntur in 150. adeóque in quô mensis septimus non computatur ab anno currente, sed à diluuio incœpto. At verò in modo contrario, dies illi 13. non admittuntur: sicut nec iuxtà veram computandi rationem reperiuntur; sed tantummodò 8. Itaque substrahe à 13. eos qui superant 8. & trigesimam mensis primi: & inuenies requiem arcæ poni non secundâ mensis octaui, sed vigesi- D maseptimâ mensis septimi, quam assignat Scriptura.

2. Modus. II. MODVS & probabilior est, authorum stantium pro mensibus Solaribus, vt Mercatoris, Scalig. Temporar. &c. Quorum sententiæ non secundùm Hebr. sed secundum Edit. Vulgat. sumptæ, consequens est, inter dies 150. & vigesimamseptimam mensis septimi interfluxisse dies 10. tribuẽdos decremento. Huius computationis ratio facilè iniri potest, vt visum est §. 11. Breuiter. 6. men- E ses Solares, qui faciunt dies 180. & 26. mensis septimi, conficiunt dies 206. Distribue illos in partim nominatos, partim indicatos à scripturâ, & inuenies 30. mensis primi, 16. secundi, 150. aquarum, & 10. decrementi. Hi complent 206.

CONTRA HVNC MODVM, nil obiici potest, nisi ea quæ fuerunt obiecta contrà menses & annos Solares §. 10. & 11. At ibidem etiam sufficienter soluta sunt.

(∴) (∴) (∴)

## XX. DIFFICVLTAS. DE MENSE DECIMO, QVO, & cuius primâ die Gen. 8. verſ. 4. dicuntur Cacumina montium apparuiſſe: An intelligendus ſit Decimus à Diluuio incœpto: An verò Decimus Anni currentis?

§. 21.

[1. Sent.] PRIMA SENTENTIA. Dicit, menſem illum decimum intelligendum eſſe, non ab initio anni currentis, ſed ab initio diluuij incœpti.

Ita authores allati §§. præcedentibus, ſub primis ſententijs. Ex modernis Caiet. in Gen. Torniell. an. 1656. num. 22. & 24. & Salian. eod. an. 1656. num. 40. & 50.

[Probat.] PROBAT Hanc Sententiam Torniellus num. 24. ex Gen. 8. à verſ. 5. ad verſ. 13. vbi poſt apparitionem montium fit mentio dierum ſolummodò 40. & bis 7. vſque ad ſexcenteſimumprimũ annũ: & verſ. 13. *Igitur ſexcenteſimoprimo anno, menſe primo, primâ die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram, & aperiens Noë tectum arcæ aſpexit* &c. Ex memoratâ, inquit, Moyſis illatione, liquidò videtur poſſe colligi, quod quando ſuperiùs dixit, primâ die menſis decimi apparuiſſe cacumina montium: proculdubiò 9. illi menſes integri qui præceſſerant, ſupputari nullomodò poſſunt, ab initio anni ſexcenteſimi ætatis Noë. Quia poſtmodùm apertè Scriptura ſacra dicit, poſt eoſdem illos 9. menſes, vſque ad initium anni ſexcenteſimiprimi, fluxiſſe duntaxàt 40. & bis 7. dies: qui nullatenùs poſſunt reliquos tres efficere menſes, & annum illum Solarem explere. Deficiunt namque ad eius implementum pluſquam alij 40. dies: ſuppoſitò (vt ſæpiùs diximus) dictos menſes fuiſſe Lunares.

[Confirm.] CONFIRMANT tùm ipſemet, tùm alij, ab oſtenſione, quà computando ſic, omnes illi dies, & non plùs aut minùs, à Moyſe memorati, conſtituunt annum integrum Solarem, ſiue currentem, ſiue vitæ Noë. Quamuis diuerſi ſint in modo conſtituendi annum eiuſmodi.

[1 Modus] I. MODVS. eſt Caietani, his verbis ad longum à Pererio relatis. Ibant, inquit, aquæ, & decreſcebant vſque ad decimum menſem. Proculdubiò ab initio diluuii. 70. igitur dies præteriiſſe deſcribuntur à quiete arcæ ſuper montes, vſque ad decimum menſem. Fluxerunt namque 12. dies ſeptimi menſis, & 58. dies integrantes octauum & nonum menſem. Die autem immediatè ſequenti ſupradictos 70. dies, apparuiſſe dicuntur cacumina, vel, quod ſignificat verbum Hebræum, capita montium. Igitur quando arca quieuit ſuper montes, adhuc capita montium tam altè coöperta erant aquis, vt 70. dierum ſpatio opus fuerit, vt ea deregerentur, & tota arca libera eſſet ab aquis, quæ per dies illos 70. ſecundùm non paruam partem cingebatur, aquis ſenſim deficientibus. & infra. Cum Moyſes ſcripſit anno ſexcenteſimo primo, menſe primo, & die primo, areſactam eſſe terram, ſignificaſſe tunc completum eſſe integrum annum ſexcenteſimum Noë. Huius enim anni dies omnes diminuerauit Moyſes per partes. Nam primò, commemorauit 46. dies, cum dixit ingreſſum fuiſſe in arcam anno ſexcenteſimo, menſe ſecundo, die decimaſeptimâ. Deinde, recenſuit 40. dies pluuiæ. Poſt hos autem commemorauit alios 150. dies, vſque ad diminutionem aquarum. Adhæc 70. alios: videlicet, à decimoſeptimo die menſis ſeptimi, vſque ad primum diem menſis decimi. Præter hos verò nominauit 40. dies: & inſuper alios bis 7. dies. Ex prædictis autem omnibus diebus conficitur ſumma dierum 360. aſſignando cuilibet menſi Lunari 29. dies. Poſthæc ſubiungit Caietanus, annum apud veteres, notanter Græcos, & Romanos, fuiſſe 360. dierum: &, vt creditur, apud Ægyptios: eumdemque fuiſſe tempore Moyſis & Noë, colligi ex hac chronologiâ diluuij.

[Reijcitur 1. Mod.] CONTRA Hunc Modum, quatenùs legit iuxtà Hebr. arcam quieuiſſe decimaſeptimâ die menſis ſeptimi, actum fuit §. 5. quatenùs menſes Lunares facit dierum tantùm 29. actum fuit §. 10. quatenùs annos veterum, ex menſibus illis Lunaribus, dierum nihilominùs 360. §. 11. quatenùs autem formaliter computat menſem decimum à diluuio incœpto, quia conuenit in hoc cum modo ſequenti: propterea, ſi quid eſt contrà eum, illuc eſt remittendum.

[2 Mod.] II. MODVS. eſt Tornielli, & Saliani, locis citatis. Et quidem Tornielli multiplex, à num. 24. relatus fusè §. 11. Breuiùs autem & ad locum hunc formaliter magis, Salianus num. 50. A primo die pluuiæ, vſque ad primum diem menſis decimi, reperiûtur omninò 265. dies (conflati ex 190. 16. & 59.) qui componunt integros 9. menſes: quorũ 5. ſunt 29. dierum, cæteri autem 30. Quæ tamen vt

intelligantur, recurrendum it ad ea quæ habet num. 4. quæque allata sunt supra §. 19. Diluuium cœpit post vnum mensem, & 16. dies anni sexcentesimi Noë, id est, post 46. dies. Secuta est pluuia dierum 40. cum perpetuo incremento. Tum status aquarum per dies 150. Ex quâ vtraque summa fiut 6. menses Lunares, & 13. dies. Si enim iungas 40. cum 150. efficies 190. dies qui sunt 6. menses Lunares 177. dierum, & 13. dies. Quoniam verò subsistit arca vigesimaseptimâ die mensis septimi: prædictis 6. mensibus, & 13. diebus, addendi sunt de septimo mense, 16. dies qui supersunt. Tùm duo integri menses, scilicet, octauus, & nonus: qui conficiunt 59. dies. Sequitur primus dies decimi mensis, quô apparuerunt cacumina montium. Itaque per hæc ostendit, à cœpto diluuio, ad primam diem decimi mensis, reperiri 9. menses Lunares integros. Vt autem ostendat reliquos quadrare, pergit. A quô die (primo decimi mensis) vsque ad emissionem corui, intercesserunt 40. dies. Postremò secuti sunt bis 7. sicque impletur totus sexcentesimus annus Noë. Hæc Salianus.

Obiic. OBIICIT contrà Hanc Sententiam, adeóque contra modum eius vtrumque Pererius lib. 13. Disput. 6. seu num. 48. vel pag. 373. col. 1. l. Si mensis hic, inquit, computatur ab initio diluuij: eùm antè principium diluuij præteriissent vnus mensis, & 16. dies anni sexcentesimi: ergò cacumina montium apparuissent decimaoctauâ die vndecimi mensis anni sexcentesimi (seu vndecimi mensis sexcentesimi anni vitæ Noë.) & reliqui essent ad complendum eum annum vnus mensis integer & insuper 12. dies, id est, 42. Atverò Moyses post apparitionem montium vsque ad initium anni sexcentesimiprimi recenset primò, 40. dies: deinde, bis 7: qui iuncti illis faciunt 54. post quos auspicatur annum sexcentesimumprimum, dicens, Primo die anni sexcentesimiprimi, Noë aperuisse tectum arcæ. Atqui secundùm superiorem supputationem Caietani, fuisset id factum non primo die, sed decimotertio die anni sexcentesimiprimi. Hæc Pererius, pro obiectione prima. consequenter,

Obiect. OBIICIT II. Noë, inquit, non fuisset egressus arcam anno sexcentesimoprimo, mense secúdo, die vigesimaseptimâ, vt narrat Moyses: sed mense tertio, & die duodecimo: quod ex supradictis facile erit lectori colligere. adhæc,

Obiect. OBIICIT III. Sequeretur, inquit, Noë fuisse in arcâ non tantum vno anno integro Solari, vt plerique omnes censent: sed vltrà vnum annum Solarem, mansisse in arcâ duos menses, & dies 10.

CONCLVDIT. Non igitur decimus ille mensis computandus est ab initio diluuij: sed ab initio anni sexcentesimi. Quemad modum etiam de septimo mense quô requieuit arca, paulò suprà dictum est. Quocirca inter diem vigesimumseptimum mensis septimi, quô requieuit arca, & inter diem primum mensis decimi, quô apparuerunt cacumina montium, interfluxerunt 3 & 60. dies. Hactenùs Pererius.

Respons. AD HAS OBIECTIONES, Respondet Torniellus, num. 24. med. hoc modo. Pro argumenti, inquit, huius solutione, supponere oportet, menses in Scripturâ sacrâ ordinariè accipiendos esse Lunares &c. annos verò Solares &c. Hoc supposito, concedimus cacumina montium apparuisse die mensis vndecimi decimoseptimo, anni vitæ Noë sexcentesimi. Sed dicimus, hos menses (vitæ Noë, intellige,) fuisse Lunares. Constat autem 10. menses Lunares, & 16. dies mensis 11. efficere summam 311. Quibus si adiicias, primo 40. dies, computatâ (id est, ex sensu Tornielli, inclusâ) primâ apparitionis montium: & mox 14: proculdubiò resultabunt in summâ 365. Qui addito quadrante faciunt annum vnum Solarem integrum, decursum ab initio anni sexcentesimi vitæ Noë, ad initium anni sexcentesimiprimi: & continentem dies 11. suprà 12. lunationes. Cessat ergò memorata Pererij obiectio, & aliæ quas ex eâ ipse deducit. Hæc Torniellus.

PORRO, ad maiorem huius, tùm obiectionis, tùm solutionis intelligentiam, quædam sunt aduertenda. Primum, quando Pererius dicit, ergò apparuissent cacumina montium die decimaoctauâ, mensis vndecimi, anni sexcentesimi Noë: in modo quidem Caietani quem refutat, verum esse; quia in secundo mense, in quô diluuium incœpit, computat Caietanus decimamseptimam diem: in modo autem aliorum, non; in eo enim detrahenda est vna dies: tùm quia in illo mense secundo non computant decimamseptimam eius diem, sed tâtum, vt pat est, decimamsextam: tùm quia procedunt aliâ viâ. Sic enim dies 29. mensis primi, & 16. secundi, additi ad 9. menses diluuij: faciunt solummodò 10. menses, & 16. dies anni sexcentesimi Noë: seu constituunt vndecimum mensem anni sexcentesimi vitæ Noë, protractum solummodò ad decimamsextam sui diem, non autem ad decimamoctauam: cui si lubeat addere primam mensis decimi diluuij, computando eam: erunt ad plus dies 17. mensis vndecimi anni illius sexcentesimi vitæ Noë, non autem 18. Vnde & Torniellus concessit, cacumina montiû apparuisse decimoseptimo mẽsis vndecimi, anni Noë: non autem dixit decimooctauo; quia in eius sententiâ non tot reperiuntur.

Secundum. Quandò Pererius dicit, in modo Caietani ad complendum annum vitæ

Noë, reliquos esse vnum mensem integrum, & insuper 12. dies, nimirùm qui perficiant mensem eius vndecimum, & compleant duodecimum: & eos dies facere 42: Pererium, inquam, videri & includere in 12. illis decimumoctauum mensis vndecimi: & immemorem esse Caietanum tribuere omnibus mensibus, 29. dies tantùm. Nam à 18. ad 29. non sunt 12. nisi includatur dies decimaoctaua; & vt compleantur in duodecimo mense, dies 42. necessarium est tribui eidem mensi duodecimo dies 30. & non 29. tantùm. Alioqui deficiente decimaoctauâ mensis vndecimi, & tributis mensi duodecimo 29. tantùm, inuenirentur solummodò dies 40. nimirùm 11. reliqui mensis vndecimi, & 29. duodecimi. Saluabitur tamen si dicatur Pererium illo loco velle, dies illos vnius mẽsis integri, & insuper 12. facere 42. non quidem secundùm sententiam Caietani: sed tantùm eâ suppositâ, secundùm suam quam censet veriorem.

Tertium denique, quandò Pererius assignat in modo Caietani reliquos dies, quos contendit ex 40. & bis 7. superare annum Noë: Pererium, inquam, dies illos superantes facere 12: ideóque dicere, iuxtà modum illum sequi, Noe non aperuisse tectum arcæ primo die anni sexcentesimiprimi, sed decimotertio, id est, 12. diebus post primum diem anni illius. Hoc autem meritò quidem, datâ suppositione suâ. Nam si reliqui dies mensis vndecimi anni Noë, sunt 42: & 40. & bis 7. sunt 54: vtique à 42. ad 54. restant 12. Verùm, benè vel malè sic computauerit Pererius: certum est, in modo Caietani, suprà menses 12. Lunares anni sexcentesimi Noë, dandos esse adhuc 12. dies. Nam duodecies 29. faciunt tantùm 348. à 348. ad 360. debẽtur 12. In modo autem aliorum, reliqui quos contendit superare annum sexcentesimum Noë, sunt, aut esse debent, tantum 11. Siquidem reliqui dies mensis vndecimi anni illius, in modo eorum sunt 13. includendo scilicet in eis decimamseptimam mensis illius vndecimi vitæ Noë, in quà apparuerunt cacumina montium. Mensis autem duodecimus est 30. dierum, 13. & 30. faciunt 43. à 43. ad 54. debentur 11. solummodò.

His notatis, vt intelligatur solutio Tornielli, attendendum est, in eius computatione, dies illos quos Pererius putat superare annum vitæ Noe, non illum superare: sed esse dies embolimæos, siue additios, ad coæquãdum annum Lunarem cum Solari. Itaque in obiectione Pererij, si mensis vndecimus & duodecimus ità sumerentur simpliciter, vt soli & per se conficerent annum: superfluerent quidem dies 12. in modo Caietani: & 11. in modo aliorum. At cogitandum est, iuxta computationes eorum, addendus esse suprà

A menses 12. in anno Lunari, aliquot dies, vt Lunaris componatur cum Solari. In modo ergo Caietani, in quô menses sunt omnes dierum 29. & annus Solaris 360. solum, requiruntur additij 12. nam duodecies 29. faciunt 348: à 348. ad 360. requiruntur 12. In modo autem Tornielli, & Saliani, in quô mẽses sunt alterni 29. & 30, & annus Solaris 365. requiruntur additij 11. tantùm; nam sexies 29. & sexies 30. faciunt 354. à 354. ad 365. requiruntur solummodò 11. Hoc pacto quidem in vtroque modo rectè cessant obiectiones

B Pererij. Verumtamen quamuis obiectiones Pererij non conuincant isto pacto: nihilominus valere dici possunt aliquo alio iam subijciendo, videlicet,

CONTRA HANC SENTENTIAM Reiicitur.

Facit I. Quod sicut visum fuit suo loco, Forma hæc anni Lunaris ad Solarem compositi per 11. dies additos intrà vnum eumdemque circulum, neque habet vestigium aliquod in Scripturâ, neque extitit vnquam apud vllas gentes; & denique quonam alio singulari modo fieret 11. illorum dierum intercalatio vel compositio temporibus illis, incertum

C prorsus manet apud auctores sententiæ huius, præsertim secundi modi eius. Quo posito, si spectentur obiectiones Pererij, quatenùs dici possunt ista supponere, manebunt illæ semper in suo vigore, saltem hac ex parte: sufficienterque sententiam hanc reijcient.

FACIT II. Quod cùm annus iste fuerit bissextilis, prout ostensum est §. 11. sub vltimâ sententiâ, qui se putant inuenisse in Scripturâ sacrâ omnes dies istius anni, non tamen inueniunt 366. Et quamuis inter eos Tornielus dixerit superiùs annum istum censeri pos- 2.

D se bissextilem, tribuendo nimirùm primo eius mensi dies 30. attamen & ipse non adhæsit tali computationi, & Salianus eam amplectens, nihilominus assignat huic anno dies 365. solummodò. Neque satisfaciet qui dixerit quemdam mẽsem licet ordinarie 29. tantùm, tamen facile cogitari posse 30. dierum in illo anno. Nam sic numerant singillatim dies & menses vltimos illius anni habitos in scripturâ, v. g. 40. corui, bis 7. columbæ, &c. vt non possit aliqua dies superaddi nisi gratis.

E FACIT III. Quod non inueniant dies istos 365. tanquam expresè memoratos, sed solummodò tanquam confusè significatos propter nominatum decimum mensem: quò vel etiam modo fit in contrariâ sententiâ, cùm propter nominatum primum mensem anni sexcentesimiprimi, confusè in eâ habentur omnes dies anni sexcentesimi Noë. Non ergò hac ex parte fit illa sententia magis probabilis, aut meritò contrariam arguens absurditatis? 3.

FACIT IV. & hoc vrgens, quod se- 4.

A cundum sententiam [illegible] Solarium, non posse detene[illegible] explicatione [illegible] mensis completi [illegible] ab initio diluuii [illegible] verò de mensibus Solaribus si [illegible] in Scripturis sacris fundata propter quod videri potest ipsa melius si qui vel conciliare Scripturam sacram, sumendo videlicet decimum illum mensem, ab initio anni currentis, non autem ab initio diluuii. Quare,

B 2. Proba[illegible] Menses [illegible] II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, mensem illum decimum intelligendum esse, non decimum ab initio diluuij sed decimum ab initio anni currentis, aut etiam sexcentesimi vitæ Noe.

Ita authores [illegible] §§. præcedentibus sub sententiis secundis.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ petendæ sunt ex dictis §.18. vbi ostensum est mẽses memoratos à Scripturâ per numeros suos, semper intelligendos esse anni C currentis: nisi aliquid expressum repugnet; adeóque 40. dies pluuiæ includendos esse in 150. aquarum. Hinc enim consequens est, decimum mensem computandum esse, non à diluuio incœpto, sed ab anno currente, aut etiam vitæ Noë. Petendæ nonnihil etiam ex dictis de mẽsibus & annis Solaribus: & denique ex refutatione sententiæ præcedentis.

PORRO, Modi huius sentẽtiæ possunt esse duo, vel 3. præcipui, iuxta cõmuniores sẽtẽtias de mẽsibus & annis Lunaribus, & So- D laribus; Solaribus verò rursus, vel dierũ 360. cum 5. intercalaribus: vel 365. iuxtà formam Iulianam. Et quamuis fuse deducti fuerint illi §.11. attamen iuuerit breuiter, & quantùm spectat ad hunc locum, eos recensere. Itaque,

1. Modus. I. MODVS esse potest; authorum stantium à partibus mẽsium Lunarium, computans à primâ die mensis decimi quâ apparuerunt cacumina montium, 40. emissionis E corui, 7. & 7. emissionis columbæ: qui, si computetur prima mensis decimi, faciũt 55: si non, 54. Ad hos, si prima mensis decimi computetur, addendi ante vel post bis 7. 33. vel 34. si non, 34. vel 35. & complebuntur reliqui 29. vel 30. mensis decimi, 29. vndecimi, & 30. duodecimi: fietque annus Lunaris dierum 354.

2. Modus. II. MODVS. est authorum stantium à partibus mensium Solarium, computans à A primâ die mensis decimi eâ non computatâ, seu eâ exclusiuè sumptâ, 4[illegible] &, vel ter 7 columbæ, & insuper 33 vt Me[illegible]ator: vel alios solum 4[illegible] & bis 7. columbæ, vt Scaliger: vel denique bis 7. columbæ, & insuper 4[illegible] alios, vt Temporarius. Sic enim complẽtur reliqui dies mensis decimi, vndecimus & duodecimus integri, cum 5. diebus intercalaribus, fitque annus Solaris dierum 365.

B 3. Mod. III. MODVS esse potest, iuxta formam Iulianam, computans à primâ die mensis decimi, eâ similiter non computatâ, seu eâ exclusiuè sumptâ, 4[illegible] corui bis 7. columbæ, & insuper ante vel post bis 7 [illegible] 36. Sic enim complentur reliqui 31. mensis decimi, 31. vndecimi, & 29. duodecimi: fitque annus bissextilis dierum 366.

Obiect. OBIICI potest contrà Hanc Sententiam, C ex probatione præcedenti quæ est T[illegible]nielli, ab illa particula, *igitur*, colligente, vt ipse vult, numeros præcedentes: præsertim autem à Scripturâ apertè dicente, vt etiam ipse vult, inter primam diem mensis decimi, & annum sexcentesimum primum Noë, interfluxisse solummodò dies 40. & bis 7.

1. Respons. RESPONDERI potest I. particulam, *igitur*, hoc loco non esse causatiuam, illatiuam, siue aliàs collectiuam dictorum præcedentium: sed propositiuam sequentium dicendorum, eô sensu, quô solet sumi particu- D la *itaque*.

2. Respõs. RESPONDERI potest II. esto illa particula sit ibi collectiua numerorum. non quidem omnium, sed proximè præcedentium, & in summâ, nulli dies transacti sint inter 40. corui necnon bis 7 columbæ, & annum sexcentesimum primum Noë: non tamen inde sequi non transactos fuisse dies aliquos inter 40. corui, & bis 7. columbæ. Porrò Scriptura sacra, dicit apertè quidem interfluxisse dies 40. & bis 7. inter primam diem E decimi mensis, & annum sexcentesimum primum Noë: non autem apertè dicit illos 40. & bis 7. ibi duntaxat interfluxisse. Quare ab illâ affirmatiua ad hanc negatiuam, neganda est consequentia. Sed de hâc re fusiùs infrà §. 29. vbi tractabitur ex professo, de singulis modis assignantibus dies aliquos, inter 40. corui, & bis 7. columbæ: & inter bis 7. columbæ, & annum sexcentesimumprimum Noë.

(∴) (∴) (∴)

## XXI. DIFFICVLTAS. DE ANNO QVI GEN. VIII. verſ. 13. dicitur Sexcenteſimusprimus: An intelligendus ſit ex vi Scripturæ ſexcenteſimusprimus currens: An verò ſexcenteſimusprimus vitæ Noë; &, An incœptus: vel completus?

§. 22.

Annus 601 intelligendus Noë. SENTENTIA OMNIVM eſt, annum illum ſexcenteſimumprimum, intelligendum eſſe ex vi Scripturæ ſexcenteſimumprimū vitæ Noë. Dico, *ex vi Scripturæ.* Quia, an ſimùl etiam intelligi poſſit annus mundi, ſiue currens, tractabitur paulò inferiùs.

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à ſimili: cap. 7. verſ. 11. *Anno ſexcenteſimo vitæ Noë.* vbi verbis expreſſis annus ille ſexcenteſimus dicitur *vitæ Noë.* cap. autem 8. verſ. 13. *Igitur ſexcenteſimoprimo anno*: particula *igitur*, & *numerus* anni, manifeſtè relationem inuoluunt ad ſexcenteſimum illum qui dictus expreſsè fuerat vitæ Noë. Quaſi ſenſus ſit: itaque anno ſexcenteſimoprimo, qui talis fuit in ordine ſuo, per reſpectum ad ſexcenteſimum antè dictum.

Confirm. 1. Arg. CONFIRMATVR. A tranſlatione Septuaginta Interpr. Nam ſicut habent priori loco: *In ſexcenteſimo anno in vitâ Noë*; ità habent in poſteriori, *& factum eſt in vno & ſexcenteſimo anno, in vitâ Noë.* Ecce vtrobique faciunt vitæ Noe mentionem.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à circunſtantiis textus vtriuſque loci. Nam cùm ſubiungitur cap. 7. verſ. 11. *Menſe ſecundo, decimoſeptimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram*: & cap. 8. verſ. 13. *Primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram*: & rurſum verſ. 14. *Menſe ſecundo, vigeſimo ſeptimo die menſis, A areſacta eſt terra*, vtique ex ſimilitudine locorum, & identitate materiæ, manifeſtum relinquitur, quod ſicut actum eſt priori loco de immiſſione aquarum anno ſexcenteſimo vitæ Noë: ità agitur in poſteriori de imminutione earumdem anno ſexcenteſimoprimo eiuſdem vitæ Noë.

B III. ARGVMENTVM. Petitur à totâ ſerie narrationis anni, in quò diluuium euenit: &, menſium ac dierum ipſiuſmet diluuij. Nam legenti totam illam narrationis ſeriem, & inſpicienti ea quæ fuſius à nobis deducta ſunt in ſuperioribus, tùm iuxta varias, tum maximè iuxtà veras aut probabi- C liores authorum ſententias, de anno illo, in quò diluuium euenit, & de menſibus ac diebus ipſiuſmet diluuij: manifeſtum eſt in illâ narratione deſcribi integrum illum annum ſexcenteſimum vitæ Noe. & particulas eius, ità partim nominari, partim indicari, vt eis memoratis ſuccedat deſcriptio anni ſexcen- D teſimiprimi (ſaltem principiorum eius) relatiui ex ordine ſuo ad ſexcenteſimum præcedentem. 3. Arg.

IV. ARGVMENTVM. Petitur à ratione, ſeu conuenientiâ, ſic exigente. Nam nulla ratio poteſt aſſignari cur annus ille ſex- E centeſimusprimus vel referri non debeat ad vitam Noë: vel eâ excluſâ, debeat aliò referri ex vi Scripturæ. 4. Arg.

ANNVM autem illum ſexcenteſimumprimum intelligendum eſſe tantum incœptum, & non completum, contrà Perer. Funcium, & forſitan Scaligerum, inferre eſt à ſimili de anno ſexcenteſimo ei correlatiuo, ex dictis de illo ſuprà §. 16. Idem annus intelligendus incœptus.

XXII. DIFFICVLTAS. DE MENSE PRIMO, quô, & cuius primâ die ibidem Gen. 8. vers. 13. dicuntur Aquæ imminutæ super terram, & exsiccata superficies terræ: An intelligendus sit ex vi Scripturæ, primus anni sexcentesimiprimi vitæ Noë: An verò primus anni mundi, seu currentis?

§. 23.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, mensem illum primum intelligendum esse ex vi Scripturæ, primum anni sexcentesimiprimi vitæ Noë.

Ità Pererius lib. 13. Disput. 9. num. 85. seu pag. 377. col. 2. init. Torniellus an. 1656. num. 23. postmed. seu pag. 99. col. 2. propemed. & an. 1657. num. 1. & 3. seu pag. 605. & 606. sub initiis. & Salian. an. 1656. num. 5. seu pag. 270. Denique ità censent, aut censere debent, quotquot mensem secundum, quô & cuius decimaseptimâ die Gen. 7. vers. 11. dicuntur rupti fontes abyssi &c. volunt intelligendum esse ex vi Scripturæ, mensem secundum anni sexcentesimi vitæ Noë.

II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, mensem illum primum intelligendum esse ex vi Scripturæ primum anni mundi, seu currentis. 2. & probabilior Sent. Mensis 1. est anni currentis.

Ità reliqui, quos ibidem recenset Pererius: debentque consimiliter ità censere omnes, qui mensem secundum, quô & cuius decimaseptimâ die Genes. 7. vers. 11. dicuntur rupti fontes abyssi magnæ, intelligendum volunt ex vi scripturæ, primum anni mundi, seu currentis.

PROBATIONES Vtriusque Sententiæ, & validiores secundæ, petendæ sunt ex dictis de simili, seu de mense secundo anni illius sexcentesimi §. 16.

XXIII. DIFFICVLTAS. DE MENSE SECVNDO, quô, & cuius vigesimaseptimâ die ibidem Gen. 8. vers. 14. dicitur arefacta terra: An intelligendus sit idem cum illo primo, quô & cuius primâ die ibidem vers. 13. dicuntur aquæ imminutæ: An verò diuersus ab eo?

§. 24.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, mensem illum secundum, intelligendum esse eundem qui dicitur primus vers. 13. Qui nimirum variè relatus, variam subeat computationem & appellationem.

Ità singulariter Caietanus, volens vnam eandemque diem in quâ vers. 13. dicuntur aquæ imminutæ, & exsiccata superficies terræ, fuisse, & primam mensis primi in respectu ad annum sexcentesimumprimum vitæ Noë: & simùl vigesimamseptimam mensis secundi, in respectu ad annum mundi, seu currentem. Adeóque vnum eundemque mensem, fuisse primum in respectu ad annum sexcentesimum primum vitæ Noë: & simùl secundum in respectu ad annum mundi, seu currentem.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, argumento petito ab identitate materiæ. Nam vers. 13. dicitur *Exsiccata superficies terræ*: & vers. 14. *Arefacta terra*. Arefacta, & exsiccata, idem sunt. Ergò eôdem die, adeóque eôdem mense, euenerunt.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, id quod habet Perer. lib. 13. Disput. 9. num. 36. dicens. Itaque Moyses secundum Caietanum tripliciter tempus diluuij computauit. 1. respectiuè ad initium diluuij. Sic nominauit suprà septimum & decimum mēsem. 2. respectiuè ad annos Noë. Sic dixit primo die primi mēsis, anni sexcentesimiprimi, exsiccatam esse superficiem terræ. 3. respectiuè ad annum tunc currentem. At- enimuerò, pergit Pererius, mihi non fit verisimile, Moysem in tam breui narratione, tantà vti voluisse computationis varietate, & ambiguitate: quæ scilicet narrationem ipsam vehementer obscuraret, & lectoris intelligentiam confunderet, multisque occasionem daret erroris. Hæc ille. Ad argumentum autem respondebitur ex sententiâ sequenti.

2 & probabilior Sent. II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, mensem illum secundum intelligendum esse diuersum ab eo qui dicitur primus vers. 13.

Ita reliqui omnes. In quorum fauorem,

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ petendæ sunt à more Scripturæ recensendi menses per numeros suos, ex dictis §. 18. Inde namque sequitur, eos non sic esse confundendos, vt secundus sumatur pro primo, nec è contrario primus pro secundo: sed primus pro primo, secundus pro secundo, quilibet in ordine suo.

Declarat. HANC autem Sententiam declarans Tostatus hoc loco, docet, primo die primi mensis, exsiccatam fuisse terram exterius tantum, & superficietenùs, hoc est, nudatam esse terram aquis. Eam tamen adhuc fuisse interius plenam humoris, totamq; mollem, & limosam atque luculentam. Paulatim tamē per illos 56. dies qui consecutī sunt, ea siccabatur: donec perfectè siccata & solidata est, ità vt homines, & animantia, per eam commodè ingredi possent. Et hoc est quod totos illos 56. dies expectauit Noe, priusquàm egrederetur arcam. Et per hæc patet Responsio ad argumentum sententiæ præcedentis.

## XXIV. DIFFICVLTAS. DE EODEM MENSE SEcundo, Quô, & cuius vigesimaseptimâ die, dicitur ibid. Gen. 8. vers. 14. arefacta terra: An intelligendus sit ex vi Scripturæ, secundus anni sexcentesimiprimi vitæ Noë: an verò anni mundi, seu currentis?

§. 25.

PRIMA SENTENTIA. Dicit, mensem illum secundum intelligendum esse ex vi Scripturæ, secundum anni sexcentesimiprimi vitæ Noë.

Ità censent, aut censere debent Peter. Torniell. & Salian. locis citatis §. 18. vel suprà §. 23. conformiter suæ sententiæ de mense secundo quô, & cuius decimaseptimâ die, diluuium incœpit. Ex quibus etiam locis probationes eorum sunt petendæ.

2 & probabilior Sent. II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, mensem illum secundum intelligendum esse ex vi Scripturæ, secundum anni mundi, seu currentis.

Ità reliqui, quos ibidem recenset Pererius: debentque consimiliter ità censere omnes, qui mensem secundum, quô, & cuius decimaseptimâ die, diluuium incœpit, intelligunt de secundo anni currentis, de quô actum est §. 18. Ex quo etiam petendæ sunt, & validiores, probationes huius sententiæ.

(∴) (∴) (∴)

(∴) (∴) (∴)

## XXV. DIFFICVLTAS. DE ANNIS SEXCENTESImo, & sexcentesimoprimo vitæ Noë: An iidem simùl sint, qui anni mundi, seu currentes: adeóque menses omnes qui nominantur in contextu, v. g. secundus, septimus, decimus, rursúmque primus, & secundus annorum currentium, sint etiam simùl menses annorum illorum vitæ Noë?

§. 26.

*Anni 600 & 601 Noë, dici possunt & currentes.*

SENTENTIA non reprobabilis est, annos illos sexcentesimum, & sexcentesimumprimum vitæ Noë, simùl etiã fuisse annos mundi, seu currentes, consequenter menses in eis nominatos, fuisse simul menses annorum illorum vitæ Noe. Quod tamen intelligendum est per accidens, id est, non ex vi verborũ Scripturæ.

Ita singulariter Torniellus, hanc solus tractans quæstionem an. 1657. num. 3. sub init. seu pag. 106. col. 1. post init. vbi, quia censet mensem illum secundum intelligendum esse anni sexcentesimiprimi vitæ Noe, hæc ait. Atuerò, vtrùm etiam fuerit secundus anni tunc currentis: nimirùm anni ab orbe condito millesimi sexcentesimi quinquagesimiseptimi, non æquè ex sacris Scripturis elicere possumus. Verumtamen quia Doctores ferè omnes (teste Perer. super cap. Gen. 7.) putant memoratum mensem, etiam fuisse secundum in ordine mensium anni communis, quem tunc ab eo die quô creatus fuerat mundus, auspicari consueuisse, admodùm rationabile est; propterea supponere possumus, Noe natum esse in exordio anni communiter tunc temporis vsitati: & consequenter mensem secundum anni communis, semper fuisse etiam secundum cuiusuis anni vitæ Noe. Hæc ille.

Simili ergò modo, quia probabilius putauimus, mensem illum secundum ex vi Scripturæ fuisse secundum anni currentis: & tamen authores graues, vt Caietanus, Perer. Torniell. & Salian. putant memoratum mensem fuisse secundum in ordine mensium vitæ Noe; & quia hac eorum sententiâ suppositâ, aliunde anni generationum seu natiuitatum ità computantur, quasi incœperint initio cuiuslibet anni mundi, seu currentis, post annum quem generans dicitur vixisse quando genuit: propterea non improbabiliter supponere possumus, annos Noë per accidens fuisse etiam annos mundi seu currentes.

Videri posset alicui, hanc sententiam inde confirmari: quòd Moyses cap. 8. vers. 13. dicens, *Anno sexcentesimoprimo*, nec addens, *vitæ Noë*, sicut adiunxerat cap. 7. vers. 11. sicque nullam distinctionem faciens, voluerit per hoc postremum indicare, annum qui alias manifeste erat sexcentesimusprimus vitæ Noë, fuisse similiter sexcentesimumprimum mundi, computatum à natiuitate Noë. Sed hoc subtiliter magis, quàm probabiliter fuerit cogitatum.

## XXVI. DIFFICVLTAS. QVANTO TEMPORE Diluuium durauerit?

§. 27.

*1. Sent.*

PRIMA SENTENTIA. Dicit, diluuium, ex quo tempore cœpit, vsque ad id temporis quô plane desiit, terrâ penitùs exsiccatâ, durasse 10. [illegible] Lunares, & dies 25 id est, dies 314.

Ita singulariter Caietanus, sic colligens. Primo, 40 dies pluuiæ. Secundò, 150. post quos fieri cœpit decrementum diluuij. Tertiò, 70. vsque ad apparitionem cacuminum montium. Quarto, 40. postquam Noë aperuit fenestram, & dimisit coruum. Quinto, bis 7. post quos emisit columbam. Ex his omnibus efficitur summa dierum 314. è quibus putat Gaietanus existere 10. menses Lunares, & insuper 25. dies, tribuendo cuilibet mensi Lunari 29. dies tantum. Vbi memorandum est, eum dixisse mensem secundum anni sexcentesimiprimi Noë, eundẽ esse, qui primus versu præcedenti: & proptereà dies totius diluuij computare à decimaseptimâ mensis secũdi, anni sexcentesimi, ad primã tantùm mensis primi, anni sexcẽtesimiprimi. Memoranda reliqua quæ statuit suprà de mẽsibus & annis

*Reiicitur.*

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, id quod habet Pererius lib. 13. Disp. 10.

num. 91. seu pag. 378. col. 1. Caietanus, inquit, in hac suâ ratiocinatione, seu computatione, quædam sumit dubia, aut falsa. Dubia sunt, 40. dies pluuiæ diuersos fuisse ab aliis 150. & septimum mensem quô requieuit arca, computari debere ab initio diluuij, non autem ab initio anni. Namque contrariam sententiam videri probabiliorem suprà ostensum est. Falsa sunt, mensem decimum quô apparuerunt cacumina montium, computandum esse ab initio diluuij: & post 40. dies quàm apparuerunt cacumina, vsque ad sexcentesimumprimum annum, interfluxisse 14. tantùm dies. Illa quoque falsa sunt, apud veteres Ægyptios annum non fuisse nisi 360. dierum: & quod cuilibet mensi Lunari dies tantùm 29. assignari debeant. Illud denique nullomodo probabile & credibile est, Mosen in hac breui narratione diluuij, computationem mensium quos nominat, variasse, nec tamen vllam eius variationis dedisse significationem: primò computando menses ab initio diluuij: tum ab initio annorum vitæ Noë: præterea ab initio anni vitati, seu currentis. Hæc ille, resumendo quæ disputauit expressius in superioribus. nempe Disp. 6. à num. 52. seu pag. 373. quæque includit in hac suâ sententia Caietanus.

2. Sent. II. SENTENTIA. Dicit, diluuium totaliter spectatum, nimirùm à decimaseptimâ mensis secundi, anni sexcentesimi Noe, ad vigesimamseptimam mensis secundi, anni sexcentesimiprimi eiusdem Noë, durasse 364. vel ad plus, 365. dies.

Ita censent, aut censere debent, authores sententiæ de mensibus Lunaribus Hebræorum. In particulari Genebrardus, ah. 395. seu in Cainan. pag. 11. fin. & an. 1657. seu pag. 24. init. & lib. 2. fin. tit. De scrupulis sacrorum scriptorum. Ità ex parte Perer. lib. 13 Disput. 10. num. 92. seu pag. 318. col. 2. sub init. dicens: Quod si Moyses vsus est anno Lunari in suâ numeratione, transiit ex quo diluuium incœpit quousque omninò desiit, vnus annus Lunaris, & præterea [illegible] vnus annus integer Solaris. Siquidem annus Lunaris constat diebus 354. Solaris autem 365. Quam partem vt probabiliorem amplexus [illegible] superioribus. Ita [illegible]lendus Tor[illegible] an. 1657. num. 1 [illegible] pag. [illegible] 5. col. 1. [illegible] arca morati sunt Noe & suos [illegible] integro, & diebus [illegible] iuxtà textum lat. Vulg. Edit. & Chald. sicut iuxta [illegible] Sept. manserint vno præcise dun[illegible] anno. Ita denique reliqui stantes a parte [illegible] annorum istius generis.

Refutat. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt ea solum, quæ dicta fuerunt contra sententiam de mensibus Lunaribus hoc loco intelligendis. Nimirum nullum de iis in in Scripturâ sacrâ reperiri vestigium, & reliqua quæ vide plenius illo loco.

3. & probabilior. III. SENTENTIA & probabilior. Dicit, diluuium totaliter spectatum durasse dies 375. aut etiam 376.

Ita ex parte Pererius addens suprà. Si autem Moyses vsus est anno Solari, transit vnus annus integer Solaris naturalis, intelli ge)cum 10. insuper diebus. Ita censent, aut censere debent, authores stantes a partibus annorum, & mensium Solarium, hoc loco intelligendorum. Vt Mercator pag. 4. Scaliger lib 3. Emendat. cap. de anno Priscorum Hebræorum Abrahamæo. & Temporar. lib. 3. sect. cui tit. Temporum mensura: & in paradigmate anni diluuij quod habet a pag 3. 8.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ petendæ sunt ex §. 10. & 11. vbi fuse tractatum est de mensibus & annis hoc loco Solaribus intelligendis. Ex his enim manifestum est, annum Solarem a decimaseptimâ mensis secundi, anni sexcentesimi, ad vigesimamseptimam mensis secundi, anni sexcentesimiprimi, durare debuisse iuxtà sententiam de mensibus Solaribus 30. dierum æqualibus, dies 375. annum autem bissextil m iuxta formam Iulianam, dies 376.

## XXVII. DIFFICVLTAS. DE PARTE TEMPORIS Diluuij, quæ fluxit à 40. diebus, quibus Gen. 8. vers. 6. emissus est coruus, ad primam diem anni sexcentesimiprimi, quâ vers. 13. dicuntur aquæ imminutæ, & Noë aperuisse tectum arcæ: An includat aliquos dies, præter bis 7. quibus vers. 8. & 10. emissa est columba, formaliter ibi à Moyse memoratos?

§. 28.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, nullos fuisse transactos dies, à diebus 40. quibus emissus est coruus, ad primam diem anni sexcentesimiprimi Noe, præter bis 7. quibus emissa est columba ibi à Moyse nominatos.

Ità authores qui 40. dies pluuiæ diuersos esse voluerunt à 150. diebus aquarum. & menses septimum, ac decimum, computàdos esse ab initio diluuij. Vt ex modernis Caietanus, Torniellus, & Salianus, relati §. 17. 18. 19. 20. & 21.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ, necnon eius Refutationes, petendæ sunt ex iisdem locis: petendæ fusius ex sententiis mox sequentibus.

2. Sent. II. SENTENTIA. Dicit, transactos fuisse dies aliquos inter 40. corui, & 7. priores columbæ: quamuis illi non fuerint à Moyse nominati.

Ita Mercator in Chronolog. pag. 4. & Scalig. lib. 3. Emend. cap. de anno priscorum Hebræorum Abrahamæo, pag. 151. & lib. 5. cap. de Diluuio, pag. 202. Ità ex parte Perer. lib. 13. in Gen. Disput. 6. nu. 57. seu pag. 374. col. 1. Quamuis differenter in singulari, prout monuimus §. 11. Nam Mercator constituit ibi 7. alios tantùm. Scaliger autem 40. de quorum modo differenti agetur post probationes istius sententiæ. Perer. autem nullos assignat in particulari: sic liberum relinquens, in quânam parte assignentur, siue inter 40. corui & bis 7. columbæ: siue inter istos bis 7. & annum sexcentesimumprimum Noë.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia pluribus argumentis.

1. Argum. I. ARGVMENTVM. Petitur à verbis illis Scripturæ, Gen. 8. vers. 6. *Cùmque transissent 40. dies, aperiens Noë fenestram Arcæ quam fecerat, dimisit coruum*: vers. 7. *qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.* vers. 8. *Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super terram.* vers. 9. *Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquæ enim erant super vniuersam terram: extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam.* In prioribus enim verbis, maximéque in illis, *emisit quoque columbam post eum* &c. non est credibile nullos insinuari transactos dies, inter quos Noë expectauerit reditum corui, & emiserit columbam. Nam nisi aliquos expectauerit: quomodo videre potuit, an coruus aut non rediens, iuxtà Vulg. Edit. aut rediens, iuxtà Hebr. annuntiaret si iam cessassent vel non cessassent aquæ? Quin potiùs cùm viderit eum non rediisse, iuxtà Vulgat. inde dubitauit nùm cessassent: ideòque vt rei maius experimentum faceret, de emittendâ columbâ cogitauit. Hoc autem quis in animum inducat fuisse totum factum intra vnam eamdemque diem? Quod si detur aliqua dies: cur non etiam plures?

1. Confirm. CONFIRMATVR 1. A textu Hebr. à Chald. & a Translatione latinâ S. Hieron. super Hebr. Vbi notandum, Vulgat. habere quidem, *qui egrediebatur, & non reuertebatur* &c. sicque legere omnes fere Patres tam Græcos quàm Latinos qui locum hunc attigerunt, prout notauit Perer. lib. 13. Disp. 8. num. 74. seu pag. 376. præsertim verò S. Hieron. quantumuis præ cæteris magnificet libros Hebræos: videlicet in Dialog. contrà Lucif. cap. 8. post init. addit Perer. in epist. ad Ocean. sed hoc in eâ non habetur: habetur autem in qq. Hebr. Gen. longius post init. Atverò Hebræum habere וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב ad verbum, *& exiuit exiens & rediens*, vel *eundo & redeundo*. Interlin. *& exiit egrediendo & redeundo*. Latin. S. Hieron. *qui egrediebatur & reuertebatur*. Denique, codices quidam Latini, quorum mentionem facit Bellarm. De Controuers. lib. 2. cap. 2. versus fin. habent, *egrediebatur & reuertebatur*, vt ex variis lectionibus ad Biblia Louaniensia annotatis cognosci potest, inquit ibi Bellarminus. In his porrò verbis insinuatur coruum non semel ac iterùm iisse & rediisse. Hoc enim significare solet phrasis illa Hebraica: sicut cap. 8. vers. 3. *Reuersæque sunt aquæ de terrâ, euntes & redeuntes, & cœperunt minui* &c. & cùm additur, *donec siccarentur aquæ super terram*, manifestum fit id pluries esse factum, interquàm aquæ siccarentur. Vtut sit, ostenditur aquas tunc non fuisse siccatas: adeóque Noë expectasse dies aliquot antequam emitteret columbam.

Obiect. QVOD SI DICAS, Vulgat. habere *Non reuertebatur donec* &c. & Septuag. *Non est reuersus donec* &c. hæc autem esse contradictoria, proindéque pugnantia, *reuertebatur*, &, *non reuertebatur*.

Respons. RESPONDEBITVR. Hæc non esse pugnantia: sed per Hebr. significari, sicut aiunt Perer. & Bellarm. suprà, necnon Scaliger ipse, quamuis sectarius, aliique multi, coruum paululùm recessisse ab arcâ, & identidem volando & reuolando, extrà eam mansisse vel in tecto vel in lateribus eius, idque sæpius donec siccarentur aquæ. Per Vulg. autem & Septuag. non reuersum esse in vel intrà arcam, seu tali modo vt à Noë posset introduci intrà eam. Ergò, inquit Pererius, coruus est reuersus ad arcam extrinsecùs, vt est Hebraicè: idemque non est reuersus, scilicet intrinsecùs in arcam intrando, & hoc significat Latina & Græca lectio. Subiungit Pererius aliam expositionem. Quamquam, inquit, Hebræi, quos sequuntur Lyranus & Tostatus, aliâ ratione interpretantur coruum rediisse & non rediisse, rediisse quidem, quoniam reuerà paululùm ab arcâ recedens, iterùm ad eam rediit: non rediisse verò, quia non rediit obitâ legatione propter quam eum miserat Noë: videlicet, vt petens longinqua loca, aliquod inde cessationis diluuij signum & indicium ipsi afferret. Quia igitur hoc non præstitit, perinde sanè fuit, quantùm ad ipsius Noë consilium ac desiderium,

ac si nunquam redusset. Hæc ibi. Probabilior tamen est expositio prima. Vide Perer. Disput. illâ totâ, præsertim num. 75. vbi dicit Noë cùm cerneret coruum non longè ab arca recedere, ex eo existimasse omnia adhuc esse aquis plena.

2. Confirm. CONFIRMATVR 2. Ab expectationibus præcedentibus emissionem illam corui, dato etiam quod coruus non fuerit omninò reuersus. Nam si postquàm arca consedit, tamen expectauit Noë tot dies, quot sunt reliqui 3. vel 4. mensis septimi: 29. vel 30. octaui: 29. vel 30. noni: prima decimi: & insuper 40. alij: cùm tamen æquè cogitare posset arcam consedisse in planitie, ac in monte: quis in animum inducat, eum postquam emisit coruum, viditq; illum non reuerti, quàm citò emisisse columbam, nec vllos expectasse dies? Etenim, vel certo credidit cessasse aquas: & hoc non, siquidem non emisisset coruum ad faciendum experimentum; vel certò credidit eas non cessasse: & tunc non fuit cur eâdem die emitteret columbam? vel denique solummodò dubitauit: & tunc dubium illud vt rationabile, necnon fundatum in experientiâ præteritorum, inclinare debuit potius in partem non cessationis aquarũ: adeóque ad minùs requisiuit, vt expectaret aliquos dies, nec emitteret columbam, æquè citò ac coruum. Cur enim ad emissionem columbæ, minùs dubitasset, quàm ad emissionem corui?

3. Confirm. CONFIRMATVR 3. Ab expectationibus post emissionem illam, seu post emissionem ipsius columbæ. Nam si postquam vers. 8. *Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ:* & vers. 9. *apprehensam intulit in arcam.* vers. 10. *Expectatis vltrà 7. diebus aliis dimisit columbam:* expectauit inquã 7. alios dies antequam rursùs emitteret eam, & si postquam vers. 11. *Illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo*: necnon, *Intellexit ergò Noë quod cessassent aquæ super terram*, vers. 12. *Expectauit nihilominùs 7. alios dies, & emisit columbam*; & denique, si postquam vidit, quod illâ eâdem die, *non est reuersa vltra ad eum*: & vers. 13. *Aperiens tectum arcæ aspexit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ:* nihilominùs expectauit adhuc per 56. dies, nimirùm toto mense primo, anni sexcentesimiprimi, & 26. diebus mensis secundi: quomodo non est credibile, eum post emissum coruum, non expectasse aliquos dies? Nam detur quod emisso, & non reuerso coruo, dubium eius magis inclinauerit in partem cessationis aquarum: & tunc neque debuit emittere quamcitò columbam. Etenim si, quando de facto *intellexit quod cessassent aquæ super terram*: expectauit nihilominùs aliquos dies. quanto magis, si adhuc dubitans, quamuis in hanc partem magis inclinans? Quamcunque ergò in partem scientia vel dubium eius flexa fuerint: probabilius est, & scripturæ conforme magis, eum expectasse aliquos dies, quàm non expectasse.

4. Cõfirm. CONFIRMATVR 4. A reuersu columbæ, quando attulit ramum virentis oliuæ, qui factus est ad vesperam diei. Nam vers. 11. *Illa venit ad eum ad vesperam.* Ergo expectauit reuersum eius per totam, aut totam ferè, diem. Quod si expectauit hoc modo columbam: ergò credibile est, eum ad minus expectasse per tantum temporis reuersum corui! Quod si rursus per tantum temporis expectauit reuersum corui: ergò non emisit columbam eâdem die, sed expectauit ad minùs illam diem. Quod si denique illam diem quamuis à Moyse non nominatam: cur non alias, quamuis à Moyse pariter non nominatas?

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab aliis diebus hoc loco non à Moyse nominatis. Imprimis, transactos fuisse dies aliquos decrementi, inter 150. aquarum, & vigesimamseptimam mensis septimi, quâ arca consedit, etiamsi Moyses eos non nominauerit, concedunt ipsimet authores aduersantes. Et quidem inter non aduersantes, Pererius & Genebrardus: inter aduersantes verò, debet Caietanus iuxtà Vulg. Editionem: cõcedunt Torniellus & Salianus. Quod si transacti conceduntur ibi dies aliqui, etiamsi à Moyse non nominati: cur non etiam hîc?

Deinde. Scriptura ostendit iidemque authores concedunt, transactos fuisse aliquos, inter requiem arcæ, & primam diem mensis decimi: nimirum reliquos mensis septimi: integros omnes octaui, & noni. etiamsi non a Moyse nominatos? Cur non ergò hoc loco aliquos?

Prætereà. Scriptura ostendit, iidemque authores concedunt, transactos fuisse aliquos inter primam diem mensis primi, anni sexcentesimiprimi Noë, & vigesimamseptimam mensis secundi, eiusdem anni; adeóque integros mensis primi: & 26. mensis secundi: etiamsi à Moyse non nominatos. Cur non ergò hoc loco aliquos?

Dicent fortè. Istos certò fuisse indicatos; seu virtualiter memoratos, in aliis diebus, vel mensibus, nominatis: ratione temporis necessariò sic exigente.

At dicetur etiam, illos alios esse indicatos, seu virtualiter memoratos, in iisdem memoratis, ratione temporis pariter necessariò sic exigente. Supposito nimirùm, quòd mensis septimus, & decimus non sint com-

putandi à diluuio inccepto sed ab anno mundi, seu currente: prius probatum fuit suis locis.

III. ARGVMENTVM. Petitur à diebus decrementi, vel decrementorum, totius diluuij; quatenùs indicat ex ratium proportionis, debere dari dies aliquos decrementi suprà dies 40. corui, & bis 7. columbæ: ex argumento autem præcedenti probatur esse eos assignandos esse inter illos 40. corui & bis 7. columbæ. Imprimis enim, prima particula decrementi quæ est à 150. diebus aquarum, ad requiem arcæ, durauit in sententia de mensibus Lunaribus 29. & 30. dierum includente dies 40. pluuiæ in 150. aquarum, ac computante menses septimum & decimum ab anno currente: dies 8. In eâ quæ est de mensibus Solaribus 30. dierum: dies 10. In eâ quæ est Caietani de mensibus Lunaribus singulis 29. dierum tantùm, & non includente 40. dies in 150. similiterque computante septimum & decimum mensem à diluuio inccepto: insuper verò legendo arcâ quieuisse die vigesimaseptimâ mensis septimi: debentur dies 11. In eâ quæ est de mensibus Lunaribus alternis 29. & 30. & pariter non includente 40. dies in 150. necnon computante septimum & decimum mensem à diluuio inccepto; ac denique in eâ quæ est de mensibus Solaribus, partim 30. partim 31. dierum: dies 13. Vt omittam eos, qui volunt primum decrementum incœpisse longè antè decimamseptimam, vel vigesimamseptimam mensis septimi: imò verò statim, aut paulo post 40. dies pluuiæ.

Deinde, secunda particula decrementi, quæ est à requie arcæ ad primam diem mensis decimi: durauit, in sententia Caietani quæ est de mensibus Lunaribus, singulis dierum 29. & iuxta lectionem Hebraïcam quam sequitur, dies 70. vel 71: iuxta Vulgat. autem, 60. vel 61. In eâ quæ est de mensibus Lunaribus alternis 29. & 30. dies 63. In eâ quæ est de mensibus Solaribus 30. dierum æqualium, dies 65. In eâ quæ est de mensibus Solaribus Iulianis, dies 66. Atque ità ab initio primi decrementi, ad apparitionem cacuminum montium, in sententiâ mensium alternorum, 29. & 30. includente 40. in 150. & computante mensem septimum, & decimum ab anno currente, seu in sententiâ Pererij, dies 71. nempe 8. & 63. In sententia Caietani, sunt dies 82. nempe 11. & 71. debent autem esse 73. nempe 11. & 61. In sententiâ de mensibus Solaribus dierum 30. æqualium, seu Scalig. & Tempor. debent esse dies 75. nempe, 10. & 65. In sententia de Lunaribus alternis, non includente 40. in 150. & computante menses septimum, & decimum à diluuio, dies 76. nempe, 13. & 63. In sententiâ de Solaribus Iulianis, 79. nempe, 13. & 66.

Denique, vltima particula decrementi, quæ est ab anno sexcentesimoprimo Noë, primo mense, primâ eius die, quâ exsiccata est superficies terræ, ad vigesimamseptimam mensis secundi quâ arefacta est terra, durauit, In sententiâ de mensibus Lunaribus alternis, dies 55. vel 56. In sententiâ de mensibus Solaribus 30. dierû æqualium, 56. vel 57. In sententia de Solaribus Iulianis, 57. vel 58.

His positis, sic licet argumentari. Si à 15. cubitis suprà excelsos sub vniuerso cœlo montes, ad apparitionem cacuminum montium, qui forsan fuerunt de altioribus aut circiter, transire debuerunt dies 71. 73. 75. 76. 77. vel 79: & ab exsiccatione superficiei terræ ad solam eius arefactionem, dies 55. 56. 57 vel 58. quis credat ab apparitione cacuminû montium, ad exsiccationem superficiei terræ, transactos fuisse solum 55. vel 56. dies: vel certè, ab apparitione montium ad cessationem aquarum, 47. tantùm: nempe 40. corui. & 7. priores columbæ; cùm à cacumine montium ad solam recessionem aquarum, interessent aquæ multò pluries, quàm à 15. cubitis suprà montes, ad cacumina montium?

Confirmatur specialiùs, à particulâ decrementi, quæ est à requie arcæ ad apparitionem cacuminum montium, spectatâ secundùm partem quâ arca erat aquis immersa. Nam si particula illa sola, durauit 63. & ad minus 62. dies: cùm tamen intercederet solummodò tantum aquæ, quantum arca erat in ipsis immersa, quod dictum est non excessisse quidem in omni rigore (non tamen admittendo) 25. cubitos: quis credat, abinde ad recessionem aquarum à superficie terræ, non transactos fuisse nisi 47. dies? cùm à cacuminibus montium ad superficiem terræ, intercederent innumerè pluries 25. cubitis?

Neque recurrendum est ad ventum illum de quô mentio fit init. capitis: & illum de quô Exod. 14. vers. 21. Nam ostensum est suprà §. 5. ventum illum Gen. 8. non fuisse parem ei qui Exod. 14. Aliàs enim totum diluuium non durasset 8. dies.

Quod si dixeris, decrementum à 15. cubitis suprà vniuersos montes, vsque ad requiem arcæ, durasse ad plus 13. tantùm dies.

Respondebitur, propterea fatendum esse, montem in quô arca consedit, & vicinos montes quorum cacumina paruerunt, fuisse vel excelsiores, vel circiter excelsiores terræ, saltem in respectu ad totam eius superficiem, aut certè ad eius centrum. Ideóque diebus illis 13. non plus 15. sed nec tot cubitis, extitisse decrementum.

IV. ARGVMENTVM. Petitur à conuenientiâ, quâ tradit Perer. lib. 3. Disp. 6. nu. 57. seu à pag. 314. col. 1. his verbis. Mihi quidem verissimile admodùm fit, Moysem

in hac historiâ diluuij non omnes menses & dies eius anni quô diluuiū factū est dinumerasse: sed multos prætereundo tacitos, enumerasse tantùm eos quibus aliquid acciderit, vel à Noe factum est, quod insigne esset & commemorabile, atque ad hanc historiam diluuij illustrandam conferret. Nominauit ille decimumseptimum diem secundi mensis, quia in eo die cœptum est fieri diluuium. Recensuit 40. dies pluuiæ: vnde incrementum diluuij accidit. Commemorauit 150. dies; quod per eos diluuium stetit, & post eos cœperunt diminui aquæ diluuij. Nominauit vigesimumseptimum diem septimi mensis; quia tunc primùm arca resedit super montes. Mentionem fecit primi diei decimi mensis; quod eo die primùm apparuerunt cacumina montium. Post supputauit 40. dies, quod illis transactis, Noë aperiens fenestram arcæ, dimisit coruum & columbam, ad explorandum vtrùm diluuium cessasset. Adiecit deinde 14. dies, in quibus columba primò reuertens ad arcam, ramum oleæ virentibus frondibus ore tulit, iterùm autem emissa, nec regressa tamen, siccatæ iam ab aquis terræ indicium fecit. Quoniam autem alijs diebus & mensibus nihil horum simile, id est, nihil memorabile acciderat: propterea Moyses putauit ea tempora non esse percensenda. Hactenùs Pererius: quem proinde non probabiliter iuxtà nos reiecit Salianus.

PORRO Modi Huius Sententiæ, sunt duo, possunt autem esse tres.

1 Modus. I. MODVS est Mercatoris, constituentis solum eo loco, 7. dies; quia nimirùm constituit alios dies inter bis 7. columbæ & annum sexcentesimumprimum Noe. Hunc autem modū credibile est eum colligere, ex verbis illis vers. 10. *Expectatis autem vltrà 7. diebus alijs, rursùm emisit columbam*: quasi pronomen illud *alijs*, relatiuum sit ad septem alios præcedentes.

2 Modus. II. MODVS est Scaligeri, constituentis 40. quos non aliter colligit, nisi dicendo, Moysen ità colligendum reliquisse Lectori prudenti. Hoc autem intelligi potest, vel ex similitudine 40. præcedentium, vt Noë tot dies expectauerit primâ vice pro columbâ, quot expectauerat pro coruo: vel certè ex ratione temporis ità exigente.

3 Modus. III. MODVS esse potest, qui fit in formâ Iulianâ constituens 35. 36. vel 37. iuxta exigentiam temporis.

OBIICIVNTVR quædam contrà Hanc Sententiam. Sed quoniam communia sunt ei cum sequenti sententiâ: propterea videntur post eam reijcienda. Itaque,

Sent. III. SENTENTIA. Dicit, transactos fuisse aliquos dies, inter bis 7. columbæ, & annum sexcentesimumprimum Noe: etiamsi non fuerint à Moyse nominati.

Ita Mercator suprà. Genebrard. an. 1657. seu pag. 24 sub init. & Temporar. lib. 3. 10 paradigmate anni diluuij quod habet à pag. 368.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia pluribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Idem quod secundum sententiæ præcedentis. Petitur ab alijs diebus hoc loco non à Moyse nominatis. Potest autem breuiter sic compilari. Si transacti fuerunt aliqui dies, inter 150. aquarum, & requiem arcæ; si transacti sunt & aliqui dies, inter requiem arcæ, & apparitionē cacuminū montium; & aliqui rursùm inter primū diem anni sexcentesimiprimi Noë, & vigesimamseptimam mensis secūdi, eiusdem anni: quos Moyses non nominauit; adde, si, vt probatum est in sententiâ præcedenti, transacti sunt aliqui inter 40. corui, & bis 7. columbæ; cur non transacti fuerint & hoc loco nonnulli? maximè, cùm ita ratio temporis exigat: supposito quòd 40. dies pluuiæ sint includendi in 150. aquarum: & menses septimus ac decimus, computandi ab initio anni currentis?

2. Arg. II. ARGVMENTVM. idem quod tertium sententiæ præcedentis. Petitur à diebus decrementi, vel decrementorum, totius diluuij; est enim vtrique commune. Potest autem sic breuiter compilari. Probatum fuit in sententiâ præcedenti, ex particulis decrementi, dandos esse dies aliquos suprà 40. corui & bis 7. columbæ. Atqui nihil repugnat eos constitui inter bis 7. columbæ, & annum sexcentesimumprimum Noë. Ergo probabiliter possunt ibi constitui.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab alijs expectationibus Noe, deductis fusiùs in sententiâ præcedenti sub argumento primo, in secundâ & tertiâ confirmationibus eius. Potest autem breuiter sic compilari. Si Noe, quamuis arca consedisset: expectauit nihilominùs 40. dies; & quamuis coruus non redijsset: expectauit nihilominùs 7. alios dies; & quamuis columba attulisset ramū virentis oliuæ, indéque intellexisset Noë aquas cessauisse: expectauit nihilominùs adhuc 7. dies; &, si quamuis vidisset superficiem terræ exsiccatam, expectauit nihilominùs 56. dies; & denique, si in sententiâ præcedenti contenditur eum expectasse 40. alios dies, suprà 40. corui; cur non hoc loco, quamuis columba non amplius esset ad eum reuersa, non expectauerit aliquos dies, antequam aperiret tectum arcæ, & inspiceret?

Confirm. CONFIRMATVR. A 2. reuersu columbæ, deducto fusiùs sub eodem argumento primo sententiæ præcedentis in quartâ confirmatione eius. Potest autem sic illa confirmatio hîc tangi. Ex secundo reuersu columbæ, quô redijt illa solum ad vesperam: infer-

tur Noë fuisse solitum ad minus expectare diem vnam, tum quando emisit coruum, tum quando primâ & secundâ vice emisit columbam. Ergò probabile est idem eum fecisse tertia vice, quando emisit columbam, & illa non est vltra reuersa ad eum. Ergò danda est ad minus vna dies vltra 7. posteriores columbæ, seu intrà illos & annum sexcentesimum primum Noë. Quod si vna, quamuis à Moyse non memorata: cur non plures, quamuis à Moyse non memoratæ?

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. huic sententiæ speciale. Petitur a diebus arefactionis, & exsiccationis terræ, simul comparatis. Nam si postquam exsiccata est terra: vt ea redderetur arefacta ad hoc vt homines & animalia per eam incederent, necessarij fuerunt 55. vel 56. dies: quomodò postquam cessarunt solummodo aquæ à superficie eius vt ea exsiccaretur, non fuerunt necessarij dies amplius 7. adeoque non indebitâ proportione 33. 35. vel 40?

5. Arg. V. ARGVMENTVM. Petitur à conuenientiâ Pererij relatâ superiùs; est enim vtrique sententiæ communis, scilicet, Verisimile est admodùm Moysen in hac historiâ diluuij, non omnes menses & dies eius anni quô diluuium factum est, dinumerasse: sed multos prætereundo tacitos, enumerasse tantùm eos, quibus aliquid euenit, vel à Noë factum est, quod insigne esset & memorabile, atque ad hanc historiam diluuij illustrandam conferret. Inter tacitos autem recenseri meritò possunt hi qui contenduntur inter bis 7. columbæ, & annum sexcentesimumprimum Noë constituendi.

3. Modi. MODI autem Huius Sententiæ sunt três. I. Mercatoris, constituentis dies 33. II. Genebrardi, constituentis 35. III. Temporarij, constituentis 40. Addi potest IV. qui sit in formâ Iulianâ, constituens 35. 36. vel 37. iuxta exigentiam temporis.

Cæterùm, ex his sententijs fieri posset quædam 4. constituens dies aliquos inter 7. priores & 7. posteriores columbæ à Moyse nominatos, totque diminuens ab alijs locis, quot hic insereret. Sed quoniam huiusmodi sententia, nec probabilitatem haber in Scripturâ: nec vllos authores qui eam indicent: propterea non est admittenda.

1 Obiect. OBIICI potest contrà duas istas sententias, id quod obiter objiciebatur §. 21. contrà secundam, ex Torniello an. 1656. num. 24. & I. Gen. 8. à vers. 6. Scripturam sacram aperte inter primam diem decimi mensis, & primam anni sexcentesimiprimi, ponere tantùm 40 dies corui, & bis 7. columbæ.

2 Obiect. OBIICI potest II. Cum eadem Scriptura sacra dicit vers. 13. *Igitur sexcentesimoprimo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ*: indicare per particulam illam, *Igitur*, ibi resumi numerum [illegible] præcedentes in quorum fine aqu[illegible]

AD I. OBIECTIONEM. Responsio data fuit §. 21. Scripturam sacram non apertè dicere. Equidem dicere, fluxisse 40. & bis 7. dies; sed non dicere fluxisse tot duntaxat dies. Ad 1. Obiect.

AD II. Responderi potest I. verba illa, vers. 13. *Igitur sexcentesimoprimo anno* &c. esse ibi dicta per recapitulationem: esseque resumptiua eorum quæ fuerunt dicta vers. 11. med. *intellexit ergo Noë quod cessassent aquæ super terram*: & illa quæ habentur in sequenti versu, nempe 12. *Expectauit nihilominus alios dies, & emisit columbam*, [illegible] per anticipationem; consequenter [illegible] quæ adduntur vers. 13 *Et aperiens Noë [illegible] cæ, aspexit, viditque quod exsiccata [illegible], et superficies terræ*, referenda esse ad ista vers. 12. *Expectauitque nihilominus 7. [illegible] columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum.* [illegible] pacto 7. vltimi dies quibus emissa columba non rediit includendi sunt in anno sexcentesimoprimo Noë. ità vt totus sensus illius loci sit iste: emisit Noë columbam quæ attulit ramum oliuæ, ex quô intellexit aquas cessasse tunc autem erat prima dies anni sexcentesimiprimi: nihilominùs expectauit 7. alios dies, vt aperiret tectum arcæ, & aspiceret terras exsiccatas: mense autem secundo, vigesimaseptimâ eius die, terra fuit penitus arefacta. Neque verò desunt in Scripturâ sacrâ similes anticipationes & recapitulationes, contentæ licet in verbis habitis in medio versuum. Ad 2. Obiect. 1 Respons.

VERVM. Etiamsi hoc non sit impossibile; attamen quia longioni deductione indiget: neque [illegible] nos habet authores: & sensus magis obuius est, vt quando columba attulit ramum oliuæ, & Noë intellexit aquas cessasse, hæc cessatio accipiatur solùm de cessatione aquarum à superficie terræ, exsiccatasse autem propterea 7. adhuc dies, quibus [illegible] superficies illa exsiccaretur, quô pacto exponebat Tostatus supra §. 24. propterea responsionem hanc censemus minus probabilem.

RESPONDERI potest II. particulam, illam, *Igitur*, non esse causatiuam, seu illatiuam, aut etiam collectiuam numerorum præcedentium, vno verbo, continuatiuam temporis immediatè sequentis 40. & bis 7. dies: sed esse tantummodò propositiuam sequentium dicendorum, seu temporis incipientis ab eâ merâ quæ continetur in sequentibus ibi verbis, *Anno sexcentesimoprimo* &c. eo sensu, quô sumi solet particula, *Itaque*. Alioqui enim, cù nulla sit manifesta ratio in Scripturâ, cur per particulam istam, *Igitur*, non colligerentur æquè omnes omninò dies à Scripturâ nominati, ac soli 40. corui, & bis 7. columbæ: inde sequeretur non esse admissos 2. Respons.

dies qui conſtituuntur inter 150. aquarum, & requiem arcæ. Nam pari ratione argumentaretur aliquis, per hanc particulam *Igitur*, reſumi omnes, ac ſolũ, dies à Moyſe nominatos. Quod ſi particula hæc non excludit dies qui conſtituuntur inter 150. aquarum, & requiem arcæ: neque ſimiliter excludet eos qui conſtituendi prætenduntur inter bis 7. columbæ & annum ſexcenteſimumprimum Noë.

Porro, expoſitio hæc particulæ illius *Igitur*, oſtendi poſſet ex locis innumeris Scripturæ ſacræ, & communi modo ſcriptorum eâ vtendi eodem ſenſu, quô particula *Itaque*. Sufficiat quid ſimile, deſumptum ex ipſomet loco Scripturæ, in quô agitur de anno diluuij. Nam v.g. cùm poſtquam dictum eſt verſ. 3. *Et cœperunt minui poſt* 150. *dies*: immediatè ſubiungitur verſ. 4. *Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimâſeptimâ die menſis*: qui rationes temporis perſpicacius non attenderit, quamcitò perſuadebitur, requiem arcæ ſucceſſiſſe mox tempori, quô dicuntur aquæ cœpiſſe minui: atque ita de facto viſum fuit Scaligerum, & Temporarium ſenſiſſe. Attamen certum eſt non ſolùm ex Editione Vulgatâ, inter vtrumque fluxiſſe, 8. 10. 11. vel 13. dies: ſed etiam ex ratione temporum ritè perſpectâ, concedendum eſſe, inter vtrumque fluxiſſe aliquos dies: & nihilominùs æquè dici poterat, *Igitur menſe ſeptimo, vigeſimâſeptimâ die menſis, requieuit arca ſuper montes Armeniæ.* Ita ergò, cùm poſtquam nominati ſunt dies 40. verſ. 6. & bis 7. verſ. 10. & 12: ſubiungitur immediatè, verſ. 13. *Igitur ſexcenteſimoprimo anno, primo menſe, primâ die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram*: non propterea ſequitur, inter vtrumque nullos interfluxiſſe dies.

3 Reſponſio.

Responderi poteſt III. ſpecialiter pro ſententiâ præcedenti, & modo qui eſt Scaligeri. Quamuis concedatur particulam illam *Igitur*, eſſe cauſatiuam, illatiuam, ſeu etiam collectiuam numerorum aliquorum præcedentium, vno verbo continuatiuam temporis immediatè ſequentis: hoc tamen non debere nec rationabiliter poſſe concedi, niſi ad plus quoad numeros proximè præcedentes, ſcilicet bis 7. columbæ, ſeu quoad tempus proximè contentum in illis: non autem vltra. Neque enim eſt vlla ratio cur extenderetur amplius. Alioquin ãque eadem ratione extendendum eſſet ad omnes dies in anno quô euenit diluuium, à Moyſe nominatos. Et ſic excluderentur alij innumeri: maximè verò illi qui conſtituuntur inter 150. aquarum, & requiem arcæ. Sed ex ſerie textus, & ex verbis illis, *anno ſexcenteſimoprimo, menſe primo, primâ die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram, & aperiens Noë tectum arcæ, aſpexit, viditque quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ*: necnon verſ. ſeq. *Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis, areſacta eſt terra*: manifeſtum eſt eam non poſſe dici illatiuam temporis amplioris, quàm 7. & 7. dierum columbæ, intrà quos dictum eſt verſ. 11. *Intellexit ergo Noë quod ceſſaſſent aquæ ſuper terram*. aut etiam, quod probabilius eſt, non poſſe dici illatiuam, niſi temporis, quô dictum eſt Noë intellexiſſe aquas ceſſaſſe: hoc enim infert vel identitas, vel proxima ſimilitudo materiæ, contenta in verſibus illis 11. & 13. ſcilicet, ceſſatio & imminutio aquarum, & exſiccatio ſuperficiei terræ. Itaque etiamſi per hanc obiectionem refelleretur tertia ſententia: non tamen refellitur ſecunda, ſpectata quoad ſecundum modum eius.

In hac diuerſitate ſententiarum quid dicendum? Reſpondeo ſecundam ſententiam, eiuſque modum 2. & 3. præſertim autem 2. qui eſt Scaligeri, videri nobis probabiliorem.

Authoris reſolutio.

## XXVIII. DIFFICVLTAS. AN MOYSES NON omiſerit hîc aliquas generationes: adeóque aliquot earum annos Chronologiæ adiungendos?

§. 29.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFficultatis eſt hoc. I. In ſequẽti Periodo Gen. 11. inter verſ. 12. & 14. Editio. Vulg. Hebr. Chald. Lat. S. Hieron. rurſumque cap. 10. verſ. 22. & 24. & 1. Par. 1. verſ. 17. & 18. ſed & Sept. Interpr. Gen. 10. & 1. Paral. 1. in quibuſdam codicibus, non memorant Cainan huius nominis ſecũdum: quem tamen ijdem Septuaginta Interpretes Gen 11. necnon codices Regij cap. 10. verſ. 24. & 1. Par. 1. & denique S. Lucas cap. 3. verſ. 26. expreſsè memorant: reponitque eum S. Lucas in genealogiâ Saluatoris.

II. S. Math. cap. 1. recenſet ſolummodò ab Abraham vſque ad Chriſtum 42. genera-

tiones: quibus tamen plures fuisse constat ex libris Reg. & Paralip. prout videbitur sub Periodo 5. Non est ergò insolēs in sacra scripturâ, cùm numerantur generationes, intermitti aliquas. Quò facit ratio; quia non est incongruum, eas quæ recensentur, reduci ad certum quendam numerum arcanum & mysticum: in hac autem Periodo idem reperire est, vt in sequenti, nimirū, vt generationes reducantur ad numerū denarium, multis modis perfectum & mysticum. Cur non ergo id fecerit Moyses hoc in loco, sicut fecit in alio: & sicut S. Mathæus in suo?

Vera sentētia Moyses nullas hic omisisse generationes.

VERA SENTENTIA est. Moysem, nullas hic omisisse generationes: adeóque nullos earum annos esse chronologiæ adiungendos.

Ita censent, aut censere debent, omnes omnino authores, cùm annos huius Periodi non amplius cōstituunt quàm 1656. aut 1657. Hi enim anni reperiuntur traditi nominatim, in annis generationum à Moyse memoratis. Ità specialiter & solus hanc quæstionem ex professo tractans Pererius, lib. 7. Disput.

A De chronologiâ huius Period. num 120. seu pag. 263 col. 2. sub initio.

Probat.

PROBAT Hanc Sententiam Pererius his verbis. At enim cū nec ex alijs Scripturæ locis: nec ex translatione Septuaginta Interpretum: nec ex traditione Ecclesiæ: nec sanctorum Patrum scriptis: aliquo modo conijci queat, vllam ab Adamo vsque ad diluuium intermissam generationem, iam enim id sanctæ Ecclesiæ aliquâ viâ & ratione innotuisset: nulla profectò subest causa, cur id quispiam suspicari, aut in dubium vocare, debeat. Hæc Pererius. Vnde,

B

Ad Fundam. Diffic.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS. Respondetur, quod Moyses omiserit generationem secundi Cainan in Periodo sequēti: & B. Matthæus multas in cap. 1. sui Euangelij: cōstat ex alijs Scripturæ locis, & ex interpretibus in hoc fide dignis, seu authoribus idoneis. Sicut ergò vbi huiusmodi fundamēta reperiuntur, legitimū est tale aliquid asserere quod in eis inuenitur: ità econtrà, vbi nulla reperire est, non licet asserere quicquam, quod in eis non est.

## XXIX. DIFFICVLTAS. ANNON ADDENDI sint anni aliqui ad chronologiam, ratione 120. annorum, qui Gen. 6. vers. 3. præfiguntur vitæ Hominum?

§. 30.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Postquā dictum est Gen. 5. vers. 31. *Noë verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet.* dicitur paulò post, cap. 6. vers. 3. *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Spiritus meus*, id est, ex cap. 2. vers. 7. *spiraculum vitæ*, quòd in faciem eius inspiraui: vel ex eodem cap. 6. vers. 17. *spiritus vitæ*, qui in carne: denique spiritus quem creaui, spiritus quem in eum insufflaui, anima quam illi dedi. *In homine*, id est, in hominibus, singulari posito pro plurali. *Eruntque dies illius*, scilicet, hominis, id est, hominū. Per hoc videtur, ab anno quingentesimo vitæ Noë, vsq; ad diluuium, constituendos esse 120. annos. Nam illa comminatio narratur post narratum quingentesimum annum Noë: adeóque videtur hac ex parte annos 20. ad chronologiam esse addendos. Aliunde verò, cap. 7. vers. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë, rupti sunt fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram* &c. & cap. 8. vers. 13.

C *Igitur sexcentesimoprimo anno, primo mense, primo die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram.* Per hæc videtur, ab anno quingentesimo vitæ Noe ad diluuium inceptum, transactos fuisse solummodò 100. annos inceptos, & ad diluuium exactum, 100. completos, prout in superioribus hi anni fuerunt expositi, de annis vitæ Noë inceptis.

Vera Sent.

D VERA SENTENTIA & omnium, est, Ab anno quingentesimo vitæ Noë, ad diluuium inceptum & exactum, nō transactos esse plus 100. annis inceptis, vel exactis: adeóque hac ex parte, non esse 20. annos ad chronologiam asciscendos.

Probat.

PROBATVR Hæc Sententia, hoc argumento. Si addendi essent hac ex parte E 20. anni ad chronologiam: sequeretur, annos sexcentesimū, & sexcentesimumprimū vitæ Noë, intelligendos esse, rotundo numero dictos, pro sexcentesimovigesimo, & sexcentesimovigesimoprimo. At hoc est cōtrà morem omnem, tum Scripturæ, tùm politicorum, assignandi euenta rerum annis præcisis, vel regiminum principum, vel vitæ quorumlibet hominum.

Ad Fūdam.

AD FVNDAMENTVM DIF-

FICVLTATIS, seu, ad locum illum cui nititur, Gen. 6. vers. 3. *Eruntque dies illius* 120. *annorum*, multiplices sunt Responsiones.

1. Respons. ad Fundam. Diffic. I. RESPONSIO nec improbabilis, est, Inanis illis, mentionem esse annorum vitæ hominum singularium: non autem annorum mundi, in fine quorum venturum esset diluuium,

Ità Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 5. Lat. aliàs 3. Græc. 4. sub init. & 14. Lat al. 4. Græc. 7. fin. Quanuis Eugub. verba Iosephi aliter habeat: quia nimirum ex duobus eius locis, scilicet cap. 3. & 6. verba ipsius cōiunxit. Ità Philo lib. de Gigantibus. Lactant. lib. 2. Diu. Instit. cap. 14. & obiter in libro de origine erroris. Ità Rupert. quamuis aliam etiam expositionem amplectatur. Ità denique Procop. in hunc locum. Porrò S. Chrysost. pro hac sententiâ refert Eugubinus: Diodorum Tharsensem Lipomanus in Catena: Tostatum in Gen 6. q. 11. referunt alij, vt Torniell. an. 1537. num. 1. seu pag. 84. col. 2. (necnon Leonard. Coquæus comment. in lib. 15. ciu. cap. 24.) Sed miratur eos Salianus ann. 1537. num. 2. & meritò: cū verba eorum expresse sint contraria.

Probat. 1. Respons. PROBARI potest Hæc Responsio duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ab aliquo sensu rigoroso verborum illorum, *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius* 120. *annorum*. Hæc enim in singulari dicta de homine, quamuis etiam sensum habeant pluralem: tamen videntur quâdam speciali ratione cadere magis in singulos homines spectatos in se, quàm in omnes spectatos vniuersaliter. Vnde consequenter illa verba, *eruntque dies illius* 120. *annorum*, videntur determinare futurum spatium vitæ cuiuslibet hominis singularis, potius quàm totius humani generis. Porrò notum est ista verba *In æternum*, ex phrasi Scripturæ solitâ idem significare quod, diu, per longum tempus, &c.

Confirm. 1. Arg. CONFIRMATVR. Nam illa verba, *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius* 120. *annorum*, denotare videntur aliquid quod etiam post diluuiū valere debebat, imò magis quàm antè: scilicet, quod deinceps nollet Deus cōcedere hominibus tam longum vitæ spatium; quia ex longo vitæ tempore maiorem peccandi licentiam arripiebant, eisque necessarium erat ad ipsos cohibēdos, vt mortem velut in ianuis semper haberent, quemadmodum iam ferè habent ob vitæ breuitatem. Quod etiam experientiâ patet; nam exinde solùm minui cœpit vita hominum singularium.

NEQVE verò dicatur, mortem non posse censeri rationabiliter in ianuis eorum, qui vitam sperare habent annorum 120.

NAM rationabiliter ità censetur, si vita 120. annorum comparetur ad vitas hominum præcedentium: scilicet 900. plusminus annorum.

II. ARGVMENTVM. Petitur à verbis illis, *Ponamque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, tecum*. Per hæc enim manifestum videtur, præceptum Dei factum Noë pro arcâ fabricandâ, fuisse datum illi postquam habuerat filios: imò postquam filij ipsius habuerant vxores: adeòque longè post quingentesimum annū vitæ ipsius Noe. Abinde autem non potuerunt esse 120. anni vsque ad diluuium. Exponere verò sexcentos annos Noe, cap. 7. vers. 6. de sexcentis rotundo numero dictis, aduersatur protsus illi phrasi vers. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë* &c. Item, exponere quingentos annos eiusdem Noë, de quadringentis tot rotundo numero dictis, supponimus admittendum non esse, propter insolitam Scripturæ phrasim his locis. Quod etiam ostēdetur ampliùs infra. Dicere autem illa verba, *Et vxores filiorum tuorum, tecum*, significare vxores filiorum Noë non tunc existentes, sed futuras aliquandò, contrariatur simplici verborum significationi. Dicere denique illa verba, *Eruntque dies illius* 120. *annorum*, ibi fuisse narrata per recapitulationem, reuerà autem fuisse dicta antè quingentos annos Noë completos vel inceptos, aduersatur simplici narrationis seriei. 2. Arg.

OBIICITVR contrà Hanc Responsionem I. id quod ex Scripturâ sacrâ refert Torniellus suprà, notatque obiter Salianus num. 3. Hos (auctores illius sententiæ) manifestè, inquit Torniellus, ipsamet Scriptura sacra redarguit, quæ nullū in totâ primâ & secundâ mundi ætate commemorat, qui tam paucis vixerit annis: & plures qui ad multos annos centenarios vitam produxerint, vt videre est Gen. 5. & 11. vbi tradit omnes secundæ ætatis Patriarchas ibidem recensitos, longè prædictum 120 annorum numerum excessisse, & aliquos quidem plùs 200. annis, alios suprà trecentesimum, & etiam vltrà quadringentesimum vitæ annum fuisse superstites. Sed & in tertia mundi ætate, constat, non paucos multò plures quàm 120. vitæ annos habuisse. Nam Abrahā erat annorū 175. quando mortuus est, Gen. 25. ℣. 8. & similiter Ismael 137. ibid. ℣. 17. & Isaac. 180. cap. 35. ℣. 18. & Iacob. 147. cap. 47. vers. 28. quando mortui sunt. Leui quoque vixit annos 137. Exod. 6. vers. 16. & Caath filius eius annos 133. ibid. vers. 18. & Amram annos 137. vers. 20. Maria etiā soror Moysis, quæ proximior fuit quartæ mūdi ætati, vixisse creditur annis secundū aliquos 135. quāuis nos putemus eam è vitâ excessisse anno ætatis suæ centesimo vigesimo- 1. Obiect. contra 1. Respons.

ſeptimo circiter incipiente. Et certum eſt Iuïadam Pontificem in quintá mundi ætate, annos 130. exegiſſe, 2. Par. 4 verſ. 15. Quare patet vanū eſſe & falſum, aſſerere Deum prædictis verbis voluiſſe deinceps vitam hominum ad 120. annos contrahere. Et nos infrà ſub anno mundi 1656. num. 3. vſque ad 6. plurimos alios recenſebimus, qui poſt hæc tempora vitam ad longè plures, quàm 120. annos produxerunt. Hactenus Torniellus. Vide alios apud Leonard. Coquæum commentar. in lib. 15. ciu. cap. 24. init. Verùm,

Reſponſ. 1. RESPONDERI poteſt, & hominum vitam non ſtatim, ſeu non in ætate proximâ, cœpiſſe minui, & paucos in poſterioribus ab hac regula exceptos eſſe, non cenſeri vim diuinæ comminationis infringere. Non ſtatim, ſiue in ætate proximâ: propter neceſſitatem humanæ propagationis. Non paucos in poſterioribus exceptos, quia terminus ille poſitus tantùm fuit tanquam ordinarius, à quo nonnullos excipi nihil infert inſoliti, vel abſurdi. Non vtrumque rurſus: tùm quia ſufficit quod poſt homines ſufficiēter multiplicatos, cœperit diuina comminatio vim ſuam paulatim exerere: tùm quia non inſolitum eſt hoc diuinis punitionibus, imò verò pluſquàm ſolitum, & diuinæ congruēs prouidentiæ, vt punitiones eiuſmodi non ſtatim, ſed paulatim exequutioni mandentur, & tamen quandoque nonnulli à punitione comminatâ latâque generaliter, eximantur, prout etiam in materiâ ſubiectâ patet, in quâ diluuium ipſum non euenit niſi longo tempore poſt comminationem, & ab eo Noë ſuique fuerunt exempti.

2. Obiect. OBIICITVR II. cap. 6. poſt comminationem illam haberi verſ. 7. *Delebo, inquit, omnem hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſq; ad volucres cæli: pœnitet enim me feciſſe eos.* verſ. 13. *Finis vniuerſæ carnis venit corā me.* verſ. 17. *Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiā omnem carnem, in quâ ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum.* Per quæ videtur manifeſtum, comminationem illam verſ. 3. *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum* &c. intelligendam eſſe de diluuio.

Reſponſ. RESPONDERI poteſt, comminationes illas eſſe diuerſas, prout colligere eſt ex diuerſis earum cauſis, & narrationibus. Cauſa namque prioris comminationis habetur initio capitis à verſ. 2. *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.* verſ. 3. *Dixitque Deus: non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illius 120. annorum* &c. Cauſa verò poſterioris habetur verſ. 5. *Videns autem Deus quod multa malitia hominū eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tēpore,* verſ. 6. *pœnituit eum quod hominem feciſſet in terrâ, & tactus dolore cordis intrinſecùs.* verſ. 7. *Delebo, inquit, hominē quem creaui, à facie terræ* &c. & à verſ. 11. *Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate.* verſ. 12. *Cùmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.)* verſ. 13. *Dixit ad Noë: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorū, & ego diſperdam eos cum terrâ.* verſ. 17. *Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem, in quâ Spiritus eſt ſubter cælum: Vniuerſa quæ in terrâ ſunt conſumentur.* Narratio item earum patet diuerſa. Nam prior narratur ab initio capitis: poſterior autē poſteà. Ex quô etiam dici poteſt finem earum à Deo intentum eſſe diuerſum. Nam finis prioris dici poteſt abbreuiatio vitæ ſingularium in poſterum, ne ob longiorem vitam nimiùm addicerētur terræ & voluptatibus quæ reperiuntur in eâ, & per illas caderent in abominãda peccata. Finis autem poſterioris deſtructio totius generis tūc exiſtentis (excepto Noë & ſuis) propter nimiam vniuerſæ carnis tunc viuentis corruptionem.

3. Obiect. OBIICITVR III. Sententiam hanc contrariam eſſe communi plurimorum, dicentium arcam à Noe fuiſſe fabricatam per ſpatium 100. annorum.

Reſponſ. RESPONDETVR. Sententiam eiuſmodi de cōſumptis tot annis in fabricatione arcæ, non firmo niti fundamento, potiúſq; ſupponi quàm probari: nimirùm, fundamentū quô nititur, hoc ipſum eſt quod controuertitur.

4. Obiect. OBIICITVR IV. Omnes tam Hebræos, quam Patres, & expoſitores, hunc locum exponere, non de annis vitæ hominum ſingulatium: ſed de reliquis annis conceſſis vſque ad futurum diluuium. Sic nempè Sept. Interpr. habentes ſic, *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in æternū, eo quòd ſunt ipſi carnes. Erunt autem dies illorum* 120. Itē, R. Onkelos in Paraphr. Chald. ſic habēs. *Non permanebit generatio peſſima hæc corā me in æternùm: eo quòd caro ſunt, & opera eorū peſſima, & terminus dabitur eis 120. annorum, ſi fortè conuertantur.* Sic R. Abenezra, hunc Paraphraſtem laudans & ſequens. Sic alij paſſim Hebræi. Sic autem S. Hieron. in qq. Hebr. longiùs poſt init. & in Dan. 9. ſub init. qui priori loco dicere nō dubitat, illos errare qui ſententiam iſtam de vitâ hominum tenēt. Item, S. Chryſoſt. Hom. 22. in Gen. S. Aug. 15. ciu. 24 Diodorus Tharſenſis apud Lipom. etſi ſenſu contrario relatus. Lipoman. ipſe, Rupert. & Toſtat. quamuis æquè ſenſu contrario relatus ac Diodorus. Denique, Delrio, Perer. Torniell. & Salian. Ex ſectarijs Funccius comment. in chronolog. ſuam lib. 1. ſub init.

Reſponſ. RESPONDETVR. Non omnes penitùs Hebræos, Patres, & expoſitores, aliter hunc locum exponere. Nam inter Hebræos Ioſe-

phus, inter Patres Lactantius, inter expositores Rupertus, aliique sic eũ exponunt. Addo neque nunc non aliquos reperiri, qui sententiam hanc vel amplectātur vel probent. Inter alios enim placuit illa viro doctissimo & acutissimo Domino Minczo doctori Sorbonico, qui nostrum hunc librum labore sui examinis honestauit.

2 Respons. ad Fund. Diffic. II. RESPONSIO, nec etiã improbabilis, est, comminationẽ illam fuisse quidẽ post annum quingentesimũ Noe: attamen Deum abbreuiasse tempus propter impietatem hominum nimis crescentẽ, amputatis 20. annis.

S. Hieron. Ità S. Hieron. in qq. Hebr. pluries. Inter alia autem dicens, *Quia vero pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum: sed 20. annorum spatys amputatis, induxit diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato.* Idẽ tenet in Dan. 9. Ità S. Chrysost. Hom. 25. Gen. vbi respondens obiectioni, quare eum promisisset Dominus 120. annos longanimitatis, antequam expletentur immiserit excidium. *Quoniam*, inquit, *videt quotidie incurabiliter illos peccare, & non solùm nihil ex ineffabili longanimitate suà proficere, sed etiam incrudescere vulnera, propterea succidit tẽpus, ve ne maiori pœnâ se obnoxios facerẽt.* In alterà scilicet vitâ, prout mox explicat. Ità & S.

S. Aug. Aug. epist. 80. ad Hesychium. *Legimus*, inquit, *in libro Gen. Deum primò statuisse hominibus ad resipiscendum & agendam pœnitentiam, 120. annos vsque ad diluuium: postea tamen breuiasse id temporis, recisis ex eo numero 20. annis.* Ità denique Hugo Cardinalis.

Probat. 2. Respons. PROBARI potest hæc Responsio, argumẽto petito à serie narrationis Moysis ad rigorem sumptà. Nam Moyses narrat comminationem illam. post narratos quingẽtos annos vitæ Noë. Cum autem abinde ad diluuiũ fluxerint tantummodò 100. anni, neque supposito narrationis rigore possit aliter Scriptura conciliari: necessum sequitur Deum abbreuiasse numerum illurum 120. annorum.

1 Confirm. CONFIRMAT Hugo Card. exemplo Ezechiæ regis, cui pœnitenti Deus adiecit 15. annos vitæ, 4. Reg. 20. vers. 6. Nam si Dominus prolongauit annos Ezechiæ propter eius pietatem: non est incõgruum dicere, & eum abbreuiasse annos hominum propter eorum impietatem.

2 Confirm. CONFIRMARI potest ab alijs similibus exemplis. Vt præcepti dati Abrahæ de immolando filio: & tamen retractati propter eius obedientiam. Item, comminationis factæ Niniuitis per Ionam prophetam, *Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur*: & tamen condonatæ ob eorum pœnitentiam. Vide etiam quid simile Ezech. 4. ỹ. 12. & 15. Deniq; à loco Matth. 24. ỹ. 22. *Nisi breuiati fuissent dies illi, &c. Sed propter electos breuiabuntur*, ad rigorem literæ sumpto. Eandem sententiam recitat, fortéque approbat Rupertus.

Obiectio. OBIICIT cunträ Hãc Responsionẽ Torniellus ibid. num. 5. Deus qui longanimis est, & præstabilis super malitia hominum, & ad hunc finẽ prædicit quæ missurus est flagella, vt inducat expectetque peccatores ad pœnitentiam, solet quidem addere ad miserationes suas, vt in casu Ezechiæ, & alijs, & contrahere item tribulationum durationes, iuxtà illud Matth. 24. vers. 22. At vero dilationes ad conuersionem peccatorum expectandam semel indultas abbreuiare non cõsueuit pius & misericors Dominus, sed interdũ potiùs elõgare: vt planè insinuat parabola quæ habetur Luc. 13. ỹ. 6. de ficulnea quæ biennio sine fructibus inuenta, tandem iussa est succidi: verũtamen aliquãtulum reseruata est, ad intercessionem cultoris dicentis, *Domine dimitte illã & hoc anno, vsquedùm fodiam circa illã, & mittam stercora: & siquidem fecerit fructum. sin autem in futurum succides eam.* Hæc Torniellus. Conformiter Salianus num. 5. Nec credibile est, inquit, quod sentit etiã Emanuel Sa, hanc diuinam indulgentiam restrictam fuisse, cum dona Dei sint sine pœnitentiâ, præsertim cũ S. ipse Hieron. hoc loco Dei clemẽtiam celebret. Exponẽs enim illa verba. *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum quia carnes sunt*: vt habẽt Sept. *In Hebræo*, inquit, *scriptum est, non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternũ, quia caro sunt. Hoc est, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituã quod merentur. Ergo non seueritatẽ, vt in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat, dùm peccator hic pro suo scelere visitatur.* Hæc Salianus.

Respons. RESPONDERI potest, Hanc Sententiam non censeri debere improbabilem, propter authoritatem S. Hieron. S. Chrysost. S. Aug. & aliorũ, maximéque propter loca Scripturę, à quibus illa nõ incõgruè visa est confirmari.

Quod autem ad lucitur in contrarium, de misericordià Dei, non obstat, quin in actu aliquo singulari, Deus non seruet solitã suæ benignitatis patiẽtiam: sicut patet in punitione Sodomorũ, & vrbium vicinarũ, quibus, tot monitiones, nec tantũ tẽpus pœnitentiæ, cõcessit. Et aliud est, nullum concedere spatium pœnitentiæ: aliud longissimum concessum in aliquo rescindere propter nouum peccatum, vel peccandi modũ. Quod confirmari potest ex parabolà serui conseruũ suum suffocãtis, qui non obstante cõdõnatione iam factâ, traditus est tortoribus donec redderet vltimum quadrantem. Matth. 18 à vers. 23.

3. Respons. ad Fund. Diffic. III. RESPONSIO & probabilior. est, comminationem illam fuisse factã antè quingentos annos Noe: nimirum 20. annis antè: seu anno ætatis ipsius quandringentesimo octogesimo.

Probat. 3. Respons. PROBATVR hæc Responsio argumento

petitn, à locis Scripturæ, quibus inferre datur cōminationem illā intelligendam esse de diluuio cap. 6. ṽ ſ. 5. *Videns autem Deus quod multa malitia hominū esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intēta esset ad malū omni tempore.* ṽſ. 6. *pœnituit eū quod hominē fecisset in terrâ. & tactus dolore cordis intrinsecus.* ṽſ. 7. *Delebo, inquit, hominem quē creaui à facie terræ, ab homine vsque ad animātia, à reptili vsque ad volucres cœli: pænitet enim me fecisse eos.* & ṽſ. 12. *Cúmque vidisset Deus terram esse corruptā (omnis quippe caro corruperat viam suam super terrā)* ṽſ. 13. *dixit ad Noë: Finis vniuersæ carnis venit corā me: repleta est terra iniquitate à facie eorū, & ego disperdam eos cū terrà,* &c. ṽſ. 17. *Ecce ego adducā aquas diluuij super terrá, vt interficiā omnem carnē in quâ spiritus vitæ est subter cœlum. Vniuersa quæ in terrà sunt consumentur.* Cū autē à 500. annis vitæ Noë, ad diluuium, fluxerint tantummodò 100. anni: necessarium est dicere comminationē illam fuisse factam 20. annis antè 500. Noë, seu anno ipsius quadringentesimooctogesimo. Porrò huius responsionis duplex est modus.

*1. Modus. Responſ.*

1. MODVS responsionis est, exponendo verba illa cap. 5. vers. 30. *Noë cùm quingentorum esset annorum*, de 500. rotundo numero sumptis, pro circiter 500. id est pro 480.

*S. Aug.*

Ità S. Aug. 15. ciu. 24. dicēs, *Intelligendum est hoc Deum dixisse, cū circà finē quingentorū annorum esset Noë, id est, quadringentos octoginta vitæ annos ageret, quos more suo Scriptura quingentos vocat, nomine totius maximā partem plerúmque significans:* Hanc S. Aug. responsionem sequuntur Bed. in Gen. 5. Lipoman. ibid. & Tostat in Gen. 6. q. 11. & in cap. 11. q. 17. & alij. Itē, ex parte Torniell. num. 3. & Salian. num. 3.

*Reijcitur 1 Modus.*

CONTRA Hūc Modū Responsionis Facit, quod sequeretur Noë nō dici propriè à Scripturà genuisse Sem, Chā, & Iaphet, cū 500. esset annorū, sed cū esset tātum 480. At hoc est contrà modum vniuersalissimū Scripturæ sacræ cōputandi annos generationū. Quamuis enim in eâ reperiātur aliquādo generationes quorundā singularium filiorū è pluribus filijs simul nominatis, etiam longius post annū generātis assignatum: prout ostēdetur in Periodo sequenti, tū in generatione trium istorū filiorū Noë, Sem, Cham, & Iaphet, tū in generationē trium illorū Thare, Abrahā, Nachor, & Aram: attamen nūquam reperiūtur aliquæ generationum illarum factæ antè annū generātis ibidē assignatum: nisi forsan vno in loco secundùm vnum vel alterū authorem: sed in hoc etiam à reliquis refutatum.

Deinde, hoc nō potest rectè cōsistere cū annis Sem, prout fusius ostēdetur in eâdē Periodo. Interea breuiter. Quoniā constat ex Scripturā Gen. 10. ṽſ. 21. Sem fuisse primogenitū Noë, saltē natu maiorē Iaphet & Chā: & cap. 11. ṽſ. 10. fuisse 100. annorum quando genuit Arphaxad biennio post diluuiū. Si fuit primogenitus trium illorū, minimū est quod natus fuerit intra annū sequentem illū qui nominatur à Scripturà quingētesimus Noë; alioqui frustrà diceretur tres ei filij nati, cū esset annorū illorum, si nullus ex illis tribus natus ei fuisset immediatè post quingētesimū. Hoc autē dato, si quingēti anni Noë sumerentur pro 480. sequeretur pariter 100. annos Sem sumendos esse rotūdo numero, pro 120. aut etiā pro 122. quod tum est absonū, tanquā contrà Scripturæ morem vbique hic obseruatum: tùm contrarium sententijs omnium authorum.

Demq; si huiusmodi expositio verborū Scripturæ locū habeat, ingerētur magnæ difficultates chronologiæ. Nā in quācūq; difficultate occurrēte, tā circà generationes eiusmodi, quā circà alios annos, poterit simili modo dici à quocūque, summas annorum in eis sumendas esse rotundo numero pro minoribus vel maioribus, quam ad verbum exprimantur. Quod admitti non debet, nisi vbi aliquid necessitans cogat; alioqui omnia redderentur incerta in hac chronologiæ materià.

*2. Modus & probabilior.*

II. MODVS Responsionis, & probabilior, est, illa verba cap. 5. ṽ ſ. vlt. *Noë cū quingentorū esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet*, ibi fuisse dicta per anticipationē, adeóq; illa cap. 6. ṽſ. 3. *Non permanebit spiritus meus in homine* &c. *Eruntque dies eius centum viginti anni*, hoc loco fuisse dicta per recapitulationem.

Ità Leonardus Coquæus, & ex parte Torniellus, ac deniq; Salian[*], locis citatis supeti[*].

*Probat.*

PROBATVR Hic Modus, argumēto petito ab initio cap. 6. quō manifestū est eâ quæ narrātur ibi, resumi tanquā longè facta prius quā Noë genuisset tres illos filios Sem, Chā, & Iaphet: proindéq; quàm esset 500. annorū. a ṽſ. 1. *Cùmque cœpissent homines multiplicari super terrā, & filias procreassent.* ṽſ. 2. *videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant:* illa hominum multiplicatio nō potest intelligi de tēpore solū quō Noë genuerat tres filios suprà nominatos: sed fuit illi longè anterior, vt omnibus est obuiū. Nā impossibile est homines fuisse multiplicatos, & filias procreasse mox, siue eodem immediato tēpore quō tres illi filij Noë fuissēt geniti. Deinde, si hoc loco per homines intelligātur filij Cain, & per filios Dei filij Seth, prout exponūt doctores cōmuniter, certū est eos fuisse multiplicatos, lōgè antè tēpus illud. Item, ṽſ. 4. *Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquā enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominū, illæq; genuerunt, isti sunt potentes à sæculo viri famosi.* Per hæc idē confirmatur. Nā si *in diebus illis* erāt filij Cain potētes *à sæculo*, & hoc rursū *postquā ingressi sunt* filij Seth ad filias Cain, vtique, potentes illi fuerant geniti lōgè antè dies illos. Præterea ṽſ. 5. *videns autē Deus quod multa malitia hominū esset in terrâ, & cūcta cogitatio cordis intēta esset ad malum omni tēpore* &c. Hoc iterū denotat talē malitiam iam à lōgo tēpore & fuisse natam, & præualuisse super

tertiam.Denique,patet manifesta recapitulatio A in verbis illis & sequentibus,à v.9. *Hæ sunt generationes Noë: Noë vir iustus atque perfectus in generationibus suis,cũ Deo ambulauit.* v.10. *Et genuit tres filios Sem, Chã, & Iaphet.* Ecce resumitur id quod fuerat dictũ cap.5. v.vlt. *Noë vero cũ 500. esset annorũ genuit Sem, Chã, & Iaphet.* v.11. *Corrupta est autẽ terra corã Deo & repleta est iniquitate.* v.12. *Cumque vidisset Deus terram esse corruptã: omnis quippe caro corruperat viam suã super terrã*) &c Ecce resumũtur ea quæ v.5. B vel etiam antè) *vidẽs autem Deus quod multa malitia hominũ esset super terrã* &c. Hæc omnia sufficienter ostendũt narrationem ibi fieri per recapitulationem rerũ gestarum, longè antè quã Noe 500. esset annorũ. Vbi simul attẽdendu, id esse verũ præsertim ex eo quòd multiplicatio & comminatio narrantur immediatè post genitos 3 illos Noë filios: esset autem impossibile tot & tãtos homines breuissimo spatio fuisse genitos & genuisse; alios, ac demum tanta perpetrasse, quanta per Scripturam C sacram indicantur.

Confirmo CONFIRMATVR Hic Modus. Nã hoc modo verba illa, *Noë cum 500. esset annorũ, genuit Sem, Cham, & Iaphet*, manent in suã proprietate, siue in sensu Scripturæ solito, quantùm ad annorum numerum: aliunde verò anticipationes & recapitulationes adeò sunt in eã frequentes, vt insolitum censeri non debeat similes hoc in loco proponere.

DECLARATVR idẽ Modus per Leonard. Coq. his verbis. Respõdetur, Deũ hæc verba D de 120. ãnis vitæ hominis, locutũ esse 20. annis antequã Noë genuisset Sẽ. Quod verò Moyses generationem Sem narrauit, dic,adeóque 500. annos Noe memorauit,ante cõmemorationem horũ verborũ Dei, fecit id per anticipationẽ, quæ satis frequens est in literis sacris.

Voluit enim generationes omniũ qui ab Adamo fuerũt vsq; ad diluuiũ, cõtinua serie describere, & vt in quãlibet priori generationũ dixerat quot annos natus pater filiũ generasset, ita dicendũ sibi fuit, quot annos natus Noe filiũ genuisset. Nonnulla tamen successerant prius, quæ deinceps illi repetenda fuerunt: vt quod Deus hominibus ad pœnitendũ præscripsisset tẽpus 120. annorũ. Ergo hæc verba 20. annis antequàm Noe generaret filios, a Deo prolata fuere, licet posterius à Moyse commemorata. Hęc ille. Eruditè quidẽ. Breuiter Torniell. his verbis. Quod enim prius Scriptura Gen.5. v.vlt. dixerat, Noe cum 500. esset anno rũ genuisse Sem, Chã, & Iaphet, rectè accipi potest fuisse per figurã anticipationis præmissum. Denique Salian. Vel vsam, inquit, fuisse Scripturam præoccupatione, in referenda progenie Noë, vt eam cæteris quæ toto illo capite 5. enumeratæ fuerant, aggregaret.

OBIICI potest contra Hãc Responsionẽ, Obiect. cap.6. v.18. *Ponãque fœdus meũ tecum: & ingredieris arcã tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorũ tecum* &c. Per hęc videri comminationẽ de diluuio immittendo, fuisse factã lõge post quã Noë habuit filios Sẽ, Chã, & Iaphet, & consequẽter postquã esset 500. annorũ. Nã meyo fit sermo illorum filiorũ, non tanquam natorum, sed tanquam nascendorum.

RESPONDETVR. Verba hæc perti- Respons. nere ad eandem recapitulationem, ad quã cætera pertinent eiusdẽ capitis, tam antecedentia, quàm sequentia, vsq; ad cap. 7. Fuisse verò mẽtionem factam de Sem, Cham, & Iaphet, sub nomine filiorum futurorũ, non debet mirum videri magis, quã in sequentibus, & præsertim cap.17. factam Abrahæ mentionem de Isaac futuro semine cum fœdere circumcisionis obseruandæ.

## COLLECTIO ANNORVM PRIMÆ PERIODI.

§. 31.

EDITIO VVLGATA, Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. annos quibus patres genuerũt sic computant. Adam 130. Seth 105. Enos 90. Cainan 70. Malaleel 65 Iared 162. Henoch 65. Mathusala 187. Lamech 182. Noe 500. Hi faciunt 1556. completos. Adde 99. completos Noe, quibus diluuium incœpit: & annum 1. completum, quo diluuium durauit, qui faciũt 100. completos: erũt 1656. completi, vsq; ad diluuiũ exactum.

SEPTVAGINTA INTERPRETES, eorumque sequaces codices antiquiores, vt patres antiqui, & præsertim Græci, necnõ Baronius ... §.7. annos quibus patres genuerunt sic computant. Adam 230 Seth 205. Enos 190. Cainã 170. Malaleel 165. Iared 162. Henoch 165. Mathusala 167. Lamech 188. & Noë 500 Hi faciũt 2142 Ad-

E de 99. cõpletos Noë, quibus diluuium incœpit. & annum 1. cõpletum quo diluuium durauit, qui faciunt 100. completos: erũt 2242. Secundum codices antẽ quos habuit S. Aug. sunt 2262. Sic enim ait ille lib.15. ciu. cap. 20. versùs med. *Nam ex Adam vsq; ad diluuium, computantur anni secundũ codices nostros 2262.* vbi Coquęus sic. Ex veriori tamẽ supputatione colliguntur anni 2242. apud codices Sept. F Interpretum: & hunc numerum annorum sequũtur Eusebius, Hieronymus, Zonaras, Isidorus, Nicephorus(addedi reliqui allati § 7.) Verùm, Scholiastes Isidori, Garcias de Loaisa, ad eius Chronicon in primã ætate sæculi, meminit cuiusdam chronici, vbi anni 2262. referuntur in hæc verba. ... *Anno centesimo Sem, sexcentesimo verò Noë creationis autem mundi*

2262. *factum est diluuium super terram.* Non defuêre igitur chronica vel etiam codices, quos sequeretur S. Augustinus in hac supputatione annorum ab Adamo ad diluuium. Hactenus Coquæus. Secundùm codices autem Regios, in quibus tribuuntur Mathusalæ solummodo 165. sunt 2240. Atque ità codices Septuag. antiquiores, superant supputationem Editionis Vulg. Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. annis 586. Regij, 584. S. Augustini, 606.

Cæterùm, computationi quæ est secundū codices Hebræos subscribit S. August. vt notabitur infrà: eamque notat Eusebius, vt videre est apud eum in Chronico.

IOSEPHVS lib. 1. Ant. cap. 5. al. 3. aut vt in Græcis est, 4 dicit diluuium contigisse post annum ab Adamo 2656. Cúmque legat iuxtà Septuag. illud incœpisse vigesimaseptimâ mensis 2. anni sexcentesimi Noë, finisséque vigesimaseptimâ eiusdem mensis secūdi, anni sexcentesimiprimi Noë: sequitur eum constituisse, ab orbe condito ad diluuium exactum, annos completos 2657. Porrò Perer. lib. 17. Gen. Disput. de Chronolog. huius Periodi, q. 2. num. 185. seu pag. 264. col. 1. post init. Gordon. qq. cap. 3. ad Period. 1. num. 5. seu pag. 172. fin. Aliique, arbitrantur errorem irrepsisse in codices Iosephi, esséque legendum apud eum 1656. Eo quod, inquiunt, in reliquis cum Hebræo concordet. Quod intelligendum est in reliquis numeris excepto primo, scilicet in reliquis 656. At Salianus an. 1656. in schol. ad num. 4. seu pag. 257 fin. pluribus contendit Iosephum à mendo non posse purgari hoc loco. Quidam, inquit, voculam, *bis*, insertam putarunt, quod eâ sublatâ, numerus & supputatio Hebraica exactè constet. Sed isti emendationi Græci codices Iosephi apertè repugnant, vbi sine arithmeticis notis habetur χρόνον ἐτῶν ὑπῆρχε διχιλίων ἑξακοσίων πεντήκοντα ἕξ. Sic Salianus. Verùm, si nil aliud obstaret: non esset inconueniens totam voculam Græcam διχιλίων, fuisse ab aliquo per mutationem præcedentis insertam, ob translationem Septuaginta. Ampliora notare pergit Salianus, dicens: Mox autem congestis pluribus numeris in quibus sunt errata nonnulla, dicit (loquitur de Gelenio) eū numerū ex ipsis confici. Quod sine dubio verum non est, vt mox patebit. Sed neque illud, *Talem summam relatam fuisse in codices sacros.* Nam in Hebraicis nullo tantum sexcenti & quinquaginta sex: in Græcis autem bis mille ducenti quadraginta duo repetiuntur, aut potiùs 62. Itaque, cum Hebræis pugnat mille annis: cum Græcis autem minimùm 394 Sed neque sibi ipse consentit, cùm ex illis numeris quos posuit, ea summa non conficiatur. Sed omittendus est nobis Gelenius, qui errata nonnulla corrigere voluit, partim ex Septuaginta, partim ex Editione Vulgatâ. Ergò, vt Iosepho placet, lib. 1. Antiq. cap. 3. aut, vt in Græcis 4. vixit

| | | |
|---|---|---|
| Adamus | 230. | annis, antequam gigneret Sethum. |
| Sethus | 205. | antè genitum Enos. |
| Enos autem | 190. | vitæ anno genuit Cainan. |
| Cainam | 17.. | genuit Malaleclum. |
| Malaleel | | genuit Iaredum. Sed omisit (Iosephus) quando · quod suppleuit Gelenius, scilicet 162. |
| Iared | 162. | genuit Enoch. |
| Enoch | 162. | genuit Mathusalem. |
| Mathusalem | 187. | genuit Lamechum. |
| Lamech | 82. | genuit Noë. Omittit (Iosephus) 100. Gelen. ponit 187. Sed oportet 18 vel 188. |

No[illegible] sexcentesimo [illegible]no) contigit diluuium. Fiunt 1988. Cui summæ si addas, iuxta supputationem Septuaginta,

| | | |
|---|---|---|
| Malalee[l] | 165. | & |
| Lamech | 100. | quos omisit, fient non 2656. vt prædixerat, sed 2253. duntaxàt. Hactenus Salianus. |

An autem nihilòminùs dici non possit, errores etiam irrepsisse in codices Iosephi circa numeros eiusmodi tùm omissos, tū vitiatos: neque esse credibile, Iosephū ipsum met tales errores co[mmisisse]: iudicabit quisque pro libito. Nobis sane non videtur hoc credendū de Iosepho. Cæterùm, quod dixit Salianus, In Græcis autem bis mille ducēti quadraginta duo reperiuntur, aut potius 62. cutnam dixerit *aut potius* 62. non ibi reperitur apud eū: reperire est apud S. Aug. 15. ciu. 20. & apud Scoliastem S. Isidori suprà.

S. AVGVSTINVS sup. lib. 15. ciu. cap. 20. versus med. adhæret lectioni Hebraicæ, adeóq; Editioni Vulgatæ, cōputanti 1656. Sic enim addit, ad allata superiùs: *Secūdùm autem codices Hebræos 1656. Vt ergò numerum istū minorem, credamus esse veriorē*, &c. eundem numerum haberi iuxtà Hebr. notat Eusebius in Chronic. S. Aug.

SCALIGER notatur à Gordon. cap. 5. ad Period. 2. sub num. 2. & à Salian. num. 4. quasi confidenter, & cum magnâ asseueratione, pronuntiauerit lib. 5. de Emendat. Temp. cap. de diluuio, à conditu mūdi ad diluuium, annos 1656. absolutos esse: diluuium que ideò

incidisse in anno 1657 à côditu mũdi. Ità forsan Scaliger in posterioribus editionibus. in quibus nonnulla mutauit, quæ aliter habebat in prioribus. In editionibus autem anni 1583. sic habet expressis verbis initio capitis: Indubitata à mundi conditu, non solum anni, sed etiam diei Epocha deprehẽsa, in reliquis minùs laborabimus. Huic enim rei satis cauit prouidentia Moysis magni: qui interuallum à primordijs rerum, ad diluuij *exitum*, ponit annos 1656. ità vt annus diluuij, sit 1656. à mundo: 1657. autem sit is in quô Noach patriarcha soteria Deo Opt. Max. immolauit. Per hæc manifestissimum est eum sensisse tunc, ab orbe condito, ad diluuium exactum, transactos fuisse solùm annos completos 1656. Potuit autem ità suam mutasse sententiam Scaliger. Nam & Funccius, sic apertè priorem similẽ se mutasse profitetur lib. 1. ad ann. 16 7. Sub hoc reponendi sunt, Bucholcerus, Caluisius, & similes sectarij, ponentes 1657.

GENEBRARDVS in fine 1. Ætatis, seu pag. 21. col. 1. computat 165 & o. dies. Mirum cur scrupulose computauerit 6. illos dies. Similia rursus præstat in alijs Ætatibus mundi. Verùm, ex dictis § 14. constat, nec dies, nec menses fractos, esse computandos. Alioqui multi alij dies & menses, consequenter multi alij anni, essent pro chronologia diuinandi.

A RELIQVI, quotquot ha ... computauit ... pro fort... vn... Cape...o sectario, ab omnibus, absq. ration... vllà, des... cenie, prout notatum est §. 14. assi...nant à mundo cond...o a... diluuium exactum, annos completos 1656.

Quamuis autem anni incœpti soleant in quibusdam humanis, seu ciuilibus & ecclesiasticis negotijs, censeri pro completis: attamen, quia non propriè dicitur vixisse, aut gubernasse, tot annos, qui non vixit, aut gu-

B bernauit per tot completos; estque mos ille conuenientior in huiusmod materijs computare per completos; nec vltimus incompletus cuiusque ...riodi antecedentis, completur, nisi in primo subsequentis, & denique, quia vltimus incompletus ill...us Periodi, non expressè recens...tur à Scripturà in annis ab ea numeratis. propter hæc, annos tùm huius Periodi tùm sequentium, semper numerabimus per completos, non autem per incœ-

C ptos.

Cæterùm visum est nobis non incongruum fore ... memoriæ gratià, g...ationes istius Periodi, siue hominum eius nomina, subijciantur hoc ...sticho contenta.

*Homines memoriæ gratiâ.*

*Decas.*

*Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaléel, Iared, Henoch, Mathusala, Lamechus, atque Noë.*

# Summa Primæ Periodi.
## Ab orbe condito, Ad Diluuium Exactum.

Anni Completi.

*1656.*

# SECVNDA
## TEMPORIS PERIODVS.
### EX SCRIPTVRA SACRA.
### A Diluuio Exacto, Ad Natiuitatem Abrahæ.

Annorum Completorum.

382. (∴)

## EX GEN. LVC. ACT.

GEN.

CAP. XI. (∴)

| | | |
|---|---|---|
| Verſ. 10. | S E M *erat* | |
| | 100. *annorum quando genuit* | *Arphaxad,* |
| | *Biennio poſt Diluuium.* | |
| Verſ. 12. *Porro* | A R P H A X A D *vixit* | |
| | 35. *annis, & genuit* | *Sale.* |
| Verſ. 14. | S A L E *quoque vixit* | |
| | 30. *annis, & genuit* | *Heber.* |
| Verſ. 16. *Vixit autem* | H E B E R | |
| | 34. *annis, & genuit* | *Phaleg.* |
| Verſ. 18. *Vixit quoque* | P H A L E G | |
| | 30. *annis, & genuit* | *Reu.* |
| Verſ. 20. *Vixit autem* | R E V | |
| | 32. *annis, & genuit* | *Sarug.* |

Verſ. 22. *Vixit verò* SARVG
*30. annis, & genuit* *Nachor.*

Verſ. 24. *Vixit autem* NACHOR
*29. annis, & genuit* *Thare.*

Verſ. 26. *Vixitque* THARE
*70. annis, & genuit* *Abram, & Nachor, & Aran.*

Verſ. 32. *Et facti ſunt dies Thare,*
*205. annorum, & mortuus eſt in Haran.*

CAP. XII.

Verſ. 4. *75. annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran.*

LVC.

CAP. III.

Verſ. 35. *Qui fuit Sale*, verſ. 36. *qui fuit*
CAINAN, *qui fuit Arpaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë*, &c.

ACT.

CAP. VII.

Verſ. 4. *Tunc exiit* (Abraham) *de terrâ Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde*, POSTQVAM *mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum* (Deus) *in terram iſtam, in quâ nunc vos habitatis.*

(∴) (∴) (∴)

(∴) (∴) (∴)

# DE NVMERATIONE HAC, SECVNDVM QVOD HABETVR IN HEBRÆO: IN PARAPHRASI CHALDAICA: IN TRANSLATIONE Græca Septuaginta Interpretum: & in Translatione Latinâ S. Hieronymi super Hebræo.

§. 32.

HEBR. Chald. & Lat S. Hieron. habent prorsus vt Editio Vulgata. Translatio autem Septuag. Interpr. habet sic. Gen. 11.

*Codices Sept. Interp. Romani.* — *Regij.*

*Sem autem erat filius*

100. *annorum, quando genuit* — *Arphaxad,*
*Secundo anno post diluuium &c. Et vixit*

| | Romani | | Regij |
|---|---|---|---|
| *Arphaxad annos* | 135. *& genuit ipse* | | *Cainan.* |
| CAINAN | 130. *& genuit* | | *Sala.* |
| *Sala.* | 130. | | |
| *Eber.* | 134. | | |
| *Phalec* | 130. | 134. | |
| *Ragau* | 132. | | |
| *Seruch* | 130. | | (∴) |
| *Nachor* | 179. | | |
| *Thare* | 70. | | |

Præterea, ex computationibus quas faciunt in particulari Massæus, & Genebrardus, conijcere est, eos habuisse codices quosdam, in quibus tribuuntur Nachor, solummodò 79. anni.

De causis huius diuersitatis: concordantiâ & discrepantia huius Translationis: & an sequenda sit: actum est in Periodo præcedenti, B §. 3. 6. & 7.

Specialem tamen & piam causam, cur generationi Sem & Thare nihil additum fuerit, tradit Torniellus an. 131. num. 5. fin. seu pag. 65. col. 2. sub init. Prouidentiam Dei, ne constans esset corruptor in errore, vt corruptela faciliùs deprehenderetur.

(∴) (∴) (∴)

## I. DIFFICVLTAS. DE BIENNIO POST DILVUIUM, Quô Gen. 11. vers. 10. Sem dicitur genuisse Arphaxad: An constituat aliquos annos, inter Diluuium Exactum, & Natiuitatem Arphaxad?

§. 33.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ex vnâ parte videtur, bieniũ illud non constituere aliquos annos, inter diluuiũ exactum, & natiuitatem Arphaxad. Hoc patet, ex annis ætatis Sem. Nam cùm dicitur Gen. 5. vers. 31. *Noë verò cùm quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet*: sieque adeò Sem genitus anno patris quingentesimo completo: & cap. 11. vers. 10. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium*: sieque adeò Sem natus 100. tantùm annos, biennio post diluuium: per hoc videtur manifestum, ab anno quingentesimo Noë, quô Sem natus est, ad biennium post diluuium, quô idem Sem habuit 100. annos, transactos fuisse solùm illos 100. annos ætatis Sem: adeóque 100. illos solùm qui cõstituunt 600. Noë, quibus cap. 7. vers. 11. & cap. 8. vers. 13. & 14. inceptum & exactum est diluuium. Consequenter, biennium illud post diluuium, quô cap. 11. vers. 10 Arphaxad dicitur genitus, nullos annos constituere, inter diluuium exactum, & natiuitatem eiusdem Arphaxad.

Ex alterâ autem parte videtur, biennium illud constituere aliquos annos, inter diluuium exactum, & natiuitatem Arphaxad. Hoc patet ex annis ætatis Noë, seu, ex anno quô durauit diluuium, & ex ipso biennio post diluuium quô Arphaxad dicitur genitus. Nã cùm dicitur cap. 7. vers. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë* (incœpto) diluuium incœpisse: & cap. 8. vers. 13. & 14. *Anno sexcentesimoprimo*, scilicet eiusdem vitæ Noë (sexcentesimo tunc completo) finiisse: adeóque vnum annũ integrum durasse; & denique, cùm post diluuium sic exactum, adeóque post sexcentesimum annum Noe completum, memoratur additur in cap. 11. vers. 10. *biennium* post ipsũ diluuium: vtique manifestum videtur, à sexcentis annis vitæ Noë, ad biennium post diluuium, transactos fuisse plus 100. annos: vel a sexcentis Noe completis, ad genitum Arphaxad, intercedere biennium. Consequenter biennium istud constituere aliquos annos, inter diluuium exactum, & natiuitatem Arphaxad.

I. Sent.

I. SENTENTIA. Dicit, biennium il- A lud non constituere aliquos annos, inter diluuium exactum, & natiuitatem Arphaxad.

Vigner.

Ità singulariter Nicolaus Vignerius (secta rius) in suâ Bibliothecâ Historiali, gallicè conscriptâ, Impress. Paris. (in fol.) 1586. tom. 1. pag. 4. seu an. 1657. vbi hæc habet gallicè. *Sem fils de Noë estant en l'aage de 100. ans, engendra, deux ans apres le deluge, Arphaxad, Gen. 11. Ce qui se doit entendre des 100. ans de* B *son aage accomplis, estant en la cent & vn. Il y en a qui estiment, qu'il faut prendre les deux ans d'apres le deluge, pour l'an d'apres le deluge, dont ils commencent l'aage dudit Arphaxad, auec la 601. de Noë.* Latinè. Sem filius Noë, cùm esset 100. annorum, genuit, biennio post diluuium, Arphaxad, Gen. 11. Quod intelligi debet de 100. annis ætatis suæ completis, cùm esset in centesimo & vno. Sunt qui existimant sumendum esse biennium post diluuium, pro anno post diluuium. Vnde incipiunt ætatem C dicti Arphaxad cum sexcentesimoprimo Noë. Sic ille.

Hoc autem pacto exponat necesse est illa verba cap. 11. vers. 10. *biennio*, de biennio non completo, sed incœpto tantum: & illa *post diluuium* de diluuio pariter non completo, sed incœpto tantùm: vt sensus sit, anno secundo incœpto post diluuium incœptum, genitus est Arphaxad. Et sic quidem sequetur, biennium computatum à diluuio, non constituere D te vllos annos chronologicos, inter diluuiũ exactum, & natiuitatem Arphaxad. Siquidem, tunc primus annus illius biennij, incipiet & concurret cum anno ipso quô diluuium incœpit, adeóque cum sexcentesimo vitæ Noë: & secundus eiusdem biennij, incipiet & concurret cum anno quô diluuium finiit, adeóq; cũ sexcentesimoprimo vitæ Noë. Atque ità nullos annos multiplicabit, suprà annos ætatis Noe, seu suprà annum 600. eius E incœptum, & annum quô diluuium durauit Scripturâ memoratos. Sed totum consumetur cum illis annis ætatis Noë, & anno durationis diluuij, siue cum sexcentis & vno Noë. Et quamuis Vignerius nõ formalibus verbis dicat, illa, *post diluuium*, exponenda esse post diluuium incœptum: attamẽ necesse est eum sic virtualiter intellexisse. Alioqui nec discursus, nec computatio eius, quadrarent.

Atque ità generationem ipsius Arphaxad assignat anno mundi millesimo sexcentesimo quinquagesimoseptimo: per quod manifestum est eum hanc sententiam secutum fuisse.

Ita denique si qui Periodum hanc à diluuio exacto, ad natiuitatem Abrahæ faciunt annorum tantummodo 290. completorum: prout etiam aliqui nomine tacito referuntur a Genebr. an. 1659. seu pag. 29. mediâ.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ petenda est ex fundamento difficultatis, primâ eius parte. Nam cùm Gen. 5. vers. 31. Sem genitus fuerit, cùm Noë esset annorum 500. & cap. 11. vers. 10. idem Sem fuerit 100. annorum, cum genuit Arphaxad, biennio post diluuium: vtique his locis ad litteram sumptis, sequitur à 500. Noë ad biennium post diluuium, translactos fuisse solummodò 100. annos.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod exponere verba illa, *post diluuium*, de diluuio incœpto, sit contrà modum omnem loquendi, tum Scripturæ sacræ, tum politicorum, vsitatum. Nunquam enim illa particula, *post*, adiuncta numero alicui temporis, annorum, dierum, vel horarum, significat post tempus illud tantùm incœptum: sed semper post exactum; nisi fortè aliquid necessitans cogat: hic autem nihil: sed neque vllo alio in loco Scripturæ, secundùm nos, vt videbitur per singula. Et in Scripturâ quidem his ipsis locis cap. 9. vers. vlt. *Vixit autem Noë post diluuium 350. annis.* Hoc enim intelligendum esse de diluuio exacto, patet ex dicto

A ctis sub præcedenti Periodo, seu §. 16. In Politicis autem, adeo tritum est, vt non egeat probatione.

II. SENTENTIA & verior. Dicit biennium illud constituere aliquos annos inter diluuium exactum, & natiuitatem Arphaxad: scilicet ipsummet biennium, siue 2. annos. — 2. & probabilior Sent. Biennium addendum chronologiæ.

Ità Hebræi Thalmudici, apud Genebrard. an. 1657. seu pag. 25. fin. & an. 1659. seu pag.

B 29. Ita Ioseph. 1. Antiq. 14. Græc. 7. Ità S. Hieron. epist. 126. ad Euagrium. Ita Lytan. Tostat. Caiet. & Perer. in Gen. Genebrard. locis citatis. Gordon. cap. 3. ad 1. Period. pag. 177. num. 6. Torniell. an. 1557. 1559. & 1659. Salian. an. 1557. num. 4 seu pag. 259. & an. 1559. num. 1. seu pag. 265. & denique innumeri alij.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, petenda est ex fundamento difficultatis, secundâ eius parte. Nam cùm Gen. 7. vers. 11. diluuium cœperit anno sexcentesimo Noë; &

C cap 8. vers. 13. & 14. finierit sexcentesimoprimo eiusdem Noë: adeoque durauerit annum vnum integrum; & cap. 11. vers. 10. memoretur expresse biennium post diluuium exactum: vtique constituendi sunt duo anni, inter diluuium exactum, & Arphaxad genitum.

Ad Arg. 1. Sent. AD ARGVMENTVM præcedentis sententiæ. Respondetur, propterea dicendum esse necessariò, vel 500. annos Noë, intelligendos esse rotundo numero dictos, pro 502. vel 100. annos Sem, rotundo numero, pro 102. De quâ re expressiùs infrà §. 36.

## II. DIFFICVLTAS. DE EODEM BIENNIO post Diluuium, Quô Gen. 11. vers. 10. Sem dicitur genuisse Arphaxad: An intelligendum sit incœptum, vel completum?

§. 34.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, biennium illud intelligendum esse non completum, sed incœptum tantummodò.

Ità Hebræi apud Genebr. an. 1659. seu pag. 29. med. Item, Vigner. loco citato §. præcedenti. Iuan. Lucid. Temporar. Caluis. Brougtonus, & alij apud Salian. an. 1659. num. 1. Quamuis eorum nonnulli videantur non sibi constare. Ità denique quotquot hanc Periodum faciunt annorum 292. & tamen diluuium incœptum volunt post annum Noë sexcentesimum exactum.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, argumento petito a translatione Sept. Interpret. Sic enim habent Gen. 11. vers. 10.

D Δευτέρῳ ἔτους μετὰ τὸν κατακλυσμόν. Latin. Montani, *Secundo anno post diluuium*: aliàs, altero anno post diluuium. Atqui ostensum est §. 16. phrases eiusmodi significare solere non annos completos, sed incœptos tantùm.

2. & probabilior Sent. Biennium censendum completû. II. SENTENTIA & probabilior. Dicit, biennium illud censendum esse non incœptum tantùm, sed completum.

Ità reliqui omnes, vt videre est in compu-

E tationibus eorum, & ex antiquis Ioseph. 1. Antiq. 7 fin. *Sem filius Arphaxad natus est post duos annos à diluuio.* Ex recentioribus in particulari Perer. lib. 15. Gen. Disp. 10. num. 137. fin. pag. 432. col. 2. Torniell. an. 1659. num. 1. Salian. an. 1559. num. 1. & in schol. ad ipsum num. 1. & apud eum alij multi eodem an. 1659. num. 1.

PROBATVR Hæc Sententia, multis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à modo Scripturæ vsitato intelligēdi annos quos numerat. Nam vbicumque scriptura numerat annos, semper intelligit eos completos, nisi aliquid manifestum obstet. At hîc nihil obstat, quin duo illi anni intelligantur completi.

1. Confirm 1. Argum CONFIRMATVR 1. A textu Hebræo, & à Chaldæo. Hebr. habet שְׁנָתַיִם. duale, propriè significans duos annos. Chald. תַּרְתֵּין שְׁנִין Lat. Montani. *duobus annis*. Atqui anni ex phrasi solitâ tùm Hebr. tùm Chald. significare solent annos integros, siue completos.

2. Confirm. CONFIRMATVR 2. A 100. annis Sem, illi coniunctis. Nam sicut dicitur Sem vixisse 100. annos, & genuisse Arphaxad: ità dicitur vixisse biennio post diluuium, & genuisse Arphaxad. Hunc enim sensum habent illa verba, *Erat* 100. *annorum quando genuit Arphaxat, biennio post diluuium*, id est, vixerat 100. annos, & vixerat 100. illos annos biennio, seu duobus annis, post diluuium. Atqui dictum est fusè §. 14. cùm patres dicuntur vixisse tot annos, & genuisse: annos illos censendos esse completos. Sicut ergò 100. anni quos dicitur Sem vixisse, quando genuit Arphaxad, intelligendi sunt completi: ità par est biennium illud, seu duos biennij illius annos, intelligendos esse completos.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à modo communi seu politico loquendi in similibus. Non enim solet dici quis fecisse quid tot annis post aliquod euentum: nisi tot annis completis. Neque verò similis est forma, cùm dicitur, fecit quid tale tali anno. Hæc enim manifestè indicat significari, intrà talem annum. Contrà vero cùm dicitur, fecit tale quid, tot annis post: hoc indicat significari, tot annis post, completis.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à similibus in Scripturâ sacrâ. Gen. 45. vers. 6. *Biennium est enim quod cœpit fames esse in terrâ: & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.* Eo loco biennium intelligi de completo, manifestum est ex septem annis de quibus ibidem facta mentio. Et confirmare est ex vers. 11. *Adhuc enim quinque anni residui sunt famis.* Item, 4. Reg. 15. vers. 24. *Anno quinquagesimo Azariæ regis Iuda, regnauit Phaceia filius Manahen super Israël in Samariâ biennio.* Eo loco biennium etiam intelligi completum, censent omnes, & videbitur cùm agetur de regibus Israël & Iuda sub Period. 4. Ergò debent quæcunque similia hoc modo sumi, quandò saltem nihil manifestum obstabit. Vnde nihil obstat quod obiici potest, de quodam Triennio, habito 2. Machab. 14. vers. 1. prout ostendetur suo loco sub Period. 6. Obiect. Respons.

Ad Arg. 1. Sent. AD ARGVMENTVM præcedentis sententiæ. Respondetur, sensum verborum illorum Sept. Interpretum, eundem esse qui istorum, *biennio, duobus annis*: præsertim cùm non anteponatur particula, *in*, sicut anteponitur in illis, *in anno sexcentesimo, in mense secundo*, &c. Vnde etiamsi regulariter phrasis illa, *secundo anno*, vel similes, significarent annum tantùm incœptum: attamen, quandoque aliter significare, attendēdum est (præsertim quantum ad eos qui vertunt Scripturas) ex circunstantiis, vel subiectâ materiâ. Sic enim in ipso nostro loquendi modo his locis, cogimur sæpè dicere, v. g. Sem natum fuisse anno quingentesimo Noe, & similia: quæ tamen constat intelligenda esse de anno non incœpto sed completo. Sic igitur ex dictis constat, intelligendos esse Sept. Interpretes, cum dicunt hic *secundo anno*, id est, completo.

## III. DIFFICVLTAS. DE SEM: AN FVERIT Filius Noë Primogenitus, inter tres filios eius, qui recensentur à Scripturâ?

§. 35.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. Dicit, Sem non fuisse filium Noe primogenitum, inter illos 3. qui recensentur à Scripturâ sacrâ.

Ità Hebræi Thalmudici, Iosephus, Lyranus, & Tostatus, allati §. præcedenti. Ità & Temporar. lib. 2. can. 3. pag. 144. postmed. multique alij sectarii. Quam sententiam non improbabilem censent Genebrard. an. 1657. seu pag. 25 Gordon. cap. 3. ad Period. 1. pag. 177. num. 6. & Torniell. an. 1557. 1559 & 1659. imo Genebrardus, in Noë, seu pag. 20. eam dicit probabiliorem. Quamuis equidem hi non approbent, aut certè approbare non debeant, argumentum præcipuum quô nituntur illi: petitum videlicet ab Hebræo, Gen. 10. vers. 21. ad ipsorum libitum intellecto: necnon à translatione Sept. Interpr. manifestè quidem eis fauente. Hanc enim senten-

tiam approbant isti alia ratione, quæ mox videbitur & ex professo § sequenti. Itaque

PROBATVR Hæc sententia multis argumentis.

Arg. I. ARGVMENTVM & præcipuum, ex Scriptura sacrâ, Gen. 10. vers. 21. Peritur à textu Hebræo, & translatione Septuaginta Interpretum. Vbi enim Vulgata & Lat. S. Hieron. habent, *De Sem quoque nati sunt filij patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore*: sic habet textus Hebr. וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם הוּא אֲבִי כָּל־בְּנֵי־עֵבֶר אֲחִי יֶפֶת הַגָּדוֹל: ad verbum *Et Semo natus est*, vel nat° est, id est, nati sūt filij *Etiam ipse patri omnium filiorū Heber, frater Iaphet, &c*. Postremū autem vocabulum הגדול volunt vertendum in genitiuo, *maioris*, prout etiam vertit Interp. Pagnini, siue Montani. Septuaginta autem sic habent, καὶ τῷ Σὴμ ἐγενήθη, καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἕβερ, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος. Ad verbum, *Et Semo natum est* (id est, nati sunt) *etiam ipsi patri omnium filiorum Heber, fratri Iaphet maioris*.

Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab annis, quibus Noë genuit suū primogenitū: & annis, quibus Sem erat natus, biennio post diluuium. Potest autem argumentum sic construi. Duobus annis post diluuium, primogenitus Noë erat 102. annorum. Atqui duobus annis post diluuium, Sem erat tantùm 100. annorum. Ergò Sem non fuit primogenitus Noe. Maior probatur Nam Gen. 5. vers. 31. dicitur Noë fuisse 500. annorū, quando genuit. Ergò primogenitus eius debuit esse natus illo anno. Neque enim vlla est ratio cur diceretur natus non illo anno sed alio: & hoc esset contrà morem Scripturæ consuetum assignandi semper natiuitates filiorum, annis quos patres dicuntur vixisse quando genuerunt. Ex capite autem 7. vers. 11 ac cap. 8. vers. 13. & 14. à 500. Noë, ad biennium post diluuium, sunt 102. anni, prout probatum fuit §. 32. Ergo tunc primogenitus Noe erat 102. annorum. Minor probatur. Nam Gen. 11. vers. 10. *Sem erat 100. annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium*. Hoc autem debere intelligi de 100. annis præciso numero dictis, patet ex more pariter consueto Scripturæ tradendi his locis annos scrupulosè, prout iam animaduersum est §. 14. sub Loco 5. probatione eius 1. fin. Hoc argumentum censet inuictum Genebrardus.

Arg. III ARGVMENTVM. Petitur à simili de Abraham. Nam cum dicitur Gen. 11. vers. 26. *Vixitque Thare 70. annis, & genuit Abram, Nachor, & Aran*. ex veriori, licet non communiori sententiâ, Abraham non fuit primogenitus Thare; quia vt eruitur ex serie Historiæ Gen. 11. & 12. & ex Act. 7. vers. 4. non potuit esse natus anno patris septuagesimo, sed tantum centesimo trigesimo, prout ex professo tractabitur infra §. 39. Eodem ergò modo, quia Sem non potuit esse natus anno patris quingentesimo præcise sumpto: consequens est eum non fuisse primogenitum.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quod generationes non soleant in Scriptura sacra texi, nec à Moyse, nec ab Euangelistis, per primogenitos à se menumeratos, nedum per filios omnium primò natos. Quarum exēpla varia videre licet apud Peter. lib. 7. Disput. De chronolog. primæ Periodi, q. 4. num. 131. pag 266. col. 1. & apud Temporar. Torniell. ac alios, vbi agunt de quæstione hac. Instar omnium sit exemplum Seth, filij Adæ, quem constat natum fuisse post Cain, & Abel.

Obiect. QVOD SI OBIICIAS Sem nominari semper primum ante alios, vt Gen. 5. vers. vlt. cap. 6. vers. 10. cap. 7. vers. 13. cap. 9. vers. 18. cap. 10. vers. 1. & 1. Par. 1. vers. 3.

Respons. RESPONDENT, Sem ità primum antè alios nominari, non ratione ætatis, sed ratione dignitatis, auitæ pietatis, & supernæ benedictionis. Quibus addunt Christiani: stirpis à quâ Christus Dominus prodierit. Sicut etiam Isaac nominatur antè Ismaëlem, Gen. 25. vers. 9. & Iacob ante Esaü, Malach. 1. vers. 2. & 3. & Rom. 9. vers. 13. & denique, vt meritò contendunt, sicut Abraham ante Nachor & Aran. Vide Gen. 10. à vers. 2. & 1. Par. 1. à vers. 3. vbi contexitur progenies eorum, quia non habetur ibi ratio talium prærogatiuarum filij Iaphet, & Cham, præcedunt filios Sem. Verum de hac responsione sub sequenti sententiâ.

5. Argum. V. ARGVMENTVM. Peti potest ex eo quod nonnulli dicant, Cham fuisse primogenitum, vt videre est apud Pererium.

Obiect. QVOD SI OBIICIAS. Gen. 9. vers. 24. *Euigilans Noe ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus minor*. Hebr. הַקָּטָן, *paruus*. Chaldæum vertit Montanus, *minor*. Septuaginta habent νεώτερος, *iunior*.

Respons. RESPONDENT R. Leui. & R. Abenezra in hunc locum, hoc intelligendum esse, non de Cham, sed de filio eius Chanaan, qui phrasi Hebraicâ, cùm esset minimus filiorum Cham, vocatus fuit paruus, vel minor filius Noe, id est, nepos eius. Hoc colligunt ex sequentibus eod. cap à vers. 25. *ait, Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis*. vers. 26. *Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius*. vers. 27. *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius*. Etenim hæ maledictiones Chanaan ob peccatum illud, eiusque oppositiones toties repetitæ ad Sem & Iaphet, ostendunt sermonem non fuisse

versu præcedenti de Cham, sed de Chanaan: A ergò hunc non illum fuisse appellatum filium Noë minorem. Atque ità Genebr. pag. 27. post init. Propriè, inquit, maledictus infœlixve pronuntiatus Chanaan, non Cham, quia author fuit & origo scandali: turpitudinem enim aui Noë reuelauit, quem non modo non castigauit pater, sed & fouit eorridendo, & conuocando fratres ad istud spectaculum. Hæc ille.

Confirm. CONFIRMARI potest ex Iosf. 15. vers. 17. & Iudic. 1. vers. 13. vbi Othoniel dicitur frater Caleb minor. Quod Torniell. an. B 2594. num. 5. seu pag. 395. col. 1. sub init. contendit significare nepotem Caleb. Verum de hac responsione, etiam sub sequenti sententia.

2. Sent. Sem primogenitus Noë. II. SENTENTIA & verior. Dicit, Sem fuisse filium Noë primogenitum inter tres illos qui recensentur à Scripturà.

Ità S. Epiphan. in Ancorat. longiùs antè fin. S. Cyrill. (Alex.) lib. 4. in Gen. S. Hieron. epist. 126. ad Euag. S. August. 16. ciu. 3. S. Isid. in 8. Gen. Chronicum quoddã quod Scholiastes Chronic. S. Isid. referebat superius sub 1. Period, §. vltimo, sub Septuag. Interpret. Procop. in 9. & 10. Gen. Lipoman. C Oleast. Caietan. Delrio, Perer. & recentiores ferè omnes, inter quos Salian. an. 1559. à num. 2. Sed & ità censere debent omnes non sectarij, si modò attenderint Vulgatam Editionem, id expressis verbis proferentem: cui accedunt multæ aliæ confirmationes. Itaque,

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. probans. Ex Scripturà sacrà, Petitur, ab enumeratione duorum aliorum fratrum ipsius Sem, quo- D rum is fuit maior natu, adeoque primogenitus. Nam,

PRIMO, Sem fuisse primogenitum in respectu ad Iapher, manifestum est, imprimis, ex Editione Vulgatà, & Lat. S. Hieron. Gen. 1[0]. vers. 21. *De Sem quoque nati sunt* (filij) *patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore.* Ex §. autem 2. Editio Vulgata facit fidem, Deinde fauent textus Hebræus, Versiones Chaldaicæ, aliæque quamplurimæ, E etiam antiquissimæ. Hebr. וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם־הוּא אֲבִי כָּל־בְּנֵי־עֵבֶר אֲחִי יֶפֶת הַגָּדוֹל In hunc textum, Perer. lib. 15. Gen. Disp. 10. seu à num. 133. pag. 431. col. 1. hæc ait. Hebraice est *haggadol* & illud quidem *ha* articulus est emphasim habens apud Hebræos, si cut etiam apud Græcos. *Gadol* autem significat magnum, non autem maiorem, quia carent Hebræi comparatiuis & ad excessum comparationis declarandum vtuntur præpositione cum pronomine vt *min hu*, ab illo, de Publicano in Euangelio legitur Luc.

18. *Descendit hic iustificatus ab illo.* Hic non est talis præpositio. Quare sententia Hebraicæ lectionis est, Sem fuisse fratrem Iaphet illum magnum. Cæterum, quia *gadol*, id est *magnus*, indeclinabile est, caient enim Hebræi casibus, potest id nominis accipi tam in genitiuo quàm in ablatiuo. Si in genitiuo, iungitur cum nomine Iaphet & est sensus, Sem fratrem fuisse Iaphet magni, id est qui erat magnus vel maior cæteris fratribus. Sin autem in ablatiuo: necessariò iungendum est cum vocabulo Sem, & hanc reddet sententiam, natos esse filios ex Sem magno fratre ipsius Iaphet maiore. Sic ibi Pererius.

Posthæc subiungit, se lectionem hanc magis approbare & amplecti varijs de causis. 1. Quia habet eam Latina nostra translatio. 2. Quia codex Græcus vel Latinus quem secutus est S. Aug. eandem continet lectionem, & sententiam. 3. Quia S. Aug. non vno in loco affirmatè dixit, Sem fuisse maximum filiorum Noë. 4. Quia ambiguitatem lectionis Hebraicæ ad hanc potius sententiam applicarunt Caietan. Pagn. & Vatablus. (Illi nempe duo, in suis posteà proprijs versionibus) 5. denique, quia ratio probabilis (& certe cõuincens) hoc ipsum persuadet. Nam omninò, quæ hic narrat Moyses de Sem, ad commendandam eius excellentiam dignitatis pertinent. Vt, quod ipse pater fuerit omnium filiorum Heber, id est, populi Hebræi, & tot tantorumque virorum, qui in eo populo claruerunt. Ergo quod subdit, ipsum fuisse fratrem Iaphet magnum, ad eiusdem quoque spectat commendationem. Quorsum enim hoc loco Moyses dignitatem Sem significans, dixisset illum fuisse fratrem Iaphet maioris ipsi? Hactenus ex Pererio.

Verùm in hac animaduersione Perer. (licet eruditâ) sunt quædam quæ videntur nobis non satis examinata: quædã vero desiderãda. Imprimis enim, quod ille ait, *haggadol*, accipi posse in ablatiuo, non rectè habet, si attendatur ad Hebræum. Nam vel refertur ad illud וּלְשֵׁם: & tunc accipiendum est in datiuo; nam ל seruilis, ibi est articulus datiui; vnde omnes Versiones ad textum Hebræum, qualis nunc ille reperitur, habent cum Septuaginta, *Et ipsi Sem*, vel, *Et Semo nati sunt*. Vel refertur ad illud גַּם־הוּא: & tunc accipiendum est in nominatiuo. Nam pronomen הוּא & reliqua nomina ei adiuncta manifestè sunt in nominatiuo sumenda. Adde quod articulus, ה, vix, aut nunquam interuit ablatiuo.

Deinde, quod ille ait, Si *haggadol* sumatur in genitiuo, adeóque sic iungatur cum nomine Iaphet, sensum fore, Sem fuisse fratrem Iaphet magni, id est, qui erat magnus, vel maior cæteris suis fratribus: non ita necessariò habet. Etenim nulla habetur ibi

particula comparationem faciens eum ipso Semo, vel cum suis fratribus: sed dici simpliciter Iaphet magni. Hoc autem emphasim sic habens absolutam, exponi potest de magnitudine aliâ, quam natiuitatis suprà fratres: scilicet, de magnitudine cuiusdam excellentiæ, v.g. ratione propriæ personæ: vel ratione populorum qui duxerunt originem ab eo: prout etiam Oleaster, etsi legens in genitiuo, tamen exponit de maiori copiâ liberorum: vel denique ratione terrarum, quas eius posteri repleuérunt, etiam verò inuaserunt suprà filios ipsius Sem, si credimus S. Epiphanio hær. 55. & in Ancorat propè fin. & Torniello an. 930. num. 4. & 1909. num. 3. & 2155. num 1. De quibus omnibus prædictum fuerat cap. 9. vers. 27. *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius.*

Præterea, in hac animaduersione Pererij, desideratur, quod non solû textus Hebræus nihil inferre potest pro referendo *haggadol* ad Iaphet: sed potius ipsa series naturalis textus refert illud ad Sem. Nam post illa verba, *& Semo*, vel, *& ipsi Semo nati sunt*, additur, *etiam ipse pater omnium filiorum Heber*. Ex hac lectione disiunctâ à verbis præcedentibus, & ex particulâ, *etiam*, manifestum est cùm sequitur, *frater Iaphet haggadol*, vocabulum hoc *haggadol*, esse declaratiuum, seu confirmatiuum, qualitatum Sem; sicut illa, *pater filiorum Heber*, & illa, *frater Iaphet*, declaratiua fuerunt talium eius qualitatum; & sicut cùm dicitur cap. 9. vers. 24. *Quæ fecerat ei filius suus minor*, Hebr. הַקָּטָן paruus, vel minimus, per hoc vocabulum *paruus*, declaratur qualitas filij illius. Ergò vocabulum illud, *haggadol*, est ex serie textus in nominatiuo sumendum.

Insuper, illa desiderantur, quæ habentur etiam apud Salian. supra num. 2. S. Hieron. olim vertisse textum Hebræum eo modo quó habet nunc Vulgata. Item, ità vertisse vtramque paraphrasim Chaldaicam, & editionem Tigurinam. Denique S. Hieron. ep. 126. ad Euagr. ex Hebræorum traditione refert, Sem fuisse primogenitum: præter alios authores idem sentientes, quos ibid. recenset Salianus, quos & nos recensuimus sub initio huius sententiæ. Et quidem paraphrasis Chaldaica R. Onkelos sic habet ולְשֵׁם אִתְיְלִיד אַף הוּא אֲבוּהוֹן דְּכָל בְּנֵי עֵבֶר אֲחוּהִי דְּיֶפֶת רַבָּא Quod Montan⁹ Latinè sic vertit, *Et de Sem*, magis propriè vertendû erat, *& Sem*, in datiuo, siue, *& Semo*, vel, *& ipsi Semo nati sunt. Ipse quoque est pater omnium filiorum Heber, frater Iaphet maior.* Vbi manifeste רַבָּא est in nominatiuo. Alioqui habuisset articulû genitiui דְּ sicut illa דְּכָל & דְּיֶפֶת.

SECVNDO. Sem fuisse primogenitum,

A in respectu ad Cham, manifestû est ex Gen. 9. vers. 24. *Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor.* Vbi Hebr. הַקָּטָן: *paruus*: quod aduertit Pererius, apud Hebræos idem significare ac *minimus*. Chald. זְעֵירָא vertit Montanus, *minor*. Sept. ὁ νεώτερος. *iunior*. Hoc autem intelligendum esse de Cham, patet ex vers. 22. & 23. præcedentibus. Vbi vers. 22. *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui, esse nudata, annuntiauit duobus fratribus suis foras*: & vers. 23. *At uero Sem & Iaphet pallium imponentes humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt*; & ex versibus 26. & 27. vbi vers. 26. *Benedictus Dominus Deus Sem* &c: & vers. 27 *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem* &c. In quibus locis expressè memoratur nomen *Cham*: & memorantur *duo fratres eius, Sem, & Iaphet*: & denique, hi propter præstitum pietatis officium benedicuntur. Atque ità pro indubitato supponunt Pererius & Salianus locis citatis, Cham fuisse minorem Sem. Vbi Salian, num. 5. refert Philonem exponentem Hebræum, sicut exposuerunt Septuaginta. Item, Iosephum explicantem, νεώτατον τῶν παίδων, natu minimum filiorum. Item, ex sectatis, Beroald. Temporar. & Mercatorem.

QVOD SI OBIICIAS. Id quod dicebatur suprà sub argumento 5. præcedentis sententiæ, Gen. 10. vers. 25. *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis*: & vers. 26. *Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius*: & vers. 27. *Dilatet Deus Iaphet &c. sitque Chanaan seruus eius*: vbi ex maledictionibus illis in Chanaan prolatis, videri posset sermonem esse de Chanaan filio Cham: non autem de Cham. Obiect.

RESPONDEBITVR 1. ex Saliano an. 2671. num. 2. seu pag 300. init. fortassè Chanaan illis locis, non puerum, sed gëtem Chananæorum significare. Quod affirmat Ioseph. l. 1. Ant. cap. 6. 2. Esto, vocabulum illud sit nomen filij Cham: attamen maledictiones illas fuisse prolatas sub nomine Chanaan, potiùs quàm sub nomine Cham, per respectum ad gentem Chananæorum: quia populi Chanaan debebant procedere à Châ authore mali, per filium eius Chanaan, & ab eo appellationem sortiri. Neque enim maledictiones illæ fuêrunt propriè personales Chamo, vel Chanaano filio eius: quin potius ipsi longo tempore dominati sunt, necnon iuxtà quosdam, vt S. Epiphan. & Torniell. suprà, aliosque quamplurimos, inuaserunt terras ad posteros fratrum pertinentes; sed respexerunt maledictiones illæ posteritatem eorum in populis habitaturis terram Cha- Respons.

naan: præsertim tempore quò filij Israel egressi de Ægypto eam conquisierunt.

Ex quibus etiam aduerte, explicationem illam fore friuolam, quâ diceretur Cham, minor, vel minimus, in respectu ad Iaphet, & non ad Sem. Nam ex contextu manifestum est relationem eius fieri, non ad Iaphet, tanquam fratris eius: sed ad Noë, tanquam filij ipsius. Addi posset, multos patres existimasse Iaphet fuisse minorem natu ipso Cham, vt S. Ambros. S. Chrysost. Theodoretus. S. Aug. S. Isid. & Procop. quos notat Salian. num. 6. Quò facere posset, eum semper vocari primum post Sem: & vbi recensentur generationes eorum quasi ordine inuerso, incipi à filiis Iaphet, posteà verò poni Cham, quasi semper medium inter Sem & Iaphet. Attamen hoc non videtur esse probabilius, prout etiam censet ibi Salianus. Cuius ratio esse debet, quod textus vocat eum simpliciter paruum, minorem, vel minimum.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. suadens. Petitur, ex eo quod, quando directè, vel ex professo, recensentur in Scripturâ tres filij Noë per nomina sua, Sem nominatur sēper primus. Gen. 5. vers. 31. *Noë vero cùm 500. esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet.* cap. 6. vers. 10. *Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet.* cap. 7. vers. 13. *Ingressus est Noë & Sem, & Cham, & Iaphet, filij eius.* cap. 9. vers. 18. *Erant ergò filij Noë, qui egressi sunt de arcâ, Sem, Cham, & Iaphet.* cap. 10. vers. 1. *Hæ sunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Iaphet.* 1. Par. 1. vers. 3. *Noë, Sem, Cham, & Iaphet.* Vbi, 1. Par. 1. valdè attendendus est ordo quò recensentur homines, eorumque generationes, à vers. 1. *Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleël, Iared, Henoch, Mathusale, Lamech, Noë* &c. Nam sicut ibi homines recensentur iuxtà quod inuicem sibi successerunt secundum suas generationes: itá par est intelligi, cùm recensentur filij Noë, *Sem, Cham, & Iaphet.*

Obiect. QVOD SI OBIICIAS, id quod suprà dicebatur sub argumento 4. præcedentis sententiæ: nimirum, Sem nominari primum ante alios ratione dignitatis &c. Vnde Gen. à vers. 2. & 1. Par. 1. à vers. 3. vbi contexitur progenies eorum, quia ibi non habetur ratio dignitatis eius, aliarúmue prærogatiuarum, Iaphet & Cham præcedunt, siue filij eorum recensentur primi.

Respons. RESPONDEBITVR. Illud quod dicitur de Sem ratione dignitatis &c. itá vt per hoc excludatur ratio primogenituræ ipsius, asseri gratis & absque fundamento in Scriptura. Neque verò id conuincere posse sufficienter exempla Isaac & Iacob, in vno vel altero loco, contra tot loca relata pro Sem. Quin potius si ratio dignitatis eius valere habeat: vtique cum in illa dignitate inuoluatur eius primogenitura, ergo vel [illegible] primogenitura statuetur. Quod autem dicitur de filiis Iaphet & Cham, qui prius recensentur, vel id ipsum rursus magis [illegible] sententiam confirmat. Nam ratio [illegible] priùs illi recensentur in istis locis, [illegible] quia phrasis Hebræa hæc est, vt [illegible] mi priùs id quod dictum est posterius, sicut videre est in illis Ioan. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum,* id est, *verbum erat Deus.* & 1. Cor. [illegible] vers. 4. *Bibebant autem de Spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus,* id est, *Christus autem erat petra.* Et vt agamus non de grammaticis solum, sed etiam de historicis. Math. 1. vers. 1. & 2. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac.* Sic ergò assumuntur narrandi primi filij Iaphet, & Cham; quia in versibus præcedētibus fuerant vltimi nominati: cap. 5. vers. 31. *Genuit Sem, Cham, & Iaphet:* cap. 6. vers. 1. *Hæ sunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Iaphet:* 1. Par. 1. vers. 3. *Noë, Sem, Cham, & Iaphet:* nimirùm ordine inuerso resumuntur filij Iaphet, Cham, & Sem. Atque itá Caiet. dicit Mòysem ordine retrogrado explicare voluisse progeniem filiorum Noë, quam directo antè numerauerat. Et Salian. an. 1931. num. 21. hæc ait. Et à quo (Iaphet) orsus est Moyses, non tanquam à primogenito, vt primo anno Semi docuimus, sed quia in eo terminarat præcedens caput agens de filiis Noë. Addendum, & versum primum eiusdem capitis 6. de quo agitur, pariterque vers. 2. lib. 1. Par. 3. Quia cùm ex intento præcipuo vellet Moyses tractare de Sem, seu de filiis eius, voluit obiter alios expedire, vt de istis ageret principaliter. Vnde S. Aug. 16. ciu. 3. init. loquens de generationibus illis, hæc ait. *Cœptæ sunt autem commemorari a minimo filio qui vocatus est Iaphet.* & infrà longiùs. *Restat commemorare filios Sem maximi filij Noë. Ad eum quippe gradatim generationum ipsarum peruenit a minimo exorta narratio.* Atque itá addit suprà Salian. Et ad extremum Semi progeniem reseruare voluit, quod omnis de eâ sequens historia, subtexenda erat, vt Pererio placet. Idem repetit Salianus num. 86. 4. Eò minùs vtrobique scriptura dubitauit à filiis Iaphet & Cham incipere, quod tum vtrobique versu præcedenti, tum alibi sæpè, ac semper, Sem primum antè reliquos nominauerat. Duas alias rationes subdit Salianus, speciales Iaphet. Aut fortè, inquit, & sit 5. Quia minimam numero linguarum & principum expedire voluit. Aut denique, & sit 6. [illegible] primum locum dare voluit, ex quâ maxima pars electorum colligenda erat. Sed postrema ratio hæc est mystica magis, quàm litteralis. S. Aug.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. suadens.

apud Salian. an 1559. num. 2. Petitur à benedictione prolatâ primum de Sem, per Noë patrem eius, Gen. 10. vers. 27. *Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius.* Ex simili namque Gen. 49. vers. 3. vbi Iacob benedictiones suas incipit à Ruben, quia primogenitus erat, etiamsi primogeniti iura peccato suo amisisset, coniicere est, Sem fuisse primogenitum.

4. Arg. IV ARGVMENTVM. suadens. Petitur ex hoc quod Sem iuxtà Hebræos, vt refert S. Hieron. in qq. Hebr. Gen. & in

Melchisedech. epist. 126. ad Euagrium, fuerit idem qui Melchisedech. Atque ità censent alij multi, vt S. Epiph. Lyran. Tostat. Eugub. Caiet. Genebr. Suarez, & Villapandus, quos refert Salian. an. 2118. num. 20. quamuis hanc sententiam ipse cum aliis multis non probet. Melchisedech autem fuit sacerdos, ex Gen. 14 vers. 18. Psal. 109. vers. 4. & Hebr. 7. vers. 1. & 7. & 17. Fuit & rex vrbis Salem, ex Gen. 4. vers. 18. & Hebr. 7. vers. 1. Vrbis, inquam, Salem aliàs Ierusalem dicta iuxtà Hebræos, apud S. Hieron. in qq. Hebr. & epist. 126. ad Euagr. & iuxtà Ioseph. 1. Antiq. 11. multosque antiquos apud eundem S. Hieron. eâdem epist. 126. sub init. & apud Salian. num. 29. Quod etiam videri posset esse verum iuxtà eundem S. Hieron. epist. 17. ad Marcellã: sed tamen aliter ipse sentit in prædictâ epistolâ 126. versùs fin. vbi refutat Iosephum & alios: dicitque Salem esse oppidum iuxtà Scythopolim (alias ex Gen. 33. vers. 18. & eodem S. Hieron. in epist. 101. ad Pammach. De optimo genere interpretãdi, vrbem Sychimorum) retinens vsque ad tempus quô scribebat, nomen Salem: in quo & videbatur adhuc palatium Melchisedech. Atqui sacerdotium iure naturali pertinebat ad primogenitos, de quâ re vid. Torniellum pag. 184. num. 8. & 209. num. 3. Idemque conuenieos est dicere de regno. Ergò hinc credibile est Sem fuisse primogenitum. Neque obstabit, quod Periodus sequens, vsque ad Abraham natum, constabit 382. annis. Nam Gen. 11. vers. 11. *vixitque Sem postquam genuit Arphaxad, 500. annis.*

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM præcedentis sententiæ. Respondetur, & quidem ad Hebræum, etiamsi vocabulum illud *haggadol* foret aliàs de se ambiguum: attamen determinaretur ad sensum argumẽto illi contrarium, per omnes circũstantias, quæ fusius notatæ sunt sub argumento 1. huius 2. sententiæ. Ad Septuag. autem. Eorum translationem fuisse hoc loco vitiatam. Siquidem S. Aug. habuit eorum codices, in quibus habebatur, Sem fuisse fratrem Iaphet maiorem.

Ad 2. Arg. AD II. Respondet Caietanus, soluendo minorem multipliciter. Et,

A 1. Soluit interpungendo verba illa Scripturæ, *Sem erat 100. annorum*: & illa, *genuit Arphaxad biennio post diluuium.* Littera, inquit, non dicit, Sem cùm esset 100. annorum genuisse Arphaxad: sed sunt duæ orationes, interiectâ coniunctione. Altera habet, *Sem filius 100. annorum*, Hebræo more subintelligens verbum substantiuum *erat* (vel, *fuit*). Altera, *& genuit Arphaxad duobus annis post diluuium.* Hæc ille.

Contrà Hanc Responsionem disputat Pererius num. 137. Eiusmodi, inquit, distinctionem, & interpunctionem verborum illorum, & Græca translatio, nostraque Editio

B Vulgata, excludere videtur. Sic enim eo loco habet, *Sem erat 100. annorum quando genuit Arphaxad.* Quibus verbis perspicuè declaratur, biennio post diluuium, & Sem fuisse 100. annorum, & eo ipso tempore genitum ab eo fuisse Arphaxad.

Verùm, si quæstio sit de Hebræo, certum est, in eo duas esse orationes, interiectâ coniunctione ו. Idemque habetur cap. 5. vers. 31. *Et Noë erat*, (vel, *fuit*) 500. *annorum, & genuit Sem, Cham, & Iaphet.*

C Attamen eo addi potest pro Pererio, eiusmodi copulatiuam, ex phrasi Hebraicâ idem inferre: vt quod sequitur, ad id quod præcedit referatur. Cuius innumera sunt passim exempla.

2. Soluit Caietanus his verbis. Intelligi potest, eum fuisse genitum anno secundo post quingentesimum Noë annum. Vt sic biennio post diluuium non excesserit ille ætatem 100. annorum.

Contrà Hanc Responsionem Facit, quod mos Scripturæ sacræ sit, tribuere nati-

D uitatem filiorum anno vltimo patrum (exacto) quem assignat. Hoc enim patet in omnibus omninò generationibus hucúsque allatis. Idemque est proportionaliter in omnibus annis regiminum proximè sequentibus: nimirùm, facit annos primos principum sequentium, immediate sequi vltimos præcedentium: quod in Moyse & iudicibus est perpetuum, in historijs autem Regum ferè etiam perpetuum. Inde autem sequitur, vbi plures simùl numerantur filij geniti, ad minùs debere aliquem eorum intelligi natum

E anno illo vltimo patris (exacto) assignato. Atqui Cham, aut Iaphet, non sunt nati anno vltimo Noë assignato. Siquidem Sem iuxtà Caiet. ipsum fuit primogenitus. Ergò Sem natus est anno illo vltimo patris assignato: adeóque quingentesimo eius exacto. Sed de hac re iterum, & expresse màgis infrà §. sequenti, seu 36.

3. Soluit Caietanus & meliùs his verbis. Potest quoque intelligi, fuisse eum genitum illo ipso quingentesimo anno Noë, & ob id biennio post diluuium cùm genuit filium

Arphaxad, fuisse 100. & annorum. Atque hæc solutio ostendetur probabilior infrà §. sequenti seu 36.

Conformiter Caietano respondet Pererius num. 138. vel Noe non cœpisse generare quingentesimo ætatis suæ anno præcisè, sed quingentesimosecundo, eòque ipso anno generatum esse Sem: ob idque biennio post diluuium fuisse eum 100. annorum, & hoc minùs probabile) vel Sem secúdo anno post B diluuium, cum generauit Arphaxad, nō fuisse 100. annorum præcisè, sed fuisse 100. & 2. annorum. Et hoc inquam posterius ostendemus esse probabilius §. sequenti.

Ad 3. Arg. AD III. Respōdetur, negādo cōsequentiā: adeóq; similitudinis rationē. Nam de Abrahā, quod nec fuerit natus anno patris septuagesimo, sed centesimotrigesimo, neque adeò A fuerit eius primogenitus: manifestum fit ex Scriptura sacra prout ostendetur infra proprio loco. Contrà verò de Sem, manifestum fit ex illâ, eum fuisse primogenitum Noë, vt ostensum est in 2. sententiâ: adeóque natum fuisse anno eius quingentesimo. Quod sursus ostendetur rursum §. sequenti.

AD IV. Respondetur, negando pariter consequentiam: adeóque similitudinum rationem. Nam de exemplis ibi allatis, quod generationes non fuerint textæ per primogenitos, manifestū fit ex Scriptura sacrâ. Contra verò de Sem prout iam ostensum est hoc toto §. Ad 4. Arg.

AD V. Respondetur, expositionem illam de Chanaan, esse gratis & contrà manifestum scripturæ textum, confictam: vt patet ex argumento 1. huius 2. sententiæ. Ad 5. Arg.

IV. DIFFICVLTAS. DE CENTVM ANNIS SEM, quibus Gen. 11. vers. 10. dicitur genuisse Arphaxad: An intelligendi sint præciso numero dicti, pro 100. simpliciter: an verò rotundo pro 102. Consequenter, de 500. Noë, quibus cap. 5. vers. 31. dicitur genuisse Sem, Cham, & Iaphet: An intelligendi sint rotundo numero dicti, pro 502. an verò præciso, pro 500. simpliciter?

§. 36.

Fūd. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Visum est §. 32. ex Gen. 7. vs. 11. 8. vs. 13. & 14 & 10. vs. 11. ab annò quingētesimo Noë, quò cap. 5. vers. 31. dicitur genuisse Sem, Cham, & Iaphet, ad centesimum Sem, quō cap. 10. vers. 11. dicitur genuisse Arphaxad biēnio post diluuium: transactos fuisse 102. annos. Hinc sequi videtur, vel 500. annos Noe, fuisse rotundo numero dictos, pro 502. vel 100. Sem, D pro 102. Nam aut Sem fuit annorum tantummodò 100. quando genuit Arphaxad biennio post diluuium: & sic necesse est eum fuisse natum anno non quingentesimo, sed quingentesimosecundo Noe; consequenter annos 500. Noë fuisse dictus, pro 502. Aut fuit annorum 102. & sic necesse est eum fuisse natum anno non quingentesimosecundo, sed quingentesimo Noë, consequenter annos 100. ipsius fuisse dictos pro 102. 500. verò Noë, pro E 500. simpliciter.

Porro missam facimus hic opinionē illam Iacobi Auzolei, quę duos annos hoc loco superergientes, desumit ex mensibus, quibus Sem & Arphaxad fuerint in vtero matrum: quia plusquàm refutatam illam supponimus ex dictis §. 15. Quare sententiâ huiusmodi tanquam irrationabili prætermissâ, procedimus ad alias. Itaque,

C I. SENTENTIA. Dicit, neutrum necesse esse, vel 100. annos Sem, fuisse rotundo numero dictos, pro 102. vel 500. Noë, pro 502. Quia Sem non fuerit primogēnitus Noë, sed Iaphet. 1. Sent.

Ità Hebræi, Iosephus, Lyran. Tostat. Genebrard. & eis assentientes aliquomodò Gordon. & Torniell. allati §. præcedenti.

Hi volunt Sem fuisse natum anno Noë quingentesimosecundo, Cham quingentesimoprimo, & Iaphet quingentesimo. Sic autem optimè totam difficultatem conciliarēt, si valeret sua sentētia de primogeniturā Sem. Nam à 502. Noe, ad biennium post diluuium sunt tantummodò 100. anni. Quō pacto necesse non est, vel 500. annos Noe, sumi pro 502: vel 100. Sem, pro 102: sed vtroq; numero in suâ proprietate manente, Sem natus fuerit tantummodò 100. annos, quando genuit Arphaxad biennio post diluuium.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd ipsa supponat, Sem non fuisse primogenitum Noë. Atqui contrarium probatum fuit efficaciter ex Scripturâ sacrâ §. præcedenti. Reiicitur.

II. SENTENTIA. Dicit, 100. annos Sem intelligendos esse præcisu numero dictos, pro 100. simpliciter: consequenter, 500. Noë, rotundo pro 502. 2. Sent.

Ita Q. Iulius Hilarion Lib. de Duratione

mund., Niceph. Beda, Lin[illegible] ex parte Caiet. Emanuel Sa. Proc[illegible] Delrio, ex parte Pererius & Torniellus. Ex sectatus. Tempo-rar. Caluis. Capell. & alij. Denique ità Salian. an 15[illegible] num. 4. seu pag. 259. & an. 1559. num. 1. seu pag. 265.

[illegible] Caietanus qu[illegible], exponit locum Gen. 5. [illegible] 31. *Noe cum 500. e[illegible] et annorum [illegible] [illegible], Cham, & Iaphet*, sensu negatiuo, i[illegible], qui per negationem ità declaratur: vt tantummodo [illegible]nificetur, Noë non ante 500. annos genuisse filios illos. Vetus sensus est, inquit, non ante quingentesi[illegible]um annum, sed post [illegible]nuisse illos filios. Atque ità vult non signi[illegible], eum genuisse illos, aut eorum aliquem, anno illo quingentesimo præcisè sūpto. Quid autem ex parte sentiat de difficultate in singulari, declarat paulo infrà, dicens. An autem fuerit (Sem centum præcisè annorum biennio post diluuium, certum non est. Nam & intelligi potest eum fuisse genitum anno secundo post quingentesimum Noë annum, vt sic biennio post diluuium, non excesserit ille ætatem 100. annorum. Hæc Caietanus.

Pererius eodem modo exponat ex parte necesse est, cùm ait. Ergò illa meo iudicio expeditior & probabilior fuerit responsio: vel Noë non cœpisse generare quingentesimo ætatis suæ anno præcise, sed quingentesimo-secundo: eòque ipso anno generatum Sem: ob idque biennio post diluuium fuisse eum centum annorum &c.

Subdit inferiùs rationem quandam, quæ probationis alicuius aut certe non repugnātiæ, subire potest vicem. Namque inquit [illegible] alias, non semel diximus, mos est diuinæ Scripturæ, id quod etiam in prophana historiâ & chronologia non raro fit, paruis & minutis numeris tacitis & prætermissis, maximum & integrum numerum duntaxàt commemorare. Quod multis exemplis illustrari firmarique posset: nisi rei satis manifestæ, & alias a nobis probatæ, iterata probatio supervacua fieret. Hæc Pererius.

Salianus eodem modo simpliciter exponit, cùm ait priori loco. Non alia mens fuit Moysis illo cap. 5. extremo, quā progeniem Noë, sicut & exterorum Patriarcharum, obiter memorare, doceréque tres illos filios per quos propagatum & restauratum est humanum genus, & natos cum iam 500. esset annorum, & non ante: non autem quod aut omnes, aut aliquis eorum, anno quingentesimo nat[illegible] sit.

Addit. Confirmatur ista veritas. Quia cùm iterùm eos genitos memorat Moses, nullam temporis mentionem fecit, contentus significare eorum natiuitatem intrà hoc sæculum contigisse. Quæ communis est huius loci expositio. Caiet. Emanuel Sa, Procop. Delrio,

Quāto autē interuallo geniti sint a Noë, exi[illegible] [illegible] neminem. Verum [illegible] de re iterū aliquando dicendum erit. Sic ibi Salianus.

Aliam confirmationem habet posteriori loco. Vbi postquam attulit multos authores in hanc sententiam euntes, addit, Vt mirum sit Marianum Scotum, & Chronicum Alexandrinum, scribere, Sem in diluuio fuisse 100. annorum. Cum perspicuè Scriptura illos 100. annos non terminet diluuio, sed generatione Arphaxad, vt ex Græcis etiam Hebraicis, Chaldaicisque libris apertè constat. Hactenùs Salianus.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit. id quod similiter dictum est §. præcedenti. Morem Scripturæ esse, tribuere natiuitatem filiorum anno vltimo patrum (exactō nempe) quem assignat. Hoc enim patet in omnibus omninò generationibus hucusque allatis. Idemque est proportionaliter in omnibus annis regiminum proximè sequentibus: nimirum, facit annos primos principum sequentium, immediatè sequi vltimos præcedentium. Inde autem sequitur, vbi plures simul numerantur filij geniti, ad minùs debere aliquem eorum intelligi natum anno illo vltimo patris (exactō) assignatō. Atqui Cham, aut Iaphet, non sunt nati anno vltimo Noë assignato. Siquidem Sem iuxtà hanc sententiam fuit primogenitus. Ergò Sem natus est anno illo vltimo Noë: adeòque quingentesimo eius exactō. — Reijcitur.

CONFIRMATVR Hæc Refutatio ad hominem, ex dictis Saliani in simili, de filijs Thare, Abram, Nachor, & Aran, an. 1979. Postquam enim censuit Abrahamum non fuisse primogenitum, agens de alijs duobus eius fratribus, hæc habet num. 4. seu pag. 369. Vter autem reliquorum duorum hoc anno (septuagesimo Thare) natus est? Alterum enim natum esse oportet. Alioqui falsum esset Thare genuisse Abraham, & Nachor, & Aran, cùm vixisset 70. annos, si neque de omnibus, neque de vllo eorum, id verum esset. Perinde enim esset dicere, cùm vixisset 40. aut 90. Sic ille. Portò exemplum Noë & trium filiorum eius, de quò nunc agitur, est prorsùs simile illi Thare, & trium filiorum ipsius. Ergò falsum erit Noe genuisse Sem, Cham, & Iaphet, cùm esset 500. annorum (quod idem est ac, cùm vixisset 500. annos) si neque de omnibus, neque de vllo eorum id verum esset. Atqui non genuit tunc Cham, & Iaphet. Nam Sem fuit primogenitus. Ergò tunc genuit Sem. — Confirm. Refutat.

III. SENTENTIA & probabilior. Dicit, 100. annos Sem intelligendos esse rotundo numero dictos pro 102. consequenter 500. Noë, præcisò pro 500. simpliciter. — 3. & probabilior Sēt. 100 annos Sem esse 102.

Ità Marianus Scot. Chronic. Alexandr. ex

parte Caiet. itemque ex parte Pererius suprà, & denique ex parte Torniell. an. 1659. nu. 3. vbi exempla refert similia. Quam sententiam indicat etiam Gordon. quamuis videatur expositionē illam appellare violentā.

Et quidem Caietanus sic addit. Potest quoque intelligi eum fuisse genitum illo ipso quingentesimo anno Noë: & ob id biennio post diluuium cùm genuit filium Arphaxad, fuisse centum & duorum annorum. Scriptura enim non dicit oppositum.

Subdit rationē quandā, quæ probationis alicuius potest subire vicem. Imò, inquit, adiungēdo bienniū post diluuiū, ad 100. annos Sem, implicitè insinuat eū duos super centū annos fuisse natū, cū procreauit Arphaxad.

Hanc rationem oppugnat Perer. sic dicens. Illud biennium, non est adiungendum ad 100. annos Sem, sed est referendum ad diluuium, post quod exacto biennio Sem procreauit filium Arphaxad.

Responderi potest 1. Caietanum, dicendo, *implicitè*, respexisse simul ad locum Gen. 5. vers. 31. vbi dictum fuerat Sem genitum anno quingentesimo Noë: & hoc supposito voluisse, scripturam tradendo illud biēnium, insinuasse implicitè, illud esse tribuendum annis Sem suprà 100. 2. Sed nec immeritò dici posse, scripturam adiungere biennium ad 100. annos Sem: non quidem immediatè & proximè, sed mediatè per diluuium, sicut & per generationem Arphaxad. Nam dicere Sem fuisse 100. annorum cùm genuit Arphaxad duobus annis post diluuium, nōne significat, Sem fuisse 100. annorum æquè biennio post diluuium, ac post ipsum diluuium, & post genitum Arphaxad: Ergò biennium illud æquè coniungitur 100. annis Sem, ac diluuio & generationi Arphaxad, quamuis vni quidem per alterum, siue per altera duo.

Pererius autem sic addit. Vel Sem secundo anno post diluuium cum generauit Arphaxad, non fuisse 100. annorum præcisè, sed fuisse 100. & 2. annorum.

Subdit mox rationem illam, quam superiùs attulimus, quamque repetere non fuerit frustraneum, quæ nimirum probationis alicuius aut certè non repugnantiæ, subire potest vicem. Namque vt alias, inquit, non semel diximus, mos est diuinæ Scripturæ, id quod etiam in prophanâ historiâ & chronologiâ non rarò fit, paruis & minutis numeris tacitis & prætermissis, maximū & integrum numerum duntaxàt commemorare. Quod multis exēplis illustrari firmariq; posset: nisi rei satis manifestæ, & aliàs à nobis probatæ, iterata probatio superuacuā fieret. Hæc ille.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Procedens ex suppositione refutationis sententiæ præcedentis, quia dictum est, morem Scripturæ esse, assignare natiuitates filiorum vltimis patrum annis (exactis) quos ipsa recenset. Itemque proportionaliter annos primos regiminum principum proximè sequentium, vltimis (exactis) præcedentium. Ex quo illatum est, vbi plures numerantur simùl filij geniti, ad minus aliquem eorum debere intelligi natum anno illo vltimo patris (exacto) à Scripturâ assignato: & hac suppositione factâ, infertur à necessitate conciliandi Scripturam. Nimirùm, cùm ex eâ cōstet, prout ostensum est §. 32. constituēdos esse 102 annos, à quingentesimo Noë, ad biennium post diluuium adeóque necessarium sit, vel 500. Noë, exponendos esse dictos pro 502. vel 100. Sem pro 102: & denique ex refutatione sententiæ præcedētis, 500. Noë non possint exponi de 502. quibus Sem natus fuerit: omnino necessarium est, 100. annos Sem, exponendos esse rotundo numero dictos pro 102.

II. ARGVMENTVM. Petitur à textu Hebræo, & à paraphrasi Chaldaicâ, variantibus phrasim hoc loco, à phrasi solitâ recensendi annos & generationes aliorum patrum. Hebræum enim sic habet. 2. Arg.

אֵלֶּה תּוֹלְדֹת שֵׁם שֵׁם בֶּן־מְאַת שָׁנָה

וַיּוֹלֶד אֶת־אַרְפַּכְשָׁד שְׁנָתַיִם אַחַר הַמַּבּוּל

ad verbum, *Hæ generationes Sem. Sem filius 100. annorum. Et genuit Arphaxad duobus annis post diluuiū.* Chaldæum item ad verbū sic, *Hæ generationes Sem. Sem filius 100. ānorū. Et genuit Arphaxad duobus annis post diluuium.* Vbi nō omittēdum, Moysem iam recēsuisse generationes Sem cap. 10. à vers. 21. Nam postquā dixit vers. 21. *De Sem quoque nati sunt* &c. addit vers. 22. *Filij Sem, Ælā, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Arā.* Itaque, cùm iterùm assumit eas recēlendas hoc cap. 11. vers. 10. *Hæ sūt generationes Sem Sem fuit filius 100. annorū. Et genuit Arphaxad biennio post diluuiū.* 1. attēdendū est, Moysem eas resumere breuiter per modū compendij, *Sem fuit filius 100. annorū,* & ex hac breui resumptione cōnici, eum noluisse tradere annos illos præcisè, sed solūmodò dicere Sem eoúsq; peruenisse. 2. aduertendum est, Moysem facere duas orationes adiunctâ coniunctione, sicut aduertebat Caietanus suprà. *& genuit Arphaxad biennio post diluuium:* & ex hac etiam diuersitate orationum confirmari, eum noluisse ex intento præcipuo Scripturæ, assignare generationem Arphaxad anno centesimo assignato, præcisè sumpto: sed biennio post diluuium ipsi generationi ex vnitate orationis adiuncto.

Neque his contrariantur Editio Vulgata, Latina S. Hieron. & Sept. habentes particulam, *quando*. Nam cùm hæc similiter ex intento præcipuo, & serie orationis, respiciat biennium post diluuium,

tanquam terminum gene... 100. annos quibus fuit Sem non excedit ... 100. illi anni sumantur pro 102.

Confirm. 1. Arg. CONFIRMATVR 1. ... aliis circumstantiis textus: ex eo quod Sem genuerit alios filios ante Arphaxad. Nam Gen. 10. vers. 22. *Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.* Vbi imprimis cum præponuntur Ælam, & Assur, nullaque sit ratio, cur non fuerint priores generati: omninò credibile est eos fuisse genitos antè Arphaxad. Quod etiam agnoscit Salian. an. 1657. num. 5. seu pag. 295. & an. 1931. à num. 87. Deinde vero, cùm nulla etiam sit ratio, cur fuerint geniti ante 100. annos Sem: contrà verò ex modo scripturæ solito, nullæ generationes filiorum ab eâ traditæ præcedant annos patrum ab eâdem assignatos: omnino etiam credibile est eos ita fuisse genitos antè Arphaxad, vt tamen geniti non fuerint antè annos Sem assignatos à scripturâ: sed consequenter geniti fuerint, inter 100. illos annos, & natiuitatem Arphaxad. Rursùs his positis, cùm dicitur cap. 11. vers. 10. *Hæ sunt generationes Sem. Sem erat 100. annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium*: probabile est omninò, Moysem, & ibi subintellexisse Ælam & Assur, quos iam memorauerat, inter 100. annos Sem & natiuitatem Arphaxad priùs cogitandos esse genitos: & ibidem voluisse memorare solùm Arphaxad, tùm quia iam alij fuerât memorati, tùm quia is erat à quo texenda erat mox series generationis, per quam descenderat Abrahâ, & per eum descensurus erat Saluator. His denique positis, consequens erit Ælam genitum fuisse anno Sem centesimo exacto, siue centesimoprimo incœpto: & Assur centesimoprimo exacto, siue centesimosecundo incœpto: adeoque Arphaxad centesimosecundo exacto, siue centesimotertio incœpto. Quod etiâ amplectitur Torniell. an. 1652. num. 19. Atque ità Moysem voluisse, 100. annos Sem, hoc loco intelligendos esse rotundo numero dictos, pro 102.

Confirm. 2. Arg. CONFIRMATVR 2. A ratione seu conuenientiis, cur potius Moyses voluerit 100. annos Sem hoc loco sic intelligendos, quam 500. Noe, suo. 1. côuenientia. Quia anni Sem nihil faciût propriè & per se ad seriem chronologiæ. Nam si chronologia 102. annorum, vel etiam formaliter anni ipsius Sem, incipiantur ex parte initij, traditi sunt sufficienter in 500. Noe, siue in natiuitate ipsius Sem. Si recipiantur ex parte finis, traduntur sufficienter in biennio post diluuium, siue in natiuitate Arphaxad, suppositis sexcentesimo & sexcêtesimoprimo Noë, inter vtrumque traditis. Ergò longe maior est ratio, cur Moyses hos 100. annos Sem intelligendos voluerit, non præcisò numero, sed rotundè dictos, quam 500. Noe. Quod si dicas. Nonne idem dici potest de 500. Noe annorum, cùm ex parte finis tradatur biennium post diluuium, consequenter colligi ex parte initij, chronologiam 102. annorum, vel etiam annos Sem, incipere in quingentesimosecundo Noe. Respondebitur. Hunc modum non æque esse ad rigorem scripturæ collimatum. Obiect.

Respons. Nam & variat computationem communem natiuitatum, quæ semper intellecta fuit vltimo anno patris exacto: & facit vt biennium habeat proximam suam, siue directam relationem in ratione chronologiæ, ad annos Noë: cùm rationabilius habere debeat eam ad annos ipsius Sem, quibus coniungitur in eâdem orationis serie. 2. conuenientia, nonnihil nitens primâ. Quia, quod supposità iam aliunde traditâ, vel tradendâ, chronologia, nihilominus anni Sem ità traditi fuerint, potius id factum fuit ad commendationem eius, quatenus in hac innouatione mundi & sæculi, vbi reliqui postea tradendi genuerunt annis suæ ætatis tricesimis solùm & circumcircà, hic peruenerit ad 100. & plùs, annos, & nihilominus post eos genuerit. Sic enim infrà commendatur bis Abraham, quod centenarius genuerit Isaac. Vterque verò alus de rationibus; at præsertim, quòd sic per eos Christus Dominus nobis aduenerit. Ergò omni modo conuenientius est exponere annos Sem, quam annos Noë, rotundo numero dictos, nimirum pro 102. completis.

Obiect. OBIICIES contrà hæc, ex Saliano supra, perspicuè Scripturam illos 100. annos terminare generatione Arphaxad.

Respons. RESPONDEBITVR. Scripturam terminare quidem 100. illos annos generatione Arphaxad: non tamen rigorosa terminatione: sed volendo, vt intelligantur dicti 100. pro 102. Alioqui namque valebit contrà Salianum eadē obiectio. Nam æquè Scriptura terminat 500. Noë, generatione Sem. Quid enim significant illa verba, *Noe cùm 500. esset annorum genuit Sem*: nisi perspicue, Noë erat 500. annorum, quando genuit Sem: Cum ergò alterutrum sit necessarium, vel 500. Noë, etsi terminantes generationem Sem, exponere pro 502: vel 100. Sem, etsi terminantes generationem Arphaxad, exponere pro 102. ex probationibus autem huius tertiæ sententiæ supra deductis, & refutatione præcedentis, manifestum sit, & probabilius ac conuenientius intelligi 100. annos rotundo numero dictos pro 102. quàm 500. pro 502. propterea nihil obstante hac obiectione, manet semper expositio hæc, adeóque tertia hæc sententia, probabilior.

## V. DIFFICVLTAS. DE CAINAN MINORE, SEV huius nominis secundo, Qui memoratur Luc 3. vers. 36. An is verè extiterit?

§. 37.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. In pluribus locis Scripturæ sacræ, iuxtà Edit. Vulg. Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. inuenitur solummodò, Arphaxad genuisse Sale: non autem genuisse Cainan. Vt Gen. 10. vers. 22. *Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram*, &c. vers. 24. *At uerò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber*. Item, hoc loco, cap. 11. vers. 12. *Porrò Arphaxad vixit 3[illegible]. annis, & genuit Sale*. vers. 13. *Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, 303. annis*. Item, 1. Par. 1. vers. 17. *Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. Filij Aram Hus, & Hul, & Gether, & Mosoch*. vers. 18. *Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber*. Sed & videtur, quosdam aliquando codices Sept. Interpr. extitisse, mentionem eius non facientes Gen. 10. Et 1. Par. 1. ex Massæo lib. 2. pag. 18. sub Arphaxad, dicente. Quod autem Sale non fuerit nepos, sed filius ipsius Arphaxad, patet non solùm per Hebræam Veritatem, Chaldaicamque, sed etiam per Septuaginta & alios Interpretes, qui Gen. 10. transtulerunt. Similiter fecerunt 1. Paralipomenon 1. Hæc ille. Item, ex Pererio lib. 10. Gen. Disput. 11. seu num. 177. pag. 461. col. 1. dicente In exordio priori libri Paralipomenon, vbi series generationum à diluuio vsque ad Abraham, similiter atque hoc loco (Gen. [illegible]) commemoratur, antiqui & emēdati codices Sept. Interpr. (qualis est qui Romæ nuper authoritate & cura illustrissimi Cardinalis Carafæ prodijt) non habent generationem Cainan. Hæc ille. Porrò, si vspiam locus erat supplendi generationē eius: sane in libris Paralipomenon, qui nomen inde sortiti sunt, quod derelicta, siue omissa, supplentur in eis. At hoc in nullis exemplaribus fuit ibi præstitum.

A[illegible]unde autem, eadem translatio Sept. Inter[illegible] in codicibus [illegible]egijs sic habet. Gen. [illegible]o. ver[illegible] 24. *Et Arphaxad [illegible]enuit Cainan: Cainan autem [illegible]enuit Sale. Sale [illegible] [illegible]uit Heber*. Et h[illegible] loco [illegible]ap. 11. [illegible] *Arphaxad an*[illegible] [illegible] *genuit Cai*[illegible] *& vixit Ar*[illegible] [illegible]*uam* [illegible] *Cainan ann*[illegible] 3[illegible]. Et [illegible] 7 *Et* [illegible] *genuit Cainan, &* [illegible] *genuit Heber*. Sed & in Romanis apud Torniell. an. 131. num. [illegible] in tabel[illegible]a annorū secundùm omnes codices, subiectâ, habetur Gen. 11. Arphaxad vixisse 130. annos & genuisse Cainan, & posteà superuixisse annos 330. & an. 1694. vitiose not. 1964. num. 2. post init. hæc habet. Nec prætereà fas videtur in dubiū vocare puritatem [illegible]tus Septuag Interpretum, qui Romæ anno salutis 1588. prodijt emendatissimus, & Pontificia authoritate firmatus, in quô generatio Cainan disertis verbis exprimitur. Denique, quod maximum est, S. Lucas expressam eius facit mentionem in genealogia Saluatoris, cum ait ordine retrogrado cap. 3. vers. 35. & 36. *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad*, &c.

I. SENTENTIA CAPITALIS. 1. Sent.

Dicit, Cainan illū prorsùs nunquā extitisse.

Ità imprimis censeri possunt, qui eum in Genealogijs non numerant. Vt Iosephus 1. Antiq. 6. etsi aliàs sequi soleat Sept. itemque S. Hieron. in epist. 126. ad Euagr. Quamuis præsumi possit, eos, cùm expressè non negēt, intellexisse, Arphaxad genuisse Sale per Cainan: non tamen id recensuisse, quia genealogiam texebant solùm iux[illegible]à Hebræum. Ita Beda, & Ado, eum omittentes in chronologiâ: quamuis non sine expresso scrupulo propter S. Lucam. Ità S. Isidor. & qui vulgo audiunt Hebraizantes, vt ex parte Massæus lib. 2. pag. 18. quamuis etiam anceps & dubius, vt videbitur infra. Item, ex parte Caiet. in Gen. Iansen. lib. 1. Concordiæ. Driedo, & Tostat. in Gen. Sixt. Senens. Biblioth. lib. 5. annot. 88. & lib. 7. hær. 4. fin. qui etiamsi pene sit in ambiguo lib. 6. annot. 143. tamen asseueranter omninò sic tenet posteriori loco. Itē, ex parte Genebr. anno 1659. seu pag. 29. Denique ita Lucid. [illegible]. Emendat. Temp. alijque quos nomine tacito notat Pererius supra. Ex sectari[illegible] Beza, qui Cainan sustulit ex Euangelio S. Lucæ, in [illegible]nterpretatione suâ. Cap[illegible]us, qui etiam vult [illegible]lum tolli. Item, Funccius lib. [illegible]an. 1[illegible]95. Denique Bibliander, Beroaldus, Mercator, Temporarius, Bucolcherus, Caluisius, Codomannus, Vignerius, Henningues, in suis Chronologijs, & Isag[illegible] [illegible]quorū maior pars notatur a Salian. supra. V[illegible] & ipse subiungit eleganter: Et [illegible]i qui ali[illegible] q[illegible] cor[illegible]gere E[illegible]angeliu[illegible] ac de[illegible] u[illegible]re de[illegible]derant. Quo minus videtur probanda

catholicis. Satis enim cõstat, hæreticos spreta communi via catholicorum, per abrupta ferri, & spiritu singulari animatis ductos, deteriora sequi. Sic constanter & optime Salianus aduersus hæreticos. Porro hoc affirmat autores illi vario modo & ratione, tum quantùm ad Septuaginta Interp. tùm quantum ad B. Lucam. Itaque,

Pro Sept. 1. Modus. QVANTVM AD SEPTVAGINTA. I. MODVS dicit, Septuaginta Interpretes non ità scripsisse, sed Cainan illum in eorum trã[illegible] irrepsisse, casu, seu vitio Librariorum, vel cuiuspiam scriptoris inaduertenter ità scribentis.

Ita ex parte Massæus, addens. Quæ cum ità sint [illegible]is mirari non possumus, vnde nomus Cainan emerserit, aut quis primus author fuerit istius erroris, vt Genesis 11. legeretur, Arphaxad genuit Cainan patrem Sale. Non enim videtur Septuag. Interpretibus imputandum, quos videmus ante & post fideliter transtulisse. Aut ergò Librariorum iniquitas, eorum translationi hoc nomen inseruit &c. Sic ille. Ita & Funecius, qui postquam dixit, Manifestum est translationem illam quæ Septuag. Interpretibus ascribitur, non semel esse aut falsam, aut deprauatam, & præcipuè in hoc Gen. 11. capite, vbi aliquot centenarij annorũ, qui in Hebræis nullomodò habentur, ætatibus patrum ascribuntur: quemadmodum & in 5. eiusdem libri capite fuerunt: addit: Ideò fieri potuit, vt simili casu & hic Kænan (si modò eorum est hæc translatio) sit, aut fortè à scribâ quodam primario, additus. Quod & similitudo sententiæ, quæ bis ijsdem verbis ponitur de Arphaxad & Kænan, facile mihi persuaserit, vt accidisse credam. Ita vt scriba oscitanter scribens, vt peregrinantibus cogitationibus plerumque fit, in animo habuerit Kænan, quo semel posito, sententiam ijsdem verbis repetens, posuerit Sala. Qui error primùm non animaduersus, in multa exemplaria transfusus fidem meruit. Hæc ille.

Refutat. 1. CONTRA HVNC MODVM Facit 1. Quod non nomen solum Cainan, reperitur in illâ translatione, sed etiam in eâ reperitur quod Cainan ille, & genitus est ab Arphaxad, & genuit Sale.

2. FACIT II. Quòd anni ætatis, tũ quibus ille genuit, tum quos ipse vixit, longiori oratione traduntur in illâ translatione.

3. FACIT III. Quòd nomẽ illud, & generationes illi adiuncta, non vno solû in loco, sed in pluribus eodem tenore recensentur. Profectò hæc non casum vel errorem Librarij redolent, sed industriam cuiusdam authoris, aut melius, ipsorummet Septuaginta Interpretum.

Modus II. MODVS. Dicit similiter, Septuaginta Interpretes non ità scripsisse: sed Cainan illum insertum fuisse in translationem eorum, non casu, sed de industriâ: non quidem ab ipsis Septuag. Interpret. sed ab alio nescio quô, ex ratione aliquâ.

Ità videri potest ex parte Massæus ibid. paulò infrà, dicens, Siue autem illi, siue nescio quis alius, hoc præsumpserit, grandis & continui scãdali materiam præbuit, quô iam multi & magni sanctique scriptores impegerunt. Ita & illi, quos nomine tacito notabat suprà Pererius, dicentes id factum fuisse ab aliquo nescio quô. Vbi insuper nota, Massæum agentem infra de S. Luca, dicere Potuisse contingere vt non ab ipso S. Luca, sed ab alijs Græcis post mortem eius insertum sit, si viderint Euangelium à suis Biblijs discrepare. Simili ergò modo posset cuipiam videri, econtrà Cainan insertum fuisse ab aliquibus, v. g. a Græcis, translationi Septuaginta, ne ipsa videretur cum nouo testamento, seu cum Euangelio S. Lucæ, discrepare.

PROBARI potest Hic Modus argumento petito à quibusdam coniecturis, quæ habentur apud Perer. suprà, quasque non leues aut contemnendas ipse iudicat. Prob. 2. Modi.

I. CONIECTVRA sit illa, quæ apud eum est tertia. In exordio, inquit, prioris libri Paralipomenon, vbi series generationum à diluuio vsque ad Abraham, similiter atque hoc loco (Gen.) commemoratur: antiqui & emendati codices Septuaginta Interpretum (qualis est qui Romæ nuper authoritate & curâ illustrissimi Cardinalis Carafæ prodijt) non habent generationem Cainan.

II. sit illa, quæ apud eum etiam est secunda. Iosephum, qui fere sequi solet Septuaginta Interpretes 1. lib. Antiquitatum 6. percensentem generationes quæ fuerunt à diluuio, vsque ad Abraham, in ijs hanc generationem Cainan minime commemorare.

III. sit illa, quam continenter addit. Nec S. Epiphanius disputans contra 55. hæresim, id est, contra Melchisedecianos cum secundùm translationem Septuag. Interpr. exponat annos singulos generationum, quæ fuerunt inter diluuium & Abraham, mentionem generationis Cainan nullam plane facit.

IV. sit illa, quæ apud eum est prima. B. Hieron. in Traditionibus Hebraicis omnem dissonantiam lectionis, quæ est in libro Geneseos inter codices Hebræos & Septuaginta Interpretum, curiosè peruestigans, ac diligenter annotans, dissonantiam hanc quæ est circà generationem Cainan, adeò insignem & notabilem, ne verbo quidem attigit. Ex quô licet intelligere, non fuisse eam generationem in libris Septuaginta Interpretum, quos tunc habuit S. Hieronymus.

Hactenùs ex Pererio.

V. poteſt addi. Numerus annorum, quibus Arphaxad dicitur ſuperuixiſſe poſtquàm genuit Cainan, multum diſcrepat à veritate Vulg. Editionis, adeòque Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. Nam apud Sept. dicitur vixiſſe poſtquàm genuit Cainā 330. Iungi poſſunt 130. quibus dicitur Cainam vixiſſe, & genuiſſe Sale. At in Vulg. Hebr. Chald. & S. Hieron. dicitur vixiſſe poſtquā genuit Sale 303 annis. Idem porrò eſt de reliquis ferè numeris annorum, quibus alij patres dicuntur ſuperuixiſſe, vt oſtendit fuſius Pererius lib. 16. in Gen. Diſp. 12. ſeu à num. 183. pag. 481. Afferri poſſent aliæ. Sed hæ videbuntur infrà ſub ſententiâ vltimâ in obiectionibus.

Reijcitur 1. CONTRA HVNC MODVM, Faciunt I eadem quæ contrà præcedentem. Nam quì fit credibile, inſerta fuiſſe, non nomen ſolum Cainan: ſed quod genitus fuit, & quòd genuit: & quòd tali ætatis anno genuit, & quòd tot annos poſtea vixit; & denique inſertam fuiſſe mentionem eius, non vno in loco ſolum: ſed in pluribus (Sept. Interpr. ab aliquo neſcio quô: & tamen hoc nulli antiquorum compertum fuiſſe?

2. FACIT II. Quòd multi patres antiqui, generationem illam tenuerint. Vt Euſeb. in Chronic. init. ſub titulo, *Nationes Iapher*. S. Epiphan. in Ancorat. ſemel atque iterùm, & præſertim longiùs antè fin. & hæreſ. 66. longiùs antè fin. & initio Panarij, Cainan nominatim ponit: & mox ab ortu rerum numerat Abrahamum in vigeſimaprimâ generatione, quæ eſſet alioqui tantum vigeſima. S. Aug. 16. ciu. 3. & 1[illegible]. Niceph. Epiſc. Conſtantinop. in græcis latiniſque codicibus Chronolog. cap. 2. & in eum Antonius Contius. Chronicum Alex. tam græcum Scaligeri, quam græcolatinum Raderi. Mi[illegible]us antiquos relinquimus, ſub vltimâ ſententia deducendos. Interim ex his ſequitur, Cainan illum fuiſſe à Sept. conſcriptum. Quia patres illi antiqui, non aliâ ratione generationem eiuſmodi amplexi ſunt, niſi quia illam repererunt in codicibus Septuaginta Interpretum per totum mundum diſperſis: contra quos nullus vnquam reclamauit, ſicut rec[illegible]marunt aliqui contra centenarios p[illegible]oris vtriuſque Periodi.

3. FACIT III. & maximè, quòd S. Lucas generationem illam apponens in Euangelio ſuo, omninò conuincat eam priùs extitiſſe in tranſlatione Sept. Interpretum, & ab ipſiſmet fuiſſe conſcriptam. Etenim tranſlatio illa erat Eccleſiæ vſitatior, imò ſola ferè nota, ex S. Aug. 15. ciu. 43. Ex hac nimirùm tranſlatione ipſe S. Lucas generationem illam hauſit, vt expreſſius dicetur poſteà.

Ad Arg. [illegible] Nunc ad argumentum præcedentis ſententiæ, & quidem,

A

AD I. CONIECTVRAM. Reſpondetur, eam meritò videri leuem quippe quæ ſit argumētatio procedēs à negatiua ſecundùm quid, ad negatiuam ſimpliciter. Nam 1. æquè dici poſſunt [illegible] Septuag. Interpretum, aliquid non continentes corrupti per ſublationē: ac dicuntur aliud continentes corrupti per additionē. Quis enim alterum probabilius oſtēdat? Q[illegible] in mat[illegible]a ſubiectâ, codices illi [illegible] continent generationem Cainan [illegible] eſt, quan[illegible] aliqui[illegible] dici pote[illegible], eos & olim ità con[illegible]. Ad 1. Coniecturam.

B

2. Quia non [illegible] non v[illegible]t ex[illegible]ua illatio vbi codices quidam non continent quicquam, & quidam illud ipſum continent. ſed neque vbi vnus liber non continet aliquid quod alter continet neque vbi vnus & idem liber, aliquid non tradit vnu in loco, & illud ipſum tradit in alio: quarum rerū exempla ſunt adeò frequentia in ſcripturis, vt probatione non egeant. Videbuntur quædam infrà.

Ad II. Reſpondetur, ex dictis §. 9. fin. Ioſephum non vno errore laborare: ſed innumeris. Vnde Salian. an. 1694. num. 4. hæc ait. Sed quot vitiis illa eius chronologia ſcateat, dicemus ſub primo Abrahami anno. Ad 2.

C

AD III. Reſpondetur cum Saliano num. 3. & 4. S. Epiph. amplexum eſſe generationem illam in Ancorato ſemel atque iterùm: & rurſus in hæreſ. 66. ſub fin. & initio Panarij Eam autem omiſiſſe in illa hæreſi 55. ob Samaritas, contra quos diſputat; quia ſolis illi ſcripturis Hebraicis vtebantur vt notauit Raderus in C[illegible]m Alexandrinum. Ad 3.

D

AD IV Reſpondetur [illegible]um eod. Salian. an. 2056. in ſchol. ad num. 1. S. Hieronymum in ſuis Tradit. Hebr aut alibi, non ſemper monere [illegible] Sept ab Hebræo diſſentiunt. Quod ſaci[illegible], in[illegible] Salianus, cocedet, qui contulerit notas S. Hieron. cum E[illegible]ne Sept. Interpr. & Vulgatâ. Nam, exempli causâ, cap. 12. Gen. In Sept. dicitur Abraham *veniſſe ad quercum altam*. In Vulg. *ad conuallem illuſtrem* tacente planè S. Hieronymo. Illi dicunt *Tetendit tabernaculum ſuum in Bethel ad mare, & Angead orientem* [illegible] ſic habetur in Græco, e[illegible] non in Verſione Latinâ Montani Vulgat. *Ab occidente habēs Bethel & ab oriente Hai* Sept. *Et abijt Abraham, & profectus caſtrametatus eſt in deſerto*. Vulg. *Perrexitque Abram vadens & vltra progrediens ad meridiem*: hoc quidem notauit S. Hieronymus: at mox aſinas in mulos, & boues mutatos in vitulos, non notauit. Nec illud: *Sumpſi eam mihi in vxorem*, pro, *vt tollerem eam mihi in vxorem*. Eadem in alijs capitibus notari poſſunt. Non ergò vſque adeò Ad 4.

E

ſtudioſus

studiosus est S. Hieron. in notando Septuaginta, vbicunque ab Hebræo dissentiunt. Hæc Salianus. Quibus adde neque notasse S. Hieron. diuersitatem illã quã de coruo dicitur apud Sept. Gen. 8. vers. 6. *non est reuersus donec* &c. apud Hebt. autem; *exiuit exiens & rediens*, &c.

Ad 5.

A D V. Respondetur, discrepantias illas numerorum, non magis excludere veritatem historiæ, siue existentias personarum, quam reliquas, quæ visæ sunt in vtraque Periodo. Siquidem facilius est longe reperiri corruptionem in numeris annorũ, quàm in narratione rerum gestarum. Vt autem aliquid dicatur in singulari de concordantiâ & discrepantiâ numerorum illorum, imprimis constat ex dictis præcedenti Periodo, 100. annos qui superfluunt in singulis generationibus, esse rescindẽdos, tanquam additos ab illo scriptore qui primus translationem Septuaginta describendã suscepit è Bibliotheca Ptolomæi. Atque ità vbi dicitur Arphaxad vixisse 135. annos, & genuisse Cainan, & vbi Cainan 130. & genuisse Sale, intelligendos esse solùm 35. & 30. Deinde verò, vbi in Vulg. Hebr. Chald. & B. Hieron. dicitur Arphaxad genuisse Sale, exponi posse non actu, sed virtute: nimirum, cùm genuit Cainan patrem Sale; sicut cùm dicitur Matth. 1. vers. 8. *Ioram autem genuit Oziam*, ex libris 4. Reg. à cap. 8 & 2. Par. à cap. 21. constat exponendum esse virtute per Ochoziam, Ioas, & Amasiam. Insuper, cùm in iisdem Editionibus dicitur Arphaxad vixisse 303. postquã genuit Sale: exponi posse postquam genuit eum per Cainan. Rursùs, cùm in translatione Sept. idem Arphaxad dicitur vixisse 330. postquam genuit Cainã: in illis meritò comprehendi 30. quibus Cainan genuit Sale: & in numero illo rotundo 300. rectè conuenire translationem illam cum Vulg. & aliis, sicut rectè conuenit in reliquis annis 1. Periodi, quibus dixerunt Patres aut superuixisse, aut saltem totaliter vixisse. Denique, cùm in Vulg. & aliis idem Arphaxad dicitur vixisse postquam genuit Sale 303. & in Sept. 300. tantum, trãslationem illam deficere quidem illis 3 annis à Vulg. & aliis: sed hoc non mirùm magis videri debere, quàm quod ab eis defecerit in quibusdam fractis sub 1. Periodo. Idem dicendum de reliquis discrepantiis.

3. Modus.

III. MODVS. Dicit, Septuaginta Interpretes ita quidem scripsisse: sed in hoc grauem errorem commisisse.

Ita ex parte Masiæus, qui postquam dixit: aut ergo Librariorum iniquitas eorum translationi hoc nomen inseruit: addit: aut certè nimis inconstantes egerunt, vt quod paulò ante iuxta veritatem transtulerunt, tam citò mendaci assertione subuerterint. Siue ipsi illi, siue nescio quis alius hoc præsumpserit &c. Ita Eugub. & ex parte Caiet. itemque Iansen. Driedo, & Tostat. in Gen. Sixtus Senens. lib. 5. annot. 88. Genebr. & Lucid. suprà. Ità ex parte Funccius, & denique omnes reliqui sectarii superius memorati.

Prob. 3. Modi.

PROBARI potest Hic Modus permultis argumentis. Sed quoniam eorum maxima pars, æque facit contrà S. Lucam: & melius adducetur sub 2. sententiâ, per modum obiectionum: propterea vt nunc afferatur solum, si quid præcisum habetur contrà Septuaginta: notetur argumentum, vel potius diuinatio quam habet nouus sectarius Capellus.

Arg. Capelli.

Is ergo, inquit de illo Salianus num. 5. pro caluiniana modestiâ, non erubescit dicere istum Cainan, à Septuaginta fuisse confictum.

Reijcitur 1.

CONTRA HVNC MODVM, Facit I. Id quod mox respondet ipsemet Caietanus: non esse credibile viros tùm sapientes, tùm etiam pios, aliquid de suo diuinæ Scripturæ ausos affingere, conniuente Eleazaro summo Pontifice à quo missi fuerant, &c. & dissimulantibus Synagogæ Doctoribus, quorum est iudicio atque suffragio illorum probata translatio. Quibus verbis Caietani addi potest, credibile potiùs esse, cum idem habeatur in Euangelio, Deum id nunquam permissurum fuisse, si error esset, ne Euangelio suo officeret. Nam neque id quicquam valeret ad confirmandum Euangelium S. Lucæ: cùm sic error errorem fulciret; potius multum ei noceret: cùm conuictionem aut suspicionem de errore illi inureret. Vnde,

2.

FACIT II. Quod S. Lucas eundem Cainan habet in genealogia Saluatoris. Atqui si error in hoc fuisset: S. Lucas eum tali loco non inseruisset. Quod si dicatur, errorem esse in ipsomet S. Lucâ: ostendetur mox hoc nonnisi erroneè dici posse. Nam alterutrum necesse est: vel Cainan illum ex Euangelio Lucæ desumptum esse, & insertum translationi Septuaginta: vel, quod probabilius est, & inferius ostendetur, ex translatione Septuaginta desumptum esse, & insertum Euangelio S. Lucæ. In vtroque enim libro fuisse gratis & absque causâ appositum, non est rationabile credere. Vtrôuis autem modo, errorem in hoc confingere, non modò non est rationabile, sed prorsus neque pium. Vnde Masiæus suprà. Qui pro Septuaginta, inquit, laborant, Euangelium proferunt, testimonium certè credibile nimis, & insolubile, vt existimant, argumentum. En, inquiunt, B. Lucas plenus Spiritu sancto, Vulgatam Editionem Septuaginta comprobans, ait, *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad*. Nunquid errauit iste? Quis hoc vel cogitare non timeat? Econtrariò veritatis He-

braicæ defensores multas in medium responsiones opponunt: nescio tamen an sicut prudenti, sic etiam contentioso Lectori satisfaciant. Sic ille. Qui sanè in hac quæstione sicut suprà monuimus, valde anceps est & dubius. Denique Peter. num. 179. Propter authoritatem, inquit, B. Lucæ, qui secutus est Septuaginta Interpr. eos libros Græcos in quibus fuit generatio Cainan, integros atque incorruptos: eos autem qui generationem Cainan non habuerunt, vitiatos & mendosos fuisse, existimare oportet.

Ad Arg. Capelli. AD ARGVMENTVM, seu diuinationem Capelli, Respondet sic Salianus. Impostores ergò fuerunt Septuaginta illi seniores, de quibus tam honorificè omnes Sancti Patres locuti sunt. Sed obstruat iterum os isti sectario, S. Aug. lib. 15. Ciu. cap. 23. *Meritò, inquit, creduntur Septuaginta Interpretes accepisse propheticum Spiritum, vt si quid eius authoritate mutarent, atque aliter quam scriptum erat quod interpretabantur, dicerent, neque hoc diuinitùs esse dictum dubitaretur.* Sic Augustinus ore veridico & planè orthodoxo, id est, modesto & venerandæ antiquitatis obseruantissimo. Hæc Salianus. Vide fusiora quæ de illis habet S. Aug. suprà §. 3. & 4.

Pro S. Luca 1. Modus. QVANTVM AD S. LVCAM. I. MODVS dicit S. Lucam non ità scripsisse: sed hoc irrepsisse in Euangelium eius, vitio Librariorum.

Ità videri potest ex parte Massæus suprà, dicens. Imprimis ergò dubium videri potest, vtrúmne Beatus Lucas ità scripserit? Quis enim audeat affirmare, quod probari non potest? Sic ille. Cum autem, de Sept. dixerit ex parte superiùs, aut Librariorum iniquitas eorum trãslationi hoc nomẽ inseruit: quamuis apud eos non solum nomen, sed & anni generationis ac vitæ fusiùs habeantur: vtique credibile est eum idem, ex parte saltem, de S. Lucâ cogitasse.

Reijcitur 1. CONTRA HVNC MODVM Facit I. Id quod habet Peret. num. 179. Certùm, inquit, neque hac ætate vllus est liber B. Lucæ, qui in genealogiâ Saluatoris non habeat generationem Cainan: nec legi fuisse vnquam aliquem qui diceret vel à se, vel ab alijs, visum esse codicem vllum B. Lucæ qui tali generatione careret. Hæc ille. Signum nempe efficacissimum, generationem illam non fuisse insertam à Librarijs. Vnde & paulò post vocat coniecturam illam, leuissimam, & temerariam.

2. FACIT II. Quòd hoc modo arguitur Euangelium S. Lucæ, manifestæ falsitatis: quod est contrà inuiolatam sacrarum Scripturarum authoritatem. Neq; verò satisfiet dicendo, falsitatem eiusmodi esse tantummodò materialem, posseque ab Ecclesia ex-

A purgari. Nam hactenus Ecclesia non purgauit eam; imò in codicibus omnibus qui communiter in eâ leguntur retinuit, hinc meritissimè concluditur, quod neque illam purgandam iudicauit.

FACIT III. Id quod stabilitum est de Septuaginta Interpretibus. Nã posito quòd illi generationem hanc vere scripserint in translatione suâ: omninò consequens est S. Lucam sumpsisse illam ex eiusmodi translatione. Siquidem translatio illa erat Ecclesiæ vsitatior imò sola ferè vera ex S. Aug. 15. ciu. 43. Probabitur hoc plenius infrà.

B II MODVS, dicit similiter S. Lucam non ita scripsisse: sed Cainan illum insertum fuisse in Euangelium eius, de industriâ: non quidem ab ipsomet S. Lucâ: sed vel ab aliquo nescio quo, vel certe à Græcis, ex ratione aliquâ, nimirum ne Euangelium S. Lucæ videretur ab illâ translatione discrepare. — 2. Modus.

Ità ex parte illi quos nomine tacito suprà referebat Pererius, dicens, id insertum fuisse ab aliquo nescio quô: & illi de quibus Torniellus, alij, inquit, sentiunt, locum S. Lucæ, ab aliquo fuisse corruptum, qui ipsius S. Lu-
C cæ Euangelio cum loco Gen. 11. in Sept. Interpretum Editione collato, cùm deprehendisset generationẽ Cainan in Christi genealogiâ deficere, arbitratus id nonnisi scriptoris oscitantiâ contigisse, proindéque operæpretium fore illam restituere, protinùs eam Euãgelio S. Lucæ addidit. Item, ex parte, sed expressiùs, Massæus, addens. Quis autem non videat potuisse contingere, vt non ab ipso (S. Lucâ) sed ab alijs Græcis post mortem eius insertum sit, si viderint Euangelium
D à suis Biblijs discrepare? Quod fieri non debuisse constabat, in eo maximè loco, vbi generationis series scribebatur. Vbi facillimè putari potuit, non voluntatem, sed inaduertentiam affuisse scriptoris. Sic ille.

CONFIRMAT Massæus, subdẽs. Quemadmodùm hodie quoque multa legimus in scripturis, quæ authores nescierunt, sed passim vel addita, vel mutata sunt posteà. & infrà longiùs. Sicut nunc permittit (Spiritus sanctus) Sanctam Ecclesiam in psalterio multa legere, quæ Psalmista non scripsit. Hæc
E Massæus. — Confirm. 2. Modi.

CONTRA HVNC MODVM Facit I. Quòd, vt monet Pererius contrà primos, hoc illi non probãt. Vnde etiam dicit Torniellus, Sed hoc gratis asseritur. — Reijcitur 1.

FACIT II. Quòd, vt etiam monent ibidem Pererius & Torniellus, nullus extitit vllâ ætate liber S. Lucæ, in quò generatio illa non extaret. Quare, addit Torniellus, cùm e-conuersò videamus omnes probatos S. Lucæ codices, & qui communiter in Ecclesiâ leguntur, ponere generationem Cainan: — 2.

profectò non tam facile ab his recedere debemus.

4. FACIT III. Quòd hoc æquè argueret falsitatis Euangelium S. Lucæ, ac translationem Interpretum Septuaginta: quod tamen ne audire debent aures piæ.

4. FACIT IV. Quòd stabilitum est Septuaginta Interpretes ità scripsisse. Vnde consequens est S. Lucam id ab eis desumpsisse.

5. FACIT V. Quòd si Græci hanc generationem addiderunt Euangelio S. Lucæ, ne videretur discrepare à Biblijs suis: nitrum cur non eâdem ratione addiderunt illam alijs Biblijs, aut Bibliorum locis, vbi viderunt ipsam defuisse.

Ad Confir. 2. Modi. AD CONFIRMATIONEM Massæi. Respondetur, eam aliquid falsi, ne dicamus non pij continere. Nam nihil hodie aut vsquam, habitum est in Scripturis sacris, (dummodò correctum, vel non improbatum ab Ecclesiâ, intellige) quod authores diuinos non habeat, siue Septuag. Interpretes, siue alios, vt fusiùs docebat S. Aug. 15. ciu. 23.

3. Modus. III. MODVS dicit S. Lucam ità quidem scripsisse, & in hoc errorem esse, à Septuaginta Interpretibus profectum: ab eo tamen S. Lucam immunem & excipiendum esse, quia id scripserit non ex suâ sententiâ, sed prout reperit in Interpretibus Septuaginta.

Ità Eugubin. & Sixtus Senens. suprà. Ex parte Caiet. in 3. S. Lucæ, Iansen. Genebr. Alijq; nonnulli apud Naclantum lib. quem inscripsit de Scripturæ sacræ medullâ, seu Arcanorum Christi, nitentes excusare S. Lucam, & dicentes, ipsum sequi voluisse Sept. Interpretum translationem: quæ tunc temporis vbique admodùm vulgata & recepta erat: veritum, ne si contrà communem opinionem omnium, ipse à prædictâ interpretatione recessisset, minùs quæ scribebat, à populis reciperentur. Ità & fusè Massæus, ampliora quædam habens, necnon similia in hac materiâ quæ S. Hieronymus in aliâ. Is nempe (Massæus) postquam dixit: sed esto B. Lucas ità voluit, ità scripsit, etiam sic liberè possumus dicere, & ibi nullum fuisse Cainan, secundùm historiæ veritatem: & tamen sanctum Lucam, benè & optimè posuisse, &c.

1. Confirm. 3. Modi. CONFIRMAT I. Quibusdam rationibus, quas sic explicat. Quod autem, inquit, nomen illud in Euangelio rectè positum sit (quamuis tamen persona nunquam fuit) ex historiâ B. Lucæ discimus. Ipse enim Antiochenus, natione Syrus, Apostolorum discipulus, post ascensionem Domini vocatus ad fidem: Græcæ linguæ peritus, Hebræas literas nunquam didicerat. Porrò Græcam Editionem, quæ Septuaginta dicebatur, notissimam habens, quam & antè baptisma sæpè legere potuit, authenticam esse non dubitauit. Siquidem nomen eorū floruit inter gentes, & grandis authoritatis habebantur in mundo. Nulla super discrepantia veritatis Hebraicæ quæstio erat. Non putabant homines aliter in fontibus sapere, quàm in riuis. Simpliciter credebant sermonem Hebraicum in Græcas voces fuisse mutatum. Nec cùiquam tunc curæ fuit discutere, cùm de veritate non dubitaretur. Sed nec Apostoli debuerunt istiusmodi rebus occupari; quia necesse habebant opportunè & importunè prędicationi cœlestis gratiæ, & gentium conuersioni insistere, & prouidere bona, non solùm coràm Deo, sed etiam coram hominibus. Quæ autem ædificatio audientium, si statim in exordio nascentis Ecclesiæ, Vulgatam Editionem (intelligit Septuaginta) reprobassent? Dissimulauerunt potius, & dimiserunt eam esse quod erat: ne quod offendiculum præberent infirmis: ne scisma conficerent inter neophitos: ne suæ gentis interpretes suggillare viderentur. Sicut & quasdam legis ceremonias iam tunc mortuas obseruabant, vt cum quodam honore, iuxtà Aug. ducerent ad sepulchrum. Itaque, B. Lucas valdè rationabiliter fecit, qui tenuit quod habebat. Posuit absque suspicione, quod in vulgatis per orbem reperit exemplaribus. Hæc ille. Post quæ soluit quandam obiectionem his verbis.

Ad illud autem quod opponunt, Spiritum sanctum nōn permisisse Euangelistam suum errare, & ponere nomen illud, si non fuisset.

Dicendum, quod non permisit errare: sed permisit authenticam illo tempore Scripturam sequi. Sicut nunc permittit Sanctā Ecclesiam in psalterio nonnulla legere, quæ Psalmista non scripsit. Hactenùs Massæus.

Similia Genebrardus, dicens, B Lucam loqui potuisse, non ex suâ, sed ex aliorum aut vulgi sententiâ. Neque enim nouum est, ait ille, Scripturæ, loqui ex aliorum sensu, & opinione, non rei veritate, ex Aug. lib. 2. contrà epist. Parmen.

CONFIRMAT potest 2. à simili. Nam S. Hieron. in Tradit. Hebr. Gen. tractans difficultatem super illis verbis cap. 46. vers. 27. *Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta*, quos tamen Septuag. Interpr. & B. Stephan. Act. 7. vers. 14. dicunt fuisse 75: inter rationes ob quas B. Lucas Act. 7. secutus fuerit translationem Septuag. non autem Hebræum, hanc reddit, ex opinione, non quidē suâ, sed aliorum: quod B. Lucas, vt qui proselitus esset, nec Hebraicè, sed Græcè tantùm doctus, Græcam Scripturam fuisset secutus. Prætereà, idem S. Hieron. ex suâ iam sententiâ loquens hæc ait. *Quod si è contrario nobis opponatur, quod in concione Stephani ad populum,* 2. Confir. 3. Modi.

*quæ est in Actis Apostolorum, dicuntur 75. animæ intrasse in Ægyptum, facilis excusatio est. Non enim debuit Sanctus Lucas illius scriptor historiæ, & in gentes volumen illud emittens, scribere contrarium aliquod Scripturæ Septuaginta, quæ iam fuerat gentibus diuulgata: quorum authoritas illo tempore maior erat, quam Lucæ, qui ignotus, & vilis, nec magnæ fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter obseruandum, quod vbicumque Sancti Apostoli, aut apostolici viri, loquuntur ad populos, iis plerumque testimoniys abutantur* (id est, ab authoribus, vel exemplaribus desumptis, vtantur) *quæ iam fuerant in gentibus diuulgata.* Hæc S. Hieronymus. Cuius sententiam valde probabilem in illâ materiâ de 70. animabus, censet Pererius, ad cap. 46. Gen. vers. 27. sub num. 22. seu pag. 990. col. 1. post init.

Reiicitur CONTRA HVNC MODVM, Facit, id quod habet Torniellus suprà, nempe an. 1694. vitiosè notat. 1964. num. 2. post init. Sed hæc excusatio, inquit, non placet. Quoniam neque ad fulciendam Septuag. Interpretum versionem; neque ob metum ne Euangelium suum minùs probaretur; neque vllâ alia de causâ, scribere debuisset rem, quam ipse diuino afflatus spiritu, sciret esse à veritate alienam. Hæc ille. Pressius Gotdon. cap. 5. ad Period. 2. num. 5. Quasi verò, inquit, Euangelista & indubitatus assertor veritatis, pluris fecerit quod in opinionibus hominum tunc fuit, vt illis faceret, quàm quod verum erat. Denique optimè Beda præfat. in Acta Apost. dicit S. Lucam Spiritu sancto calamum regente, nullatenùs falsum scribere potuisse. Adde, maximè verò in re adeò graui, qualis est genealogia Saluatoris.

Ad 1. Confirm. AD I. CONFIRMATIONEM Massæi, Respondetur, eam multa continere, profectò parùm examinatè dicta. Nam imprimis, qui scitur, num S. Lucas Hebræas literas non didicerat? Et nonne potiùs in Pentecoste, aut circà illam, genera linguarum sicut alij, vel cum eis, acceperat? Deinde, esto Hebræas literas non didicisset, nunquid propterea veritatem ex diuinâ reuelatione non didicerat? Vnde corruunt reliqua quæ pro libito Massæus ibi cogitat. Nam potuerunt quidem Apostoli & Euangelistæ ab huiusmodi disceptationibus abstinere: nullâ tamen de causâ debuerunt mendacium inuehere in Scripturas noui testamenti, quantumcunque dicatur, non ex propriâ, sed alienâ sententiâ, saltem nullâ rei illius factâ indicatione. Neque est par ratio de quibusdam ceremoniis, quæ tanquam res morales possunt pro diuerso rerum statu & assumi, & mutari, & etiam prorsùs aboleri. At Scripturas sacras mendacium continere, nullâ de causâ potest honestari vel legitimum fieri: vnde Spiritus sanctus non debuit hoc permittere.

Quæ autem loquuntur in psalmis, à Psalmista non conscripta, potuerunt manare ab eodem Spiritu sancto, aliâ licet via sed mendacia continere, non est ratio par. Quod si quandoque Scriptura loquitur, aliorum sensu & opinione, non rei veritate vt vult Genebrardus, vtique hoc patet aliquo modo legitimo: nimirùm, vel ex eâdemmet Scriptura; vel ex Ecclesiæ interpretatione; vel ex rei impossibilitate; vel denique ex aliquâ authoritate idoneâ. At hoc loco nihil prorsus tale.

AD II. Respondetur, neque in exemplis illis rem esse similem Nam esto, B. Stephanus & B. Lucas secuti fuerint translationem Septuaginta in illis locis, quâcunque de causâ, id est, siue quia nesciverint literas Hebræas, siue quia translatio illa erat vsitatior: attamen vtrobique veritas inerat: nullibi verò mendacium. Siquidem & vno sensu erant tantùm 70. animæ, iuxtà personas numeratas à textu Hebræo: & altero sensu erant 75. iuxta personas numeratas à trãslatione Septuaginta per expressa nomina: prout fusius ostendetur infrà, §. 39. sent. 2. in Respons. ad Obiect. 4. Interim sat fuerit consulere ipsamet verba editionum illarum. Hic autem nihil quicquam tale; nam in hac sententiâ contenditur, apud Septuaginta mendacium contineri: ipsumque inuectum fuisse in Euangelium S. Lucæ: etiam verò ab ipsomet S. Lucâ prudente & sciente: quod sanè horrere deberet aures piæ. Ad 2. Confirm.

4. Modus. IV. MODVS dicit similiter, S. Lucam ità quidem scripsisse: non tamen quasi Cainan & Sale fuerint duo distincti homines: sed quia vnus idemque Sale fuit binomis, eique duo illa nomina, Cainan, & Sale, conuenerint.

Ità Lucid. lib. 1. de Emend. Temp. Hermannus Contractus in Chronicis, Nauclerus in Genes. & alij. Quamuis diuersi sint in expositione illius loci. Nam Lucid. Hermann. & Naucler. volunt mendum esse in illis verbis S. Lucæ, *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan*, & legendum, *Qui fuit Sale, qui & Cainan*, id est, qui Sale, fuit alio etiam nomine vocatus Cainan. Alij autem absque mendo sic exponunt, *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan*, id est, qui Sale, fuit etiam appellatus Cainan.

Reiicitur. CONTRA HVNC MODVM Facit, & quidem contrà 1. expositionem I. id quod habet Turniellus ibidem, vbi postquam dixit, Quæ correctio, vel potiùs corruptio, nulla tenùs est admittenda, hæc subiungit. Quia, nullus codex, nec Græcus, nec Latinus, sic habet. Verùm, hæc obiectio, si sola esset, videri posset alicui parùm efficere. Nam quoad Græcum, non habetur in eo verbum *fuit*: sed habet sic, τοῦ σαλὰ, τοῦ καϊνὰν, τοῦ ἀρφαξάδ. Et quamuis haberetur: possent res-

pondere authores illi, significationem tum articuli græci τῶ, tum verbi *fuit*, in illo loco variari: nec habere relationem geniti, sed appellati, ad nomen sequens. Nihilominùs valet obiectio, hac ex parte, quod authores illi hoc modo mendum admittunt in Vulgatâ.

2. FACIT II. Quod improbabile sit, S. Lucam voluisse huic soli Cainan & nulli alteri, duo nomina celebrare: adeóque significationem articuli græci τῶ, vel verbi *fuit*. ibi subintellecti, variare: sicquè genealogiæ seriem, eoúsque vno eodemque tenore continuatam, illo loco disturbare.

3. FACIT III. Id quod addit Torniellus, quia Septuaginta Interpretes manifestè tribuunt vnicuique, Sale scilicet, & Cainan, distinctos annos. Explica tu distinctas generationes, distinctósque annos, tùm quibus genuerunt, tùm quos vixerunt.

Refellitur 2. Expos. 1. Conttà 2. expositionem Facit similiter I. quòd improbabile sit omninò, S. Lucam voluisse huic soli Cainan duo nomina celebrare: adeóque pro hoc solo significationem tùm articuli græci τῶ, tùm verbi *fuit* ibi subintellecti, sicque genealogiæ seriem eoúsque vno eodemque tenore continuatam, illo loco disturbare.

2. FACIT II. Quòd Sept. Interpretes tribuunt vnicuique distinctas generationes, distinctósque annos, tùm quibus genuerunt, tùm quibus vixerunt. Friuolæ sunt igitur expositiones illæ.

2. Sent. II. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, Cainan illum verè quidem extitisse; non tamen esse recensendum in generationum serie: quia non fuerit filius Arphaxad, sed frater, nec pater Sale naturalis, sed legalis.

Ità Naclantus loco suprà notato sub 3. Modo præcedentis sententiæ, dicens, Sale potuisse filium esse, tùm ipsius Cainan, tùm ipsius Arphaxad, illius, scilicet Cainan, secundum legem, huius, scilicet Arphaxad, secundum naturam. Quam sententiam declarans, aduertit, etiamsi lex de patre legali, nõ nisi temporibus Moysis promulgata sit, Deut. 25. vers. 5. longè tamen ante, reipsa fuisse in vsu. Vnde Gen. 38. vers. 8. defuncto Her primogenito Iudæ sine liberis, iussum fuisse Onan fratrem eius ingredi ad relictam ab ipso Her, vt semen fratri defuncto suscitaret. Ità ergò contigisse in casu proposito vult Naclantus: nimirum, defuncto Cainan sine liberis, Arphaxad fratrem eius, ex relictâ ipsius Cainan, genuisse Sale. Sicque propriè & rigorosè dici in Gen. 1. Arphaxad genuisse Sale, impropriè autem apud S. Lucam Sale fuisse filium Cainan. Ità etiam censeri potest Scaliger, in Chronico Eusebij à se ... tradito: in quo nimirùm, pag. 9. init. sustulit Eusebij verba, quibus affirmatur Cainan genuisse Sale, & reliquit ea solum, quibus dicitur Arphaxad genuisse Cainan: hoc modo personam quidem Cainan relinquens, tollens tamen eius generationem.

SVB Hac Sententiâ reduci potest noua quædam opinio, nonnihil huic similis, quam in lucem emisit nouissimè Iacobus Ausoleus, in libello cui titulus, Melchisedech. Impress. Paris. (in 8.) anno 1622. à pag. 132. vbi postquàm distinctionem quandam fecit genealogiæ personalis, & genealogiæ temporalis siue chronologicæ, sic exponit difficultatem hanc, vt genealogia quam tradit S. Lucas in isto Cainan, vel etiam in reliquis, sit purè personalis: & propterea non debuerit S. Lucas prætermittere hunc Cainan, qui erat filius Arphaxad æquè ac ipse Sale, socerque eiusdem Sale, id est, apud hunc auctorem, qui (Cainan) duxerat vxorem Sale, priusquàm duceret eam ipse Sale, ex eàque gigneret Heber. Eadem vero genealogia, quæ traditur in Gen. & in 1. Paral. sit non tantum personalis, sed etiam temporalis, siue chronologica: & propterea genealogia hæc Gen. & Par. reiecerit eundem Cainan, quia mortuus fuerat antè Arphaxad suum patrẽ. Porrò postremam hanc opinionem ex professo non tractamus, quantùm saltem in hoc in quò differt ab aliis authoribus istius secũdæ sententiæ. Imprimis, quoniam singularis & inaudita est. Deinde, quoniam nihil eorum probat, quæ profert eo loco: (exceptâ morte Cainan antè mortem Arphaxad, quã habere est ex Interpr. Septuag.) proindéque sunt illa omnia merè gratis cõficta. Prçtereà, quoniam ex eiusmodi fundamentis non probatis, occasionem sumit eius auctor, inuehendi, profectò parum temperatè, contrà Salianum (virum aliàs grauem, doctum, & venerandum) quasi non solum non attenderit, aut attendere potuerit ad distinctionem illam duplicis genealogiæ, personalis, & chronologicæ, consequenter ad nouam quã proponit iste doctrinam; sed ne vel ad eam attendere per otium ipsi licuerit, propter nimiùm onerosam tot voluminum annalium suorum molem. Hos siquidem agendi modos aduersùs auctores commendabiles, & improbamus, & iis quorum interest, quique in viuis agunt, tanquam valentioribus, si visum fuerit ipsis, pleniùs eum suis fundamentis eliminandos relinquimus. Si nihilominùs noua hæc opinio habeat aliquid commune cum aliis auctoribus, vel cum istâ secundâ sententiâ, eô modo quô per nos proponetur, non prætermittemus illud, quantum in nobis est, vnà refutare post. Sed priùs dicamus, quomodò

Probat. PROBARI potest Hæc Sentẽtia, quodam argumento petito à simili, apud eundem S. Lucam. Nam initio genealogiæ

A Saluatoris, texit eam per patrem Iosephi, non naturalem, sed legalem. Cap. 3. à vers. 23. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat*, &c. Ibi enim *Heli* non fuisse patrem Ioseph naturalem, sed legalem infertur ex genealogia eiusdem Saluatoris habità apud S. Matthæum cap. 1. à vers. 15. *Matthan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de quâ natus est Iesus qui vocatur Christus.* Vbi *Iacob*, non Heli, traditur pater proximus Ioseph, adeóque Iacob pater naturalis, Heli pater legalis. Sic nimirùm tra-

B dunt Iustin. q. 131. & sequentib. præf. 133. ad gentes. Iulius Affricao. apud Euseb. & Eusebius cum sequens lib. 1. Hist. Eccles. cap. 6. S. Ambros. lib. 3. in Luc. cap. 3. S. Hieron. Commentar. in Matth. Nazianz. in carmine de genealogiâ Christi. August. lib. 2. Retractat. cap. 7. & 12. Damascen. 4. fid. 15. init. & orat. 3. de Natiuitate Virginis vers. med. Anselm. Bed. S. Th. (3. p. q. 31. art. 3.) & alij multi. Quod si S. Lucas id fecit in parentibus Christi proximioribus: cur non in elongatioribus? vel si initio texturæ genealogiæ Saluatoris: cur non in eius fine?

C Confirm. CONFIRMARI potest. Nam Christus Dominus tam apud S. Matthæum, quàm apud S. Lucam, recensetur in genealogiâ progenitorum vtrobique deductorum: & tamen illi fuerunt progenitores Ioseph, non autem B. Virginis, de quâ natus est Dominus. Sicut ergò assignantur quasi genitores Christi, qui tamen verè non fuerunt genitores eius: ità assignari potuerunt progenitores Ioseph, nimirùm Heli, & alij, & progenitores Sale, nimirùm Cainan, qui tamen non fuerunt tales.

D Reijcitur 2. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Id quod habet Torniellus ibidem: vbi postquàm dixit, Ingeniosa expositio, sed parum enodandæ difficultati apta: hæc subiungit. Siquidem manifestè repugnat textui Sept. Interpretum, qui Gen. 11. apertè dicit, quòd Arphaxad genuit Cainan, & Cainan genuit Sale. Ergò Arphaxad & Cainan non fuerunt fratres: sed pater & filius. Idem dic de Cainan & Sale contrà Iacobum Auzoleum. ergo non fuerunt fratres: sed pater & filius.

E Reijcitur 2. FACIT II. Id quod ibidem addit Torniellus Non est verum, inquit, Cainan fuisse mortuum sine prole, [illegible] idè textus conceptis verbis ait, Cainan, postquam genuit Sale, vixisse 330. annis, & genuisse filios ac filias. Sed aduersum hæc,

Instantia. INSTAT Auzoleus, textum Sept. Interpretum esse corruptum, etiam ex confessione Saliani, & aliorum. Quod intelligere potest ille author, in generationibus ætatis tum præcedentis, tùm præsentis, itemque in qui-

busdam specialibus huic loco proprijs, de quibus actum est sub 1. sententia, in responsione ad 5. argumentum.

Respons. RESPONDETVR. Si textum Sept. Interpretum esse corruptum, intelligatur de quibusdam, aut etiam plurimis locis, & præsertim de numeris, verum quidem id esse: sed nihil obstare præsenti quæstioni. Nunquid enim quia corruptus est in quibusdam locis, verbis, vel numeris: sequitur corruptum esse in omnibus & singulis? Ridicula sane foret ista consequentia. Siquidem valeret & ipsa pro codicibus Hebræis imò verò secundù aliquos, pro Vulgatis: quod tamè admittet nullus. Si verò textum Sept. Interpretum esse corruptû, intelligatur de toto hoc loco, falsum id esse: neque ab vllo mortali probari posse. Quinimò minùs omnium negare hoc debet Auzoleus, qui pag. 134. fin. mortuum facit Cainan ante Arphaxad suum patrem, quod tamen aliunde non habet, quàm à translatione Sept. Interpretum.

Replica. QVOD si replicetur, id probari satis: quoniam in Genes. & in 1. Paral. non habetur illa generatio.

1. Respons. RESPONDEBITVR 1. Ne hoc asseri posse piè. Siquidem dicendum erit similiter, textum S. Lucæ fuisse corruptum, & quod peius, vel S. Matthæum cap. 1. prætermittendo tres Regum generationes, vel libros Regum & Paral. eas tradendo, quas S. Matthęus non habet, errorem commisse. Procùl hæc blasphemia.

2. Respons. RESPONDEBITVR 2. Hanc replicam æquè pugnare aduersùs contrariam sententiam. Nam si propterea quòd generatio Cainan, non habetur in quibusdam Scripturæ locis, sequitur eam non esse admittendam, saltem quantùm ad qualitatem generantis, & consequenter ad annos quibus generarunt: sequetur pariter, ex eo quod neque persona Cainan habetur in illis, ipsam etiam non esse recipiendam, quantum ad suam existètiam. Sicque sequetur S. Lucam æquè vel errasse, vel corruptum fuisse, quoad personam Cainan, ac Sept. Interpr. quoad chronologiam. Neutrum enim tradunt Libri Gen. & Par. Debet ergò iuxtà hanc sententiam vtrumque negari, vel concedi: non autem ad libitum alterum concedi tantum, & alterum negari. Vnde non parùm miramur Auzoleum reijcere Sept. quoad chronologiam Cainan, non autem quoad personam: cum tamen vtramque non habent Libri Geneseos & Paralipomenon.

Reijcitur 3. FACIT III. Quòd omninò sit improbabile, S Lucam ibi prò solo hoc Cainan variasse significationem articuli τοῦ, seu verbi *fuit*, in eo subintellecti: adeóque seriem genealogiæ in illo solo disturbasse Nec est par de Heli & Iacob, prout ex professo demon-

strabitur in responsione ad argumentum.

Quare merito sic concludit Torniellus. Patet igitur tum Naclanti, tum aliorum expositiones, esse reijciendas & textum S. Lucæ simpliciter prout sonat esse intelligendum.

A I Arg. 2 Sent. AD ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respondetur exemplum illud nihil eam iuuare: potiùs destruere. Ostendi

Luc. 3. Qui fuit Heli, etc. poni ostensum 4. modis. potest per 4. modos exponendi textum S. Lucæ, qui erui possunt ex 3. quos habet in illum locū Barad. tom. 1. lib. 5. cap. 30. ferè per totum. Ad quorum tamen, omnium, vel aliquorum, intelligentiam, memorandum est prius, illa verba S. Lucæ, *Qui fuit Heli*, &c. referri posse & ad Ioseph, & ad Christum Dominum. Ad Ioseph, vt sit sensus, qui Ioseph fuit Heli. Ad Christum Dominum, vt sit sensus, qui Iesus fuit Heli. Probabilius autem referenda videri potius ad Christum Dominum. Quod inferre est duplici viâ. Prima, quæ est litteralis: quoniam in fine genealogiæ retrogradæ dicit S. Lucas, *qui fuit Dei*. Hoc autem quamuis S. Damasc. infra paulò referendus, exponat per relationem ad Adam: tamen litteraliter loquendo, non potest de Ioseph dici, sed tantùm de Christo Domino. Secunda, quæ conuenientiæ est, vt sicut S. Matthæus tradidit genealogiam Ioseph, per se & propriè, id est, per patrem, & sic ab Abraham per patres semper, siue à patribus in filios, non autem genealogiam Christi Domini, quippè qui non habuerit patrem: ità S. Lucas tradiderit genealogiam Christi Domini, per se & propriè, non quidem per patrem, vt qui nullum habuerit, sed eò modo qui potuit, id est, per matrem. Sed tamen rursus quoniam non solet in Scripturis genealogiæ tradi per fœminas: ideo non matrem eius memorauerit, sed patrem matris, & ab eo similiter per patres semper, quamuis ordine retrogrado, siue à filijs ad patres. Itaque hoc exemplum non iuuare sententiam illam, ostendi potest quadruplici modo, seorsim, vel simul, locum illum exponendi, quem eruere licet ex dictis Baradij loco pranotato. Scilicet,

1. Modus exponendi. Primus Modus exponendi locum illum est hic: ex Iulio Affricano apud Euseb. lib. 1. Hist. Eccles. cap. 6. quem notant plerique omnes 7. Itemque ex S. Augustino lib. 2. Retract. cap. 7. Iacob & Heli (Heli idem aliàs qui Heliacim, & Ioachim) fuerunt fratres ex matre tantum, non autem ex patre. Fuerunt enim eiusdem vteri & matris filij, quam Affricanus ibidem, & Naz. in carmine, vocant Estham. Hæc duobus viris nupsit, scilicet Mathat, qui fuit pater Heli, & Mathan qui fuit pater Iacob. Itaque S. Lucas auos Heli & Mathat eius patris, S. autem Matthæus auos Iacob & Mathan eius genitoris, qui alij ac diuersi sunt, recenset. Clariori modo dicatur, vtrumque Euangelistam recensere prosapiam Ioseph: sed B. Matthæum per patrem, B. autem Lucam per patruum, siue per fratrem patris vterinum. Adde, per patruum autem, quia forsan cum Scripturæ non soleant recensere genealogias per fœminas, ideóque non posset collateralis genealogia Ioseph recenseri per auam, aut per aliquam similem: proptereà tradiderit eam per patris fratrem.

B

2. Modus exponendi. Secundus Modus exponendi locum illum, est hic: ex S. Augustino lib. 3 contrà Faust. Manich. cap. 3. Ioseph duos habuit patres: alterum naturâ, alterum adoptione. Sed tamen addendum est ex priori modo, qui simul essent fratres: ijdem nimirùm vterini. Neque enim sensus ille de patre, altero naturâ, altero adoptione, sumitur quocumque adoptionis genere apud S. Augustinum. Sic enim ille semetipsum explicat lib. 2. Retract. cap. 7. prout etiam præmissum habetur per modum præfationis lib. 1. contra Faust. in Impress. Colon. Agripp. an. 1616. (tom. 6.)

C

S. Aug. *In libro*, inquit, *tertio* (contrà Faust.) *cum solueremus quæstionem, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph: dixi quidem, quòd ex alio natus, ab alio fuerit adoptatus. Sed genus quoque adoptionis dicere debui; sic enim sonat quod dixi, tanquam eum viuus adoptauerit alius pater. Lex autem* (Deut. 25.) *filios etiam mortuis adoptabat, iubens vt fratris sine filijs mortui, duceret frater vxorem, & fratri defuncto semen ex eadem suscitaret, quæ profectò de duobus vnius hominis patribus expeditior ibi redditur ratio. Vterini autem fratres fuerunt, in quibus hoc contigit, vt vnius defuncti qui vocabatur Heli, duceret alter vxorem, id est Iacob, à quô* (Iacob) *Matthæus narrat genitum esse Ioseph: sed vterino fratri suo eum genuit, cuius filium Lucas dicit fuisse Ioseph, non vtique genitum, sed ex lege adoptiuum. Hoc in eorum litteris inuentum est, qui recenti memoriâ post Ascensionem Domini de hac re scripserunt. Nam etiam nomen eiusdem mulieris, quæ peperit Iacob patrem Ioseph de priore marito Mathan, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph, secundum Matthæum, & de priore marito Melchi* (forsan hoc alio nomine vocaro præter nomen Mathat) *peperit Heli, cuius erat adoptiuus Ioseph, non tacuit Affricanus. Quod quidem* (hoc postremum intellige) *cùm Fausto responderem, nondùm legeram: sed tamen per adoptionem potuisse contingere, vt vnus homo duos haberet patres, dubitare non poteram.* Hæc S. Augustinus. Quem etiam vide cap. 12.

D

E

3. Modus exponendi. Tertius Modus exponendi locum illum est hic: ex ipsomet Baradio infrà. Verissimile est Matthæum asserere Iacob fuisse patrem Ioseph, Lucam autem Heli fuisse auum Christi: nimirùm per matrem. Vero enim

ſimile eſt Matthæum Ioſephi, Lucam Deiparæ, maiores numerare. Id quod multi noſtri ſæculi ſcriptores (apud Barad. relati) cenſuerunt. Vnde iuxtà hanc probabilem ſententiam, Matthæus Ioſephi ex Dauide per Salomonem, Lucas virginis intemeratæ ex eodem Dauide per Nathanum, genealogiam ad Chriſtum vſque deduxit. Suntque illa verba Lucæ hoc pactô explananda. Chriſtus *putabatur filius Ioſeph, qui*, ſcilicet Chriſtus, *fuit Heli*, ſcilicet nepos (per matrem) Quia enim patre Chriſtus carebat, ad eius auum Euangeliſta tranſiit. Addendum, & quia genealogię non ſolent à Scripturâ texi per fœminas: properea ſimiliter ad matris patrem tranſiit. Fuit autem auus Chriſti, virginis pater Ioachim, qui Heli etiam dicitur.

**4 Modus exponendi** Quartus Modus exponendi locum illum, eſt hic: ex eodem Barad. ibidem. Veriſſimile eſt etiam Matthæum aſſerere Iacob fuiſſe patrem Ioſeph, Lucam autem Heli fuiſſe patrem, id eſt, ſocerũ, Ioſephi: quia nempe fuit pater vxoris ipſius. Aliter, inquit Baradius, relatiuum *qui* referre Ioſephum poteſt hoc modo, *qui*, id eſt, Ioſeph, *fuit Heli* gener, vel filius; gener enim filius ſoceri dici ſolet.

His poſitis, S. Lucas dicens, *qui fuit Heli* & c. tradidit vel directè genealogiam Chriſti Domini Redemptoris, nimirùm Heli tanquam patrem matris eius: vel indirectè genealogiam Ioſephi, mariti ſuæ matris, nimirùm per Heli tãquam eius patruum, vel eius patrem legalem, vel eius ſocerum. Si directè genealogiam Chriſti: manifeſtum eſt nullum hic habere locum rationem duorum patrum legalium. Et tamen probabilior videtur, exnotatis ſuperiùs, illa ſententia, quâ dicatur S. Lucam ibi tradere directe genealogiam Chriſti Domini per ſuam matrem, ſiue per Heli tanquam matris patrem. Sed eſto, propter tot auctores, tradiderit etiam indirectè genealogiam Ioſephi: ſecundùm hanc, Ioſeph fuit conſanguineus vel affinis Heli, altero vel omnibus ex modis iſtis tribus: nimirum, vel tanquam nepos eius ex fratre vterino: vel tanquam etiam filius eius (legaliter) adoptiuus ex eodem fratre: vel denique tanquam gener qui vxorem duxerat filiam eius. Primo & tertio modo, dici non poteſt exemplum eſſe ſimile de Cainan. Secundo modo, poteſt quidem id aliquo ſenſu dici: ſed non probari: præſertim, cum illa ratio adoptionis, ſupponat priùs alterã rationem conſanguinitatis, quam ſupra docuit S. Auguſtinus. Verùm, quôuis modo dicatur exemplum eſſe ſimile, nihil facit pro ſecundâ hac ſententiâ, ſed potius illam deſtruit: quoniam in illo loco diuerſa prorsùs à Capite texitur genealogia, nõ autem in iſto. Vnde mirum non eſt vtrobique ſenſum eſſe longè diuerſum. Atque itâ meritò ſubiungit Baradius In duabus genealogijs videlicet apud S. Matthæum, & apud S. Lucam diuerſos eſſe progenitores. Siquidem diuerſi ſunt Ioſephi patres, vnus naturalis, alter legalis. vel diuerſæ ſunt genealogiæ, altera Ioſephi, altera Ioachimi virginis deiparæ patris. Quibus addendum, maioris explicationis gratiâ, vel diuerſæ Ioſephi conſanguinitates, altera directa per proprium patrem altera collateralis per patruum vterinum: conſequenter rursùm quædam conſanguinitas & affinitas per B. Virginem vxorem ductam, omnes de cætero deductę per Euangeliſtam, vt oſtenderetur Ioſephum & B. Virginem, tot modis è ſtirpe regia ſuam eſſe ſortiros originem. Propter hæc ergo deducendæ fuerunt ibi diuerſæ genealogiæ proindéque diuerſa genealogiarum Capita. At hoc loco in quô agitur de Cainan, nihil quicquam tale. Nam vna eademque ſolùm genealogia texitur. Eſt ergò prorsus improbabile, in eam texendo, ſenſum ab vno modo generationis, qui eſt naturalis, ad alterum, qui vel legalis eſſet, vel alterius generis, & pro vnico tantùm homine, fuiſſe variatum.

**Declaratur Reſponſio.** Pleniùs explanari poteſt hæc reſponſio. Nam ſicut S. Matthæus, itâ genealogiam Chriſti Domini tradit, vt incipiens à capite quodam, procedat ordine recto, deſcendendo à patribus ad filios: itâ S. Lucas ſic eam tradit, vt incipiens à capite quodam, procedat ordine retrogrado, aſcendendo à filijs ad patres. Sicut ergò in nullâ perſonâ S. Matthæus variat generationes, vel generationum modos, patrum in filios: ita par eſt in nullâ perſonâ S. Lucam variare generationes, vel generationum modos, filiorum in patres. Quod autem initio varia primum capita generationũ aſſumpſerint S. Matthæus & S Lucas, nihil obeſt rectæ generationum ſeriei: maxime verò cùm vterque conueniat in capite & in membris, ab Abraham ad Dauidem. Sicut ergò rurſus ſimiles ſunt prorſus S. Matthæus & S. Lucas, in generationibus ab Abraham ad Dauidem, ille ordine recto, iſte ordine retrogrado: itâ par eſt S. Lucam eundem ſeruaſſe tenorem, in generationibus ab Abraham ad Adamum ordine retrogrado, ſeu, quod idem eſt, ab Adam ad Abraham ordine recto: quidquid verò proferatur aliter, aſſeri gratis & abſque vero fundamento. Nam, vt ſemel paucis verbis nodum difficultatis & diuerſitatis attingamus, conſequentia non valet a diuerſitate capitum generationum, ſeu genealogiarum, apud diuerſos auctores, vt S. Matthæum & S. Lucam, ad diuerſitatem generationum, ſeu generationis alicuius modum, apud vnicum eundémque auctorem, nimirum S. Lucam. maximè cùm non ſolum vnicus ille idemque auctor S. Lucas, ſed & alius alter S.

Matthæus, in membris capitum concordent semper, in hoc quod est vnicum tradere generationis modum, videlicet naturalem patrum & filiorum adinuicē collatorum. Quare quidquid fingit Auzoleus de sua genealogia personali & temporali intra rectam generationum seriem patrum in filios, sequitur fictum esse hoc loco prorsùs, & ad ipsius libitum. Neque etiam valet argumentum à simili, nisi aliàs habeat aliquod probans fundamentum: nullatenus autem quando non solùm caret tali fundamento, sed insuper quando reperit aliquod sibi formaliter contrarium.

Confirmatur Declaratio.

Confirmatur. Nam aliàs idem poterit fingi, de pluribus viris, quos recenset S. Lucas in illâ genealogia, vel collaterali Ioseph per patruum, vel directâ Christi Domini per matrem, seu matris patrem & auum &c. videlicet, ab Heli ad Nathan Dauidis filium. Eos enim Scriptura sacra prætermisit, vel si liceat Auzolei verbis vti, proiecit? At hoc quam gratuita fictum imaginatione fuerit, quis nisi cæcus non videbit?

Confirm. Responsio. S. Iustin.

CONFIRMATVR prorsùs, ab auctoritate Patrum. Vt S. Iustini q. 131. ad Gentes. Nam imprimis in solutione quæstionis illius hæc habet de genealogiâ Heli, siue Ioachim vsque ad Dauid. *In genealogiâ Lucæ solus Eli legitimus* (id est legalis apud Iustinum) *est Iosephi pater. Ab Eli autem ad Nathan vsque, qui ordine recensentur omnes, naturales eorum qui illis subiunguntur sunt filij. Qui quidem eâ quam Eli obtinet ad Ioseph necessitudine Iosephi solius legitimi* (id est legales) *cæterorum verò omnium naturales habentur aui.* Sic ibi. Ex quibus vel iam licet argumentari. Si vsque ad Dauid: ergò similiter vsque ad Adam; nulla namque ratio diuersitatis potest assignari. Sed vt hæc consequentia pateat certa: imò verò hæc sententia per Iustinum affirmata: sic habet ipse q. 133. *Si ea quæ dicta est constitutio* (scilicet, de ducendis vxoribus fratrum sine liberis defunctorum) *antè Dauidis tempora Israëlitis est promulgata: quomodò Euangelista Matthæus naturalium patrum antè & post Dauidem meminit, Lucas verò antè Dauidem naturales, post Dauidem legitimos* (id est legales Ioseph) *nominat patres?* Et in solutione quæstionis. *Et Lucas ipse naturalium patrum Eli mentionem fecit, & qui antè & post Dauidem fuère.* Ecce dicit B. Lucam tradidisse omnes patres naturales Eli antè Dauidem, suo scilicet æquè modo ac B. Matthæus fecit. Sicut ergò B. Matthæus tradidit illos omnes à patribus in filios ab Abraham ad Dauidem: ità B. Lucas omnes à filijs in patres vsque ad Adam. Item, ab auctoritate S. Damasceni orat. 3. de Natiuitate B. Mariæ virginis, versùs med. ex quodam authore antiquo quem non nominat, Affricanum putat Scholion in illum locum. Sic igitur ex auctore illo antiquo loquitur S. Damascenus. *Atque hoc verbum, genuit, in hac liberorum procreatione ad extremum vsque subtexuit, per analysim sursùm ascendens vsque ad Adam, qui fuit Dei.* Quid clarius?

S. Damasc.

VRGEBIS. Luc. 3. vers. 27. *Qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel.* Ibi à diuersâ licet genealogiâ, fit transitus ad personas quasdam alterius genealogiæ. Nam Matth. 1. vers. 12. *Salathiel autem genuit Zorobabel.* Cur ergo hoc loco, ab vnâ genealogiâ non fuerit factus transitus ad aliam, seu ad aliquam personam alterius, nimirùm ad Cainan?

RESPONDETVR. Ex Barad. ibidem. Zorobabelem ac Salathielem, quos S. Lucas commemorat, diuersos ab iis esse, quorum meminit S. Matthæus. Solent enim eodem nomine diuersi homines nominari; ideóque Matthæo, Salathiel, filius Iechoniæ dicitur eodem versu 12. *& post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel:* Salathiel vero Lucæ, Neri filius appellatur, eodem versu 27. *Qui fuit Salathiel, qui fuit Neri.* Non ergò fit ibi transitus ad aliam genealogiam, seu ad personas alterius.

3. & verior Sent. Cainan recensendus in serie.

III. SENTENTIA CAPITALIS & verior. Dicit, & Cainan illum verè extitisse, & esse recensendum in generationum serie; quia fuerit verus & propriè dictus filius Arphaxad, & pater Sale.

Ità Patres notati contrà 1. sententiam, 2. eius modum. Euseb. Epiphan. Aug. Niceph. Constantinop. & in eum Contius, & Chronic. Alexandr. Ità ex minùs antiquis Marian. Scot. in Chron. Georgius Syncellus apud Scalig. Lipoman. in Caten. in Genes. Melchior Canus in locis Theolog. Sigon. in Seuer. Sulpit. ex parte Caiet. in 3. Luc. Tolet. in 3. Luc. Ribera prælud. 2. in Prophet. num. 5. ex parte Genebrard. suprà. Ex parte item Perer. lib. 16. disp. 12. seu num. 182 pag. 461. col. 2. fin. affirmanter autem lib. 11. in Dan. q. 5. seu Impress. Lugd. (in 8.) anno 1602 pag. 682. Item, Bellarminus in suâ Chronolog. habitâ tom. operum ipsius 7. Impress. Colon. Agripp. (in fol.) 1617. Delrio, & Emanuel Sa in Gen. 11. Salmeron tom. 3. tract. 28. versus fin. Raderus in Chronic. Alex. num. 8. Lauretius lib 7. Doctrinæ temporum cap. 17. Barad. supra cap. 29. Gordon. cap. 5. ad Period. 2. num. 6. Torniell. an. 1694. vitiosè not. 1964. num. 2. seu pag. 119. & 1957. num. 5. Samerius in opusculo cui titulus Sacra Chronologia &c. Impress. Antuerp. (in fol.) an. 1608. pag. 6. & 52. Sebastianus Verronius lib. 2. Chronolog. cap. 12. & Salianus an. 1694. à num. 1.

Probat.

PROBATVR Hæc Sententia tribus argumentis.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM ipsumque in-

uictiſſimum. Petitur ab Euangelio S. Lucæ. Hoc enim Euangelium id tradit ità clarè, iuxtà ſeriem ſuæ narrationis: vt abſque dubio ſit, Cainan in eo intelligendum eſſe verum filium Arphaxad, & verum patrem Sale. Porrò, de libri illius authoritate canonicà, conſtat apud omnes. De veritate autem loci iſtius nulli non conſtare debet. Etenim, vllum errorem admittere in libro canonico, eſſet totam eius authoritatem eneruare. Cæterùm, ſi quæ afferuntur contrà hæc argumenta, videbuntur paulò infrà in obiectionibus.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. Petitur à tranſlatione Septuaginta Interpretum. Hæc enim id etiam aſſerit ità clarè, nec vno ſolum in loco: vt abſque vllo dubio ſit, Cainan in eâ reperiri verum filium Arphaxad, verumque patrem Sale. Porrò de tranſlationis illius authoritate in huiuſmodi materiis hiſtoricis, maximè vbi non contrariantur Editioni Vulgatæ, potiùs aliquam ei lucem afferũt, dictum eſt ſatis §. 2. & 3. Ipſam autem afferre lucem aliquam Euangelio S. Lucæ circa hũc Cainan, nulli pariter dubium eſſe debet. Vnde multi authorum huius ſententiæ, inde argumentum petunt, pro veritate tùm huius hiſtoriæ, tùm tranſlationis Septuaginta hoc loco, quòd S. Lucas generationem Cainan habeat in ſuo Euangelio.

3. Arg.

III. ARGVMENTVM. Petitur *à Nationibus ortis ab ipſo Cainan.* Nam Euſeb. lib. 1. Chron. S. Epiph. in Ancorat. & Chronic. Alexand. dicunt ab iſto Cainan ortos fuiſſe Gaſphenos. Sed vbi gentium illi habitent, non reperio, ait Salian. an. 1931. num. 97. ſeu pag. 348. fin. vbi etiam in huius argumenti confirmationem hæc addit. Sed præſto eſt Cainas Indiæ fluuius, cuius eum facimus accolam, ſi placet, & ſine cuiuſquam iniuriâ. Is ſe in Gangem exonerat, vt ait Plin. lib. 6. cap. 17. Vide Theſaurũ Geographicum Ortelij, & fortè ſunt Caiani apud Epiph. in Ancorato. Hæc ille. Porrò,

Vnde Sept. habuerint hunc Cainan.

QVÆRI poteſt, Quantùm ad Septuaginta Interpretes, vndenam compertam habuerint illam generationem?

Caietanus, Toletus, ex parte Torniellus, & denique Gordonus, opinantur olim eam fuiſſe in textu Hebræo, & à Septuaginta conuerſam eſſe in Græcum: nunc autem non legi vitio ſcriptorum: idemque opinantur de Vulgatâ.

Suadent Toletus, & Torniellus, 1. Quòd non ſit credibile, Septuaginta non ſolùm numeraſſe Cainan, ſed etiam annos vitæ eius, ſi non legiſſent in Hebræo.

2. Quod minus ſit periculi dicere, exemplaria Hebraica eà in parte non haberi perfecta, quàm aſſerere in Euangelio errorem ſiue mendacium, vel minimum reperiri.

Lipomanus autem, & Canus, & ex parte idem Torniellus, opinantur probabilius, Septuaginta Interpretes id compertum habuiſſe, vel ex hiſtoriis fide dignis, vel ex certa maiorum traditione.

Probari poteſt à multis ſimilibus. Vt 1. Ab expoſitione loci Exod. 12. verſ. 40. De habitatione filiorum Iſraël in Ægypto, de quâ dicetur ſub Periodo ſequenti. Item, à Loco Gen. 46. à verſ. 8. ſeu verſ. 27. & Exod. 1. verſ. 4. de 75. animabus, de quibus actum fuit obiter ſuprà, agetur expreſſius infrà.

2. A conuenientiâ. Quòd credibile ſit eos habuiſſe quaſdam hiſtorias vel traditiones certas: ſicut habuit auctor librorum Paral. ex quibus deſumpſit ſuas: & ſicut S. Matthæus, & S. Lucas, ex quibus deſumpſerunt nomina tot auorum Ioſeph (de quibus dicetur mox ex S. Iuſtino) & denique ſicut B. Paulus, ex quibus habuit illa nomina Magorum, qui Exod. 7. verſ. 11. reſiſtebant Moyſi: quæque nullibi tradita, nihilominus expreſſit 2. Timoth. 3. verſ. 8. *Ioannes & Mambres*, alias Iamnes & Mambre: confirmat Genebrardus pag. 66. è mediis antiquitatum Hebraicarum hiſtoriis ſumpta, eoquòd habeantur in Talmudica Guemarâ cap. Col. Cotbanoth Hatſibbur, & apud R. Nathan in Baal Haruc.

Ad 1. Probationem Toleti. Reſpondetur, non eſſe opus id extitiſſe in textu Hebraico: ſed ſatis eſſe quod compertum fuerit, vel ex hiſtoriis fide dignis, vel ex certâ maiorum traditione.

Ad 2. Reſpondet Salianus, in ſchol. an. 1694. mediam dari viam, quæ neque Hebræos codices diminutos facit: neque Græcos, aut Latinos, mendaces vel redundantes.

QVÆRI etiam poteſt. Quàntùm ad S. Lucam: vndenam compertam habuerit illam generationem? — Vnde S. Lucas habuerit hunc Cainan.

Reſpondetur. S. Lucam habuiſſe generationem illam, ex tranſlatione Septuaginta Interpretum, eſſe manifeſtum ex nominibus patrum, quæ refert iiſdem prorſus modis, quibus referunt Septuaginta, ſæpiùs diuerſis quoad prolationem ab Hebræo, & Vulgatâ. Amplius tamen dici poteſt, eum etiam habuiſſe illam ex hiſtoriis, ex quibus habuit genealogiam quam tradit, ſiue legalem Chriſti Domini, ſiue naturalem B. Virginis, cuius generationum tot nomina nullibi reperire eſt, neque in Hebræo, neque in Septuaginta, neque in Vulgatâ.

Sic enim S. Iuſtinus q. 133. ad Gentes, in illâ quæſtione habet. *Si nomina naturalium, & legitimorum* (id eſt, legalium) *patrum poſt exilium Babylonis omninò in ſacris non reperiuntur relicta litteris, ſed per enuntiationem ab Euangeliſtis ſcripta ſunt, quomodò ea quæ ſic per* — S. Iuſtin.

*enuntiationem recensita sint, ... omnibus accuratius rem inquirentibus approbari poterunt?* & in solutione quæstionis, *Non enuntiatione usi Euangelistæ, sed historiarum scriptarum auctoritate nixi, nominibus progenitorum Christi commemorandis nomenclaturam genealogiæ instituerunt. Ebræi namque fuere, ex Ebræis orti genealogiarum scriptores S. Euangelistæ. quibus singulare fuit studium ex scripturis conscriptum regiæ & Israëliticæ tribus genealogiæ ... recitatorum. Post reditum certè ... è Babylone, Esdras quos in cathalogo genealogiæ sacerdotum recenseri non inuenit, eos à sacerdotalibus muneribus amouit. Atque hoc ex libro Paralipomenon patet.* Sic ille. Vbi per libros Paralipomenon videtur etiā intelligere libros Esdræ. Hoc enim habetur in eius lib. 1. cā. 1. à vs. 59. & lib. 3 cap. 5. à vs. 36. Ergo ex libris illis historicis tam Septuag. Interpretes quā B. Lucas, notitiam huius Cainan, sicut tot aliorum B. Matthæus, idemque B. Lucas, habuerunt.

Cæterum, videtur etiam simul dicendum, S. Lucam ex diuinā reuelatione habuisse notum, & Historias illas, & translationem Septuaginta Interpretum, quantùm ad ea quæ tradit ipse, consequenter quantùm ad hunc Cainan, esse veras.

Obiect. OBIICITVR contrà hanc Sententiam I. Hebræos textus, Chald. Editionem Vulg. lat. S. Hieron. Iosephum, Theophilum, Berosum, & Chronologias Iudaicas, non habere generationem illam Cainan. Vnde, vel mendosa sunt illa omnia volumina, si mutila: vel potiùs, Græca Septuaginta, & S. Lucæ, superfluunt. Quò vide Perer. lib. 16. Disp. 11. à num. 174. seu pag. 460. col. 2. post-med. fusius sibi suadens, ferè incredibile Moysem aut generationem istam ignorasse, aut si non ignorauit, non tradidisse, vel illam causam assignari aut si quæ assignatur, rationabilem non esse, cur omiserit; ideòque dicens cum Bedā, se non posse id perscrutari.

Respons. RESPONDETVR. Imprimis in genere, argumentationem eiusmodi nullam esse, quæ procedit à negatiuā secūdum quid, ad negatiuam simpliciter. Alioqui, quoniam Euangelistarum aliqui omittunt nonnulla, quæ supplentur ab aliis Euangelistis, & nonnulli Scripturę libri permulta quæ continentur in aliis: isti, vel illi essent repudiādi. Exempla sint in nostrā materiā. S. Matthæus dicēs, cap. 1. vers. 8. *Ioram autem genuit Oziam*, omittit 3. generationes, nimirum *Ochoziam*, *Ioas*, & *Amasiam*, quas reperire est 4. Reg. à cap. 8. vers. 16. ad cap. 15. & 2. Par. à cap. 22. vers. 1. ad cap. 26. Item, B. Ioannes Euangelista Apoc. 7. à vers. 5. recensens tribus filiorum Israel, omittit tribum *Dan*, quam tamen reperire est in aliis libris, vt Numer. 1. vers. 12. In libris Iosue, Iudicum, & alibi sæpe. Et quid mirum est, etiamsi dicat S. Matthæus vers. 17. *Omnes itaque generationes & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes 14.* dicat, inquam, omnes esse 14. vbi sunt 17. & S. Ioan. vers. 4. *Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel*, dicat, *omni*, vbi tamen deficit vna. Scilicet, quia per *omnes*, intelligunt omnes, non absolutè, sed quas ipsi recensent. Non ergò valet hæc argumentatio: Textus Hebræus, Chaldaica Paraphrasis, Vulgat. & Lat. S. Hieron. non habent generationem illam: ergo non est admittenda. Nam si libri illi non habent eam, alij libri habent, vt S. Lucas, & translatio Septuaginta. Siquidem expressa loquela vel solius Euangelij S. Lucæ, sed & translatio Septuag. ab eo confirmata, præponderât silentio quorumcunque librorum. Vnde Salian. an. 1694. num. 6. De omnibus, inquit, dico afferri tantùm authoritatem negantem, imò merum silentium: cùm nos aientem producamus, vtique ad probandum firmiorem. Et Gordon. n. 6. Cùm tota difficultas huius quæstionis sita sit in conflictu duarum authoritatum in specie pugnātium: illa tamen quæ facit contra Cainan, sumpta ab Editione Hebraicā, & Vulgatā, solùm est negatiua; qui modus arguendi ab authoritate, non solet esse efficax, & præsertim in rē genealogicā: cùm videamus ac fateamur omnes, in simili materiā & narratione, aliquas in Scripturis prætermissas esse generationes, vt à Matth. in 2. thessetadecade. Subdit Salianus, in schol. an. 2053. Dictus, si omissus est (Cainan) in Biblijs Hebraïcis, & Latinis, & Chaldæā Paraphrasi, suppletum esse in omnibus Græcis Biblijs, quæ diutissimè in Ecclesiā Dei summam authoritatem obtinuerunt: & constanter in omnibus repeiri, tam recentibus, quàm antiquis, tā in Genesi, quàm in 1. Paral. (Adde, & in S. Lucā). & infrà. At (obijcitur) plerique omittunt Cainan ex veteribus. Sed (Respondetur) multò plures retinent eum tam Græci quàm Latini patres, & propemodùm omnes ante S. Hieronymum.

Deinde in specie, Ratio siue conuenientia reddi potest aliqua singulorum, cur non habeant generationem illam. Et Moyses quidem in Hebræo non memorauit eam, quia statuerat à Noë ad Abraham 10. generationum gradus duntaxàt recensere, sicut fuerāt 10. ab Adamo ad Noë. Neque verò mirum est magis Moysem recensuisse generationes huius Periodi per decadem, sicut fecit & generationes præcedentis, ob idque omisisse generationem vnam: quam S. Matthæum generationes ab Abraham ad Christum, per tres tesseradecades, ob idque omisisse generationes tres: & S. Ioann. tribus Israel per duodenarium, ob idque omisisse tribum

vnam. Si enim tres generationes vno in loco, & vna tribus in alio, sine culpâ omittuntur: cur non vna generatio in isto? Aliam sed mysticam subdit rationem Torniellus, dicens: potuit Spiritussanctus primù quidem, siue ob aliquod grande peccatum ipsius Cainan, siue mysticâ aliquâ de causâ nobis adhuc ignotâ, Moysis mentem permouisse, vt in hac generationum serie Cainan consultò præteriret.

Hoc autem semel stabilito, mirum etiam non esse debet Paraphr. Chald. Edit. Vulg. & Lat. S. Hieron. non habere generationem illam. Siquidem versiones eiusmodi voluerunt, quod in Hebræo repererunt, fideliter repræsentare. Septuaginta autem meritò eam generationem non prætermiserũt: tùm quia non attendebant ad numerum illum denarium, sed statuerant exactum catalogum omnium omninò generationum ponere: tùm quia, vt S. Augustinus nos docebat 15. ciu. 23. non agebant duntaxat Interpretes, sed & Paraphrastes, & Prophetas: vnde Spiritu sancto suggerente, generationem illam repræsentarunt; sicut quando dixerunt 75. animas descendisse in Ægyptum, vbi Moyses dixit tantummodò 70. non attenderunt ad solas animas quas Moyses nominauit: sed ad 5. alias quas ipsimet ideò expressè nominarunt.

S. Lucas similiter non debuit illam generationem omittere: tùm quia neque attendebat ad eiusmodi numerum denarium: sed statuerat pariter exactum catalogum omnium generationum ponere: tum quia sequebatur Septuaginta Interpretes, proptereáque debuit ponere, quod apud eos legebatur, & quod sciebat veritati consentaneum esse: atque ita eodem Spiritu sancto dictante, confirmauit id quod tradiderant Interpretes Septuaginta.

Denique, Berosus, Iosephus, Theophilus, Chronologiæ Iudaicæ, & si qui alii generation[illegible] non [illegible] ciunt, et [illegible] in reliquis sequentes Septuaginta; quia numero denario Moyse tradito attenderunt. Contra verò reliqui Patres eam conseruarunt; quia non illi numero, sed generationibus omnibus iuxtà translationem Sept. & S. Lucam attenderunt.

Non omittendum, quod monet Salian. posteriori loco. Dicimus, inquit, Moysem non merum chronologum aut historicum agere, sed prophetam, ex diuinâ inspiratione scribentem, vt & cæteros scriptores sacros, vt docet S. Aug. 16 ciu. 2. Multa alioqui desiderari possent. Itaque neque mutilum dicimus Moysem, neq; S. Lucam superfluum, nô magis quam S. Matthæum in 1. cap. mutilum, & scriptorem Libri Regum (adde & Paral.) superfluum: sed istum historiam, illum mysterium, secutum putamus. Eademque propè est ratio Euangelistarum, quorum alij ab aliis omissa suppleuerunt, Ioannes Marcum, Septuaginta Moysem. Hæc ille.

INSTABIS. S. Aug. 15. ciu. 3. scribit originali potius Scripturæ, quam translationi credendum esse.

RESPONDET Salianus ibidem. Sed ipse idem (S. Aug.) fatetur Septuaginta, non solùm Interpretes agere, sed prophetas. Adde, S. Aug. id dicere, vbi solum non posset vtrumque conciliari. vide quæ dicta sunt §. 2. & 3. Pergit Salianus. Itaque, Prophetæ à Deo inspirati, tradiderunt Cainan, eaque in re digni sunt fide. Adde, S. Lucam vt Dei Euangelistam idem præstitisse: adeóque in hoc rursùs Septuaginta Interpretum veritatem confirmatam esse.

OBIICITVR II. S. Ireneum patrem antiquissimum lib. 3. cap. 33. init. dicere. *Propter hoc Lucas genealogiam quæ est à generatione Domini nostri, vsque ad Adam, septuagintaduas generationes habere ostendit, finem coniungens initio, & significans quoniam ipse est qui omnes gentes exinde ad Adam dispersas, & vniuersas linguas, & generationem hominum, cum ipso Adam, in semetipso recapitulatus est.* Ecce, S. Ireneus ponit ex S. Lucâ septuagintaduas tantùm generationes: cùm tamen in Biblijs quæ nunc extant, habeantur 74. seclusis Christo domino, & hoc secundo Cainan: proindéque 76. vtroque incluso. Signum quòd tempore suo, Cainan ille non extabat in Euangelio S. Lucæ. 1 Obiect.

RESPONDETVR. Imprimis, S. Ireneum ibi noluisse exactè tradere generationes habitas apud S. Lucam. Alioqui enim, si hunc Cainan omisisse dicendus est, non hunc solum, sed alios etiam omisit. Neque hoc est in eo singulare: sed etiam reperitur in S. Ambrosio, qui lib. [illegible] in Luc. dicit S. Matthæum enumerasse ab Abraham, ad Christum, generationes 42. & S. Lucam 50: cùm tamen apud S. Lucam sint 55. vel numeratis extremis 56. Sic ergo S. Ireneus non putauit eas accuratè sibi esse numerandas. Deinde, quòd potius dixerit 72. quàm 74. vel 76. id fecit per respectum ad linguas, quæ communiter dicuntur fuisse 72. quod tamen est incertum prorsùs, vt tradunt omnes expositores in locũ Geneseos, in quô agitur de confusione siue distinctione linguarum. Forsitan etiam id fecit, quia numerus ille commendatur in alijs rebus, vt in 72. Interpretibus, in 72. Discipulis &c. Vtut sit, certum est eum nihil aliud voluisse per numerum illum, nisi designare vniuersitatem, prout videre est ex discursu, necnon expressis eius verbis. Amplius, esto voluerit dicere tantùm 72 vndenam haberi poterit eum exclusisse potius hunc Cainan, quam aliquos alios; nã & alios Respons.

omisit?

omitt? Denique, esto excusemus hunc Cainan (quod tamen non concedimus) ad puris inde sequetur, cum habuisse codices Euangelij, deficientes in huiusmodi generationibus. Atenimuerò si contendendum sit, quinam potius fuerint incorrupti, codices quos ille habuerit: an codices quos habuerunt tot alij, quique semper abinde & nunc extare cunt; certe satius est dicere, codices eius defecisse quam reliquos omnes: præsertim temporibus illis, quibus ars typographica non vigebat. Vnde non est quod vrgeatur, S. Ireneum præsumendum esse, tanquam qui fuerit vicinior Apostolis, habuisse codices Euangelij magis sanos, quam habuerint reliqui patres. Non enim impedit vicinitas illa, quin codices quos ille habuit, fuerint minus sani, quàm codices quos habuerunt alij. Simili modo solui possunt nonnulla, quæ prætenduntur ex similibus quorundam antiquorum auctoritatibus. Sed hæc sint satis.

3. Obiect. OBIICITVR. III. apud Pererium lib. 16. Disp. 11. seu num. 172. Illud certè nullomodò fieri potuit, vt quô tempore Cainan genitus est ab Arphaxad, eodem ipse tempore generaret filium suū Sale. Atenim secundùm scripturam Hebraieam, Arphaxad cùm esset 35. annorum, genuit Sale. Secundùm verò translationem Septuaginta Interpr. eô ipso tempore Arphaxad genuit Cainan patrem ipsius Sale. Si igitur vtraque Scriptura vera est, necesse fuerit eodē anno generatum esse Cainan, & Sale, id est, patrem & filium, quod planè absurdum est: si tamen, quod est impossibile, absurdum conuenit.

Respons. RESPONDETVR, ex eod. Peter. ibid. cùm in Scripturâ Hebraicâ dicitur Arphaxad natus annos 35. genuisse filium Sale: non id esse intelligendum, quasi tunc actu genuerit, sed tantùm virtute & potentia. Quia eò anno genuit Cainan patrem ipsius Sale, in quô ipse Sale, vt in patre filius, virtute ac potestate continebatur. Neque verò modus

A hic loquendi insolens est in sacris literis. Namque in genealogiâ Saluatoris nostri, quam tradit B. Matthæus, dicitur Ioram genuisse Oziam: nō sanè actu, sed virtute. Quia Ioram genuit proximè Ochoziam proauum Oziæ. Hæc Pererius. Quibus addendū: sicut ergò si S. Matthæus tradidisset annos quibus Ioram genuit Oziam non actu, sed virtute non intendisset excludere annos quiB bus Ochosias proximè genuit Ioas, & Ioas Amasiam, & Amasias Oziam: ità cùm Moyses dixit in Hebræo Arphaxad cùm vixisset 35. annos genuisse Sale, non actu, sed virtute, non intendit excludere eos, quibus Cainan proximè genuit ipsum Sale.

CONFIRMATVR potest Hæc Responsio, à quibusdam alijs similibus Scripturæ locis. v. g. Gen. 46. vers. 15. *Hi filij Liæ, quos* Confirm. Respons.
C *genuit in Mesopotamia Syriæ, cum Dinâ filiâ suâ.* Ex capite autem 38. constat, filios Iudâ, qui recententur ibi, scilicet Her, Onan, Selam, Phares, & Zaram, non fuisse natos in Mesopotamia, sed in terrâ Chanaan: idemque est de filiis Ruben, Simeonis, Leui, aliorumque filiorum Liæ, qui dicuntur ibi geniti in Mesopotamiâ. Cum ergò nihilominùs dicuntur geniti in Mesopotamiâ, hoc exponunt omnes cum S. Aug. (vel Auctore) q. 151. Gen. & 16. ciu. 4. genitos ibi virD tute tantùm, scilicet in patribus suis genitis in Mesopotamiâ, prout susiùs ostendetur §. 39. versus finem. Simile quid dicetur ibidem de filiis Phares, Hesron, & Hamul: necnon de duobus filus Ioseph, qui eodem cap. 46. recensentur inter eos qui dicuntur descendisse cum Iacob in Ægyptum; cum tamen non descenderint illuc isti E omnes, nisi virtute in patribus suis: quia nati sunt ipsimet in Ægypto.

Alias Obiectiones, aliasque earum Refutationes, vide in ampliori Disputatione, quam ex causâ recenter natâ Salianus inseruit initio tomi 3. suorum Annalium, in præfatione tomi illius per totum. Ibi nihil residuum relinquit, circà hanc controuersiam.

(∴) (∴) (∴)

## VI. DIFFICVLTAS. DE EODEM CAINAN MINORE, ſeu huius nominis ſecundo: An aliqui anni ſint ei tribuendi; conſequenter, an ratione illius, addendi ſint aliquot, & quot anni, ad Chronologiam, ſuprà annos 35. quibus Gen. 11. verſ. 12. Arphaxad dicitur genuiſſe Sale?

§. 38.

1. Sent.

PRIMA SENTENTIA. Dicit, nullos annos eſſe Cainan illi tribuendos: ideóque nullos ratione eius addendos eſſe in Chronologiâ, ſuprà annos 35. quibus Arphaxad dicitur genuiſſe Sale.

Ità imprimis authores qui generationem illam repudiarunt ex profeſſo §. præcedenti. Ità & reliqui omnes, qui etiamſi de illâ non tractent ex profeſſo: attamen prætereunt eam in genealogijs texendis, nulloſque ideo annos ratione illius in chronologiâ computant, vt Scaliger, Temporarius, Bucholcerus, Caluiſius, & innumeri alij, tam ſectarij, quàm catholici. Vbi tamen nota Scaligerum in Chron. Euſebij à ſe in lucē emiſſo, non ſuſtuliſſe perſonam Cainan, ſed tantummodò quòd genuerit Sale: conſequenter annos quibus eum genuit.

Probat. PROBAT Maſſæus, argumento petito ab anno Nini quò Abraham ſolet dici genitus. Innumeri penè, inquit, ſcriptores fuerunt ante Chriſti natiuitatem, Latini, Græci, Barbari, qui nullam habentes Chriſti natiuitatem, nullam ſacræ Scripturæ ſcientiam, ſimpliciter rem geſtam ſcribere promittebant. Cumque locis, & linguis, & temporibus, multum differrēt, in hoc tamen mirabile memoratu conuenerunt, non plures ad Ninum à diluuio fuiſſe, quàm 249. annos. Nini vero 43. genitum Abraham, nemo qui dubitet. Quod vtique verum eſſe nō poſſet, ſi quotlibet annos Cainan inſerere volueris. Hæc ille. Quæ quomodo deducantur, videbitur in reſponſione ad hanc probationem: & §. ſeq. ſub 1. ſententiâ contrà 1. eius modum, num. 3.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd hæc generatio Cainan ſtabilita fuit §. præcedenti. Eâ autem ſtabilita, neceſſum eſt ad minùs aliquos annos eſſe tribuendos Cainan quibus genuerit Sale: itavt, etiamſi forte ex accidenti poſſet dicere quis, vt dicet Genebrardus in ſequenti ſententiâ, non plures annos in chronologia eſſe computandos, quàm aſſignantur Arphaxad, cùm dicitur genuiſſe Sale mediate per Cainan: attamen negari nullatenus poſſit, eorum aliquos eſſe Cainan tribuendos, quibus ipſe proximè genuerit Sale.

Ad Arg. 1. Sent. AD ARGVMENTVM Maſſæi, Reſpondetur, verum eſſe non poſſe ſcriptores illos tractaſſe de diluuio Noë, ſi nullam habuerunt Scripturæ ſacræ ſcientiam. Quod ſi nonnullam habuerunt, mirum non eſſe ſi circa eam hallucinati ſunt. Quod ſi denique notitiam habuerunt aliquam iſtarum rerum, nec tamen ſacrarum Scripturarum, neceſſum eſſe eos huiuſmodi chronologiam deſumpſiſſe ab Hebræis quibuſdam: hos autem à Geneſi nondum elucidatâ per tranſlationem Septuag. Interpretum, & Euangeliū S. Lucæ: omnes vero deceptos, proptereà quòd nullam habuerunt Chriſti ſeu Euangelij eius notitiam. Euidens eſt autem eos non plures annos ad Ninum à diluuio feciſſe (ſi diluuium Noe cognouerunt) quàm 249: Nini verò 43. genitum Abraham; quia Periodum hanc à diluuio ad Abraham putauerunt eſſe tantum 292. annorum: aliunde verò Abraham natum anno Nini 43. nam à 292. ſubſtrahe 43. remanent reliquæ Periodi ſpatio 249. ſolum tribuendi.

2. Sent. II. SENTENTIA. Dicit, aliquos quidem annos tribuendos eſſe Cainan, quibus genuerit Sale: attamen non proptereà addendos eſſe aliquos in chronologiâ ſuprà annos 35. quibus Arphaxad dicitur genuiſſe Sale.

Ita ex parte & ſingulariter Genebrard. an. 1659. ícti pag. 29. dicens. Quod ſi verè Arphaxad genuit Cainan, deinde Caina Selam, genuit Cainan anno 18. & Caina Selam, anno 17. Quâ ratione Sela natus eſt ipſi Arphaxad, cum Arphaxad ageret 35. annum. Sic numeri tantùm in Septuaginta erūt corrupti, vt totis his ſæculis.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod Septuag. Interpr. Euſeb. in Chron. S. Aug. lib. 16. ciu. cap. 10. & alij tribuunt vnicuique, Arphaxad ſcilicet, & Cainan, ſuos particulares annos, quibus genuerint. Et quamuis codices Septuaginta verè corrupti fuerint in quibuſdā numeris, & præſertim in ſuperadditis: non tamen in omnibus, nec præſertim in iis quibus illi fuerunt ſuperadditi, etiam ita fatente Genebrardo in annis vtriuſque Periodi. Non ergò

reale vit... ille incorruptos ... cce ... rum, quantum ad petitionem Cainan. & ... men corruptos esse quantum ad omnes ... nos ... itti... utos.

III. SENTENTIA & verior D... ... & annuo annos attribuendos esse Cainan quibus ... Sale & eos esse ... pro..., indeque addendos ... monolo..., supra 35. quibus Arphaxad dicitur genuisse Sale.

Ità ex parte Peter. ... b.16. in Gen Disp 12. seu num 182. pag. 461. col. 2. fin. affirmanter autem ... in Dan. q 5. seu pag. 682. Ità Barad, tom. ... 8. cap. 9 a col. 1. fin. Gordon cap. 5. ad Period. 2. num. 6. seu pag. 183. fin. Torniell. an. 1664. num. 3 fin. seu pag. 12... col. 1. & an. 724. ibid. col. 2. post init. Bellarmin. Samer. & alij Deniq. & Salian. an. 1694. num. 9. seu pag. 3c4. & an. 2 53 seu pag. 310. vbi etiam notat Marian. Scot. tenuuisse 100. annos, qui superfluxit apud Septuaginta, quia non satis constanter modo Hebræos, modo Græcos, in sua chronologia sequitur in numero annorum.

PROBATIO Huius Sententiæ pendet a probatione sententiæ vltimo habitæ §. præcedenti, per quam stabilita est veritas translationis Septuag. circa hanc generationem Cainan: & ex dictis §. 6. & 7. de additione centenariorum veris annorum numeris, facta in illa translatione per primum scriptorem, qui eam e bibliotheca Ptolemæi conscribendam suscepit, iuxtà S. Aug. ibidem allatum. Cum enim illa translatio habeat annos 100. superfluentes in omnibus generationibus illius Periodi, sicut & proportionaliter in generationibus præcedentis, abijciendus ex omnium conten... buat autem ... Cainan annos 13 qui ... genuerit ... sicut ab alijs remouentur ... vt que remanebunt, & remanere debebunt anni 30. pro chronologia verè computandi.

OBIICI possunt contrà Hanc Sen-

A tentiam, discrepantiæ, quæ reperiuntur in translatione Septuag. Interpr. ab Hebræo & alijs versionibus, circà numeros annorum quibus Arphaxad dicitur superuixisse, postquam genuit Cainan, de quibus actum est §. præcedenti, sub 1. sententia, §. coniecturâ, necnon circa numeros annorum, quibus reliqui patres huius Periodi, dicuntur genuisse, & quos ... vixisse, de quibus vide apud Pe... ci supra. Disput. 12 a num. 183. Vbi præter ... annos singulis generationibus superadditos, ostendit annos omnes quibus dicuntur patres illi, exceptis Sem & Thare, penitus vixisse, ab annis in Hebr & alijs versionibus contentis discrepare. Ex his enim redduntur anni, qui ... Cainan ... nuit, valde incerti.

RESPONDETVR Quantum ad annos Arphaxad, ostensum fuisse §. præcedenti sub 1. sententia, ad §. coniecturam, eos nihil obesse narrationi rerum gestarum. Quantum autem ad reliquos annos, idem dicendum est, ex ... habitis sub 1. Periodo. Ex ... autem non sequitur, annos quibus Cainan genuit incertos esse. sicut neque ex illis secutum est, annos quibus reliqui patres genuerunt, esse incertos Et quamuis luboriri posset nonnulla dubitatio, de annis illis, quibus Cainan genuit: cùm tamen ex nullo reali seu positiuo fundamento id procederet, nec aliunde haberi posset, quibus annis Cainan ille genuisset; eiusmodi dubitatio prorsus esset reijcienda. & standum annis a Sep. t. traditis tanquam certis apud ipsos fide ... tem historica. Nam stabilito quod dandi sint aliqui, nequeant autem aliunde haberi, nisi à translatione Septuag vtique sunt ab ea decerpendi. Decerpi autem non possunt magis rationabiliter, quam abijciendo 100. & retinendo 30. Ergò 30. hi sunt ei tribuendi: estque scientia tunc illa sufficiens æstimanda, quandò habetur eo omni, vel solo modo, quo potest ipsa haberi.

## VII. DIFFICVLTAS. DE ANNO VITÆ THARE, quô natus fuerit Abraham: An septuagesimo: an verò alio; consequenter, an ratione natiuitatis eius, addendi sint aliquot, & quot anni ad chronologiam, suprà 70. vitæ Thare?

§. 39.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ex vna parte videtur Abraham fuisse natum anno Thare septuagesimo. Nam Gen. 11. vers 26. dixitque Thare 70. annis: *&* E *genuit Abram, & Nachor, & Aran.* Per hoc ex phrasi solitâ Scripturæ, videtur Abraham natum esse anno patris septuagesimo. Ex alterâ autem parte, videtur eum non fuisse natum anno Thare septuagesimo, sed centesimo trigesimo. Nam eod. cap. vers. vltimo,

*Et facti sunt dies Thare 205. annorum, & mortuus est in Haran.* Et cap. 12. à vers. 1. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi.* &c. vers. 4. *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus, & fuit cum eo Loth. 75. annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* Per hunc narrationis ordinem, Abraham videtur egressus de Haran anno patris (exactò) ducentesimoquinto, seu anno (exactò) mortis Tharè: & tunc natus fuisse tantum annos 75. A 205. Thare, subtrahe 75. Abraham: restant 130. Thare, quibus Abraham natus B fuerit. Item, Act. 7. à vers. 3. *Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi.* vers. 4. *Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan, & inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum* (Deus) *in terram istam in quâ nunc vos habitatis.* Per hoc confirmatur Abraham egressum esse de Haran post mortem patris: adeoque, cùm tunc esset 75. annorum tantùm, fuisse natum anno patris non septuagesimo, sed centesimotrigesimo. Consequenter ratione natiuitatis eius addendos esse ad C chronologiam 60. annos. Nam inter septuagesimum & centesimumtrigesimum Thare, intercedunt anni 60.

SVMMA DIFFICVLTATIS potest sic proponi. Aut Abraham non est natus anno vitæ Thare septuagesimo: quod videtur contra Gen. 11. vers. 26. aut non erat 75. annorum, quandò egressus est de Haran: quod videtur contrà Gen. 12. vers. 4. aut non exiit indè post mortem patris: quod videtur contra seriem narrationis habitæ locis illis Gen. 11. & 12. & præsertim contrà Act. 7. vers. 4. D Nam si natus est anno septuagesimo (exactò, patris, iuxta Gen. 11. v. 26. & egressus est de Haran anno ætatis suæ septuagesimoquinto (exactò) iùxtà Gen. 12. vers. 4. cum Thare vixerit annos 205. vtique Abraham non est egressus post mortem patris: contra seriem narrationis habitæ illis locis Gen. 11. & 12. & præsertim contrà Act. 7. vers. 4. Aut si natus est anno septuagesimo patris, iuxtà Gen. 11. vers. 26. & egressus est de Haran post mor- E tem patris, iuxtà seriem narrationis habitæ locis illis Gen. 11. & 12. & præsertim iuxta Act. 7. vers. 4 vtique non erat 75. annorum tantùm, quando egressus est de Haran: contra Gen. 12. vers. 4. Aut denique si egressus est de Haran post mortem patris, iuxtà seriem narrationis habitæ locis illis Gen. 11 & 12. & præsertim iuxta Act. 7. vers. 4. & si tunc natus erat 75. tantùm annos iuxta Gen. 12. vers. 4. vtique non est natus anno patris septuagesimo tantùm, [illegible] contra Gen. 11. vers. 26.

Hæc difficultas visa est S. Hieron. in Tra- A ditt. Hebr. in Gen. inter [illegible] perquam [illegible] tra [illegible] nem ac [illegible] positionem [illegible] retur [illegible] Item, vt ea est [illegible] S. Aug. 16. ciu. [illegible] & 25. in Gen. [illegible] tur ordine narrationis Moysi. Multum vero videtur plurimis in se perplexa. vnde [illegible] dunt torquet ac inter se diuidit, [illegible]

I. SENTENTIA CAPITALIS. Sent. Dicit Abraham [illegible] natum anno vitæ patris, non centesimotrigesimo, sed septuagesimo tantum. proindeque nullos annos ratione natiuitatis eius, addendos esse chronologiæ suprà 70. vitæ Thare.

B Ita Ioseph. 1. Antiq. 7. fin. Lat. 14. & Hebræi apud Andræam Masium in opere cui titulus, Iosuæ Imperatoris Historia, Impress. in fol. Antuerpiæ 1574. in commentar. cap. vlt. pag. 333. Item, Iidem in Seder Olam, id est, in maiori ipsorum chronologiâ, quam latinam fecit Genebrardus, apposuitque in fine suæ chronologiæ. Quibus Hebræis consentiunt, tum ipse Masius ibidem, tum Genebrardus an. 1879. seu pag. 37. Ita & patrum antiquorum nonnulli, etsi alias C sequentes maiorem illum annorum huius Periodi numerum, quem etiam nunc Græci codices habent, tanquam communem & vulgatum: vt videre est apud S. Aug. lib. 16 ciu. cap. 10. vbi postquam dixit, quod, *Thara agebat 70. annos, cum genuit Abram*, notat annos huius Periodi iuxtà Septuag. Interpr. esse 1072: iuxta Hebr. autem, longe pauciores: expressè autem rursus cap. 15. Ita & recentiorũ fere innumeri. iique duplicis generis; nimirum, tum qui generationem Cainan nec annos eius admiserunt, vt Massæus lib. 2 D fin. [illegible] 21. & 22. & [illegible] lib. 3. init. seu pag. 23. Funccius, Mercator, Bucholcerus Caluisius, &c: tùm qui generationem illam, eiusque annos, admiserunt, vt Perer. lib. 16 Disp. 1 seu à num. 186. pag 462. col. 2. Gordonus cap. 5. ad Period. 2. num. 8. seu pag. 184. Samerius pag. 6. 1 . & 53, aliique annos huius Periodi facientes 322. Denique ita Emanuel Sa, Delrio, & Cornel. a Lapide in Gen. 12. Lorin. in Act. 7. Magallian. in 24. Iosuè. sect. 1. in expositione textus num. 24. E Longum esset omnes alios recensere. Procedunt autem diuerso modo & ratione.

I. MODVS. Exponit illa verba Gen. 12. vers. 4. *75. annorum erat Abram cum egrederetur de Haran*, non propter [illegible] annis ætatis [illegible] naturalibus Abraham, [illegible] mystice de annis, quibus [illegible] per Dei potentiam fuerit liberatus ab [illegible] e Chaldæorum, qui respondebant [illegible] ætatis, siue naturalibus eius, [illegible] 1.Mo[illegible]

Ita Hebræi. quorum opinionem refert Pererius supra, tùm Disputat. 13. seu à num. 187. pag. 462. col. 2. tum Disp. 15. seu à num. 233. pag. 469.

Abraham in ignem coniectus iuxtà Hebræos.

Et posteriori quidem loco sic ait. Extat apud Lyranum & alios, traditio quædam Hebræorum, quam esse peruetercem indicio est, quòd eam commemorat etiam B. Hieron. Aiunt Hebræi, Thare patrem Abrahæ adeò fuisse vesanum cultorem idolorum, vt etiam filium suum Abraham, quod ab idololatriâ Chaldæorum vehementer abhorreret, detulerit ad Nemrod regnantem id temporis in Chaldæâ, cuius ille iussu proiectus est in ignem: sed inde Deo ipsum mirabiliter conseruante, prorsus illæsus exiuit. Interim dum in igne esset Abraham, frater eius Aran qui aderat, ità cum animo suo reputabat, si Abraham ex igne saluus euaserit, ego quoque fidem & religionem eius sequar. Iussus igitur à Chaldæis ignem adorare, respondit se vna cum fratre suo Abraham vnius tantum Dei cultum, & fidem tenere. Coniectus igitur & ipse in ignem, qui tantæ fidei & virtutis non erat, quantâ præditus fuerat Abraham, incendio illo consumptus interijt. Et hoc significasse dicunt Mosen, cùm dixit Aran mortuum esse ante Thare patrem suum, id est, patre spectante, procurante, & approbante, eius interitum. Sic Hebræi.

Hanc traditionem Hebræorum commemorat B. Hieronymus, & videtur eam quasi fabulam commemorare. Nam referens lectionem Septuaginta Interpretum, quæ habet Aran fuisse mortuum in regione Chaldæorum. *Tradunt*, inquit, *Hebræi ex hac occasione, huiusmodi fabulam, quòd Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus de idololatriæ igne profugerit. Aran quoque quia similiter & ipse ignem adorare noluit, in igne Chaldæorum positus incendio consumptus sit.* Sic ibi Hieronymus. Vbi licet traditionem illam appellet fabulam, idem tamen paulò infra videtur eam vt veram approbare, prout mox dicetur. Eandem traditionem refert nec improbare videtur S. Aug. lib. 16. ciu. cap. 15. Pergit Pererius suprà.

S. Hieron.

Paulus etiam Burgensis in quadam suâ additione ad postillam Lyrani super hunc locum capitis vndecimi, etsi ait fabulosam videri traditionem illam Hebræorum, quantum ad id quod ait de Thare, quia nullum, inquit, ex litterâ Mosis fundamentum habet: eam tamen prorsus fide carere non putat, quantum ad diuinam liberationem Abrahæ, vel ab igne, vel ab alio aliquo magno periculo, in quô versatus ille fuerit in Chaldæâ. Id enim significari videtur verbis illis Dei Geneseos 15. *Ego sum Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorū.* Quæ quidem verba sonant liberationem quandā diuinitus factam: non secus ac illa verba Dei Hebræis dicta, Exodi 20. *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi*

A *te de terra Ægypti.* Firmat hoc ipsum Burgensis testimonio Rabbi Mosis, qui in libro suo de Directione perplexorum, refert, in quodā libro de agriculturâ Ægyptiaca narrari, insignem quēdam virum nomine Abraham, publicè disceptasse cum idolorum cultoribus, affirmantem non esse ignem pro deo colendum. Verùm autem regem, ne sua illa auctoritate, & oratione, populum ab illo cultu auerteret, detrusisse eum in carcere, & spoliatum bonis omnibus, ex omni ditione sua exterminasse. Posset etiam traditioni Hebræorum fides adiungi, ex eò quod

B scriptum est in li. 2. Esdræ cap. 9. *Tu ipse es Dominus Deus*, inquit, *qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne Chaldæorum, & posuisti nomen eius Abraham.* Atque hæc est traditio & opinio Hebræorum.

Adde ex num. 232. in confirmationem huius opinionis, fundamētum eius primum illud esse, quod habet Peter. init. disputat. illius 15. ex Gen. 11. vers. 28. *Mortuus est Aran ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ, in Vr Chaldæorum.* Illud, inquit Perer. *ante patrem suum*, dupliciter exponitur, vel videnté

C & præsente patre, vt idem sit atque coram patre: vel viuente adhuc patre, vt significetur ipsum fuisse mortuum antè patrem suū, & patrem fuisse superstitem filio, & hoc ipsum sonant Hebræa verba, quæ sic habent: *Super faciem patris sui*, id est, ipso viuente ac vidente. Illud autem, *de Vr Chaldæorum*, dupliciter interpretari licet. Namque vocabulum Vr, potest sumi vt nomen appellatiuum; idem significans Hebræis quod Latinis vocabulum ignis: vel potest sumi vt nomen

D proprium vrbis seu regionis, quemadmodum acceperunt Septuaginta Interpretes, qui pro illo, *de Vr Chaldæorum*, verterunt, *de regione Chaldæorum.* Ex hac igitur ambiguitate vocis, nata est famosa illa quæstio, num Abraham, quòd noluerit more Chaldæorum ignem adorare, coniectus sit in ignem, indeque saluus & incolumis diuino beneficio liberatus.

His positis, modum illum huius sententiæ, qui est Hebræorum, tradit Pererius priori loco his verbis. Prima est, inquit, sententia Hebræorum aientium, cùm Abraham de-

E functo patre primùm venit in terram Chanaan, fuisse eum reuerà centum triginta annorum: sed appellari tamen à Mose septuaginta quinque annorum, computante scilicet eos annos, non ab ortu ipsius, sed ab eo tempore quô à Chaldæis in ignem (quòd Deum more ritúque ipsorum adorare nollet) coniectus, per Dei omnipotentiam inde saluus & incolumis euasit. Et quia tunc quodammodò regeneratus esse videtur Abraham: propterea Moses ex eo tempore annos eius computare voluit. Fuisse autem Abra-

ham ex incendio ereptum, cognitum habent Hebræi ex traditionibus maiorum: idque significari putant iis verbis quæ dixit Deus Abrahæ: *Ego sum Deus qui eduxi te de Vr Chaldæorum.* Vr autem Hebraice significat ignem. Sic enim eam vocem conuertit Latinus Interpres in cap. 9. libr. 2. Esdr.æ, in illo loco: *Deus qui eduxisti patrem nostrum Abraham de igne Chaldæorum.* Sic Hebræi.

Hanc opinionem B. Hieron. in Tradit. Hebr. in Genes. primò quidem super caput 11. vt fabulosam commemorat. Sed paulò post, quòd alium cõmodiorẽ propositæ quæstionis exitũ non reperiret, ad eam sese applicuit. S. Hieron. *Indissolubilis, inquit, quæstio nascitur. Si enim Thare, cùm adhuc esset in Chaldæa, septuagesimum annum agens genuit Abraham: & postea in Charran ducentesimoquinto ætatis anno mortuus est: quomodò post mortem eius veniens Abraham in terrã Chanaan, septuaginta quinque annorum fuisse memoratur, cum a natiuitate Abrahæ, vsque ad mortem Thare, centum triginta quinque fuisse anni doceantur? Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam suprà diximus, quòd egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldæorum, & quod Abraham Babylonico vallatus incendio quia illud adorare nolebat, Dei sit auxilio liberatus: & ex illo tempore ei dies vitæ & tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est Dominum spernens idola Chaldæorum. Potest autem fieri, vt quia Scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæâ profectus venerit in Charran, quàm mortem obiret; vel certè statim post persecutionem in Charran venerit, & ibi diutius sit moratus. Si quis ergò huic expositioni contrarius est; quærat ipse aliam solutionem: & tunc ea quæ à nobis dicta sunt, rectè improbabit.* Sic S. Hieronymus.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM

1. Facit I. Quòd is sensum Scripturæ sacræ literalem, detorquet ad mysticum: & contrà solitum ipsius Scripturæ morem: & in loco vbi omnium minimè videtur congruum, propter circumstantias, tum chronologiæ, siue etiam historiæ Abraham, tùm ætatis ac personæ ipsius, varijs considerationibus commendabiles.

2. FACIT II. Quòd contrarius sit ille modus, eidem Scripturæ diuinæ hismet locis, vt ostendit Pererius priori loco à num. 189. his verbis. Si Abraham, inquit, cùm venit primùm in terram Chanaan, reuerà fuit annorum centum triginta quinque, vt isti dicunt: cùm igitur Moses tradit eum, cum esset centum annorum genuisse filium Isaac, necesse fuerit Isaac fuisse genitum triginta quinque annis priusquam Abraham veniret in terrã Chanaan. Atenim apertissimè ostendit historia libri Geneseos, Isaac natum esse in terrà Chanaan, nec sane paucis annis post aduentum Abrahæ in eam terram ex Mesopotamia.

Quod si, vt effugiant isti hoc incommodum, fingunt Abraham cùm genuit Isaac fuisse quidem centum annorum; sed eos tamen annos non ab ortu ipsius, sed à liberatione eius ex incendio Chaldæorum, vt suprà dictum est, computari oportere: si hoc inquam dicant, in aliud profectò non minus graue incommodum necessariò incurrent. Si enim cum genuit Isaac, reuerà natus erat centum sexaginta annos, ergò cum Isaac quadragenarius Rebeccam duxit vxorem, viuo etiam tunc patre, vt ex historiâ libri Geneseos cap. 24. perspicuum est, fuisset tunc Abraham ducentorum. Atqui eodem in lib. cap. 25. traditum est Abraham eum esset annorum centum & septuaginta quinque, esse mortuum. Neque, ad hoc isti vere possunt respondere, illos centum septuaginta quinque annos, non ab ortu Abrahæ, sed ab illo Chaldaico incendio cõputari debere. Namque ipse Moses satis declarat, se illis centum septuaginta quinque annis omne tempus vitæ Abrahæ comprehendisse, cùm a[it]: *Fuerunt dies vitæ eius centum septuaginta quinque anni.*

3. FACIT III. Quòd illam Hebræorum traditionem de liberatione Abraham ab igne Chaldæorum, dicit Perer. posteriori loco à num. 236. omni ratione ac fide vacuam esse, futilemque ac fabulosam, duplici argumento conuinci. Pergit, & fit 1. refutationis istius argumentum. Aiunt (inquit) Hebræi, coniectum esse Abrahã in ignem iussu Nemrod, qui eo tempore regnabat apud Chaldæos. Sed id manifestum in chronologiâ errorem continet. Nos enim superiore libro decimoquinto ostendimus eundem hominem fuisse Nemrod atq; Belum patrem Nini. Ninus autem post mortem Beli patris sui suscepit imperium, vt omnes tradunt, qui eorum temporũ historiam pertexuerunt. Abraham porrò natum esse quadragesimo tertio anno regni Nini, sententia est Eusebij, Hieronymi, Augustini, Cyrilli, Bedæ, Isidori, & vt vno verbo dicam, omnium Scriptorum Ecclesiasticorum, qui eius memoriam ætatis descripserunt. Ex his concluditur Abraham esse natum tribus & quadraginta annis post mortem Nemrod, qui alio nomine appellatus est Belus. Quomodò igitur fieri potest, vt (quemadmodum nugantur Hebræi) Abraham proiectus sit in ignem iussu Nemrod tunc regnantis in Chaldæa?

Illud vero quis credere inducat in animũ, Thare adeò fuisse insanum cultorem idolorum, vt sensum omnem exuens humanitatis, paternumque affectum in sæuissimi hostis vertens odium ac rabiem, atrocissimo mortis supplicio proprium filium sciens &

volens obijceret? A... q... : procerto sumunt, Thare fuisse idololatram, quod vel incertum est, vel (vt placet magnis viris) etiam falsum. Sed eâ de re paulò infra propriè & accuratè disputabitur.

Illud præterea fundamentum istius traditionis & opinionis, quod vocabulum, *Vr*, hoc loco significet ignem vel incendium est profectò infirmissimum, aut vt verius dicam, planè nullum. Namque eo vocabulo significari nomen propriũ vrbis quæ erat in Chaldæâ, quatuor argumentis firmare possum. In hoc enim capite vndecimo Genesis ita scriptum est: *Tulit Thare Abraham filium suum, & Loth filium Aran filij sui, & Sarai nurum suam, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan.* Ecce tibi vocabulum, *Vr*, hoc loco non potest significare ignem vel incendium: sed esse proprium nomen ciuitatis, luce ipsâ meridianâ clarius est. Neque enim Thare eduxit Abraham ex igne Chaldæorum; cùm secundùm istos ipse auctor fuisset Chaldæis, vt Abraham conijceretur in ignem. Septuaginta quoque Interpretes, illud, *Vr Chaldæorũ*, verterũt hoc loco, *regione Chaldæorum*: scilicet, tollere illi voluerunt ambiguitatem vocabuli Hebræi, quod significare poterat & proprium nomen loci, & ignem. Idem confirmat Iosephus, qui lib. 1. Antiquit. cap. 7 fin. Lat. 14. historiam huius loci enarrans ità scribit: *Aranes &c. in regione Chaldæorum est mortuus, in vrbe quæ Vra Chaldæorum vocatur: & sepulchrum eius nunc vsque ostenditur.* Apud Eusebium itèm in libro nono de Præparatione Euangelicâ cap. quarto Eupolemon seu Eupolemus peruetustus scriptor, referente etiam Alexandro vetusto similiter scriptore, prodidit Abraham natum esse in Camerine vrbe Babyloniæ, quam alij appellant Vr, vel, vt ibi scribitur, Vrien, & Latinè Chaldæopolis.

Iosephus.

Deinde, tantum Dei miraculum, & tam gloriosum Abrahæ facinus, non tacuisset Moses in hoc libro, in quò alia multa eius facta, minùs sanè clara & mira, tam expressè & distinctè commemorat. Auctor quoque libri Ecclesiastici cap. 45. laudes Abrahæ prædicans, hoc factum eius summâ dignũ prædicatione, non prætermisisset. Nec verò B. Paulus id reticuisset in epistolâ ad Hebræos cap. 11. vbi magnis laudibus effert magnitudinem & deuotionem fidei Abrahæ, quòd diuinis iussis obtemperans, derelicto natali solo, in extraneam sibi atque ignotam venisset terram Chanaan; quod contrà spem in spem credens, ex sterili vxore prægnet omnem naturæ cursum & ordinem, filium procreasset: quòd denique, Deo filij cædem imperante, immolare eum paratissimus fuerit. Cùm igitur, si Abram propter vnius veri Dei confessionem & prædicationem, viuus flammis vri non recusasset, in hoc maximè eius præstantia fidei enituisset: non id profectò Paulus in præteritis dereliquisset sed vt maximâ dignum admiratione & commendatione, antè omnia celebrasset. Quid quod Iosephus in primo libro Antiquitatum cap. 8. Lat. 15. quæ insignia erant ad laudẽ Abrahæ, non tantum ex sacris, verùm etiam profanis scriptoribus carpens & colligens, nullũ de hoc Abrahæ facto verbum fecit? Nam neque vir rerum Iudaicarum peritissimus istud ignorasse credendus est; nec si ignorauit (cùm esset imprimis memorandum) prætermittere voluisse. Philo quoque nullam huius rei mentionem fecit: qui tamen duos libros de Abraham edidit, virtutes & facta eius diligenter exponens.

Verum, age, contrarias rationes suprà positas diluamus. Vrgebant illi verba illa Dei (vt est in capite decimoquinto Geneseos.) *Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam*, quasi Deus his verbis significauerit eductionem illam Abrahæ ex Vr Chaldæorum, fuisse valdè mirabilem ac memorabilem. Sed cur? Nam eduxisse Abraham ex terrâ Chaldæorum in terram Chanaan, quid obsecro habuit memorabile aut memorandum? repetitur igitur verbis illis memoria diuini beneficij, quò Abraham eductus fuerat ex Vr, id est, ex igne Chaldæorũ. Sic isti: Sed profectò aliâ est illorum verborum Dei sententia. Nam vt excitaret atque firmaret Deus animo Abrahæ fidem fiduciamque eius promissionis, quam tunc ei dabat de innumerabili multiplicatione posteritatis eius, & de possessione terræ Chanaan, in quâ tunc Abraham versabatur: renouare voluit in eo memoriam eius promissionis, cùm iussit proficisci eum ex Mesopotamiâ in terram Chanaan. Sic enim ei locutus est, vt narrat Moses cap. 12. *Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi: faciamque te in gentem magnam & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus: Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes.* Hæc Deus tunc dixit, & promisit Abrahæ. Huius igitur primæ Dei promissionis commemoratione, voluit ipse firmare animum Abrahæ, vt sine vlla dubitatione fore crederet ac speraret, quod ei promittebat. Ergò sententia illorum Dei verborum hæc est: Ego qui nũc tibi promitto possessionem terræ Chanaan, & multiplicationem posteritatis, sum ille ipse Deus, qui te ex Mesopotamiâ transmigrare iussi in terram Chanaan, & hæc tibi tam magnifica promissa, tunc primum dedi, vt omninò certus esse debeas de huiusmodi promissis sæpius à me datis atque

Ad Probat. 1. Sent.

confirmatis.

Ad illud porrò quod ex capite nono libri secundi Esdræ deptomptum nonnihil negotij facessere videbatur, quod eo loco disertis verbis scriptum erat, Deum eduxisse Abraham ex *igne* Chaldæorum, dupliciter respõderi potest. Etenim verisimile putet quispiam Latinum Interpretem posuisse eo loco ipsum vocabulum Hebræũ, *Vr*, sicut fecit in aliis locis, vbicumque idem vocabulum occurrit. sed aliquem in margine posuisse eius vocabuli interpretationem, id est, ignem,
B quam posteà vocem, ignis, insertam atque intextam fuisse historiæ. Nam nonnulla fuisse hoc modo admixta textui Scripturæ antè nos deprehenderunt & prodiderunt Lyranus, Tostatus, Caietanus, Melchior Canus. Neque hæc vana videtur coniectura. Si enim aliis omnibus locis Latinus Interpres retinuit ipsum vocabulum Hebraicum, *Vr*, nec vspiam interpretatus est *ignem*: non fit sanè credibile vno tantùm eo in loco vocem *Vr*, interpretari voluisse *ignem*: præsertim cùm Septuaginta Interpretes semper id nomen pro certâ regione & loco Chaldææ posuissent.
C

Verùm, si hoc lectori non placet, illud fuerit commodius & probabilius responsum. Cùm dicitur Abrahã eductus de *igne* Chaldæorùm, vocabulum *ignis* non propriè, sed metaphoricè positum esse pro persecutione, tribulatione, & afflictione. Etenim persæpè in sacris litteris ignis ponitur pro tribulatione. Vt in Psalmis: *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* & in alio loco, *Transiuimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* & apud Ieremiam in Lamentationibus capite primo: *De excelso misit ignem suum in ossibus meis, & erudiuit me.* Sic etiam interpretantur quidam illud Ioannis Baptistæ de Christo domino dictum: *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni*: quanquam hic verius dictu fuerit, significari abundantiam illam Spiritus sancti sub specie ignis in die Pentecostes datam discipulis: verbum enim baptizandi nonnunquam idem significat quod copiose & abundanter dare, vt ex illis verbis Domini nostri, qui post resurrectionem suam dixit Apostolis, licet perspicere. *Ioannes quidem*, inquit, *baptizat aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.*

Quoniam igitur Abraham grauem insectationem & tribulationem propter vnius Dei cultum passus est à Chaldæis, quâ quidem tribulatione liberatus à Deo est: proptereà dicitur Deus eduxisse Abraham de *igne* Chaldæorum. Abraham verò passum esse
Ioseph. persecutionẽ a Chaldæis, testis est Iosephus lib. primo Antiquitatum cap. 8. Lat. 16. Cum videret, (non verbis sed sensu) Abraham quod veri Dei cultum palam & liberè
A prædicaret, Chaldæos & Mesopotamios contra se insurgere, consilium migrandi cœpit, & voluntate ac fauore Dei fretus terram Chanaan tenuit. Testis quoque est B. Aug. lib. 16. de ciuitate Dei, capite decimotertio, ita scribens: *Vnde manifestum est domum Thare persecutionem passam fuisse a Chaldæis, pro vera pietate quâ vnus verus ab eis colebatur Deus.* Hactenùs ad verbum Pererius.

Adde potuisse nomen, *Vr* proprium vertí per appellatiuum: & tamen retinere significationem nominis proprij. Similia enim
B frequentia sunt in Scripturâ, & in vsu hominum. In horum confirmationem vid. eundem Perer. Disp. seq. quæ est 16. vbi fusè probat Thare non fuisse idololatram in Chaldæâ, de quâ re sub modo sequenti.

II. MODVS. Exponit illa verba Act. 7. vers. 4. *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam* &c. non propriè de morte naturali Thare: sed mysticè de morte eius spirituali idololatriæ: quæ respondebat quidem anno ætatis Abrahæ septuagesimo, non autem ducentesimoquinto ipsius Thare, sed centesimoquadragesimoquinto. 2 Modus.
C

Ità Andræas Masius, scriptor nostræ ætatis, inquit Perer. num. 196. vitiosè notato 156. non minùs plus quàm eruditus ac disertus, vt declarant eius scripta: nimirùm, loco suprà citato. commentat. in Ios. ad cap. vlt. Nã quia, inquit Masius, Thare obstinatissimâ voluntate, constituerat in Chananæâ regionẽ quò Deus vocabat, non ire, sed apud suos deos quorum vanissimo cultui erat deditus, manere, & filio suo Abraham spem omnem
D illius profectionis ademerat: propterea B. Stephanus, eum appellauit mortuum.

CONFIRMAT. Neque enim hoc est infrequens in sacris litteris, præsertim verò apud S. Paulum, eos qui iacebant in peccatis, maximè verò in peccato idolulatriæ, mortuos appellari. Quale est illud Domini Matth. 8. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Confirm.

CONTRA HVNC MODVM, Facit I. Idem quod contrà præcedentem. Nimirũ, quòd is æquè sensum Scripturæ sacræ litteralem, detorquet ad mysticum: & con- Reijcitur
E trà solitum ipsius Scripturæ morem: & in loco, in quò omnium minimè videtur congruum, propter circumstantias tùm chronologiæ, seu etiam historiæ Abraham, tùm personæ ipsius varijs considerationibus commendabiles.

FACIT II. Quòd, vt Perer. suprà, Disp. 18. seu à num. 247. pag. 470. col. 2. probabiliùs ostendit contrà Hebræos, Thare non fuerit idololatra quandiu mansit in Chaldæâ. Sic enim affirmat expressè S. Aug. lib. 16. ciu. cap. 13. Probatque idem S. Aug. ex verbis quæ habet ad Holofernem, Achior 2.

dux Ammonitarum exponit ... Hebræorum, Iudith. ... a vers. 6. *Populus hic ex progenie Chaldæorum est.* vers. 7. *Hic primum in Mesopotamiâ habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terra Chaldæorum.* vers. 8. *Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,* vers. 9. *vnum Deum cœli ... erunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Vnde manifestum est,* inquit S. Aug. *domum Thare persecutionem passam fuisse a Chaldæis pro vera pietate, quâ vnus & verus ab eis colebatur Deus.* Idem significat Philo in libro de Somnijs, quem vide fusa oratione, apud Peter. a num. 250. Vbi aduertendum est vocabulum, *deserentes*, non significare detestationem, quasi priùs amplexi essent ceremonias illas, sed significare, ab eis recedentes, per separationem corporalem.

Obiect. NEC OBSTANT illa verba Ios. 24. vers. 2. *Hæc dicit Dominus Deus Israël: Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, seruieruntque dijs alienis.* Nam

1 Respons. RESPONDETVR 1. à Peretio num. 253. duo illic dici. Vnum est, maiores Hebræorum habitasse trãs fluuium ab initio, id est, in Chaldæâ: illud autem *ab initio*, significare statim post factam linguarum diuisionem, dispersionemque hominum disturbata turris Babel ædificatione. Alterum est, illos seruijsse dijs alienis. Illud igitur prius pertinere ad omnes maiores Hebræorum, etiam ad ipsummet Thare. Hoc autem posterius de cultu deorum alienorum, non ad ipsum Thare, sed ad alios eò priores (quod præsertim intelligi potest de Saruch iuxtà Hebræos ipsos) referri debere. Hæc ferè Peretius. Qui quamuis hanc responsionem non probet: attamen eam non esse rejciendam videbitur, si dictis eius addatur, primum, phrasim hanc esse solitam Scripturæ: & sensum illum disiunctum, denotari per duo puncta quæ habentur ante verba illa: *seruieruntque dijs alienis*: proindeque Thare & Nachor fuisse ibi nominatos, non tanquam de quibus solis sermo sit, sed tanquam singulares aliquos designatos ex præcedentibus in genere dictis; ideò vero nominatos, quòd Iudæis essent notiores: ad eos tamen illa verba disiuncta, *seruieruntque* &c. non esse referenda. Denique, si quis obstinatè contenderit, illa verba referenda esse saltem ad nominatorum illorum aliquem, adhuc potest sensus ille saluari, referendo ea ad solum Nachor. Neque vero insolita, imo frequens est Scripturæ phrasis, quâ quod pluribus conuenit per vnum, tribuatur pluribus per eum: vel, quâ sæpè, quod vni conuenit, enuntietur tanquam si pluribus conueniret, plurali scilicet posito pro singulari.

2 Respons. RESPONDETVR 2. ab eodem Peretio num. 254. vtrumque verum esse posse: & quod B. Aug. tradidit: & quod alij prodiderunt. Namque, vt rectè monet Tostat. q. 10. super 11. Gen. dùm Thare mãsit in Chaldæâ, cultor fuit veri Dei, purusque ab idololatriâ. Quin etiam propter illam concitato aduersus se odio & insectatione Chaldæorum, inde fugit, & profectus est in Mesopotamiam. Et hoc sensit S. August. & in lib. Iudith. cap. 5. significatur. At vero postquam Thare venit Charran, extremam Mesopotamiæ vrbem, paulatim ibi corruptus, & consuetudine eius gentis, vel aduentu Nachor filij è Chaldæâ, vel discessu & absẽtia ipsius Abraham, lapsus est in idololatriam; atque hoc significari Iosue supradicto loco, & plerique interpretes senserunt. Hæc Peretius, responsionem illam amplectens. Eandem obiter amplectitur Massæus lib. 3. sub init. seu pag. 23. Quô pacto verba illa, *Trans fluuium*, exponenda sunt, non de Babyloniâ, seu Chaldæâ, sed de Mesopotamiâ, siue Haran. Et fauere nonnihil potest versus sequens, *Tuli ergò patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan*, &c. Verum, hoc in eâ reijciendùm putamus, quod dicitur de absentiâ Abraham. Quia contendemus, & probabimus infrà, Abraham non discessisse a Thare, nisi post eius mortem: & hoc 5. tantum annis post aduentum eorum in Haran. Porrò, hoc posito, parum forsan probabile videri posset, Thare postquam tot annis mansit immunis ab idololatria in Chaldæâ, fuisse adeo cito in eam adhuc præsente filio suo Abraham. Attamen, responderi potest id euenisse ob aduentum illuc filij sui Nachor idololatræ. quem migrasse Haran adhuc viuente patre, refert S. Aug. 16. ciu. 13. censetque Tostatus in Gen. Hoc enim seni euenisse ex consortio filij mali, non est improbabile.

Obiect. NON OBSTAT etiam, quod S. Epiph. aduersus Hæreses, sub init. & Suidas sub vocabulo Abraham, censeant Thare fuisse idololatram in Chaldæâ. & Theodoret q. 18. in Iosue ita exponat locum Iosue vlt. Nam

Respons. RESPONDETVR. S. Epiphan. id mutuatum fuisse ab Hebræis, prout subindicat illis verbis, *velut cognitio quæ ad nos deuenit, habet.* &c. Suidam autem a S. Epiph. vt videri docet Perer. num. 245. Denique expositionem Theodoreti, nihil vrgere; quia & singularis est: & ei possumus opponere contrariam sententiam S. Augustini.

3 Modus. III. MODVS. Exponit narrationem Moysis habitam Gen. 11. & 12. tali modo, vt quæ habentur cap. 11. vers. vltimo de annis 205. quibus Thare dicitur vixisse, seu de morte eius, sint ibi dicta per anticipationem; consequenter quæ cap. 12. vers. 4. de profe-

ctione Abraham ex Haran, eùm esset annorum 75. per recapitulationem: narrationem autem B. Stephani habitam Act. 7. tali modo, vt quæ habentur vers. 4. de profectione illâ Abraham *postquam mortuus est pater eius*, dicta sint ibi, non secundùm quod res fuit gesta: sed secundùm quod fuit à Moyse descripta, siue, non secundùm ordinem historiæ, sed secundùm ordinem narrationis à Moyse factæ Gen. 11. & 12.

Ita Massæus lib. 3. post init. seu pag. 23. versus fin. dicens, Venit in terram Chanaan cū nepote Loth, magnâque familiâ, cum esset annorum 75. patre in idolorum seruitute relicto, nondum corpore mortuo, licet B. Stephanus contrarium dicere videatur. Sed simpliciter ad verba Geneseos respicit, quibus per anticipationem mors Thare memoratur, priusquàm egressio Abrahæ recitetur. Sic ille. Ità & nonnulli tacito nomine relati à Perer. num. 194. seu pag. 464. col. 1. post init.

Probat. 1 partis.

PRIMAM PARTEM de morte Thare per anticipationem dicta: adeòque de profectione Abrahæ per recapitulationem Gen. 11. & 12. suadent ex eô quod non sit insolitum Scripturæ, ac in singulari ipsi Moysi, huiusmodi, anticipationibus vti. Hoc probant à simili, de morte Abrahæ ab eodem Moyse narratâ Gen. 25. à vers. 7. *Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ 175. anni.* vers. 8. *Et deficiens mortuus est in senectute bona* &c. antè ortum Esaü & Iacob, filiorum Isaac, eodem cap. vers. 21. Nam mortem Abrahæ ibi dictam esse per anticipationem, patet, quod ex historiâ constet Esaü & Iacob filios Isaac, natos esse 15. annis antè mortem ipsius Abrahæ. Siquidem cap. 21. vers. 5. Abrahamo *cùm 100. esset annorum, natus est Isaac*, & cap. 25. vers. 26. *Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli*, scilicet Esau & Iacob. Ergo Abraham erat tantummodò 160. annorum quando Isaac genuit Esau & Iacob. Eodem autem cap. 25. vers. 7. *Fuerunt dies vitæ Abrahæ 175. anni.* à 160 ad 175. sunt 15. anni. Ergo Esau & Iacob nati sunt 15. annis antè mortem Abrahæ. Itaque, cum Moyses narrat mortem Abrahæ ante ortum Esaü & Iacob: manifestum est eum ibi vsum fuisse figura anticipationis. Ità [illegible] dicunt, quia Moyses voluit quæcunque [illegible] inebant ad [illegible] Thare, con[illegible] narratione breuiter expedire: exindeautem [illegible] historiam Abrahæ diligenter à se co[illegible] [illegible]que pertexen[illegible] propterea prius [illegible] mortem Thare deinde autem [illegible] historiam Abrahæ in [illegible]um eius repetu[illegible] profectione in terram Chanaan [illegible] [illegible] annis Thare mortem [illegible] erit

Confirm.

CONFIRMAR[illegible] [illegible] ab [illegible] de morte Iacob, ab eodem Moyse narrata, ante multa alia quæ [illegible]dem Iacob [illegible]. Nam Gen. 47. [illegible] *Iacob* [illegible] *pio, id est,* [illegible] *terra* [illegible] *p*[illegible] vers. 28. [illegible] *annorum* [illegible] narratur m[illegible] Attamen [illegible] narratur mul[illegible] ipse [illegible] adhuc in viuis ageret. Nam vers. [illegible] *appropi*[illegible] *pater* [illegible] *suo* [illegible] *filium suum I*[illegible] & quæ [illegible] reliqua [illegible] capi[illegible]

Aliu[illegible] S. Aug. 16. ciu. 15. Se[illegible] non [illegible] le, quippe non de morte alicuius [illegible] propterea, [illegible] illud, tum alia multa passim habita in Scripturâ, missa facimus.

SECVNDAM PARTEM de profectione Abrahæ post mortem patris [illegible] secundùm ordinem historiæ [illegible] secundum ordinem narrationis Moysæ habitam locis illis Gen. 11. & 12. suadent pariter, ex eô quod non [illegible] Scripturæ, appellare res ipsas, non secundum quod extiterunt vere, sed secundùm quod in aliis locis commemoratæ fuerunt. Hoc probant ab exemplo de Melchisedech. Nam S. Paulus dicens Hebr. 7. à vers. 1. *Hic enim Melchisedech rex Salem* &c. vers. 2. *primùm qui* [illegible] *qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis*, vers. 3. *sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem fi*[illegible] *Dei, manet sacerdos in perpetuum*: hæc asserit, non secundum quod vere res in se extitit, sed secundum quod à Moyse narrata fuit: quia nimirùm Moyses, mentionem eius faciens, Gen. 14. vers. 18. *At vero Melchisedech rex Salem proferens panem* [illegible] *vinum* [illegible] *erat enim sacerdos Dei altissimi* &c. [illegible] in [illegible] nulla eius, seu parentum, vel [illegible] ipsius [illegible] mentione. Sic [illegible] B. Stephanum [illegible] Abraham [illegible] de Haran postquam mortuus est pater eius, non rem secundum quod fuit in se, sed secundum quod à Moyse narrata fuit, retulisse.

Re[illegible]

CONTRA HVNC MODVM Facit, & quidem contra [illegible] partem, quod simpliciter asseritur [illegible] vers. 4. Abraham exiisse *post* [illegible] *mortuum* [illegible]. Porrò etiamsi in [illegible] valeat quandoque argume[illegible] nunquam tamen vbi inuen[illegible] locus a[illegible] contrarium ex[illegible] pronuntians. Hic autem [illegible] pronuntiatur Abra[illegible] exisse post mortem patris. Contra [illegible] partem, quod B. Stephanus eo loco narrat, Deum [illegible] Abrahæ, cum esset in Mesopotamia [illegible] potamiam Sennaar, siue Chaldææ [illegible] prout ost[illegible] post[illegible] & [illegible] habitaret in Chanaan, illa verba, *Exi* [illegible] *terra tua* &c. At si B. Stephanus sequi

voluisset non veritatem rei gestæ, sed ordinem narrationis a Moyse factæ: vtque dixisset Deum locutum esse, verba illa Abrahæ, *postquam mortuus est pater eius*. Siquidē Moyses narrauit illa verba cap. 12. vers. 1. post narratam mortem Thare cap. 11. vers. vlt. Denique, contra vtramque facit, proprietas tum narrationis Moysis: tum assertionis B. Stephani. Debent autem verba Scripturæ in sua proprietate manere, quamdiu nihil repugnans potest obijci. nihil vero tale hoc locu reperiri, ostendetur infrà sub sententiâ sequenti.

A

Modus. IV. MODVS. Exponit æque ac præcedens narrationem Moysis habitam Gen. 11. & 12. tali modo, vt quæ habentur cap. 11. vers. vlt. de annis 205. quibus Thare vixisse dicitur, sine de morte eius, sint ibi dicta per anticipationem; consequenter quæ cap. 12. vers. 4. de profectione Abraham ex Haran, cum esset annorum 75. per recapitulationē: narrationem autem B. Stephani habitam Act. 7 tali modo, vt quæ habentur vers. 4. de profectione Abraham. *Postquam mortuus est pater eius*, dicta sint ibi non de eâdem profectione quæ traditur Gen. 12. vers. 4. sed de secundâ quâdam factâ, multis post illam annis, scilicet 60. Atque ita primam profectionem quæ narratur Gen. 12. vers. 4. factâ fuisse anno ipsius Abrahæ septuagesimoquinto (exacto) adeóque viuente Thare, seu anno ipsius Thare centesimoquadragesimoquinto: secundam verò profectionem, quæ narratur Act. 7. vers. 4. factam fuisse anno Abrahæ centesimotrigesimoquinto, adeóque mortuo patre, seu anno (exacto) ipsius Thare ducentesimoquinto.

B

C

Ita aliquomodo S. Aug. lib. 16. ciu. cap. 15. & (vel author) q. 25. in Gen. qui licet priori loco tres modos enodandæ huius quæstionis exponat, quosdam quidem iam dictos, nimirum eum qui fuit modus Hebræorum: quosdam verò dicendos, nimirùm eum qui facit Abraham natum anno patris centesimotrigesimo (quique tenebit infrà locum sententiæ 2. & denique hunc tertium quem agimus. attamen hunc ipsum tertium quem agimus amplectitur (quamuis abnuat Salianus nisi quod videtur secundam profectionem Abrahæ non facere profectionē actualem, sed virtualem, siue metaphoricam, id est, videtur velle, id quod dicitur Act. 7. de translatione Abrahæ post mortem patris, intelligendum esse, non de translatione corporali, sed de quâdam habitatione, quasi per possessionem seu aliqualem habitationem, per quam a Deo fuit ibi cum suâ familiâ stabilitus. Vnde vertit vocabulum, *transtulit*, per, *collocauit*. Porro hunc eius sensum, aut etiam si quid aliud voluit S. Aug. habere erit clarius, ex declaratione sententiæ istius, infrà ponendâ ex alijs authoribus.

D

E

Ità Tostatus in Gen. Genebrardus an. 1979. seu pag. 37. Pererius Disp. 13. seu num. 199. pag. 464. Emanuel Sa in Gen. 12. Cornelius a Lapide ibid. ad vers. 4. Lorinus in Act. 7. Gordonus cap. 5. ad Period. 2. num. 8. pag. 184. Magalhanus in cap. 24. Iosuē. Coquæus in locum S. Aug. citatum de ciuitate Dei, nonnullique alij.

Hanc autem sententiam obiter declarant Genebrardus, Coquæus, & Gordonus, fusè vero & optime Pererius.

Declarat. Existimare oportet, inquit Pererius, Abraham bis ex vrbe Charran (id est, Haran) venisse in regionem Chananæā. Primum quidem venit cum esset ipse 75. annorum, relicto patre viuo, in Charran, & tunc agente centesimumquadragesimūmquintum annū. Post hunc primum in Chananææ terram aduentum, Abraham per 60. annos in eâ regione peregrinatus est, aliquoties fortasse patriam reuisens. Postremùm, renuntiatâ patris morte, reuersus est in Charran, vt vel patris funus curaret, vel ne buna quæ paternā hæreditate sibi obuenerant, perderet, & tunc iterum mortuo iam patre, egressus est de Mesopotamiâ, firmissimo animo, certissimoque proposito nunquam eò in posterum reuertendi: profectusque est in terram Chanaan, vt ibi deinceps stabilem haberet habitationem. & infrà. Ergò Abrahā antè mortem patris sui, per annos 60. dici potest, non tam habitasse in terrâ Chanaan, quàm peregrinatum esse, quod per interualla patrem & fratres reuiseret. post mortem autem patris itâ Mesopotamiam dereliquit, vt perpetuus deinceps terræ Chananææ colonus, & habitator esset. & infra tursus & longiùs, scilicet num. 203. Ergo duplicem cogitare oportet Abrahæ profectionem ex Mesopotamiâ in terram Chanaan. Alteram quidem viuo patre eius, & centesimum quadragesimumquintum annum agente: ipso autem Abraham annos nato 75. & de hac profectione locutum esse Moysen cap. 12. Altera vero eiusdem profectio 60. annis post facta est: quibus annis peregrinatus est Abraham in terrâ Chanaan, nonnunquam reuisens patrem suum: post cuius mortem ita dereliquit Mesopotamiam (Syriæ hic intellige, ex dicendis infrà) vt nunquam eò reuersus esset: & de hac posteriore decessione Abrahæ ex Mesopotamiâ, & profectione in terram Chanaan, locutus est B. Stephanus. Hæc Pererius.

Probat. PROBATVR Hic Modus tribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. apud Peret. Gen. 23. legitur Abraham cùm esset 137. annorum, hoc est, duobus annis post mortem Thare patris sui, primùm possedisse partem aliquam terræ Chanaan, emptâ speluncâ duplici in sepulturam vxoris Saræ. Quod sane

non est ab Aug. non animaduersum, & annotatum. Ergò extunc aut circiter solum Abraham dici potest *colonus* terræ illius.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. apud Genebrard. Perer. & Gordon. Act.7. pro eô quod Latin. Interpr. vertit. *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam*, pro illo, inquam, verbo, *transtulit*, Græcè est μετῴκισε, id est propriè *colonum* & habitatorem *fecit*. Siquidem vox μετοικία non simplicem translationem, sed quasi coloniam denotat. S. Aug. legit, *collocauit*. 3. argumentū desumi posset ab authoritate eiusdem S. Aug. suprà: sed non solemus argumenta eiusmodi à capite recensere, nisi ex aliquâ valdè necessariâ ratione. Quare sit

3. Arg.

III. ARGVMENTVM. apud Perer. Tostatus, inquit, reddit causam idoneam huius secundæ profectionis Abrahæ. Primùm, inquit, venit Abraham cum patre suo in Charran, & mansit ibi diù: eratque tunc pater eius Thare verus Dei cultor: sed posteà deprauatus est, fortasse ex consortio filij sui Nachor qui fuerat idololatra in terrâ Chaldæorum, & ad eum migrauerat, vt scribit S. Aug. 16. ciu. 13. Ne igitur Abraham peruerteretur propter prauam cõuersationem idololatrarum, & propter alias causas, iussit eum Deus exire de Charran &c. eratque tunc 75. annorum. Cætera Tostatus habet eodem ferè modo, quô fusius suprà Pererius, quando sententiam hanc declarauit.

CONTRA HVNC MODVM Faciunt plurima. Et summariè quidem, duo præcipua. Primum, quòd nullum duplicis huius profectionis apparet vestigium in historiâ sacrâ. Secundum, quòd potius habetur in eâ contrarium. Quia autem hæc duo, sunt aliqua fundamenta dicendorum: iisque positis, modo huic, & argumentis eius, responsiones erunt faciliores: propterea historia illa hoc loco Geneseos habita multis capitibus, videtur meritò hîc ex Scripturâ sacrâ aliquatenùs contexenda. Priùs autem illud fundamentum, hoc modo proponendum, atque deducendum. Itaque

Reijcitur: Nullum in Scripturâ vestigium, Abraha[illegible] venisse [illegible] [illegible] Haran.

FACIT I. Quòd historia sacra demonstret, Abrahamum à tempore, quô primum egressus est de Haran, habuisse præcipuam habitationem suam in terrâ Chanaan: cū omni familiâ, & substãtiâ suâ; specialimq; ibi colonū fuisse, ad annos (quos dicunt) proximos morti Thare, aliosque multùm excedentes eius vitam; plurimas verò singulares, & minutas eius actiones, profectiones, tabernaculi erectiones, &c. notanter sepulturam vxoris suæ, clarissime & ad longum eadem historia sacra percen[illegible]at, nullam tamen habeat ne coniecturam p[illegible]ectionum huiusmodi variarum in Charran, secundæue illius profectionis in Chanaan, & ab eâ futuræ in perpetuum habitationis firmioris in eâdem terra Chanaan. Hæc enim signa sunt efficacissima, quibus sit penitus reijcienda hæc opinio. Ostenduntur ista omnia membratim.

A cap. 12. vers. 5. *Tulitque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cumque venissent in eam* &c. Neque verò dicat aliquis, per *animas quas fecerant in Haran*, intelligi posse iam Isaac natum. Hoc enim manifestè repugnat sequentibus; in quibus patet, multis post annis, & in summâ anno cẽtesimo Abrahæ, natum ei fuisse Isaac. Sed neque hæc ità fuisse facta vt narrantur, negant authores huius sententiæ, fatentes ea fuisse sic facta, cùm Abraham esset solummodo 75. annorum: adeóque exponentes illud, *& animas quas fecerant in Haran*, de animabus factis, vel à Loth, vel à seruis eius, & à seruis Abraham; vt omittam quod Chald. exponit de conuersis ad legem Dei, vel instructis in eâ. Itaque ex hoc loco constat Abraham anno ætatis suæ septuagesimoquinto (exacto) exijsse de Charran, & venisse in Chanaan cum vxore suâ Sarâ, & omni familiâ, ac substantiâ suâ. Atqui vel ex hoc solo constat Abraham tunc fuisse translatum, colonū factum &c. in illâ terrâ. Ergò locus Act.7. *Transtulit illum* &c. intelligendus est ex hac primâ vice: & consequenter hæc *postquam mortuus est pater eius*. Sed reliqua deducamus.

Abinde, & à v. 6. *Pertrãsiuit Abram terrã vsq; ad locum Sichem, vsque ad conuallẽ illustrẽ.* vers. 7. *Apparuit autem Dominus Abram* &c. *qui ædificauit ibi altare Domino* &c. vers. 8. *Et inde transgrediens ad montẽ qui erat contrà oriẽtem Bethel, tetendit ibi tabernaculum* &c. *Ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius.* vers. 9. *Perrexitque Abram vadens, & vltrà progrediens ad meridiem.* vers. 10. *Facta est autem fames in terrâ: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi* &c. Hic incipiunt narrari multæ, minutæque eius actiones, profectiones, tabernaculi erectiones, &c. Prosequuntur verò deinceps. Vt

Cap. 13. vers. 1. *Ascendit ergo Abram de Ægypto* &c. *ad australem plagam.* vers. 2. *Erat autem diues valde in possessione auri & argenti.* vers. 3. *Reuersusque [illegible] per iter quò venerat à meridie in Bethel, [illegible] ad locum vbi prius fixerat tabernaculum* &c. vers. 6. *Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul. erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter.* &c. vers. 12. *Abram habitauit in terrâ Chanaan. Loth verò moratus est in oppidis, quæ erant circà Iordanem, & habitauit in Sodomis* &c. v. 14. *Dixitque Dominus ad Abram* &c. vers. 17. *Surge & perambula terram* &c. v. 18.

*Mambre: ... tabernaculum suum Abram, et venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre ... & ... sibi ... altare Domino.* Et hic incipiunt narrari diuinæ Abraham, & habitatio eius in illâ terrâ Chanaan.

Cap. 14. toto describitur bellum 4. regum contra 5. auxilium quo adfuit Abraham. & cætera quæ ad victoriam sunt consecuta.

Cap. 15. toto, describitur promissio à Deo illi facta de protectione, de filio &c. cum sacrificio, & cum fœdere quod Deus pepigit cum eo.

Cap. 16. vers. 3. *Tulit Agar Ægyptiam ancillam suam Sarai post annos 10. quam habitare cœperant in terrâ Chanaan, & dedit eam viro suo vxorem.* vers. 4. *qui ingressus est ad eam* &c. vers. 16. *Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaëlem.*

Cap. 17. vers. 1. *Postquam vero nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus* &c. reliquo toto cap agitur de promissione ei facta seminis, scilicet Isaac, de pacto circumcisionis, denique vers. 26. & 27. seu vltimo, quomodò Abraham circumcisus est, & natus annos illos 99. Item, quomodò Ismaël tunc circumcisus, si que consequenter natus annos 13. demum quomodò etiam circumcisa tota ipsius (virorum) domus.

Cap. 18. rursùm tractatur apparitio Dei & promissio Isaac: ac tandem partim hoc capite, partim sequenti, scilicet 19. destructio Sodomorum. Vbi non omittendum quod cap. 18. a vers. 2. occurrit Angelis, adorat, pedes lauat &c.

Cap. 20. vers. 1. *Profectus inde Abraham in terram Australem, habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus est in Geraris.* Hic incipiunt narrari quædam ipsius peregrinationes, necnon habitationes: reliqua autem cap. describuntur quæ acta ibi inter eum, & Abimelech regem Geraræ

Cap. 21. a vers. 1. nascitur ei Isaac: quem circumcidit octauo die vers. 5. *cum 100. esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac* &c. vers. 9. crescunt Ismael & Isaac. à vers. 14. *Surrexit mane Abraham* (monitus a Deo) &c. *eiicit Agar & Ismaelem:* qui v. 21. *Habitauit in deserto Pharan, & accepit illi mater sua vxorem de terra Ægypti.* vers. 22. Abimelech pactum init cum Abraham, ne noceret ipsi. Denique vers. 33. *Abraham vero plantauit nemus in Bersabee: Et inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni.* vers. 34. *Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.* Hic incipit declarari, etiam verbis expressis, quomodo colonus fuit in illa terrâ.

Cap. 22. à vers. 1. *Quæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham* &c qui, vers. 3 *de nocte surgens strauit asinum suum* &c. vers. 6. *tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum* &c. Et hic describi pe-

A gunt quædam eius professiones.

Per hoc autem postremum, ostenditur Isaac fuisse tunc ætate prouectum.

QVÆRITVR. Cuiusnam tunc esset ætatis Isaac? Abenezra apud Tostat dicit eum fuisse tunc 10 aut 12. annorum. Bibliander hâc sequitur sententiâ: licet ponens 13 quod facit etiam Vigner. dicens eam esse maioris partis Rabbinorum Calnis. dicit 17. Sed vel hinc refutatur, quia & onus lignorum, & labor dierum, & montis ascensus, vires tam teneræ ætatis excessisset. Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 14. sub init. Lat. 22. dicit eum fuisse

B 25. annorum. Quam sententiam authores amplectuntur communius, vt Marian. Scor Lyran. apud quem vide Salian an. 2163. num. 2. legi per errorem 15. pro 25. Item, Delrio, Adrichom. Verron. Fuccius, &c. Item, Gordon. (etti potius 5.7.) In particulari Tornieli an. 2163 num. 4. seu pag. 10. col. 2. post med. & Salianus loco citato. Eam etiam indicat probabilem Pererius ad cap. 22. Gen vers. 1. num. 2. seu pag. 672. col. 2. Iuxta hanc sententiam, tunc Abraham natus erat annos 125. Siquidem Gen. 17 vers. 17. & 21. vers. 5.

C centenarius genuit Isaac: & iuxta modum istum exponendi 1. sententiam quem impugnamus, hæc agebantur ad 10. annos propè mortem patris sui Thare.

Hebræi autem in Seder Olam Rabba seu in maiori suâ Chronologiâ, dicunt Isaac fuisse tunc annorum 37. quam sententiam probasse videntur Tostat. Chronic. Alex Genebr. Capellus. Broughtonus ponens tamē tantū 33. probabilem indicat Pererius suprà: vbi probabile saltem dicit, immolationem illam Isaac fuisse factam paulo antè mortem

D Saræ, quia post hanc historiam immolationis Isaac, Moyses describit mortem Saræ. Et quidem ex cap. 24. toto. ac præsertim fin. vbi Isaac Rebeccam ducit vxorem, diciturque vers. illo vltimo *qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam vxorem, & in tantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat temperaret:* item ex cap. 25. vers. 20. vbi dicitur, *qui cum 40. esset annorum duxit vxorem Rebeccam* patet Saram non diu fuisse mortuam, cum Isaac haberet annos 40. Denique ex cap. 17. vers.

E 17. & 21. vers. 5. vbi Sara peperit Isaac anno ætatis suæ nonagesimo: & cap. 23. vers. 1 vbi eadem Sara vixit annis 127. patet Saram mortuam fuisse tribus annis antequam Isaac haberet annos 40. Cum ergò iuxtà seriem narrationis Moysis, Isaac immolatus sit. (per oblationem tantùm intellige) circà mortem Saræ. probabile omnino fit, eum fuisse oblatum circa annum ætatis suæ trigesimum septimū. Neq; obstat quod cap 22. v. 19. dicitur post immolationem illam, *Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul,*

Isaac quot annos [illegible] quando immolatus.

& habitauit ibi. & cap. 25 vers. 1 *Vixit autem Sara 127. annis* vers. 2. *& mortua est in ciuitate Arbee, quae est Hebron in terra Chanaan*: per quae videri forsan posset multum tempo ris fluxisse inter immolationem illam, & mortem Sarae. Nam nihil inest ibi, quod hoc inferat. Quin potiùs, & potuerunt haec omnia euenire in continenti: & ita de facto euenisse, non parùm insinuatur, cum additur cap. 22. vers. 20. *His ita gestis, nuntiatum est Abrahae, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo*. Nam hoc describitur, tanquam immediatè factum post ibi narrata. & cap. 23. vers. 2. *venitque Abraham vt plangeret eam*, &c. per haec credibile fit, Abraham immolaturum filiū suum, eiusque Saram in Hebron, vt melius rem ei celaret, & ne ant ab ea posset impediri, aut certe ne ipse nimiū illi dolorem causaret. Quam verò vero mortuam fuisse illam, ideoque illuc venisse Abraham de Bersabee vt plangeret eam. Quod denique confirmatur, quia nulla fit in Scripturā mentio, Saram resciuisse quicquam de profectione Abraham ad immolandum filium, eāque ipsâmet immolatione (siue oblatione) realiter factâ. Iuxta hanc autem sententiam, Abraham natus erat 137. annos. Nam ex cap. 21. vers. 5. centenarius genuerat Isaac, & iuxta modum quem impugnamus, à duobus iam annis mortuus erat pater eius.

Iuxta omnes autem sententias simul, Abraham vixerat ab anno septuagesimo quinto quô egressus fuerat de Haran, vsque ad centesimum trigesimum septimum, adeoque per 62. annos. Et tamen nullum habetur vestigium in Scripturâ, quod per tantum spatium inuiserit patrem, seu reuersus fuerit in Haran. Hoc sane signum est efficacissimum, Abraham illuc non fuisse reuersum per totos illos annos. Confirmabitur exponendo textus sequentes.

Vers. 19. *Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi*. Et hic prosequitur descriptio habitationis Abrahae in terrâ Chanaan.

Hoc autem loco quaeri etiam posset, quanto temporis Abraham *habitauerit* in Bersabee, seu quanto *colonus* fuerit terrae Palaestinorum tam ab eo tempore, quô primùm habitauit in eâ: quàm ab eo quô immolauit Isaac. S[illegible] de his agetur mox.

Vers. 20. *His ita gestis nuntiatum est Abrahae, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitum, & Bus fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, & Cased, & Azau, Pheldas quoque & Iedlaph, ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahae. Concubina vero illius, nomine Roma, peperit Tabee, & Gaham, & Tahas, & Macha*.

In horum autem omnium natiuitatibus A necesse est in[illegible] [illegible] multa. S[illegible] de hoc ex[illegible] [illegible] sub reticentia [illegible] [illegible], Interim tacet ad [illegible] natiui[illegible] [illegible]tentem, quod in his rursus nullum [illegible] habeatur vestigium profectionis Abrahae in Charras.

Cap. 23. vers. 1. *Vixit autem Sara 127. annis, & mortua est in ciuitate Arbee quae est Hebron, in terra Chanaan, venitque Abraham vt plangeret et fleret eam*. v. 3. *Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth dicens* &c. reliquo cap. scribitur quomodo emit agrum, & speluncam in eô duplicem, in quâ sepeliuit Saram. Consequenter describitur species illa B Abrahae actio pietatis, quâ funera vxoris suae mortuae persoluit. Infertur consequenter et emptione illâ agri & speluncae in sepulturam, eum ibi mansisse, id est, in Hebron terrâ Chananaeorum. Nullus porrò habetur in sermo, quod inde exierit Iam.

QVAERITVR. Quanto temporis Abraham habitauerit in Bersabee, seu colonus fuerit terrae Palaestinorum, à tempore quo primum habitauit in eâ?

*Abraham quanto temporis colonus Palaestinae*

Secundùm Lyran. 25. annos. Secundùm Hebraeos, vt traditur in maiori eorum chro- C nologiâ, 26.

Contrà hos disputat Perer. ad cap. 21. v. 5. vlt. num. 27. seu pag. 665. col. 1. init. Hos, inquit, Hebraeos, suo ipsos gladio quispiam iugulare posset. Constat enim Abrahamin terrâ Palaestinorum non modò vsque ad immolationem Isaac, verumetiam aliquandiu post habitasse, sicut aperte dicitur sub fin. cap. 22. illis verbis. *Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, & habitauerunt ibi*. Isaac porrò secundum istorum Hebraeorum chronologiam 37. annorū erat, D cùm de [illegible] ad immolandum, & ante ortum eius iam venerat Abraham Geraram metropolim terrae Palaestinorum, vt dictum est Gen. 20. Ex his plane concluditur, Hebraeos fateri debere plus quam 37. annos in terra Palaestinorum habitasse Abraham, &c. Haec Pererius. Qui tamen nihil resoluit de hac quaestione.

Secundum Torniellum, sup. num. 3 fin. & num. sequēti, seu pag. [illegible] col. 2. propè med. habitauit ibi circiter 35. aut 36. annis. Tractās enim ille quantùm temporis Abraham habitauerit in Bersabee, à tempore quo illuc reuersus est ab immolatione Isaac, opinatur mansisse minus quam [illegible] annis. Quia, vt quidem re[illegible] ore ob[illegible] Sarae iam denuo transtu e[illegible] [illegible] [illegible] suum in Hebron.

Cui si obiicietur cap. 23. vers. 2. *venitque vt plangeret & fleret eam*, per haec verba insinuari, eum ab aliâ regione venisse, adeoque prius fuisse an eo emisisse Saram, siue cum, & quod, vellet immolare filium, siue aliâ de causâ.

Respondere posset, non esse credibile fuis-

se illos tunc abinuicem per tantam distantiam seiunctos, sed simul habitasse in Hebron: & illa verba, *venitque* &c. non denutare, nisi quod accessit ad exequiarũ officium præstandum. Quod cõfirmare posset ex cap. 24. à vers. 56. vsque ad vers. vlt. & cap. 25. vers. 11. vbi videtur insinuari Abrahamum iam anteà cessisse Isaac filio locum illum Bersabee ad habitandum, adeóque verè & propriè fuisse reuersum in Hebron.

Porrò ideo Tornellus huic habitationi in Bersabeę, post immolationem Isaac tribuit minùs 12. annis, quia supposito quod à natiuitate Isaac ad mortem Saræ, ex cap. 17. fluxerunt non plus 37. anni: & suppositâ Iosephi & sequacium sententià, Isácum fuisse immolatum anno suæ ætatis 25. & denique supposito quod ex verbis illis, *& habitauerunt ibi* inferatur habitatio per aliquantum temporis: sanè consequens est Abrahamum non potuisse ibi habitare nisi minùs 12. annis. Alioqui vel excederetur numerus annorum 37. vel Abraham non iterum ibi prorsùs habitasset. His ergò suppositis, consequens est etiam Abrahamum habitasse in terrà Palæstinorum circiter 35. aut 36. annis.

Quidquid sit, constans est ex Scripturâ cap. 17. Abrahamum ab ortu Isaac ad mortem Sarę exegisse annos 37. nam si Abraham natus erat annos 100. cum Sara esset tantùm 90. hæc verò vixit 127. annos: Abraham qui superabat 10. annis ætatem eius, natus fuit cum illa obiit, annos 137. Atqui genuit Isaac cùm natus esset 100. annos. Ergo ab ortu Isaac ad mortem Saræ, exegerat annos 37.

Cæterùm, vtrâuis sententià: habitauerit, inquam, in terrà Palæstinorum, 35. 36. vel 37. annos: intrà annos illos mortuus fuerat Thare iuxta hunc modum, qui impugnatur nimirum anno Abrahæ centesimotrigesimo quinto. Attamen nullum habetur in Scripturà vestigium, quòd intrà illos annos Abraham profectus fuerit in Charras: adeóque nec anno mortis Thare, nec altero, vel duobus annis, à morte eius. Et, quod hæc omninò confirmat, si intrà postremum tempus illud reuersus quandoq; fuisset in Haran: non erat opus, nuntium ad ipsum mitti, qui nuntiaret natos esse filios Nachor suo fratri: ipsemet enim illos vidisset. Sed de hoc fusius sub refutatione sequenti.

Cap. 24. vers. 1. *Erat autem Abraham senex, dierumque multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei: dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat* &c. reliquo cap. describitur quomodò seruus ille profectus in Haran, assumpserit & adduxerit Rebeccam in vxorem Isaac. Hoc autem ex supranotatis, nempe ex cap. 25. vers. 20. ex cap. 24. vers. vlt. & ex cap. 23. vers. 1. patet factum tribus annis post mortem Saræ, & secundum opinionem quæ hic impugnatur, 5. post mortem Thare.

Cap. 25. vers. 20. *Qui* (Isaac) *cùm 40. esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis* &c. Ergò tunc Abraham natus erat 140. aut 141. annis. Et hoc totum rursùs tribus annis post mortem Saræ: 5. post mortem Thare, secundum opinionem istorum. Bathuelis.

Eodem cap. 25 vers. 1. *Abraham verò aliam duxit vxorem, nomine Cethuram, quæ peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue* &c. vers. 7. *Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ 175. anni, & deficiens mortuus est in senectute bona* &c. Hic describitur quomodò Abraham attigit annos multùm excedentes vitam Thare. Et tamen absque eò quod vlla mentio fiat profectionis ipsius in Haran. Hoc autem est quod initio promisimus ex historię narratione.

Sed quid in his diutiùs immoramur? cùm hoc ipsum fateatur Pererius ad cap. 23. vers. 1. num. 3. seu pag. 693. col. 1. med. Illud, inquit, intelligere licet, biennio ante mortem Saræ, defunctum vità fuisse patrem Abrahæ, cui nomen Thare, in Haran ciuitate Mesopotamiæ. Hoc autem ex eo constat, quod Thare 70. annorum erat cùm genuit Abrahã Gen. 11. Vixit autem 205. annis, vt ibidem dicitur. Quare nato Abrahæ superuixit 135. annis. Excessit igitur biennio antè mortem Saræ, quô tempore Abraham erat, vt diximus, 137. annorum (quia nimirùm ex cap. 17. erat centenarius cum Sara esset nonagenaria). Vtrum verò (pergit Pererius) Abraham ægrotantem eum *visitatum iuerit*, & morti, atque *funeri interfuerit*, nullum in Scripturâ fit verbum. Hæc ille. Idem dic de reliquis, vt quod alijs temporibus *inuiserit*: quod *hæreditatem accepturus*: quod abinde solùm *colonus* &c. De his inquam, nullum in Scripturâ fit verbum.

IN HIS ergò consistit vis Argumenti. Primò, quòd historia sacra vbique passim dicat, Abraham *habitasse* in terrâ Chanaan: in terrà Palæstinorum, &c. *cum omni substantiâ suâ*: cum tot *diuitijs* &c. etiam verò *colonum* fuisse: (vbi nota Septuag Interpr. habere [illegible]. cap. 21. fin. vbi Vulg. *& colonus fuit*: cùm tamen alijs in locis habeant [illegible]) it ē, *plantasse nemus* &c. & hæc per totam vitam. Nullibi autem dicat iuisse in Mesopotamiam. Vis Argumenti. 1.

Nec valet dicere, *habitationem*, vel *coloniam* huiusmodi, nõ impedire, quin ipsa vocetur, ac fuerit, *peregrinatio*. Nam peregrinatio etiã quã Iacob dicit cap. 47. vers. 9. *Dies peregrinationis meæ 130. annorum sunt*, non impedit quin fuerit *habitatio* & *colonia*. Item, Exod. 12. vers. 40. vocatur *habitatio filiorum Israël*, quæ aliàs fuit & peregrinatio. Item, Gen. 15.

vers.13. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua*, peregrinationem illam seminis Abraham exponunt Pererius & alij, tã de habitatione istâ in Chanaan, quàm de aliâ in Ægypto: & tamen secundùm ipsosmet, *habitatio* illa in Chanaan fuerit vera habitatio, seu *colonia, collocatio*, &c. cùm facta fuerit ab ipsomet tempore Abraham: cùm scilicet incipienda sit ab Isaac primo semine Abraham, prout dicetur suo loco.

2. Secundò. Quod eadem historia sacra vbique passim numeret tot actiones singulares, tam naturales, *profectionis* &c. quàm pias, *adorationis* Dei, *erectionis* altarium &c. singulariter autem *sepulturæ* Saræ cura tantâ sollicitudine: & hæc per tot vitæ annos: nullas autem ex assignatis ab istis authoribus memoret, aut verbotenùs indicet: vtique nullatenus est credibile, quòd tot etiam pias reticuisset.

3. Tertiò. ad hominem. Pererius & alij solent nonnulla in similibus opinionibus reijcere prorsus, quod de illis nullũ sit in Scriptura vestigium. Instar omnium, in illâ graui controuersiâ chronologicâ, de annis habitationis filiorum Israël in Ægypto (de quâ sub Periodo sequenti) quos Genebrardus post Eugub. contendit esse 430. negant autem isti; cum ad argumentum, sanè fortissimum, de generationibus inter ingressum & egressum de Ægypto, nominatim *Cahat*, non implentibus tempus illud, respõdet Genebrardus, prætermissas esse aliquot generationes à Moyse, sicut à S. Matthæo suo modo: insultant ei Pererius, Baradius, & alij, propterea quod nullum de hoc sit in Scripturâ vestigium. Vnde dicit Baradius, *diuinat ergò*. Ergo similiter contrà hunc modum dicetur meritò, *diuinant ergò authores eius*.

Hactenùs argumentum, siue refutatio, per quam intelligitur nullum profectionis illius duplicis vestigium haberi in Scripturâ sacrâ. Iam accedendum est ad aliam, ex quâ potius habetur in Scripturâ contrarium: nimirum Abraham nunquam in Mesopotamiam fuisse reuersum. Itaque

Reijcitur à Scriptura demõstrat, Abrahamu nunquam reuersum in Haran.

FACIT II. Quod Historia sacra demonstret Abrahamum à tempore quò egressus est de Haran, nunquam eò reuersum esse. Hoc autem habetur ex tribus Scripturæ locis.

1. Locus.

1. LOCVS. idem qui suprà cap. 22. à vers. 20. *His ita gestis, nuntiatum est Abrahæ, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitum* &c. vbi recensentur duodecim filij: scilicet 8. ex Melchâ, & 4. ex Româ. Dictum est autem suprà, tunc Abrahamum fuisse natum annos vel 125. vel 137 aut circiter. Si 125. patrem eius fuisse superstitem adhuc 10. annis iuxtà hunc modum quẽ impugnamus. Si 137. aut circiter, ipsum Abraham attigisse ad duos annos suprà mortem patris iuxta eundem modum. Porro vtrôuis modo, hîc valet argumẽtum Torniellii ad ann. 2039. num. 7. fin. seu pag. 157. col. 2. post med. nimirùm,

Sic argumentatur Torniellus. Si Abraham nonnisi anno ab ingressu suo in terrâ Chanaan quinquagesimo (annis enim 75. si addantur 50. fiunt 125.) audiuit de prædictorum nepotum suorum natiuitate: certissimum profectò signum est, quod ipse nunquam redierat in Haran: & item, quod antè egressum suum de Haran, iam mortuus erat pater eius Thare. Hæc ibi. Quæ sic explicanda sunt ex Saliano, præs. an. 2164. num. 2. vt certissimum illud signum sit, Abraham nunquam redisse in Haran, quia res illa nuntiabatur ei tanquam *noua*. Item, Thare fuisse iam mortuum antè egressum illum Abraham; quia nempe, si Thare adhuc in viuis fuisset, ipsi Abrahæ aliquid de patre incolumi æquè ac de filius fratri natis, nuntiatum fuisset. His si addas, secundùm opinionem Hebræorum, sanè probabilem, Abraham fuisse tunc annorum 137. argumentum erit adhuc fortius. Nam tunc pater eius in omni sententiâ erat mortuus. Quod si iuxtà hunc modum qui impugnatur, Thare mortuus fuerat à duobus tantùm annis, & Abraham illuc iuerat, aut visendi patrem, aut funeri eius assistendi, gratiâ: vtique per seipsum agnouisset Nachor habuisse 12. illos filios: nec opus ei fuisset nuntio, ad hoc illi significandum. Subiungit Torniellus: Alioqui non videretur credibile, quod Abraham vir pijssimus, tamdiu ad inuisendum patrem, vel ipse proficisci, vel saltem seruos suos mittere neglexisset: & sic de ortu nepotum multò citius edoctus fuisset. Adde ex Saliano posteriori loco, ad inuisendum illum qui pater erat: qui spirituali eius auxilio vehementer egebat: qui eius amore incitatus patriã grandæuus reliquerat, & longinquam transmigrationem susceperat. Adde etiam, quod secundum Hebræos Abraham iam emensus fuisset annos 60. quos tribuunt hi authores peregrinationi ipsius, & duos insuper. Qui fit ergò credibile, eum per tot annos non inuisisse patrem, aut ad eum nuntios non misisse, si adhuc in viuis per illos annos aut circiter mansisset? His subiunge cum Saliano: Si inuisebat, quomodò 8. filios ex Melchâ, 4. ex Româ nepotes suos, fratri suo ibidem genitos ignorabat, vt nunc illi tanquam noua & ignota nuntientur? Denique illi omnes filij Nachor videntur nati à tempore egressionis primæ de Chald. & primæ posteà de Haran. Nam ex Gen. 11. vers. 31. & S. Aug. 16. ciu. 13. Nachor remanserat in Chaldæâ, quando ex eâ egressus est Abraham cum patre suo. Hinc

ergo consequitur Abraham ... omnes ... a ... ne ... se ... ne ... s famulas ... : nec de ... ntios ... cepisse: adeóque patrem in viuis non fuisse.

II. LOCVS. Idem qui caput 24. vbi per totum patet multimodè hoc argumentum.

Primò enim à vers. 3. Abraham *adiurat* seruum suum dicens, *vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram & cognationem meam proficiscaris. & inde accipias vxorem filio meo.* Cui cùm respondisset seruus vers. 5. *Si noluerit mulier venire mecum* &c. replicat Abraham, *Dominus Deus* &c. vers. 7. *Ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo: sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento.* Hinc patet Abraham non nouisse mulierem aliquam quæ filio vxor esse posset. Siquidem eam seruo suo nominasset; neque fuisset opus filii Deo & Angelo committere curam indicandi aliquam. Quod cum factum fuerit eò ipso tempore circà quod volunt Thare mortuum, id est, 5. annis post mortem eius ex dictis suprà; si Abraham eò aliquando iuisset, aut si funeri patris adfuisset: aut denique hæreditatem aliquam accepisset: vtique parentes illos eorumque familias nominatim agnouisset; cùm præsertim conuenire soleant omnes funeribus, & maximè capita domorum de hæreditate partiendâ simul agant, neque parum inuicem litigare soleant.

Secundò. vers. 5. postquam respondit seruus: *Si noluerit mulier venire mecum in terram* hæc addit: *nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es?* vers. 6. *Dixitque Abraham: Caue ne quando reducas filium meum illuc.* &c. & vers. 8. *Filium meum tantùm ne reducas illuc.* Cur autem Abraham in tantum id cauerit. sanè alia ratio reddi nequit, nisi pia illa, ne fortè Isaac contaminaretur ex conuersatione idololatriæ, quæ vigebat in cognatione sua. Nouerat enim Abraham Nachor esse idololatram, quia talis fuerat in Vr Chaldæorum: meritò suspicabatur peccatum illud transisse in posteros, prout de facto compertum est Laban habuisse idola. sperabat tamen in Deo, quòd non transisset in omnes, & quòd ipso duce inueniretur aliqua vxor ... huic malo non obnoxia, prout de facto inuenta est Rebecca filia Bathuel ... Laban. Quod si tantæ hoc erat curæ ..., quamuis ferè quadragenarius, qui ... Deo fuerat oblatus, quique à Deo deuotus, vt in fine cap. vers. 65. de illo dicatur, *egressus fuerat ad meditandum in agro:* qui ... ibi eadem fidei fuisse sollicitudinem pro ... metipso? præsertim, cùm Deus præcepisset ei vt egrederetur de cognatione sua &c quod ibidem ideò recenset Abraham di- A cens, vers. 7. *Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi* &c.

Tertiò. vers. 10. *Profectusque* (seruus ille) *perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor.*

Ex hoc loco Torniellus anno 2113. num. 5 fin. seu pag. 177. col. 1. propè med. asserit, ex memoratâ vrbis appellatione posse deduci argumentum non infirmum, contrà authores huius opinionis. Nam si, inquit hoc esset: nempe quod Thare tunc vixisset, & in Haran vrbe mansisset, cùm Abraham ageret annū centesimumtrigesimumquintum, B saltem vsque ad illum: proculdubiò ciuitas illa, potius vrbs Thare, quam vrbs Nachor nuncupata fuisset.

Quartò. vers. 11. Seruus ille met, cū camelos fecisset *accumbere extra oppidū* &c. *tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam,* dicens, *Domine Deus* &c. *occurre, obsecro, mihi hodie* &c. *filiæ habitatorum huius ciuitatis egrediuntur* &c. *puella cui ego dixero* &c. vers. 21. *Ipse autem contemplabatur eam tacitus,* &c. *Cuius es filia? indica mihi: est in domo patris tui locus ad manendum?* &c. denique per totum ferè con- C stat, eum neminem ibi, nedum locum, inuisisse, cognouisse &c. Non est autem credibile, si Abraham adhuc patrem habuisset, còque iuisset, non hunc seruum secum duxisse, aut si ipsemet non ire potuisset, vel certè ire noluisset, non hunc eò seruum aliquoties emisisse. Vide & vers. 49. vbi seruus ille ait, *vt vadam ad dexteram, vel ad sinistram:* signum nihil ei fuisse notum in illâ regione.

Quintò. vers. 34. Cum seruus ille narrat, *Seruus Abraham sum: & Dominus benedixit Domino meo valdè, magnificatusque est. &* D *dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute suâ, deditque illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit* &c. denique toto ferè cap. ostēditur ignoratum etiam fuisse in illâ regione, & domo, Abraham esse diuitem, habere filium, &c. At si quandóque Abraham, aut certè aliquis ex seruis eius, eò iuisset: vtique hæc ignorata non fuissent eo loco.

Sextò demùm. Si Abraham eò iuisset, aut E funeris, aut hæreditatis gratiâ: vtique credibilius est, ipsum imer extunc procurasse vxorem filio suo. Nam in opinione authorum istorum, tunc, aut paulo post, incidebat tempus ad hoc idoneum: siquidem anno Abrahæ centesimotrigesimoquinto, secundùm eos, mortuus est Thare: & anno eius circiter centesimotrigesimonono, procuratum est de vxore pro filio suo.

III. LOCVS. apud Salian. num. 7. ex 1. Locus. Hebr. 11. S. Paulus, inquit, hanc ipsam videtur confirmare sententiam. Ait enim (nempe à vers. 9. non textu continuo, sed inter-

nuffo ) *Abraham, Isaac, & Iacob, & Saram demoratos esse in terrâ promissionis, tanquam in alienâ, in casulis siue tabernaculis habitando, confitentes se hospites, & peregrinos super terram. Qui enim hæc dicunt*, ( inquit S. Paulus vers. 14. & textu continuo ) *significant se patriam inquirere, & siquidem ipsius meminissent de quâ exierant, habebant vtique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem.* Hæc Apostolus. Abraham igitur in terrâ Chanaan, semper habitauit vt peregrinus, & cum haberet tempus reuertendi, nunquam reuersus est. Imò ne de patriâ quidem ex quâ exierat cogitauit, aut eius memor fuit. Hæc Salianus

Ex his sanè perquàm sufficienter videtur ostensum, Abrahamum nunquam esse reuersum in Haran, à tempore quô abinde primùm est egressus. Sunt tamen alia argumenta contra hunc modum, ab his, & alijs locis, petita. Iraque

Reijcitur 4. Abraham non reuersum in Haram visendi patris, vel hæreditatis capiendæ gratiâ.

FACIT III. Quòd Abrahamum non esse reuersum in Haran, specialiter, nec visendi patris gratiâ, nec hæreditatis paternæ percipiendæ, videatur ostendi posse isto modo. Quod enim non funeris gratiâ, iam fuit ostensum suprà.

Non gratiâ visendi patrem. Nam si quandoque, ait Torniellus num. 9. seu pag. 157. col. 2. pietatis gratiâ, ad visendum patrem consueuisset ire, tunc profectò ad eundem potius se recipere debuisset, quando facta est fames in terrâ Chanaan (cap. 12. à vers. 10.) & tamen legimus ipsum tunc in Ægyptum descendere maluisse, non sine graui vitæ, honorisque periculo: quod facile deuitare poterat, si in Haran ad patrē ac propinquos suos, saltem donec cessasset fames, diuertere voluisset. Hæc ratio valet maxime si spectes authores prædictos dicere, tunc eum solummodo peregrinatum esse: non autem a Deo prorsus translatum: seu præceptum Dei, non ita eum tunc obligasse.

Non gratiâ percipiendæ paternæ hæreditatis. Nam ex totâ historiâ patet, cum fuisse valde diuitem in omni bonorū genere: cùm contra, circa tempora, quibus dicitur adijsse patrem, nam hæreditatem, conijciatur domum illam paternam fuisse pauperem.

Neutrius denique gratiâ, ostenditur, ex Torniello dicēte: Nam qui proprio filio non pepercit, vt Domini iussionē impleret, quomodo putandum est, eum, siue ob affectum paternum, siue vt te[...]ia bona conquireret, siue alia de causa, adduci potuisse, vt denuo rediret ad hab[...] in ea regione, [...] qua cum Dominus exire præceperat [...] cum iam p[...]a vice exien[...], veluti quodammodo a pa[...] anum[...]us, secum [...] m[...]n [...]ani? Sane [...] ad terram [...] fuerat, reuer

transfusa [...] veteri poterat ne[...] posteris à diuinâ voca[...] exemplum t[...]ueret. Hæc Torniellus. A[...]de, n[...] v[...] re[...]e est, cum qu[...] nimo [...]tandus erat, volui[...] rein[...] imum paternam, ob b[...]a [...]poralia.

Reijcitur 4. Thare mortuus antè secundam quæ fingitur translationem Abraham.

FACIT IV. Quod Thare mortuum fuisse antè 60. illos annos, quos [...] cunt hi authores Abraham trāslatum [...] & Thare, inquam, mortuum fuisse [...] citer 10. annis, antè annos illos 6[...] quos volunt Abraham fuisse translatum: [...]deatur ostendi posse isto modo.

Cap. 22. vers. 20. *His itâ gestis, nunciatum est Abrahæ quod Melcha genuisset &c.* Tunc Abraham natus erat vel 125. annis, vel ad plus 135. secundùm opinionem authorum illorū. Nam Isaac immolatus est anno vigesimoquinto suæ ætatis, adeóque centesimovigesimoquinto Abrahæ, secundùm eos, & Iosephum. Quod si verba ista, *His itâ gestis*, referantur immediatè ad immolationem illam, ad plus, ad reuersum Abrahæ inde: tunc manifestè hæc nuntiata sunt ei anno centesimovigesimoquinto. Tunc ergò viuebat adhuc Thare secundum illos; victurus adhuc 10. annos: nam non est mortuus secundùm eosdem, nisi anno Abrahæ cētesimotrigesimoquinto. Quod si verba ista referantur ad illā etiam, *& habitauit ibi*, & sub his includantur aliquor anni, minùs scilicet quàm 12. ponamus minùs etiā 10. tunc adhuc viuebat Thare: ponamus 10. tunc præcisè mortuus erat nimirùm Abraham agebat annos aut 135. aut inter 125. & 135. quibus ostensum est quod nondum reuersus fuerat in Haran. Quare cùm hæc nuntiata sunt ei de filijs Nachor: aut viuebat adhuc Thare: aut mortuus erat aut si velimus ægrotabat moriturus. Si viuebat mirum quod de eô non nuntiabantur Abrahamo prospera. Si mortuus aut ægrotus erat, mirum quod nec ei non prospera nuntiabantur. Hoc ergò signum est Thare fuisse longè antè mortuum adcóque non centesimotrigesimoquinto anno Abrahæ. Ergò potiùs septuagesimoquinto, post quem Abraham consequenter est egressus

Reij[...]

FACIT V. Quod trāslationem illam secundam Abrahæ esse fictitiam, videatur ostendi posse specialiter illo modo.

Secundâ illâ vice qua fingitur Abraham egressus de Haran, & inde collocatus: Abraham secundum istos, habebat ad minus 1[...]. annos. Porro tunc habebat filios Ismael, & Isaac & substantiam magnam valde. Atqui nihil horum egressum est cum eo de Haran, & inde collocatum in Chanaan. Non Ismael. Nam cap. 21. vers. 20. *Creuit & moratus est in solitudine, factusque est iuuenis sagittarius, habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua vxorem de terra Ægypti.* Non Isaac.

Nam cap. 24 Si Abraham ... vt ... cum illo deduceret: multò magis ne ipse illam secum duxit. Denique hoc patet ex tota historia, & fatetur Pererius pag. 579. col. 2. num. 75 lin. vlt. Non substantia. Nam per totam historiam patet quod nusquam ... diuitias habuit à primo egressu de Haran. Non de ... Sara vt patet in ... In quidum quæ ergò dici potest Abraham translatus ... potius secundâ vice, quam primâ? Annon potius contrà dicendum me rito videretur, cum colonum fuisse per 60 & plus annos, imò per totam vitam extrà Haran per ... natum vel ... solum modo in Haran, si quando ... er visendi patrem, aut quid simile agendi gratiâ; cum solus & absque fam ... a ... luctuisset: neque verò inibi remansisset vllatenùs?

Confirm. & Declarat. Confirmatur, necnon ampliùs declaratur, ex his quæ habet Salianus num. 7. Quæro, inquit, de hac priore profectione, solusne ierit Abraham, an cum omnibus suis, sicut post mortem patris? Si solus, puta relictis vxore, Lotho, & totâ familiâ apud patrê, per annos 60 quomodò ergo ex Sara in terrâ Chanaan genuit Isaac centenarius, id est, vigesimoquinto anno peregrinationis suæ? & 14. annis antè, inuitatu Saræ cum quâ fuerat in Ægypto, ex Agar Ægyptiâ genuit in eâdem Chananitide Ismaelem? Et si solus crebrò reuisit patrem, quomodò non plurimæ profectiones, & non vna tantùm introducuntur? Si autem cum omnibus rebus suis, in istâ primâ profectione profectus est, quando erat 75. annorum, vt habetur in textu Gen. 12. Quæro, cum visitabat patrem, vbinam eos deferebat? apud quos? quid illi agebant interea? omnia diuinanda sunt. Num omnia sua semper circumduxit, vt Nomades hamaxobij? Tot ergò admittendæ sunt profectiones, quot vicibus adiuit patrem & reperit Chanaan idem: & quidem profectiones totales atq, integræ vxoris, Lothi, gregum omnium, omniumque famulorum atque vniuersæ supellectilis. Nonne prodigium ... star estâ hæc contigerint ... à Moyse, qui omnia eius vestigia assectatus est in historia suâ, & omnes penè nominat locos, in quibus castrametatus est? Hactenus Salianus.

Summa ... ex omnibus his. Aut Abraham ... mà vice de Haran in Chanaan, ... secum: aut non. Si dicas, ... manifeste est contrà Scripturâ Gen. ... omnia duxisse tunc. Si sic cum reuersus est in Haran visendi causâ patrem vel omnia secum ducebat: vel non. Dicere cum duxisse omnia secum: sane ridiculum est. Si non: ergò non potest in eiusmodi reuersione ex Haran dici translatus, collocatus, colonus factus, &c. Denique vel reuer-

A sus est semel tantum: vel pluries. Dicere semel etiam ridiculum est ... tere propria annorum 60 Si pluries, in quânam earum assignabitur illa translatio, collocatio &c. Nam de his omnibus silet Moyses.

Refertur 6. Illa translatio Abrahæ facta antè innotescens filium. FACIT IV. & inuictissimè. Quod illa translatio fuerit facta longe antè annum Abraham centesimumtrigesimumquintum. Ostenditur ... modis.

Primò. Translatio ... facta est, *antequam Abraham haberet filium*. Nam Act 7. vers. 4. *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam in quâ vos nunc habitatis.* vers. 5. *Et non dedit illi hæreditatem in eâ ne passum pedis, ... repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium.* Translationem illam fuisse factam, antequam haberet filium conuincunt illa verba, *transtulit eum, cùm non haberet filium.* Atqui Abraham habuit filium longe antè annum ætatis suæ centesimumtrigesimumquintum, nimirùm ante centesimum seu etiam ante octogesimumsextum. Siquidem Gen. 17. vers. 17. & cap. 21 vers. 5. habuit Isaac anno ætatis suæ centesimo: & cap.

C 16. vers. 16. Ismaelem octogesimosexto. Ergò translatio illa facta est longe ante annum eius centesimumtrigesimumquintum. Hoc argumentum habet Salianus, alijs & breuioribus verbis, num. 12. init. Si Abraham, inquit, natus est anno septuagesimo patris, ergo moriente Patre annum agebat centesimumtrigesimumquintum (quia nempe ... ad 205. sunt 135) Ergo iam genuerat Ismaelem & Isaacum. Nam priorem genuit anno octogesimosexto, posteriorem centesimo.

D At S. Stephanus ait *translatum ipsum in terram Chanaan, eique promissionem factam, cum nondum haberet filium.* Sic ille.

Ita, antè promissionem terræ. Secundò. Translatio illa facta est *antequam promissio terræ Chanaan ipsi facta fuisset.* Nam ibidem vers. 4. *transtulit illum* &c. vers. 5. *repromisit ... illi eam in possessionem & semini eius post ipsum.* translationem illam fuisse factam ante promissionem (de quâ ait S. Stephanus) de terrâ Chanaan possidendâ: conuincunt illa verba, *transtulit eum, & repromisit dare illi eam in possessionem.*

E Atqui promissio ista facta est longè antè annum Abrahæ centesimumtrigesimumquintum. Siquidem, imprimis promissio illa facta est antequam haberet filium. Nam ibid. additur *cum non haberet filium.* Ostensum est autem Abraham habuisse filium, longe antè annum centesimumtrigesimumquintum: nimirum anno cètesimo, quô habuit Isaac, seu etiam octogesimosexto, quô habuit Ismaelem. Deinde, promissio illa (de quâ agitur) terræ Chanaan, facta est anno præcise Abrahæ septuagesimoquinto. Nam Gen. 12. postquam dictum est vers. 4. *Septuaginta quinque*

*annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran*, subditur infrà vers. 7. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.* Ergò translatio illa facta est longè antè annum eius centesimumtrigesimumquintum, nimirùm septuagesimoquinto. Hoc argumentum habet Salianus ibidem breuioribus, sed obscurioribus etiam verbis.

Mors Thare non concurrit cum anno Abrahæ 135.

Tertiò, ad hominem. Iuxtà authores istos, translatio illa facta est, *mox à morte Thare*, & hoc, inquiunt, anno Abrahæ centesimotrigesimoquinto. Consequenter mors Thare præcessit paulo annū Abrahæ centesimumtrigesimumquintum, seu annus Abrahæ centesimustrigesimusquintus secutus est proximè mortem Thare: adeòque concurrit, aut ferè concurrit, cum illà morte Thare, & cum illà translatione. Hoc autem consequens esse falsum, nimirùm mortem Thare præcessisse paulo annum Abrahæ centesimumtrigesimumquintum, seu annum Abrahæ centesimumtrigesimumquintum secutum fuisse proximè mortem Thare: adeòque concurrisse, aut ferè cōcurrisse cum morte Thare, & cū illâ translatione, ostenditur sic. Mors Thare euenit, antequàm Abraham haberet filium: & antequàm promissio terræ Chanaan facta fuisset ei. Nā ibidem Act. 7. à vs. 4. *Et inde postquam mortuus est pater eius &c.* Vers. 5. *repromisit dare illi eam in possessionem &c. cùm non haberet filium*: mortem Thare euenisse antequàm haberet filium, conuincunt illa verba, *mortuus est pater eius, cùm non haberet filium*. euenisse etiā antequā promissio terræ Chanaan facta fuisset ei, cōuincunt illa, *mortuus est pater ei*, *& repromisit dare illi eam in p[o]ss[ess]ionē*. Atqui Abrahā habuit filios longè antè annū ætatis suæ centesimumtri gesi mumquintum, vel Abraham non habuisset filium [I]sm[ae]lem [qui] est verum non habe[re]... longè ante annum eius centesimumtrigesimumquintum nimirùm etiam antè centesimum, etiam vero ante [o]cto[g]esimum-sextum. Promissionem item terræ Chanaan, ostensū est fuisse factā ei longe ante centesimum annū centesimumtrigesimumquintum, & rursus antequam haberet filium, & denique anno [ætatis suæ] septuagesimoquinto. Ergo mors Thare euenit longè antè annum Abrahæ centesimumtrigesimumquintum. Cum ergo translatio illa facta sit *mox à morte Thare* seu mors Thare præcesserit paulo translationem illam: & consequenter translatio illa & mors Thare concurrerint, aut ferè concurrerint, simul: manifestum est argumentum à destructione consequentis ad destructionem antecedentis translationem illam esse factam longe ante annum Abrahæ centesimumtrigesimumquintum, nimirùm ante annum eius centesimum, etiam vero ante octogesimumsextum & denique anno

ip[so] [s]eptua[gesimoquinto] con[se]quenter est, [nimirùm] ... cur[r]i[sse], aut ferè concu[rrisse], ... neque translationem illam cum anno Abrahæ centesimo [tri]gesimo quinto, neque annum [ill]a [Abra]hæ cente[si]mumtrigesimumquintum, cum illâ translatione.

Confirm. translatio Abrahæ quæ Act. eadem quæ Gen. 12.

C[O]NFIRMANTVR hæc [iam] inuictissime. Nam translationem illam fuisse vnicam eandémque cum illâ quæ describitur Gen. 12. facta anno ipsius septuagesimoquinto, conuincitur ex dictis. Siquidem imprimis, translatio illa Act. 7. facta est antequā Abrahām haberet filium. Atqui translatio quæ describitur Gen. 12. facta est etiam antequam haberet filium. Ergo vtraque translatio vnica & eadem est. Deinde, translatio illa Act. 7. facta est circà promissionem terræ Chanaan: & promissio hæc circà annum Abrahæ septuagesimumquintum. Atqui translatio quæ describitur Gen. 12. facta est circa promissionem illam &c. Ergò vtraque translatio vnica & eadem est.

Obiect.

NEQVE HIS OBSTAT Responsio, siue expositio quædam Pererij, nempe verba ista, *cùm non haberet filium*, non esse referenda ad omnia quæ præcedunt: quod sic intelligendum vult, vt non sint referenda ad illa, *transtulit illum*. adeòque non esse illa simùl coniungenda.

Respons.

NAM imprimis, contrarium manifestè patet ex serie contextus. Deinde, esto (quod tamen non conceditur) verba ista, *cùm non haberet filium* non referentur immediatè & per se ad illa, *transtulit illum*: attamen adhuc referuntur ad ea mediatè, & per promissionem. Nam promissio ipsa facta est post translationem illam, adeoque ad eam refertur *& inde postquam mortuus est pater eius, transtulit eum &c. & non dedit ei hæreditatem &c. sed promisit &c.* promissionem istam referri ad translationem coniunctiua particula, *transtulit, & non dedit, sed repromisit &c.* Atqui promissio ista facta est, antequā haberet filium: siquidem ibi expressè dicitur *sed repromisit &c. cùm non haberet filium*. Ergò verba illa, *cùm non haberet filium*, referuntur etiā ad illa, *transtulit illum* Denique Pererius non potest id [a]ss[e]rere nisi recurrendo ad nouam anticipationem & recapitulationem, quâ [translatio illa fact]o post mortem Thare, dicta fuerit per anticipationem ante [illa] ... *hæreditatem &c. sed repromisit &c.* & ... per recapitulationem post illa *& inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum &c.* At hoc gratis & absque fundamento.

Ad I. Arg. Mo-

A[D] I. ARGVMENTVM Molinius. Respondet Tornellus num. 10. cum Caietano, litteram non dicere Abrahamum non possedisse nec passum pedis sed Deum non dedisse illi *hæreditatem* in eâ, ne passum

pedis, sed repromisisse dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum (quod intellige, *ipsi* in semine suo: nam neque ipse possedit eam, nec Isaac, nec Iacob &c.) Itaque Abraham habuit speluncam, nec solum hoc, sed nemus longe anteà, cap. 21. vers. 33. quò non obstante dicitur ibidem *colonus*. Verum nemus illud non habuit iure, nec emptorio, nec hæreditario, sed conductorio. Speluncam autem iure quidem emptorio, & solum in ius sepulchri, cap. 23. a vers. 4. & 25. vers. 9. & cap. 47. vers. 30. & cap. 50. vers. 13. sed non hæreditario; nam Hebr. 11. vers. 8. *in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem*, &c. vers. 9. *Demoratus est in terrâ promissionis, tanquam in alienâ, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.* Non ergò extunc solùm dicendus est *colonus*: vel non obstante hoc, semper dicendus est *peregrinus*. Nam quod ipse nihilominùs, nec solùm ipse, sed & Isaac, & Iacob (consequenter posterorum multi) semper manserint peregrini, clarum est Gen. 23. vers. 4. 26. vers. 3. 47. vers. 9. Exod. 6. vers. 4. & denique expressissime verbis præcitatis Hebr. 11. vers. 8. & 9.

Ad 2. AD II. Respondetur, esto, vocabulum illud significet, *collocauit*, *colonum fecit* &c. At illa collocatio, seu colonia, facta est ex 1. egressione, prout manifestum est ex Gen. 12. vers. 5. *Tulitque Sarai uxorem suam & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiã quam possederant, & animas quas fecerant in Haran:* & cap. 21. vers. vlt. *& fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis* &c. Hæc verò egressio prima, facta est post mortem patris, vt describitur cap. 11. fin. & cap. 12. init. vel, *postquam mortuus est pater eius*. vt expressis verbis asseritur, Act. 7. vers. 4.

Ad 3. AD III. Respondetur, congruentiam illam militare contrà hunc ipsum modum. Nam si Deus iussit Abraham exire de Haran, quia Thare decidit in idololatriam: ergò Abraham non debuit illum inuisere, cùm idololatra mansit.

5. Modus. V. MODVS. Dicit, errorem esse in Act. & B. Stephanum ibi locutum fuisse ex sententiâ non suâ, sed aut Septuag. Interpretum, aut Rabbinorum, tunc suorum aduersariorum.

Bucholcerus. Ità sectarij Bucholcerus & Caluisius, in suis Isagogis. Et Bucholcerus quidem, à fol. 19. pag. 2. init. sic habet: De loco in Actis, Respondeo, quod ipse Stephanus responderet si viueret. Examina Acta ad Genesim, non Genesim ad Acta: lignum ad normam exige, non normam ad lignum. Stephanus ibi longè aliud agit, quàm, vt vel tempora supputet, vel Mosis supputationem excutiat, aut corrigat. Mutuatur ex Mose narrationem suo negotio conuenientem: & obiter meminit mortis Tharæ: hic certè & integras historiarum narrationes, & exactas temporum supputationes ex Mosis præceptoris sui scriptis depromi voluit. Sunt autem in Stephani narratione plura, quæ cum grano salis (vt loquuntur) accipienda, & commodà interpretatione lenienda sunt: quod etiam alij obseruarunt. Vt, quòd Vr Chaldæorum nominat (latiore significatione, vt scholæ loquuntur) vrbem Mesopotamiæ: &, quod ait Iacobum transtulisse in Ægyptum 75. animas, cum Moses contrà affirmet, idque bis repetat, fuisse tantum 70. Hic itaque nemo dubitat, numeros ex Mose corrigendos, & suæ integritati restituendos esse. Cur idem non liceret in eiusdem narrationis parte alterà, de migratione Abrahæ? præsertim cùm eà in re non periclitetur, vel argumentum Stephani, vel Scripturæ fides, vel hominum salus. Pergit sectarius.

Aliud est, cùm ex professo quid tractatur auttraditur, quod Moses facit: aliud, cùm tantùm obiter, ac velut in transcursu attingitur, & aliunde citatur aliquid, & lector vel auditor eò remittitur, vt inde rei propositæ declarationem ac fidem, & eius, quod integræ expositioni deest, complementum petat. Moses ex professo agit historicum, & ætates patrum annotat. Stephanus verò ex Mose recitat sua, nec id facit accuratissimè, vtpote in re aliquà Iudæis notà. Si ergò ex Mose sumenda est declaratio & fides narrationis Stephani, officio nostro defuncti erimus, si supputationem nostram ex Mosaïcà narratione desumptam esse comprobauerimus. Dixit ista Stephanus, communi quâdam opinione ductus: quam inde natam esse apparet, quòd cùm Thara commoratus sit in Haran vsque ad obitum suum, vt author est Moses, putarint Iudæi, Abrahamum quoque amore & pietate in parentem senio confectum, hæsisse in Haran, quamdiù viueret ille: eòque mortuo tum demum solutis quasi compedibus, quæ hactenùs eum tenuerant, perlustrasse terram promissam. Verùm hanc opinionem confutant verba Mosis, qui natalem Abrahæ refert ad 70. Tharæ: & Abrahamum anno septuagesimoquinto migrasse scribit ex Haran. Ideòque necesse est, Tharam 60. reliquos vitæ suæ annos exegisse in Haran. & infrà. Est itaque summa sententiæ nostræ, de loco in Actis 7. Stephanus verba ista (*postquam mortuus est pater eius*) recitat, non vt asseuerationem, sed vt opinionem communem: & tamen (vt ità loquar) liberam, quâ non faciat præiudicium sententiæ meliori. & de quâ non magnoperè contendat, affirmet, aut disputet: sed liberum cuique sit sentire, si queat, rectiùs. Tales plurimæ in nostro & vulgi sermone audiuntur voces, & sententiæ liberiores: de quibus citrà veritatis

dispendium, adeóque citrà omnem discepta tionem per nos licet aliis aliter sentire: & de quibus ipsi facile cedimus admoniti. Hactenus ille.

Caluisius. Similia Caluisius cap. 34. seu à pag. 141. fin. Quod ad locum Stephani attinet (inquit) longe aliud ibi Stephanus agit, quàm vt tempora supputet, vel Mosis supputationem excutiat & corrigat. Nec enim hæc controuersia inter ipsum & Iudæos agitabatur. Sed loquitur ibi Stephanus, quod ad tempora & alias circumstantias attinet, secundùm sententiam suorum aduersariorum, qui hæc vel ex versione Septuaginta Interpretum, vel ex Rabbinis, in Synagogis suis docebāt. Quemadmodum & hoc in eàdem defensione prolatum ostendit, quando inquit Iacobum in Ægyptum transtulisse animas septuaginta quinque, cùm tamen Moses septuaginta tantum binis in locis (debebat dicere trinis) & quidem in specie eas numerando, supputet. Sic Stephanus etiam dicit, Deum apparuisse Abrahamo in Mesopotamiâ, prius quàm moraretur in Charan. Cùm tamen Charan vrbs sit in Mesopotamiâ sita, & apparitio secundùm Mosen facta sit in Vr Chaldæorum. Habuerunt suas opiniones Rabbini, per cabalam à maioribus per manus traditas, quibus pertinacissimè inhæserunt. Et cum Iudæis in hisce circumstantiis multi senserunt in primitiuâ Ecclesiâ, qui in ipsorum Synagogis instituti erant: cum huiusmodi opiniones, si obiter, sobriè, & absque præiudicio, tractentur, fidem Christianam non euertant. Septuaginta Interpretes & Rabbinos in annis à condito mundo numerādis, quod sciā, nemo sequitur. Meritò igitur etiam in his, si aliquid præter sacræ Scripturæ sensum in fontibus expressum, tradunt, suspecti habentur. Ex ætate Lothi nihil afferri potest, quod ostendat Abrahamum fratrum suorum minimum fuisse, atque ità anno septuagesimo ætatis Tharæ non nasci potuisse. Siquidem etiamsi Loth fuisset quadraginta vel pluribus annis minor Abrahamo: tamen potuisset & fratris Abrahami filius esse, & anno centesimo ætatis Abrahami filias nubiles habere. Ex ætate Saræ quod affertur, si probari posset, Saram fuisse sororem Lothi, tum facile euerteretur sententia Mosis. Verùm Abraham ipse eam tantùm vocat sororem suam, filiam patris sui, sed ex diuersâ matre, quæ sententia facit, vt Saræ ætas prorsus nihil pugnet cum anno natiuitatis Abrahæ. Quod affirmatur ex Stephano, Abrahamum post defunctum Tharam, in terram Chanaan tandem profectum esse, id ex versione Septuaginta Interpretum mutuatum est. Sed paraphrases Septuaginta Interpretum, si pugnent cum fontibus & textu, cum grano salis sunt accipiendæ. Hactenus Caluisius. Sic nimirum tractāt Scripturas sacras isti reformati. Paulo sapientius fuissent imitati Funccium, qui lib. 1. ad an. 2273. circa difficultatem de 33. animabus memoratis. Gen. 46. vers. 15. quas censet esse tantummodo 32. sic ait. *Quid deeo sentiam, quod 33 animas ex Lea* (Lia) *natos ait Mose, cum tantummodò 32. ibi inueniantur, planè incertus sum.* Et quamuis infrà dicat: *Libenter dicerem numerum illic esse depravatum*: tamen addit: *Verum de hoc doctiores iudicent.* Funccius.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM Facit regula quam sæpius in superioribus adduximus, & quam vide §. 5. ex S. Augustino, nimirùm ex ipsius epistola 8. & 9. necnon lib. 2. contra Faust. Manich. habeturque Canone *Si ad Scripturas* Dist. 9. hoc modo. *Si ad Scripturas sanctas admissa fuerint vel officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis?* &c. In quem locum vide Gloss. confirmantem, ex iuribus varijs simile declarantibus circa temporalia. His iunge regulam quam ex Concilio Tridentino ac eius Declarationibus retulimus §. 2.

Cæterùm ad istorum sectariorum argumenta melius respondebitur sub sequenti sententiâ per modum obiectionum. Obiter tantùm aduerte, hoc quod dicunt de sententiâ Septuaginta Interpretum, ex quâ suam desumpserit B. Stephanus, nullum habere in ipsis Septuaginta Interpretibus vestigium; ni fortè diuinent ipsi, translationem eorum ità quandóque habuisse. Sed vel ex hoc refutatentur; nam signum esset historiam Moysis, eò sensu, vel eâ serie sumendam esse, quâ simpliciter habetur ab eo côtexta. Siquidem hoc inferret translatio Septuaginta super vero sensu Moysis adaptata. Cúmque series Moysis reponat egressum Abraham de Haran, eiusque 75. annos post mortem Thare: sequeretur omninò historiam Moysis prorsus esse hoc modo sumendam.

II. SENTENTIA CAPITALIS & vera. Dicit, Abrahamum fuisse natum anno vitæ patris, non septuagesimo tantum: sed centesimotrigesimo; proindéque ratione natiuitatis eius, addendos esse chronologiæ suprà 70. annos Thare, 60. qui reperiuntur inter 70. & 130. annos vitæ eiusdem Thare. 2. & vera Sent. Abraham natus anno patris 130.

Ità S. Chrysostomus in Gen. Hom. 31. versùs med. & Hom. 36. post init. cum nimirum ex professo docet, Abraham è Charrâ non discessisse, quin mortuus esset Thare. Ità Theodoretus apud Lipoman. Lipomanus ipse, Lyranus, & Caietanus, in Gen. 12. Naclantus lib. Arcanorum Christi, tract. de annis 3. ætatis circà init. Chronic. Alex. Græco-lat. Pontac. in Chronolog. Eusebij, Barad. tom. 1. lib. 8. cap. 11. seu pag. 423. col. 2. Marzilla in Paraphr. quam edidit in Pen-

tateuch. Torniell. an. 2039 Salian. an num. 2. seu pag. 319 Ex professo autem an. 2039. à num. 3. seu pag. 314. Ex sectarijs Temporat. lib. 2. can. 3. à pag. 143. fin. Beroald. lib. 3. cap. 2. Chronolog. Tremell. in Gen. 11. vers. 26. & 53. Vigner. & Brougthon in suis Chronolog. Caluin. in Catena Marlorati. cap. 11. vers. 26. Cordman. in suis Annal. & Capell. in an. 1. Abrahæ. vbi & aliquos alios citat.

Probat Ar. Torniel. & Salian.

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis. Et quidem 1. quoddam argumentum habetur obiter apud Salian. num. 4. fusius apud Torniell. num. 1. ex Act 7. & Gen. 11. & 12. Petitum *a translatione* Abraham, seu egressu eius de Haran, & ingressu in terram Chanaan, *post mortem patris*: & hoc, anno ætatis septuagesimoquinto.

Sic autem habet illud Salianus. Ex Scripturâ constat Abrahamum septuagesimoquinto ætatis anno Dei iussu exisse de Haran, vt veniret in terram Chanaan (Gen. 12. vers. 4.) Ex eâdem etiam (Scripturâ sacrâ constat inde exisse, postquam mortuus est pater eius, vt affirmat S. Stephanus Act. 7. vers. 4. qui mortuus est 205 ætatis anno, vt affirmat Moyses (nempe Gen. 11. vers. vlt.) Ex quibus consequens est Abraham natum esse anno centesimotrigêsimo vitæ patris sui. Nam 130. & 75. faciunt omninò 205. Hæc Salianus.

Turntellus autem sic. Abraham 75. erat annorũ, quando egressus est de Haran. Gen. 12. vers. 4. & tunc iam mortuus erat pater eius Thare, quemadmodum in calce præcedentis capitis traditur, & apertius Act. cap. 7. vers. 4. asseritur: vbi eadem historia a Sancto Stephano relata describitur. Defunctus est autẽ Thare, anno vitæ suæ ducentesimoquinto in Harã Gen. cap. 11. in fin. & ratio suadet eodemmet anno obitus patris sui Abrahamum exisse de Haran, & venisse in terram Chanaan, prout Dominus imperauerat (non enim erat cur amplius mortuo patre, morari deberet in Haran, & Dei obedientiam protrahere. Igitur si Abraham 75. annos habebat ætatis, quando pater eius annum agens ducentesimumquintum, mortuus est. vtique consequitur, eundem Abrahamum natum esse anno centesimotrigesimo vitæ patris sui Thare, vt dictum est. Nam si eidem anno centesimotrigesimo ætatis Thare adieceris 75. filij eius Abrahæ, habebis summam annorum 205. quos vixisse ipsum Thare iam diximus. Hæc Torniellus.

Si autem potest deduci plenius ex Act. 7. vbi dicitur vers. 4. *Tum exyt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan, & inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam* &c. Constat, Abraham translatum fuisse seu egressum esse de Haran, & ingressum in terram Chanaan mortuo patre. Idemque confirmatur ex serie narrationis historicæ Gen. 11. & 12. vbi mors Thare describitur antè egressum Abraham de Haran, & ingressum eius in Chanaan, vel, vbi describitur egressus & ingressus Abraham post mortem Thare. Atqui ex Gen. 12. v. 7. constat, Abraham egressum esse de Haran, & ingressum in Chanaan, cum esset tantummodo annorum 75. Ergo constat Abraham fuisse tantummodo 75 annorum, quando pater eius mortuus est, adeoque natiuitatem Abrahæ non posse in annum suum patris petere intra annos patris, quam 75. Hoc posito, cum ex Gen. 11. vers. vlt. constet Thare fuisse mortuum anno ætatis ducentesimoquinto. & ab annis 205. si detrahas 75. solum, remanere 130. sequitur hac ex parte, natiuitatem Abrahæ non posse in annum suum altius repetere intra annos patris, quam anno ipsius centesimotrigesimo. Porro omnis ratio suadet, Abrahamum exijsse de Haran ipso anno obitus patris sui. Non enim erat cur eô mortuo moraretur in Haran, spectato Dei præcepto, ipsiusque Abrahæ obedientia prompta. Ergò Abraham natus est anno Thare centesimotrigesimo. Vno verbo 130. ætatis Thare, & 75. Abraham, complent 205. vitæ Thare.

Non concludit.

Verùm, hoc argumentum ità positum non videtur conuincere. Quoniam nullam continet connexionem necessariam, qua concludatur, exitum Abraham de Haran anno ætatis suæ septuagesimoquinto, esse eundem qui postquam mortuus est pater eius: sicut exitum eius de Haran mortuo patre, esse eundem exitum qui anno ætatis suæ septuagesimoquinto. Vnde qui responderit ad illud, Abrahamum exisse de Haran anno ætatis septuagesimoquinto, & rursum exisse postquam mortuus est pater eius, anno ætatis suæ centesimotrigesimo, adeoque vtrumque verùm esse, sed diuersa dici diuersis temporibus acta: profectò sufficienter soluerit argumentum. Quod vt habeatur perspicacius, respondeatur ad singula, tum Saliani, tum Torniellí, hoc modo.

Soluitur vt Saliani.

Ad argumentum Saliani respondetur. & si quidem dicatur esse syllogismus, ad maiorem, concedendo illam, nimirùm ex Scripturâ sacrâ constare, Abrahamum septuagesimoquinto ætatis anno, Dei iussu exisse de Haran, vt veniret in terram Chanaan. Gen. 12. vers. 4. Ad minorem, concedendo pariter illam: & primam quidem eius partem, nimirum ex eadem etiam Scripturâ sacrâ constare, inde exisse postquam mortuus est pater eius, vt affirmat B. Stephanus Act. 7. vers. 4. sed inferendo, profectionem hanc esse aliam ab illâ primâ; secundam autem eius partem similiter, nimirùm, qui Thare mortuus est 205. ætatis anno, vt affirmat Moyses,

Gen. 11. verſ. vlt. quid inde? Nam vtrumque potuit verum eſſe, & tamen diuerſum remanere. Concluditur quidem ſic, ex quibus cõſequens eſt Abraham natum eſſe anno centeſimotrigeſimo vitæ patris ſui. At negatur hæc concluſio. Siquidem debuerant præmiſſæ continere connexionem aliquã per quam neceſſario poneretur vel aſſumeretur, exitũ illum anno ſeptuageſimoquinto, eſſe eundem qui poſt mortem Thare. Hoc autem non fuit præſtitum. Sic enim debebat dici v. g. ex Scripturâ ſacrâ Gen. 12. verſ. 4. habetur exitus Abraham de Haran qui exiuerit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimoquinto. Atqui ex eâdem Scripturâ ſacrâ Act. 7. verſ. 4. habetur *eundem* exitum (nota *eundem*, in hoc enim ineſſet connexio) exiuiſſe poſt mortem patris. Ergo exitus Abrahæ poſt mortem patris exitit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimoquinto. Quod ſi dicatur, argumentum illud eſſe Enthymema: cuius antecedens ſit, exijt Abraham de Haran anno ætatis ſuæ ſeptuageſimoquinto: & exiit de Haran poſtquam mortuus eſt pater eius: ergo exitus anni ſeptuageſimiquinti eſt idem exitus qui poſt mortem patris negabitur conſequentia. Quod ſi ad probationem eius, recurratur ad ſyllogiſmum præcedentem: oſtenſum eſt ſupra non concludere ſufficienter intentum.

Soluitur vt Tornielli. Ad argumentum Tornielli, cum ſit idem ferè quod Saliani, nil aliud ſpeciale habens quò probetur exitum anni ætatis ſeptuageſimiquinti, *eundem* eſſe qui poſt mortem patris, niſi ſeriem narrationis Moſaicæ, per quã egreſſus anno ætatis ſeptuageſimoquinto, traditur poſt traditam mortem Thare: vtique reſpondendo, id narratum ſic fuiſſe per figuras anticipationis & recapitulationis, manebit ſimiliter, argumentum illud ſic poſitum non concludere ſufficienter intentum. Idem porro dicendum eſt de eodem argumento plenius à nobis expoſito.

Quare, aliâ viâ nobis eſt procedendum: nimirum, eâdem ferè quâ refutatus fuit 4. Modus ſententiæ præcedentis ſub num. 6. contra illam. Itaque eſt

1. Arg. 1 ſeat Abraham colonus factus in Chanaan in eſſuo 5. I. ARGVMENTVM, ipſumque inuictiſſimum & breuiſſimum, ex Act. 7. & Gen. 11. & 12. Petitur ab illis verbis, *& inde poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum* &c. Sic autem conſtrui poteſt argumentum. Abraham tranſlatus eſt, vel colonus factus eſt in terrâ Chanaan, quando pater eius mortuus eſt, Act. 7. At tranſlatus eſt vel colonus factus eſt in illa [illegible] ab ipſo tempore quò habebat annos ætatis 75. Gen. 12. à verſ. 2. Ergo habebat anno 75 quando pater eius mortuus eſt. Rurſus. Atqui pater eius habebat annos 205. quando mortuus eſt, Gen. 11. verſ. vlt. Ergo Abraham habebat annos ætatis 75. cum pater eius haberet 205. Ergo

non eſt natus anno [illegible] ſeptuageſimo, ſed annis [illegible] ante mortem ſiue 130. vitæ patris.

Obiect. QVOD SI DICAS. Ne ſic argumentum iſtud concludere, quoniam nullam inuoluit neceſſitatem, qua B. Stephanus fuerit loquutus de primâ [illegible] colonia in qua Abraham factus eſt colonus, anno ſuæ ætatis ſeptuageſimoquinto.

Reſponſ. RESPONDEBITVR. Argumentum inuoluere neceſſitatem illam, triplici modo. 1. Quia Scriptura ſacra ſic ſpectata, nullam ne ſpeciem [illegible] coniecturam habet, Abraham bis colonum [illegible] factum in terrâ Chanaan. 2. Quia [illegible] ferret ſecum aliquam repugnantiam, vt pluries colonus fuiſſet factus, cum ex primâ vice quâ tranſlatus eſt cum tota ſua ſubſtantia & familia, factus fuerit ſimpliciter colonus. Vnde ſi quibuſdam alijs vicibus cogitaretur eadem ſubſtantia & familia tranſlata: non proprie diceretur hoc colonia facta ſeu ſimpliciter colonia, ſed ſolummodo quaſi colonia perambulans, ſiue peregrinans. 3. Quia hoc ipſum fatentur auctores ſententiæ contrariæ: nimirùm, Abrahamum fuiſſe factum colonum vnâ vice tantùm. Vnde ſi contendatur apud ipſos, euenîſſe hoc ex eius primâ profectione, ſcilicet, anno ſuæ ætatis ſeptuageſimoquinto, nihil habent amplius quod obſiſtant. Porro hæc omnia locum non habent in argumento Saliani & Tornielli, vel prout à nobis ſuperius expoſito. Quoniam Scriptura ſacra præ ſe fert, [illegible] ſpeciem, duplicem Abrahæ profectionem, alteram ſimplicem, alteram per modum coloniæ; neque hoc repugnantiam aliquam ſecum fert ex ratione profectionis, ſicut fert ex ratione coloniæ, & denique hoc ipſum contendunt auctores contrariæ ſententiæ. Vnde quamuis in re quidem ita ſit [illegible] per argumentum prætenditur, non tamen [illegible] per ipſum illo ſolummodo [illegible] [illegible].

2. Arg. Mors Thare euenit antè promiſſionem terræ factã Abrahæ: hæc autem anno Abr. 75. II. ARGVMENTVM, ipſumque pariter inuictiſſimum, ex Act. 7. & Gen. 11. & 12. Petitur iterum ab annis ætatis Abrahæ 75. qui concurrerent cum annis 205. mortis Thare. Hoc autem rurſus ex eo quod *mors Thare* euenerit, *antè*, & circiter *promiſſionem terræ Chanaan*. Sic autẽ deduci poteſt argumentum. Ex Act. 7. conſtat, mortem Thare eueniſſe ante, & circiter, promiſſionem terræ Chanaan. Nam à verſ. 4. *Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terram iſtam in qua nunc vos habitatis.* verſ. 5. *Et non dedit illi hæreditatem in ea nec paſſum pedis, ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem & ſemini eius poſt ipſum, cum non haberet filium*: mortem Thare eueniſſe ante, & circiter promiſſionem terræ Chanaan, conuincunt illa verba, *poſtquam mortuus eſt pater eius,*

*repromisit dare illi eam in possessionem*: idemque confirmatur ex serie narrationis Gen. 11. & 12. vbi postquam dictum est Gen. 11. vers. vlt. *Et facti sunt dies Thare 205. annorum, & mortuus est in Haran.* dicitur cap. 12. vers. 7. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.* Atqui promissio ista terræ Chanaan, facta est anno ætatis Abrahæ septuagesimoquinto. Nam Gen. 12. postquam dictum est vers. 4. *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* subditur mox infrà vers. 7. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.* Ergò mors Thare euenit circiter annum ætatis Abrahæ septuagesimumquintum. Hoc posito consequens est, natiuitatem Abrahæ non posse initium suum altiùs repetere intrà annos vitæ patris sui Thare, quàm 75. Nam si anni 75. concurrunt cum morte Thare: vtique manifestum est primum annum illorum 75. seu annum quô Abraham natus est, non posse altiùs repeti intrà annos vitæ Thare, quàm 75. Hoc rursùm posito, cùm ex Gen. 11. vers. vlt. constet Thare vixisse 205. annis: & ab annis 205. si detrahas 75. sequatur remansuros annos 130. manifestum est Abraham non fuisse natum antè annum patris centesimumtrigesimum: seu, quod idem est, natum fuisse anno eius centesimotrigesimo.

*3. Arg. Mors Thare euenit antequam Abraham haberet filium.*

III. ARGVMENTVM, ipsumq; pariter inuictissimum. Ex iisdem locis Act. 7. & Gen. 11. & 12. insuper verò Gen. 16. 17. & 21. Petitur ab annis 100. aut etiam 86. Abrahæ, quos præcessit mors Thare. Hoc autem rursùs ex eo, quod *mors Thare* similiter euenerit *antequam* Abraham *haberet filium.* Sic autem deduci potest argumentum. Ex Act. 7. à verbis illis, *Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum &c. cùm non haberet filium*, constat, mortem Thare euenisse antequam Abraham haberet filium, siue etiam, Abrahamum non habuisse filium nisi post mortem patris: idemque confirmatur, ex serie narrationis habitâ à Gen. 11. & 12. & deinceps, vbi mors Thare describitur antequam Abraham haberet filium, seu etiam vbi describitur Abraham non habuisse filium nisi post mortem patris. Atqui ex Gen. 17. vers. 17. & cap. 21. vers. 5. Abraham habuit filium Isaac anno ætatis suæ centesimo: & cap. 16. vers. 16. Ismaëlem anno ætatis suæ octogesimosexto. Ergò Mors Thare euenit ante annos Abrahæ 100. aut etiam 86. Hoc posito, consequens est natiuitatem Abrahæ nô posse initium suum sumere altiùs intrà annos vitæ patris, quam 100. aut etiam 86. Nam si anni 100. vel etiam 86. Abrahæ excedunt mortem Thare; vtique manifestum est, primum annum illorum 100. vel 86. seu annum quô Abraham natus est non posse altius repeti intra annos vitæ Thare. Hoc rursùm posito, cùm ex Gen. 11. vers. vlt. constet, Thare vixisse 205. annis, & ab annis 205. si detrahas 100. vel 86. sequitur remansuros annos 105. vel 119. manifestum est Abraham non fuisse natum ante annum patris centesimumquintum, vel centesimumdecimumnonum, adeò que non anno eius septuagesimo. Hoc denique posito, cum, quando ex duabus sententiis controuersis vna secluditur, altera probata censeatur: per hæc omninò sequitur, Abraham natum esse anno patris centesimotrigesimo.

*4. Arg. Translatio Abrahæ Act. 7 eadem quæ Gen 12 & hæc antè promissionem terræ.*

IV ARGVMENTVM, ipsumque pariter inuictissimum. Ex iisdem locis, petitum ab illâ *translatione* Abraham *post mortem patris*, quæ describitur Act. 7. quatenùs *vnica eademque* est cum ea quæ describitur Gen. 12. Sic autem deduci potest argumentum. Imprimis, illa *translatio* quæ describitur Act. 7. facta est *antè quam Abraham haberet filium.* Atqui translatio quæ describitur Gen. 12. facta est etiam antequam haberet filium. Ergò vtraque translatio vnica & eadem est, & non diuersa. Deinde, illa *translatio* quæ describitur Act. 7. facta est *antè* & circiter *promissionem terræ Chanaan*: & promissio hæc circà annum ætatis Abraham septuagesimumquintum. Atqui *translatio* quæ describitur Gen. 12. facta est similiter *antè* & circiter *promissionem terræ Chanaan.* Ergò, vtraque translatio vnica & eadem est, & non diuersa. Propositiones quæ locum habent præmissarum huius duplicis argumenti, ostensæ sunt necessariæ sub duobus argumentis præcedentibus, & in refutatione 4. Modi sententiæ præcedentis, sub num. 6. contrà illum. Forma autem argumenti est valida in syllogismo expositorio. Ergo conclusio est necessaria. His autem positis, optimè valet ista sententia vno verbo sic posita. 130. Thare & 75. Abrahæ complent 205. Thare. Optimè & non aliter argumenta, seu argumentum primum Tornielli & Saliani, relatum supra initiò huius sententiæ.

*Obiect.*

NEQVE OBSTAT his argumentis, Respôsio, siue expositio Pererij superiùs tradita, volêtis illa verba, *cùm non haberet filium*, non esse referenda ad illa, *& postquam mortuus est pater eius, transtulit illum.* Nam contrarium fusè demonstratum est superius in refutatione 4. Modi sententiæ præcedentis num. 6. contrà illum.

*Respons.*

*5. Argum. Côuenientiùs Scriptura hîc exponitur.*

V. ARGVMENTVM, ipsumque validissimum. Petitur à conuenientiâ melioris expositionis, seu conciliationis, Scripturæ. Nam iuxtà hanc sententiam, sacra Scriptura sumitur prorsùs ad litteram, tùm in serie narrationis historiæ Gen. 11. & 12. tùm maximè in verbis expressis Act. 7. vers. 4. & 5. neque opus est ad eam exponendam, con-

fugere, vel ad sensus mysticos: vel ad figuras anticipationis & recapitulationis. vel, multóque minùs, ad errorem admittendum in Actis: aut saltem locutionem admittendam in B. Stephano, ex sententiâ Rabbinorum. Porrò Scripturam sacram, eiusque series narrationum historicas, sumendas esse ad litteram, quando nihil manifestum repugnat, nullus est qui non concedat, aut certè concedere debeat, ex regulâ communi Theologorum, & S. Aug. in libris de doctrinâ Christianâ. Hic autem nihil manifestum repugnare constar ex fusiùs huc usque expositis: constabit pleniùs ex responsionibus ad obiectiones.

6 Arg. Abraham nō primogenitus fratrum.

VI. ARGVMENTVM. & suadens. Petitur ex eo quod Abraham non fuerit primogenitus trium illorum filiorum Thare Abraham, Nachor & Aran. Hoc enim probabilius esse, suaderi potest istis modis:

Primò, probabiliter Sara fuit filia Aran, & consobrina ipsius Abraham, vt tenet communior sententia, asserens eam significari sub nomine *Iesche*, cùm dicitur Gen. 11. vers. 29. *Nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ & patris Iesche.* Ità enim sentiût Ioseph. 1. Antiq. 7. Lat. 14. Hebræi in Seder Olam. S. Aug. 16. ciu. 12. & 19. & lib. 22. contrà Faust. S. Hieron. in cap. 11. Gen. & lib. contrà Heluid. S. Chrysost. Hom. 45. in cap. 20. Gen. Procop. in 20. Gen. Lyran. & Tostat. in Gen. Genebrard. in fin. 2. ætatis. fusè Perer. ad cap. 11. vers. 27. num. 205. & seq. seu Disp. 14. pag. 465. à col. 2. Delrio, Cornel. à Lapide. Emanuel Sa, Vatablus, Torniel. ad ann. 2047. à num. 2. & denique Salianus an. 2049. à num. 8. Porrò ex Gen. 17. vers. 17. vbi cùm Abraham dicitur centenarius, ipsa dicitur nonagenaria, constat eam fuisse tantùm 10. annis iuniorem Abrahamo. Hoc autem pactô si Abraham esset primogenitus necesse esset Aran genuisse Saram anno ætatis 9. vel ad plus 10. quod est incredibile.

Ad hanc probationem, Respondent Tostatus in Gen. Sotus in 4. sentent. & Perer. num. 229. seu pag. 468. col. 2. init. quibus fauet Delrio in Gen. germanum & verissimum intellectum verborum illorum, *Vixit Thare 70. annis, & genuit Abram, Nachor, & Aran*, hunc esse, cùm Thare esset 70. annorum iam genuerat istos tres filios, sed ità vt septuagesimo anno genuerit Abraham, antè ipsum vero genuerat Nachor, & antè vtrumque genuerat Aran, qui quadragesimo vel quinquagesimo anno Thare genitus esse cre di potest. Itaque concedent Abrahamum non fuisse primogenitum, vt autem contendant genitum nihilominus anno septuagesimo patris, sic exponent hunc Scripturæ locum. Hunc etiam sensum indicat Masius

A lib. 2. pag. 21. fin. dicens, iste Thare in iuuentute suâ genuit Aran & Nachor, postea verò ex aliâ vxore suscepit Abraham.

At meritò refutantur à Torniello num. 4. fin. & à Salian. num. 3. Nam sensus hic est nimium extortus: nec ab vllo vnquam authore præter istos indicatus. Contrarius autem à S. Aug. suprà de ciuitate Dei, & (vel author) qq. in Gen. à Lipoman. Caiet. & reliquis omnibus huius loci & Historiæ expositoribus. Mirum verò cur authores illi non similiter exposuerint locum similem de Noë cap. 5. vers. vlt. *Cùm 500. esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Denique contrarius est ille eorum sensus omnibus locis in quibus

B pro singulis generationibus dicitur *vixitque* tot annos, *& genuit*.

Respondet Genebrardus, vel Saram dici nonagenariam numero rotundo, vel non esse absurdum aliquem generare cœpisse octauo etiam anno, prout ipse ostendit varijs exemplis: profert & quædam exempla Torniellus ipsemet an. 2298. num. 1. & 3285. num. 1. Denique Hebr. in suâ chronolog. ità censent de Aran.

C Verùm, hæc Responsio de Sarâ nonagenariâ numero rotundo, est improbabilis, & contrà solitum scripturæ morem. De generatione autem factâ anno ætatis adeò tenero, non est recipienda hoc loco: quidquid sit de aliis exemplis quæ prætenduntur ab istis authoribus.

Respondent Caluisius, & multi alij, non constare Saram fuisse filiam Aran, & indicatam per nomen *Iesche*. imò contrarium potiùs constare ex cap. 20. vers. 12. vbi Abraham dicit Regi Abimelech. *aliàs autem &*

D *vere soror mea est, & filia patris mei, & non filia matris meæ.* Atq; ità Salianus suprà num. 7. dicit non carere probabilitate, Saram fuisse filiam Thare, sororem Abrahæ, sed ex aliâ matre genitam. Idemque sentire S. Hieron. in cap. 12. Gen. sub fin. quasi corrigentem priorem expositionem capitis 11. vbi dixerat, Saram fuisse filiam Aran. Item Clem. Alex. lib. 2. Stromat. & ipsum Gentianum (Heruet) interpretem? Caietan. Lipoman. Oleast. & denique Sot. in eam etiam valde

E esse propensum: eamque Tostat. indicare scripturæ & rationi consentaneam.

Contrà hoc fuse Pererius suprà, aliique, dicunt, illa verba non posse intelligi de filia proximâ Thare, nisi per aliquem sui filium. Salianus item æstimat & demonstrat aliam seu communiorem sententiam esse longè probabiliorem. Verùm quia id non agimus expresse hoc loco, sufficiat saltem hanc probationem vrgere ad hominem: & quòd per se probabile sit Abrahamum non fuisse primogenitum in respectu ad alios nominatos. Interim videtur id etiam suaderi posse ex

ali circumstantiis. Ita ...

Secundo, postquam ... um est cap. 11. v. 27. *Hæ sunt generationes Thare*, &c. protinus additur. *Porro Aran genuit Loth*: sicque eius genera 10 ante alias texitur. Item, immediate subiungitur, *mortuusque est Aran ante patrem suum in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldeorum*: sicque mors eius primo similiter narratur. Per hæc ergo insinuari videtur Aran fuisse natum ante Abraham.

Tertio, ibidem sequitur vers. 29. *Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarai, nomen vxoris Nachor Melcha, filia Aran, patris Melchæ, & patris Iescha.* Per hoc ostenditur Aran duxisse vxorem longo tempore ante alios: quippe qui filias procrearit, quarum vnam duxerit Nachor, necnon secundum multos, alteram duxerit Abraham. Ergo & Aran fuisse seniorem.

Quarto, paulo post subinfertur vers. 31. *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran filij sui* &c. Ex sententiâ autem omnium, Aran erat mortuus, saltem remanserat in Chaldæâ. Nachor item remãsit in eâ, saltem vno anno. Per hoc ostendi videtur, Aran vt primogenitum ibi remansisse. Nachor vt primum post eum, Abraham verò & Loth filium Aran, quasi coætaneos, exiuisse. Ergò Abraham iuniorem fuisse.

Quintò, cap. 13. à vers. 9. Abraham dat optionem Loth, vt eligat quam voluerit regionem, &c. Loth autem eligit primus. Per hóc credibile ostenditur Abrahamum ideo optionem & electionem alteri obtulisse & cessisse, quia filius esset fratris sui maioris, nempe Aran.

Sextò, genealogia Christi Domini videtur semper per minores natu, excepto forsan vnô Sem, processisse. Et quidem in Euangelio, hoc patet in Isaac. Iacob, Iuda, Phares, Dauid, Salomon, &c. quos constat non fuisse primogenitos, sed minores natu, si non absolutè, saltè in respectu ad alios cum ipsis sub eâdem generatione connumeratos. Idemque notatum est supra de Seth filio Adæ. Vide Torniell. ad an. 131. num. 3. Ergò probabilius idem de Abraham.

Septimo, S. Augustinus videtur idem existimasse q. 25. in Gen. nec solum, sed Abrahamum fuisse inter istos, natu minimum. Subdit enim ipsum ante alios fuisse nominatum, non quia esset natu maior, sed quod cæteris dignior, & quia ab eo deducenda erat prosapia Saluatoris.

Octauò denique, Aran fuisse primogenitum censent Theodoret. apud Lipoman. Procop. Gaz. in Gen. Caiet. in Gen. Delrio, aliique innumeri. In singulari verò Salianus an. 1979. à num. 4. vbi etiam Aran fuisse maiorem natu Nachor contrà Torniellũ ostendit probabilius, hac ratione, quod Aran non solùm frater fuit Nachor, sed etiam socer. ideóque instar patris fuit ipsi Nachor, & non frater eius minor. Pergit, obijciens. Et ne dicas valdè prouectum ætate duxisse puellam. Quia (respondet) ex Melchâ filia Aran suscepit octo liberos, adeóque Hus primogenitum suum. Nec obstat, quod postponatur Nachori; quia hic multitudine filiorum floruit, ille vnicum habuit: hic diù superstes fuis, ille antè patrem suum mortuus est. huius filiæ affinitate cum patriarchis contractâ, populum Dei genuerunt, illius autem filiæ ex incestu, matres alienigenarum fuerunt. Hæc Salianus.

QVÆRES? Annon Abraham posset dici primogenitus: & tamen non natus anno patris septuagesimo: sicut in simili dixerunt Caiet. & alij, de Sem?

RESPONDEO. Non posse hoc dici, nisi valdè improbabiliter. Quia inter annum septuagesimum Thare, & centesimum trigesimum ipsius, esset hiatus annorum 60. Frustrà aûtem dixisset Scriptura, *vixit 70. & genuit*, si tantùm genuisset hos post annum centesimum trigesimum. Vide quæ dicta sunt de Sem, Cham, & Iaphet §. 35. & 36.

OBIICIVNTVR contrà Hanc Sententiam plurima. Et I. à Pererio à num. 192. vsque ad num. 196. perquàm incongruũ videri, cum in cunctis generationibus prioribus, quoto quisque anno natus fuerit, propriè & explicatè Moses exposuerit, hoc ipsum in generatione Abrahæ, cuius gratiâ superiora fuerant contexta, eum faccre neglexisse. Quod facit Bucholcet. fol. 19. pag. 1. med. dicens: Quod si quis excipiat, id à Stephano doceri & annotari in Actis: quid hoc est aliud quàm sentire quod non possit ex Moyse contexi perpetua annorum series, ab Adam ab Abraham, quod quàm sit verum vel verissimile, nihil attinet dicere. | 1 Obiect. contrà 1. Sent.

RESPONDETVR. Moysem non omninodè clare id obseruasse in omnibus generationibus: vt visum est in generatione Sem: vt omittam generationem 2. Cainan omissam. Attamen id sufficienter tradidisse, quando conscripsit in serie historiæ, Abraham fuisse annorum 75. post patrem mortuum: sufficere autem si rem itâ esse colligatur ex circumstantijs, vel ex alijs locis, ostensum fuit in 102. annis Sem quibus genuit Arphaxad. Vnde verum non est, id solùm asseri à B. Stephano. Verum quidem est, id ab eo asseri clariùs, & extrà omnem controuersiam; sed hoc non officit, quin Moyses idem pro suâ parte sufficienter tradiderit ijs, qui tùm seriem narrationis suæ, tùm similem modum ipsius in Noe & Sem obseruatum, sequerentur perspicaciùs. Quare cùm | Respons.

INSTAT Bucholcetus ibidem. Nec sanè | Replica.

aliquid erat causæ, cur eius rei adnotatio in noui testamenti reuelationem differretur; cum eueniat ille ad veteris, & non ad noui testamenti tempora pertineat.

Respons. RESPONDETVR. Non propter hoc eius rei adnotationem in noui testamenti reuelationem fuisse dilatam simpliciter: bene quidem aliquam adnotationem maxime claram. Quod nil officere priori reuelationi per Moysen, fateri cogatur Bucholcerus ipsemet, qui in illâ graui disputatione de mansione filiorum Israel in Ægypto, locum in specie, si quis vnquam, clarissimum, habitum Exod. 12. vers. 40. quô videtur absque dubitatione pronuntiari, mansionem illam fuisse 430. annorum, exponat per epistolam ad Gal. cap. 3. vers. 16. & 17. intelligendum aliter quàm verba ferunt ad rigorem. De quâ re sub Periodo sequenti. Idem dici potest suo modo, de annis quibus regnarunt Samuël & Saül, simul sumptis, qui licet pertinentes ad testamentum vetus, attamen non habentur nisi ex Act. 13. vers. 20. & 21. de quibus sub eâdem sequenti Periodo.

2. Obiect. OBIICITVR II. ab eodem Pererio, à Bucholcero, & à Caluisio, incertam fore chronologiam. Nam etsi constet, Abrahamum venisse in Chanaan post mortem patris: incertum tamen erit, an illo anno, an aliquot, & quot annis post mortem illam; atque ità incertum erit tempus natiuitatis ipsius.

Respons. RESPONDETVR. Abrahamum venisse in Chanaan, ipso anno mortis Thare, atque sufficienter colligi. Primum, ex Scripturâ Gen. 12. vbi immediatè post mortem Thare dicitur vers. 1. *Dixit autem Dominus ad Abram, egredere de terra tua* &c. *Et veni in terram quam monstrabo tibi* &c. vers. 4. *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus* &c. Item, Act. 7. vers. 4. *Et habitauit in Charan, & inde postquam mortuus est pater eius transtulit eum* &c. In priori enim loco non aliâ de causâ coniungitur mors Thare præcepto Dei, & egressio ad præceptum illud, & in posteriori mors Thare, & translatio Abraham: nisi vt indicetur, egressionem proximè successisse morti Thare, præsertim cum aliàs nulla ne coniectura fit in Scripturâ, egressionem illam tardasse diutius. Deinde ostenditur infrà, Abrahâ recepisse præceptû illud, vel simile nouû in Haran. Non est autê credibile, Deum protraxisse plus præceptû suum ad euocandû illum è Haran quâ mortê patris. Præterea, ità censet S. Chrysost Hom. 31. Gen vbi postquâ dixit de Thare, *vita hac excessit:* Addit: *Patriarcha autem tunc ad imperium Dei in Chananæam concessit.* Denique, colligitur ex promptâ Abrahæ obedientiâ, & ratione tam superiùs dictâ quod nihil suberat cur diutius tardaret. Vnde egregiè Salian. an.

A 2039. num. 11. Vniuersæ, inquit, hanc tamen tateni refellit eximia Abrahæ obedientia, & in Deum pietas, quæ cunctationem & lentas respuebat moras. Confirmatque à simili obedientiâ per eum præstita post. Adeò inquit, vt nullus abire in terram visionis vt offerret vnigenitum Isaac in holocaustum, ne ad exortam quidem lucem distulerit profectionem, sed de nocte consurgens strauerit asinum suum, & properans illuc venit, sicut in Gen. cap. 22. In quem locum refert Orig. S. Ambros. & S. Chrysost. (verbisque illorum proprijs in commendationem huius obedientiæ pro immolando filio allatis. subiicit.) Si ergo, in re tam ardua, tamque difficili, illicò paruit, nec expectato quidem ortu surgentis auroræ: cur hic eum

B sine causâ incusabimus tarditatis? Confirmat item à simili pietate præstitâ. Quod si, inquit, præ studio obtemperandi diuinæ vocationi, etiam patri qui separationem non ferebat, suasit (nec segniter intelligo) vt exiret etiam ipse de Vr Chaldæorum & veniret in terram Chanaan, & eum ad Charan vsque perduxit, vt posteà ostendemus, quis dubitat, sublato impedimento profectionis, statim illum se ad iter accinxisse?

C Tandem addit responsionem, in specie notabilem. Sed demus inquit, eum vel decennium distulisse profectionem: profectum tamen septuagesimoquinto ætatis anno, vt asserit Moses, quid hoc contrariam sententiam iuuat, quæ vult septuagesimo Thare annum natum Abraham: cùm ex hac mora sequatur, natum anno centesimoquadragesimo, & tardiùs etiam si longiorem induxeris moram? Hæc Salianus.

D Dices. Si mora intercessit inter annum ducentesimumquintum vitæ Tharæ (qui fuit & mortis eius) & exitum Abraham de Charan: non ergò Abraham natus fuerit anno Thare centesimotrigesimo.

Respondebitur, intercesserit tanta mora quanta libuerit, sequetur quidem natiuitatem Abrahæ prorogandam esse pro spatio illius moræ, non tamen hoc obstabit quin egressus fuerit de Haran anno ætatis suæ septuagesimoquinto.

E Vrgebis. Datâ morâ quorundam annorum: sequetur alios annos superaddendos esse ad chronologiam, nimirùm qui excrescent suprà spatium ab annis 70. Thare, ad eius annos 130.

Respondetur, propterea rationem illam Saliani non euacuare obiectionem. esseque solummodò intelligendam ad hominem pro illâ parte quâ hoc nihil sententiam illorum iuuat, prout verba eius expressa ferunt. Nam semper illuc est reuertendum, vt statuatur Abraham quamcito patre mortuo exisse de Harâ, ob rationes suprà dictas, qua-

...amarium ... ratione ex- ponere & ostendere Abrahamum non ... fuisse: nullum verò ne indicium subesse cur aliquanto temporis tardauerit. Vnde, cum sicut dictum est initio, Scriptura nec moram, adeóque nec annos inter vtrumque transactos indicet vllibi, potiùs vtrumque connectat Act. 7. vnâ eâdemque continuatâ serie: propterea eiusmodi moram, adeóque annos seu chronologiæ incertitudinem gratis confingi: similes enim alias possent gratis passim cogitari. Cæterùm obiectio similis & circa hanc eandem materiam fiet Perério sub 3. Periodo, quam aliter soluere non poterit. Vide §. 43 sub 6. sententiâ, obiect. 7.

Obiect. OBIICITVR III. à Bucholcero & Caluisio. Multi patres à diluuio, deficiente hominum ætate filios genuerunt circà annos 35. 34. 32. 30. & 29. Solus autem Thare genuisset anno centesimotrigesimo: cum tamen miraculo ducat Abraham (& S. Paulus suo loco) si ex centenario, & nonagenariâ, nascatur Isaac. Huius autem admirationis causam non habuisset, si tam propinquum exemplum vidisset in patre generante anno centesimotrigesimo, siue in seipso illi nato tali anno. Adde,

Nec contrà hæc facit, quod cap. 16. genuerit Ismaelem anno octogesimosexto. Quia hoc multùm distat à 130.

Non etiam, quod cap. 25. v. 1. duxit adhuc Cethurâ annos natus 137. à quâ plures adhuc habuit filios, vt ad min. genuerit post annos 140. Quia hoc est cōsectio eiusdē miraculi.

Non denique quod Massæ. lib. 3. pag. 26. in Iacob, dicit Iacob anno suæ ætatis 91. genuisse Ioseph, & abinde post aliquos annos, Beniamin: nam de hoc non constat, & quamuis constaret: tamen tribuendum esset eidem benedictioni quæ Abrahæ.

Respons. RESPONDETVR. Quod Patres à diluuio ... genuisse circà tales annos, non sequi eos non genuisse post, vel etiam antè, sed quia genuerunt circa tales annos, filios per quos texenda erat genealogia Abraham & Saluatoris. Vt enim monet Tornielius ad ann. 131. num. 3. seu pag. 64. col. 1. ... non est putandum omnes primæ ac secundæ ætatis Patriarchas qui in Scripturâ recensentur, eô tantum annô quô singuli Gen. 5. & 11. dicuntur filium genuisse, & non antea vxores ducere, aut filios procreare cœpisse, &c. Alias miraculo sanè fuisset Noe præ cæteris genuisse anno tantum quingentesimo. Seth Adam genuisse antè progeniem chronologicam à Scripturâ memoratam, patet Genes. prioribus capitibus: etenim Seth reponitur in chronologiâ, cum tamen Abel & Cain fuissent geniti prius. Similiter ergo non est putandum, omnes huius 2. ætatis eô tantùm anno, quô singuli dicuntur, filium genuisse. Vnde nec miraculo ... Thare genuisse centesimotrigesimo, cum alias vixerit 205. Quod autem dicitur de Abraham, miraculo quidem esse potuit, ac de facto fuit, in respectu ad Isaac, ratione speciali, partim suæ personæ, partim & maximè, Saræ, quæ specialis non fuerit, nec Tharæ, nec ipsius vxori. Sicut enim responder Salianus num. 3. constat alios aliis maturiùs senescere: & Abraham centenarium, Saramque nonagenariam, valde fuisse debilitatos. Ideo namque dictum fuisse Gen. 17. vers. 17. *Putásne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* testatur Apostolus Rom. 4. vers. 19. *Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ* & Hebr. 11. à vers. 11. *Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat.* vers. 12. *Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tanquam sydera cœli.* &c. sed & confirmatur Gen. 18. vers. 11. *Erant autem ambo senes prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria.* vers. 12. *Quæ risit occultè dicens, postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* & cap. 21. vers. 7. *Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni:* ex quibus simul patet à parte Saræ extitisse, vltrà senectutem, sterilitatis impedimentum. Itaque gratiæ quidem diuinæ fuit, vt potestatem acciperent ad generandum filium repromissionis Isaac. Et quia dona Dei sunt sine pœnitentiâ, mansit virtus Abrahæ data vsque ad eius annum centesimumtrigesimumseptimum, quando ex Cethurâ genuit 6. filios. In Thare autem miraculo simili non fuit opus. Siquidem naturali vigore, & ipse & vxor quam illâ ætate habuit, sicut Abraham suâ vltimâ, nec sterilis, nec senex fuit ... imò ... ita se habuisse quadruplici ratione ... potest. 1. Quia id quod miraculo tributum fuit Abrahæ: debuit naturaliter habere posse in alio. Sicut ergò ille ex miraculo genuit advsque annum suum centesimumtrigesimumseptimū & plus: ità ex naturali vigore potuit gignere Thare advsque annum suum centesimumtrigesimum. 2. Quia talis esse debet naturaliter proportio, ætatis ad generandum aptæ: & eiusdem ætatis ad viuendum. Atqui Thare vixit annos 205. non ergo inconueniens est eum gignere potuisse anno centesimotrigesimo, id est, annis 75. antè finem vitæ. 3. ab exemplo Sem. Nam sicut etiamsi reliqui post illum tradantur tantùm genuisse circà annum ætatis trigesimum, ipse tamen genuit circà centesimum, & plus: cur non etiamsi Abraham non genuerit nisi circà octogesimumsextum, quô genuit Ismaelem, Thare

non genuerit circà centesimumtrigesimum? 4. ab exemplo Iacob. Nam constat eum genuisse filium suum Ioseph circa annum ætatis nonagesimumprimum, & post hæc Beniamin. Ostenditur hoc modo. Gen. 47. vers. 8. *Interrogatus ab eo* (Pharaone) *Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* vers. 9. *Respondit: Dies peregrinationis meæ 130. annorũ sunt*, & vers. 28. *Et vixit in eâ*, (Ægypto) 10. & 7. *annis: factique sunt omnes dies vitæ illius 147. annorum.* Atqui Ioseph. cap. 41. vers. 46. *triginta annorum erat quando stetit in conspectu Pharaonis.* Abinde verò transacti sunt 7. vbertatis. Nam vers. 47. *Venitque fertilitas 7. annorum.* Abinde verò quousque Iacob descenderet in Ægyptum, 2. anni sterilitatis. Nam cum Ioseph alloquitur fratres, dicit eis cap. 45. vers. 6. *Biennium est enim quod cœpit fames: & adhuc 5. anni restant.* & paulò infrà, cùm accersit patrem suum in Ægyptum, hæc ei mãdat, vers. 11. *Ibi te pascam* (*adhuc enim 5. anni residui sunt famis*) *ne & tu pereas* &c. Hinc fit, annos ætatis Ioseph fuisse 39. quando Iacob descendit in Ægyptum adeóque 39. ætatis eius concurrisse cum 130. patris. A 130. deduc 39. remanent 91. Porrò Iacob genuisse Beniamin post Ioseph, constat Gen. 30. vers. 23. *Quæ* (Rachel) *concepit & peperit filium &c.* vers. 24. *& vocauit nomen eius Ioseph.* Post aliquantum verò temporis cap. 35. à vers. 17. eadem Rachel parturit Beniamin. Si ergò Iacob gignere potuit naturaliter post annũ nonagesimumprimum, adeóque versùs aut etiam post centesimum: cùm tamen vixerit solummodò 147. cur non Thare anno centesimotrigesimo, cum vixerit 205. Quod autem dicitur id tribuendum esse eidem benedictioni quæ Abrahæ, gratis asseritur. Quodnam enim in Scripturâ huius rei vestigium? Aut si hoc dicatur factum propter Abraham, a quô descenderat: cur non data fuerit eiusmodi benedictio ipsi Thare propter Abraham, quem gignere debebat?

4 Obiect. OBIICITVR IV. à Bucholcero, & Caluisio, in Actis apud S. Stephanum quædam corrupta contineri, quæ suspectam reddunt historiam, prout ab ipso narratam. Et quidem contenta, quæ partim apud istos prætenduntur ibi cum grano salis accipienda, partim ab aliis possent obiici, visa sunt nobis hoc modo proponenda.

1. pars Obiect. Imprimis. In Vulg. Hebr. Chald. & S. Hieron. habetur Gen. 46. vers. 27. *Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressa sũt in Ægyptũ, fuere 70.* Exod. 1. vers. 4. *Erant igitur omnes animæ eorum, qui ingressi sunt de femore Iacob, 70.* & Deut. 10. vers. 22. *In* [illegible] *animabus descenderunt patres tui in Ægyptum.* Atverò B. Stephan. sic ait Act. [illegible] vers. 14. *Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam, in animabus 75.* Quod absque dubio desumpsit ex translatione Septuag. Interpretum, in quâ Gen. 46. & Exod. 1 habentur 75. cum tamen in eadem eorum trãslatione Deut. 10. vers. 22. habeantur [illegible] modo 70. sicut in reliquis Editionibus.

2. pars Obiect. Deinde, ibidem Act. 7. a vers. 2. *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cùm* [illegible] *in Mesopotamia, priusquàm moraretur in Charan.* Atqui Charan est in Mesopotamia [illegible] antequam Abraham moraretur in Charan, certum est eum [illegible] habitasse in Chaldæa. [illegible] enim ibidem mox, postquam dictum est, vers. 3 *& dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi:* subditur vers. 4. *Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan.* & Iudith 5. à vers. 6. *Populus iste ex progenie Chaldæorum est.* vers. 7. *Hic primùm in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum qui erant in terra Chaldæorum.* Denique apud omnes geographos constat Mesopotamiam esse aliam à Chaldæâ.

3. pars Obiect. Præstereà. ibid. Act. 7. à vers. 15 *Et descendit Iacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & patres nostri.* vers. 16. *Et translati sunt in Sichẽ, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem.* Atqui in Gen. sepulchrum quod emit Abraham non erat in Sichem, sed propè Mambre, siue Hebron; neque emptus fuit à filiis Hemor filij Sichem, sed ab Ephron filio Seor. Nam Gen. 23. à vers. 10. præsertim verò vers. 17. *Confirmatusque est ager quondam Ephronis* (hic vers. 8. dicitur filius Seor) *in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre &c.* & vers. 19. *Atque ità sepeliuit Abraham Saram uxorem suam in speluncâ agri duplici quæ respicit Mambre, hæc est Hebron in terra Chanaan.* cap. 25. vers. 9. *Et sepelierunt eum* Abraham [illegible] *Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor Hethæi, e regione Mambre.* Denique cap. 5[illegible] vers. 13. *Et portantes eum* (Iacob) *in Terram Chanaan, sepelierunt eum in speluncâ duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contrà faciem Mambre.* Vbi Eugub. & Lipom. in Gen. 33. & Masius in Ios. vlt. dicunt locum illum esse dupliciter vitiatum: tùm quod nomen, Abraham, positum sit pro nomine Iacob: tum quod vocabulum, filij, nimirum cum dicitur filij Sichem, positum sit loco vocabuli patris: sitque legendum sic quod emit Iacob a filiis Hemor patris Sichem. Porrò Beda & Rhabanus in Act. 7. necnon Canus lib. 2. de locis hn. dicunt B. Stephanum id dixisse, vel non secundùm rei veritatem, sed secundùm opinionem vulgi vel ex lapsu memoriæ, ex eo quod toto animo esset causæ, quam agebat apud Iudæos, intentus.

Ad 1. Respons. AD I. PARTEM OBIECTIONIS est I. Responsio, Genebrardi an. 2109. [illegible]

pag 53. init hoc modo. Quod descenderint in Ægyptum cum Iacob, siue 70. siue animæ, non est anxiè pugnandum. Nam & 70. Scriptura dicit & 75 esse potuerunt. Quoniam Scriptura solet reticere numeros fractos. Sic nominat 70. Interpretes & 70. Christi discipulos qui tamen 72 fuerunt. Præterea, in 70. non comprehenduntur Iacob, Dina, Ioseph cum duobus filijs, qui additi conficiunt 75. Sic Genebrardus. Qui duplicem in hoc innuit responsionem. Alteram, posse quidem fuisse 75. animas. & tamen vocatas rotundo numero 70. Alteram posse fuisse 70. tantum, & ab his secludi Iacob, Dinam, Ioseph, & duos filios Ioseph. Addi potest explicationis gratiâ, Moysem fortè secutum fuisse posteriorem sensum: & propterea dixisse tantùm 70. Sept. autem Interpr. secutos fuisse priorem: & propterea dixisse, vno in loco 75. alio verò, solùm 70.

Reiicitur hæc Responsio.

Verùm, hæc responsio non satis est examinata, vt colligere est ex his quæ fuse tradit Pererius ad cap. 46. Gen. Disp. 1 seu num. 12. & præsertim Disput. 2. seu à pag. 986. rursúmque ad cap. 38. Disput. 1. num. 7. seu pag. 926. col. 2. & Torniell. an. 2329. seu à pag. 243. Summa refutationis sit. Apud Moysem, recenseri solùm 70. præcise sumptos, ipso quidem Iacob, & reliquis capitibus familiarum in 70. inclusis: sed inclusis pariter Dina, & Ioseph, cum duobus filijs. Apud Septuag. autem Interpretes recenseri verè 75. quos ipsi de facto nominant; vt mirum sit Genebrardum, aut non inspexisse, aut non aduertisse, rùm Dinam, Iosephum, & duos filios, inclusi in 70. Mosis: tùm 5. alios suprà hos, apud Septuag. Interpt. nominatim recenseri.

2. Responsio. Apud Moysen verè 70 tantùm numerari: apud Sept. & S. Sic, han. verè 75.

II. Responsio, est Pererij, & Tornielli, locis citatis, summatie dicentium, apud Moysem vere & præcisè reperiri 70. & apud Septuag. Interpr. verè & propriè 75. vtpote apud eosdem Septuag. Interpr. nominibus proprijs memoratos. Differunt tamen Pererius & Tornielllus, quod Pererius velit quosdam à Moyse memorari qui non sint ingressi in Ægyptum, nisi virtute in patribus suis, seu, ipso ingressu tributo omnibus, quia conuenit maiori patri. Tornielllus autem vult omnes omninò actu fuisse in Ægyptum ingressos. Differunt etiam in quibusdam alijs expositionibus: sed istæ sunt præcipuæ. Et quia earum notio prorsùs est hoc loco necessaria. Pererius verò fusiùs, clariùs, & eruditè multum, illas tradit; propterea per eum procedemus. Itaque

Gen. 46. com... tan... 

QVANTVM AD MOYSEM. Dicit Pererius Gen. 46. idem consequenter dicturus de Exod. 1. & Deut. 10. necnon de Sept. Interpr. ibid. Deut. 10. eum computare inter ingressos in Ægyptum, complures qui solummodò nati sunt in eâ. Inter eos autem connumerantur, ac præsertim, duos filios Phares, Hesron, & Hamul, quod etiam agnoscit Funccius lib. 1. ad an. 2273. a quibus, computato ipsomet Iacob tanquam capite in familia suâ inuoluendo, præcisè compleatur numerus 70.

Hesron & Hamul in Ægypto nati.

QVOD enim nati sint isti, tantùm in Ægypto, probat ad cap. 46. Disput. 1. num. 12. eo inde, quod Phares natus sit, vel eo ipso anno quò Iacob ingressus est Ægyptum, vel vno tantum anno antè. Hoc ipsum verò rursus probat ad cap. 38. Referamus ordine hoc. Omnia illa quæ narrantur de Iudâ patre Phares toto illo cap. 38. ab istis verbis vers. 1. *Eodem tempore descendens Iudas* &c. scilicet, coniugium eius cum filia Sue cuiusdam Chananæi: generatio successiua trium filiorum eius, Her, Onan, & Sela: adulta eorum ætas, & apta coniugio Thamar, quod alius post alium iniit: viduitas Thamar, & diutina mansio eius in domo paternâ, quoad Sela tertius Iudæ filius adolesceret in ætatem matrimonio idoneam & firmam: posthæc, incestus Thamar cum Iudâ: & inde, generatio duorum filiorum, Phares & Zara: omnia illa, inquam, facta fuerunt intra 23. annos tantum antè ingressum in Ægyptum. Hoc patet, quia narrantur post venditionem Ioseph, à quâ ad ingressum Israel in Ægyptum, non sunt plus 23. anni. Et quamuis dicere posset aliquis, quod sub dubio dicit S. Augustinus, vel Auctor, q. 128. in Gen. illa omnia hoc loco narrari per recapitulationem, fuisseque facta iam ante venditionem Ioseph. attamen euidenter ostendit ibidem Pererius non posse rectè hoc dici: & sufficit nobis ordo narrationis ita hæc tradentis. Acta sunt ergò post venditionem Ioseph. A venditione vero Ioseph, ad ingressum Israel in Ægyptum, non esse plus 23. annis, demonstratur. Nam Ioseph 16. *erat annorum* cum venditus fuit, cap. 37. à vers. 2. & cum Israel intrauit in Ægyptum, etiam Ioseph erat annorum 39. ex cap. 41. vbi vers. 46. *triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis*: vers. 47. *venitq; fertilitas 7. annorum*: vers. 53. *Igitur transactis 7. vbertatis annis* &c. *cœperunt venire 7. anni inopiæ*. & cap. 45. vers. 6. *Biennium est enim quod cœpit fames esse in terrà, & adhuc 5. anni restant*: & tunc descendit Israel in Ægyptum cap. 46. ergò cùm Ioseph ageret 39. annos. Paucis verbis, Ioseph erat annorum 30. quando stetit coram Pharaone, & abinde transacti sunt 7. anni fertilitatis & 2 sterilitatis: ergo tunc erat annorum 39. A 39. tolle 16. quibus venditus fuerat, non remanent amplius 23. Atqui non potuerunt illa omnia narrata de Iudâ cap. 38. fieri intrà annos illos 23. quin Phares genitus fuerit anno, vel circiter, quò descendit Israel in Ægyptum. Nam suppositis illis omnibus, non po-

test eorum historia eximodo conuenientior quàm isto. Quò anno Ioseph venditus est, eòdem ipso Iudas duxerit in vxorem filiam Sue Chananæi. Quod si tardius dicatur eam duxisse, dicendum erit Phares fuisse genitum in Ægypto; cùm tamen constet eum fuisse genitum in terrâ Chanaan; & vel hoc prætermisso, dicendum erit, Hesron & Hamul filios eius, longiùs adhuc post ingressum in Ægyptum fuisse genitos. Sub finem illius anni, genuerit primogenitum suum Her: & inde alios duos successiuè. Her 17. annos natus, duxerit Thamar vxorem, id est, anno post patris cōiugium decimooctauo. Et quia pessimus erat, occisus sit à Deo sub finem illius anni decimioctaui. Initio anni deciminoni, Onā duxerit illam: qui rursus, ob nequitiam, statim eodē anno perierit. Thamar expectauerit quoad Sela magis adolesceret, 2. vel 3. annos. Expectauerit igitur vsque ad vigesimumsecundum à coniugio Iudæ. Tunc videns se frustrari spe habendi Sela maritum, quæsiuit per simulationem concubitu Iudæ: & inde duos filios gemellos Phares & Zaran generauit, anno, videlicet vigesimosecundo post coniugium Iudæ cum filiâ Sue. Anno posteà vigesimotertio expleto, Iudas intrauit cum duobus filiis in Ægyptum. Ergò non potuit Phares generare filios suos Hesron & Hamul, nisi post ingressum illum in Ægyptū.

Obiect. QVOD SI durum dixeris, Hesron & Hamul recēseri inter ingressos in Ægyptum, & tamen non fuisse ingressos cum aliis, sed in eā post fuisse natos.

Respons. RESPONDET vtrobique Pererius, sed fusius posteriori loco, ex S. Augustino 16. ciu. 4. &, vel auctiore qq. in Gen. duobus modis. Primùm, inquit, dici potest, istos qui multò post nati sunt, dici ingressos Ægyptum, quia etsi non per se, in suo tamen patre Phares, qui vere intrauit Ægyptū, etiam ipsi existimantur intrasse Ægyptum: & hunc modum sequuntur Tostatus, necnon Salian. an. 2329. num. 12.

Confirmat à simili, quod etiam tangit ad cap. 35. nu. 49 seu pag. 8[illegible]8.) Similiter enim, inquit, Moyses paulo post enumeratis filiis & nepotibus Liæ, subdit (vers. 15. *Hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ.* (quod etiam habetur prius cap. illo 35. vers. 26. *Hi sunt filij Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamiâ:*) cùm tamē manifestū sit ex cap. 35. filios Iuda, scilicet Her, Onan, Sela, Phares, & Zaran ibi recensitos, non in Mesopotamia, sed in terra Chanaan esse natos: idemque, de filiis Ruben, Symeonis, Leui, aliorumque filiorum Liæ dicendum est. In speciali autem de filiis Liæ, hæc addit priori loco. Ergo, inquit, quod dicitur de filiis & nepotibus Liæ ab ea genitis in Mesopotamiâ, interpretandum est de filiis quidem Liæ per se atque immediate, de nepotibus [illegible] quia [illegible] patribus qui nati fuerant in Mesopotamia. Ad hunc [illegible] nodum [illegible] illam quæstionem August. q. 151 in Gen. [illegible] qui [illegible] *mitæ fuerint in Mesopotamia. nisi quia [illegible] confirmetur, tanquam [illegible] quarum parentes [illegible] orti sunt.* Eandem rationem S. Augustini [illegible] Pe[illegible] loco. Sed quia, inquit, ex filijs [illegible] nati fuerunt in Mesopotamia, istorum [illegible]untur esse illic nati ratione videlicet pa[illegible]m, sic Aug. [illegible] q. 151 Hæc ibi. Et [illegible] loco, nempe ad cap. 35. Sed [illegible] planior & [illegible]ptior est solutio, quæ [illegible] etiam Augustino maximè probatur in q. 117. in Gen. morem esse Scripturæ, quod omnibus præter admodùm paucos conuenit, id simpliciter & generaliter attribuere omnibus: cuius moris passim obuia sunt legenti Scripturam exempla. Hæc ibi. Porro idem dicat necesse est de duobus filiis Ioseph, qui iam erant in Ægypto, alijsque infrà notandis. In hoc autem dissentit ab eo Torniellus num. 9. quod vult Hesron & Hamul, natos esse ante descensum in Ægyptum, adeòque actu descendisse in eam cum alijs; filios autem Ioseph vult etiam comprehēdi eum actu descendentibus non quidem quod anteà non nati essent in Ægypto: sed quia obuiam facti Iacob cum patre suo Ioseph, actu ingressi sunt cum reliquis in Ægyptum. Sed de his rursus posteà.

Pergit Pererius [illegible] posteriori loco, quod etiam [illegible] & pri[illegible] Altero etiam modo ista difficultas solui potest, sicut etiam soluit S. Aug. in q. [illegible] in Gen. Per ingressum Iacob in Ægyptum, non esse intelligendum præcise tempus istud, quo ipse Iacob intrauit in Ægyptum, sed quoad ipse vixit in Ægypto, post ingressum, per annos scilicet 17. vel potius intelligere oportet omne tempus, quò vixit Ioseph post ingressum patris sui Iacob, per annos 71. Rationem [illegible] Nam quia vocante Ioseph & procurāte apud Pharaonem, Iacob intrauit in Ægyptum, & ibi humaniter ac liberaliter à rege tractatus est cum omni familia sua: ideo [illegible] significatio & vsurpatio ingressus Iacob in Ægyptum, extenditur vsque ad finem vitæ Ioseph. Vide eundem S. Aug. [illegible] de [illegible] Dei, sub [illegible] 40. capitis. Per[illegible] Pererius.

Ingressus in Ægyptū sumi potest pro tempore subsequente.

Quod si tandem quæras [illegible] Moyses me[illegible] [illegible] per anticipationem [illegible] Phares, non alios etiam natos in Ægypto ne[illegible] filios Zare, & Sale: nam istos quoque [illegible] nera[illegible] filios, & suam [illegible] posteritatem, aperte demonstrat liber Numerorum, recensens vtriusque istorum familiam.

C[illegible] Me[illegible] [illegible] Ægyptum, H[illegible] ron & Hamul

Respondet. Id fecisse Moysem propter dignitatem & nobilitatem Pharis, quæ ius & dignitatem primogenituræ inter [illegible] ros

Iudæ tenuit: & ex quâ processit regalis familia cuius caput fuit Dauid, eiusque posteri plurimis annis regnum in eâ obtinuerunt. Ex hac familiâ & per ipsum Phares, genus & originem ex Iuda traxit Dominus noster Iesus Christus, sicut ostendit genealogia Christi a Matthæo descripta. Hæc ibi. Cæterum meritò videntur proponendæ illæ animæ, secundum quod habentur in textu Moysis.

*Examinātur animæ quas memorat Moyses.*

Itaque 70. illæ animæ sic à Moyse memorantur, Gen. 46. à vers. 6. *venitque in Ægyptum cum omni semine suo*, vers. 7. *filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies.* vers. 8. *Hæc sunt autem nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben.* vers. 9. *Filij Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi.* Hi faciunt 5. vers. 10. *Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Aod, & Iachin & Sohal, & Saul filius Chananitidis.* Hi filij, sunt 6. vers. 11. *Filij Leui: Gerson & Caath & Merari.* Hi filij, sunt 3. vers. 12. *Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan.* Hi quidem filij, sunt 5. sed 3. solummodò computãdi sunt inter ingressos in Ægyptum: nempe Sela, Phares, & Zara. Nam vt aduertunt Caiet. & Perer. ex illis verbis, *qui ingressi sunt in Ægyptum*, adde & ex illis, *mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan*: manifestum est Her & Onan non esse computandos. Quod si dicas, eos tamen recenseri intra numerum eorum qui summariè propositi fuerunt ingressi in Ægyptum. Respondet Perer. num. 11. commemorantur, vt appareat quos filios iam genuisset Iudas antè ingressum in Ægyptum. Vbi & subdit nouam rationem, cur non pertineant ad numerum intrantium in Ægyptum: quòd paulo infra dicitur, posteros Iacob ex Liâ, id est, partim ex ipsâ, partim ex filiis eius & nepotibus, fuisse 33. at si commemorarentur inter istos, duo illi Her & Onan filij Iudæ, esset amplior numerus, nempe 34. Hæc ille. Vbi tamen dicendum videtur, numerum fore 35. Sed quomodò vtrumque verum habeat, videbitur mox.

Sequitur in textu. *Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul.* Hi filij, sunt 2. vers. 13. *Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Semron.* Hi filij, sunt 4. vers. 14. *Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel.* Hi filij, sunt. 3. vers. 15. *Hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamiâ Syriæ.* Intellige sensu explicato suprà, in se, vel in patribus suis. *Cùm Dina filia sua.* Hæc filia, est vna. *Omnes animæ filiorum eius & filiarũ 33.* Hic 1. quæritur, quomodò, *filiarum*: cùm vnica tantum Dina memoretur? Respondetur ex S. Aug. q. 151. Gen. plurale positum esse pro singulari. Simile videre est vers. 23. *Filij Dan, Husim.* dicuntur in plurali, filij,

A cùm vnicus tantum sit, scilicet Husim. 2. Quæritur, quomodò omnes illæ animæ dicantur 33. cum numerati fuerint tantummodò 27. nempe 5. 6. 3. 3. 2. 4. 3. & 1? Respondetur primò, vbicunque recẽsentur soli filij, intelligendos esse simul & patres, tanquam si actu fuissent æquè nominati ac Ruben, vers. 8. Hæc est enim phrasis Hebraica, vt cùm dicuntur, filij, nisi aliter exprimatur, idem sit ac, domus, seu familia, in quâ inuoluitur caput eius: sicut patet ex vers. 8. *Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis*: ecce declaratur ipsum

*Hebr. in filiis recensẽdis quãdoque inuoluuntur patres.*

B fuisse intellectum in illo verbo *filiorum Israel.* & infrà, vers. 27. *Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere 70.* Iacob ipse intelligetur in illo verbo, *domus Iacob.* Atque ita numerandi sunt, *Simeon, Leui, Iuda, Phares, & Issachar* qui sunt 5. quique additi ad 27. faciunt 32. Quæ omnia fiũt manifestissima ab Exod. 1. a vers. 1. *Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptũ cum Iacob: singuli cũ domibus suis introierunt.* vers. 7. *Ruben, Simeon, Leui, Iudas*, vers. 7. *Issachar, Zabulon, & Beniamin*, vers. 4. *Dan, &*

C *Nephtali, Gad, & Aser, igitur omnes animæ eorũ qui egressi sunt de femore Iacob. 70.* Secundò, consequenter in totâ hac numeratione intelligendum esse *Iacob*, caput totius illius progeniei. Quod patet ex verbis illis expressis Gen. vers. 8. *Hæc sunt nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis. Ipse* numeratur cum filiis suis. Et Exod. 1. vers. 1. *Qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob, singuli cum domibus suis &c.* vbi consequenter cum dicitur infrà vers. 4. *Erant igitur omnes animæ eorũ qui ingressi sunt de femo-*

D *re Iacob*, per eandem figuram quæ suprà declarata est, inuoluitur Iacob, etiamsi non ipsi conuenire possit, egressum esse de fœmore suo. Nec est par de simili loco Gen. 46. vers. 26 propter rationes mox videndas.

Sequitur vers. 16. *Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli.* Hi sunt 8. vers. 17. *Filij Aser: Iamne & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum.* Hi sunt 6. *Filij Beria: Heber & Melchiel.* Hi videntur 3. vers. 18. *hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos*

E *genuit Iacob* (id est, Zelpha Iacobo) 16. *animas.* Quæritur, quomodò 16. cum sint 17. nempe 8. 6. & 3. Respondetur, in posterioribus Beria non esse numerandum: quia memoratus fuit in 6. præcedentibus. Et hucusque sunt 49.

Sequitur vers. 19. *Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin.* Hi sunt 2. vers. 20. *Natique sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Asenet filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim.* Hi sunt duo. vers. 21. *Filij Beniamin: Bela & Bechor*

*& Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.* Hi sunt 10. vers. 22. *hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ*, 14. Hic obiter aduerte, Septuag. Interpr. facere Geram filium Belæ, adeóque nepotem Beniamin. Quod tamen verum esse nonvult Torniellus. At immeritò. Nulla enim est ratio cur Sept. Interpr. id adeò explicatè tradidissent. Dicere autem, Moysem non sic tradidisse: est argumẽtari à negatiuâ: quod his locis non valere, iam satis præmonitũ est. Hinc porrò, ait Pererius num. 15. ardua existit quæstio. Quomodò potuerit Beniamin id tẽporis habere nepotes & pronepotes: siquidẽ Beniamin, cùm Iacob intrauit in Ægyptũ, vigesimumtertium annum ætatis suæ non excedebat: nempe, fuisse eum natum, aut eo in anno quô Ioseph venditus est, aut iuxtà id temporis, suprà ostensum est. A tempore autem venditionis Ioseph vsque ad ingressum Iacob in Ægyptum, 23. anni præterierunt. Tunc enim Ioseph erat 16. annorum (cap. 37. vers. 2.) nunc autem 30. (cap. 41. vers. 46.) Non igitur fieri potest, vt Beniamin intrà 23. annos ætatis suæ, non modò filium habuerit, sed nepotem etiam, ac pronepotem &c. Respondet Pererius, ex S. Aug. q. 551. Gen. nepotem ac pronepotem Beniamin, non fuisse tunc natos: sed per anticipationem hîc memorari: & dici intrasse Ægyptum, non in se, sed in patre, vel auo, vel proauo (Beniamin) quemadmodùm paulò suprà diximus de illis duobus filijs Phares, nominatis Hesron & Hamul, quos nunc non esse natos suprà ostensum est.

Sequitur. vers. 23. *Filij Dan: Husim.* Hi sunt 1. vers. 24. *Filij Nephtali: Iasiel & Guni & Iesir & Sallem.* Hi sunt 5. vers. 25. *Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob: omnes animæ*, 7. vers. 26. *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius*, 66. vers. 27. *Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere 70.* Hic quærit Pererius num. 19. Quomodò dicantur vers. 26. fuisse 66. ingressi in Ægyptum, cùm paulò post dicuntur fuisse 70. Si dicas, hic excludi Ioseph & filios eius, qui iam erant in Ægypto & tantum numerari eos, qui vna cum Iacob intrauerunt Ægyptum: paulo autem infra comprehendi Ioseph & posteros eius in illo numero 70. si hoc, inquam, dixeris, ne sic quidẽm difficultates exhauries. Nam si illis sexaginta sex, addas Ioseph cum duobus filiis, non septuaginta, sed sexaginta nouem hominum numerum efficies. Deinde istorum sexaginta sex, qui numerantur hoc loco, non videtur numerus constare posse. Nam paulo suprà intrantes in Ægyptum ex

A posteris Liæ recensentur nus triginta tres, postea commemorati sunt trigintaquatuor, qui iunctis illis triginta tribus, efficiunt numerum sexaginta septem. Non igitur sexaginta sex, sed sexaginta septem fuerunt, exclusis hinc Ioseph & filiis eius. Supra enim post illos triginta tres posteros Liæ commemorati sunt Gad cum septem filiis, & Aser cum septem posteris, & Beniamin cum decem posteris, & Dan cum vno, & Nepthali cum quatuor. Horum summa est triginta quatuor, qui supra dictis triginta tribus additi, efficiunt sexaginta septem.

B Verùm solutio quæstionis hæc est: In hoc numero sexaginta sex non comprehendi Iacob, sicut diximus supra comprehensum esse in illo numero triginta trium. Manifestè namque à numero illo sexaginta sex, Scriptura exclusit ipsũ Iacob, cum dixit *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, sexaginta sex* illud, *egressæ sunt de femore illius*, prorsus excludit (hoc loco) Iacob, & tantùm comprehendit eius posteros. At in illum numerum septuaginta, includitur Iacob; non enim ibi nomi-

C nantur egressi ex femore Iacob, sed *omnes animæ domus Iacob*, cuius domus ipse caput erat. Hactenùs ex Pererio. Sic ergò constat numerum animarum 70. quæ ingressæ dicuntur in Ægyptum, fuisse præcisè à Moyse memoratum.

Horum occasione, & doctrinæ maioris gratiâ, non videntur prætereunda, quæ subiungit ibi Pererius num. 20. Sed enim, inquit, duas res in hac commemoratione eorum, qui intrarunt Ægyptum cum Iacob, subit animum meum vehementer admirari. Pri-

D mùm enim dignũ videtur admiratione cur S. Moyses inter eos, qui Ægyptum intrarunt cum Iacob, numerare voluerit complures nondum tunc natos, sed multis post annis genitos, sicut de filijs Phares & de posteris Beniamin suprà dictum est: & cur istorum tantùm duorum, Beniamin dico & Phares, posteros tunc nondum natos memorare voluerit potiùs quàm aliorum, vt Ruben, Symeonis, Leui, & aliorum. Deinde, illud etiam nõ caret admiratione, cur inter intran-

E tes Ægyptum cum Iacob, numerare voluerit Ioseph, qui 23. annis antè ipsum venerat in Ægyptum, & duos item filios eius, qui nati fuerant in Ægypto, nec aliquando fuerant extrà Ægyptum. Cúmque Moyses duplicem faciat enumerationem eorum qui ingressi sunt Ægyptum; vnam in versu 26. sexaginta sex hominum: alteram in versu mox sequenti 27. septuaginta hominum: mirum videri posset, cur in priori enumeratione excludere voluerit Iacob & Ioseph, duosque eius filios, in posteriore autẽm eos omnes includere. Hæc sunt quæ nonnihil admiratio-

nis habent, & altiori atque subtiliori egent consideratione: quanquam omnia, quæ S. Moyses in animo habuit, dum hæc scriberet, non sunt nobis comperta, nec nota esse necesse est. Hæc Pererius. Quorum, & præcedentium, illa sit utilitas, vel notitia sequentibus aliquando profutura, tales esse Hebraicæ linguæ phrases: quæ etsi alias primâ fronte viderentur nec immeritò, sensui humano parùm germanæ: attamen, sunt & mirandæ simul, & admittendæ: adeóque similes, atque etiam duriores, æquâ lance in sequentibus recipiendæ.

Examinantur animæ 75. quas memorant Sept. Interpr.

QVANTVM AD SEPT. INTERPRETES. Dicit Pererius num. 16 eos Gen. 46. vers. 20. vbi Hebraica, Chaldaica, & Latina lectio, duos tantummodò memorant posteros Ioseph, nimirùm Manasse & Ephraim, numerare 7. partim filios, partim nepotes & pronepotes. Sic enim habent. *Fuerunt filij Ioseph in terrâ Ægypti, Manasse & Ephraim. Fuerunt autem filij Manasse, quos peperit ei concubina Sira, Machir. Machir autem genuit Galaad. Filij verò Ephraim fratris Manasse, Sutalaam, & Taam. Filij autem Sutalaam, Edem.* Porrò constare quidem istos filios & nepotes Manasse & Ephraim, nondum fuisse natos eo tempore, quò Iacob intrauit in Ægyptum: tunc enim Manasses & Ephraim maiores nono anno ætatis esse non potuisse. Quod ostendit hoc modo. Ioseph cùm intrauit Iacob Aegyptum erat 39. annorum, vt colligitur ex verbis illis præcedentis cap. 45. *Adhuc quinque anni residui sunt famis:* ipse verò 30. erat annorum, cùm vxorem duxit, & istos filios generauit, vt supra Genes. 41. proditum est. Posteà secuti sunt 7. anni fertilitatis, & 2. sterilitatis: sic enim ipse Ioseph dixit Gen. 45. *Biennium est, ex quo cœpit fames esse in terra, & adhuc quinque anni restant.* Ex his planè dilucet, tunc Manasse & Ephraim, cùm vix nouem fuerint annorum, non modò pronepotes aut nepotes, sed ne filios quidem habere potuisse: verùm istos longo tempore post ingressum Iacob in Ægyptum esse natos. De his namque scriptum est in extremo hoc libro Genesis. *Vixit Ioseph centum & decem annis, & vidit filios Ephraim vsque ad tertiam generationem: filij quoque Machir filij Manasse, nati sunt in genibus Ioseph.*

Quod si difficultatem moueris, super eiusmodi numeratione filiorum, & nepotum, in Ægypto natorum. Respódet Pererius num. 17. Atenimuerò pro defensione Sept. Interpr. dici debet idem, quod paulo suprà diximus de posteris Beniamin: istos videlicet quinque posteros Ioseph esse hîc commemoratos a Sept. per anticipationem. Quamuis autem multò post fuerint nati, numerantur tamen inter intrantes Ægyptum, non solùm ratione parentum suorum, qui intrauerunt. sed etiam quòd nomine ingressus in Ægyptum, accipiendum sit omne tempus, quò post ingressum Iacob in Ægyptum, vixit non solum Iacob, sed etiam Ioseph, vt suprà docuimus ex sententiâ B. Augustini, quam tradit ipse in libro quæst. in Gen. quæst. vlt. Hæc ibi.

Neque verò mirum esse debet, Sept. Interpr. aliquos addidisse, quos Moyses non memorauit. sicut nec mirum est, quædam quæ non dicuntur ab aliquo authore sacro, suppleri ab alio, & quædam quæ ab vno eodemque authore non dicuntur vno in loco, ab eodem tamen dici in alio, prout fusius ostensum est quibusdam exemplis, vbi actum est de Cainan, quem etiam suppleuerunt idem Sept. Interpretes, & S. Lucas cum eis.

Vnde Sept. Interpr. desumpserint animas 5. quas addiderunt.

Sed vnde, pergit Pererius num. 18. istorum quinque nomina, quæ in lib. Gen. non sunt prodita, Sept. Interpretibus comperta fuerunt? Haud dubie, vel ex antiquis Hebræorum monumentis & traditionibus, apud quos Scripturæ continentes genealogias familiarum cuiusque tribus diligentissimè custodiebantur: vel ex cap. 7. prioris libri Paralip. vbi nomina filiorum & nepotum Manasse & Ephraim similiter fermè commemorantur. Credibile porrò est, istos quinque licet nondum essent nati, potissimùm commemoratos esse à Septuaginta Interpretibus, in honorem Ioseph, quò viuente nati fuerunt. Ioseph nempe vniuersam familiam paternam, in Ægyptum accersierat: & dum ipse vixit, pacificè & prosperè ibi fuit. Si quis dicat, videri plures Ephraim posteros fuisse natos viuente Ioseph, quam qui memorantur hoc loco a Septuaginta, nam extremis penè verbis huius libri scriptum est, Ioseph vidisse posteros Ephraim vsque ad tertiam generationem: hic autem non memorantur nisi duæ generationes Ephraim: plures igitur quam quinque memorari hoc loco debebant de posteris Manasse & Ephraim. Respódendum est, tres illas generationes sic accipi oportere, vt prima generatio intelligatur ei seipsius Ephraim ex Ioseph: secunda verò, filiorum Ephraim: tertia autem, nepotum eius. Et hac ratione non reperientur plures posteri Manasse & Ephraim, qui nati fuerint viuente Ioseph, quàm quos hoc loco recensuerunt Septuag. Interpretes. Hæc ibidem.

Fauet prorsus quod Gen. 50 fit mentio illius Machir & filiorum eius. Nam vers. 22. *Filij quoque Machir, filij Manasse, nati sunt in genibus Ioseph.*

Ex quo etiam si fortè quæreretur causa literalis, cur Sept. addiderint 5. illas animas. Responderi non immeritò posset, hanc esse, vt ostenderent genealogiam illius Machir,

tam in se quàm in collateralibus suis: quippe in Scripturà non sicut alias traditam.

*S. Steph. in Act. 7. non corrigẽdus, contra Bucholcer. & Caluis.*

Itaque B. Stephanus secutus est quidem translationem Septuaginta Interpretum: non tamen propterea corrigendus est, prout non piè volebat Bucholcerus. Et per hæc patet quàm imperitè tùm ipse, tùm Caluisius, hoc obiecerint: vt mirum sit (sed non mirum) eos velle S. Stephanum, vel etiam ipsummet librum Actuum Apostolorum, ibi corrigi ex Moyse, tanquam errantem cum Sept. Interpretibus: & tamen ne translationem ipsorum Septuag. Interpr. inspexisse. Si enim eam inspexissent: vtique animas illas quinque, septuaginta Moysis superadditas, vidissent.

*Replica.*

Quod si instent, Sept. Interpretes in eodem loco facientes summam posterorum Iacob ex Rachele, dicere fuisse 18. cùm reperiantur 19. 8. videlicet Ioseph, & posterorum eius, & 11. ipsius Beniamin & posterorum eius; & cùm Ioseph simul cum posteris suis non sint plures quàm 8. nempe 3. quos habet Moyses, & 5. quos addiderunt Septuaginta Interpretes: hos tamen Septuag. Interpr. in eorum summâ dicere fuisse 9.

*1. Respons.*

Respondebitur 1. Esto concederetur cum Saliano an. 2329. num. 3. (quod tamen non conceditur) errorem esse hoc loco apud Septuag. non tamen sequi, errorem esse apud eos in illo alio. Nam in hoc faciliùs irrepere potuisset error, quod in eô agitur de numeris, & eorum summationibus: in illo autem de personis & earũ nominationibus. At nullo prorsùs modo sequeretur, propterea errorem esse in Actis Apostolorum. Quæ enim est consequentia: Est error in vno loco apud Septuag. ergò est & in alio (diuerso) apud Acta?

*2. Respons.*

Respondetur 2. Non esse insolitum etiam ipsimet Scripturæ sacræ, in summando numeros aliquos, non sequi numeros singulatim in anterioribus positos. Hoc patet sufficientèr lib. 1. Esdr. cap. 2. per totum, correspondenter 3. Esdr. cap. 5. vide etiam lib. 2. Esdr. cap. 7. Et confirmari potest ex hoc ipsomet loco Gen. 46. Nam si quandòque Moyses plus includit, quàm verbis expressis numerauerit, vt visum est de capitibus familiarum: & si quandòque dicens, *cunctæ animæ*, non tamen omnes prorsùs intelligit: cur non Interpretes Sept. quosdam intellexerint, quos tamen non nominauerint?

*S. Aug.*

Quod si quæras rationem, quare Sept. Interpret. id fecerint? Responderi poterit imprimis in genere, eadem aut simili quâ libri Esdræ. In speciali autem cum S. Aug. q. 152. in Gen. ob aliquam rationem mysticam, etsi nobis ignotam. Is enim difficultate hac propositâ, sic ait. *Hæc omnia quæ insolubilia videntur, magnam continent sine dubitatione rationem. Sed ne scio verùm possint cuncta ad litteram conuenire: præcipue in numeris quos in Scripturis esse sacratissimos & mysteriorum plenissimos, ex quibusdam, quos inde nosse potuimus, dignissime credimus.* Simile in illo rationem tradit Tornellus num. 8. cum quæritur cur Septuag. Interpr. addiderint 5. animas ad 70. Moysis: sicut & cùm quæritur è contrario, cur S. Matthæus 3. omiserit in genealogiâ Saluatoris.

Cæterùm, si quæ aliæ difficultates proponi possent contra Septuag. Interpr. hoc loco, videri possunt apud Perer. eodem loco, per reliquum Disputationis 2. Sed de hac obiectione satis.

*Ad 2. partẽ Obiect. 1. Respons.*

AD II. PARTEM OBIECTIONIS. Respondet Salianus num. 17. Mesopotamiam, terram Abrahæ, & Chaldæam, esse synonima, sicque vsurpari in libro Iudith. Sed hoc de libro Iudith videtur dictũ per inaduertentiam. Cùm enim dicitur vers. 7. *Hic primùm in Mesopotamia habitauit*, non intelligi de Chaldæâ, sed de Mesopotamiâ pressiùs dictâ, manifestum est ex sequentibus verbis, *quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terrâ Chaldæorum.* vers. 8. *Deserentes itaque ceremonias patrum suorum quæ in multitudine deorum erant.* vers. 9. *vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde & habitarent in Charan.* Ibi ergò Mesopotamia & Charan condistinguuntur à Chaldæâ. Addit Salianus, nomine Chaldæo sumi latiùs in Scripturâ, & Babyloniam, & Mesopotamiam. Quia Mesopotamia eo tẽpore Chaldæo regi parebat, qui idem Babyloniorum & Assyriorum rex erat, vt in Isaia, Ieremia, Ezechiele, aliisque Prophetis legitur. Iungi posset simile: Babylonicam regionem vocari Persidem 2. Mach. 1. vers. 19. quia Babylonia subdita facta regi Persarum, reputabatur vna cum Persico imperio.

*Mesopotamiæ nomẽ tributum Chaldææ, propter eũdem regem.*

*2. Respons.*

RESPONDETUR II. Sicut in Scripturâ sacrâ reperiuntur multæ regiones eodem nomine appellatæ, v. g. multæ Syriæ, vt *Syria Damasci*, 2 Reg. 8. vers. 5. & 6. *Syria trans flumium*, seu Mesopotamia, ibid. cap. 10. vers. 16. & Iudith. 3. vers. 1. dicitur *Syria Mesopotamiæ, & Syria Sobal*, &c. ità in eâ, & in authoribus, reperiri *duas Mesopotamias*. Alteram *Syriæ*, Gen. 28. vers. 2. 33. vers. 18. 35. vers. 9. & 26. & 46. vers. 15. Alteram *Babylonis* siue *Sennaar*: & hanc, non illam, significari hoc loco. Quod euidenter patet ex circumstantijs textus, verbi gratiâ, vers. 2. *Cùm esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan.* & vers. 4. *Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan*: ergò in Mesopotamiâ Chaldææ, Babylonis, siue Sennaar. Vide Massæ. lib. 3. sub init. & Perer. ad cap. 12. Gen. Disp. 1. seu num. 13. pag. 480. col. 1. fin. Fauet nominis etymon. Nam Mesopotamia

*Syriæ plures in Scriptura.*

*Mesopotamiæ duæ in Scriptura.*

*Mesopotamia vnde dicta.*

dicitur

[illegible]citur a medio flu[illegible] Bab[illegible]lon autem est in medio plurium. Atque ita Buch[illegible]rus ipsemet fatetur Mesopotamiam ibi esse à B. Stephano dictam, *latiore*, inquit, *significatione, vt solent loquuntur.* Ad hanc ergo pertinebat Chaldæorum, siue Vrchoa, è quâ ni[illegible]us Abraham venit in Charan, quæ est in Mesopotamiâ Syriæ iuxtà Euphratem.

Ad 3. partem Obiect.

AD III. PARTEM OBIECTIONIS. Respondetur ex Perer[i]o ad cap. 23. Gen. Disp. [illegible]. seu à pag 698. col.2.fin. Et quidem ad illud de translatione Patrum in Sichem duplici modo ex num.49. & 50.1. modo. Dixerat (inquit) Stephanus, Iacob & filios eius defunctos esse in Ægypto, & mox illud adiunxit: *translati sunt in Sichem.* Hoc nos dicimus, non ad Iacob & filios eius coniunctè, sed solùm ad filios Iacob referri debere: præsertim verò ad Ioseph, quem esse in Sichem sepultum, manifestis verbis tradit Scriptura, Ios. vlt. nempe vers. 32. *Ossa quoque Ioseph quæ tulerunt filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem.* Pergit. Quod autem deinde subditur, *& positi sunt in sepulchro quod emit Abraham*, ad solum Iacob pertinere, plurali scilicet posito pro singulari, ex phrasi solitâ Scripturæ. 2. modo dici potest, duodecim Patriarchas in Ægypto defunctos, primò quidem inde translatos esse in Sichem, postea verò transposita esse eorum ossa in Hebronicum sepulchrum Abrahæ. Huius sententiæ authores [illegible] quod attinet ad sepulchrum eorum in Hebron, habemus Iosephum lib.2. Antiquit. cap. 4. Lat. 8. Neque vero hic obstat, quod S. Hieronymus epistolâ 101. (cap. 4) quæ est De optimo genere interpretandi ad Pammach. neget 12. Patriarchas sepultos esse in Hebronico sepulchro Abrahæ: addatque eorum sepulchra, sua etiam ætate extitisse in Sichem, & à peregrinis visitari solita. Ad hoc enim respondet Pererius, equidem authoritatem S. Hieron. facere eam opinionem satis probabilem. Attamen con[tr]ariam probabilem videri propter authoritatem Iosephi, hominis vtique Iudæi & antiquitatum, rerumque Iudaicarum peritissimi, quique de sepulchro Patriarcharum veterem ac perualgatam suæ gentis opinionem & traditionem haud dubiè secutus est. Posse vero id quod dicit S. Hieronymus de Patriarcharum sepulcris, quæ suo tempore in Sichem visebantur, simul verum esse, quia cum illic primo sepulti fuerint, nil mi[rum] [t]am etiam post eorū translationem in Hebron, vsque ad ætatem S. Hieronymi mansisse eorum sepulchra, & in honorem, apud Iudæos Christianosque fuisse. Quod autem attinet ad primam eorum translationem in Sichem, authorem quidem habemus aliquem, S. Hieronymum suprà: quamuis volentem eos [ib]i semper mansisse: sed quod attinet ad primam illam translationem, & aliam inde post eorum factam ad sepulchrum quod emit Abram in Hebron, habemus Petrum Comest. siue auth[orem] [i]n Hist. Scholast. Car[d]. [H]uf. Gagneium, aliosque in Acta Apostolorum. Hæc ferè ex Pererio. Itaque iuxta posteriorem huius responsionis modum, exponendus erit locus Act. disiunctè, sic. *Et translati sunt in Sichem*, nempe primùm ex Ægypto: *& positi in sepulchro quod emit Abraham* &c. nempe alio tempore post. Ad illud autem de emptione sepulchri a filijs Hemor filij Sichem, & ab Ephron filio Seor, respondet num. 47 [ex] S. Hieron. suprà, S. Greg. lib. 7. epist. epist. 53. Lyran. & Caiet. in Act. patrem Ephronis, à quô Ephrone Abraham emit sepulchrum, fuisse binominem, nimirùm vocatum fuisse, & Seor, quò nomine appellauit eum Moses. & Hemor, quô nomine B. Stephanus eum vocauit. Adde & patrem eius vocatum fuisse Sichem. Itaque Mosis ac Stephani eadem est sententia, diuersusque est solùm loquendi modus. Moyses ait emptum esse sepulchrum ex Ephrone filio Seor (filij Sichem) Stephanus dicit emptum esse à filijs Hemor (filij Sichem) eadem verò persona erat Hemor & Seor. Hactenùs ex Pererio. Qui omnia hæc confirmat à permultis similibus habitis in Scriptura sacrâ. Expositiones porrò Eugubini, & Bedæ, eorumque sequacium refutat, meritoque reijciendas demonstrat Pererius eodem loco.

5. Obiect.

OBIICITVR V. Quantumcunque hæc sententia sequi se profiteatur seriem historicæ narrationis ad litteram: attamen eam cogi admittere recapitulationem in verbis illis Gen. 12. vers. 1. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua* &c. adeòque anticipationem in narratione mortis Tharæ. Nam Scripturam non memorare duas Abrahæ vocationes, sed vnicam tantummodo: adeòque vnicam & eandem fuisse vocationem Abrahæ à Deo factam, seu vnicum de exeundo præceptum illi factum, & hoc in Chaldæâ, quod describitur Gen. 12. & quod Act. 7. censent Eusebius, necnon S. Augustinus 16. ciu. 16. contenditque Pererius ad cap. 12. Gen. Disp. 1. seu à num. 15. pag. 480. col. 2. postmed. Et probari potest, hoc modo, & ordine, I. ex num. 15. Quia vocationem Abrahæ quam refert Moyses Gen. 12. non fuisse diuersam ab eâ quam B. Stephanus commemorat Act. 7. magno argumento est, quod B. Stephanus eandem sententiam, ac planè eadem habet verba, quæ Moyses: vt dubitari non possit, B. Stephanum ad hanc Moysis historiam spectasse. Atqui Act. 7. affirmat verbis expressis vocationem illam fuisse factam in Chaldæâ. Confirmatur

ex num. 16. ab illis verbis Gen. 12. *Egredere de terra tua.* Quid est, inquit Pererius, de terrâ tuâ, nisi de patriâ in quâ natus es? Nam quod huic rationi occurrens Tostatus respondet, Haran dici hoc loco terram Abrahæ, quod in ea iamdiu habitauerat, hoc friuolum est. Mitto enim discutere, an diu Abraham inibi habitauerit: ait quidem Tostatus, sed negat B. Augustinus, aliique grauiores Tostato auctores. Illud tantùm dico, cùm Abraham manserit in Haran tanquam peregrinus & incola, certóque consilio & proposito pergendi ad eam terram, ad quam Deus cum vocabat, nullo modo posse dici, ciuitatem Haran fuisse terram propriam, & patriam ipsius Abrahæ, etiamsi plures annos in eâ mansisset. Hæc Pererius. Cuius tamen posttremum dictum non conuincere, patere potest ex Gen. 24. ỹ. 3. vbi Abrahā vocat Charan terrā & cognationē suam. Addi possunt pro Pererio alia loca Scripturæ, vt Gen. 20. ỹ. 13. *Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei* &c. & cap. 24. vers. 7. *Dominus Deus cœli qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ.* II. ex num. 16. à Ratione. Quia opus fuisse duplici vocatione Dei, arguit tardam atque imperfectam obedientiam Abrahæ, id est, vel tergiuersationem eius, vel obliuionem prioris vocationis & mandati diuini, vel certè ad exequendum cunctationem atque tarditatem. Hactenùs Pererius.

Respons. RESPONDETVR. S. Ambros. lib. de Abraham cap. 2. post init. S. Chrysost. in Gen, Homil. 31. versùs med. & Homil. 36. post init. Massæ. lib. 3. init. seu pag. 23. Tostat. & Ludouicum Ystellam in Gen. Caiet. Gagneum, Glossas, Lyran. & Hug. in Act. 7. Petrum Lombard. in Hebr. 11. aliosque plurimos, ac denique Salian an. 2108. à num. 2. censere, bis Abrahamum à Deo fuisse vocatum, proindéque non vnam eandémque esse vocationem quæ narratur Gen. 12 vers. 1. & quæ Act. 7. vers. 2. Sed esto vna eadem que foret illa vocatio quæ traditur Gen. 12: & Act 7. adhuc geminam eius vocationem aliunde probat Salianus loco citato. Cuius argumenta possunt itá disponi. I. Assignantur a Scripturâ duæ vocationes differentes locis. Vna facta in Vr Chaldæorum Act. 7. vers. 2. *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, prius quàm moraretur in Charan.* vers. 3. *& dixit ad illum: Exi de terra tua* &c. vers. 4. *Tunc exiit de terra Chaldeorum, & habitauit in Charan.* Altera facta in Charan, ibid. Act. vers. 4. *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam* &c. *transtulit* id est, ait Salianus trāsferre iussit se, suáque omnia, ad habitandum illic. II. Assignantur & differentes temporibus, vna facta ante mortem Thare. Gen. 11. vers. 31 *Tulit itaque Thare Abram filium*

Abraham bis vocatus à Deo.

Probat. 1.

2.

A *suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan:* conueniunt omnes id factum fuisse ex mandato Dei: item, Act. 7. vers. 2. manifestum est vnam fuisse factam ante mortem Thare *prius quam moraretur in Charan.* Altera post mortem & sepulturam Thare, iuxta illum Act. 7. *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum,* id est, transferre se iussit, suaque omnia, post illum [illegible]. III. Assignantur etiam differentes rebus, quæ vocatione illis exequuntur, seu quibus exequutioni mandantur. Vnam enim exequitur Thare Gen. 11. vers. 31 *Tulit itaque Thare Abram filium suum* &c. Alteram exequitur Abraham Gen. 12. *Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai vxorem suam* &c. Si ergò exiuit de Haran sicut præceperat ei Dominus, datum est illi præceptum exeundi de Haran, sicut antea ei datum fuerat exeundi de Chaldæa. Sed hoc non satis concludit, vt ostendetur infra. IV.

B

C Assignantur differentes rebus, seu termino à quo. Vnâ iubetur exire de terrâ suâ, de cognatione suâ, de domo patris sui, quæ rectè conueniunt habitanti in Chaldæâ, non autem in Charan commoranti, nam ibi natus non est, nec illic exiuit de cognatione suâ: nam suam omnem cognationem transtulit secum. In Vr verò reliquit Nachorem & alios cognatos. Denique illic fuit domus Thare, & maiorum eius, non in Charan. Sed neque hoc satis concludit, vt dictum est suprà circà Pererium ex Gen. 24. vers. 3. Nisi

D conferatur cum locis cap. 20 vers. 13. & 24. vers. 7. suprà relatis. Addi potest V. Assignātur differentes termini ad quos. Vna terminata in Haran. Iudith. 5 vers. 7. *[illegible] primum in Mesopotamiâ habitauit.* vers 9. *qui & præcepit vt exirent inde, & habitarent in Charan.* Altera terminata in Chanaan. Gen. 12. vers. 5. *& egressi sunt vt habitarent in Chanaan.* & Act. 7. vers. 4. *transtulit illum in terram istam.* Denique suppositâ veriore sententiâ, quam suo loco probabimus, Abrahamum fuisse commoratum in Charan aliquot annis, idem

E probari potest à conuenientia, & sit VI. Sicut, inquit Salianus, fuit necessaria prior vocatio ad egrediendum ex Chaldæa, ita & posterior ad discedendum ex Haran, cùm ibi Abraham diu substitisset cum suis Domino non repugnante, imo & iubente. Vnde Achior Iudith 5. *qui & præcepit eis, vt exirent inde* (e terra Chaldæorum) *& habitarent in Charan.* In gratiam scilicet Thare, qui in gratiam filij sui deseruerat Vr Chaldæorum. Cum ergò Abraham ibi dudùm habitaret, nec sciret quando Deo placeret,

vt inde ... retur noua monitione & vocatione ... a emigrandum in terram Chanaan. Hactenus fere ex Saliano. Huc facit locus Ios. vlt. vers. 3. *Tuli ergo patrem vestrum de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan.* Tuli nempe per vocationem & præceptum. Eodem facere non ... o videri potest Hebr. 11. vers. 8. *Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum ... re, quem adepturus erat in hæreditatem, & exiit nesciens quò iret:* quia versu sequenti subiungitur, *Fide demoratus est in terrâ repromissionis* &c. Confirmari potest à simili de Noe tempore diluuij, qui fere in omnibus re... piebat nouum Dei præceptum. v. g. cap. 6. vers. 14. *Fac tibi arcam* &c. vers. vlt. *Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.* cap. 7. vers. 1. *Dixitque Dominus ad eum, ingredere tu & domus tua* &c. vers. 5. *Fecit ergò Noe omnia quæ mandauerat ei Dominus.* & vers. 9. *Sicut præceperat Dominus Noe.* cap. 8. vers. 15. *Egredere de arca tu & vxor tua* &c. vers. 18. *Egressus est ergo Noe* &c.

Ad Arg. Pererr. Et per hæc patet solutio argumentorũ Pererij. Duo enim priora concludunt ad plus, vnam eandemque fuisse vocationem ... eam quæ describitur Gen. 12. vers. 1. & eam quæ Act. 7. non autem nullam aliam in Scripturâ memorari. Ad 3. autem Respondet Pererius ipsemet num. 15. Nisi forte quis dicat &c. Quoniam igitur diuersæ fuerunt vocationes, quod Abraham bis sit vocatus à Deo, non propterea benè concluditur eum fuisse tardum in obtemperando diuinæ vocationi & præcepto. Egregie autem Salianus num. 3. Ex quô, inquit, intelligimus hanc secundam vocationem non arguere Abrahamum tarditatis, aut cunctationis in obeundo primo præcepto, vt aliqui putant, sed promptissimam potius obedientiam. Qui exire iussus de Chaldæâ, exiit. subsistere Haran, subsistit: proficisci in Chanaan, profectus est. Hæc ille.

Quæstio. Sed an fuerit vna eadémque vocatio, quæ describitur Gen. 12. vers. 1. & Act. 7. vers. 2.

S. Ambrosi⁹ lib de Abrahã, cap. 2. post init. S. Chrysostomus, & alij, notati sub responsione præcedenti, exceptis quibusdam, censent, ac censere debent omnes, non vnam eandémque fuisse vocationem, quæ Gen. 12. & Act. 7. sed diuersas: dum nimirum dicunt, præceptum illud Gen. 12. vers. 1 *Egredere de terrâ tua*: &c fuisse factum Abrahamo nõ in Chaldæa sed in Haran. Cũ enim illud aliud quod memoratur Act. 7. dicatur factum in Chaldæa, consequens est, vocationes per illa præcepta factas fuisse diuersas. Et hoc expressis verbis docet Ambros. dum dicit vtrumque præceptum fuisse factum iisdem verbis, *Egredere de terra tua.* Et certe fauet ipsorum

A sententiæ series narrationis. Quia præceptum illud narratur post narratam mortem Thare cap. 11. vers. vlt. II. Quod subditur vers. 4. *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus & iuit cum eo Lot: 75. annorum erat Abram cùm egrederetur de Harã.* vers. 5 *Tulitque Saram vxorem suam,* &c. *Et egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cumque venissent in eam* &c. III. Quia similitudo verborum non impedit quin præceptum bis fuerit factum iisdem verbis.

Vocatio Abrahæ quæ Gen. 12. vers. 1. & Act. 7. vers. 2. vna & eadem. Nihilominus probabilius est, vtrobique verbis illis, vnam eandémque describi

B vocationem. I. Propter omnimodam verborum similitudinem, vt notabat supra Pererius. Atqui Act. 7. patet eam fuisse factam in Chaldæa. II. Propter illa verba Gen. 12. vers. 1. *De Terra tua* &c. quæ etiam notabat Pererius. Et quamuis Gen. 24. vers. 3. Abraham vocet Charan terram & cognationem suam: *non accipias,* inquies, *vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito: sed ad terram & cognationem meam proficiscaris & inde accipias vxorem filio meo*: tamen probabilius est illo loco 12. Gen. per tot verba, *De*

C *terrâ tuâ, & de cognatione tuâ, & de domo patris tui,* Chaldæam intelligi, maxime si conferantur cum locis Gen. 20 vers. 13. & 24. vers. 7. suprà relatis. III. Propter illa verba ÿf. 4. *Egressus est itaque Abraham sicut præceperat ei Dominus.* Ex quô licet intelligi, verbum illud vers. 1. *Dixit autem Dominus*, exponendum esse eodem sensu, *Dixerat autem Dominus*: nonobstante vocabulo *dixit*, quia nimirum Hebræi non habent eiusmodi tempora.

D Obiect. Dices. Si factum fuit Abrahæ præceptum exeundi de Haran, quare Moyses descripturus exitum illum de Haran, potiùs recurrit ad præceptum in Chaldæa, quàm ad præceptum factum in Haran?

Respons. Respondeo. Recurrit Moyses ad primum præceptum, quia mentionem expressam eius non fecerat: sed solummodo tetigerat effectum eius primum, etsi non præcipuum: nempe egressionem Thare ducentis filium suum Abraham &c. & quia etiam tractaturus erat ex professo historiam Abrahæ: promissiones ei factas: eiúsque obedientiam;

E propterea incipiendum fuit a fundamento omnium, quod erat vocatio & præceptum Dei, ac Abrahæ ipsius obedientia.

Replica. Instabis. In hoc videri quandam perturbationem & confusionem, vt pro vno egressu, nimirum de Haran, recurratur ad vocationem factam pro alio egressu, nempe de Chaldæâ.

Respons. Respondeo. Quamuis duplex fuerit Abrahæ vocatio: vtraque tamen, vt monet Salianus in Schol. ad num. 1. quasi vna eadémque à Scripturâ profertur. Quia vtriuſ-

que vnus idemque finis fuit, vnica vocantis intentio, profectio scilicet in terram Chanaan. Propterea, Moyses sic eas tractauit, vt primam & præcipuam magis ex professo tradiderit: alteram verò quasi per transennam solummodò. Ideóque debuit tradere præcipuos terminos primæ illius, nempe vocationem ex Chaldæa, & aduentum in Chanaan. S. autem Stephanus posteriorem magis declarauit, quia singula vtriusque magis ex professo tractauit.

At hinc vrgebis Obiectionē, seu vim eius initio positam: scilicet, ergo admittendam esse recapitulationem? cur non ergò in morte Thare? Itaque

Ad vim 5. Obiect. AD VIM OBIECTIONIS. Respondetur, Hanc recapitulationem erui ex Scripturâ: nec quicquam tamen huic 1. sententiæ obstare; quia non respicit rationem annorum Thare & Abraham, seu, non pertinet ad narrationem huius historiæ nisi ex accidenti. Alteram verò recapitulationem non modò non haberi in Scriptura: sed contrarium eius variis modis & conuincentibus in eâ ostendi; ptout visum fuit, tam in refutatione 1. sententiæ, 4. eius modi, quàm in probationibus huius 2. sententiæ, 4. eius argumentis primis. Hæc autem & alia eius argumenta prorsùs obstant primæ illi sententiæ, tanquam respicientia directè rationem annorum Thare & Abraham. Et hic rursùs

6. Obiect. OBIICITVR VI. ab Auzoleo. Sacram Scripturam nos docere *clarè, verbis expressis & intelligibilibus*, &c. Thare non habuisse plùs quàm 70. annos, quandò genuit Abraham & fratres eius: indéque sumit iterum ansam inuehendi, partim etiam tempestate, contrà Salianum, & alios auctores. quasi difficultatem hanc neque Salianus, neque auctores quos sequitur, satis discusserint, aut etiam penetrarint. Eandem obiectionem prius habuit Bucholcerus, alijs sed lenioribus verbis, fol. 19. pag. 1. sub init. dicens: *Nitimur expresso testimonio Mosis: qui disertè exprimit annum septuagesimum Thare, & copulat cum eo nomen Abrahæ.* & fol. 20. pag. 1. post med. *Hoc nobis ratum ac firmum maneat, quod septuagesimus Thare non adnotetur à Moyse, propter Nachor: sed propter Abrahamum, cuius summi patriarchæ ætatem ac natiuitatem Moses Israëlitici populi historicus, anno septuagesimo Thare, tanquam certissimo indice demonstrare, & annorum mundi seriem continuare voluerit.* Similia multa profert Bucholcerus: proferunt & alij: quæ tamen in re substantia, nihil aliud continent, quàm quæ habentur suprà sub obiectione 1. vel in fundamento difficultatis, vel denique sub aliquibus 1. sententiæ modis.

Resp. RESPONDETVR Falsum esse Scripturam sacram hoc docere *clarè, verbis expressis & intelligibilibus* ex... anno, &c. quod prætenditur ab Auzoleo, vel Bucholcero. *Clarè* quidem Scriptura sacra dicat illo loco, Thare vixisse 70. annos, & genuisse tres illos filios: at non dicit *clarè* quemnam eorum Thare genuerit illo anno, neque quoto annorum sequentium quemlibet. Falsum consequente est, propterea quod Moyses debeat exprimere annum septuagesimum Thare, & copulet cum eo nomen Abrahæ, sequi Moysen anno septuagesimo Thare, tanquam certissimo indice demonstrare natiuitatem Abrahæ, & annorum mundi seriem continuare, voluisse. Nam licet quantumuis Scriptura sacra dicat *clarè* cap. 5. vers. vlt. Noe *cum* 5... *esset annorum*, quod idem est, cum 500. vixisset annos, *genuisse* tres filios, *Sem, Cham, & Iaphet*, non tamen propterea *clarè* dicit illo loco, quem nam eorum, tunc, vel post, genuerit, & sicut quantúmuis copulet nomen Sem cum 5... illis annis Noe, non propterea sequitur, cum iuxta Bucholcerum ipsummet, tum iuxta reliquos chronologos, eam anno quingentesimo Noë tanquam certissimo indice demonstrare natiuitatem Sem, & annorum mundi seriem continuare voluisse; sic quantúmuis dicat *clarè* Thare vixisse 70. annos, & genuisse Abraham, Nachor, & Aran, & quamtumuis copulet nomen Abrahæ cum 70. annis Thare, non propterea sequitur eam dicere *clarè*, Abrahamum fuisse natum anno septuagesimo Thare. Quod vt pleniùs demonstremus, & ad hominem priùs aduersùs Bucholcerum: missa nunc, quod si valeret illa ratio copulationis nominis Abraham cum annis Thare, sequeretur Nachor & Aran genitos fuisse vnâ eadémque natiuitate cum Abraham, anno septuagesimo Thare, & Cham & Iaphet genitos vnâ eadémque natiuitate cum Sem, anno quingentesimo Noë, quæ tamen omnia negat Bucholcerus, negant & reliqui: retorqueamus, inquam, aduersùs Bucholcerum, hunc ipsummet argumentandi modum quo vtitur. Sed priùs adnotemus, eum censere Sem fuisse natum anno Noë, non quingentesimo exacto, seu quingentesimoprimo incœpto, sed quingentesimo secundo exacto, seu quingentesimotertio incœpto. Sic enim ait expressè sub indice suo chronologico, è regione anni mundi 1559. *Sem nascitur ætatis Nohe* 503. Adnotemus consequenter, eum censere annos 100. Sem, quibus dicitur genuisse Arphaxad biennio post diluuium, intelligendos esse 100. præciso numero dictos: contra verò 500. Noë, quibus dicitur genuisse Sem, rotundo numero dictos pro 502. Hoc enim inde sequitur: sed & patet apud eum quandò sæpiùs in præcedentibus, & præsertim fol. 2. & 3. summat *Ætates patrum à diluuio ad na-*

Contra Bucholc.

*rum Abraham*, 292. Hi ... notatis, qui ... xerit Bulcholcero circà Sem: *Nitimur expresso testimonio Mosis qui disertè exprimit annum quingentesimum Noë, & copulat eum cum nomine Sem: Hoc nobis ratum & firmum maneat, quod quingentesimus Noë nō adnotetur à Mose propter Cham, & Iaphet. sed propter ... cuius summi patriarchæ ætatem ac natiuitatem, Moses Israëlitici populi historicus, anno quingentesimo, Noë tanquam certissimo indice demonstrare, & annorum mundi seriem continuare voluerit*: quid responderit Bucholcerus. Sanè cogetur dicere, colligi ex alijs Scripturæ locis, Sem non fuisse genitum anno quingentesimo patris. Loci autem illi possunt esse duo. Vnus, quò Sem dicitur Gen. 10. iuxta Hebræum, vel potiùs juxtà translationem Septuag. Interpr. prout nunc habetur apud nos, frater *minor* Iaphet. Et hic locus non conuincit, tùm quia de Hebræo non constat, potiùs ex eo constat contrarium, prout demonstratum fuit §. 35. de translatione verò Septuag. Interpr. ostensum fuit ibidem, eam esse corruptam illo loco; tùm quia dato quod Sem fuisset frater minor Iaphet, non propterea conuinceretur mox, cum non fuisse natum simul cum Iaphet: nam & auctores volunt, illis ætatibus partus fuisse cōmuniter nō solùm duorum, sed etiam trium natorum: & sicut, quamuis Iacob natus fuerit simùl cum Esau cap. 25 & Zara cum Phares, cap. 28. non propterea Iacob desijt esse frater *minor* Esau & Zara frater *minor* Phares. Sed esto conuinceret iste locus, sequeretur illum alium cap. 5. de 500. annis Noe, *non loqui clarè, non expressum esse testimonium*, &c. Alter locus est, quo Sem dicitur cap. 11. natus annos 100. quando genuit Arphaxad biennio post diluuium. Et hic ergo solus prætendi potest conuincere Bucholceri propositum. Tunc autem dicat Bucholcerus necesse est, 100. annos Sem tradi *clarè, verbis expressis & intelligibilibus*, vel sicut dixit circùm Abraham *nitimur expresso testimonio Mosis, qui disertè exprimit annum centesimum Sem, & copulat cum eo nomen Arphaxad seu biennium post diluuium*, Gen. 11. At tunc etiam dicat necesse est, *non tradi clarè, verbis expressis & intelligibilibus*, Noë non habuisse plus quàm 500. annos, quando genuit Sem, vel certe *non niti nunc expresso testimonio Mosis, qui disertè exprimat quingentesimum Noë, & copulet cum eo nomen Sem: non item nunc ... ratum & firmum manere quod quingentesimus Noë non adnotetur à Mose propter Cham & Iaphet, sed propter Sem, cuius summi patriarchæ ætatem ac natiuitatem, Moses Israëlitici populi historicus, anno quingentesimo Noë, tanquam certissimo indice demonstrare, & annorum mundi seriem continuare voluerit*? Et tamen illi Scripturæ loci, cap. 5. vers. vlt.

A *Noe cùm 500. esset annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet* & cap. 11. vers. 26. *vixitque Thare 70. annis, & genuit Abraham, & Nachor, & Aran*, sunt, in hoc quod controuertitur, per omnia prorsus similes. His ita sursum deorsum reuolutis quis non videat quàm incertæ sint, potius friuolæ iactationes propositionum huiusmodi *Scriptura sacra docet clarè, verbis expressis & intelligibilibus* &c. *nitimur expresso testimonio Mosis* &c. quandò eademmet Scriptura sacra, vel idemmet Moyses, aut alius auctor sacer, docent alijs locis aliud

B quam id quod per iactationes huiusmodi prætenditur? Et huc venire posset illud S. Augustini, *Verba iactare, & nihil probare, quid est nisi delirare?* Porro similes argumentorum retorsiones fieri possent aduersùs Bucholcerum suosque pares, ex alijs Scripturæ locis, v. g. ex loco Exod. 12. circùm annos 430. mansionis filiorum Israel in Ægypto (expressius sub sequenti Periodo, seu §. 43.) qui locus, si quis vnquam, videri potest in specie, clarissimus, testimonium expressissimum, &c. quem tamen propter alia Scripturæ loca, v. g. quibus traduntur anni Caath

C (qui intrauerit in Ægyptum) Amram, & Mosis, Exod. 6. & propter exempla similia quorundam auorum intrantium in Ægyptū, ac nepotum egredientium ex eâ, itemque quibus alligantur illi anni 430. promissionibus Abrahæ factis Galat. 3. nonuult Bucholcerus, nolunt & sui, sumendum esse iuxtà verborum rigorem. Sed de his satis aduersùs Bucholcerum & similes. Insurget forsan Auzoleus, se non sentire cum vllis alijs, vel annos 500. Noe, vel annos 100. Sem, sumendos esse rotundo numero pro 502. vel 102. *Replica Auzolei*

D sed duos annos qui suprà 100. Sem repetiuntur inter 500. Noë, & natiuitatem Arphaxad siue finem biennij post diluuium, esse desumendos à 9. mensibus quibus filij geniti per conceptionem matrum, remanserunt antè natiuitatem suam in vteris earū. At hoc fuit explosum ex Scripturà sacrà, §. 15. Et neque, si non fuisset explosum, vitaret adhuc necessitatem alterum admittendi, vel 500. annos Noë, vel 100. Sem, fuisse rotundo numero dictos. Nam 9. menses Sem, & 9. Arphaxad, *Refutatur.*

E non facerent biennium, nisi tantum incœptum: quod tamen etiam fuit explosum §. 34. Sed his omissis, pronunc explodi potest ista replicatio, per quæstionem faciendam Auzoleo: *An Scriptura sacra tradat clarè, verbis expressis & intelligibilibus* &c. annos illos duos esse desumendos à mensibus, quibus filij gestati fuerint in vteris matrum? Hoc non dicet, credo. Nam tunc aduersùs ipsummet insurgeret quiuis, mirum esse, si hoc Scriptura sacra tradiderit clarè, verbisque expressis & intelligibilibus, quomodò nullus vnquam auctor, præter ipsum, vsque huc, tale quid in

cà viderit? Hoc enim *clarum, expressum, & intelligibile*, dicitur, quod ab omnibus, ne vel vno refragante, competitur. Eadem dicet quiuis de natiuitate Sem, vel Arphaxad, seu de 500. annis Noe, & 100. Sem. Nam circa hæc prodierunt variæ chronologorum tam catholicorum, quàm non catholicorum, omnium porrò doctissimorum, ad minùs in hoc genere, virorum, sententiæ: quarum illa non parùm est celebris, quæ sumit 500. annos Noë rotundè pro 502. Hæc autem sententiarum varietas nunquam prodiisset, si quæ prætendit Auzoleus Scriptura sacra nos clarè, verbisque expressis ac intelligibilibus docuisset. Sed vt nonnihil etiam retorqueamus aduersùs Auzoleū argumentandi modū quò vtitur. Qui dixerit Auzoleo, Scripturā sacrā loquutam fuisse *clare* de natiuitate Abraham in lib. Gen. quando seriem suæ narrationis ità texuit, vt tradiderit Thare vixisse 205. annis & mortuum fuisse, posthæc verò tradiderit Abrahamū egressum fuisse de Haran, & tunc habuisse annos 75. quod cùm sit incompatibile cum eius natiuitate quæ fingitur clarè tradita per Scripturam anno septuagesimo Thare, prorsùs est euidens eam assignandam non esse septuagesimo, sed centesimotrigesimo Thare? Vel etiam qui dixerit Auzoleo: B. Stephanus, seu liber Actorum cap. 7. proindéque *sacra Scriptura, sacer textus, Dei verbum, textus canonici* &c. dicunt *clarè, verbis expressis & intelligibilibus*, &c. Abrahamū *translatum* fuisse de Haran in Chanaan, *postquā mortuus est pater eius, & antequā haberet filium*, & antè *promissionem terræ* sibi factam, quæ omnia ex Gen. 11. & 12. sunt incompatibilia cum assignatione natiuitatis eius anno septuagesimo Thare, compatibilia solùm cum anno centesimotrigesimo eius: quid responderit Auzoleus? Certè cogetur alterum è duobus dicere. Vel illa loca non esse censenda *clara*, quoniam reperiuntur auctores aliter sentientes, v. g. Genebrardus, Pererius, &c. Et tunc agnoscat idem de locis quæ prætendit esse *clara*, quæ tamen talia non censentur à reliquis Chronologis. Vel loca quæ prætendit, videri *sibi clara*: loca verò quæ nos prætendimus, non videri *sibi* clara. Et tunc agnoscat hæc *a se*, pro libito tantùm dici. Sed de his etiam satis aduersus Auzoleum. Proinde sileant inposterum familiares illæ sectariis assertiones, verius inanes iactantiæ, *sacrum textum, Dei verbum, textus canonicos, sanctos textus canonicos* &c. *clare, aperte, clarissimè, expressissime, oculatim* &c. *docere*: quidquid nimirum ipsis libet verbo Dei sacro, Scripturisue canonicis, tanquam *clarissimum & expressissimum* affingere. Nos interim eàdem viâ, quà certius dicūt peritiores tùm chronologi tùm theologi, nec verò sectarij non plurimi, ex annis 100.

Contrà Auzoleum.

Sem, & biennio post diluuium fundo cum nascente Arphaxad, colligi, non transactos fuisse tantummodo 100. annos, inter 500. Noe, & natiuitatem Arphaxad: & ex annis Caath, Amram, & Moysi, & aliis quoque exemplis, necnon ex colligat one quam facit S. Paulus annorum 430. cum promissionibus Abrahæ factis, non mansisse filios Israel in Ægypto totos annos 430. dicimus colligi similiter ex Gen. 11. & 12. sed ex ipso vers. 26. cap. 11. ad vers. vlt. cap. 5. collato, præsertim autem ex Act. 7. Abraham non fuisse natum anno Thare septuagesimo, sed centesimotrigesimo: proindeque hoc Scripturam sacram in vtroque libro, Geneseos & Actorum, adinuicem ritè collato, simpliciter & absolutè tradidisse consequenter ex parte hac numerandos esse pro chronologia, supra modos eam computandi minus exquisitos, annos 60. completos.

Cogimur hic inuiti, responsionem hanc, quamuis nec libenter iam longius ductam, iterùm tamen aliquantulum protrahere. Quoniam cum hæc typis instarent, inopinatè venit in manus nostras libellus gallicè conscriptus, cui titulus; Iob seu vera eius genealogia, recenter luci traditus per Iacobum Auzoleum, Impress. Paris. (in 8.) hoc eodem anno 1623. in quo reficiat author, vel iisdem verbis iterat, paucula quæ dixerat in priori libello cui titulus Melchisedech, circà quæstionem de Cainan, huius nominis secundo: tangit etiā nonnihil quæstionem præsentē de anno natiuitatis Abrahæ: nonnulla quoq; inserit circà quæstionem de annis mansionis filiorum Israel in Ægypto, de quā sub Periodo sequenti, seu § 43. Quid de libellis istiusmodi sentiamus, libentius tacebimus quam loquemur. Plurima nimium, vel ad nauseam vsque, proloquentur ipsimet libelli suis lectoribus. Hoc nobis dictum fuerit, quod si sua sācta chronologia, de qua toties in his libellis comminatur, non aliis iactatur probationibus, decidet a nomine quod in aliorum dispendium aucupatur. Ad rem accedamus. In isto cui titulus Iob. pag. 81. postquam attulit verba Gen. 11. vers. 26. hoc modo: *Thare vixit 70. annos, dein genuit Abraham Nachor & Aran*, hæc habet. *Contra hunc sanctum textum canonicum, Salianus post Temporarium & Vignerium, gloriæ sibi reputat, sustinere, in medium que proferre, Thare, loco 70. solummodo annorum, prout hoc Scriptura dicit, quando genuit Abraham habuisse 130.* & mox vocat eos, *nouos calculatores*. & pag. 171. post quam notauit Salianum in chronologia commisisse duplicem defectum, *alterum inserendo quendam Cainan inter Arphaxad & Sale*, subdit: *alterum faciendo Abraham nasci, non sicut Scriptura hoc dicit, post annum 70. patris Thare, sed post eius annum 130.* & pag. 174. fin.

*Quod si erraust in hoc* ,d. Cai an *multo plus errori committit dicend contra expressam authoritatem S ripturæ sanctæ, Abrahamum fuisse natum anno* ... *patris sui Thare. Vbi Scriptura ait Iare, & sine vm' raculo, Thare vixit 70. annos & genuit Abraham Nachor & Aran Gen.* ... Per reliqua ... libri vi ... d. t m ... s ... t ... omodo cum auctoribus ... agat, nec non cū nostro R.P. Iac. bo Boldu co, ... cum Ecclesiæ Patribus antiquissimis ... maximè cum R.P. Saliano Ie suita, contra ... innatam videtur habere suggillandi cupi ... nem Cæterum ad nullum argumentorum contrariæ sibi sententiæ, contrariarum potius sibi sententiarum istarum chronologicarum, respondet sed semper tenuit ad *suam sanctam* quam singulis ferè pagellis comminatur *chronologiam*. Similiter nullas suarum his contrariarum opinionum affert probationes, nisi quod prætendit semper, nihilque aliud buccina ..., qu m *sanctum textum canonicum, sanctum Dei verbum* &c, *dicere, docere*, &c. *claré, verbis expressis & inte* ... &c. omnia quæcumque ipse dicit. item, hæc quæ ipse profert *esse verissima, esse secundum sanctam Scripturam, secundum sanctos textus canonicos* &c. *se in sua sancta chronologia demonstrare, demonstrasse, claré, palpabiliter, ad oculum, oculatim*, quæcumque ipse proponit: alios autem *se elongare à sancto textu canonico, non sequutos esse puros textus Scripturæ canonicæ, facere contra sanctos textus canonicos, formaliter contra expressum Dei verbum*, & similia pluries ac innumerè: dénique *se stare strictè* ... *teræ sancti textus canonici, tanquam prorsus infallibilis iuxta iudicium Ecclesiæ*, vide inter alias pag. 82. 121. 128. 13 . 160. 1 4. 194. 198.

Ad hunc obiicie di modum, non aliam in re quàm præcedentem, fuisset plus satis responsum ex antè per nos di is. Ne tamen videamur aliquos eius loquendi modos effugere, respondeamus iterum ac obiter, tam ex rei veritate, quàm ex ipsius obniexentis confessione. Negamus itaque, ni ... ipsi negamus, esse contrà sanctum & in singulari contra sanctum illum textum canonicum, quod Abraham fuerit natus anno 130. Thare. Neque vnquam Auz leus probauit, aut probare poterit quod imponit. Contrarium probauimus al ... , pr ... auimus & nos, peremptorie pr ... ex ... o textu canonico, Gen. 1 . & 12. & A . 7. Negamus item Scripturā dicere, Thare habuisse *solummodò* 70. annos quando genuit Abraham. Hoc Scriptura non dicit. Et quomodò non pudet Auzoleum addere verbum illud *solummodò* ad sacrum textum canonicum, vt aliquid inde proferat esse contrà illum. Hoc vel vnicum deberet ei commendare silentium. Quod si r placet, obstinatéq, contenda , prout facit pag. 82. lin. 10. *sancti textū hoc nos docere: iterabimus* & nos post S. Augustinum, *verba iactare, & nihil probare, quid est nisi delirare?* Iam agamus ex ipsius confessione. Priori loco seu pag. 83. postmed. postquam dixit *Abrahamum fuisse genitum anno sequente septuagesimum Thare*, hæc addit: *Et fuit, siue solus, siue cum fratribus suis, 9. mensibus in vtero matris.* Per has dictiones suas fatetur Auzoleus, Nachor, & Aran, non fuisse *necessario* genitos, adeòque natos, eodem anno quò Abraham. Clarissimè mox cum ait: *Itaque annus mundi 1966. qui fuit annus 72. Thare, fuit etiam necessario annus vitæ Abraham, & consequenter Nachor, si fuit ei iumellus: vel annus sequens, si habuit annum natiuitatis differentem, Nam cum ita fuerint positi tres simul, sicut Esau & Iacob Phares & Zara, sequitur quod vel fuerint iumelli, vel saltem nati sint de anno in annum, sicut XI. priores fi ij Iacob.* Hæc ibi. Similia prius pag. 82. à med. quæ mox referemus. Ex his luce clarius est Auzoleum fateri, quamuis Nachor & Aran fuerint quantùm ad generationem per patrem, vel natiuitatem in lucem, assignati anno Thare septuagesimo, vnà simul cum Abraham: non tamē esse *necessarium*, eos fuissē genitos vel natos, annō cum secundū generationē assignati fuerūt. Atqui si hoc nō est *necessariū* pro Nachor & Aran ergò neque *necessarium* pro Abraham. Nam tres illi simul vnicā eâdemque forma loquutionis assignantur anno *septuagesimo* Thare. Viderit iam Auzoleus, quando dixit pag. 82. à med. *Igitur ego stans* ... *strictissime litteræ sancti textus canonici, tanquam prorsus infallibilis secundum iudicium Ecclesiæ: Dico, quod quamuis non habeamus annos Nachor sicut habemus eos quos vitæ Abraham, in Scriptura, tamen probabile necnon propugnabile, Nachor potuisse viuere tantùm quantum Abraham, potuisseque habere filios qui fuerint contemporanei gradatim filiis Abrahæ, quandoquidem videmus vel eum fuisse iumellum fratribus suis Abraham & Aran, sicut Iacob & Esaü, vel fuisse natum non multò post fratrem suum Abraham post annum 70. patris ipsorum Thare* viderit, inquam, si dùm ait sub disiunctione, vel eum fuisse iumellum, vel natum anno altero post Abraham, hoc sit *stare strictissime litteræ sancti textus canonici tanquam infallibilis secundum iudicium Ecclesiæ*. Viderit etiam, num verum sit quod propo- suit suprà, *Scripturam dicere Thare habuisse solummodo 70. annos quando genuit Abraham* Nam si hoc verum est, idem dixerit Scriptura necesse est, de Nachor & Aran: cùm vnicā eâdemque formā loquutionis protulerit *Thare vixisse 70. annos, & genuisse Abraham, Nachor, & Aran* Porrò quantùm aliàs ad generationem trium istorum vnicō eôdem-

que tempore, non valet exemplum de Iacob & Esaü, de Phares & Zara. Nam Scriptura sacra verbis *expressissimis & clarissimis* profert, eos fuisse simul natos: hoc autem Scriptura non profert verbis æquè expressis & clarissimis, de Abrahā, Nachor, & Aran, sicut nec de tribus filijs Noe, Sem, Cham, & Iaphet. Aut si valet exemplum illud: ergò contrariatur sibimet Auzoleus, dùm profitetur, posse nihilominùs Nachor & Aran fuisse genitos & natos, annis Thare posterioribus ei quò fuerit Abraham genitus & natus. Et hic viderit rursùs Auzoleus, nùm hoc sit *stare strictissimè litteræ sancti textus canonici tanquam infallibilis secundùm iudicium Ecclesiæ*: nùm qui dixerint contrarium his quæ dicit ipse, *faciant formaliter contra sanctum textum canonicum?* Et tamen hæ sunt

A egregiæ [illegible] argumentationes quibus audet Auzoleus [illegible], non solum nos quos ipsi placet vocare *Adulatores*, etiam tum [illegible], tum sanctos Ecclesiæ patres. Iactet [illegible] *sacrum textum nos [illegible], Scripturam sacram dicere [illegible] modò &c. [illegible] strictè, [illegible] sanct. [illegible] textus [illegible] nisco &c. contra sanctum textum Chronicum [illegible] cere*, qui dicunt aliter quam ipse [illegible].
B Gestiat inposterum doctissimos quosque viros ridiculis suis velitationibus [illegible] &c. Gaudebunt illi, lætabimur & nos, dum [illegible] quæ [illegible] est, patiemur) se non [illegible], vel argumentorum pondere premi, sed argutiolis [illegible] & verbositate lacessiri. Vide, Lector, nonnulla huc facientia, sequenti Periodo, seu §. 43. sub refutatione [illegible] sententiæ, responsione 5.

## COLLECTIO ANNORVM SECVNDÆ PERIODI.

§. 40.

EDITIO VVLGATA, Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. annos quibus patres huius Periodi genuerunt, sic computant. Sem 2. annis post diluuium. Arphaxad 35. Sale 30. Heber 34. Phaleg 30. Reu 32. Sarug 30. Nachor 29. Thare 70. Hi faciunt 292. Adde ex S. Luc. & Sept. Interpr. 30. Cainan, erunt 322. Adde ex Act. & veriori septentiâ, 60. alios Thare: & erunt 382. vsque ad natiuitatem Abrahæ.

SEPTVAGINTA INTERPRETES, eorûq; sequaces, secundû codices antiquiores, annos quibus patres genuerunt sic computant. Sem 2. annis post diluuium. Arphaxad 135. Cainan 130. Sala 130. Eber 134. Phalec 130. Ragau 132. Seruch 130. Nachor 179. Thare 70. Hi faciunt 1172. Adde 60. alios Thare: erût 1232. Secundum codices Regios in quibus tribuuntur Phaleg 134. erunt 1236. Atque ità codices Septuag. Interpr. antiquiores iuxtà veram quæ colligi debet eorum supputationem, superant verâ quæ collecta est Edit. Vulg. Hebr. Chald. & S. Hieron. annis 850. Regij 854.

C RELIQVI authores sunt in 3. præcipuas sententias dispertiti. Quidam enim, & ferè innumeri, computant solummodò 292. (missum facimus Vignerium, qui 290.) vt Genebrardus, &c. Quidam 322. vt Pererius, Gordonus &c. Quidam denique & veriùs, 382. vt Baradius, Torniellus, Salianus, &c.

D Cæterùm visum est nobis pariter, non hic incongruum fore, si memoriæ gratiâ generationes huius Periodi, seu hominum eius nomina, subuciamus his distichis contenta.

*Homines memoriæ gratia.*

Decas.

*Iuxta Vulg. Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. Gen.*

*Sem, qui * Melchisedech, Arphaxad, Saleus, Heber*
E *Phaleg, Reu, Sarug, Nachora, Thàre, & Abram.*

Decas.

*Iuxtà S. Lucam Euangel. & Septuag. in Gen.*

*Semus, & Arphaxad, Cainan quoque, Saleus, Heber,*
*Phaleg, Reu, Sarug, Nachorus, atque Thare.*

* Ita à Hebræis intellige.

# Summa secundæ Periodi.

## A Diluuio Exacto, Ad natiuitatem Abrahæ.

Anni Completi.

382.

Mundi.

2038.

# TERTIA
## TEMPORIS PERIODVS
### EX SCRIPTVRA SACRA.
### A Natiuitate Abrahæ, Ad Exitum Iſraël de Ægypto.

Annorum Completorum.

500.

### EX GEN. EXOD. IVDITH. ACT. GALAT.

GEN.

CAP. XV.

Verſ. 13. *Dictúmque eſt ad eum* ( Abraham ) *Scito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua , & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent* 400. *annis*

Verſ. 14. *Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo : & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.*

Verſ. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona.*

Verſ. 16. *Generatione autem* 4. *reuertentur huc : necdum enim completa ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens tempus.*

CAP. XVII.

Verſ. 16. *Et benedicam ei , & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus ſum , eritque in nationes , & reges populorum orientur ex eo.*

Verſ. 17. *Cecidit Abraham in faciem ſuam , & riſit , dicens in corde ſuo : Putaſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet?*

CAP. XXI.

Vers. 1. *Visitauit autem Dominus Saram sicut promiserat: & impleuit quæ locutus est.*

Vers. 2. *Concepitque & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus.*

Vers. 3. *Vocauitque* ABRAHAM *nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac: &c.*

Vers. 5. *cùm* 100. *esset annorum: hac quippe ætate patris, natus est Isaac.*

CAP. XXV.

Vers. 19. *Hæ quoque sunt generationes Isaac filij Abraham: Abraham genuit* ISAAC:

Vers. 20. *qui cùm quadraginta esset annorum duxit vxorem Rebeccam &c.*

Vers. 25. *Protinùs alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum* *Iacob.*

Vers. 26. SEXAGENARIVS *erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli.*

CAP. XLVII.

Vers. 7. *Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo: qui* (scilicet, IACOB) *benedicens illi,*

Vers. 8. *& interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorũ vitæ tuæ?*

Vers. 9. *Respondit: Dies peregrenationis meæ* 130. *annorum sunt, &c.*

EXOD.

CAP. XII.

Vers. 40. HABITATIO *autem filiorum Israël quâ manserunt in Ægypto, fuit* 430. *annorum.*

Vers. 41. *Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.*

IVDITH.

CAP. V.

Verſ. 9. *vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cumque operuiſſet omnem terram fames, deſcenderunt in Ægyptum, illicque per*

400. *annos ſic multiplicati ſunt, vt dinumerari eorum non poſſet exercitus.*

## ACT.

### CAP. VII.

Verſ. 6. *Locutus eſt autem ei* ( Abrahamo ) *Deus: Quia erit ſemen eius accola in terra aliena, & ſeruituti eos ſubiicient, & malè tractabunt eos annis* 400.

Verſ. 7. *& gentem cui ſeruierint, iudicabo ego, dixit Dominus, & poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco iſto.*

### CAP. XIII.

Verſ. 16. *Surgens autem Paulus, &c. ait: Viri Iſraëlitæ, & qui timetis Deum, audite:* Verſ. 17. *Deus plebis Iſrael elegit patres noſtros, & plebem exaltauit cùm eſſent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelſo eduxit eos ex eâ.* Verſ. 18. *& per* 40. *annorum tempus mores eorũ ſuſtinuit in deſerto.* Verſ. 19. *Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum.* Verſ. 20. *quaſi poſt*

400. *&* 50. *annos: & poſt hæc dedit iudices vſque ad Samuël Prophetam.*

## GALAT.

### CAP. III.

Verſ. 16. *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit: Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Verſ. 17. *Hoc autem dico, teſtamentum confirmatum à Deo: quæ poſt* 400. *&* 30. *annos facta eſt Lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem.*

(..) (..) (..)

(..) (..) (..)

# PRIMA PARS TERTIÆ PERIODI.

## A Natiuitate Abrahæ, Ad Introitum Israël in Ægyptum.

(∴) Annorum Completorum. (∴)

290.

(∴) EX GEN. (∴)

CAP. XXI.

Vers. 3. *Vocauitque* ABRAHAM *nomen filij sui, quem genuit ei Sara,* *Isaac:*

Vers. 4. *& circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus,*

Vers. 5. *cùm* 100. *esset annorum: hac quippe ætate patris, natus est Isaac.*

CAP. XXV.

Vers. 19. *Hæ quoque sunt generationes Isaac filij Abraham: Abraham genuit* ISAAC: Vers. 20. *qui cùm* 40. *esset annorum, duxit vxorem Rebeccam, filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban.* Vers. 25. *Protinùs alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum* *Iacob.*

Vers. 26. SEXAGENARIVS *erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.*

CAP. XLVII.

Vers. 7. *Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo: qui* (scilicet, IACOB) *benedicens illi,* Vers. 8. *& interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* Vers. 9. *Respondit: Dies peregrinationis meæ* 130. *annorum sunt, &c.*

## I. DIFFICVLTAS, DE ANNO CENTESIMO,
Quô Gen. 21. verſ. 5. dicitur Abraham genuiſſe Iſaac: An intelligendus ſit incœptus, vel cómpletus? conſequenter, de annis 60. Iſaac, & 130. Iacob: an cenſendi ſint incœpti, vel completi?

§. 41.

Fund. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS eſt hoc. Ex vnâ parte videtur, annû illum centeſimû, intelligendum eſſe tantum incœptum. Nam Gen. 17. cap. 17. verſ. 1. *Poſtquam vero 90. & 9. annorũ eſſe cœperat* (Abraham) *apparuit ei Dominus* &c. Ecce per verbum illud *cœperat*, videtur nonageſimusnonus eius annus tantum incœptus, verſ. 21. *Pactum vero meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero.* Ecce promittitur naſcendus Iſaac ſequenti anno. Eadémque promiſſio confirmatur cap. ſeq. nempe 18. verſ. 10. *Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua.* &c. & verſ. 14. *iuxtà conditum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.* Atque ità de facto, cap. 21. à verſ. 1. *Viſitauit autem Dominus Saram ſicut promiſerat: & impleuit quæ locutus eſt.* verſ. 2. *Concepitque & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quô prædixerat ei Deus.* Si annus nonageſimusnonus Abraham fuit tantùm incœptus, & ſeq. anno qui erat centeſimus eius incœptus, Iſaac fuit natus: vtique hic natus eſt anno Abraham centeſimo tantum incœpto.

Ex alterâ autem parte videtur, annum illum centeſimum, intelligendum eſſe rotundo numero dictum pro 100. & pluribus completis. Nam verſ. 7. *Putaſne centenario naſcetur filius?* centenarius autem idem eſt ac qui 100. habet annos. Hoc autem ex phraſi ſolita Scripturæ, & ex ratione propriâ, ſignificat eum, qui habet 100. completos. Abinde autem tranſit annus vnus. Nam verſ. 21. *Pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero.* & cap. 18. verſ. 14. *reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.* item, reliquo cap. 18. tot. 19. & 20. aguntur permulta, vt in *profectione* Abraham in terram Auſtralem, *habitatione* in Cades, & Sur, *peregrinatione* in Geratis, & cætera quæ ibi intèr ipſum & Abimelech, præſertim vero cap. 20. verſ. 17 *Orante autem Abraham, ſanauit Deus Abimelech & vxorem, ancillaſque eius, & pepererunt.* verſ. 18. *Concluſerat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech, propter Saram vxorem Abrahæ.* Per quæ intelligere eſt aliquos annos, quibus compertum fuerit mulieres illas fuiſſe concluſas, quæ tamen poſteà conceperint & pepererint.

VERA SENTENTIA & communior eſt annum illum centeſimum, quô Abraham dicitur genuiſſe Iſaac, intelligendum eſſe completum, & non plùs. Vera & cõmunior Sent.

Ità Euſeb. in Chronic. Niceph. Conſtant. in Chronolog. Iſidor. in Chronol. Bed. lib. de 6. æt. mundi. Marian. Scot. Ado. Lipoman. Vigner Mercat. Contius, Samerius, Pelican. Lautet. Brougton. Torniell. Capell: quos notat Salian. an. 2138. num. 2. & denique Salianus ipſe, atque omnes reliqui ferè.

PROBATIONES Huius Sententiæ, nonnullæ generales, nonnullæque ſpeciales, Petendæ ſunt ex dictis §. 14. & 15. vbi fuſiſſimè & in genere §. 14. oſtenſum eſt, annos, quibus patres dicuntur vixiſſe, quos natos eſſe, vel quorum fuiſſe quando genuerunt, regulariter intelligendos eſſe completos: & §. 15. annos quibus dicuntur genuiſſe, nil addere ad chronologiam. In ſpecie verò §. 14. annos 99. Abrahæ, traditos verbis illis Gen. 17 verſ. 1. *Poſtquam verò 90. & 9. annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus:* tùm ſimùlque verbis illis, verſ. 24. *Abraham 90. & 9. erat annorum, quando circumcidit carnem præputij ſui,* intelligendos eſſe cõpletos: & annos 100. eiuſdem Abrahæ inter hæc traditos verbis illis eod. cap. 17. verſ. 17. *Putaſne centenario naſcetur filius.* computandos eſſe ab illomet tempore quô proferebantur, & tamen ac conſequenter intelligendos eſſe ſolummodo incœptos. Deniquè ex eodem §. 15 ſub 2. ſententiâ, argumento 1. confirmatione 2. vbi oſtenſum eſt, regulariter omnes, & non plures annos, eſſe in chronologiâ computandos, quàm qui memorantur à Scripturâ, ni aliud repugnans obſtet. Ex his enim omnibus conſequens eſt, annos 100. Abrahæ qui traduntur in illis verbis cap. 20. verſ. 5. *Cùm 100. eſſet annorum: hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac,* intelligendos eſſe completos, neque verò ſumendos tanquam pro pluribus rotundo numero dictos, ſed tantùm pro 100. præciſe completis. Probat.

CONFIRMARI poteſt ſpecialiter Hæc Sententia, ex eô quod, eſto, concederetur, annos 99. qui traduntur cap. 17. verſ. 1. fuiſſe tantùm incœptos, non cõpletos (quod non) adhuc nihilominùs reperire eſſet ſat temporis in ſequentibus, vt annus nonage- Confirm.

simusnonus & centesimus implerentur; quoniam talis reperitur quandoque concursus annorum, vt vnus quidam iam protractus ad finem suum, compleatur, alter verò reuoluatur & compleatur non multum distanter à tempore circà quod ille primus fuit completus: hæc autem non repugnet intel igi locis istis. Nam assignatur à Scriptura quidam annus, quodam certo modo completus, intrà cuius tempora potuerit & nonagesimusnonus Abrahæ perfici, & centesimus eiusdem transigi, seu compleri totus: nimirum cùm dicitur cap. 17. vers. 21. *Quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero*: rursúmque cap. 18.
B vers. 10. *Reuertens veniam ad te tempore isto, vitâ comite, & habebit filium Sara vxor tua*: & vers. 14. *Reuertar ad te hoc eodem tempore, vitâ comite, & habebit Sara filium*: & denique cap. 21. à vers. 1. *Visitauit autem Dominus Saram sicut promiserat: & impleuit quæ loquutus est.* vers. 2. *Concepitque & peperit filium in senectute suâ, tempore quô prædixerat ei Deus.* vers. 3. *Vocauitque Abraham* &c. vers. 5. *cùm 100. esset annorum*: in quibus manifestum est transactum fuisse plùs vnum annum integrum. Siquidem illa priora verba cap. 17. vers. 21. *tem-*
C *pore isto in anno altero*, non fuerunt prolata eodem prorsùs tempore quô posteriora cap. 18. vers. 10. *tempore isto*, & vers. 14. *hoc eodem tempore*: & tamen post ista posteriora transactus est vnus annus integer & completus. Omnia verò hæc transacta post tempus quô dictum est cap. 17. vers. 1. *Postquam 90. & 9. annorum esse cœperat.* In hoc ergò anno plusquàm completo, potuit & annus nonagesimusnonus iam ad finem protractus, compleri, & totus integer centesimus transigi. Sed proponamus exemplum. Abraham sit geni-
D tus mense tertio more Hebræorum sumpto, secundâ, tertiâ, vel quartâ, aut circiter die mensis, quæ sit, nobis vigesimaquinta Maij. Annis eius 98. præteritis, Deus locutus sit primâ vice quæ memoratur cap. 17. vers. 21. Abrahamo, circa finem Aprilis sequentis, aut circà vigesimam Maij, & promiserit, *pariet tibi Sara tempore isto in anno altero*: nihilominùs aliquantulo tempore post hanc primam vicem, rursus locutus fuerit illâ secun-
E dâ vice quæ memoratur cap. 18. vers. 10. & 14. & hoc circà mensem Iunium, v. g. initium, aut medium eius, & rursùm dixerit, *tempore isto habebit filium Sara*, &, *hoc eodem tempore habebit Sara filium*: pariat Sara filium anno reuoluto ad initia aut medium Iunij: vtique anno illo quô locutus est Deus, locutus est de vno anno seu de altero quô parturam dixit Saram: & tamen eô tempore quô locutus est secundâ vice, Abraham compleuerit annos 99. (scilicet mense Iunio) & inceperit centesimum, & anno reuoluto ad eundem terminum, seu ad idem tempus (scilicet mensem Iunium) Abraham impleuerit etiam centesimum, & incœperit centesimumprimum. Confirmari potest breuius. Detur, non concedatur, annos 99. cap. 17. v. 1. intelligendos tantù incœptos: nil obstat eosdem vers. 24. intelligi completos; quandoquidem variat phrasis & intercedit aliquod tempus. Tunc anno altero centesimus fuerit completus.

Cæterùm ex iisdem regulis sequitur, ibidemque §. 14 in speciali ostensum fuit, annos 60. Isaac, & 130. Iacob, intelligendos esse completos. Quod in posterùm semper intelligendum esse volumus de quibuscumque annis, de quibus specialis disputatio non instituetur, vt ampliùs necesse non sit expressas instituere de singulis obuiantibus ætatum vel regiminum annis.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS. Respondetur, & ad 1. quidem eius partem, probatum fuisse §. 15. 99. illos annos non esse intelligendos solùm incœptos, sed completos, nun obstante vocabulo *cœperat*: hoc verò loco fuisse demonstratum, ne etiamsi censerentur illi anni solummodò incœpti, defuturum tempus indicatum in Scripturâ, quô tùm 99. illi anni, tùm 100. posteà memorati, censerentur cōpleti: supposità nimirùm illâ regulâ, quod anni à Scripturâ traditi, sint omnes in chronologia computandi, ni aliquid manifestum obstet. Hac enim regulâ suppositâ, si reperire est aliquod tēpus indicatum in Scripturâ, potest optime censeri tanquam complens aliquem annum, aliàs in se incompletum, traditum nihilominùs à Scripturâ tanquam completum. — Ad Fund. Diffic.

Ad 2. partem, Respondetur, ostensum fuisse ibid. §. 14. & præs. ex Rom. 4. vers. 19. *Cum ferè 100. esset annorum*, 100. annos per illa verba memoratos, *Putasne centenario nascetur filius?* intelligendos esse solùm incœptos. Abinde autem non memoratur, nec indicatur plùs temporis, quàm sit necessarium, ad complendos, seu intelligendos vt completos, 100. annos Abrahæ, quibus ipsi natus est ille filius. Quod autem obijcitur specialiter de conclusione, & posteà parturitione, mulierum? potuit sufficienter agnosci intrà eiusmodi tempus, quod fuit vnius anni, & plùs maximè si aduertatur mulieres tēporibus illis fœcundissimas, non potuisse non cōcipere prô [illegible], quin citò comperirentur per aliquod accidēs impeditæ; vel certè Deū simùl id manifestasse regi Abimelech, sicut & posteà manifestauerit conceptionē & parturitionē suo beneficio restitutas. Et deniq; non etiā opus esse intelligere eas parturijsse intrà illud tempus: quia potuit eiusmodi parturitio narrari loco illo per aliquam anticipationem, non sine ratione ibi vsurpatam.

### COLLECTIO ANNORVM PRIMÆ PARTIS Tertiæ Periodi.

ANNI Abraham 100. cùm genuit Isaac. Isaac 60. cùm genuit Iacob. & Iacob 130. cùm descendit in Ægyptum, efficiunt 290.

Summa Primæ Partis Tertiæ Periodi.
A Natiuitate Abraham, Ad Introitum Israël in Ægyptum.

Anni Completi.
290.
Mundi.
2328.

## SECVNDA PARS TERTIÆ PERIODI.

### Ab Introitu Israël in Ægyptum, ad Exitum eiusdem de Aegypto.

Annorum Completorum.

210.

## EX GEN. EXOD. IVDITH. ACT. GALAT.

### GEN.

### CAP. XV.

Vers. 13. *Dictumque est ad eum* (Abraham) *Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent* 400. *annis.* Vers. 14. *Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego indicabo: & post hac egredientur cum magna substantia.* Vers. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.* Vers. 16. *Generatione autem* 4. *reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, vsque ad præsens tempus.*

### EXOD.

CAP. XII.

Verſ. 40. HABITATIO *autem filiorum Iſrael quæ manſerunt in Ægypto, fuit*
430. *annorum.* Verſ. 41. *Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini, de terra Ægypti.*

IVDITH.

CAP. V.

Verſ. 9. *vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cúmque operuiſſet omnem terram fames, deſcenderunt in Ægyptum, illicque per*
400. *annos ſic multiplicati ſunt, vt dinumerari eorum non poſſet exercitus.*

ACT.

CAP. VII.

Verſ. 6. *Locutus eſt autem ei* ( Abrahamo) *Deus: Quia erit ſemen eius accola in terra aliena, & ſeruituti eos ſubiicient, & malè tractabunt eos annis* 400. Verſ. 7. *& gentem cui ſeruierint, iudicabo ego, dixit Dominus, & poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco iſto.*

CAP. XIII.

Verſ. 16. *Surgens autem Paulus,* &c. *ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.* Verſ. 17. *Deus plebis Iſraël elegit patres noſtros, & plebem exaltauit cùm eſſent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelſo eduxit eos ex eâ.* Verſ. 18. *& per* 40. *annorum tempus mores eorũ ſuſtinuit in deſerto.* Verſ. 19. *Et deſtruens* 7. *gentes in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum.* Verſ. 20. *quaſi poſt*
400. *&* 50. *annos: & poſt hæc dedit iudices vſque ad Samuelem Prophetam.*

GALAT.

CAP. III.

Verſ. 16. *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit: Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vnò: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Verſ. 17. *Hoc autem dico, teſtamentum confirmatum à Deo: quæ poſt* 400. *&* 30. *annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem.*

## DE NVMERATIONE HAC, SECVNDVM quod habetur in Hebræo, in Paraphrasi Chaldaica: in Translatione Græcâ Septuaginta Interpretum: in Translatione Latinâ S. Hieronymi super Hebræo: & in quibusdam aliis codicibus.

§. 42.

EXODI 12. vers. 40. Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. sic habent. *Habitatio autem filiorum Israël quâ habitauerunt in Ægypto, fuit 430. annorum.* vers. 41. *Et factum est post 400. & 30. annos, in hac eadem die, egressi sunt omnes exercitus Domini de terra Ægypti.*

Septuaginta autem Interpt. sic. *At habitatio filiorum Israel, quam habitauerunt ipsi & patres eorum, in terra Ægypti, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum*, 430. *anni.* ℣. 41. *Et factum est post 400. & 30. annos, e-*
A *gressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.*

Act. 7. vers. 6. olim in quibusdam codicibus Edit. Vulgat. quos secuti sunt Rabanus, S. Thom. & Caietanus, loco verborum illorum, 400. *annis*, habebatur 430. *an-*
B *nis*, prout aduertunt Pererius ad cap. 15. Gen. vers. 14. fin. seu num. 78. & in Exod. 12. num. 118. Lorin. in Act. Gord. cap. 7. ad Period. 3. num. 15 & Torniellus, ann. 2118. num. 16. seu pag. 188. col. 1. sub init. & ann. 2329.

## II. DIFFICVLTAS. DE ANNIS QVIBVS FILIJ Israël manserunt in Ægypto: Quotnam fuerint? Consequenter, De Annis 400. qui Gen. 15. Iudith 5. & Act. 7. De 430. qui Exod. 12. & Galat. 3. & De quasi 450. qui Act. 13. vbinam incipiant, & finiant, vel quomodò sint inuicem conciliandi?

§. 43.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ex vna parte videtur filios Israel mansisse in Ægypto 400. solùm annis. Nam Gen. 15. vers. 13. *Dictumque est ad eum* (Abraham) *Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semē tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent 400. annis.* Item, Iudith 5. vers. 9. *Descenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus.* Hæc verba lib. Iudith videntur expressissima. Denique Act. 7. vers. 6. *Locutus est ei Deus, quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti subijcient eos & male tractabunt eos 400. annis.* Per hæc ergò videtur manifestum, eos ibi mansisse per 400. annos. Consequenter per 400. solùm.

Ex aliâ autem parte, videntur ibi mansisse 430. annis. Nam Exod. 12. vers. 40. *Habitatio autem filiorum Israel quâ manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum.* vers. 41. *Quibus ex-*
C *pletis, eâdem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.* Hæc verba videntur etiam expressissima. Item, Act. 7. vers. 6. iuxta quosdam codices Edit. Vulg. habetur sic. *Erit semē eius accola in terrâ aliena, & seruituti subijcient eos & malè tractabunt eos 430. annis.* Denique, Gal. 3. vers. 17. *Hoc autem dico, te-*
D *stamentum confirmatum a Deo: quæ post 400. & 30. annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.* Per hæc ergò videtur manifestum, eos ibi mansisse per 430. annos. Consequenter per 430. solum.

Ex aliâ vero parte videntur etiam ibi mãsisse 450. aut circiter annis. Nam Act. 13. à vers. 17. *Deus plebis Israel elegit patres nostros,*
E *& plebem exaltauit, cum essent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea.* vers. 18. *Et per 40. annorum tempus, mores eorum sustinuit in deserto.* vers. 19. *Et destruens 7. gentes in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum.* vers. 20. *quasi post 400. & 50. annos.* Hi enim 450. anni referri possunt ad illa verba, *Et in brachio excelso eduxit eos ex ea:*

iuxtà hysterologias scripturæ sacræ frequentes. Per hæc ergò videtur manifestum, eos ibi mansisse per 450. vel circiter annos. Consequenter per 450. solùm.

Ex aliâ rursùs parte, reperiuntur quidam authores, annos mansionis illius assignantes adhuc multò plures: nimirùm, quidam 470. vel 471. & quidam 500. vel 501. nomine tacito relati apud Tornjellum ann. 2529. num. 11.

Ex aliâ etiam parte, reperiuntur authores, annos mansionis illius assignantes multò pauciores, nimirùm, quidam minùs 200. vt S. Chrysost. Hom. 37. Gen. quidam, & ferè innumeri, 215. vt Ioseph. 2. Antiq 6. Euseb. in Chron. S. Aug. 16. ciu. 16. & ferè torrens modernorum: quidam denique, 210. vt Hebræi, in Seder Olam. Lyran. & Caiet. in Gen. nonnullique alij inferiùs notandi. Et posteriores hi qui annos dicunt 215. & 210. proferunt è Scripturis sacris, etiam ex quibusdam locis eius citatis, argumenta robustissima.

Denique, propter hanc difficultatem, saltem propter loca Gen. 15. & Gal. 3. S. Hieron. in Gal 3. ità scribit. *Supputandi sunt isti anni 430. ab eo tempore, quò Deus ad Abraham locutus est, dicēs, In semine tuo benedicentur omnes gentes, vsque ad legislatorem Moysem. Et videndum vtrum verè 430. sint, & quomodò Deus in libro Genesis pollicetur Abrahæ quod post 400. annos de terra seruitutis filij eius exituri sint. Non enim parua res est, & à multis quæsita, nescio an ab aliquo sit inuenta.* Hæc S. Hieronymus.

Porrò, sic diuersas sententias referemus, vt priùs incedant quæ longiùs à vero distant per excessum vel defectum, posteà verò quæ propiùs accedunt, aut etiam solæ probabiles sunt.

1. Sent. I. SENTENTIA CAPITALIS.

Dicit, filios Israel mansisse in Ægypto annos 500. vel 501.

Ità nonnulli, nomine tacito notati à Torniello an. 2329. num. 11. versùs fin. vbi dicunt 500. vel 501. sed probabilius dicere debent 501. prout ostendetur inferiùs.

Probat. PROBANT Hanc Sententiam isto argumento. Quod filij Israël seruierint & afflicti fuerint in Ægypto per 430. annos. Quibus si addas 70. vel potiùs 71. quos vixit Ioseph filius Iacob in Ægypto post descensum Iacob & familiæ ipsius in eam, antequàm seruituti & afflictioni subiicerentur, fiunt 500. vel potiùs 501.

FILIOS ISRAEL autem seruiisse, & afflictos fuisse in Ægypto, per 430. annos, Probare possunt à pluribus locis, vel certè ab vno desumpto ex antiquis codicibus Vulg. Edit. Act. 7. ipso rursùs ab aliis Scripturæ locis confirmato. Itaque probant ab Act. 7. vers. 6. iuxtà codices illos antiquos Edit. Vulg. in quibus habetur sic. *Locutus est autem ei Deus, quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient & malè tractabunt eos 400. & 30. annis.* Eiusmodi autem codices Vulg. Edit. extitisse patet, quod eos secuti sunt Rabanus, S. Thomas, & Caietanus, vt notat Pererius ad cap. 15. Gen. vers. 14. fin. seu num. 78. & in Exod. cap. 12. num. 118. Lorinus in Act. Gordonus cap. 7. ad Period. 3. Torniellus an. 2118. num. 16. seu pag. 188. col. 1. sub init. & an. 2329. num. 10. Hoc autem supposito,

CONFIRMATVR, à locis Gen. 15. vers. 13. & 14. vbi mentio fit 400. annorum, & quartæ generationis. Item, Iudith 3. vers 6. necnō Act. 7. vers. 6. iuxtà alios codices (Act.) in quibus fit similiter mentio 400. annorum, quæ hoc loco non adducemus, quia venient tanquam propria magis, sub sententiâ sequenti. Interim, ex primo argumento, siue ex codicibus illis Vulg. Editionis, in quibus Act. 7. habebatur 430. anni, infertur 400. qui traduntur his aliis locis (aliisque ex communibus codicibus Act. 7.) intelligendos esse rotundo numero dictos, pro 430. Atque ità ex illis mutuò primum argumentum confirmatur. Confirm.

IOSEPHVM autem filiū Iacob vixisse in Ægypto post descensum patris & familiæ ipsius in eam, 70. vel potius 71. annis, Probatur, ex Scripturâ, hoc modo. Quando Ioseph filius Iacob eductus è carcere, stetit in conspectu Pharaonis, & præpositus est Ægypto, erat 30. annorum. Nam Gen. 41. vers. 46. *30. annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis.* Post hæc transacti sunt 7. anni, vers. 47. *Venítque fertilitas 7. annorum,* & vers. 53. *Igitur transactis 7. vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto.* vers. 54. *cœperunt venire 7. anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph.* Post hæc transacti alij duo anni. cap. 45. vers. 6. *Biennium est enim quod cœpit fames esse in terrâ, & adhuc 5. anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.* & vers. 11. *Adhuc enim 5. anni residui sunt famis.* Hæc faciunt 9. annos: qui iuncti 30. efficiunt 39. completos. Post hæc, cap. 46. à vers. 6. Iacob ingressus est Ægyptum. & cap. 47. vers. 7. introductus coram Pharaone. Denique cap. 50. vers. 22. *Vixitque* (Ioseph) 110. *annis, & vidit* &c. & vers. vlt. *mortuus est expletis* 110. *vitæ suæ annis.* A 110. abiice 39. remanent 71. quos superuixerit Ioseph in Ægypto.

IOSEPHVM denique vixisse hos 71. annos in Ægypto, antequàm filij Israel seruirent, & affligerentur: seu seruitutem & afflictionem eorum, incœpisse solum à morte Ioseph, Probatur Exod. 1. à vers. 6 *Quò mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa.* vers. 7. *filij Israel creuerunt, &*

*quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram.* vers. 8. *Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph.* vers. 9. *& ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est.* vers. 10. *Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.* vers. 11. *Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus* &c. Itaque 71. anni, iuncti cum 430. efficiunt 501.

Reijcitur 1. Sent. 1.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. & omninò, locus Exod. 12. vers. 40. *Habitatio autem filiorum Israel, quâ manserunt in Ægypto, fuit 400. & 30. annorum.* Per hoc enim manifestum est, totam habitationem filiorum Israel in Ægypto, non posse excedere 430. annos.

CONFIRMATVR hæc refutatio ex locis Gen. 15. Iudith. 5. Act. 7. & 13. & Gal. 3. quocumque modo sumptis, id est, siue priora sumantur ad rigorem litteræ, siue intelligantur rotundo numero pro 430. & hæc rursus pro 450. Ad plùs enim totam in Ægypto mansionem statuunt annorum 430. vel 450. Sed neque hæc loca ità esse sumenda demonstrabitur inferiùs.

Reijcitur 2.

FACIT II. Quod seruitus, & afflictio, filiorum Israel in Ægypto, non durauerit 430. annos, sed pauciores multò. Siquidem illa non incœpit statim à morte Ioseph, sed multis annis post.

Ostenditur ex Scripturâ, ab ipsomet loco Exod. 1. à vers. 6. suprà relato. Nam mors Ioseph & vniuersorum fratrum eius, omnisque cognationis illius: item, multiplicatio populi post mortem talium, & antè seruitutem: ac denique, surrectio regis noui &c. inuicem succedentia: inferunt manifestè non paucos annos transijsse à morte Ioseph ad seruitutem & afflictionem, seu suprà 71. reliquos Ioseph. Itaque vel anni mansionis in Ægypto, excesserunt annos 501. vel anni seruitutis fuerunt pauciores 430. vtrumque autem pugnat contrà sententiam istam.

Filij Israel quot annis seruierunt & afflicti sunt in Ægypto.

Ostenditur ab authoritate. Nam S. Augustinus (vel author) q. 47. Exod. vult eos seruijsse tantùm 144. annis post mortem Ioseph. Pererius ad cap. 15. Gen. Disp. 6. à num. 72. vult his 144. detrahendos esse aa. quibus Leui filius Iacob superuixit fratri suo Ioseph. Nam cùm Iacob ingressus est Ægyptum, Ioseph erat 39. annorum, vt ostensum est suprà, Leui autem 44. vt tradunt Hebræi in suâ maiori chronologiâ: idque satis est consentaneum ijs quæ narrantur Gen. 30. Leui porrò vixit annos 137. Exod. 6. vers. 16. fin. *Anni autem vitæ Leui fuerunt* 137. Ergò Leui fuit in Ægypto annis 93. Atqui Israelitarū seruitus incœpit post mortem eius, ex loco præcitato Exod. 1. vers. 6. minimùm igitur seruitus illa non incœpit nisi post annos 93. quàm Hebræi habitare cœperant in Ægypto. Hæc iuxtà Pererium. Qui quidem supponēs, sicut & S. August. mansionem eorum fuisse tantùm 215. addit, Hos annos (93.) si demas ex supradictis 215. habitationis, supererunt anni duntaxat 122. assignandi Hebræorum seruituti, & afflictioni. Torniellus an. 2438. num. 4. seu pag. 260. col. 1. fin. dicit, seruitutem, & afflictionem eorum, durasse annos tantùm 106. Tostatus, durasse solummodo 100. Quod verissimile iudicat Baradius tom. 1. lib. 5. cap. 20. Hebræi autem dicunt, eam non durasse amplius 87. nimirùm, cœptam volunt eô ipsô annô quô nata est Maria soror Moysis: quinetiam hanc Moysis sororem, appellatam esse Mariam ♥ ab amaritudine tunc incipientis seruitutis. Erat autem Maria, ait Peterius, grandior 7. annis quàm Moyses. Moyses verò 80. natus annos, eduxit Hebræos ex Ægypto, Exod. 7. vers. 7. Hinc ergo colligunt Rabbini, seruitutem filiorum Israel durasse tantùm 87. annis. Equidem hæc omnia tradunt authores isti, suppositâ suâ sententiâ de annis mansionis in Ægypto, paucioribus 220. Attamen quia illam probant suis locis, & semper authoritas rot & tantorum eminet, vbi nihil aliunde liquet contrarium: proptereà non est parui hoc loco facienda.

Ad Arg. 1. sent.

AD ARGVMENTVM huius sententiæ. Respondetur, falsum esse filios Israel seruiisse & afflictos fuisse in Ægypto per 430. annos.

AD LOCVM Act. 7. desumptum ex codicibus illis Edit. Vulg. Respondet Pererius, ad cap. 15. Gen. Disput. 6. seu num. vlt. pag. 571. col. 1. med. Sine dubitatione lectionem illam fuisse mendosam, & 30. illos tractos ex cap. 12. Exod. falsò verbis illis B. Stephani fuisse adiectos. Et meritò quidē. Quomodò autem hoc conuinci possit, videri poterit cuipiam id præstari per ea quæ inter alia disputat Pererius ibidem dicens: Sed esse remouendos ab ea oratione B. Stephani 30. illos annos, duobus conuincitur argumentis. Vnde sit

PRIMVM. B. inquit, Stephanus hunc ipsum locum Moysis ibi commemorat, & ipsamet verba citat. Sed in hoc loco Moysis est numerus solùm 400. annorum. Adiectionem verò aliorum 30. nec Hebræi libri habent, nec Græci, nec Chaldæi, nec Latini Ergò nec in oratione B. Stephani additio illorum 30. annorum locum habere potest.

VERVM, ad hanc refutationem respondere quis posset, potuisse B. Stephanum, etsi memorantem hunc ipsum locum Moysis, tamen explicare voluisse numerum eius rotundum per completum. Quod non ma-

gis cenſeri debet obſtans, quàm quod Sept. Interpretes tot in locis quædam ad Moyſem addiderint; quæ tamen non ideò reijciuntur, vt generatio Cainan ſuprà 10. alias: 5. animæ domus Iacob ſuprà 70. alias: ſed & in hac ipsa quæſtione de manſione filiorum Iſrael in Ægypto, addiderunt illa verba, *& in terra Chanaan, ipſi & patres eorũ*, quæ recipit Pererius, & recipienda eſſe oſtendetur inferiùs.

Nihilominvs ſuo modo valet hæc refutatio.

Secvndvm. Cùm verba quæ eô locu B. Stephanus citat, non ſecus ac loci huius verba, minimè pertineant ad perſonam Abrahæ, ſed ad ſemen eius (hoc nempe affirmat ſolum, verbis expreſſis) ſi illi 30. anni adiunganiur numero 400. verba Stephani, plane falſam reddent ſententiam. Namque ab ortu Iſaac qui fuit primum Abrahæ ſemen, prætetierunt anni vſque ad egreſſionem populi Hebræi ex Ægypto, 5. & 400. (ſic numerat Pererius, alij autem 400. tantum.) Quare alij 25. ſuperuacanei ſunt, & omninò ab eà ſummà remouendi.

Vervm, ad hanc refutationem Reſpondere quis poterit, id in eâ ſupponi, quod eſt probandum: nempe non eſſe plùs 405. annis inter Iſaac & exitum de Ægypto. Et quidem verè hoc in ſuà refutatione ſupponit Pererius.

Nihilominvs Reſponderet ipſe, non immeritò ſe ibi ſupponere, quod alibi probat. Sed quia hoc præſtabimus inferius, ideo, omiſſis his refutationibus, ſit

Tertivm. ex eodem Pererio ſuprà, & in Exod. 12. necnon ex Tornielliu ſuis locis notatis ſuperiùs. Biblia Editionis Vulgatæ iuſſu ſummorum Pontificum emendata & publicata, nimirùm Sixti 5. an. 1593. & Clem. 8. an. 1609. habere locum illum Act. 7 abſque additamento, vel etiam, cum emẽdatione additamenti illius, 30. annorum: quod vel ſolum ſufficit ad illud additamentum reijciendum. Iungi tamen poteſt ex eod. Pererio priori loco, pleroſque codices Latinos quos Beda, & Lyranus, aliique quamplurimi ſecuti ſunt, non habere eo loco illos 30. annos. Omnes præterea codices Græcos, conſtanter habere illic, annos duntaxat 400. Nec aliter legiſſe locum illum patres Græcos, & expoſitores. Et his quidẽ ità ſtatutis, iungi deniq; poteſt, omninò confirmare hanc refutationem, id quod inferebat ſuprà Pererius, adiectionem illam 30. annorum, nec Hebræos libros, nec Chaldæos, nec Græcos, nec Latinos, habere apud Moyſem: quare meritò eſt reijcienda.

*Ad Confirm. Arg. Sent.* Ad Confirmationem ex locis Gen. 15. Iudith 5. & aliorum codicum Act. 7. Reſpondebitur tanquam proprio loco ſub ſententiâ ſequenti. Interim, ſufficienter reijcitur ipſa confirmatio, ex reiectione argumenti quo nititur.

II. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, filios Iſrael manſiſſe in Ægypto annos 470. vel 471. *2. Sent.*

Ità nonnulli pariter nomine tacito notati à Torniello eodem loco, vbi ſimiliter dicunt 470. vel 471. ſed probabilius dicere debent 471.

*Probat.* PROBANT Hanc Sententiam iſto argumento. Quod filij Iſrael ſeruierint, & afflicti fuerint, in Ægypto, per 400. annos. Quibus ſi addas 71. quos vixit Ioſeph in Ægypto poſt deſcenſum Iacob & familiæ ipſius in eam, antequam ſeruituti & afflictioni ſubijcerentur, fiunt 471.

Filios Israel autem ſeruiſſe, & afflictos fuiſſe in Ægypto, per 400. annos, Probare poſſunt à pluribus Scripturæ locis.

1. Locvs. Gen. 15. verſ. 13. *Scito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terrâ non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent eos 400. annis.* & à verſ. 14. *Verumtamen gentem cui ſeruituri ſunt ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia* &c; verſ. 16. *Generatione autem quartâ reuertentur huc.* Hic primùm manifeſtè tribuuntur ſeruituti & afflictioni præcisè 400. anni. Et hoc ſiue ſeruitus illa & afflictio diſtinguantur in ſe, ſiue, & probabiliùs, non diſtinguantur. Nam ſaltem non diſtinguntur in ratione annorum qui tribuuntur ipſis.

Deinde ſi per Generationem intelligantur ſæcula, ibi tradentur manifeſtè 40… anni. Nam 4. ſæcula faciunt 400. annos. Neque obierit quod dicatur, *Generatione quartà*: quaſi hoc ſignificet tertià completà, & quartà tantum inceptà. Nam hoc intelligi poſſe de quarta completà, oſtendit tum communis vſus Scripturæ tradendi ſummas completas, tum tranſlatio Septuag. Interpretum, Exod. 13. verſ. 18. vbi dicunt filios Iſrael aſcendiſſe de Ægypto quintà generatione: quod intelligendum de quintà inceptâ, diximus §. 14.

Quod ſi dicas, vocabulum, *Generatio*, exprimi poſſe, de generationibus filiorum, vel de ætatibus hominum.

Reſpondebitur, ſi hoc ſenſu verba illa non iuuent iſtam ſententiam: ſaltem non etiam ei oberunt. Nam non poſſunt præcise aſſignari, de quorum patrum generationibus filiorum, aut de quarum ætatum hominis numeris annorum, illa verba ſunt intelligenda.

II. Locvs. Iudith 5. verſ. 9. iuncto Exod. 1. verſ. 10. Nam Iudith 5. *Deſcenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos ſic multiplicati ſunt, vt dinumerari eorum non poſſet exercitus.* Huic loco iunge Exod. 1. verſ. 10 *venite, ſapienter opprimamus eum* (populum Iſrael)

*ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.* vers. 11. *Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus. Ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phiton, & Ramesses.* vers. 12. *Quantoque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur.* & per posteriorem hunc locum videbitur, priorem illum Iudith 5. *per 400. annos sic multiplicati sunt*, intelligendum esse, non de mansione totali in Aegypto, sed solùm de mansione in seruitute & afflictione intrà quam obseruat Scriptura Exod. 1. eos fuisse notabiliter multiplicatos. Hoc autem affirmatur Iudith 5. fuisse factum per 400. annos.

Confirmari posset, si diceretur, illa verba Exod. 1. à vers. 6. ad vers. 8. *Quo mortuo, & vniuersis fratribus* &c. ibi esse dicta per anticipationem: & illa à vers. 8. *Surrexit interea rex nouus* &c. ibi esse dicta per recapitulationem.

At quia tunc sequeretur, seruitutem & afflictionem incœpisse adhuc viuente Ioseph; quod esset contrà hanc ipsammet sententiam, quæ vult reliquos annos vitæ Ioseph, computandos esse suprà 400. seruitutis & afflictionis: eritque huiusmodi expositio, propria magis sententiæ sequenti: propterea supersedebitur ab illâ hic, & in sequentem sententiam remittetur.

III. LOCVS. Act. 7 vers. 6. iuxtà communiores codices. *Locutus est autem ei Deus, quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti subijcient eos & malè tractabunt 400. annis.* ibi rursus tribuuntur seruituti & afflictioni, præcise 400. anni.

Quod si contrà loca Gen 15. & Act. 7. Obijcias, toti mansioni in Ægypto tribui tantum 400. annos.

Respondebitur, seruitutem, & afflictionem, distinguendas esse à peregrinatione, seu incolatu in terrâ alienâ, hoc sensu, v. g. Gen. 15. *Peregrinum erit semen tuum in terrâ non sua*, vel Act. 7. *Semen eius accola erit in terra alienâ*: & intrà peregrinationem seu incolatum, seruituti subijcient eos, & affligent, seu malè tractabunt eos 400. annis. Hoc patet primò ex Iudith 5. & Exod. 12. vbi multiplicatio tribuitur afflictioni: antè afflictionem autem constat eos mansisse in Ægypto aliquibus annis. Deinde, confirmatur ab expositione quam tribuunt illis locis Pererius, Baradius, & alij, videndi inferius.

IDEM PROBARE possũt ab authoritate Flauij Iosephi lib. 7. Antiq. cap. 5. dicentis, Israelitas consumpsisse 400. annos in operibus Ægyptiacis. Sic enim refert eum Genebrardus: monetque se ità illum restituisse, in editione quam fecit gallicam, eius.

IOSEPHVM autem superuixisse in Ægypto post descensum Iacob & familiæ ipsius in eam, & antequam seruituti & afflictioni subijcerentur, probatum fuit sub sententiâ præcedenti. Itaque 71. anni iuncti cum 400. faciunt 471.

CONTRA HANC SENTENTIAM. Facit I. & omnino, idem quod contra præcedentem. Nimirùm, Exod. 12. vers. 4. *Habitatio autem filiorum Israël qua manserunt in Ægypto, fuit 400. & 30. annorum.* Per hoc enim manifestum est, totam habitationem filiorum Israël in Ægypto, non posse excedere 430. annos. Reijcitur 1. Sent. 1.

FACIT II. id etiam quod 2. contrà præcedentem. Nimirùm, seruitutem & afflictionem filiorum Israël in Ægypto, non durasse 400. annos, sed pauciores multo. Siquidem illa non incœpit statim à morte Ioseph, sed multis annis post. Quod ostensum ibi fuit primùm, ex ipsomet loco Exod. 1. à morte Ioseph & vniuersorum fratrum, omnisque cognationis illius: à multiplicatione populi post mortem talium, & antè seruitutem: ac denique à surrectione noui regis qui ignorabat Ioseph &c. inuicem succedentibus, ex quibus consequens est, vel annos mansionis excessisse 471. vel annos afflictionis fuisse pauciores 400. 2.

Deinde, ab authoritate Hebræorum, S. Aug. aliorumque authorum, iuxta quos seruitus illa non excessit annos 144.

AD ARGVMENTVM huius sententiæ. Respondetur, falsum esse similiter filios Israël seruiisse & afflictos fuisse in Aegypto, per annos 400. Ad Arg. 1. Sent.

AD I. LOCVM. Respondet S. Augustinus 16. ciuit. 24. *Non quod in seruitute sub Aegyptijs affligentibus, 400. annos populus ille esset peracturus: sed quod in illis 400. annis futura esset illa seruitus. Quemadmodu enim scriptum est de Thare patre Abraham, & facti sunt dies Tharæ in Charra 5. & 205. anni*, (hoc nempè secundùm Sept. Interpr.) *non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi completi sunt: ita & hic seruitus & afflictio dicitur 400. annorum, quoniam hic numerus in eâ afflictione cõpletus est, non quia vniuersus ibi peractus est.* Et (vel author) q. 47. in Exod. *Non itaq; quod dicitur de seruitute & afflictione, ad 400. annos referendum est: sed referri debet ad peregrinationem in terrâ non suâ, id est, siue in terrâ Chanaan, siue in Aegypto. Est itaque hyperbaton in his verbis, & sic ordinata est oratio: Scito quia peregrinum erit semẽ tuum in terrâ non sua 400. annis, & subijcient eos seruituti, & affligent eos, vt hoc quod interpositum fuerat de seruitute & afflictione, non pertineat ad illos 400. annos, nisi quatenus id contingit in extrema parte illius temporis.* Hæc S. Aug. vel author istius operis. Quem secuti reliqui; quemque secutus Baradius tom. 1. lib. 5. cap. 20. §. *vrgent*, seu S. Aug.

pag. 238. init. hæc ait; Sensus est, Scito Abraham, semen tuum 400. annis peregrinaturum in terrâ non suá, hoc est, partim in terrâ Chanaan, quam nondum possidebit, partim in terrâ Aegypti, & affligent eos intra hos 400. annos, præsertim in terrâ Ægypti & subijcient seruituti: illud 400. annis, non est coniungendum cum verbo *affligent*, aut *subijcient* seruituti, sed cum vocibus his *peregrinum erit*. Sic Baradius.

Ad II. Locvm. Respondetur, Judith. 5. multiplicationem filiorum Israël, nullo modo referri ad afflictionē, cum afflictionis ibi nulla sit mentio. Multiplicationem autem non posse referri ad solam afflictionem, patet Exod. 1. vers. 6. *Quò mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa*, vers. 7. *filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuerunt terram.* vers. 8. *Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph.* vers. 9. *& ait ad populum suum: Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est.* vers. 10. *Venite sapienter opprimamus eum* &c. vers. 11. *Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus* &c. vers. 12. *Quantoque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur & crescebant.* Ibi manifestum est, multiplicationem incœpisse longè antè afflictionem.

Ad III Locvm. Responsio petenda est ex responsione ad I. Vnus enim idemque est locus, & verba vtrobique similia. Ergo hîc vt illic exponenda: nimirùm per hyperbaton, quod tradebat S. Augustinus.

Ad authoritatem Iosephi. Respondetur, locum illum fuisse corruptum ac proptereà male à Genebrardo restitutum: vt manifestum est ex alio, eod. lib. 2. Antiq. cap. 6. *Reliquerunt Hebræi Aegyptum, in mense Xanthico, Lunâ decimaquintâ, anno quadringentesimo trigesimo postquam Abraham sator noster in Chanaan venit, post migrationem verò Iacob in Aegyptum* 215. Quamuis enim in quibusdam codicibus loco 215. habeatur 205. vt monet Bucholcerus. tamen non posse 400. annos tribui seruituti & afflictioni patet ex contextu, in quó non potest dici casum corruptionis euenire, sicut euenit in simplicibus numeris. Nam refert Iosephus initium annorum 430. ad migrationem Abrahæ in Chanaan. Hæc autem ex Gen. 12. facta est anno Abrahæ septuagesimoquinto: a quo ad centesimum quó genuit Isaac, sunt 25. ab his ad natiuitatem Iacob 60. & ab his rursus ad descensum in Aegyptum 130. qui omnes faciunt 215. a 430. detrahe 215. restant solummodo 215. non ergo 400.

Sent. III. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, filios Israel mansisse in Aegypto annos 430.

Ità Eugubinus in Exod. 12. proptereà exjungens a translatione Vulg. verba quæ apud eam interiecta reperiuntur inter ea quæ habent Vulg. Hebr. Chald. & Lat. S. Hieron. nimirum, *In terra Aegypti & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum.* Ita post eum Genebrardus anno 2660. seu pag. 61. init. vbi etiam monet Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 5. idem significasse, cum Israelitas tradidit consumpsisse annos 400. in operibus Ægyptiacis quamuis alibi moneat, eundem Iosephum dicere posteà contrarium cap. 6. Ita denique Ioannes Nodinus franciscanus, in Exod. 12. in opere cui titulus, Victoria Hebræorum aduersus Aegyptios &c. Impress. Lugdun. in fol. 1611. a pag. 53. vbi adhæret sententiæ Genebrardi. Ità denique Iacobus Auzoleus in libellulo cui titulus, Iob, in quo tamen testatur solummodò, se sententiam istam amplecti in Chronologiâ gallicè conscriptâ quam parat luci. Quæ sint eius argumenta me latet, præter illud quod est à rigore litteræ Exod. 12. Verum argumenta istius sententiæ proponamus, secundum quod vel habentur apud authores suos, vel a nobis construi possunt. Itaque,

PROBATVR Hæc Sententia permultis, & quibusdam in specie non contemnendis, argumentis. Probat.

I. ARGVMENTVM. Petitur à loco Exod. 12. vers. 4. *Habitatio autem filiorum Israel qui manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum.* vers. 41. *Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini, de terra Ægypti.* Vt autem argumentum hoc plane & dilucidè habeatur: possunt partes & circumstantiæ loci illius Exodi, sic notari. 1. Arg.

Primo. *Habitatio quâ manserunt.* Non dicitur *peregrinatio quâ peregrinati sunt*: quod tamen dicendum fuerat, si iuxtà Septuag. Interpr. referenda essent ad Abraham, Isaac & Iacob. Nam Abraham peregrinatus est in Chanaan, in Ægyptum, in Gerara: Isaac in Gerara. Iacob in Mesopotamiam, & Ægyptum. Israelitæ autem à tempore descensus in Ægyptum, ad tempus exitus inde, non sunt alio terrarū peregrinati, sed ibi habitarunt, & semper manserūt. Ergo hæc intelligenda sunt de filijs Israel in Ægypto solum.

Secundo. *Filiorum Israel.* Non *Abrahæ*, non *Isaac*, non *Iacob*, sed *Filiorum Israel*, id est, *Filiorum Iacob*. Quis enim, ait Genebrardus, non videt illo nomine filiorum Israel, nonnisi posse intelligi, filios Israel, siue posteros Iacob: neque Abraham, Isaac, Iacob, sub hac locutione contineri? Nam quis vnquam auos & patres, filios nepotum appellauit? Hæc ille.

Tertiò. *In Ægypto.* Non *in terrâ Chanaan*. Multo minus *in Charris*, respectu Abraham. Porro hoc verbum iuuat præcedentia. Nam ibi magis propriè facta est *habitatio*: ibi soli

Israelitæ, seu posteri Iacob [illegible] post [illegible] sunt *habitasse*: nunquam autem Abraham, & Isaac, in Ægypto propriè habitarunt.

Quarto. Circunstantia verborum [illegible]rum, *Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini, de terra Ægypti.* [illegible] & Chald. *Et factum est post 4*[illegible]*. & 3*[illegible] *nos, in hâc eâdem die egressi sunt omnes exercitus Domini, de terra Ægypti.* Quod etiam habent ipsimet Septuag. Interpr. *Et factum est post 400. & 30. annos, egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.* Iterata illa mentio *annorum*, qui dicuntur expleti, & qui numerantur 430; iterata mentio *filiorum Israel*, qui dicuntur *omnis exercitus Domini*: iterata mentio *terræ*, quæ dicitur *Ægypti*: absque vllà mentione, aut indicatione alterius *temporis*, v.g. temporis quò promissiones factæ Abrahæ, vel quò peregrinationes ipsius aut posterorum immediatè sequentium: absque vllà item mentione aliarum *personarum*, v.g. Abrahæ, Isaac, & Iacob: absque vlla denique mentione alterius *loci*, siue terræ, v.g. Chaldææ, seu Vr Chaldæorum, Mesopotamiæ, seu Charrarum, Chanaan, seu Geraræ, Bersabee, Hebron, &c. non leue præstat argumentum, omnia illa referenda solùm esse ad *tempus*, quô descensus factus est in Ægyptum, ad *personas* filiorum Israel, & ad *terram* Ægypti, & in summâ ad solam habitationem seu *mansionem filiorum Israel in Ægypto*, de quâ vers. præcedenti, non autem ad tempora, personas, vel loca, de quibus vt ad ea referri possint, nulla mentio ibi.

Quinto. Circunstantia *libri* ipsius Exod. Nam in eô, à cap. 1. advsque hunc locum, ex professo agitur solùm de ingressu, mansione, & afflictione, *filiorum Israel*, in Ægypto: posteà verò de modo quô Deus decreuit liberare & educere *eos* de eâdem Ægypto: tandem cap. hoc 12. quomodò liberatio & eductio illa *eorumdem*, factæ sunt. Nam v.g. cap. 1. vers. 1. *Hæc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob, singuli cum domibus suis introierunt.* vers. 2. *Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, & Beniamin.* vers. 3. *Dan, & Nephtali, Gad, & Aser.* vers. 4. *Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob 70. Ioseph autem in Ægypto erat.* vers. 6. *quô mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa:* vers. 7 *filij Israel creuerunt* &c. Denique abinde mentio fit solùm personarum filiorum Israel, afflictionis, & habitationis, eorundem in Ægypto: hæc, inquam, circunstantia libri istius talia ex professo tantū pertractantis, non leue pariter facit argumentum, quod cùm dicitur, *Habitatio filiorum Israel quâ manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum* &c. sermo fit solùm de *filijs Israel*, de *temporibus* inter eorum ingressum & egressum expletis, & denique de *terra Ægypti*.

Sexto denique, sic licet argumentari. Totus hic locus ad rigorem litteræ sumptus, omninò conuincit pro hac sententia. Atqui ex regula communi Theologorum à S. Aug. desumpta, debet Scriptura sacra prorsùs ad litteram sumi, quando nihil manifestum vel contradictorium pugnat. Ostendetur autem in responsionibus ad obiectiones quæ fiunt contra hanc sententiam, nihil tale reperiri.

II. ARGVMENTVM. Petitur à loco Galat. 3. vers. 17. *Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post 400. & 30. annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.* 2. Arg.

Hic notandum, negari non posse, S. Paulum respexisse ad locū Exod. 12. suprà. Cum ergò idē sit locus, nec aliter hic illū exponat, non debet dici S. Paulum respexisse ad aliquid de quô in illo primo nulla mentio fiat.

III. ARGVMENTVM. Petitur à loco Gen. 15. vers. 13. *Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terrâ nō sua, & subijcient eos seruituti, & affligent 400. annis.* vers. 14. *Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia.* vers. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.* vers. 16. *Generatione autem quartâ reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus.* 3. Arg.

Hoc loco vult Genebrardus positos 400. rotundo numero pro 430. qui Exod. 12. nec posse referri ad tempus Abrahæ. Frigidum est, inquit, 400. illos ordiri à die congressus, siue apparitionis huius, quam apertè, non tu, sed *semen tuum*. Possent addi ferè innumera similia, vt *futurum sit*: ergo non exnunc computandum. *In terra non sua*: non dicitur non tua. *Subijcient eos*: non te. *Gentem cui seruituri sunt*: non tu. *Post hæc egredientur*: non tu. *Tu autem ibis* &c. hæc antithesis [illegible] firmat, in alijs sermonem non haberi de te. *Reuertentur huc*: non tu. *Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus*: non ergò tempore tuo.

At non video in quos Genebrardus torqueat argumentum istud, hoc modo expositum. Etenim omnes qui sententiæ ipsius aduersantur, annos illos 400. computari volunt ab Isaac, vel nato, vel ablactato, aut circà tempora eiusmodi, & per posteros Abrahæ solum deducendos. In hoc ergò hallucinatus est Genebrardus, quod quia authores sibi aduersantes, referunt annos 430. qui Exod. 12. & Gal. 3. vsque ad Abraham, & à temporibus eius illos incipiunt, putauerit idē illos facere de annis istis 400. At hos referunt, non ad Abraham vsque, sed tantummodo ad Isaac, seu a temporibus Isaac eos incipiunt. Quare hoc omisso, ponenda sunt

quæ ille habet, aliaque ampliora quæ non habet, contrà peregrinationem illam, vt à semine Abraham in terrâ Chanaan subeundam.

Itaque, dicit ille: Apertè oraculum non attingere habitationem in terrâ *Chanaan*. Hoc autem probari potest isto modo.

Primò. Ex verbis illis: *in terrâ non suâ*. Hic vult Oleaster, per terram non suam, non posse intelligi terram Chanaan. Quia, inquit, illa fuit vera patria Isaac & Iacob, vipote in quâ nati sunt ambo, & in quâ ille quidem ex toto, hic vero maximâ ex parte, vitam exegit. Confirmari potest. Nam si sensus esset de terra Chanaan, dixisset, in terra ista, & aliâ non suâ.

B Secundò. Ex verbis illis: *Et subjcient eos seruituti, & affligent eos*. Ex his Genebrardus facit 1. suum argumentum. In Chanaan, inquit, non seruiuunt, neq; afflicti sunt, sed potius honorifice humaniterque habiti. Addi potest. in eâ potentes fuerunt. Et quidem si sermo esset de *Abraham*, id ostendi videretur ex victoriâ ab ipso reportatâ cap. 14. sed quia agitur solùm de semine ipsius, adduci potest quoad *Isaac*, quomodo cap. 26. vers. 16. *Abimelech rex Palæstinorum* (seu Geraræ) dixit ei, *Recede à nobis quoniam potentior nobis factus es valdè*. & à vers. 26. Idem *Abimelech*, *& Ochosat amicus illius*, *& Phicol dux militum*, veniunt & fœdus cum eo contrahunt. Quoad *Iacob*. cap. 34. Hemor princeps Sichem vult contrahere cum eo. Filij autem ipsius (Iacob) inuadunt vrbem Hemor: occidunt in eâ masculos omnes: & demum vrbem diripiunt. Denique & ipse Iacob & filij eius, diu fuerunt in honore in Ægypto.

Porrò, vis huius argumenti consistit in connexione verborum istorum, cum præcedentibus, *in terrâ non suâ*. Hæc enim videtur conuincere, terram illam non suam, candem esse ac solam quæ Ægyptus, quia in eâ sola subiecti fuerunt & afflicti.

Tertiò. Ex verbis illis: *Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia*. Hanc gentem, omnes intelligunt de Ægyptiaca. *Locum* similiter ex quô egredientur cum magna substantia, intelligunt omnes de Ægypto. *Eos* denique, qui inde egressuri post seruitutem, intelligunt item de solis posteris Iacob. Ex his Genebrardus facit 2. suum argumentum. Petitû formaliter a *loco*, vnde illi dicuntur egressuri. Non (inquit, id est, ex Chanaan) sed ex Ægypto egressi sunt cum magnis opibus.

Porro alia vis argumenti peti potest, ex cônexione verborum istorum, *gentem cui seruituri sunt*, cum supra dictis *in terra non sua*. Hæc enim videntur conuincere, terram illam non suam, eandem esse quæ Ægyptus,

A quæ per gentem cui seruituri erant, & quæ subiectura erat eos, ac afflictura, & ex quâ post erant educendi, videtur item intelligi eadem gens, apud quam erant futuri *peregrini*. Siquidem per terram, non tam simpliciter solet designari terra, quàm populus terræ vnde subditur, *& subiicient eos seruituti, & affligent*: vtique hæc præstituri erant homines, seu gens illius terræ. Cum ergo hæc omnia sic conuertantur, videtur inde meritò deduci sermonem esse tantum de Ægypto, adeoque tantum de filiis Israel qui in Ægyptum descenderunt.

B Quartò. Ex verbis illis. *reuertentur huc*. Ex his Genebrardus facit 3. suum argumentum, dicens: Opponit ingressum in terram seruitutis & afflictionis, reditui in terram Chanaan siue libertatis. Vult dicere, regressum illum inferre, peregrinationem de quâ actum est cum dictum fuit *in terra non sua*, intelligendum esse de ingressu in eandem terram non suam, id est, de ingressu in Ægyptum; quia regressus dicit relationem ad ingressum. Ergò ingressus seu peregrinatio, intelligenda est de terra, à quâ factus est re-

C gressus, siue reuersio. Declaratur amplius. Diuersitas illa loquendi, *in terra non sua*, cùm sermo est de peregrinatione, non dicto *in terra hac*, & ista, *reuertentur huc*, cùm sermo est de reuersione, non leue argumentum facit, per terram non suam, aliud significari quàm per *huc*: ideóq per illam denotari *Ægyptum*, sicut per hanc denotatur *Chanaan*.

Addi potest, regressum illum inferre similiter, sermonem esse de *iis*, qui erant reuerturi, quando dictum fuit, *peregrinum futurum esse semen*: vtpote qui soli ingressuri. Re-

D uerti enim relatiuum est ad iuisse: ergò & ad idem subiectum quod iuit. Hi autem qui aut iuerunt, aut reuersi sunt, non erât Abraham, & Isaac, imo neque Iacob, si sermo sit de iuisse: quia propriè sit ille sermo de iis qui iuerunt in plurali, & verbo expresso dicuntur *filij Israel*, id est, filij Iacob, id est tantummodo trium istorum posteri. Hæc quæ dicta sunt de regressu & regressis, eadem sunt quidem: attamen in vno declaratur per abstractum, seu formale: in alio per concretum, seu materiale, & sic duplici modo argumentum seu

E eius conclusio roboratur.

Quinto. Ex illis: *Generatione autem quartâ reuertentur*. Hinc etiam argumentatur Genebrardus. Id est, inquit, ætate & sæculo quarto exponetur, completo. Nam דור. hoc significat: sicque quos 400. annos (completos intellige) paulo ante dixerat, mox sæculum quartum (intellige completum) appellat. Sic Genebrardus.

Quò nota, Sept. Interpr. Exod. 13. vers. 18. vbi versio nostra, necnon Hebr. & Chald. habent, *& armati ascenderunt filij Israel de*

*terra*

*terra Ægypti*, posuerunt ... *autem generatione ascenderunt filij Israel de terra Ægypti.* Poterat Genebrardus dicere, quintam illam generationem significare quintum sæculum incœptum, videlicet, per 30. annos supra 400. indéque dubio supponere, núm verba quæ illi Septuag. Interpr. habent Exod. 12. præter Versionem nostram. Hebr. & Chald. fuerint, non ab ipsis, sed ab alijs, superaddita.

Contrà postremum hoc argumentum dici potest, videri Genebrardum contradicere sibi, vel Scripturæ. Nam dicat necesse est, afflictionem Israelitarum durasse per 400. annos. Quod si numerus ille 400. positus est rotundè pro 430. annis. Ergò vel contrariatur Scripturæ, ex quâ ostensum est suprà afflictionem Israelitarum non potuisse durare 400. annis, imò ne 200. nedum ergo 430. vel contratiatur sibi, dùm 400. afflictionis annos, rotundè sumit pro 430.

Responderi potest pro Genebrard. 1. seruitutem & afflictionem durasse per 400. annos verè: adeóque incœpisse etiam antè mortem Ioseph: & numerum 400. esse positum pro 430. tanquam principaliorem includentem minùs principalem.

Afflictionem autem illam incœpisse antè mortem Ioseph, videtur asseri posse pro hac Genebrardi sententiâ, si dicatur illa verba Exod. 1. à vers. 6. ad vers. 8. *Quò mortuo, & vniuersis fratribus eius, omníque cognatione illa, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram*, ibi dicta esse per anticipationem. Illa autem quæ a vers. 8. *Surrexit intereà rex nouus qui ignorabat Ioseph.* vers. 9. *& ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis.* vers. 10. *venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contrà nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatísque nobis egrediatur de terrâ.* vers. 11. *Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus* &c. ibi dicta esse per recapitulationem, & intelligenda viuente adhuc Ioseph: ex quô etiam tempore cœperit multiplicatio illa, adeóque seruitus & afflictio.

Confirmari potest primò, quia totum initium illius cap. 1. Exodi, est quoddam summarium dictorum, & dicendorum. Nam vers. 1. *Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum, cum Iacob, singuli cum domibus suis introierunt.* vers. 2. *Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, & Beniamin.* vers. 3. *Dan, & Nephtali, Gad, & Aser.* vers. 4. *Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, 70. Ioseph autem in Ægypto erat.* Ecce in his manifestum est haberi quoddam summarium dictorum in lib. Gen. posterioribus capitibus. Sicut ergò traditur ibi quoddam summarium iam dictorũ: ita in verbis sequentibus à vers. 6 *Quò mortuo, & vniuersis fratribus eius, omníque cognatione illa.* vers. 7. *Filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, & roborati nimis impleuerunt terram*, traditur quoddam summarium dicendorum.

Confirmari potest secundò, ab ijs quæ promittit Ioseph suis fratribus cap. 50. *Visitabit vos Deus, & ascendere faciet* &c. quasi super afflictione iam incœptâ sit eos consolatus. Imo verò nonnihil conijci potest, Ioseph, etiam à tempore eiusdem Pharaonis, à quô præfectus fuerat Ægypto, non æquè ac priùs fuisse æstimatum. Nam cap. 50. vers. 4. *Expleto planctus tempore* (pro morte Iacob) *locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod pater meus adiurauerit me, dicens, en morior* &c. *sepelies me.*

Neque verò difficile est creditu, nouum regem ignorasse, id est, non æstimasse, aut etiam eorum scientiam non habuisse, quæ fecerat Ioseph, etiamsi is adhuc esset superstes: cùm hoc sit commune regibus, præsertim nouis: imò ne Laban & filij eius, quicquam duxerint tot bona quæ Iacob à 7. & à 14. annis fuerat eis operatus. Atque ità qui omnia hæc voluerit prorsùs ad litteram applicare, optimè concludet 400 annos verè fuisse transactos in afflictione: 30. autem solùm in prosperitate.

Nec obstabit, quod vix fieri posse videatur absque insigni miraculo, vt 70. animæ spatio 30. annorũ ità excreuerint. Nam non non est vt in fine 30. annorum excreuerint in totam multitudinem quæ narratur, aut post mortem Ioseph, aut in exitu de Ægypto: sed suffecerit quod extunc in tantum excreuerint, vt facile fuerit conijcere, eos esse seruituti & afflictioni subijciendos. Nam si de Iacob, ipso dicitur Gen. 47. vers. 27. *Habitauit ergò Israel in Ægypto, id est, in terrâ Gessen, & possedit eam, auctusque est & multiplicatus nimis*: & hoc per spatium 17. annorum, prout additur seq. vers. 28. *& vixit in eâ 10. & 7. annis*: ex cap. autem 48. vbi dicit Deum sibi promisisse hæc vers. 4. *Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum*, videtur illud intelligendum iam incœptum quoad filios filiorum: cur non idem, & à fortiori plus adhuc, dici possit de omnibus illis simùl auctis per spatium 30. annorum: Suffecerit, inquam, quod extunc in tantùm excreuerint, vt facile fuerit conijcere eos esse primùm seruituti subijciendos: posteà verò, cùm magis adhuc multiplicati forent, afflictioni tradendos, seu ad opera dura amandandos; & hoc sit quod indicetur Iudith 5. *illicque per 400. annos sic multiplicati*

*sunt* &c. Deinde, si spectetur eos habuisse plures vxores: Deum specialiter illos benedixisse: denique, si vera sunt quæ Caluisius cap. 34. à pag. 145. ad fin. cap. demonstrat de Ephraim ex 1. Paralip. 7. vers. 20. multiplicatio hæc adeò paucis annis asserta, nihil prorsus obstabit.

Obstare quidem magis videretur, quod, ergò abinde ad 400. annos excreuissent in populum prorsùs incredibilem. Sed neque hoc obstabit. Nam si per 215. aut circiter annos, secundùm opinionem contrariam, non magis creuerunt quam ad 600000. armatorum: vtique nec creuerint prorsùs incredibiliter, imò longè minus creuerint, prioribus 200. aut melius 185. annis, cùm ab initio fuerint pauci, posteà verò fuerint seruituti & & oppressioni subiecti, fuerit emissum mandatum de occidendis eorum paruulis: & denique spectari debeat, quod intrà quamlibet hominum ætatem, decedant omnes omninò homines propriâ morte naturali. Satis, inquam, fuerit quod prioribus annis & sæculis creuerint ad proportionem 70. aut circiter 70. tantùm animarum: posterioribus autem annis & sæculis, eô modo quô narratur à Scripturâ, & ab authoribus reliquis.

C Verùm, hæc Responsio non videtur solida, vtpote inuoluens quædam, quorum sufficientia non sunt in Scripturâ vestigia, præsertim illud de anticipatione Exod. 1. vers. 1. & 8. Nam anticipationem illam gratis esse confictam, patet intuenti seriem narrationis historicæ.

Responderi potest pro Genebrardo 2. ex dictis sub sententiâ præcedenti in responsione ad 1. argumentum, iuxtà S. Aug. locum illum exponendum esse cum accommodâ distributione, vt anni 400. non referantur ad solam subiectionem, & seruitutem, sed etiam ad peregrinationem, hoc sensu peregrini erunt, & subiicientur, & affligentur, & hæc omnia per spatium 400 annorum. Quô pactô 400. rotundè fuerint dicti pro 430. non determinando quantùm præcisè temporis impendendum esset in illâ seruitute & afflictione. Hoc modo seruitus & afflictio durare potuerit quotannos cuilibet placuerit, siue à morte Ioseph, siue à morte Leui & aliorum, & tamen anni illi 400. potuerint rotundo numero dici pro 430. Et hæc quidem solutio valida foret, imò inuictissima pro hac sententiâ, si non obstarent alia.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur à locô Act. 7. vers. 6. *Locutus est autem ei Deus, quia erit semen eius accola in terrâ alienâ, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt eos 400. annis.* vers. 7. *Et gentem, cui seruituri sūt, iudicabo ego dicit Dominus, & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto.* Hic locus idem est qui Gen. 15. vnde ex illo eadem argu-

A menta peti possunt: vel iisdem adiungi confirmatio al qua.

Et Genebrardus quidem, hoc loco ait Quis similiter non cernit, hoc semen esse Israelitas, non Isaac, & Iacob, vt qui vel nunquam fuerint in Ægypto, vel nunquam seruituti fuerint subiecti in Ægypto, maleque tractati, siue ab Ægyptiis, siue a Chananæis.

Adde potest confirmatio, a verbis illis, *erit accola in terra aliena.* Hæc enim explicatius videntur intelligentiam illam ostendere, de terra Ægypti, alioqui enim si de terra Chanaan fuisset simul sermo, dicendum B erat, in terra hac, & in alia.

Cæterùm si quæ contrà hunc locū obiiciātur aduersùs Genebrardum, soluenda erunt ex solutione datâ sub obiectione præcedenti.

V. ARGVMENTVM Petitur à loco Iudith 5. vers. 9. *Vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cùmque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus.* vers. 10. *Cùmque grauaret eos rex Ægypti, atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad dominum suum* &c. 5. Arg.

Hic per vocabulum, *illic*, ostenditur manifestè filios Israel multiplicatos fuisse in Ægypto, post descensum illuc, per 400. annos: ergo 400. annos intelligendos esse rotundo numero dictos pro 430. Quod etiam nonnihil insinuatur, cum post 400. annos adiungitur mentio de afflictione regis, & liberatione à Deo factâ, ac denique egressione de Ægy-

D pto. Mirum est autem quomodò Genebrardus ad hanc suam sententiam cōfirmandam, sed & multi eam refutantes, non meminerint istius loci.

VI. ARGVMENTVM. Petitur à loco Act. 13. vers. 16. 17. 18. 19. 20. & 21 *Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Deus plebis Israël elegit patres nostros, & plebem exaltauit cùm essent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea, & per 40. annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes 7. in terra Chanaan sorte distribuit eis terram eorum, quasi* 6. Arg.

E *post 400. & 50. annos. Et post hæc dedit eis iudices vsque ad Samuelem Prophetam, & exinde postulauerunt regem, & dedit illis Deus Saul* &c.

Genebrardus. Quis enim non intelligit aperte habitationem filiorum Israël accessisse ad hunc numerum? Porrò singula huius loci possunt sic deduci specialiùs.

Primò, verba illa, *cùm essent incolæ in terra Ægypti*, possunt assumi ad exponenda ea, quæ Gen. 15. *in terrâ non suâ*: & Act. 7. *in terrâ alienâ*, vt meritò videantur omnia hæc locâ simùl loqui solummodò de Ægypto.

Secundò, verba illa, *quasi post 400. & 50.*

*annos* coniuncta cum præcedentibus, *plebem exaltauit cùm essent incolæ in Ægypto, per annos* 40. *mores eorum sustinuit in deserto, destruens gentes sorte distribuit eis terram*, ostendunt manifestè, 400. & 50. illos annos esse solum intelligendos, de *plebe* quæ accola fuit in Ægypto, quam Deus per 40. annos sustinuit in deserto, & cui distribuit terram promissionis.

Tertiò. Cùm S. Paulus nullam ibi faciat mentionem de Chaldæà, de Mesopotamià, & de Chanaan: neque etiam de Abraham, Isaac, & Iacob, sed de patribus qui fuerunt accolæ in Ægypto: quà ratione possunt hi anni ad terras illas aut personas referri?

Obiici potest contrà hoc argumentum, numerum illum annorum, nō posse accommodari temporibus mansionis in Ægypto, mansionis in deserto, & distributionis terræ promissionis, sequendo hanc sententiam. Nam anni 430. mansionis in Aegypto, 40. in deserto, & 10. aut circiter distributionis terræ, efficiunt 480. aut circiter. Hic autem numerus excedit multo numerum illum 450. quem assignat S. Paulus.

Hanc Obiectionem non attigit Genebrardus: forsitan contentus solutionem aliquam reperiri posse in illà particulà *quasi*, vtpotè quæ demonstrat, S. Paulum noluisse præcisè tempora huiusmodi, per exactum numerum assignare.

Respondeti potest tripliciter pro Genebrardo. 1. Dicendo, S. Paulum respexisse ad Gen. 15. & Iudith 5. & per 400. declarare voluisse rotundo numero 430. qui Exod. 12. per 50. autem alios 40. qui in deserto, & 10. aut circiter, qui ad distributionem terræ pertinent. Vel aliter, 2. Dicendo, S. Paulum locutum esse rotundo numero, per 4. sæcula & dimidium, inuoluendo sub dimidio reliquos annos qui superfunt vsque ad 80. Vtróuis autem modo vt ostenderet se non exactè numerare illos, meritò apposuisse particulam *quasi*. 3. Dicendo, S. Paulum respexisse forsitan ad aliquod tempus exaltationis eorum factæ in Aegypto, a quà ad distributionem terræ tran[...] fuerint, aut præcisè, aut ferè, anni 450. sed cuius initium sumendum non sit ab ingressu in Aegyptum: sit tamen ab eo per 30. aut circiter tantum annos elongatum. Et hoc forsan voluit Genebrardus cum dixit habitationem filiorū accessisse ad hunc numerum. Sed hæ Responsiones, nullæ sunt. Et de 2. prioribus per se patet. De 3. videbitur sub sententia 6

VII. ARGVMENTVM. Petitur, à ratione. I. Genebrardi. Accedit, inquit, quod iam paucis (annis 210. quos assignant Hebræi, & nonnulli alij: aut 215. quos reliqui) non videntur (excludo miracula) potuisse propagari 600000. armatorum hominū, absque pueris & mulieribus innumerabilibus (quibus iuxta ge promiscuum vulgus) quæ tamen leguntur exiisse de Aegypto. Hæc ille.

II. Non est verisimile, Scripturam digitatim numerasse 290. annos ab ortu Abrahæ, ad ingressum in Agyptum: & rursùm voluisse includere annos illos in numeratione annorum habitationis in Aegypto.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Argumentum quoddam, sanè fortissimum, per quod con[...] endunt omnes authores contrariæ sententiæ, colligi ex Scripturà sacrà manifestè, non solùm non effluxisse, aut effluere potuisse, ad plus quàm 350. annos, sed etiam multò minus, ab ingressu filiorum Israel, ad egressum eorundem de Ægypto. Hoc autem argumentum quia multiplex habet principium, siue exemplum, ideò sit

Reficitur §. Sent. 1.

Mansio filiorum Israel in Ægypto non potuit esse 450. annorum.

PRIMVM, quod est omnium authorum. Gen. 46. à vers. 6. *Caath* qui vers. 11. & Exod. 6. vers. 16. ponitur secundus, inter filios Leui filij Iacob, descendit in Ægyptum cum eodem Iacob auo suo. Exod. 6. vers. 18. *Amram* ponitur primus inter filios Caath. vers. 20. *Moyses* ponitur secundus, inter filios Amram. Per hoc ostenditur, quod ab ingressu in Ægyptum, ad egressum de Ægypto, siue ab ingressu in Ægyptum, ad Moysem, qui filios Israel eduxit de Aegypto, sumendo *Caath* & *Moysem* inclusiuè, sunt tantum tres generationes, scilicet *Caath*, *Amram*, & *Moyses*. Atqui anni trium hominum illorum, etiam simul adiuncti, id est, anni quibus vixerunt duo priores, *Caath* & *Amram*, & anni quibus vixerat *Moyses* quando eduxit populum, prout anni illi computantur seu exprimuntur à Scripturà sacra, non efficiunt summam plùs quàm 350. aut 353. annorum. Ostenditur membratim. Exod. 6. vers. 18. *Anni quoque vitæ Caath* 133 vers. 20. *Fueruntque anni vitæ Amram* 137. cap. 7. vers. 7. *Erat autem Moyses* 80. *annorum, & Aaron* 83. *quando locuti sunt ad Pharaonem.*

Anni Caath, Amram, & Moysis ad summam 410.

Itaque, ponamus, ait Bucholcerus, Caath fuisse triennem, cum migraret in Ægyptum, & vixisse 130. annos in Ægypto. Addantur 137. Amram patris Moysis. Moyses educens Israelitas fuit annorum 80. Hi anni iuncti, nempe 130. 137. & 80. nondum constituunt 430. sed 347. Addamus & nos, Caath fuisse natum ipso anno migrationis, prout a multis & traditum, & probabile, dicit Pererius in Exod. 12. num. 107. imò verò, si lubeat, natus sit ipsà die migrationis. Addat aliquis gratis tres annos qui inter Moysem & Aaron, summa perueniet ad, nec excedet, annos 350. aut 353.

Subiungunt autem Baradius & Torniellus, detrahendos esse ab illà summà, annos

quos egerat Caath, cùm in Ægyptum descendit: & prætereà cum Pererio, eos quibus vixit cum filio, seu post genitum filium suum Amram: rursúmque eos, quibus Amram simùl vixit cum Moyse; quippe qui pariter currunt cum annis filiorum. Nam si seorsim anni patrum cum filijs censerentur, bis vtique idem tempus computaretur. Colligit autem Pererius ex S. Epiphan. in Ancorato, annos quos vixit Caath cum filio suo Amram, fuisse 68: & quos Amram cū filio suo Moyse, 67. de quâ re fusiùs infrà videbitur. Cæterùm quantò maiorem quisque efficiet summam annorum, quos vixerit Caath antè migrationem in Ægyptum, tantò minorem faciet summam annorum habitationis in Ægypto. Quocúmque autem modo computetur, manet impossibile, hanc fuisse 430. aut 400. annorum.

1. Respons. ad 1. refutat. RESPONDET I. Genebrardus, Amram diutiùs vixisse, quàm Rabbini interpretentur. Ad illud enim Exod. 6. *Accepit Amram vxorem, quæ ei peperit Aaron, & Moysem, & Mariam. Fueruntque anni vitæ Amram* 137. subaudiri potest, quando videlicet eos genuit, vel post mortem patris Caath. Nam Amram in numero 7. viuacissimorum ab ipsismet Rabbinis ponitur. Hæc Genebrardus.

Suaderi vtcunque posset, ex similibus. v. g. Gen. 5. vers. 3. *Vixit autem Adam 130. annis, & genuit Seth*: & cap. 11. vers. 16. *Vixit autem Heber 34. annis, & genuit Phaleg*: itaut quod ibi dicitur antè, hic fuerit dictum post; vel Gen. 5. vers. 7. *Vixitque Seth postquam genuit Enos 807. annis*: & Iob. vlt. vers. vlt. *vixit autem Iob post hæc 140. annis &c. & mortuus est senex & plenus dierum*: & similia multa Gen. 5. & 11.

Confirmat Genebrardus. In quartâ, inquit, ætate, quæ fuit 490. annorum, à Naasone ad Dauidē, 4 duntaxàt notantur, Naason, Salmon, Booz, Obed, Iesse, Dauid. 1. Paralip. 1. Ruth. 4. Nam Naason reperitur mortuus anno ab exitu, secundo. R. Salo. 1. Paralip. 1. itaut oporteat Salmon, Booz, Obed, Iesse, & Dauidem 480. emensos esse &c. Quid igitur mirum, si hi 4. Leui, Caath, Amram, & Moyses, emensi sunt hanc ætatem. præsertim cùm hæc sequentibus ætatibus fuerit viuacior. Hæc est prima Genebrardi confirmatio. In cuius ampliorem suasionem ab eodem exemplo 4. harum generationum, videri potest Gordonus cap. 9. ad Periodum 4. num. vlt. seu pag. 104. init. & ab exemplo Iob, Torniellus ann. 1399. toto.

Reijcitur Respons. VERVM, Hæc Responsio nullo modo est probabilis. Nam illa verba Exod. 6. vers. 10. *Anni autem vitæ Leui fuerunt 137.* post quæ vers. 18. *Anni quoque vitæ Caath 133.* post quæ vers. 20. *fueruntque anni vitæ Amram* 137. omninò similia sunt illis Gen. 25. vers. 7. *Fuerunt autem dies vitæ Abraham 175. anni*, & similibus. quæ nullus vnquam aliter intellexit, quam vt sonant ad litteram.

Nec iuuant exempla Gen. 5. & 11. ac Iob vlt. vt patet inspicienti, ex ipsismet verbis. Nam additur, *postquam genuit*, *post hæc* & similia. Vide Perer. num. 108. & Torniell. num. 12. vrgentes fusius hanc rationem à simplici & cōsueto Scripturæ sensu petitam.

Replica. REPLICARI potest, quo Genebrardo 1. Reg. 7 vers. 15. *Iudicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ*, exponi communiùs non de cunctis diebus vitæ simpliciter, sed solùm de cunctis quibus tenuit principatum. Cur non ergò similiter hic poterunt anni vitæ explicari, non de totâ vitâ simpliciter, sed de vita à tempore quō filios genuerunt? Similia multa possent adduci v. g. 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel*: cū tamē maior pluribus annis esset, & Act. 13. vers. 21. regnauerit annos 40. saltem 19. aut 20. partim cum Samuele, partim solus post Samuelem, vt dicetur in Regum Historia, seu in Periodo sequenti. Item, 4. Reg. 8. vers. 26. *viginti duorum annorum erat Ochozias, cùm regnare cœpisset*: cùm tamen 2. Paralip. 22. vers. 2. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cùm regnare cœpisset*; & 2. Paralip. vlt. vers. 9. *Octo annorum erat Ioachim, cùm regnare cœpisset*: cùm tamen 4. Reg. 24. vers. 8. *Decem & octo annorum erat Ioachim, cùm regnare cœpisset*. In huiusmodi locis patet quandoque annus vitæ, intelligi non vitæ simpliciter totius, sed tantummodò secundum quid, v.g. quibus iudicatum est, vel regnare inceptum.

Respons. SED neque hæc Replica est admittenda hoc loco. Imprimis enim quod [illegible] huiusmodi, siue omnia, siue tātum aliqua, sumantur illo sensu, constat ex alijs Scripturæ circumstantijs ità demonstrantibus, & ad id cogentibus; vt videbitur suis locis: hic autem nihil tale. Deinde phrases illæ omninò sunt diuersæ, vt patet eas inspicienti.

2. Respons. ad 1. refutat. RESPONDET II. Genebrardus, dicens. Scriptura fortasse aliquos intermedios, nempe obscuriores more suo transilijt, & nihilominus *genendi* verbo vsa est, quod nepotes sint filiorum loco. vt Matth. 1. *Iosias genuit Iechoniam* qui tamen eius minimè erat filius, sed nepos. Esdr. 5. *Zacharias filius Iddo* qui eius pariter erat nepos, non filius. Hæc Genebrardus. Poterat addere exemplum Iotam, qui dicitur ibidem Matth. 1. vers. 8. genuisse Oziam, & quod ex libris Reg. ac Par. constat non eum genuisse nisi medijs Ochosia, Ioas, & Amasia, vt iam non semel fuit obseruatum. Videri possunt aliqua apud Torniellum an. 1979. sub num. 2. vbi

Rebecca vocatur filia Nachor, quod explicat hic Tornielius more Hebraico filium Bathuelis filij Nachor. Vide an. 361. num. 26 fin. Item, apud Pererium ad cap. 38 Gen. Disp. 1. seu num. 7. vbi notat, quod etiam ex eo notauimus in superioribus, Gen. 46. Gera, & Ared, dici filios Beniamin, cum ex Septuag. Interpr. fuerint tantum Gera nepos, & Ared pronepos, quod vide fusius deductum apud eum ad cap. 46. Disp. . seu num. 15. pag. 987. col. 2. fin. vid. & num. 1. Possunt etiam addi hæc inter alia. Gen. 10. vers. 22. inter filios Sem omittuntur 4. alij, qui supplentur in 1. Par. 1. vers. 12. Nam Gen. 10. sic habetur: *Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.* At vero 1. Par. 1. sic: *Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram, & Hus, & Hul, & Gether, & Mosoch.* Cur non igitur omissi fuerint aliqui filij Caath in vno loco, qui suppleti fuerint in alio? Quinimò reperiuntur aliqui prorsus omissi per Scripturam sacram, suppleti verò per aliam auctoritatem. Vt inter filios Iaphet, qui iuxtà codices Hebræos, Latinos, & Chaldaicos Gen. 10. & 1. Par. 1. recensentur tantùm 7. additur *octauus* quidam *Elisa* iuxtà codices Græcos, non quidem regios, qui sæpè demunt nonnulla habita in alijs, eò quòd non habeantur in Hebræo & Vulgatâ, prout in singulari videre est in vltimis verbis libri Iob. sed iuxtà alios. Quem etiam filium Iaphet agnoscunt & nominant Eusebius init. Chron. & Chronicon Alex. agnoscit & S. Augustinus 16. ciu. 3. init. cùm filios Iaphet dicit fuisse *octo*: censeri porrò debere omissum per Moysen, cum alijs multis, quod caput gentis alicuius non fuerit, neque peculiari lingua distinctus, notat ex S. Augustino Salianus an. 1931. num. 21. Confirmari potest ab exemplo Cainan huius nominis secundo, de quo plenè fuit §§. 37. & 38. Deniquè hoc adeò tritum est in Scripturâ, vt non egeat ampliori probatione. Rursum autem postquã dixit Genebrardus, ità vt oportcat Salmonem, Booz, Obed, Iessem, & Dauidem, 480. emensos esse: subiungit, aut aliquos intermedios fuisse prætcritos: rursùmque postquam, Quid igitur mirum si hi 4. Leui, Caath, Amram, & Moyses emensi sunt hanc ætatem, &c. subiungit: Vel si Scriptura intermedios aliquos reticuit & denique, Forrasse, inquit, isto tertio sæculo (seu ætate) Moysem esse patriarcham ab Abrahamo decimum, vt primo ab Adamo Noe, & secundo a Noe Abrahamus. Hactenus Genebrardus.

*Reijcitur Responsio.*

VERVM, neque Hæc Respósio est etiã probabilis. Et Baradius quidem in eâ reijcit exemplum illud Iechoniæ, contendens eum fuisse filium, non nepotem, Iosiæ. Distinguit enim ibi duos Iechonias: alterum de quo dicitur vers. 11. *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis*: alterum de quo vers. seq. *Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.* Quamuis enim videantur vnus & idem: tamen asserit eos vere diuersos esse, primum nempe, filium: secundum autem, nepotem. Ad exemplum Zachariæ nihil dicit. Sed pro nunc [illegible] interest parum. Etenim nepotes vocari filios nulli dubium est: & ne dubium fuit ipsi Barradio, sensu hoc dici Gen. 11. vers. 11. Arphaxad genuisse Sale, per medium Cainan.

*Nulla generatio inter Caath, Amram, & Moysem.*

Itaque, cur Responsio hæc de intermedijs generationibus omissis, non sit probabilis, ratio est, quam assignant Pererius, Baradius, & Tornielius: quia nullo modo potest id ostendi. Vbicumque enim, ait Pererius, Scriptura istam progeniem recenset (nempe Gen. 46. Exod. 6. Num. 3. 16. & 26. & 1. Paralip. 6.) semper facit ipsum Amram proxime succedere ipsi Caath, & Aaron (ac Moysem) ipsi Amram. Tres autem illos reges prætermissos fuisse a S. Matthæo, propterea verè dici; quia liquidò constat hoc ex lib. Reg. & ex lib. Paralip. in quibus lib. scripta est illorum regum historia. Generationes autem quas Genebrardus omissas vult, dicit Baradius, nec Scripturam, nec idoneum authorem, commemorare. Vnde quod Pererius vocat, *gratis dictum* à Genebrardo, hoc vocat Baradius diuinare: *diuinat ergò*, inquit Baradius. Idem ergo dixerint de exẽplis similibus: nimirum si qui fuerint prætermissi vnu in loco, id constare ex alio. Idem denique dic de generationibus 10. ab Abrahamo ad Moysem.

*Replica*

REPLICARI potest pro Genebrardo, Responsionem suam non carere fundamento seu rationabili causâ: scilicet, ipsàmet conciliatione Scripturæ. Nam & Baradius fatetur nodum esse difficilem, & vtrinq; Scripturæ verba pugnare. Quod autem dicit Pererius Scripturam semper facere Amrã proximè succedere Caatho, & Aaron Amramo, non propterea Scriptura negat aliquos fuisse intermedios: sicut nec cum tot in locis eadem Scriptura fecit succedere proximè Sale Arphaxado, negauit intermedium Cainan. Ad instantiam autem, quod B. Lucas affirmauit Cainan illum: Responderi potest, hoc esse per accidens. Quid si enim antè nouum testamentum scriptum, affirmasset quis generationem illam: ideóne falsa fuisset? Vnde similiter quod libri Reg. & Paralip. recenseant reges a S. Matth. omissos, per accidens esse, nec minus vere affirmatæ fuissent generationes aliquæ, si de conciliandâ Scripturâ quæstio fuisset, etiamsi nulla eorum in libris illis facta mentio extitisset. Nam positâ necessitate conciliandi Scripturam, & aliunde

posito moræ Scripturæ, præsertim verò Moysis ipsius, seu librorum Pentateuchi permulta similia prætereundi, non est incongruum explicationes huiusmodi adhibere: vt saltem sententia aliqua non mereatur vocari falsa, prout hanc quæ est Genebrardi, falsam vocat Pererius.

*Replica ad hominem.*

ET QVIDEM ad hominem argumentari poterit aliquis sic. Pererius ad Gen. 46. Disp. 2. num 29. seu pag. 991. col. 2. init. postquam asseruit, Leui post ingressum patris sui Iacob in Ægyptum, vixisse per annos 95. in Ægypto: hæc habet. Toto autem hoc tempore ex tribus filiis eum ipso ingressis in Ægyptum, Gerson, & Caath, & Merari, nullos suscepisse nepotes aut pronepotes, qui post ingressum eius in Ægypto nati fuerint, est profectò difficile creditu. Si autem tales ei nepotes & pronepotes nati sunt: cur non sunt commemorati similiter vt posteri Ioseph & Beniamin, de quibus dictum est? Præsertim verò cum Leui perinsignis fuerit persona, vtporè parens Leuiticæ tribus, penes quam solam fuit Sacerdotium, & administratio diuini cultus. Verùm neque omnia resecari ad viuum oecesse est, & nos huiusmodi quæstioonum & difficultatum quasi labyrinthos, alijs maiori quàm nos sumus ingenio & doctrinâ atque industriâ præditis, sine errore obeundos atque perlustrandos relinquimus. Hæc ibi. Itē, ad cap. 15. v. 16. Disp. 7. n. 80. cōtendit *Esron*, qui dicitur pater Caleb, non intelligendum esse eum, qui fuit filius Phares & nepos Iuda: sed aliquem alium. Hoc autem non aliâ ratione, nisi quia, *inde sequeretur*, inquit, Esron maiorē centesimo & octogesimo anno genuisse filium suum Caleb, quod est protsus incredibile, neminem enim per ea tempora, id est, ab ipso Abraham vsque ad Moysem vltrà centesimum octogesimum annum vixisse legimus. Atqui hæc nullibi habentur, vel in Scripturâ, vel apud alium autorem fide dignum. Item, Gordonus loco citato suprà, dicit plerosque contendere, non potuisse sine miraculo 4 virorum generationes (nempe Salmon, Booz, Obed, & Iesse) explere 365. annorum interuallum: oportebit enim eos nonnisi valdè grandæuos penè centenarios prolem suscepisse. Ac propterea, inquit, apparet intermissas hic (vt alibi interdum contigit) aliquot generationes. Sic quidem Lyranum secutus, opinatus est Catharinus libro contrà Caiet. nec dissentit valde Iansenius. Hæc ille. Insinuans responsionem hanc secundam Genebrardi, non ità esse improbabilem, vt ipsius sententia, propter illam, debeat falsæ nomen promereri. Denique, Batadius dicit, causam reddi cur S. Matthæus illos tres reges omiserit; quia nempe vo[illegible] generationes eorum t[illegible] xere per [illegible] quaradecades. At hæc ratio non vale[illegible], nisi supposità n[illegible] quod [illegible] ter, au[illegible] valet, poterit [illegible] aliqui [illegible] Moysis istas generationes [illegible] Qua[illegible]

*[illegible] Respons.*

C[O]NFIRMARI potest tota hæc Responsio Genebrardi. & simul cur Moyses aliquos omiserit, ratio reddi. nempe, quod voluerit solum familiarum capita recensere. Hoc autem non esse Scripturæ [illegible] patet. Nam Gen. 10. Pererius præfat[illegible] 1. id factum agnoscit dicens: Ne[illegible] in posteris filiorum Noe percensendis, omnes commemorat, id enim suisset quasi in[finitum], nec vlli vsui: sed eos tantùm qui velut capita & principes fuere aliquarum gentium, eisque nomina indidere. Quapropter Iapher filios duntaxat 7. recenset, nec eorum posteros omnes, sed duorum tantum, Gomer. 3. & Iauam 4. Hæc ibi. Similia vide in sequentibus. Item, Num. 26. toto, vt vers. 5. *Huius filius Henoch, à quo familia Henochitarum* &c. In particulari autem in ipsamet Exodo 6. vers. 14. *Isti sunt principes domorum per familias suas* &c. ve[rs]. 16. *Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas, Gerson, & Caath, & Merari* &c. Denique vers. 25. fin. *Hi sūt principes familiarum Leuiticarum, per cognationes suas.* Quare non videtur dicendum, quod hæc sint diuinare, cùm potius sint sacram Scripturam conferre, & conciliare. Posset aliquid aliud pro Genebrardo replicari, desumptum a verbis adeò quoad sonum formalibus. Sed de hoc sub responsione 5. [i]uo co.

*Reijcitur tertia Responsio.*

NIHILOMINVS, Responsio illa, protsùs est reiicienda. Quia nullum omninò de ipsâ vestigium assignat Genebrardus, vel in Scripturâ, vel in aliquo authore idoneo. Vnde, vel ei passim præmittit vnum solummodò, *fortasse*. vel eam sub dubitatione cum præcedenti tradit. Atqui non semel iam monuimus, in huiusmodi chronologicis nitendum esse aliquo potius fundamēto quod reperiatur, quam quouis alio quod excogitetur.

*Ad replicā.*

AD REPLICAM autem, dicitur, si antè nouum testamentum scriptum affirmasset quis generationem Cainan, veritatem quidem dixisset materialem, & à parte rei: non autem formalem, & à parte scientiæ, cuius proprium est rem per causam aliquam cognoscere. Alias enim & pro libito posset quiuis infinita [illegible] proponere, eaque proponendo [illegible] qui scitur an hoc non sit ve[rum] [illegible] tei, & an Deus tandem aliquando [illegible] illud reuelaturus? Conciliatio autem Scripturæ haberi potest optimè sine diuinationibus eiusmodi, prout videbitur in aliis sententiis.

*Ad replicā ad hominem.*

A[D] ARGVMENTVM ad hominem aduersus Pererium & Gordonum, dicitur eos non talia asserere, quibus vtantur tanquam

fundamentis aliqua st[...]endi: nedum personas & annos chronologicos in serie temporum introducendi: sed solummodò coniecturalia quædam, quæ possunt in vtramque partem asseri. At non sic agendum est in re quæ debet cum certitudine proponi, quantùm aliquid certi potest in eâ proponi, qualis est chronologia de quâ hic disputatur. Quod si aliqua dicunt, quæ non sunt dicenda simpliciter coniecturalia, vtique afferunt illa propter aliquod reale fundamentum habitum in Scriptura: at hic nullum habetur tale. Nam quod prætenditur de conciliatione Scripturæ, dictum est, & ostendetur posteà, huic rei sine diuinationibus, seu cogitationibus fundamento carentibus, sufficienter prouideri.

Ad Confir. AD CONFIRMATIONEM. Dicitur, quod sicut nulla alia familiarum capita sunt statuenda, nisi quæ vel Moyses expressè tradiderit, quippe qui omnia tradere voluerit: vel certè quæ aliqua authoritas idonea suppleuerit, quippe quam Deus Ecclesiæ sitæ prouiderit: ità nullæ aliæ personæ chronologicæ, seu nulli alij chronologiæ anni, sunt hic statuendi, qui non fuerint aut à Moyse traditi, aut si ab eo omissi, ab aliquâ saltem authoritate idoneâ suppleti.

3. Responsio ad 1. refutat. RESPONDERI potest III. pro Genebrardo. Forsitan in aliis locis, quàm in Genesi, cùm nominantur Caath inter filios Leui, vel Amram inter filios Caath: non tamen per eadem nomina designari personas easdem quæ in Genesi: sed alias quasdam iisdem nominibus insignitas: filios nempe hominum illorum qui traduntur in Genesi, adeóque nepotes Leui.

Hoc autem imprimis non esse improbabile, ostendi potest, ex similibus exemplis. Primũ sit illud, quod Baradius attulit suprà de Iechonia apud S. Matth. cap. 1. Contendit enim debere alterum qui habetur vers. 11. distingui ab altero qui vers. 12.

Secundum sit, quod habet Pererius ad cap. 15. Gen. Disp. 7. num. 80. de *Esrõ* & *Caleb*, de quibus fit mentio 1. Paralip. 2. vers. 18. *Caleb verò filius Esron.* Cùm enim Lyran. & Caiet. exponunt Esron de filio Phares, & Calebum de eo qui terram promissionis ingressus est, Sed ego, ait Pererius, non possum inducere in animum, Esron patrem Caleb fuisse eum ipsum qui filius fuit Phares & nepos Iuda &c. & ad cap. 35. Disp. 4. à nu. 43. contendit, aut alium Esron fuisse patrem illius Caleb: aut illum Caleb non fuisse eum qui terram promissam est ingressus, sed aliũ eius. Addi potest, Caleb qui terram promissionis est ingressus, semper vocari filium Iephone: vt Num. 13. vers. 7. 14. vers. 6. & 38. 36. vers. 65. 32. vers. 12. 34. vers. 18. Deut. 1. vers. 36. Ios. 14. vers. 6. & 14. 15. vers. 13. 21. vers. 12. 1. Par. 4. vers. 15. & 6. vers. 56. & denique Eccles. 46. vers. 9. Non est autem credibile, Iephoni fuisse nomen Esron.

Huc facere potest lex illa Deuteron. 25. de suscitando semine fratris demortui, in quâ dicitur vers. 5. *& primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel.* Quam tractans Pererius ad cap. 38. Disp. 3. num. 14. dicit, Id pertinet ad vetustissimum morem denominandi filios ex patribus, vsque adeo, vt quorundam virorum propria nomina ignorarentur, quod vulgò non aliis quàm patrum nominibus appellarentur. Et quia hoc præcipue obseruare studuit antiquitas, ideò filius primò natus ex fratris mortui vxore, ritè cogebatur seruare illius nomen, quando & illius quoque fiebat hæres. Hæc Pererius.

VERVM, Hæc Responsio etiam, non est probabilis. Quia eodem semper tenore nominantur filij *Leui, Gerson, Caath, & Merari.* similiter filij *Caath Amram* &c. nullibi vero habetur vestigium eiusmodi distinctionis. Et quidem quoad *Leui*, Gen. 46. vers. 11. Exod. 6. vers. 16. Num. 3. vers. 17. & 26. à vers. 57. 1. Paral. 6. Quoad *Caath*, Exod 6. vers. 18. *Filij Caath, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel.* Num. 3. vers. 18. *Filij Caath, Amram, & Iesaar, Hebron, & Oziel.* & cap. 26. vers. 59. *At verò Caath genuit Amram.* 1. Paralip. 6. vers. 2. *Filij Caath, Amram, Isaar, Hebron, & Oziel.* & cap. 23. vers. 12. *Filij Caath, Amram, & Isaar, Hebron, & Oziel.* Rursus Num. 3. vers. 27. *Cognatio Caath habebit populos Amramitas, Iesaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas.* Quoad *Amram*, Exod. 6. vers. 20. *Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam, quæ peperit ei Aaron, & Moysem.* Num. 26. vers. 59. *Qui* (Amram) *habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto: hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron, & Moysem, & Mariam sororem eorum.* 1. Paralip. 6. vers. 3. *Filij Amram, Aaron, Moyses, & Maria.* & cap. 23. vers. 13. *Filij Amram, Aaron, & Moyses.* Cùm ergo nullibi habeatur aliquod vestigium, quò colligi possit hæc nomina diuersas denotare personas, manet eadem contrà hanc responsionem vis obiectionis, quæ contrà præcedentem. Exemplum autem Baradij de *Iechonia*, fundamentum habet in hoc quod S. Matthæus summat generationes suas per 14. Vna autem deficeret, nisi Iechonias duplex esset. Exemplum autem Pererij de *Esron* & *Caleb* nihil ad nos, sicut nec alia superiùs apud eum notata: quia deficiunt à regulà huius obiectionis. Nihil etiam lex illa Deuteron. Quia non ostenditur quomodò locum habeat in materiâ huius responsionis.

Reijcitur 3. responsio. Per nomina Caath & Amram, non diuersæ personæ designatæ.

4 Responsio ad 1. refutat.

RESPONDERI potest IV. pro Genebrardo. In Scripturâ *Caath* genuisse aliquos præter *Amram*, qui forsitan intercesserint inter ipsum *Caath*, & filium eius *Amram*. Ostenditur. Nam 1. Par. 6. vers. 22. *Filij Caath, Aminadab filius eius, Chore filius eius*, (id est filius Aminadab) *Asir filius eius*, (id est filius Chore) Ecce mentio vnius qui vocatur *Aminadab*. De quô etiam mentio fit Exod. 6. vers. 23. *Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Aminadab sororem Nason* &c. Item, 1. Par. 6. vers. 37. Inter Asir, & Chore, inseritur alius. Postquâ enim à vers. 33. de filiis *Caath*, *Hemam cantor filius Ioel* &c. ascenditur vsque ad *Leui*, sic habetur: *Filij Asir, filii Abiasaph, filii Chore, filii Isaar, filii Caath, filii Leui, filii Israël*: & tamen *Abiasaph* ille fuerat omissus. Confirmatur. Nam ibid. 1. Par. 6. vers. 43. *Filii Ieth, filii Gersom, filii Leui*. ibi ostenditur ordine retrogrado, Ieth fuisse filium Gersom: qui tamen omissus fuerat in omnibus aliis locis, vbi progenies eius fuit recensita. Si ergò omissus fuit filius aliquis Gersonis: cur nō & Caath fratris eius? Et confirmari potest à similibus aliis superius sub respons. 2. quibus constat filios aliquorum omissos in vno loco, suppleri per alium tam in Scripturâ sacrâ, quàm in aliâ authoritate idoneâ, præsertim de 4. filijs Sem, & de octauo Iaphet.

Reiicitur 4 Responsio.

Aminadab filius Caath idem qui Isaar.

VERVM, neque Hæc Responsio est probabilis. Audiatur Tostatus in 1. Paralip. 6. Aliqui volunt, inquit, quod iste Aminadab sit Isar, siue Isaar filius Caath, & satis rationabile est, quia hîc Chore ponitur filius Aminadab, & tamen Chore filius Isaar est, Num. 16. (vbi nempe dicitur *Ecce Chore filius Isaar, filii Caath, filii Leui*) & hoc conueniens quia Chore de familiâ Caathitarum est. Sic Tostatus. Audiatur & Salianus an. 2329 nu. 39. seu pag. 654. in tabulâ familiæ Caath. Quatuor, inquit, eius filij vbique memorantur, Exod. 6. vers. 18. Num. 3. vers. 19. & 27. 1. Par. 6. vers. 2. & 18. & cap. 23. vers. 12. Ergò si qui alij reperiuntur, vel immediati non sunt (intellige nec in rectâ serie) vel (& hoc probabilius dic) nomen tantùm ab aliquo illorum habent diuersum, vt dicemus de Aminadab, qui ponitur filius Caath. 1. Par. 6. vers. 22. vt ibidem Abulensis. Hæc ille. Quem vide col. sequenti eiusdem tabulæ. Quare, etiamsi hic *Aminadab* esset alter ab *Isaar*: tamen cogitandus esset filius *Caath*, per lineam, per quam venit *Isaar*, non autem per lineam, per quam venit *Amram*. Similia dicenda sunt de *Abiasaph*, vt videre est apud eundem Salianum columnâ vltimâ eiusdem tabulæ. Similia denique de *Ieth* filio Gersom, de quô Salian. ibid. col. 2. Gersom, inquit, filij, duo tātùm ponuntur 1. Par. 6. vers. 17. Exod. 6. vers. 17. Num. 3. vers. 18. & ai Er-

Abiasaph, Ieth, & si qui similes, diuersi sūt nō tūm nominibus.

A gò si quis alius reperitur filius eius, aut non est immediatus (intellige nec in rectâ serie) aut est vnus eorum sub alio nomine, vt Ieth, 1. Par. 6. vers. 43. quod fatetur etiam ibidem Abulensis. Hæc ibi. Vnde denique, quod prætenditur de omnibus his, & quod adduci posset de 100 similibus, probaret quidem Moysem sæpè multos prætermisse: sicut etiam Esdras in hoc lib. 1. Paralip (cuius dicitur author) quosdam omittit alicubi, quos alibi Moyses recensuit, v. g. cap. 4. vers. 24. *Filii Simeon: Nathomel, & Iamin, Iarib, Zara, Saül*, omittit *Ahod*, quem Moyses recensei

B Gen. 46. vers. 10. quosdam etiam recenset, quos ipse met alibi & Moyses omisit, vt videre est passim: quod insuper videri potest in loco allegato suprà Num. 26. vers. 59. de *Iochabed*, quæ dicitur filia Leui, cū tamen Exod. 6. vers. 20 pateat eam non fuisse filiam eius proximam; attamen nihil concludit pro hoc loco particulari, pro quô nullus Scripturæ locus, vel author idoneus, reperitur, qui generationem aliquam inter *Caath*, & *Amram*, ostendat intermissam: multò minùs qui annos aliquos ratione talis generationis indi-

C cet Chronologiæ inserendos. Et per hæc patet Responsio ad confirmationē. Nam quod illi 4. filij Sem, & octauus Iaphet, agnoscantur, inde est, quod Scriptura si non vno in loco, saltem in alio, vel aliqua authoritas idonea memorat eos. At de prætensis illis Caath, contrà.

5. Responsio ad 1. refutat.

RESPONDERI potest V. pro Genebrardo. Forsitan *Caath* natum fuisse in Ægypto: adeòque annos aliquos, inter descensum in Ægyptum, & ipsius natiuitatem fuisse transactos.

D CAATH autem natum fuisse in Ægypto, non esse improbabile, ostendi potest, primò ab exemplis similibus. Quorum primum sit, de filijs Phares *Hesron*, & *Hamul*, de quibus cum dicitur Gen. 46. vers. 12. *Natique sunt filij Phares, Hesron, & Hamul*, Peretius ad illud cap. Disp. 1. num. 12. seu pag 987 col. 1. med. hæc ait, *Qui multis post annis, quam ingressus fuerat Iacob Aegyptum nati sunt. Siquidem Phares natus est vel eo ipso anno quo Iacob ingressus est Aegyptum, vel uno tantum anno antè, quemadmodum euidenter [illegible] um est a no-*

E *bis super cap. 38. [illegible], num. 4.* Sic Peretius. Idem censet Salianus tom. [illegible] an. 2329 num. 11 & [illegible] quos [illegible] notat cum Tostato [illegible] qua re videri potest [illegible] sub Periodo præcedenti, [illegible] § 19. Ex quibus sequitur, *Hesron* & *Hamul* filios Phares, non esse natos nisi pluribus annis post descensum in Ægyptum. Sicut ergo nihilominus isti filij Phares computantur inter ingressos in Ægyptum, per figuram anticipationis, vel per alios modos quos fuse tradit Peretius, ibidem. & Disp. seq. ità potuit &

*Caath* filius Leui computatus inter eosdem ingressos in Ægyptum, per figuram anticipationis, vel per aliquem modum ex prædictis.

Confirmari potest. Nam Caath non fuit primogenitus Leui, sed *Gerson*, quia mememoratur Gerson primus, & Caath secundus. Potuit autem ibi censeri simul cum Gerson, sine diuersitate temporis quoad natiuitatē sicut Gen. 5. *Sem*, *Cham*, *&* *Iaphet*, & cap. 11. *Abram*, *Nachor*, *&* *Aran*: & tamen inter vtrumque multùm intercedere temporis.

Secundum exemplum, de duobus filiis *Ioseph*, prout contendit Pererius ad cap 46. Gen. & nos notauimus eodem §. 39.

Tertium exemplum. De nepotibus & pronepotibus. Beniamin, nempe *Gera* nepote Beniamin ex filio Bela, & *Ared* pronepote eius ex nepote Gera. Item, de nepotibus & pronepotibus Ioseph, nempe *Machir* nepote Ioseph ex filio Manasse, & *Galaad* pronepote eius ex Machir; *Sutalaam* & *Taam* nepotibus eius ex filio Ephraim, & *Edem* pronepote ex Sutalaam. Hos enim sic distingunt & numerant Septuag. Interpr. Fuisse autem comprehensos inter descendentes in Ægyptum, partim à Moyse, nempe posteros illos Beniamin, partim à Sept. Interpr. nempe posteros illos Ioseph, & tamen natos tantum in Ægypto, ostendit Pererius suprà Disp. 1. num. 15. & Disp. 2. num. 22. vide suprà §. 39. Si ergò hi, quamuis inter intrantes Ægyptum recensiti, nihilominùs nati fuerant in Ægypto: cur non & Caath filius Leui?

Ostendi potest secundò, ab authoritate. Nam expressè Demetrius apud Euseb. lib. 9. Præp. Euang. cap. vlt. dicit Leui genuisse Caath in Ægypto, anno quô Iacob ibi mortuus est, scilicet ex Gen. 47. vers. 27. annis 17. post ingressum in Ægyptum, cumque ipse Leui ageret annum vitæ sexagesimum.

Item, Alexander Polyhistor, apud eundem Euseb. eodem loco, dicit Caath quando mortuus est Leui pater eius, fuisse annorum 40. Huc posito, ait Torniellus an. 23. 5. num. 2. vers. fin. sequeretur ipsum Caath, natum esse anno circiter quinquagesimotertio (dicendum quinquagesimoquinto) ex quô Iacob in Ægyptum cū totâ familiâ suâ ingressus fuerat. Siquidem Leui anno ingressus nonagesimotertio mortuus est. Hoc dicit, quia Leui vult ingressū anno ætatis quadragesimoquinto. Hebræi autē in Seder Olam dicunt quadragesimoquarto. Vnde iuxta eos mortuus fuerit nonagesimoquarto. Pererius autem ad cap. 46. Gen. Disput. 2. num. 28. vult eum ingressum fuisse anno quadragesimosecundo; & consequenter superuixisse 95. Nam cùm vixerit 137. vtique post 42. remanent 95.

Itáque, posito Caath fuisse natum in Ægypto, ostendi potest quomodò anni 400. vel 430. completi fuerint in illis generationibus. Ponendo prius Caath, Amram, & Moysem, fuisse natos circà extremos patrum suorum annos. Nā v. g. Leui vixit annos 137. Exod. 6. vers. 16. & erat annorū 42. cum ingressus est in Ægyptū, adeóque in eâ vixit annos 95. Genuerit Caath anno vitæ suæ centesimotrigesimosecundo, seu vitæ suæ superstitis in Ægypto nonagesimo: erunt hac ex parte computandi post ingressum, anni 9.. Caath vixit annos 133 Exod 6. vers. 18. Genuerit Amram anno vitæ suæ centesimovigesimooctauo. Amram vixit annos 137. Exod. 6. vers. 20. Genuerit Moysem anno vitæ suæ centesimotrigesimosecundo. Moyses eduxit populum anno vitæ suæ octogesimo. Collige 90. 128. 132. & 80. & inuenies 430. etiam vero sic eos componendo, vt aliqui anni filiorum, nempe anni 5. singulorū, concurrerint cum annis patrum. Componi possent aliter illi anni, sed res in idem recideret.

Reijcitur responsio. VERVM, Neque hæc responsio est probabilis: saltem quoad annos quibus chronologia annorum 430. conficiatur. Ea tamen, vt singula discutiantur.

Caath non natus in Ægypto. Quod affertur pro natiuitate Caath in Ægypto, de exemplis similibus in Scripturâ, nihil inferre potest pro hac sententiâ. Non enim valet in his materiis argumentatio desumpta à similibus, nisi habeatur aliquod fundamentum in Scripturâ, vel in aliqua authoritate idoneâ, quô nitatur aliquo pacto applicatio seu connexio rei similis subiecto de quô est quæstio, vel certè quando quidpiam aliud ei contrariatur. Quin potius ad exempla huiusmodi, Respondendum est, quod sicut illa censentur vera, quia traduntur à Scripturâ: itâ quæ prætenduntur ab eis probanda, non sunt pro veris assumenda, quoniam non traduntur ab illa.

Quod autem aiunt Demetrius, & Polyhistor, apud Euseb. refutari potest, imprimis, ex Saliano an. 2345. in schol. ad num. 1. dicēte contra Demetrium, quod ille dicit verum esse non posse. Nam Leui, inquit, ingressus est in Ægyptum) cum Caath, imo cum iuniore fratre eius Merari, vt constat ex Gen. 46. vers. 11. (vbi nempe dicitur, *Filij Caath*, *Gerson & Caath & Merari*. Quomodò ergò natus est 17. annis post ingressum? Adde. Exponere autē, hoc ibi fuisse dictum de Caath & Merari per anticipationem, fore gratis, & absque fundamento confictum. Deinde, refutari potest, ex eo quod authores longè grauiores illo Demetrio, negant Caath fuisse genitum in Ægypto. Sic enim S. Epiphanius in Anchorat. facit eum natum anno Leui trigesimoquinto: & author Testamenti Patriarcharum cap. 3. anno Leui trigesimoquinto. Tunc autem nondum erat ingressus factus in Ægyptum. Vide Salianum an. 2318.

num. 16. Denique, esto concederetur natus in Ægypto: adhuc ne summa 430. annorum poterit confici. Nam iuxtà Demetrium, collige 17. quibus natus est ille post ingressum, 133. quos ipse vixit, 137. quos Amram, & 80. quibus Moyses eduxit populum, & fient solummodo 367. à quibus adhuc detrahendi sunt anni 68. quos ex S. Epiph. in Ancorat. Caath simul vixit cum filio suo Amram: & 67. quos ex eod. S. Epiph. Amram vixit cum filio suo Moyse. Atque ita summa 430. multùm deficiet. Item, iuxtà Polyhistorem, collige 55. quibus ab ingressu natus sit Caath, 133. vitæ ipsius, 137. Amram & 80. Moysis, & fient solummodo 405. à quibus similiter detrahendi sunt 68. & 67. anni, quos patres vixerunt cum filiis. Atque ità summa 430. multùm etiam deficiet.

Quod autem posito Caath fuisse natum in Ægypto, ostenditur quomodò anni 400. vel 430. completi fuerint in illis generationibus, ponendo Caath, Amram, & Moysem, fuisse natos circà extremos suorum patrum annos, ità gratis confingitur, vt refutatione non egeat. Nam præterquàm quod ne verbum habetur de his in Scripturâ, nullus author reperitur qui natiuitates illas sic tradat: & probabile nullatenùs est, Leui qui vixit annos solùm 137. genuisse adhuc anno suo centesimotrigesimosecundo, & Caath qui 133. genuisse adhuc anno cêtesimovigesimooctauo, & denique Amram qui 137. genuisse adhuc anno centesimotrigesimosecundo. Non enim ætates eiusmodi potuerunt hoc illâ tempestate pati: multò verò minus quod gratis & absque vllâ probatione ponit Auzoleus in suo lobulo pag. 275. Leui *genere potuisse*, proindéque genuisse Caath, anno suo 135. & Caath filium suũ Amram, anno suo 130. & Amrã Moysem anno similiter suo 135. Nam ætates istæ fuerunt ex summis temporum illorum. Sed fuerint, vel non fuerint, certè fuerunt summæ viris illis. Est autem inauditum, & naturæ contrarium, aliquem generasse iamiam instãte fine vitæ, secundum decrepitam suæ tempestatis aut personæ reputatam. Denique S. Epiphanius loco suprà citato contrariatur fictitiis huiusmodi positionibus.

Replica pro Auzoleo. REPLICABIT forsan Auzoleus, iuxtà suos procedendi modos: non debere dici confictum gratis, quod affertur tanquã commodius ad non discedendum ab aliquo luco per Scripturam sacram *expressè* pronuntiato. Scripturam autem sacram, quæ *secundum Ecclesiæ iudicium est infallibilis*, expressè pronunciare habitationem filiorum Israel in Ægypto fuisse 430 annorum. Hoc ergo sufficiens esse fundam[...]um ad affirm[...]dum, & Caath in Ægypto fuisse natum, & ipsum, Leui, & Amram, genuisse filios suos vltimis

A fere [...] suæ annis. Nam p[...] ito[...] verba [...] debere secundum *ri[...]orem litteræ* necessarium est admittere quædam in solutionem aliorum Scripturæ verborum, quæ videntur cum istis incompatibilia.

RESPONDETVR. Si vel Scriptura sacra, vel Ecclesia catholica, dixisset aut deter[...]inasset citra omne dubium, illa verba debere sumi secundum *verborum rigorem* nec vllam aliam expositionem pati: tunc equidem necessarium fore, vel hæc quæ confingit Auzoleus, vel certe quædam alia, sed magis adhuc probabilia, proponere: proindeque
B Scripturæ loca siue verba, quæ cum his videntur incompatibilia, quibusdam aliis modis exponere. Sed non est ità. Potiùs ergò cum neque Scriptura sacra neque Ecclesia catholica, tale quid determinauerint: non sunt è proprio cerebro fingenda quædam commenta multo verò minus affingenda Scripturæ sacræ, tanquam eius veri sensus, quæ non reperiuntur in eâ, nec in aliqua alia authoritate idoneâ: cuiusmodi sũt generationes illæ patrum vltimis suis annis, sed adhæ-
C rendum est doctrinis, quæ probabilius educuntur è variis Scripturæ locis adinuicem ritè collatis. Quod enim dicitur de posito semel illã verba debere sumi secundum rigorem: hoc non desumitur vel ex Scripturâ sacrâ, vel ex ecclesiâ catholicâ, sed neque ex aliâ authoritate idoneâ (nõ enim aliquas admittit Auzoleus) verùm ex solâ propriâ sic ponentis phantasiâ. Quid namque si quis aduersùs Auzoleum insistat, Scripturam sacram *expressè* commemorare Caath inter intrantes in Aegyptum, dum nempe sic ait
D Gen. 46. vers. 8. *Hæc sunt autem nomina filiorum Israël, qui ingre[...]i sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben.* vers. 9. *Filÿ Ruben: H[...]och & Phallu & Hesron & Charmi.* vers. 10. *Filÿ Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saül filius Chananitidis.* vers. 11. *Filÿ Leui: Gerson & Caath & Merari*: neque esse discedendum ab illo loco per Scripturam sacram *expressè pronuntiato*: quid responderit Auzoleus? Nonne cogetur dicere, non esse huic commemorationi Scripturæ mordicùs adhærendum, secundùm quod illa loquitur *ad rigorem*: sed esse recurrendum ad expositionem
E accommodam, & ni velit à Scripturâ discere per locorum aliorum collationem. Non ergo quæstio versatur isto loco, nisi Scriptura sacra *pronuntiet expressè* talia vel talia verba, vel nùm ipsa *sit infallibilis*, tam in se, qoàm quoad nos *secundùm iudicium Ecclesiæ*: de hoc enim nullus est qui dubitet, nõ modo pro verbis habitis Exod. 12. sed etiam pro iã allatis Gen. 46. necnon reliquis aduersùs rigorẽ eorũ pugnãtibus, qualia sũt locus Galat. 3. sed quæstio versatur, nũ talia vel talia

verba, sint apud eam sic v... ...nte ligenda, proindeque num ad eam sic vel sic expo... en-...am admittenda sint quælibet cogitata vel conficta, quæ nullum habeant vestigium in eâ, vel quæ saltem non contineantur in aliquâ auctoritate idoneâ, quantumcunque prætendatur, sed vane vel obstinatè, seu melius ad libitum, & ex particulari phantasia, quod tale vel tale quid expressis illa talibus verbis contineat. Alioqui dabitur locus cuilibet, sicut pictoribus & poetis, *quidlibet audendi*, quidlibet fingendi, dummodò prætendat, & pertinaciter contendat, se stare quibusdam *expressis verbis* in Scripturâ habitis. Et quam quæso rationem assignabit vnus præ aliis, propter quam figmentum vnum potius amplectatur quàm aliud, v.g. cur potiùs Caath fuisse genitum in Ægypto, proindéque tùm ipsum, tum Amrâ, & Moysen, genitos talibus annis patrum, quàm alias generationes admittendas esse præter istas, quarum tamen aliqua speciétenus visa sunt in Scripturâ vestigia, cùm pro generatione Caath in Ægypto, necnon tùm ipsius, tum Amram, & Moysis, genitorum talibus annis patrum, nulla prorsùs ne speciétenus habeantur in eâ? Atque hinc prouenit quod cùm olim adhæsisset Auzoleus priori solutioni de prætermissis à Scripturâ generationibus, prout nostris nos auribus propriis contendentem tunc eum audiuimus, auditis tamen extunc specialibus refutationibus solutionis illius, mutauerit sententiam, amplexusque sit posteriorem, prout iam propriis etiam oculis videmus, de nato Caath in Aegypto; paratus consequenter posteriorem iterùm amplecti, si meliùs per hæc & similia conspexerit, eam maioris in Scripturâ fundamenti vel vestigij habere speciem. Sic videlicet vel omnia quælibet fuerint admittenda, quamuis contraria: vel potiùs omnia reiicienda, quoniam nullum vestigium habent in Scripturâ.

Alia replica pro Auzoleo. INSTABIT & forsitan Auzoleus, concesso, iuxtà hæc, alterutrum locorum illorū pugnantium, exponendū esse per alia: conueniens esse magis, posteriorem de Caath, qui prætenditur ingressus in Aegyptum, exponi per alia. Porrò Caath fuisse natum in Ægypto, probari posse à similibus exemplis, habitis eodem loco Gen. 46. nempè de Hesron & Hamul, filiis Phares, & de Manasse & Ephraim, filiis Ioseph. Exponantur ergo verba versus 8. & 11. per ista: habebitur ex ipsamet Scripturâ sacrâ conueniens expositio, per quam intelligi possit, Caath similiter fuisse natum in Aegypto.

Respons. RESPONDETVR. Iam sæpiùs fuisse monitum, argumentationes à simili, solitariè sumptas, absque probationibus aliis, pro determinandâ controuersiâ non valere: potiùs

A prætensionē argumentantis destruere. Nam quod v.g. filij Ioseph, Ephraim, & Manasse, nati fuerint in Aegypto, hoc verbis expressissimis profertur a Scripturâ, vers. 20. *Natique sunt Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei Asenet filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim.* Quod item Hesron & Hamul filij Phares, colligitur ex illis verbis vers. 12. *Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in terrâ Chanaan. Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul:* prorsùs autem

B probatur ex cap. 38. & reliquis fusiùs deductis §. 39. sub obiectione 4. fateturque Auzoleus ipse. Cum ergò non idem proferat Scriptura sacra de filiis Leui, seu de Caath: omninò sequitur ex eâ (iuxta saltem Auzolei principia) contrarium: proindéque quod de ipsis absque illa profertur, esse gratis confictum.

Alia replica pro Auzoleo. VRGEBIT & forsitan Auzoleus, quamuis vnâ dicatur eâdemque serie, vers. 12. *Filij Iuda, Her & Onan*, proindéque ex hoc putari potuisset Her & Onan ingressos fuisse, vel saltem fuisse recensitos inter ingressos in

C Aegyptum: tamen addi paulò post, *mortui sunt autem Her & Onan in terrâ Chanaan.* Non ergò sequi, cunctos ibi recensitos, descendisse cum aliis in Aegyptum.

Respons. RESPONDETVR. Et hoc ipsum destruere prætensionem Auzolei. Nam quod Her & Onan non descenderint in Aegyptū, propterea verum & certum est, quia Scriptura sacra verbis suis hoc *expressè* profert. Caath ergò fuisse natum in Aegypto, propterea falsum & confictum, quia Scriptura hoc expressè non profert. Potiùs autem quod descenderit cum aliis in Aegyptum, propterea ve-

D rum & certum est, quia hoc profert illa simul cum aliis, de quibus apud eam & apud omnes est certissimū. Alioqui liberū erit dicere, qui voluerit, nullos filios filiorū Iacob ibi recensitos, descendisse in Aegyptum, sed omnes in eâ fuisse natos; quod falsa reddet illa verba vers. 8. *Hæc sunt autem nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Aegyptum*; à quibus tamen nullus dixerit recedendum, multominùs Auzoleus, qui religiosum adeò se fingit

E obseruatorem *expressorum* Scripturæ verborum: nisi quandò vel ipsamet Scriptura sacra verbis suis dixerit oppositum (& hoc expressissimis verbis, si valere debent apud Auzoleum, prout facit in locis allatis) vel certè si Scriptura tacuerit, dixerit aliqua alia auctoritas idonea, quippè quæ sola pro similibus expositionibus Scripturæ sanctæ, sit recipienda, nec reiicienda. Cæterùm, cùm semel iam obtinuerimus, in his ergò non esse pertinaciter adhærendum alicui loco, sub prætextu verborum expressorum, potiùs quàm alij, vel aliis: quod hoc non faciendum

ergà locum Exod. 12. sed potiùs adhærendum tùm huic loco Gen. 46. de Caath nato priusquàm descenderetur in Ægyptum, & de annis Leui Caath, Amrā, & Moysis Exod. 6. à vers. 16. tùm Galat. 3. necnon aliis auctoritatibus idoneis docentibus oppositum: manifestissimum fit ex huc usque dictis, fiet rursùs ac plenissimè sub 6. post sententiā. Proinde sileant iterum ac in æternum, inanes illæ iactantiæ, *Scripturam sacram dicere verbis expressis, textus canonicos esse infallibiles, &c.* Quis de his dubitat? Sed vide quæ diximus suprà; contrà responsionem 2. pro Genebrardo, præsertim autem quæ §. 39. ad vltimam obiect. & quod de *vestigio* in Scripturâ sacrâ reputando, §. 10. contrà 2. sententiam. Nam de his non plura per nos (vel obiter tantùm) in sequentibus.

SECVNDVM Huius Refutationis capitalis principium seu exemplum, habetur apud Caluisium cap. 34. seu pag. 144. fin. vbi postquàm dixit, Et exempla præterea plura in eadem historiâ occurrunt, vbi nepotes exeunt de Ægypto, quorum aui cum Iacobo venerant in Aegyptum, in quibus eadem generationis præter hominum ætatem facta, inconuenientia inuenitur: hæc subdit: Vt Phallu, qui filius Ruben, recensetur inter eos qui cum Iacob venerunt in Aegyptum (nempe Gen. 46. vers. 9.) Is genuit Eliabum. Eliab verò Dathan & Abiron, qui perierunt in deserto. Sic ille. nimirùm Gen. 46. vers. 9. & Exod. 6. vers. 14. passimque alibi, Phallu traditur filius Ruben: & Num. 26. vers. 8. *Filius Phallu, Eliab. huius filij, Namuel, & Dathan, & Abiron, isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contrà Moysen & Aaron, in seditione Core, quando aduersùs Dominum rebellauerunt.* Porrò hūc Eliab ex illo loco pater extitisse inter eos qui exierunt de Aegypto. Cùm ergo fuerit nepus Ruben, non est possibile tantam annorum quantitatem, à tribus istis fuisse emensam.

TERTIVM exemplum, habetur apud eundem Caluisium, ibidem pag. sequenti. Sic, inquit, Chorah seditiosus, nepos fuit Caathi aui ex Iesechar, Num. 16. vers. 1. vbi nempe dicitur: *Ecce autem Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atque Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Rubē,* v. 2. *surrexerunt contra Moysem* &c. & 1. Paralip. 6. vers. 37 vbi nempe *filij Core, filij Isaar, filij Caath, filij Leui.* Subdit Caluisius. Hæc exempla euidentissimè demonstrant, mansionem Israelitarum non durasse post descensum in Aegyptum annis 430. Adde, neque in his prætendi potest, ne verò apparenter, omissas fuisse aliquas generationes; nulla enim prorsus habentur de hoc in Scripturis vestigia. Quod si nihilominùs ità

A prætenderetur, valent refutationes allatæ contra superius dicta.

QVARTVM exemplum, & strictius adhuc esse potest, de Iudâ, qui genuit antè descensum in Aegyptum Phares: hic verò genuit Esron, qui fuit pater Caleb, socij Iosue in exploranda terra. Nam Gen. 46. vers. 12. *Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. &c. Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul:* ecce Iudas genuit Phares, & Phares genuit Esron. 2. Par. 1. vers. 18. *Caleb verò filius Hesron &c.* ecce Esron dicitur pater Caleb. Quod quamuis in dubium vocauerit B Pererius suprà sub respons. 3. quia Caleb passim dicitur filius Iephone, prout ibidem notatum est: tamen hoc agnoscūt reliqui, quos inter Salianus an. 2934. num. 22. estque modus vsitatus Scripturę sacræ, nominare quosdam diuersis suis nominibus, quamuis etiam eorum aliquod vnum sit in ipsâ frequentius. Porrò Num. 13. inter alios mittit Moyses ad explorandam terram vers. 7. *de tribu Iuda, Caleb filium Iephone.*

QVINTVM exemplum, prætendi potest apud Lyranum & Caietanum, siue ex eis C apud Pererium tractantem illa verba Gen. 15. *Generatione autem quartâ reuertentur huc,* Disp. 7. num. 80. quamuis Pererius non approbet illud. *Phares genuit Esron, Esron genuit Caleb.* 1. Paralip. 2. *Caleb* autem intrauit in terram promissionis Num. 14. & Iosuē 14. Denique, addi possunt similia, in quibus nepotes & abnepotes eorum qui ingressi in Ægyptū, egressi sunt de Ægypto, aut etiam ingressi terram. v. g. *Esron* filius Phares ingressus aut circiter in Ægyptum cum eo, genuit D *Ram*, Ram autem *Aminadab*, Aminadab *Naason*, Naason *Salmon*, qui ingressus terram explorandam, Rahab duxit in vxorem. Hæc sufficiant.

CONTRA EANDEM SENTENTIAM Facit II. Locus Gal. 3. vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones &c. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post 400. & 30. annos facta est Lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.* Illud *post*, referēdum volunt omnes ad tempus promissionum Abrahæ factarum, vt fusiùs ostendetur infrà sub 6. sententiâ. E

Reiectio Sent. 2.

RESPONDET Genebrardus. Contrà: non referendum esse ad tempus promissionum Abrahæ factarum: sed ad tempus quod Moyses demonstrauit Exod. 12. totamque illam Periodum *quæ post 430. annos facta est Lex*, positam esse quasi differentiam, ad tollendam, ait Genebrardus, homonymiam, & docendum de quâ lege intelligeret nempe de Mosaicâ, non de lege circuncisionis Gen. 17. non de legibus Dei quas Abraham seruauit cap. 26. vers. 3. quasque

Respons. ad 1. refutat.

doctus

do[illegible]rus erat n[illegible] fio[illegible] [illegible] post se, cap 18.

Addi[illegible] potest [illegible] Co[illegible] S. Paulum non [illegible] *quæ ann[illegible]* *est l[illegible], sed quæ post* 430. *a[illegible]* facta est lex. Primo enim modo, illud, *post*, manifeste [illegible] f[illegible]r, a[illegible]u[illegible] anni 430. ad *prom[illegible]*. Secundo autem m[illegible] non ita [illegible] *o*, referetur tantum ad 430. annos [illegible] autem deter m[illegible] nat[illegible]r, an ad *prom[illegible]ones*, vel ad aliud *temp[illegible]*.

In[illegible]ta[illegible] [illegible] in Gen. & Exod. a[illegible]as r[illegible] S. Pau[illegible] a[illegible]mentum. Etenim propo[illegible] S. Pauli [illegible] ostendere benedictio[illegible]nem & salutem omnium gentium, non a lege Mo[illegible] [illegible] ndam, & petendam e[illegible]. V[illegible] autem hoc ostendat, sic a[illegible]gumentat[illegible]: Deus promisit Abrahæ, fore vt in semine eius, hoc est in Christo, benedicerentur omnes gentes: quæ promissio facta est 430. annis priusquam daretur lex, nec [illegible] tantò post data infirmare atque irritam facere potuit promissionem illam Dei [illegible] benedictio & salus omnium gentium non a lege, sed a Christo speranda & petenda e[illegible]. Hæc ex Pererio in Exod. Qui subdit: Videt, opinor, Lector, robur huius argumentationis, pendere a tempore promissionis Abrahæ, non à tempore habitationis Hebræorum in Aegypto. Cuius nempe nec vllam ibi significationem facit Paulus, nec ea iuuat consilium & propositum Pauli.

Respondere potest pro Genebrardo. Negando propter [illegible]à ruere S. Pauli argumentum. Sufficienter enim, imo plusquam sufficienter, S. Paulus fuerit argumentatus, etiamsi quantum a[illegible] vel [illegible] *quæ post* 400. *&* 30. *annos factæ*, *Le[illegible]* ex[illegible] solummodo ad locum Gen. Nam [illegible]cere voluerit, Lex, quæ facta est non solum 43[illegible] annis post ingressum in Aegyptum, verum etiam multo pluribus post tempus promissionum, non potest irritare testamentum a Deo confirmatum. Numerauerit autem 430. annos, potius quàm plures, quia numerus [illegible] habebatur in Scriptura formaliter expressus, eratque iis quibus loquebatur per se notus.

Vrgebit Pererius hoc esse contrà omnes expositores & Chronographos, & præsertim patres qui afferentur in sententia sua, vt Euseb. S. Hieron. S. Aug. &c.

Respondere potest pro Genebrardo dictum fuisse, in huiusmodi materiis, nõ esse pugnandum multitudine, vt patuit satis in numeratione annorum mundi vtriusque primæ Periodi, in quâ discedunt omnes à torrente pattum, eo quod secuti sint vitiatam translationem Interpretum Septuaginta.

NIHILOMINVS, neque hæc responsio est admittenda, propter contrarium [illegible] recentiorum Patrum & Expositorum huius [illegible] Gal. 3. Quod autem dictum [illegible] in huiusmodi materiis, non pugnandum esse multitudine, intelligitur quidem, vel quando manifestus in eis deprehenditur error, qualis ille est in numeratione annorum mundi vtriusque Periodi. hoc enim euenit ex eo quod Patres illi, sola translatione Sept. Interpr. [illegible] in qua comparata ad Vulgat. & ad Hebraicam [illegible] Chald[illegible], erroformes, obuia est hallucinatio: vel quando loquuntur [illegible] ex opinione, aut aliqua solum probabilitate, in quæstionibus de quibus nihil certi constat. At hic non ita. Nam Patres & authores illi, viderunt quidquid in hac quæstione potest videri, id est attenderunt omnibus locis mentionem de illa facientibus: &, quod præcipuum est, ex professo tanquam interpretes se gerunt erga Locum illum Gal. 3. In hoc autem & similibus casibus, non potest contrarii eorum expositioni, præsertim quando nihil obuiat manifeste contrarium: quin eiusmodi contrauentio notanda sit singularitatis, ne dicam temeritatis. Itaque,

CONTRA EANDEM SENTENTIAM Facit III. Omnes omninò authores, tam antiquos, quàm modernos, seu recentiores, qui hanc materiam attigerunt ante & post Eugub. & Genebrard. vnanimi consensu tenuisse ac tenere, filios Israel non mansisse in Aegypto per 430. aut 400. nec etiam per [illegible] annos. Sic enim imprimis senserunt Septuaginta Interpretes, vt patet ex eorum translatione inserente explicationis gratia, *Et in terra Chanaan, ipsi & Patres eorum.* Per hoc enim ostendere voluerunt, mansionem illam non fuisse 430. annorum. Item, Ioseph. 2. Antiq. 6. cum hæc ait. *Reliquerunt Hebræi Aegyptum in mense X[illegible]ntico, Luna decimaquinta anno quadringentesimotrigesimo postquam Abraham pater noster in Chanaan venit, post migrationem vero Iacob in Aegyptum anno ducentesimodecimoquinto.* Idem amplectitur cap. 13. Item, R. Leui Ben. Gerson, in 1[illegible] Gen & R. Salomon, apud Genebr. annos illos auspicantur similiter ab Abraham. Item, Rabbini in Seder Olam. Euseb. in Chron. S. Epiphan. in Ancorat. versus fin. Item S. Hieron. Galat. 3. quicquid negent aliqui; hoc enim clarum est in verbis eius, *Computandi sunt*, inquit, *isti anni 430. ab eo tempore quo Deus ad Abraham locutus est dicens, in semine tuo benedicentur omnes gentes*: ecce verbis expressissimis affirmat annos illos esse computandos à temporibus Abraham; quo posito, sequitur omninò, non posse iuxta eum tribui mansioni in Aegypto ne 220. annos, vt facilè erit computanti reliquos annos Abrahæ, nempe 25. aut circiter, 60. Isaac quando genuit Iacob, & 130. Iacob, quando

Reiicitur Resp[illegible]

3. Refutat. 3. Sent.

Sept. Interpr.

Iosephus.

Hieronym.

descenderit in Aegyptum. Quod autem negantibus istis impositum, sunt sequentia verba, quibus dicit, *videndum utrum vere 43. sint, & quomodo Deus in libro Geneseos polliceatur Abrahæ quod post 400. annos de terra seruitutis filij eius exituri sunt. Non enim parua res est, & a multis quæsita, nescio an ab aliquo sit inuenta*: sed quibus patet, hæc ab eo verba, de alia quæstione moueri. Item S. Chrysost. hom. 37. in Gen. S. Aug. 16. Ciuit. 16. & 24. & sine Author. q. 47. in Exod. Seuerus Sulpitius Lib. 1. sacræ Historiæ Cedrenus, & Zonaras in Historiis suis. Bed. lib. de 6. ætat. mund. gloss. Interlin. in Galat. 3. B. Thom. ibid. Rupert lib. 2. Comment. in Exod. cap. 20. Lyran. in 12. Exod. Tostat. ibid. q. 54. Masi. lib. 3. pag. 25. Ex recentioribus Ioan. Benedict in annotat. Marginal. ad Exod. 12. Scalig. de Emẽd. temp. lib 7. pag. 17. Temporar. lib 2 can. 3. Perer. Gen. 15. & Exod. 12. Lorin. in Act Barad. tom. 1. lib. 5. cap. 10 Gordon cap 7 ad Period. 3. seu à pag. 22. Magal. an. in 1. præf. sect. 5. Bucolcher. Isag. fol. 20. à pag. 2. Caluis. Isag. cap. 34. pag. 143 fin. & cap. 38. Torniell. an. 2329. à num. 11. Denique quotquot reliqui hanc quæstionem, aut obiter tangunt, aut ex professo tractant: censent eam fuisse minus 220 annorum.

Cæterùm, hæc obiectio ab authoritate præsertim antiquorum, etsi non respiciat materiam ad fidem directè nec indirectè pertinẽtem, attamen sicut etiam monuimus, non parum notat hanc sententiam singularitatis, adeóque modicæ aut nullius probabilitatis.

R. sponsa[?] relatæ.

AD Septuag. Interpret. aut saltem ad Iosephum, & Rabbinos, Respondet Genebrardus 5. *Accedit*, his verbis. Hoc modo qui hodie te nportum rationem e Biblijs [illegible] ducere [illegible] faciunt, illorum fere translationem sequuntur, vt non mirum sit illorum supputationem esse controuersiarum plenam, nec conciliare cap. 7. Act. & multa alia loca cum veteri testamento, & Act. 13. Sic ille. Per quæ videtur velle adiectiones illas esse non Sept. Interpr. sed Rabbinorum, vel Græcorum ex traditione Rabbinorum. Adui potest, Iosephum & Rabbinos non allegare locum illum, sed loqui tantum ex quadam traditione, vel ex necessaria ipsis visa conciliatione historiæ in Scriptura habitæ. Nam aliàs Iosephus sibi non constat, sed quandóque tempus afflictionis facit 400. annorum, quandoque minus, vt notat Genebrardus. Rabbini autem hoc à Iosepho, vel. b alia traditione forsitan mutuati sunt. Item, Torniellus an. 2329. num. 13. in pag. 247. col. 1. med. tradit in codice Romæ Impressis anno saluti 1588. notari in scholiis, additum [illegible] in quibusdam aliis codicibus post illa

[illegible] & nunc [illegible] est [illegible] ista verba [illegible] videri [illegible] ab [illegible] Septuaginta.

AD OMNES autem [illegible] Septuag. Interpr. [illegible] Rabbinos, [illegible] Respondere quis posset hoc modo [illegible] Septuag. [illegible] & Rabbinos [illegible] tur co [illegible] fitores [illegible] bendos [illegible] pressis [illegible] alias [illegible] suorum [illegible] teros quam apud [illegible] Quod autem Patres aliqui secuti sint [illegible] gi, quam secutos fuisse [illegible] nomi [illegible] dum.

NIHILOMINVS, Impri[illegible] tionem illam fuisse Septuag. Interpretum patet ex hoc quod Iosephus Rabbini & Patres omnes ita legerunt. Hos autem, aut eorum aliquem, id desumpsisse aliunde quàm a Septuag. Interpr. friuolum est & caret omni fundamento. Neque verò necesse est Iosephum aut alios, quando [illegible] tradunt aliquid depromptum e Scripturis, notare simul se id desumpsisse a Septuaginta [illegible] cum constet eos non [illegible] exemplaria [illegible] Septuaginta. Q[illegible] Pererius in [illegible] 12 [illegible] num [illegible] 3. Erg[illegible] Græcorum [illegible] verbis. Sane [illegible] arrogan[illegible] pienter. Nan[illegible] ctionem esse [illegible] randa Ecclesia [illegible] & secuta est, & [illegible] loci om[illegible] ferme [illegible] Patres antiqui, tam Græci, quàm Latini, [illegible] & approbant. Hæc Pererius.

Porrò, si Septuaginta Interpretes admittũtur hoc loco, non tamen Scripturis præferuntur, sed tanquam explicatores grauissimi, & fide digni adhibentur locis quibusdam, qui etsi primâ fronte expressi [illegible] cantur, attamen obscuri & difficiles manent quando cum aliis conferuntur.

IV SENTENTIA CAPITALIS. Duxit filios Israel mansisse in Ægypto præcise tantum 4[illegible] annis.

Ita nonnulli nomine tacito apud Torniellum supra loco sæpe citato.

PROBANT, aut probare possunt [illegible] locis, Gen. 15. vbi verbis expressis dicuntur 4[illegible] anni & *generatione quarta reuertentur* quam explicant de centenario quarto expleto; Iudith 5. & Act. 7. vbi expressis probat

verbis dicuntur 40 annis & Act. 13. v. 45. quos exponunt de 40 an. in Ægypto, in deserto, & ferè [illegible] vsque ad [illegible] nem terræ promissionis. Itaque hi volunt omnia illa loca, præ[illegible] esse ad [illegible]rem prout sonant.

Reijcitur 4. Sent. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quod si sit agendum [illegible] verbis expressis, [illegible] mittet primo illius sententiæ mansio [illegible] horum [illegible] dici 43 . annorum. Nam Exod. 12. v. 4. *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum.* Et consimiliter Gal. 3. *Hoc autem dico, testamentum à Deo confirmatum, quæ post 400. annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.* Priori enim loco ad rigorem exposito, posteriori hic erit exponendus de mansione sola in Ægypto.

4. FACIT II. & omnino, primum Obiectionis argumentum, quod allatum est contra præcedentem sententiam, petitum à generationibus [illegible] annis Caath, Amram, Moysis, aliisque generationibus ibi adductis. Vt omittam tertium argumentum, quod allatum est contra eandem sententiam, petitum ab omnibus tam antiquis quam modernis ibi allatis, contendentibus, mansionem in Ægypto non durasse per 400. ac neque per 220. annos.

5. Sent. V. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, filios Israel mansisse in Ægypto minus 200. annis.

Ita putatur sensisse S. Epiphanius a Pererio in Exod. 12. disp. 19. seu num. 119. Idque colligi ex eius dictis in Ancorat. Cuius sententiam sic declarat & refutat. Primo (inquit) S. Epiphanius in Ancorato orditur computationem illorum 430. annorum (qui semper Exod. 12. & Gal. 3 ab eo tempore, quo Deus prædixit Abrahæ peregrinum & seruum fore semen eius 400. annis. At B. Paulus 430. [illegible] annos computat à promissione facta Abrahæ de benedictione omnium gentium in semine eius quæ prædictio haud paruo tépore antecessit prædictionem illam Dei de peregrinatione & seruitute seminis Abrahæ. Nam inter vtramque tempora, intercesserunt permulta quæ narrantur in libro Genesis ab exordio capitis 12. ad finem vsque capitis 15. Sic Pererius. Scilicet, vult ipse in Gen. 15. & cum eo Tornielus anno 2118. num. 1. II. & 13. hoc ei prædixisse Deum circiter annis 20. antequam filium haberet Isacum: colligentes ex variis Gen. capitibus, hanc prædictionem Abrahæ fuisse factam anno vitæ ipsius circiter octogesimo, seu 5. annis post aduentum ipsius in Chanaan, qui aduentus in Chanaan factus est anno vitæ eiusdem septuagesimoquinto, prout expressè traditur Gen. 12. Deinde (inquit Pererius) annos illos 30. &

400. S. Epiphanius terminat in eo tempore, [illegible] ... [illegible] H[illegible]. At B. Paulus [illegible] contrarium facit, cum lex [illegible] data est Hebræis: & in libro Exodi cap. 12. [illegible] est illos 30. & 400 annos fuisse [illegible] ex Ægypto Hebræi fuerint [illegible]. [illegible] S. Epiphanius computat 50. [illegible] ab egressu Hebræorum ex Ægypto [illegible] in terram promissionis [illegible] Scriptura pluribus locis non [illegible] verbis tradat, id[illegible] ex libro Deu[illegible].

B Postremo S. Epiphanius facit [illegible] annorum [illegible] eduxit Hebræos ex Ægypto. Liber vero Exodi cap. 7. ait eum tunc [illegible] 80. annorum. Hactenus Pererius.

Ego [illegible] reperio apud S. Epiphan. in Ancorat. [illegible] ante [illegible] impress. Lat. Colon. Agripp. [illegible] 89. fol. 1. fin. sententiam [illegible] his verbis [illegible]. *Quum enim 430. annorum [illegible] ipsi Abraham, [illegible] decreta, & [illegible] dixit, peregrinum [illegible] suum in terra aliena: [illegible] quod [illegible] perfectum erat? Proinde Deus per misericordiam [illegible] annos peregrinationis ipsius diminuit. Et statim quidem 215. annis adhuc existentibus in terra Chananitide, suscepit ipsum, & alios 215. annos distribuit eis qui Ægyptum inhabitabant. Nam numerus horum annorum sic supputatur. Erat tunc septuagesimumquintus annus ipsius Abraham. Succedunt itaque septuagesimo quinto anno ipsius Abraham, [illegible] ad natiuitatem Isaac, anni 25. Isaac autem [illegible] Iacob agens annum sexagesimum. Et facti sunt 85. Iacob vero agens annum octogesimumnonum genuit Leui, & fiunt anni 174. Leui vero agens annum tricesimumquartum genuit Caath. In [illegible] autem anno ipsius Leui, [illegible] in Ægyptum, & fiunt anni 200. & 11. anni. Et post ingressum ipsorum in Ægyptum, [illegible] 4. anni. [illegible] 215. anni. Hinc [illegible] mihi reliqui 215. anni [illegible] peregrinationis. Caath [illegible] descensum in Ægyptum, sexagesimo quinto anno suo genuit patrem Mosis Amram* (sic aliter vocat Amrã) *Fuit igitur à primo Abraham* (id est à patre Isaac) *à septuagesimoquinto ipsius anno, vsque ad natiuitatem postremi Abraham* (id est patre Moysis) *anni 28[illegible]. A descensu verò in Ægyptum anni 65. Abraam annorum 70. existens, genuit Mosem, & fiunt à primo Abraham anni 350. A deductione verò in Ægyptum anni 135. Moses verò [illegible] suo anno calcat rubrum mare vna cum [illegible] ex Ægypto egressus. Et fiunt à magno quidem Abraham, anni 380. à descensu vero in Ægyptum, anni 165. Reliquos autem 50. annos consumpserunt post transitum rubri maris vsque ad ingressum in Palæstinam, non propter viæ longitudinem, sed propter bella & impedimenta gentium, quæ ab*

S. Epiphan.

ρsi in viâ inueniebantur. Fiunt igitur à septua-gesimo anno magni Abraam, à quo præstitio hæc ipsi data est à Deo, ... ad M... filiorum Israel in Palæstinam reditum, anni ... Adscen... verò in Aegyptum v... fum in Palæstinam, anni 2.5 Hactenus S. Epiphanius.

In his eius verbis videri non immeritò posset, quæ ... nec pauca, fuisse corrupta. Sed eis omissis, quid senserit S. Epiphanius de annis illis 430 ità clarum etiam ... immeritò videri posset ex primis ac vltimis eius verbis, vt vix vllidubium esse deberet, ipsum eos computasse ab aduentu Abraham in Chanaan, & tribuisse 215. antè descensum in Ægyptum, & 215. in Ægypto. Sed quidquid sit de opinione S. Epiphanij

S. Chrysost. Ità ... expressime S. Chrysost. Hom. 37 in Gen. propè med. vbi dicit hæc, ... merit ... 400, annis dicit ... quimus ... dimidium eorum fuer... Et propterea non dixit quod in Ægypto futuri sint annis 4..., sed in ... Ægypto, & tempus Patriarchæ, ex qui ... perat ... rederetur. Ab illo ... tempore, ... annorum nobis manifestum fecit Scriptura, quæ dixit quod 75. annorum fuerit Abram quando exiuit ex Charran. Ex eo igitur tempore vsque ad exitum de Ægypto inueniet quis numerum saluum & integrum. Hæc S. Chrysostomus. In quibus videre est, eum, vt notauit Torniellus, suam sententiam potiùs supponere quàm probare: adeòque numeros annorum præcisè non assi... nare, sed relinquere, dicendo solummodò, eos mansisse in Ægypto n... ann... Vnde etiā videtur quibusdam, ... tradere ex quô colligi possit quid ipse senserit ... mãsionis præcisè sumptus, nisi quod ... annos 400. ab aduentu Abrahæ de Charan in Chanaan. Consequenter colligi non posse quid ipse senserit de annis 430. qui habentur Exod. 12. & Gal. 3. & denique colligi nec posse, potiùs facile non esse diuinare, quomodò supponens ... d... 400. annis ab egressu Abraham ... e Charan, putauerit nihilominus mansionem in Ægypto fuisse minus 200. annis.

Attamen, quantùm ad postremum hoc de mansione in Ægypto suppositis 400. annis ab egressu de Harâ, ... est assi... nare. Cùm enim ab illo egressu ... Haran ... ingressum in Ægyptum, reperiantur ... an... Scripturæ numeris expressis ... nempe 25. ab illis 75. Abrahæ ad ... genuit Isaac, & 6... quibus Isaac ge... b, & 30. quibus Iac... b descen... Ægyptum ... vtique substractis 215. à 40... superest remanere tan... 185. tribue... mansioni in Ægypto. Quantùm a... ad 430. Exod. 12. &

Gal. 3. ... forsan quant... dem 4... Genes. ... non imme... to potuit S. Chrys... aliquid in ... quent... ex qu... de annis ... colligi possit ... subdit ... etiam aliter ... & imbecill... quia ... in ... tempore ... Chrysostom... ibi. Hinc ergo ... beri potest qu... annorum numeris, tùm de mansione in Ægypto.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod suppositis ex ... & Exod. 12. annos ab Abraham ... de Ægypto fuisse 43... & ... ex S. Chrys. Hom. ... ab exitu Abraham de Charan ... numeri quadrent. Recurrere ... breuiationem factam per Deum ... annorum ab ipsomet Deo assignat... contrariétur ... tum Exod. 12. & Gal. 3. pro 4... 5. pro 400. vbi scilicet exprestè recensentur impleti: tùm partim B. Stephano Act. 7. allegati prophetiam illam de 400. tanquam veram. tùm denique partim S. Paulo Act. 13. dicente diuisionem terræ Chanaan fuisse factam quasi 45... annis, ... quam Deus elegit patres, qui ... incip... endum ... ab Isaac, nec posse subsistere, nisi mansio in Ægypto ... tauerit pl... quam ... annis dicitur infrà sub sententia ... argumento eius. In summa autem manifestum ... verbis S. Chrysostomi ... discu... ve ... ex ... fortractare ...

VI. SENTENTIA CAPITALIS. Dicit, filios Israel mansisse in Ægypto annis 215.

Ità Iosephus 2. Antiq. 6. vbi notandum, cùm dicit, Reliquerunt Hebræi Ægyptum in mense Xanthic... Luna decimaquinta, anno quadringentesimo ... post quam Abraham sator nost... in Chanaan ven... , post ... verò Iacob in Ægyptum 215. ... fol. 2... pag. ... codi... 215. sed ... apud E... lib. ... cap. 4. Eus. in Chron. S. Epiphan. supra in Ancorat. S. Aug. lib. 16. Ciu. cap. 16 ... 24 & ... thor) q. 47 Exod. Seuer. Sulpit. ... & Zonaras, in historiis ... ætat. m... Rupert. Gl... ordinaria, & ... Ex modernis Lyran. in 2 Exod. ... ibid. q. 44. Ioan. Bene... in Annot. Mar-

gina. Bibl. ad Exod. 12. vers. 14. Maflæ. lib. 3 post init. seu pag. 2 fin. Funccius lib. 1. ad an. 2454. Mercat. an. 2024. seu pag. 11. Peter. in Gen. ad cap. 12. disp. 2. seu a num. 42. pag. 486. ad cap. 15. disp. 6. seu à num. 69. pag. 568. fin. & in Exod. 12. disp. 19 a num. 109. Ità & censcar necesse est Scalig. lib. 7. de Emendat. titulo Catholica temporum, seu, Epochæ a conditu mundi, pag. 77. vbi constituit à nato Abraham ad vocationem eius anno 75. & a vocatione eius ad migratam Ægyptum 430. Ita Bucholtzer. & Caluis. in suis Isagogis. Torniell. an. 2329. num. 6. Ex parte Barad. to. 1. lib. 5. cap. 20. §. *Inuenimus* seu pag. 238. col. 2. med omnino autem to. 8. cap. 11. sub summis 3 ætatis, seu pag. 423. col. 2. fin. Gordon. cap. 7. ad Period. 3. à num. 5. vbi aliquomodo sub dubio relinquit num 215. aut 210. tandem tamen num. 9. amplectitur 215. Magal. tan. in Iosue præfat. sect. 5. seu pag. 7 col. 1. Salian. to. 2. an. 2543. à nu. 3. seu pag. 59 multique alij.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis: omissis hic, vel certe suppositis, illis, quibus demonstratum fuit contrà sententiam 3. annos 430. de quibus fit mentio Exod. 12. & Gal. 3. non esse computandos ab ingressu in Ægyptum.

.Arg. 6. Sentent. Anni 430. Ægypti, computādi à promissionibus Abrahæ factis Gal. 3. vers. 16. expositus.

1. ARGVMENTVM. Petitur ab eo quod 430. anni cōputandi sunt à promissionibus Abrahæ factis, ex Loco Gal. 3. à vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus.* vers. 17. *Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post 400. & 30. annos facta est Lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.* Ex hoc loco contendunt omnes Expositores annos illos 430. computandos esse a promissionibus Abrahæ factis à Deo. Sic enim Euseb. in Chron. S. Hieron. in Gal. 3. S. Aug. vel author q. 47. Exod. Beda de sex ætat. mundi, & alij referendi paulò inferius. Et quia de S. Hieronymo dubitatur ab aliquibus propterea nunc specialiter est referendus. Itaque,

S. Hieron. S. Hieronymus commentar. in Gal. cap. 3. hæc ait. *Supputandi sunt isti anni 430 ab eo tempore, quo Deus ad Abraham locutus est dicēs, in semine tuo benedicentur omnes gentes, vsque ad legislationem Moysis: & videndum vtrùm 430. sint, & quomodo in Genesi Deus ipsi polliceatur Abrahæ, quod post 430. annos de terra seruitutis filij eius exituri sint. Non enim parua res est, & a multis quæsita, nescio an ab aliquo sit inuenta.* Hæc S. Hieronymus. vbi Pererius ad cap. 12. Gen. num. 44. hæc ait. Nec eo loco dubitauit ipse S. Hieronymus de veritate huius computationis sed de ratione conciliandi locum illum Pauli, cum alijs Scripturæ locis, in speciem ab eo discrepantibus. præsertim autem cum illo loco Gen. 15. vbi tempus ipsum est tenen Abrahæ seruitutum 400. annis.

Salianus num. 6. Et sanè, inquit, aperta est hæc Pauli sententia, si verba paululum traiecta in suum ordinem hoc modo redigantur. Hoc autem dico, lex quæ post 400. & 30. annos facta est, non irritum facit testamentum ad euacuandam promissionem. Vult ergo legem a promissione Abrahæ facta, datam 400. & 30. annis. Sic Salianus.

Pererius ad cap. 15. num. 45 Locus, inquit, ille Pauli, iam euidenter id ostendit, vt neminem, si quidem verba Pauli consideratè perpendat, dubitare sinat. Paulus enim, si consideretur contextus verborum, & consilium ac propositum eius, simulque vis argumentationis quà vtitur, id agit eo loco idque contendit probare, legem Moysis non habuisse vim infirmandi & irritam faciēdi promissionem Dei datam Abrahæ, in quā continebatur benedictio omnium gentium per semē eius. Quia lex, inquit S. Paulus, data est 430. annis post illam promissionem. Benedictio igitur omnium gentium non per legem Moysis, sed per illud semen Abrahæ expectanda erat. Ergò propositum S. Pauli, & vis argumenti eius necessariò exigit, vt illud, post 430. annos, non aliò quàm ad promissionem Abrahæ referatur. Itaque incongruū est annos illos referre ad tempus habitationis Hebræorum in Ægypto quò tamen detorquere conatur Genebrardus) cum eius rei nullam eo loco mentionem aut significationem fecerit S. Paulus, nec ea res ad propositum faciat.

Et in Exod. 12. disp. 19. num. 114. Verba ipsa S. Pauli, si consideratè perpendantur: & item propositum S. Pauli in eo loco, & vis argumentationis quà inibi vtitur, necessariò deposcunt, vt illos 430. annos ante legem datam, non a descensu Iacob in Ægyptum, sed a promissione Abrahæ facta ordiamur. S. enim Paulus benedictionem & salutem omnium gētium, non à lege Moysis, sed à Christo sperandam & petendam esse, ita eo loco argumentatur. Deus Abrahæ promisit fore vt in semine eius, hoc est in Christo, benedicerentur omnes gentes: quæ promissio facta est 30. & 400. annis priusquam daretur lex: nec lex tantò post data, infirmare atque irritam facere potuit promissionem illam Dei: Ergò benedictio & salus omnium gentium, non à lege, sed a Christo speranda & petenda est. Videt, opinor, Lector robur huius argumentationis pendere à tempore promissionis Abrahæ, non autem à tempore habitationis Hebræorum in Ægypto: cuius nempe nec vllam ibi significationem facit S. Paulus, nec ea iuuat cum illum & propositum S. Pauli. Hactenùs Pererius.

Sic denique omnes recentiores. Itaque hoc loco Gal. 3. anni 430. de quibus fit mentio Exod. 12. & Gal. 3. computandi sunt a promissionibus Abraham factis a Deo.

Hac autem loci illius expositione posita, tanquam pro maiori argumenti, vnde nam seu a quâ promissione Abrahæ facta incipiat illi anni 430: quod rationem habeat minoris eiusdem argumenti: adeóque quomodo re petantur anni 215. tribuendi mansioni Hebræorum in Ægypto, quod locum habeat conclusionis, non conueniunt omnes authores huius sententiæ. sed differunt in modo & ratione: non tam quidem in assignandis annis, quàm in assignanda promissione, aut in [illegible] autiu vero historiæ tempore. Vnde,

I. Modus. Arg. I. MODVS. Dicit, promissionē istam, eam esse, quæ narratur Gen. 15. à vers. 1. quæque fuerit facta anno circiter secundo post egressum de Haran.

Ita Ioannes Benedictus in Annotat. marginali. Bibl. ad Exod. 12. vbi dicit: Illi 430. anni computandi sunt à primo anno repromissionis Abrahæ in vanca [illegible], secundo anno post egressum de Haran, cùm cœpit peregrinari in Ægyptum.

Probat. PROBATIO Modi Huius, petenda est à loco Gen. 15. vbi sic habetur à vers. 1. *His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* vers. 2. *Dixitque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.* vers. 3 *Addiditque Abram: Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit.* vers. 4. *Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens. Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis heredem.* vers. 5. *Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice cœlum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum.* Credibile est autem Ioannem Benedictum assignasse promissionem illam à quâ computandi sint 430. anni: vel quia putauerit eam primam esse quæ mentionem fecerit Abrahæ de h[illegible] semine: vel quia putauerit S. Paulum ad eam respexisse quando dixit promissiones factas fuisse semini eius, id est, Christo. E

Confirm. CONFIRMARI potest, ex verbis illis sequentibus vers. 6 *Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*, collatis cum fusioribus quæ habet S. Paulus Rom 4. à vers. 16. *Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed et qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrûm* vers. 17. *sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.*

A vers. 18. *qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum.* vers. 19. *Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.* vers. 20. *In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo.* vers. 21. *plenissimè sciens quia quæcumque promisit, potens est & facere.* vers. 23. *Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.* Deinde propter illa. *Sic erit semen tuum.* Denique propter reliquas circumstantias, in vtroque textu, conspectu faciles. B

Hac autem probatione seu Expositione posita, quot anni ab inde ad exitum de Ægypto reperiantur 430. anni, non obseruauit Benedictus. Forsitan putauit [illegible] septuagesimum quintum annum Abrahæ, quo [illegible] lus est de Haran, & secundum quem [illegible] vocat egressionis de Haran [illegible] tantummodò incœptos: quo etiam de septuagesimoquinto censuit [illegible] vt Torniellus. Hoc pacto promissio illa facta fuerit ab anno Abrahæ septuagesimoquinto exacto & sic ab illo numerus quidem quadrabit. Nam 25. qui restant vsque ad centesimum Abrahami quô genuit Isaac: 60. Isaac quibus genuit Iacob: & 130. Iacob quibus descēdit in Aegyptum, faciunt 215. Reliqui ergò 215. manent tribuendi mansioni in Aegypto. Alio autem pacto deficient aliquot anni [illegible] numerus 215. a promissione ad ingressum in Aegyptum. C

Quod si contra hunc modum Obiicitur, ex verbis illis Rom. 4. *Cum ferè 100. esset annorum*, ergo [illegible] promissionem illam fuisse factam circa centesimum annum Abrahæ. D Obiect.

Respondetur S. Paulum eo loco multa simul congerere quæ non sunt facta eodem tempore. Nam ex cap. 15. vers. 1. & 5. constat appellationem illam qua Abraham dictus est, *pater multarum gentium*, quamque refert S. Paulus illo suo discursus, fuisse inditam circa annum Abrahæ nonagesimū nonum. Item, ex cap. 15. & ex cap. 16. (vers. 16.) promissionem illam, *Sic erit semen tuum*, fuisse factam ante annum eius octogesimum sextum Deinde, [illegible] ex cap. 17. vers. 17. verba illa, *[illegible] considerauit corpus suum emortuum*, videntur ad [illegible], cùm iam ferè esset 100. annorum. E Respon.

CONTRA HVNC MODVM Facit, quod ex cap. 12. 13. & 14. plurimi ibi gestis ab aduentu Abrahæ in Chanaan ad promissionem [illegible], colligatur [illegible] esse post tempus, quam ponat hic modus. Atque ita Torniellus ad an. 2118. num. 4. opinatur id euenisse anno Abrahæ octogesimo, seu 5. annis post aduentum eius in Chanaan: citat etiam Pererium, nimirum in cap. 15 Sa-

hanus autem n 11. 2. ... anno octog... pr mu. Vi ... tit, cum re... la fit ad... incerta, prout agnoscit Sali... ibidem. vtique vel ho... solum facit contra modum istum, quod Periodum adeo grauem accelebrem assignet tempori, de quo nihabetur nec haberi potest certi.

2. Modus. Arg. II. MODVS. Dicit, promissionem illam, eam esse quæ narratur Gen. 12. a vers. 2. sed tamen quæ fuerit facta in Haran, anno egressionis Abrahæ de Haran, & ætatis suæ septuagesimoquinto.

Ita Masius ..., L. 3. init. seu pag. 23 Item Funccius lib. 1. ad an. 454. Item, Bucho... rus fol. 2... vult vocationem illam Gen. 12 v... 1. Exi de terra tua, &c. fuisse secundam seu ... itam Abrahæ, factamque in Haran, ad quam continuò egressus Abraham venerit in Chanaan, anno ætatis suæ septuagesimoquinto. Consequenter, promissionem ... am ... vers. 2. eam esse quam memorat Apostolus Gal. 3. Ità videtur & Salianus.

Probat. PROBATIO Modi Huius, petenda est à Loco Gen. 12. vbi postquam dictum est vers. 1. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi:* subiungitur à vers. 2. *Faciamque te in gentem magnam: & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.* vers. 3 *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE Benedicentur vniuersæ cognationes terræ.*

Hac autem probatione, seu Expositione polita quomodo ab inde ad exitum de Ægypto reperiantur anni 430. & tribuantur 215. mansioni in Ægypto, facile ... est ostendere eadem scilicet ratione ... modo praecedenti. Nam à ... septuag... moquinto Abrahæ, quo promissio ... facta fuerit, ad centesimum in quo genuit Isaac, sunt 25. Adde 60. quibus Isaac genuit Iacob & 130. quibus Iacob descendit in Ægyptum sunt 215. Reliqui ergo 215. manent ... mansioni in Ægypto.

Reijcitur Modus. CONTRA HVNC MODVM Facit, quod ... à veriore ... sententia ... illa vocatio adeóque promissio Gen. 12. facta fuit non in Haran, sed in Chaldæa, prout dictum est §. 39. sub sententia 2.

Modus 3. ... promissio à tempore anni ... f. cta ... bal. III. MODVS, & ex istis probabilior. Dicit promissionem illam esse similiter eam, quæ narratur Gen. 12 à vers. 2. non tamen quæ fuerit facta in Haran, sed in Chaldæa eisi vno eodemque anno ætatis Abrahæ septuagesimoquinto.

Ità Euseb. in Chronic. S. Aug. (vel Author) q. 47. Exod. Bed. de 6 ætatib. mundi, multique moderni suis locis. Itaque,

Euseb. Eusebius hæc ait. *Abram, cum 75. esset anno-*

A *rum diuino ... ostensa ... que ... & es promissione que ad eum facta est. A ... post nonagesimo anno ... & ... ad egressum ex Ægypto, supputantur anni 430. quorum meminit ... ens Testam. ... confirmatum à Deo, quæ post 430. annos facta est Lex, non infirmat ad destruendam promissionem.* Vbi patet Eusebium loqui de primo Dei colloquio, quo Abraham d... fuit factus. Quo... mes ... ex S. Aug. (vel Authore) eum citante ... declaratur. Itaque,

S. Aug. S. Aug. (vel Author) q. Exod. Eusebium citans q. 47. Exod. hæc ait. *Illa computatio quam secutus est Eusebius in Historia sua Chronica, perspicua veritate submixa est. Ab illa enim promissione computant 43... annos, quâ vocauit Deus Abraham, vt exiret de terra sua in terram Chanaan. Quia & Apostolus, cùm Abrahæ laudaret & commendaret fidem, in ea promissione qua Christum vult intelligi prophetatum, id est, qua promisit Deus Abrahæ quod benedicerentur in eo omnes tribus terræ, Hoc autem dico (inquit) quia testamentum confirmatum à Deo, post 400. & 30. annos facta Lex, non infirmat ad euacuandas promissiones. Ex illa ergò promissione quâ vocatus est Abraham, & credidit Deo, post 400. & 30. annos factam Legem dicit Apostolus, non ex tempore quô Iacob intrauit in Ægyptum.* Sic S. Augustinus vel author ille. Similia vide Lib. 16. Ciu. cap 16. & 24. Sic & reliqui omnes Expositores post eum.

Beda. Beda lib. de 6. ætat. mun... vbi postquam dixit, de annis 430. qui traduntur Exod. 12. *H... summam annorum Cosmographi com... ... septuagesimoquinto anno natiuitatis Abrahæ, quando primum intrauit terram Chanaan &c.* subdit: *Annuit etiam huic traditioni ... Apostolus, scribens Legem fuisse datam ... annis 43... post promissionem Dei factam ipsi Abrahæ.* Ita Scaliger lib. 7. Emed. Tir. Catholica Temporum, seu, Epochæ à conditu mundi pag. 377. init. & reliqui ferè recentiores.

Hac autem probatione seu Expositione posita, quomodo, ab illa promissione ad exitum de Ægypto reperiantur anni 430. & tribuantur 215. mansioni in Ægypto, ostendit S. Aug. vel Author q. 47. Exod. hoc modo. *Fiunt, inquit, anni 25. à promissione Abrahæ vsque ad natum Isaac. His adduntur omnes anni vitæ Isaac qui fuerunt 180. & ita fiunt 215. anni.* Subindicat mox alium modum, cùm addit: *Tum Iacob erat 120. annorum. Natus enim fuerat patre sexagenario: post 10. verò annos intrauit Iacob Ægyptum cùm esset annorum 130. vbi inuenit filium suum Ioseph natum annos 39. Fiunt proinde anni à promissione Abrahæ vsque ad ingressum Iacob 215.* Hæc ibi. Reliqui ergò 215. tribuendi sunt mansioni in Ægypto.

Clarius & perpulchrè Pererius totum hu-

modum declarat, in Exod. 12. num. 109. B. Paulus, inquit, in cap. 3. epistolę quam scripsit ad Galatas, ait. Legem Mosis esse datam 430. annis post eam promissionem, quam Deus dedit Abrahæ, cum euocauit eum ex Chaldæa, siue Mesopotamia, in terram Chanaan, promittens ei, & multiplicationem seminis, & possessionem terræ Chanaan, & benedictionem omnium gentium in ipso, siue in semine ipsius. Tunc verò Abrahami, annorum erat 75. vt traditum est in libro Gen. ca. 12. A septuagesimoquinto autem anno ætatis Abrahæ, vsque ad ingressum Iacob in Ægyptum, effluxerunt anni 215. Ergo restant tantum 215. anni a descensu Iacob in Aegyptum, vsque ad promulgationem Legis Mosis, siue vsque ad exitum Hebræorum ex Aegypto. Lex enim Mosis tertio mense post egressionem Hebræorum ex Aegypto, data est in monte Sina. Fluxisse autem 215. annos a septuagesimoquinto anno ætatis Abrahæ, vsque ad ingressum Iacob in Aegyptum, perspicue ostenditur ex lib. Gen. ad hunc modum. A septuagesimoquinto anno ætatis Abrahæ, vsque ad ortum Isaac, prætierunt anni 25. Centenarius enim Abraham erat, cùm genuit Isaac, vt est in cap. 21. Gen. Hinc numerari debent 60. anni vsque ad natiuitatem Iacob. Sexagesimum enim agens annum, genuit filium suum Iacob, vt traditur Gen. 25. Iacob porrò annorum erat 130. cùm intrauit Aegyptum, id enim ipsemet dixit regi Pharaoni, vt traditur Gen. 47. Ex iis omnibus annis efficitur summa, quam dixi mus annorum 215. à promissione data Abrahæ septuagesimumquintum annum agenti, vsque ad descensum Iacob in Aegyptum. Hactenùs Pererius.

II. ARGVMENTVM. Petitur à Loco Exod. 12. vers. 40. *Habitatio autem filiorum Israël quâ manserunt in Aegypto, fuit 430. annorum.* Porrò Locus hic duplicem habere potest expositionem.

2. Arg. 6. Sent Exod 12. vers. 40. expositur.

I. EXPOSITIO. eôdem ferè modo quô S. Augustinus, & author qq. Exod. illa verba Gen. 15 & Act. 7.) *Peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & seruituti subiicient eos, & affligent eos 400. annis.* vt sensus sit, Habitationē in Ægypto dici 430. annorum, non quia per tot durauerit, sed quia intrà illos durauerit, seu in fine illorum completa fuerit. Et quia expositio hæc videri potest dura, saltem hoc loco: propterea non immeritò firmanda est. Itaque,

CONFIRMARI potest hæc expositio, à locis similibus, nempe paulis, in quibus id quod proxime narratur ante aliquam annorum summam, nō propterea intelligitur esse per illam totam [illegible] solummodo intra illam, seu completum fuisse in eâ.

I. LOCVS. habetur apud Septuaginta Interpretes Gen. [illegible] *[illegible] Thare in terra Charan, [illegible] & mortuus est Thare in Charan.* Hoc loco [illegible] S. Aug. vel author q. 47. Exod. cum dixit. *Quemadmodum enim scriptum est de Thare patre Abrahæ, & fuerunt dies Tharæ in Charan 5. & 200. anni, non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi [illegible] sunt* &c. Sic ergo dici potest & hic, habitationem filiorum Israël in Ægypto, dici 430. annorum, non quod per totos illos annos 430. durauerit, sed quia durauit intra illos, seu completa sit [illegible].

II. LOCVS [illegible] Gen. 15 & Act. 7. cuius explicationem [illegible] S. Augustinus vsus est [illegible] Gen. 11. de annis Tharæ. Itaque, quod dicitur Gen. 15. vers. 15. & Act. 7. vers. 6. *Peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & seruituti subiicient eos, & affligent eos 400. annis* iuxta S. Aug. intelligendum est, non quod seruitus & afflictio durauerit per totos illos 400. annos, sed quia durauerit intrà illos, seu completa fuerit in eis [illegible] ergo dici potest de 430 habitationis in Ægypto.

S. Aug.

III. LOCVS. habetur Num. 14. à vers. 33. *Filij vestri erunt vagi in deserto, annis 40. & portabunt fornicationem vestram, donec consumentur cadauera patrum in deserto,* vers. 34. *iuxta numerum 40. dierum, quibus considerastis Terram: annus pro die imputabitur. Et 40. annis recepietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam.* & cap. 32. vers. 13. *Iratusque Dominus aduersum Israël, circumduxit eum per desertum 40. annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius.* Et Hebr. 3. à vers. 17. *Quibus autem infensus est 40. annis? Nonne illis qui peccauerunt quorum cadauera prostrata sunt in deserto?* [illegible] [illegible] [illegible] n de[illegible] 40. [illegible] 038. Nam im[illegible] 10 di[illegible] so[illegible] 40. annis, vt patet innumeris in [illegible] Exod. 16 vers. 35. *Filij autem Israël comederunt Man 40. annis, donec venerint in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsquequò tangerent fines terræ Chanaan.* maximè verò Num. 33 vers. 38. (collato cum Exod. 7. vers. 7.) *Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, iubente Domino & ibi mortuus est anno 40. egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense 5. 1. die mensis,* vers. 39. *cùm esset annorū 123.* Vide & Deut. [illegible] vers. 3. 2. [illegible] 7. 8. [illegible] & 4. 2 [illegible] 5. vers. 6 2 Esd 9. vers [illegible] 15. P[illegible] 04. [illegible] Act 7 vers. 36. [illegible] vers. 18. & Hebr. 3. vers. 10. Deinde vero, [illegible] tio illa facta est solummodò 2. annis [illegible] incœptis post egressum ex Aegypto. Nam ante illā Num. 1. vers. 1 *Locutusque est Dominus ad Moysem in deserto Sinaī in tabernaculo fœderis, primâ die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto.* & cap. 9. [illegible] 1. *Locutus est Domi-*

*nus ad Moysem in deserto Sinai* [illegible] *secū-* [illegible] *quam egressi sunt de terra Aegypti, mense primo.* Ipsa verò comminatio facta est aliquot [illegible] sibus post ista quæ narrantur cap. 1. & 9. Denique [illegible] id patet clarè ex [illegible] verbis Deut. 2. vers. 14. [illegible] *autem, quo ambulauimus de Cadesbarne* [illegible] *ad transitum torrentis Zared,* 30. *&* 8. *annorum fuit, donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus.* Itaque sensus verborum illorum Num. 4. [illegible] 3 [illegible] *annis*, idem est ac [illegible] intra 40. annos non quibus totis durauerit illa [illegible] intra quos [illegible] fuerit completa fuerit. Quod [illegible] ostendetur sub Periodo [illegible] 6. 45. Eodem ergo modo exponi potest Habitatio in Egypto 430. annis.

IV. Locvs habetur Amos [illegible] vers. [illegible] & Act. 7. vers. 42. *Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto 40. annis, domus Israel?* Vbi sensus est, non: quasi [illegible] non [illegible] per 40. annos. Atqui [illegible] non est verum, nisi [illegible] tempore murmuratio[illegible]nis, seu comminationis prædictæ. Nam alio tempore quod effluxit inter exitum de Aegypto, & murmurationem illam factam in Cadesbarne, nimirum die sequenti post acceptam in monte legem, obtulit Moyses hostias Deo Exod. 24. à vers. 5. & rursùm, dùm ibi morarentur in Sina) & antequam venirent in Cadesbarne, obtulerunt plures in dedicatione altaris, & consecratione Sacerdotum ac Leuitarum, Num. 7. toto. Hoc verò fuisse factum duobus annis saltē incœptis post egressum de Aegypto, patet Exod. 40. vers. 15. *Igitur mense primo anni secundi egressionis nempe prima die mensis, collocatum est tabernaculum.* vers. 1[illegible]. *Erexitque Moyses illud* &c. Et Num. 1. vers. [illegible] *Locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mēsis secūdi, anno altero egressionis eorū ex Aegypto,* post quod cap. 7. [illegible] sacrificia. Ab [illegible] tempore quô exploratores sunt reuersi in Cadesbarne, vsque ad [illegible] terram Chanaan, nulla sacrificia obtulerunt. Igitur de hoc solo tempore quod intercessit inter murmur, comminationem, & punitionem illam, & tempora ingressus in Chanaan, intelligendi sunt anni 40. Amos & B. Stephani. At hi sunt tantummodò 38. vt ostensum est suprà. Ergò quod non [illegible] filij Israël sacrificia per 40. annos [illegible] intelligendum est tanquam si sensus [illegible] non obtulisse per illos annos 40. totos, sed solummodò intrà 40. illos, seu in quibus finiatur illorum oblatio sacrificiorum. Eodem ergo modo exponi potest Habitatio in Aegypto per annos 430.

V. Locvs habetur Iudic. 3. vers. 11 *Quieuitque terra 40 annis.* & vers. 30. *& quieuit terra 80. annis.* cap. 5. vers. vlt. *Quieuitque* [illegible] *per 40. annos.* & cap. 8. vers. 28. *sed quieuit terra per 40. annos, quibus Gedeon præfuit.* Similia continentur in toto ferè libro de annis quibus quilibet iudex dicitur iudicasse. Atqui ex 3. Reg. 6. vers. 1. *Factum est ergo* [illegible] *quadragesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Aegypti, in anno quarto,* [illegible] *ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domini* [illegible] *ita tota habita in libris Iudicū,* Reg. [illegible] quibus recensetur quot annos quisque gubernauit, prout fusius deductum est [illegible] 14. & 1[illegible]. & iuxta communiorem explicandi modum, qui non exponit vocabulum quietis, ad seruituti & bella tantùm opposite, manifestum est, in summis illis annorum quibus terra dicitur quieuisse, comprehendi debere tempora seruitutum & bellorum iisdem locis habita, v. g. In annis 40. quibus [illegible] quietis, comprehendi 8. quibus dicuntur seruuisse Regi Mesopotamiæ vers. 8. præter quos, vel saltem inter quos, necesse est comprehendi tempus quô bellum actum est ab Othoniele, vers. 10. Item, in 80. comprehendi 18. quibus dicuntur seruiisse regi Moab vers. 14. præter quos, vel saltem inter quos, necesse est comprehendi tempus quô bellum egit Aod. à vers. 15. Item, in aliis 40. comprehendi 20. quibus dicuntur seruiisse regi Asor. cap. 3. vers. 2. præter quos, vel saltem inter quos, necesse est cōprehendi tēpus quô bellum egerunt Debora & Barac à vers. 4. Et denique per totum librum, manifestum est non quemlibet iudicem iudicasse per tot annos integros quot cuilibet tribuūtur. Vnde sensus quidem verborum illorum est, terram quieuisse 40. & 80. annis, & per 40. annos & quosdam alios iudices iudicasse per tot annos, non ità, vt terra quieuerit à seruitutibus per totos illos annos, aut iudices iudicauerint per tot integros sed intrà eos, seu in eorum fine completa fuerit quies, vel iudicatura, De quâ re iteru agetur ex professo sub Periodo sequenti. Eodem ergò modo exponi potest Habitatio in Aegypto 430. annis.

VI. Locvs habetur Iudic. 11. à vers. 25. *Nisi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab. aut docere potes, quod iurgatus sit contrà Israel, & pugnauerit contrà eum, vers. 26. quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroër, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxtà Iordanem, per 300. annos.* Atqui ex Historia, seu annis præcedentibus regiminum, constat, Habitationem illam filiorum Israël eousque, nondum durasse per 300 annos integros, sed vel per 300. solum rotundo numero & excrescente dictos, pro minus 300. vel intra 300. postea finiendos. Simili ergò modo exponi potest Habitatio in Ægypto, dicta fuisse 430. annorum, non quibus illa durauerit, sed vel qui tribuantur ei rotundo

numero & excrescente, pro minùs 430. vel intrà 430. in ea finitos.

VII. LOCVS. habetur Iudith. vlt. vers. 28. *Mansit autem in domo viri sui annos* [illegible] &c. Hunc locum sic exponendum esse, vt sensus sit, non quod manserit in illa domo totis 105. annis, sed quia hanc vitā sua [illegible] dum in illa domu terminauit, censet Cornelius à lapide in Exod 12. & post eum Salianus to. 2. an. 2543. num. 11.

Similes veteris testamenti locos, exponunt isto modo nonnulli, v. g. 70. annos Desolationis, de quibus 2. Paral. vlt. à vers. 20. *donec imperaret rex Persarum*, vers. 21. *& compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum vsque dum complerentur 70. anni*: de quibus etiam Ierem. 25. à vers. 11. & 29. à vers. 10. Dan. 9. vers. 2. & [illegible] [illegible] 1. à vers. 57. Sic enim exponunt eos, v. g. Bonfradius to. 1. lib. 5. cap. 7. vt nolint Desolationem durasse per 70. illos annos integros, sed tantùm intra eos, seu, in eis sufficienter tam. Quod quamuis ab omnibus non concedatur, prout etiam non concedemus suo loco: attamen valent hæc ad ostendendum, genus eiusmodi phrasium vel expositionum, esse apud authores bonos receptissimum.

VIII. LOCVS. habetur Act. 13. vers. 21. *Et exinde postulauerunt regē, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis* 40. Atqui ex historia habita lib. 1. Reg. præsertim autem cap. 7. vers. 2. vbi dicitur Arcam fuisse in Cariathiarim 20. annis, scilicet sub regimine Samuelis, & in sequentibus vbi Saul eligitur, constat apud omnes ferè authores Saulem non vixisse 40 annis, apud maximam autem eorum partem nō plus 22. annis, apud nos non plus 19. Vnde sensus est, eum fuisse regem annis 40. non quibus totis rexerit, sed intrà quos rexerit, vtrique computandos a regimine Samuelis, cum quo dicemus eum vixisse simul, neque verò rexisse absque consortio eius plus 2. annis. Vt vt sit, sensus est apud omnes omnino, regnum eius durasse intra 40. illos annos, seu in eis finitum esse. Eodem ergo modo exponi potest Habitatio Hebræorum in Ægypto 430. annis.

II. EXPOSITIO est Septuaginta Interpretum, necnon Patrum ac Doctorum, per *Filios Israel*, intelligi etiam Abraham Isaac & Iacob. atque per *Aegyptum* etiam terram Chanaan.

Septuag. Interp. Septuaginta Interpretes sic vertunt, seu explicant, locum illum. *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, fuit 430. anni* [illegible]. Hos vero ac Barad. explanat [illegible] grauissimos. Eorum vero lectionem se[illegible]

A sunt [illegible] [illegible] imo omnes. In speciali autem

Eusebius, alijs verbis paraphrastes, *Ipse quoque in iter Exodi* [illegible] *eundem modum, ait, Habitatio filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum anni 430.*

Augustinus. S. Augustinus, vel author quæst. Exodi hæc habet. *Hoc* [illegible] *etiam* [illegible] [illegible] *significauit: non enim* [illegible], *incolatus filiorū Israel, quem incoluerūt in terra Aegypti annis 430. sed quem* [illegible], *quem incoluerunt in terra Aegypti, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum. Ac per hoc manifestum est computandum esse tempus etiam Patrum, hoc est Abraham, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham in terra Chanaan, id est, ex illa promissione* [illegible] *cuius fidem laudat Apostolus, vsque ad tempus quo Iacob ingressus est in Aegyptum. Toto quippe isto tempore peregrinati sunt Patres ibi in terra Chanaa: & deinde semen Iacob in Aegypto, & sic completi sunt 430. anni a promissione* [illegible], *ad exitum Israel de Aegypto, quando facta est lex in monte Sina.* Sic S. Augustinus, vel Author. Cuius illa ratio quidem, quod scriptura, vel Moyses, non dixerit, *Incolatus filiorum Israel quem incoluerūt in terra Aegypti annis 430.* etsi non satis insit firma, si sermo esset de Editione Vulgata: attamen sumpta iuxta scripturā seu expositionem Septuaginta Interp. est valida. Nam & exponi potest, vt S. Augustinus vel author sui intellexerit scripturā Exodi, spectatam secundum omnes editiones, non dixisse *tantum*, incolatus &c. Similia S. Augustino habet Beda lib. de 6. ætat. mundi: quem non excribemus. Item,

Lyranus in Exod. 12. *Mansio autem si non mansit eam* [illegible] *pto Hebræos 430. an.* [illegible] *sed iste numerus annorum incapit, secundum Doctores Catholicos a tempore quo Abraham ex Mesopotamia primo venit in terram Chanaan, in qua ipse & filij eius habitauerunt tanquam peregrini vsque ad descensum in Aegyptum. Et sic exponendum est quod dicitur in hoc loco Exodi, Habitatio filiorum Israel qua habitauerunt in Aegypto, id est simul etiā cum illo tempore quo manserunt in terra Chanaā & Aegypti, & Philistinorum, tanquam peregrini, fuit 430. annorum.* Similia denique Tostatus in Exod. 12. q. 44. & reliqui fere moderni.

Non omittenda sunt huc loco quæ habet Temporarius l. 2. can. [illegible] 24 [illegible] 1. vbi proponit textum Exod. 12. 40. [illegible] Peregrinatio filiorum Israel qua manserunt in Aegypto, fuerūt anni 430. & ditque: Sic vertendum esse ex Hebræo & centi lingua Hebraicæ peritissimi. Vulgatæ versionis quæ loco peregrinationis Habitationem habent, non satis exprimunt Moysis sententiam, & relatiuum אשר, perperam referunt ad Habitationem, cum ad filios Israel

[illegible] decebat. Verbum בְּיוֹשֵׁב [illegible] וּמוֹשַׁב [illegible] utitur Moyses, deducunt [illegible] tur nate יָשַׁב quod habitare [illegible] ficat, [illegible] peregrinis & incolis intelligitur. Id quod [illegible] oraculo suo expressit [illegible] Abrahæ peregrinum fore [illegible] in terra non sua. Si quem igitur [illegible] habitatio-nis verbum, [illegible] Moyses [illegible] Filiorum autem Israel qui commorati [illegible] in Ægypto, Habitatio in terra non [illegible] annorum 430. Hæc [illegible].

Verum [illegible], quod [illegible] Vulgatæ [illegible] habet [illegible] imperita [illegible]. Non [illegible] אֲשֶׁר referendum [illegible] ad habitatio-nem & verbum [illegible], nullus est [illegible] qui [illegible] aut legerit, aut verterit [illegible] diverti. Quin potius Septuag. [illegible] in translatione sua, S. Hieronymus [illegible] bræum, Arias Montanus [illegible] aliique [illegible] linguæ Hebrææ [illegible] [illegible] non ad filios [illegible] habitationem. Et quamvis Hebræa vox [illegible] bigua quidem [illegible] tamen [illegible] esse, perperam referri ad habitationem, patet ex ipsa ratione ambigui, & tot grauium au-thorum interpretatione in expositionibus suis. Sed quis vel modicum in lingua Hebraica versatus, nesciat veram esse phrasim [illegible] Hebraicam, habitatio qua habitarunt, aut si lubeat peregrinatio qua peregrinati sunt, & similes, per quas [illegible] vocabu-lum quod reduplicatur. Quin [illegible] hoc ipsum nonnihil [illegible] quam amplectitur ipse [illegible] nimirum pe-regrinationem [illegible] non de filiis Is-[illegible] etiam [illegible] Abraham [illegible] Loth. Nam si אֲשֶׁר re-[illegible] magis indi-[illegible] lum, [illegible] Ægypto, non autem de Abra-ham [illegible].

[illegible] Verbum יָשַׁב, ex propria ratione [illegible] [illegible] de habitatione [illegible] ac de incolis: Imo vero [illegible] de [illegible], quam de hac [illegible]. Sed & si vera sunt quæ asserit [illegible] de verbo huiusmodi, quomodo [illegible] non verti peregrinatio filio-rum [illegible] peregrinati sunt, non autem [illegible]. Etenim vocabulum manic-[illegible] exprimet Moysis sen-tentiam.

Denique, quid [illegible] sententiam ex-[illegible] Nam vocetur Ha-bitatio, vocetur peregrinatio: numquid non semper asseritur [illegible] annorum 430. Item, illud relatiuum אֲשֶׁר [illegible] ad filios Is-rael, & non ad peregrinationem, nunquid non propterea minus [illegible] peregrinatio-nem eorum qui manserunt in Ægypto [illegible] annorum 430. Itaque, si hoc [illegible] adduceret, parum certè aut nihil pro hac senten-tia faceret.

Melius infrà pag. 145. prope med. In pe-regrinatione, inquit, Filiorum Israel, Abra-hamus ipse caput & origo Israelitarum ac-censendus est. Nam filios Abrahæ vocant Hebræi [illegible] Latinis dicitur Domus Abra-hæ. Quia [illegible] ab ædificando dici-tur [illegible] (בָּנִים [illegible]) Sic à Virgilio dicta est domus Assaraci progenie & familiâ. Et quemadmodum Fabiorum domus, continet ij sum Fabium, qui gentis nomen dedit: ita terminis Abrahæ, domus Abrahæ, filiorumue Israelis appellatione, censetur ipse pater A-braham, cuius migratio è Chaldæa peregri-nationis initium facit, exitus idem cum exitu ex Ægypto. Et hoc postremum omnibus in commune est. [illegible] In quorum confirma-tionem vide quæ dicta sunt §.39. ex Gen. 46. & Exod. 1. vbi [illegible] est in numeratione filiorum, includitur sæpe Iacob ipsum, tum alios filios eius, tanquam principes familia-rum, etsi non nominatos expressim in Moy-sis narratione.

Melius adhuc Perettus in Exod. 12. sub num. 116. partim ex Hebræis, Lyrano, To-stato, & aliis, partim ex seipso (cui tamen cō-formes sunt & reliqui) nimirum, orationem Moysis non esse propriam locutionem, sed figuratam & Synecdochicam, quâ pars po-nitur pro toto, eamque duplicem. Est autem, inquit, in verbis illis Moysis duplex Synec-doche. Vna cum commemorat tantùm po-steros Iacob, cùm reuerà memorandi essent etiam illi, quàm patres eorum. Altera est Sy-necdoche in eo quod nominat tantùm ha-bitationem in Ægypto, cum memorare de-beret non solum hæc, sed etiam habitationem trium Patriarcharum in terrâ Chanaan. Causas [illegible] cur Moyses tantùm nominauerit [illegible] Hebræorum in Ægypto. To-tus, inquit, [illegible] 430. annorum, [illegible] in Ægypto, & [illegible]. Deinde, clarum est. De principio, patet item ex Gen. 12. vbi narratur statim vt Abraham venit ex Mesopotamia in terram Chanaan, cogente fame venisse in Ægyptum. 2. Illius habita-tionis 430. annorum, maior pars in Ægypto consumpta est. Siquidem in terrâ Chanaan in diuersis temporibus manserunt illi tres Patriarchæ 195. annis. Iacob vero mansit in Mesopotamia 20. annis. At continua He-bræorum mansio in Ægypto fuit 215. anno-rum. 3. Habitatio Hebræorum in Ægypto, tribus rebus fuit valdè insignita, & nobilita-ta. Primùm enim Ioseph eo tempore sum-mo cum imperio vniuersam Ægyptum per 80. annos gubernauit, & eo tempore in ma-gna prosperitate fuerunt Hebræi. Deinde,

post mortem Ioseph, perinsignis & admiranda fuit multiplicatio Hebræorum, licet laboriosissima seruitute affligerentur ab Ægyptiis. Denique, liberationem eorum, atque exitum ex Ægypto, tot & tanta tunc facta prodigia valde memorabilem & admirabilem reddiderunt. Ob has itaque causas, Moyses solùm Hebræorum in Ægypto mansionem, commemorare voluit. Hæc ex Pererio.

Porrò, hæ duæ expositiones differunt, quod prima tribuat habitationem solis filiis Israel propriè dictis, & in Ægypto sola referatque annos 430. ad aliud principium, quam ad habitationem illam: & dicat eam extitisse intrà 430. annos, seu completam esse in eis ab alio tempore computandis. Ex quo videri posset minùs probabilis, propterea quod mentio habita non fuerit Annorum illorum in præcedentibus. Attamen videri etiam potest, magis conformis phrasibus Scripturæ solitis, quarum similis prorsus habetur Iudith 5. de multiplicatione filiorũ Israel in Ægypto per 400. annos, quorum nihilominus in præcedentibus nulla mentio, prout ostẽdetur expressiùs in obiectionibus. Secunda autem tribuit habitationẽ, non solis filiis Israel propriè dictis, sed etiam patribus eorum, tanquam synecdochicῶs in vocabulo filiorum Israel contentis: itemque tribuit illam nõ soli Ægypto, sed terræ Chanaan, tanquam synecdochicῶs etiam in vocabulo Ægypti contentæ. Quæ autem illarum sit magis probabilis, iudicet quisque pro libito. Vtrauis certè est necessaria.

Ex horum omnium interpretatione manifestum est, Habitationem, incolatum, vel peregrinationem filiorum Israel, incipiendam esse à tempore, quò Abrahamipse met cœpit peregrinari.

Hac autem probatione, seu expositiune posita, quomodo ab illa habitatione, incolatu, seu peregrinatione Abrahæ, & suorum in terrà Chanaan, ad exitum de Ægypto, repetantur anni 430. & consequenter 215. tribuantur mansioni in Ægypto, ostendit Beda lib. de 6. Ætat. mundi. vbi postquam commemorauit illa verba Exod. 12. *Habitatio filiorum Israel, quà manserunt in Aegypto fuit 430. annorum*: subdit hæc *Horum summam annorum Chronographi computant à septuagesimoquinto anno natiuitatis Abram, quando primùm intrauit in terram Chanaan, videlicet sequentes Editionem Sept. Interpr. quæ sic habet eo loco. Habitatio filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi, & patres eorum, anni 430. [illegible] Hebraica veritas ostendit*, &c. vbi affert argumẽtum de Caath &c. Estque res facilis ex argumento præcedenti. Nam ex cap. 3 Exod Habitatio Abra-

A hæ & [illegible] Chanaan [illegible] fi[illegible]tis [illegible] A[illegible] an[illegible] no eius [illegible] ad [illegible]ellum in Ægyptum [illegible] an-nos. Ergo [illegible] 215 [illegible] o-ni in Ægypto.

III. ARGVMENTVM. [illegible]tus [illegible]tione [illegible] Ex locis Gen. 15. [illegible] & Act. 7. vers. 6. Nam Gen. 15. vers. 15. *Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, [illegible] ti & affligent eos 400. annis.* Et Act. 7. vers. B 6. *Quia erit semen eius [illegible] in terra aliena, & seruituti eos [illegible], & male tractabunt eos annis 400.* Quæ loca duplicem habent expositionem apud S. Aug. Primam lib. 16. Ciu. cap. 24. Secundam q. 47 Exod. quas breuiter [illegible] vltimus sub 2. sententia, [illegible] refert Pererius ad cap. 15. Gen. num. [illegible]4. seu pag. 570. [illegible]. Prima Expositio ex 16. ciu. 24. hanc habet sententiam. Cum dicitur semen Abrahæ peregrinaturum & [illegible]turum 400. annis, non significatur totos istos 400 annos esse transigendos in illa seruitute, sed quod in ea seruitute complendi & finiendi C essent. Sicut Gen. 11 legitur secundum trãslationem Sept. Interpr. dies Thare in Charra fuisse 205 annos, non quod omnes ibi acti sint, sed quia ibi completi sunt. Augustini verba hæc sunt. *Non quod in seruitute sub Aegyptiis affligentibus 4[illegible] annos populus ille [illegible] et peracturus, sed quod in illis 400. annis futura esset illa seruitus. Quemadmodum enim scriptum est de Thare patre Abræ, Et fuerunt dies Thare in Charra 5. & 2[illegible] an[illegible], non quia ibi omnes acti sunt, [illegible] quia ibi compl[illegible] sunt. Ita [illegible] seruitus & [illegible] dicitur 4[illegible] annis, [illegible]* D *niam hic numerus in ea [illegible] non quia ibi vniuersus pera[illegible]* [illegible] Augustinus.

Altera Expositio S. Aug. vel authoris, ex q. 47. Exod. hanc sententiam habet. Cum his verbis [illegible] enuntientur, & peregrinatio in terra non sua, & seruitus atque afflictio: quod subtexitur de 400. annis, referri debet ad peregrinationem, non autem ad seruitutem. Peregrinatio enim durauit totos 400. annos seruitus autem minimè. Quamquam & ipsa seruitus intra illos annos [illegible]. E Quin etiam [illegible] fuit seruitutis & illorum annorum [illegible]. Verba S. Augustini vel authoris sunt hæc *Non itaque quod [illegible] de seruitute & afflictione, ad 400 annos referendum est, sed referri debet ad peregrinationem in terra non sua, id est, siue in terra Chanaan, siue in Aegypto. Est itaque Hyperbaton in his verbis: & sic ordinata est oratio: Scito quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, 400. annis, & subiicient illos seruituti, & affligent eos vt hoc quod interpositum fuerat de seruitute & afflictione*

[Margin: S. Aug. Scientia.] [Margin: S. August.] [Margin: S. Aug.]

*afflictione, non pertineat a[d] i[ll]os 400. annos, nisi quantùm id contigit in extrema parte illius temporis.* Hæc ibi. Porrò duæ [ill]æ Expositiones, differunt in hoc solùm, quòd prima non facit expressam mentionem peregrinationis, seu, non r[efe]rt formaliter 400. annos ad peregrinationem, sed solummodò explicat quomodo 400. anni tribuantur seruituti & afflictioni, scilicet, quatenus solùm seruitus & afflictio fuerũt in eis, se[u], anni 400. completi sunt in seruitute & afflictione. Secũda autem contrà: vnde se habet ad prim[a]m tanquam includens ad inclusum. Cæterum po[ste]riorem magis probat Perercius num. 75.

Hâc autem probatione, seu Locorum illorum expositione positâ, quomodò ex eis reperiantur anni 215. tribuendi mansioni Hebræorum in Ægypto, non conueniunt omnes authores huius sententiæ, sed differunt in modo & ratione. Vnde,

*1. Modus 3. Argum.*

I. MODVS. Dicit, 400. illos annos esse incipiendos à natiuitate Isaac.

Ità nonnulli Hebræi apud Magallianum suprà num. 3. Item, S. Augustinus, vel author, q. 47. Exod. S. Thomas in Gal. 3. Tostatus, & denique maxima pars modernorum cum eo.

*Probat.*

PROBATVR Hic Modus, ab omnibus Locis Scripturæ, in quibus Isaac promittitur, dicitur, vel declaratur, semen Abrahæ: præsertim Gen. 21. vers. 12. *Quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Item, in quibus declaratur peregrinationem in terra Chanaan, & in Ægypto, pertinere ad ipsum Isaac, & posteros eius. Certum est enim neque Ismaël, neque alios filios Abrahæ, peregrinatos fuisse, vel in illa terra, vel pro maiori parte posteriorum suorum in Ægypto. Denique, ab illa ratione, quam habet Salianus num. 13. Isaac, inquit iam ab ortu suo peregrinus erat in terra nõn sua. Hinc enim consequens est, annos illos peregrinationis seminis Abrahæ, in[c]ipiendos esse ab ortu Isaac.

*S. Augustinus.*

Hoc autem posito, quomodò abinde ad exitum de Ægypto, transierint illi 400. anni, declarat S. Augustinus, vel author, q. 47. Exod. vbi post illa verba superiùs relata: *Quod dixit Deus Abræ semen eius peregrinaturum, & seruiturum, & afflictum iri, 400. annis, non sic accipiendum est, tanquam in illa duri[ss]ima seruitute 400. annos Dei populus fuerit:* & postquam addidit rationem probationis modi istius: *Sed quia scriptum est, In Isaac vocabitur semen:* subdit hæc: *Ex anno natiuitatis Isaac, vsque ad annum egressionis ex Aegypto, computantur anni 405. Quos appellari hîc 400. tantùm, non debet mirum videri. Etenim scripturæ, solidã annorum summã solet ità nuncupare tempora, vt quod de summa perfectionis numeri paululùm excrescit, aut infra est, non computetur.* Sic S. Augustinus, seu author illius libri.

Pererius in Exod. 12. num. 117. Si à promissione, inquit, Abrahæ, qui tunc erat 75. annorum, vsque ad legem Moysis datam in monte Sina, numerat S. Paulus 430. annos, vt suprà ostendimus: cùm ab anno septuagesimoquinto Abrahæ, vsque ad centesimum, quô anno genetauit Isaac primum semen suum, prætererint 25. anni, necesse profectò est ab ortu Isaac vsque ad egressionem Hebræorum ex Ægypto, siue vsque ad legem latam, præterisse annos 5. & 400. Scriptura tamen, vt aliàs solet, magnum illum & integrum numerum 400. annorum nominans, paruum illum 5. annorum excessum addere non curauit.

*Confirm.*

CONFIRMAT à simili. Nam & in 3. libro Reg. cap. 2. ait Regem Dauid regnasse 40. annis. cum ipsamet tamen in libro 2. Reg. cap. 5. dixisset, eum regnasse 40. annis, & 6. mensibus. Sed minutias illas numerorum præterire solet, non modo sacra Scriptura, sed etiam externa & profana historia. Hæc Pererius.

Pòrrò, hinc constat præcisam demonstrationem modi huius, non aliunde peti, quam à stabilita priùs sententia, annos 430. desumendos esse à septuagesimoquinto Abrahæ. Hinc enim necessitantur authores eius, exponere 400. annos, rotundo numero dictos pro 405. Vnde,

*Reiicitur 1. Modus*

CONTRA HVNC MODVM Facit, quod in nullo Scripturæ loco, ex tot in quibus mentio fit annorum illorum 400. habeatur vestigium, eos exponendos esse rotundo numero dictos pro 405. Aliunde verò ad expositionem eiusmodi nulla necessitas cogat, quippe cùm aliter possint, tùm ipsi anni 40[0]. tùm illi 430. commodè assignari, prout videbitur in sententia sequenti.

*Ad Confirm.*

AD CONFIRMATIONEM. Respondetur, imprimis rem non esse parem. Quia ibi comparantur menses ad annos: hîc autem, anni ad annos. In Scriptura autẽ solent menses includi per annos, scilicet, menses annorum incœptorum, per summas annorum completorum; anni autem, contrà, non solent in ea per alios includi: potiùs ab ea scrupulosè semper numerari. Vnde præterea, sufficiens habetur in Scriptura fundamentum, cur menses illi quandóque reticeantur, quandóque exprimantur; quia aliàs summæ totales annorum, alicubi ex professo consignantur. Vnde denique, sicut menses illi 6. ideò rectè affirmantur: quia vno in loco Scripturæ traduntur; ità à contrario, anni illi 5. non debent affirmari, quandoqui-

dem non videntur vllibi à Scriptura consignari.

II. Modus, Aug. II. MODVS. Dicit, 400. illos annos incipiendos esse à tēpore ablactationis Isaac, vel melius, quod tamen ferè idem est, ab eiectione Agar ancillæ, & filij eius Ismaelis: quam volunt fuisse factam anno ipsius quinto, scilicet completo, siue sexto incœpto.

Ità Massæus lib. 3. pag. 25. sub Isaac, sic dicēs: Ab anno sexto ipsius Isaac, ad exitum de Ægypto, supputantur anni, quibus illud benedictum semen futurum esset peregrinum. Ita ex parte Torniellus an. 2144. num. 1. Anno, inquit, quinto vitæ Isaac, & Ismaelis 18. exactis, nimirum inchoante sexto Isaac, & decimonono Ismaelis, putat B. Hieronymus in Gen. ipsum Isaac fuisse ablactatum, & delusum a fratre suo Ismaele. Quod & innuit Beda in Act. 7. Hæc ille: idem rursus confirmans & explicans an. 2329. num. 6.

Probat. PROBATVR Hic Modus. ex Gen. 25. vers. 8. *Creuit igitur puer (Isaac) & ablactatus est: fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.* vers. 9. *Cúmque vidisset Sara, filium Agar Ægyptiæ ludentem cum filio suo, dixit ad Abraham:* vers. 10. *Eiice ancillam hanc, & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac &c.* & vers. 12. *Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum, super puero, & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Ex hoc loco videtur Isaac declarari, seu reputari à Deo semen Abrahæ ab illo tempore solummodò quò ablactatus est. Consequenter peregrinatio seminis, quæ prædicta fuerat cap. 15. abinde solùm computanda. Porro S. Hieronymus, & Beda, opinantur eum fuisse ablactatum anno ætatis suæ quinto exactò.

Hoc positò, quomodò abinde ad exitum de Ægypto, transierint illi 400. anni, consequenter ab ingressu ad egressum de Ægypto, 215. & denique à promissione ad exitum de Ægypto, 430. ostenditur. Nam a quinto Isaac, ad natiuitatem Iacob, sunt 55. ex Gen. 25. vers. 26. Si enim à 60. quibus Isaac genuit ibi Iacob, demas 5. remanent 55. Adde 130. quibus Iacob descendit in Ægyptum, cap. 47. vers. 9. erunt 185. Vt compleantur 400. reliqui sunt 215 proinde tribuēdi mansioni in Ægypto. Porro 185. qui reperiuntur ab ablactatione Isaac, ad ingressum in Ægyptum, adde 25. qui a septuagesimoquinto Abrahæ, ad natiuitatem Isaac, & 5. qui à natiuitate Isaac ad eius ablactationem: hi facient 30. Iunge illos 400. & fient 430. Quorum media pars scilicet 215. cum reperiatur acta à septuagesimoquinto Abrahæ ad ingressum in Ægyptum, altera media pars, scili-

A cet 215. remanet tribuenda mansioni in Ægypto.

Confirm. CONFIRMARI potest Hic Modus, Quia Scripturam exponit ad litteram prorsus, quoad 400. annos; cum alter qui fuit dictus, cogatur componere 400. rotundo numero pro 405.

Reiicitur Modus 2. CONTRA HVNC MODVM. Facit I. Quod Isaac ab ipsamet sua natiuitate, vere fuerit semen Abrahæ. Et, vt dicebat Salianus num. 13. Isaac iam ab ortu suo peregrinus erat in terrâ non suâ.

FACIT II. Quod Isaac ablactatum fuisse B anno ætatis suæ quinto, quamuis opinetur S. Hieronymus, & post eum Beda, verumtamen res non est valdè certa, nedum aliquod habens indicium in Scriptura. Vnde S. Hieronymus intelligit annum quintum, incœptum, non completum. Similiter Pererius, & Delrio, in Genes. necnon Salianus an. 2143. incœptum volunt tantùm. Tostatus autem, Caietanus, & Lipomanus, censent Isaac fuisse ablactatum post biennium, aut triennium. Quis autem prober epocham adeo celebrem, assignari anno sic in- C certo?

4. Argum. IV. ARGVMENTVM. Petitur ab eodem Loco Gen. 15. verbis illis. vers. 16. *Generatione autem quarta reuertentur huc.*

Vbi notandum est, ex Pererio ad cap. 15. Gen. disp. 7. seu à num. 78. pag. 571. col. 1. fin. voces, Hebræam, דור, Græcam, γενεά, & Latinam, generatio, 4. habere significationes in Scripturâ sacrâ. 1. significare certum quoddam genus hominum, sicut Num. 32. *Donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu Dei:* id est, gens D quæ murmurauerat contra Deum pro terra promissa, cap. 14. Vide & Ps. 94. & Prou. 30. Sed hanc significationem nihil facere hoc loco. 2. significare spatium 10. annorum, vt Baruch 6. 7. generationes sumuntur pro 70. annis captiuitatis. Sed neque huic significationi locum esse posse in hac quæstione. 3. significare vniuersam ætatem & vitam hominis, quæ in terris degitur. Atque ità sumi Isa. 38. in cantico Ezechiæ regis. Ætatem porrò hominis, definiri in Scriptura, 100. annis, Eccl. 18. vers. 8. *Numerus dierum hominum, vt multùm 100. anni:* a quo non discrepat Psalmus 89. a vers. 10. Hanc tamen mensuram ætatis humanæ, ad tempora Moysis qui scripsit hunc librum, aut etiam posteriora, referri debere, non autem ad tempus Abrahæ, quò tempore longior erat humanæ vitæ mensura. 4. significare procreationem vnius personæ ex alia, vt Matth. cap. 1 toto & has posteriores duas significationes, facere posse huic loco.

Generatio sumitur 4. modis.

Et prior quidem, ad planā, inquit, & rectā huius Loci expositionem mirificè quadrat.

Nam quod dicitur, *quarta generatione reuertentur huc*, non aliud significat, nisi exacto iam quarto sæculo, siue quatro annorum centenario iam peracto. Quatuor itaque generationes, i. e. spatium temporis denotant, ac 400. anni de quibus dixerat. Hæc ille. Adde, consequenter computādæ à natiuitate Isaac. Confirmat ex Dionysio Halicarnass. lib. 1. Roman. Antiq extendente vocem Græc. *γενεὰν*, ad significandum 100. annos, cum ait, stetisse Medorum Imperium prope 4. geneas, id est, ad 400. annos.

Posterior autem significatio, quam plerique scriptores sequuntur hoc loco, quadrare etiam potest, non quidem omni, sed tantum duplici modo. 1. modo. Vt incipiat, inquit, computatio ab iis qui ingressi sunt Ægyptū, & fuere capita ac principes tribuum, vt fuit Iuda, & Leui. Et a Iuda quidem vsque ad Salmō qui egressus est de Ægypto, & fuit vnus de exploratoribus terræ, qui vxorem duxit Raab non 4. sed 6. generationes recenseri: nimirum, Phares, Esron, Ram, siue Aram, Aminadab, Naasson, & Salmon: cum quibus si includas ipsum Iudam, erunt 7. At vero si cōputatio ducatur à Leui, probè constāt numerus. Nam Leui genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, qui vnà cum Iosue introduxit populum in terram promissionis. Itaque Leui non incluso, 4. sunt generationes. Et hunc modum sequitur Salianus an. 1934. num. 22. cum ait: Etsi autem generationem quartam interpretari possumus seculū quartū, vt Tigurina, propter proximè memoratos 400. annos; communiorem tamen Scripturæ vsum retinere possumus. Nā magna ex parte filij Iacob, qui ingressi sunt cum patre in Ægyptum, quartā generatione cum Moyse egressi sunt. Nam Ruben primogenitus Iacob, genuit Phallu ex quo ortus est Eliab, pater Namuel, Dathan, & Abiron; qui post exitū de Ægypto, in deserto, terrā discedente, perierunt. Leui genuit Caath, patrem Amram, ex quo Aaron, Moyses, & Maria. In Iudæ tribu, Iudas genuit Phares, ex quō Esron, qui pater fuit Caleb, socij Iosue in explorandā terra. Passim quidem dicitur filius Iephone, sed in 1. Paral. dicitur filius Hesron. In eadem tamen tribu in stirpe regia inueniuntur sex, & in tribu Ioseph per Manassen totidem: sed ad veritatem locutionis Moysis, tria illa exempla sufficiunt. Porro de hoc loco vide quæ scripsit S. Hieronymus ad Damasum, & Procopius in 15. Geneseos Hæc Salianus.

2. modo, Qui multò, inquit Pererius, probabilior cæteris videtur: vt non computentur hic generationes, quæ factæ sunt antè descensum in Ægyptum, sed eæ solum quæ factæ sunt in Ægypto post descensum Iacob,

A & ante exitum populi ex Ægypto. Vt hic sit rectus & planus sensus verborum Dei, semē tuum peregrinabitur, & seruiet in Ægypto: sed post 4. generationes ibi factas, reuertētur huc. Has porro 4. generationes cernere licet in tribu Iuda, incipiendo eas ab Esron, qui pronepos fuit Iacob, & ingressus est cum eo in Ægyptum Gen. 46. vers. 12. Esron enim genuit in Ægypto Ram hæc est prima generatio. Ram Aminadab hæc est secūda. Aminadab Naasson hæc est tertia. Naasson genuit Salmon hæc est quarta. Hæc ferè ex Peretio.

B Cuius sane posterius dictum, quomodò constet cum his quæ tradidit ad cap. 46. Gen. nimirum, Esron fuisse natū in Ægypto, quæque rursus hoc eodem loco Gen. 15. nu. 83. Naasson egressum fuisse de Ægypto, non satis perspicio; nisi fortè vel generationem sumat pro generante, quod tamen non facit hoc loco: vel reuersionem sumat non pro exitu de Ægypto, sed pro ingressu in terram, quod neque dici potest, nisi quantū ad exploratio nem eius. Quare iuxta sententiam illam, quā dixit Esrō natum fuisse in Ægypto, addi posset, computando primam generationem ab

C Esron, quartam dici generationem completam, seu quintam inceptam, in Salmon. Et hūc fortè sensum intellexisse Sept. Interpretes; cùm dixerunt Exod. 13. v. 18. filios Israel ascendisse (de Ægypto) quintā generatione. Sed tunc obstat Naasson egrediens de Ægypto. Alio ergo modo computari possunt 4. istæ generationes ab ipso Esron. Scilicet, Phares genuit Esron in Ægypto (vt opinatus est Pererius) hæc sit prima generatio. Esron genuit Aram: hæc sit secunda. Aram genuit Aminadab. hæc sit tertia. Aminadab

D genuit Naasson, quo duce ac principe, ait Pererius hoc loco Gen. 15. num 83. tribus Iuda egressa est ex Ægypto, tametsi que licet promissionis terram non creditur intrasse, haud dubiè tamen ex Ægypto egressus est, cūm eum Scriptura Num. 7. principem tribus Iuda in deserto fuisse tradat. & hæc sit quarta.

Cæterum, quia Sept. Interpretēs Exod. 13. vers. 18. dicunt filios Israel ascendisse quintā generatione: propterea Pererius eodem lo-

E co Gen. 15. num. 83. hæc ait. Vtrumque verum esse intelligitur, si per varias tribus ducatur illarum generationum computatio. Si enim generationes istas computes per tribum Iuda incipiens ab ipso Iuda, qui caput fuit eius tribus, reperies 5. generationes vsque ad Naasson, quō duce ac principe tribus Iuda egressa est ex Ægypto. Nam Iuda genuit Phares, Phares Esron, Esron Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naasson, qui licet promissionis terrā non creditur intrasse, haud dubiè tamē ex Ægypto egressus est; cum eum Scriptura Num. 7. principē tribus

A Iuda in deserto fuisse tradat. Nec sanè Sept. Interpretes dixerunt Hebræos quintâ generatione intrasse terram promissionis, sed ascendisse, siue exiisse de terra Ægypti. Hactenùs ferè ex Pererio.

5. Argum. V. ARGVMENTVM. Petitur à Loco Act.13. a vers. 17. *Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit, cùm essent incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea.* vers. 18. *Et per 40. annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.* vers. 19. *Et destruens gentes 7. in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum,* vers. 20. *quasi post 400. & 50. annos: & post hæc dedit iudices vsque ad Samuel Prophetam.* B

Hìc nota primum, in codicibus Græcis, post illa verba vers. 19. *Et destruens gentes 7. in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum*, haberi sic in sequentibus, vers. 20. *Et post hæc quasi annis 400. & 50. dedit iudices vsque ad Samuel Prophetam.* sicque legere Pagninum, Erasmũ, nonnullósq; alios. In Syriaco verò abesse *post hæc*, & *quasi*.

Deinde, propterea sectarios, Lutherum, & Funccium, in chronologiis suis, Mercatorem in Demonstrationibus suæ præpositis cap. 1. fol. 5. pag. 2. post init. Temporarium lib. 2. can. 4. seu à fol. 348. pag. 1. Caluisium Isag. cap. 73. seu pag. 155. aliosque sectarios, & ex catholicis Caietanum, velle numeros ibi corruptos esse, legendumque 350. proinde verò numeros illos non pertinere ad hãc Periodum, sed ad sequentem, quæ est ab exitu de Ægypto, de quâ re suo loco. C

Proptereà etiam, Genebrardum in Iosue, seu an. 2727. pag. 82. init. Funccium impudentiæ arguere (arguisset & reliquos) Lorinum vero in Act. refutare Caietanum: refutandos demùm esse omnes ex regulâ Concilii Tridentini, & declarationibus eius, traditis iam ab initio §. 2. necnon ex regula S. Augustini traditâ §. 5 circa 1. Sententiam. Vide quæ habentur infrà §. 75. D

Denique, non satis ab authoribus declarari quomodo anni illi quasi 450. quadrēt cum ista Periodo. Multò minus, nedũ verò vllatenùs, ab eis ostendi, an, aut quomodo possint codices illi Græci & Syriaci cum Vulgata conciliari. E

1. Modus 5 Arg. I. MODVS est ex parte Saliani to. 3. an. 3023. num. 3. vt ista verba, *quasi post 400. & 50. annos*, coniungantur cum illis, *elegit patres nostros*, & intelligantur nõ de Abraham, sed de Isaac, & incipiant à natiuitate eius, nimirùm anno Abrahæ centesimo.

Hoc pacto cùm ostensum fuerit, a natiuitate Isaac, ad egressum de Ægypto, transactos esse 405. annos: his si addas 40. deserti, & 7. ab ingressu in terram promissionis, vsque ad diuisionem eius, erunt 452. quos declarauerit B. Paulus dicens: *quasi* post 400. & 50. annos.

2. Modus 5 Arg. II. MODVS est Bedæ, Lyrani, Hugonis Card. in illum locũ, Tornielli an. 2329. num. 14. seu pag. 248. col. 1. post init. & ex parte Saliani loco suprà citato, vt ista verba, *quasi post 400. & 50. annos*, coniuncta cum illis, *elegit patres nostros*, intelligantur pariter, non de Abraham, sed de Isaac, neque tamen incipiant a natiuitate eius, adeóque ab anno cẽtesimo Abrahæ, sed ab ablactatione Isaac, vel meliùs, quod tamen ferè idem est, ab expulsione Agar ancillæ, & filij eius Ismaelis, Gen. 21. à vers. 9. quam euenisse anno quinto Isaac tradiderunt supra S. Hieronymus, & cum eo Beda, Massæus, Pererius, Delrio, Salianus, & alij.

Probat. PROBATIO autem Modi Huius, Peti potest specialiter, ex verbis illis, *elegit patres nostros*. Propriè enim patres populi Israel electi sunt, quando Isaac declaratus est habendus semen Abrahæ, seu filius per quem semen ei imputaretur, estque separatus ab Ismaele, atque adeo posteri eius a posteris Ismaelis separati in populum specialem Dei.

Confirm. CONFIRMATVR ex verbis sequẽtibus, *& plebem exaltauit, cùm essent incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelso eduxit eos, &c.* Nam plebs ista declaratur ibi tanquam propriè & proximè pertinens ad patres, qui fuerant electi præ aliquibus aliis. Ex his autem non fuit Abraham. Quamuis enim alio modò fuerit electus: non tamen propriè tanquam ab aliquo alio separatus; Isaac autem contrà ab Ismaele, & Iacob ab Esau.

Hac autem probatione positâ, antequam ostendatur quomodo anni illi conueniant epochæ huic, prius quærẽdum est, quoto anno post ingressum in terrã promissionis, distributio illius facta sit. Communius censent septimo. Quod sic demonstratur: etiam verò ab Authore SederOlam, à Fũccio & aliis. Num. 13. toto, præsertim à vers. 22. missi sunt exploratores a Moyse in terram Chanaan, qui explorauerunt eam per 40. dies: & inter eos fuit Caleb. Hæc autem missio facta est anno secundo post exitum de Ægypto. Nam cap. 1. ỳ. 1. *Locutusque est Dominus ad Moysem in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum de Aegypto.* & cap. 9. ỳ. 1. *Locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sinai, anno secundo post quam egressi sunt de terra Aegypti, mense primo, dicens:* &c. Porro Ios. 14. vbi diuiditur terra, Caleb sic loquitur vers. 7. *Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus Domini de Cadesbarne, vt considerarem Terram, nuntiauique ei quod mihi verum videbatur,* &c. & ỳ. 10. *Quadraginta & quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbũ istud ad Moysem, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum.* Per hæc patet

à 2. annis, seu à secundo anno ab exitu (ferè autem exacto) ad diuisionem terræ, transactos fuisse 45. annos: consequenter ab exitu ad diuisionem, circiter 47. C... um ab exitu ad ingressum in terram ... a ... factos fuisse ... Ergo, ab ingressu in terram, ad diuisionem terræ, ... 7.

Itaque, cum ostensum fuerit, ab ablactatione Isaac, seu Ismaelis expulsione, ad egressum de Ægypto, translatos fuisse annos præcise numero 40. his si addantur 40. deserti, & 7. diuisionis terræ, erunt 447. quos optima ratione signauerit S. Paulus verbis illis, *quasi post 400. & 50. annos.*

Cæterum, hoc ita statuto, demonstratur optime quomodò textus Græcus, conuenire possit cum vulg. Editione; nimirum, si verba illa, *& post hæc quasi annis 400. & 50. dedit iudices* &c. sic exponantur, vt particula, *posthæc*, referatur, non ad proximè dicta, *Et destruens 7. gentes in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum*: sed ad omnia simul præcedentia, seu præcipue ad illa, *elegit patres nostros*, &c. consequenter ista *quasi annis 400. & 50.* non extendantur ad sequentia, *dedit iudices*: sed referantur pariter ad omnia præcedentia, seu præcipue ad illa *elegit patres nostros*, isto sensu, *& quasi 400. & 50. annis posthæc*, id est, postquam elegit patres nostros, *dedit Iudices*, nimirum, Othoniel, ac reliquos, qui rexerunt post Iosue. Hinc patet in Syriaco, omissam fuisse particulam posthæc.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM. apud Pererium ad cap. 12. Exod. num. 107. postmed. Petitur ab annis natiuitatis & vitæ, Caath, Amram, & Moysis. Dummodo, inquit, ponamus Caath fuisse natum eo ipso anno quo Iacob intrauit in Ægyptum. Quod à multis traditur, & est probabile. Adde, dummodo etiam annos quibus Caath & Amram genuerunt, sumant ur prout ... adnumerat S. Epiphanius in Ancorato.

Hoc supposito, filios Israel mansisse in Ægypto 215. annis, sic ostenditur. Ex S. Epiphanio in Ancorato, Caath fuit annorum 65. quando genuit Amram: & Amram 70. quando genuit Moysem. Iunge 80. quibus Moyses eduxit populum: & habebis 215. Negat quidem Tornielius an. 2386. Amram fuisse natum anno patris sexagesimo quinto; quia præferendum vult in hoc S. Epiphanio Polyhistorem, ex quo colligit eum fuisse natum anno patris octogesimo, vel octogesimoprimo, prout videre est ex his quæ habet ibi Tornielius de anno natiuitatis Amram, & anno natiuitatis Caath, quam tradidit an. 193. comparatis ad 3. mundi ætatem. Nihilominùs cum nihil cogat ad non sequendum in hoc S. Epiphanium, manet hoc argumentũ sufficienter probabile, ab eius authoritate.

Obiec. A OBIICIVNTVR, contra hanc sententiã omnia ferè, quæ allata sunt in probationem tertiæ. Et I. quidem locus Exod. 12. vers. 40. *Habitatio autem filiorum Israel quâ manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum:* cum reliquis circunstantiis ad eum fusius annotatis sub argumento eius t. Verum

Respons. RESPONSIO ad caput istius obiectionis, petenda est ex dictis sub refutationibus tertiæ sententiæ, necnon sub argumento secundo istius sextæ sententiæ.

Replica Auzol. SED insurgit, & acriter, Auzoleus in suo Lobulo: mirumque sanè, sed non mirum pro

B solito, quot iteratis vel bis vrget, replicat, inculcat, textum argumentandi modum, qui repositus fuit sub illo primo argumento tertiæ sententiæ, petito nimirum à rigoroso sensu verborum Scripturæ. Vide præ aliis, pag. 121. vitiosè notatã 621. *contra, inquit, ex pressum Dei verbum.* pag. 128. *elongant se à veritate sanctorum textuum*, &c. *contra omnem veritatem.* pag. 164. *formaliter contrarius* (Bolduceus) *sancto textui canonico, qui dicit mansionem hanc fuisse 430. annorum Exod. 12. vers. 40.* pag. 198. *& hoc quoniam non est sequutus*

C (Salianus) *puros textus Scripturæ canonicæ.* ... sufficit dixisse.

Respons. VERVM, ad hos agendi vel loquendi modos reiiciendos, sufficit remittere ad ea quæ fusissimè fuerunt exposita §. 39. & hic superius sub illa tertia sententia, in eius refutatione, sub quinta responsione pro Genebrardo. Hoc solum adpotetur isto loco, cum dicit Auzoleus pag. 194. (ausus idem dicere circa materiam aliam, non solum certam, sed etiam falsam, pag. 68.) *Scripturam sacram nos*

D *obligare ad credendum, mansionem Israelitarum in Ægypto fuisse 430. annorum*: quã facilitate profertur, eadem & reiicitur. Cum verò rationem subiicit, *Quoniam hæc illa dicit Exod. 12. vers. 40.* si per, *hoc illa dicit*, intelligat ... dicere, *seu nos ad credendum obligare* hoc verbis illius imponit: si vero sensum intelligit eam hoc verbis suis importare, fallitur dicit; eadem enim Scriptura sacra manifestè demonstrat aliis in locis, aliisque expressissimis verbis, sed authoritates aliæ idoneæ demonstrant, illa verba non esse iuxtà sensi rigorem sumenda. Quod si pergat Auzoleus

E obstinatè contendere, *nihilominus debere sic illa sumi, Scripturamque nos ad id credendum obligare*: per nos liceat ipsi, non difformiter dicto S. Augustini, plenius adhuc illi lubet delirare.

AD circunstantiam autem libri ipsius Exodi, respondetur, librum illum esse sequelam libri Geneseos, adeòque peregrinationis familiæ Abraham: vnde incipit Hebraicè, *Et hæc sunt nomina*, vel, *Hæc autem sunt nomina*, &c. Ideòque etiamsi ab initio eius agatur solùm de mansione & afflictione ne-

potum Abrahæ: tamen resumitur tandem summariè totum tempus peregrinationis totius domus eius, cuius partè fecit afflictio illa ingressorum in Ægyptum. Ad confirmationem autem petitam à rigore Scripturæ, respondetur, contineri quædam manifesta in alijs scripturæ locis, quæ pugnant cum huiusmodi expositione rigorosa; inter quæ est argumentum illud obiectionis petitum à generationibus *Caath*, & *Amram*, &c. conuincens Israelitas non posse dici habitasse 430. annos in Ægypto.

2. Obiect. OBIICITVR II. Locus Gen. 15. vers. 13. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent* 400. *annis*, & cætera, quæ ex his verbis deducta sunt pro tertia sententia, sub argumento tertio, & quarto.

1. Respons. RESPONDET Temporarius lib. 2. can. 3. seu pag. 145. versùs fin. Seruitutem referendam esse, non ad solos Israelitas qui manserunt in Ægypto, sed etiam ad Abraham, Isaac, & Iacob. Vbi contemptis per nos, quæ pro modestia reformata debacchâs in Genebrardum ait, Qui literarum Hebræarum, (legendum humanarum) diuinarumque professionem venditat, qui Græcorum, Hebræorum, Chaldæorum, Arabum, Persarum Indorum, monumenta lustrarunt, mirum est non percipere (valeant tantùm quæ sequuntur) Non solùm in Ægypto semen Abrahami seruiisse, sed ipsum etiam Abrahamum post discessum è Chaldæa perpetuò seruum fuisse & peregrinum, regúmque & tyrannorum dominatui obnoxium. Valeant & sequentia. Is & filius Isaac proprias vxores flagitiosæ regum libidini permittere coacti sunt; quæ tamen Dei præsidio seruatæ & restitutæ fuerunt. Valeant item hæc. Iacob Dinæ filiæ suæ stuprum sustinuit. Non igitur Israelitæ in Ægypto tantùm seruierunt, sed toto peregrinationis tempore à discessu è Chaldæa: quę seruitus Ægyptiaca, si postrema tempora excipias, multo fuit leuior Chananæa. Nam quoad vixit Ioseph, & aliquandiu post eius obitum, benè habuerunt cum Ægyptiis Iacobæi. Quapropter minimè referenda est seruitus & peregrinatio Israelitarum, ad solam habitationem in Ægypto. Pugnat apertè Scriptura cum hoc dogmate. Sic Temporarius.

Replica. REPLICABIT aliquis pro Genebrardo, Responsionem hanc Temporarij, visam in multis ex capitibus, Scripturæ cōtrariam, ei qui historiam Geneseos inspexerit. in quâ videlicet tantum abest vt Abraham, Isaac, & Iacob, seruierint. quin potius principes illius terræ fœdera cum eis contraherent cupierint, ac contraxerint: neq; non ipsorum potentiam, & timuerint, & experimento compererint. Porrò non piè dici proprias ipsorum vxores flagitiosæ regum libidini fuisse submissas.

1. Respons. RESPONDETVR. 1. Certum esse Abraham, Isaac, & Iacob, quotiès descenderunt in Ægyptum, fuisse obnoxios regibus Ægypti: & timidè illuc ingressos: & se [illegible] semper esse professos. 2. Etiam vxores Abrahæ, & Isaac, expositas fuisse libidini [illegible] illorum, non quidem quantum ad [illegible] flagitiosum, sed quantum ad potestatem [illegible] gum illorum, quô sensu Temporarius [illegible] quutus est. Nam propterea dissimulauerunt Abraham, & Isaac se esse maritos earum [illegible] propter illas à regibus interficere [illegible] licet cùm scirent in potestate regum [illegible] mulieres ipsas tollere, quod etiam fecerunt actu Pharao & Abimelech, quandò tulerunt Saram: vnde mulieres illæ soli Dei potestate extraordinariâ protectæ sunt à regum iniuriâ, non autem auctoritate virorum suorum. 3. Etiam Iacob, & priores alios, multas iniurias fuisse passos in alijs locis: vt in Mesopotamia, vbi Iacob seruiuit 20. annis: in Chanaan, siue Palestinâ, vbi timidè semper habitarunt, & eorum putei per incolas terræ obturabantur, & pro aquâ iurgia mouebantur, & Dina rapiebatur, & Iacob arguebat filios propter deletas Sichimas, ne ab alijs incolis terræ suscitaretur aduersus ipsum persecutio.

Alia Replica. INSTARI potest. Contrà Temporarium saltem esse, quòd si seruitus illa referenda sit etiam ad Abraham, 400. anni fuerint etiam ad eum referendi, siue ab eius temporibus incipiendi: quod tamen falsum erit, vel in ipsamet sententia Temporarij.

Respons. RESPONDERI potest, mentem auctoris non esse, seruitutem præcisè de qua fit mentio Gen. 12. referendam esse ad Abraham: sed seruitutem, siue potiùs peregrinationem, quæ fuit annorum 4[illegible]. sicut eam quæ fuit tantùm 400. referendam esse tantum ad eius semē, sic tamen vt per priorem, quæ fuit Abraham, confirmetur ea quæ fuit seminis eius, contrà sententiam dicentem semen Abraham nunquam fuisse seruum in terrâ Chanaan. Sed quidquid sit de Temporario.

& vera Respons. S. Augustinus. VERA RESPONSIO est illa quā habet S. Augustinus 6. C[illegible]. *Non quod in seruitute sub Ae[illegible] 400. annos populus ille [illegible] et persecuturus, sed quod in [illegible] 400. annis futura esset illa [illegible]*, &c. E[illegible] siue author [illegible]. 47. Exodi. *N[illegible] de [illegible] seruitute & afflictione, ad 4[illegible] annos [illegible] dum est, sed re[illegible] debet ad per[illegible]nationem in terra non sua, id est, siue in terra Chanaan, siue in Aegypto. Est itaque hyperbaton in [illegible] & sic ordinata est oratio. Scito quia p[illegible] num erit semen tuum in terra non sua 4[illegible] annis, & subiicient eos seruituti, & af[illegible] ient eos, vt hoc quod interpositum fuerat de seruitute &*

*afflictione, non pertineat ad illa 400. annos, ipsi quatenus id continent in extrema parte illius temporis*, Hæc S. Augustinus, & author libri istius.

Ad illa verba, *in terra non sua*. Respondetur, contra Olcastrum, terram Chanaan non fuisse etiam Abraham, Isaac. & Iacob. prout fusè ostensum est ex variis locis Gen. præsertim verò Hebræorum 11. vers. 9. & Act. 7. vers. 5. suprà §. 40. sub sententia 1. contra 4. modum, in responsione ad 1. argumen. tum.

Ad illa, *reuertentur huc*. Respondetur, aduerbium *huc*, non inferre necessariò formalem relationem ad ingressum in Ægyptum, nisi forsan disiunctiue quoad personas: nempe aliquos fore ibi peregrinos, & hos inde reuersuros. Potius autem dicere formalem relationem ad peregrinationem inceptam inde.

Ad illa, *Generatione autem quarta reuertentur*. Respondetur breuiter, esto intelligerentur de quarto sæculo exacto, vel secundum Sept. Interpretes de quinto ineunte, cum per ea nil amplius prætendi possit, quam per illa alia 400. *annis*: vtique nil amplius quàm per ea concluditur.

3. Obiect. OBIICITVR III. Locus Iudith. 5. vers. 9. *Vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus.*

1 Respons. I. RESPONSIO esse potest, illa verba *per* 400. *annos* non haberi in translatione Sept. Interpretum. Vnde Torniellus an. 2319. num. 17. non immeritò, inquit, posset quis suspicari, ea olim in textu quoque Hebraico non extitisse, sed postea ab aliquo fuisse addita. Alioquin ab ipsis Sept. Interpretibus non fuissent præterita. Subdit: Hoc si verum esset, facilè cessaret obiectio.

Reiicitur. VERVM, Hæc Responsio est reiicienda: supposito pro certo, quod eadem verba legitime habentur in Editione Vulgata.

2 Respons. II. RESPONSIO esse potest, similis ei quam habet Gordonus cap. 10. ad Periodum 5. sub num. 33. seu pag. 214. post med. circà illud, quod in fine eiusdem capitis lib. Iudith habetur, de templo euerso, secundum exemplaria Græca. Fateri, inquit, oportet inquirenti Holofernì mores & loca Iudæorum nominata, plurimaque narrasse Achiorem hunc alienigenam, parum quidem nota iam duci, & sine dubio vera, vtpote certa ex aliis Scripturæ locis. partim narrassis non ità narranti comperta, vel etiam non ita vera, vt nullam variaret ille temporum aut locorum conditionem: ac tale est illud versiculo 16. cap. 5. de templo euerso. Non enim scriptor historiæ affirmat omnia prorsus ita habere vt narrat Achior. Fuit quidem certum est, ea esse dicta a Gabaonitis quæ narrat author lib. Ios. at vera fuisse quis affirmabit? & plenæ sunt Scripturæ huiusmodi exemplis, ex præclaro S. Augustini testimonio, libro contra Priscillianistas & Origenistas, cap. 9. Ità Gordonus.

Foemina. Iul. 1 Respons. AD HANC Responsionem, dicet aliquis, eam quamuis nonnullis in locis veram, non tamen videri hoc in loco, vel etiam in his materiis, recipiendam. Vix enim esse probabile, scriptores sacros, etiam si sint narratores alicuius historiæ, errorem illorum apposuisse in scribendo. Alioqui via si aperiretur ad plurima, ne dicam omnia, Sacrarum historiarum, in dubium vertenda. Qui enim sciri poterit, quando scriptores Sacri locuti fuerint ex sua, & non aliorum sententia: vel quando narratores aliquos introducendo, veritatem eos narrasse supponent: Sic in singulari dubitabitur de loco S. Lucæ pro Cainan 2. & de tota narratione B. Stephani, vel maxima eius parte, de quibus actum est in 2. Periodo. Porro hoc in loco nil obnium fieri in narratione Achioris, quod veritatem conuincat ei defuisse: quin multum probabile esse, eum hæc rescuisse ex studio Sacrarum litterarum, aut certe ex historiis ac monumentis Iudæorum fide dignis. Quod autem dicitur ibi de *templo euerso*, vel dic per figuram aliquam locutionis, vel melius additum esse per vitium corruptionis; etenim non haberi in codicibus Vulgatæ Editionis. Ad horum confirmationem vide quæ habet Pererius Gen. 46. disp. 2. num. 25. vt narrationem B. Stephani de 75. animabus Act. 7. a Septuag. Interpretibus desumptam, ab omni errore vendicet: quæque nos tradidimus suprà §. 39.

ATTAMEN etiam dici potest, esse certum sit multa non rectè dicta, recitari in Scripturis sacris historicè, quamuis non approbentur ab eis, idque ex qualitatibus personarum quæ loquentes introducuntur, vel etiam ex materia de qua loquuntur, dignosci posse: nihil repugnare quin idem fit hoc in loco, præsertimque in materiis istis chronologicis. Nam introducuntur in Scripturis sacris aliqui loquuti tanquam Spiritu sancto inspirante, vt ferè omnes viri Sancti: & horum omnia dicta censenda sunt vera, fidemque facientia, quemadmodum ea quæ dicuntur ab ipsis librorum sacrorum scriptoribus, vt S. Luca in Actis, S. Paulo in epistolis, &c. in eo sensu quo ab ipsis dicuntur. Alij vero referuntur loquuti, vel tanquam gentiles, vel tanquam improbi, vel alio quouis modo, sine dictamine Spiritus sancti, quorum non est necesse omnia dicta approbari. Et forte eiusmodi erat Achior; erat enim gentilis, &

solum referebat, quæ di[illegible]cerat humanitus, proindeque nec egebatur tunc a Spiritu sancto in omnibus verbis suis.

HÆC RESPONSIO sufficere potest. Non enim [illegible] Achiorem videndo Locum Gen. 15. de 400. annis, non [illegible] sensum eius assecutum esse, sicut locum illum olim aut etiam nunc, aliqui non recte sunt assecuti. Nihilominus quoniam & nihil conuincit, narrat[illegible] eius in hoc ibi fuisse falsam: & alia ratione potest saluari dictum Achioris, propterea quamuis responsionem istam non improbemus, tamen aliam quandam quæ est Pererij & Torniellí non etiam reijcimus. Itaque

1. Respons. III. RESPONSIO est Pererij in Exod. 12. num. 1[illegible]8 Achiorem vniuersam posterorum Abrahæ in terra aliena commorationem, appellasse Ægyptiacam, totum denominando à principaliori parte. Hebræi quippe diutius in Ægypto quam vspiam alibi commorati sunt, ibique mirabiliter breui tempore multiplicati: cúmque asperrima seruitute premerentur ab Ægyptiis, multis & magnis a Deo prodigiis liberati sunt. Hæc Pererius.

Replica. DICES. At ibi non est sermo de commoratione: sed de multiplicatione; aut si de commoratione, vtique de illa solùm in quâ facta est multiplicatio? Hæc autem dicitur facta, *illic*, id est in Ægypto. Ergò non in Chanaan.

Respons. RESPONDEBIT Pererius, multiplicationem fuisse factam in vtroq; loco, etiamsi diuerso modo: scilicet, formaliter in Ægypto, dispositiuè in Chanaan: vel, inchoatiuè in Chanaan, completiue in Ægypto. Vnde vtrúmque traditum est ab Achiore per modum vnius: sicut idem Achior tractauit de tota illa progenie, tam in Chaldæa & Mesopotamia, quam in Ægypto, per modum vnius.

Declat. HANC Responsionem fusiùs declarans Torniellus sic ait: Ibi Achior timore Holofernis, coram quo stabat, nonnihil perturbatus, concise admodum & indistinctè, ac veluti per quosdam saltus (quemadmodum legenti perspicuum esse potest) repetit Hebraici populi originem, dicens, quòd egressus de terra Chaldæorum habitauit primo in Mesopotamia, id est, in Charan: & prætermisso ingressu illius in terrâ Chanaan, subiungit eundem facta fame descendisse in Ægyptum, non explicans, quænam illa fuerit fames, an ea quæ contigit viuente Abrahamo, an vero, quæ temporibus Isaac. Deinum, dicit quod [illegible] annos 400. multiplicatus est, non de[illegible] a quonam tempore dinumerandi sint [illegible] 400. anni. Vnde ad pleniorem huius historiæ intelligentiam, necessariò oportet multa alia subintelligere ab

A ipso Achior breuitati ergo prætermissa, videlicet, quod de Charan venit [illegible] eiusdē populi Abraham, in terra Chanaan [illegible] prædixit ei Deus quod semen eius [illegible] Isaac & Iacob ac posteros suo[illegible] propaga[illegible] peregrinari deberet 400 annis in terra non sua, id est, partim in terra Chanaan, partim in Mesopotamia & denique etiam in Ægypto, quo postea premente fame in Chanaan descendit Iacob cum omni familia sua, anno ætatis suæ centesimotrigesimo, & tandem completis 400. prænuntiatæ peregrinationis annis, quam diximus ab anno vitæ Isaac

B sexto ineunte esse inchoandam, inuentus est populus ille vsque adeo multiplicatus, vt ferè dinumerari non posset. Iste est, inquit, legitimus illius loci sensus: ac si dictum esset, populum hunc valdè multiplicatum esse in Ægypto, quem [illegible] in fine annorum 400. memoratæ peregrinationis, quando egressus de Ægypto. Constat enim illud, [illegible], ad multiplicationem [illegible] & ad finem memorati temporis, in quo [illegible] numerari [illegible] poterant, non autem ad totos 400. annos esse referendum: & illud,

C *per*, idem importare ac si dictum fuisset *intrà*. Solent enim huiusmodi præpositiones in Scripturis sanctis varias interdum sortiri significationes, vt latè probat Iohannes Driedo lib. 3. de Dogmat. Ecclesiæ tract. 2. cap. 1. &c. Hæc Torniellus?

ITAQVE vis tota solutionis istius consistit in explicatione particulæ illius, *per*: vt significet, non quidem per totos annos 400. multiplicationem illam fuisse factam, sed tantum *intra* illos, siue per aliquam, nimirum vltimam eorum partem, cuius tamen altera inceperit longè ante illam multiplicationem. Quæ eadem ferè solutio est, quam

D suprà dedit S. Augustinus argumento 2 sententiæ, & hic 3 argumento 3. sententiæ [illegible] obiectioni 2. nimirum, 400. illos ann[illegible] commemorari cum mul[illegible] [illegible] Gen. 12. cum seruitute [illegible] intra illos, seu in fine [illegible] parte, videlicet comm[illegible] facta sit multip[illegible] non au[illegible] in ca omnes illi anni sint peracti. C[illegible] fauent omninò, tanquam ex forma Scripturæ

E phrasi, loca præsertim libri Iud[illegible]c. cap 3. ÿ. 11. *Quieuit terra 4[illegible] annis*: [illegible] 30. *Quieuit terra 8[illegible] annis*. & cap 5. [illegible] vlt. *Et quieuit terra per 40. annos*. [illegible] ostendetur rursus suo loco, [illegible] exponi communiter, vt *quies* non durauerit *per* totos illos 40. 80. & 40. annos, sed tantum in [illegible] per aliquam præcipuam & vltimam eorum partem, cuius altera cœperit longe ante quietem illam, & in captiuitatibus, aut bellis, quieti multum opposit[illegible], fuerit [illegible] sumpta.

Vis Solutionis.

4. Obiect. OBIICITVR IV Act. 13. vers. 17. 18 19. 20. & 21. *Surgens autem Paulus*, & cætera, quæ in prædicta 3. sententia, sub argumento 6.

Respons. RESPONDETVR. Ostensum fuisse sub hac 6. sententia, argumento eius 5. annos illos optimè computari à natiuitate, vel ablactatione, Isaac. Sed & quamuis non possent metæ sufficienter illi, seu ad vnguem adaptari: nihilominùs locus iste nihil contra hanc sententiam faceret, propter particulam, *quasi*, quæ defectum omnem eiusmodi suppleret.

Ad illa verba, *cùm essent incolæ in terra Aegypti*. Respondetur, ea referri solum ad illa præcedentia, *plebem exaltauit*, vt videre est in contextu.

Ad ista autem, *quasi post 400. & 50. annos*. Respondetur, ostensum fuisse ea non esse solum comungenda cùm illis, *& plebem exaltauit cùm essent incolæ in terra Aegypti*, sed etiam ac prius cum præcedentibus, *elegit patres nostros*.

Ad argumentum illud, quod S. Paulus nullam ibi faciat mentionem de Chaldæa, Mesopotamia, Chanaan, &c. Respondetur, hoc falsum esse pro terra Chanaan. Nam in verbis illis, *Deus plebis Israel elegit patres nostros*, dictum est, intelligendos esse, Isaac, & Iacob, electos præ Ismael, & Esau, in terra Chanaan.

5. Obiect. OBIICITVR V. Non potuisse tam paucis annis absque miraculo propagari tot millia hominum, & cætera, quæ sub 3. sententia, argumento eius 7.

Respons. S. Augustinus. RESPONDET Pererius in Exod. 12. num. 114. B. Augustino (vel authori) id nequaquam incredibile visum esse, hoc modo scribenti q. 47. Exod. *His* (*pag.* 215.) *quantum multiplicari potuerunt Hebræi, si fæcunditas hominum consideretur, adiuuante illo, qui eos voluit valde multiplicari, reperietur non esse mirum, quod in 600000 creuisset populus ex Aegypto, excepto apparatu* &c. Porrò authores huius 6. sententiæ, præsertim Caluisius, necnon authores sequentis siue 7. præsertim Temporarius, itâ dilucidè demonstrant contrarium, vt non sit opus operam & tempus in hoc terere.

6. Obiect. OBIICITVR VI. Non esse verisimile Scripturâ digitatim numerasse 290. annos ab ortu Abrahæ, ad ingressum in Ægyptum, & rursum voluisse includere annos illos in numeratione annorum habitationis in Ægypto.

Respons. RESPONDETVR. Contrarium non esse Scripturæ insolitum. Nam 3. Reg. 6. vers. 1. summatur tempus ab egressione filiorum Israel de Ægypto, ad iacta Templi fundamenta, quamuis omnes partes singulares illius summæ, vnâ tantum exceptâ, digitatim numeratæ sint in præcedentibus, prout ex professo tractabuntur in sequenti Periodo, & notatæ sunt in 1. §§. 14 & 15.

7 Obiect. OBIICITVR VII. Apud Pererium ad cap. 12. Gen num. 48. Incertum esse, à quâ promissione Abrahæ factâ, initium computationis annorum illorum 430. sumendum sit. Et quidem videtur quod non à promissione possessionis terræ Chanaan, dandæ semini ipsius Gen. 12. & 13. Siquidem S. Paulus Galat. 3. vrget promissionem ad Christum propriè pertinentem. Non etiam ab illa, quæ cap. 12. Gen. vers. 3. *In te benedicentur omnes cognationes terræ*. Siquidem hæc respicit Abraham, non Christum. Videtur ergò sumendum ab ea, quæ habetur Gen. 22. vers. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ*. Atqui non liquet ex sacris Scripturis, quonam tempore facta fuerit ista promissio. Quod si super hoc consulantur authores, Iosephus, & communior sententia cum illo, dicebat supra §. 39. Isaac fuisse tunc 25. annorum, Hebræi verò 37. Abraham ergò fuisset 125. vel 137. Vtroius modo deficit huius sententiæ computatio, siue numeres tempus à septuagesimoquinto Abrahæ, ad introitum in Ægyptum, siue numeres ab introitu, ad Exitum de Ægypto: ibi enim erit defectus, hic excessus.

Respons. RESPONDETVR. Ex eodem Pererio num. 49. Initium computationis illius sumi debere à prima promissione, quæ facta est illis verbis cap. 12. vers. 3. *In te benedicentur omnes Gentes*, illúdque, *in te*, dictum esse pro, *in semine tuo*, sicut explicatiùs & perspicuè magis postcà declaratum est Abrahæ, cum voluit immolare filium suum, Gen. 22. vers. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes*. Non enim illa verba, *In te benedicentur*, si referantur ad personam Abrahæ, veram sententiam continerent. Atque ita S. Paulus, pro eadem re sumpsit vtrumque locum, dicens, Galat. 3. vers. 8 *Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes Gentes*. & vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus*. Vide Pererium loco citato.

Replica. DICES. Gen. 22. addi, *quia obedisti voci meæ*, & per hoc ostendi, promissionem illam fuisse factam solummodò à tempore oblationis Isaac.

Respons. RESPONDETVR. Promissionem fuisse primùm factam in Chaldæa, seu cap. 12. simpliciter & absolutè: tamen, non sine conditione illa obedientiæ præstandæ confirmandam & exhibendam.

Alia Replica. INSTABIS. Sententiam istam supponere, promissionem illam primam fuisse

numero & excrescente prominus 430. vel intrà 430. in ea finitos.

VII. Locus. habetur Iudith. vlt. vers. 28. *Mansit autem in domo viri sui annos 1*05. &c. Hunc locum sic exponendum esse, vt sensus sit, non quod manserit in illa domo totis 105. annis, sed quia hanc vitæ suæ [illegible] dum in illa domo terminauit, censet Cornelius a lapide in Exod 12. & post eum Salianus to. 2. an. 2543. num. 11.

Similes veteris testamenti locos, exponunt isto modo nonnulli, v. g. 70. annos Desolationis, de quibus 2. Paral. vlt. a vers. 20. *donec imperaret rex Persarum*, vers. 21. *& compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum vsque dum complerentur 70. anni*: de quibus etiam Ierem. 25. à vers. 11. & 29. à vers. 10. Dan. 9. vers. 2. & 3. Esd. 1. a vers. 57. Sic enim exponunt eos, v. g. Baradius to. 1. lib. 5. cap. 17. vt nolint Desolationem durasse per 70. illos annos integros, sed tantùm intra eos, seu, in eis fuisse finitam. Quod quamuis ab omnibus non concedatur, prout etiam non concedemus suo loco: attamen valent hæc ad ostendendum, genus eiusmodi phrasium vel expositionum, esse apud authores bonos receptissimum.

VIII. Locus. habetur Act. 13. vers. 21. *Et exinde postulauerunt regē, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis* 40. Atqui ex historia habita lib. 1. Reg. præsertim autem cap. 7. vers. 2. vbi dicitur Arcam fuisse in Cariathiarim 20. annis, scilicet sub regimine Samuelis, & in sequentibus vbi Saul eligitur, constat apud omnes ferè authores Saulem non rexisse 40. annis, apud maximam autem eorum partem nō plus 22. annis, apud nos non plus 16. Vnde sensus est, eum fuisse regem annis 40. non quibus totis rexerit, sed intrà quos rexerit, vt sint computandos à regimine Samuelis, cum quo dicemus eum vixisse simul, neque verò rexisse absque consortio eius plus 2. annis. Vixit sic, sensus est apud omnes omnino, regnum eius durasse intra 40. annos, & in eis finitum esse. Eodem ergo modo exponi potest Habitatio Hebræorum in Ægypto 430. annorum.

II. EXPOSITIO est Septuaginta Interpretum, & non Patrum ac Doctorum, per *Filios Israel* intelligi etiam Abraham Isaac & Iacob: adeoque per *Aegyptum* etiam terram Chanaan.

Septuag. Interp.

Septuaginta Interpretes ita verterunt, seu explicarunt, locum illum. *Habitatio autem filiorum Israel, quam manserunt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, fuit 430. annorum.* Hos vocat Barad. explanatores grauissimos. Eorum vero lectionem secuti

A sunt [illegible] omnes. In specie autem

Eusebius, adducit verbis [illegible], *Ipse quoque in libro Exodi [illegible] modum [illegible], Habitatio filiorum Israel, quā habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, anni 430.*

S. Augustinus. vel author qq. Exod. hæc habet. *[illegible], etiam ipsi [illegible] significauit: non enim dixit, incolatus filiorū Israel, quem incoluerūt in terra Aegypti, annis 430. sed aperte [illegible], quem incoluerunt in terra Aegypti & in terra Chanaan, ipsi & patres*

S. Augustin.

B *eorum. Ac per hoc [illegible] computandum esse tempus etiam Patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham in terra Chanaan, id est ex illa promissione [illegible] fidem laudat Apostolus, vsque ad illud tempus quo Iacob ingressus est in Aegyptum. Toto quippe isto tempore peregrinati sunt Patres ibi in terra Chanaa: & deinde semen Iacob in Aegypto, & sic completi sunt 430. anni a promissione [illegible] ad exitum [illegible] de Aegypto, quando facta est lex in monte Sina.* Sic S. Augustinus, vel Author. Cuius illa ratio quidem, quod scriptura, vel Moyses, non dixerit, *Incolatus filiorum Israel quem incoluerūt in terra Aegypti annis 430.* etsi non satis infirma, si sermo

C esset de Editione Vulgata: tamen sumpta iuxta scripturā seu expositionem Septuaginta Interp. est valida. Nam & exponi potest, vt S. Augustinus vel author subintellexerit, scripturā Exodi, spectatam secundum omnes editiones, non dixisse *tantum*, incolatus &c. Similia S. Augustino habet Beda lib. de 6. ætat mundi: quem [illegible] reiiciemus. Item,

Lyranus [illegible] 12. *[illegible] sit non*

D *mansio [illegible] Hebræos 430. an[illegible] sed iste numerus annorum capit secundum [illegible] lores [illegible] a tempore quo Abraham [illegible] Mesopotamia [illegible] terram Chanaan, in qua ipse & posteri [illegible] tanquam peregrini, [illegible] descensum in Aegyptum. Et sic exponendum est quod dicitur in hoc loco Exodi, Habitatio filiorum Israel qua habitauerunt in Aegypto, [illegible] simul etia cum illo tempore quô manserunt in terra Chanaā & Aegypti, & Philistinorum, tanquam peregrini, fuit 430. annorū.*

E Similia denique Tostatus in Exod. 12. q. 44. & reliqui fere moderni.

Non omittenda sunt hoc loco quæ habet Temporarius lib. 2. can. [illegible] 134. sub init. vbi proponit textum Exod. 12. hoc modo: Peregrinatio filiorum Israel quā manserunt in Aegypto, 30. fuerūt anni & 400. Addit que. Sic vertendum esse ex Hebr. doctrinæ linguæ Hebraicæ peritissimi. Vulgatæ versiones quæ loco peregrinationis Habitationem habent, non satis capiunt Moysis sententiam, & relatiuum אשר, perperam referunt ad Habitationē, cum ad filios Israel

spectare debeat. Verbum בישב legitur in וכושב [illegible] vertitur Moyses, deducitur a themate ישב quod habitare quidem significat [illegible] peregrini & incolis intelligitur. Id quod Deus oraculo suo expressit: semen Abrahæ [illegible] fore & seruitur in terra non sua. Sequens igitur [illegible] habitatio-nis verbum, sic Moyses [illegible] vertendum e[illegible] Filiorum autem Israel qui commorati [illegible] in Ægypto, Habitatio in terra non sua [illegible] annorum 430. Hæc ille.

Verum [illegible] ea, quæ initio carpen [illegible] Editionis Vulgatæ gratia habet hic aut [illegible] imperfecta sint. Non [illegible] אשר [illegible] ad [illegible] nem & vet[illegible], [illegible] qui vnquam [illegible] vertendum dixerit. Quin potius Septuaginta Interpretes, in translatione sua, S. Hieronymus in Hebræum, Arias Montanus in Chaldæum aliique [illegible] linguæ Hebrææ peri-[illegible] ad habitationem. Et quamuis Hebræa [illegible] bigua quidem [illegible] tamen imperfecte [illegible] esse, perperam relatum ad habitationem, patet ex ipsa ratione ambigui, & tot grauium authorum in [illegible] lectione in expositionibus suis. Sed quis vel modicum in lingua Hebraica versatus, nesciat veram esse phrasim illam Hebraicam, habitatio qua habitarunt, aut si lubeat peregrinatio quâ peregrinati sunt, & similes, per quas relatiua [illegible] in vocabulum quod reducit [illegible]? Quin [illegible] hoc ipsum nonnihil faceret contrà sententiam quam amplectitur ipse Temporarius, nimirum pe-regrinationem [illegible] ante [illegible] de filiis Israel [illegible] dictam [illegible] cum [illegible] ffuribus [illegible] ter Abraham, Isaac & Iacob. Nam אשר te-[illegible] Ægypto, [illegible] Abra-ham [illegible].

[illegible] Verbum ישב, ex propria ratione [illegible] ab [illegible], vt Temporarius ipse [illegible] fac[illegible] ex [illegible] que [illegible] onit it de habitatione [illegible] a, ac de incolatu. Imo [illegible] frequentius de prima illa, quam de hac posteriora. Sed & si vera sunt quæ asse-[illegible] authoritate de verbo huiusmodi, quomodo [illegible] non verit peregrinatio filiorum Israel qui peregrinati sunt, non autem [illegible]. Etenim vocabulum manse-[illegible] exprimet Moysis sen-tentiam.

[illegible] qui [illegible] sententiam ex-[illegible] Temporarii. Nam vocetur Ha-bitatio, vocetur peregrinatio, numquid non semper asseritur fuisse [illegible] 430. Item, illud relatiuum אשר [illegible] ad filios Israel, & non ad peregrinationem, nunquid non propterea [illegible] peregrinatio-

A nem eorum qui manserunt in Ægypto fuisse annorum 430. Itaque, si hoc [illegible] adduceret, parum certè aut nihil pro hac sententia faceret.

Melius infrà pag. 145. propè med. In peregrinatione, inquit, Filiorum Israel, Abrahamus ipse caput & origo Israelitarum accensendus est. Nam filios Abrahæ vocant Hebræi, quod Latinis dicitur Domus Abrahæ. Quia filius Hebræis ab ædificando dicitur (nempe בנה à בן). Sic à Virgilio dicta est domus Assaraci, pro gente & familiâ. Et quemadmodum Fabiorum domus, continet

B ipsum Fabium, qui genti nomen dedit: ità seminis Abrahæ, domus Abrahæ, filiorumue Israelis appellatione, censetur ipse pater Abrahâm, cuius migratio e Chaldæa peregrinationis initium facit, exitus idem cum exitu ex Ægypto. Et hoc postremum omnibus in confesso est. Sic ille. In quorum confirmationem vide quæ dicta sunt §. 39. ex Gen. 46. & Exod. 1. vbi ostensum est in numeratione [illegible], includi tum sæpe Iacob ipsum, tum alios filios eius, tanquam principes familiarum, etsi non nominatos expressim in Moy-

C sis narratione.

Melius adhuc Pererius in Exod. 12. sub num. 116. partim ex Hebræis, Lyrano, Tostato, & aliis, partim ex seipso (cui tamen cō-formes sunt & reliqui) nimirùm, orationem Moysis non esse propriam locutionem, sed figuratam & Synecdochicam, quâ pars ponitur pro toto, eamque duplicem. Est autem, inquit, in verbis illis Moysis duplex Synecdoche. Vna cum commemorat tantùm posteros Iacob, cùm reuera memorandi essent

D tam illi, quàm patres eorum. Altera est Synecdoche in eo quod nominat tantùm habitationem in Ægypto, cum memoranda esset non tantùm hæc, sed etiam habitatio [illegible] Patriarcharum in terra Chanaan. Causas subiungit, cur Moyses tantum nominauerit mansionem Hebræorum in Ægypto. 1. Totius, inquit, illius habitationis 430. annorum, & initium fuit in Ægypto, & finis. De fine, clarum est. De principio, patet item ex Gen. 12. vbi narratur statim vt Abraham venit ex Mesopotamia in terram Chanaan, cogente

E fame venisse in Ægyptum. 2. Illius habitationis 430. annorum, maior pars in Ægypto consumpta est. Siquidem in terrâ Chanaan in diuersis temporibus manserunt illi tres Patriarchæ 195. annis. Iacob verò mansit in Mesopotamia 20. annis. At continua Hebræorum mansio in Ægypto fuit 215. annorum. 3. Habitatio Hebræorum in Ægypto, tribus rebus fuit valde insignita, & nobilitata. Primùm enim Ioseph eo tempore summo cum imperio vniuersam Ægyptum per 80. annos gubernauit, & eo tempore in magna prosperitate fuerunt Hebræi. Deinde

post mortem Ioseph, perinsignis & admiranda fuit multiplicatio Hebræorum, li[illegible]t laboriosissima seruitute affligerentur ab Ægyptiis. Denique, liberationem eorum, atque exitum ex Ægypto, tot & tanta tunc facta prodigia valde memorabilem & admirabilem reddiderunt. Ob has itaque causas, Moyses solùm Hebræorum in Ægypto mansionem, commemorare voluit. Hæc ex Pererio.

Porrò, hæ duæ expositiones differunt, quod prima tribuat habitationem solis filiis Israel propriè dictis, & in Ægypto sola refeatque annos 430. ad aliud principium, quam ad habitationem illam; & dicat eam extitisse intrà 430. annos, seu completam esse in eis ab alio tempore computandis.* Ex quo videri posset minùs probabilis, propterea quod mentio habita non fuerit Annorum illorum in præcedentibus. Attamen videri etiam potest, magis conformis phrasibus Scripturæ solitis, quarum similis prorsus habetur Iudith 5. de multiplicatione filiorū Israel in Ægypto per 400. annos, quorum nihilominus in præcedentibus nulla mentio, prout ostêdetur expressiùs in obiectionibus. Secunda autem tribuit habitationē, non solis filiis Israel propriè dictis, sed etiam patribus eorum, tanquam synecdochicis in vocabulo filiorum Israel contentis: itemque tribuit illam nō soli Ægypto, sed terræ Chanaan, tanquam synecdochicæ etiam in vocabulo Ægypti contentæ. Quæ autem illarum sit magis probabilis, iudicet quisque pro libito. Vtrauis certè est necessaria.

Ex horum omnium interpretatione manifestum est, Habitationem, incolatum, vel peregrinationem filiorum Israel, incipiendam esse à tempore quô Abrahamipsemet cœpit peregrinari.

Hac autem probatione, seu expositione posita, quomodo [illegible] habitatione, incolatu, seu peregrinatione Abrahæ, & suorum in terra Chanaan, ad exitum de Ægypto, repetantur anni 430. & consequenter 215. tribuantur mansioni in Ægypto, ostendit Beda lib. de 6. Ætat. mundi, vbi postquam commemorauit illa verba Exod. 12. *Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit 430. annorum*: subdit hæc *Horum summam annorum Chronographi computant à septuagesimoquinto anno natiuitatis Abram, quando primum intrauit in terram Chanaan, videlicet sequentes Editionem Sept. Interpr. quæ sic habet eo loco. Habitatio filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi, & patres eorum, anni 430.* [illegible] *nem necessario esse sequendam* [illegible] *Hebraica veritas ostendit.* &c vbi aff[illegible] argumētum de Caath &c Estque res [illegible] argumento præcedenti. Nam ex cap. [illegible] Exod Habitatio Abrahæ & [illegible] Chanaan [illegible] [illegible] Abr[illegible] anno eius [illegible] [illegible] in Ægyptum, [illegible] annos. Ergo reliqui 215 [illegible] nis in Ægypto.

III. ARGVMENTVM. [illegible]tur a[illegible] habitatione sim[illegible] & af[illegible] [illegible] Ex locis Gen. [illegible] vers. 15 & Act. 7. vers. 6. Nam Gen. 15. vers. 15. *[illegible] prænosce quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & [illegible] subicient [illegible] seruituti & affligent eos 400. annis.* Et Act. 7 vers. 6. *Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & male tractabunt eos annis 400.* Quæ loca duplicem habent expositionem apud S. Aug. Primam lib. 16 Ciu. cap. 24. Secundam q. 47 Exod. quas breuiter retulimus sub 2. sententia, [illegible] refert Pererius ad cap. 15. Gen. num. 74. seu pag. 57[illegible] col. 2. Prima Expositio [illegible] ciu. 24. hanc habet sententiam. Cum dicitur semen Abrahæ peregrinaturum & seruiturum 400. annis, non significatur totos istos 400. annos esse transigendos in illa seruitute, sed quod in ea seruitute complendi & finiendi essent. Sicut Gen. 11 legitur secundum trāslationem Sept. Interpr. dies Thare in Charra fuisse 205 annos, non quod omnes ibi acti sint, sed quia ibi completi sunt. Augustini verba hæc sunt. *Non quod in seruitute sub Aegyptiis affligentibus 4[illegible] annos populus ille esset peracturus, sed quod in illis 4[illegible]. annis futura esset illa seruitus. Quemadmodum enim scriptum est de Thare patre Abræ, Et fuerunt dies Thare in Charra 5. & 2[illegible]. anni, non quia ibi omnes acti sunt, [illegible] quia [illegible] comp[illegible] [illegible] Ita [illegible] seruitus & a[illegible] dicitur 4[illegible] annorum, quoniam hic numerus in ea [illegible] [illegible], non quia ibi vniuersus [illegible]* Augustinus

Altera Expositio S. Aug. vel auctoris, ex q. 47. Exod. hanc sententiam habet. Cum [illegible]is verbis duæ res [illegible] nun[illegible], & peregrinatio in ter[illegible] non [illegible], & [illegible]us atque afflictio: quod [illegible]texitur de 400. annis, referri debet ad peregrinationem, non autem ad seruitutem. Peregrinatio enim durauit totos 400. annos, seruitus autem minimè. Quamquam & ipsa seruitus intra illos annos f[illegible]. Quin etiam idem fuit seruitutis & [illegible] annorum terminus. Verba S. Augus[illegible] [illegible] sunt hæc. *Non itaque quod dicitur de seruitute & afflictione, ad 400. annos referendum est [illegible] referri debet ad peregrinationem in terra non sua, id est, siue in terra Chanaan siue in Aegypto. Est itaque Hyperbaton in eis verbis: & sic ordinata est oratio [illegible]tto quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, 400. annis, & subiicient illos seruituti, & affligent eos: vt hoc quod interpositum fuerat de seruitute &*

*afflictione,*

*afflictione, non pertineat ad illos 400. annos, nisi quantum id contigit in extrema parte illius temporis.* Hæc ibi. Porro duæ illæ Expositiones, differunt in hoc solum, quòd prima non facit expressam mentionem peregrinationis, seu, non refert formaliter 400. annos ad peregrinationem, sed solummodò explicat quomodo 400. anni tribuantur seruituti & afflictioni, scilicet, quatenus solùm seruitus & afflictio finierūt in eis, seu, anni 400. completi sunt in seruitute & afflictione. Secūda autem contrà: vnde se habet ad primam tanquam includens ad inclusum. Cæterum posteriorem magis probat Pererius num. 75.

Hâc autem probatione, seu Locorum illorum expositione positâ, quomodò ex eis reperiantur anni 215. tribuendi mansioni Hebræorum in Ægypto, non conueniunt omnes authores huius sententiæ, sed differunt in modo & ratione. Vnde,

1 Modus Argum. I. MODVS. Dicit, 400. illos annos esse incipiendos à natiuitate Isaac.

Ità nonnulli Hebræi apud Magallianum suprà num. 3. Item, S. Augustinus, vel author, q. 47. Exod. S. Thomas in Gal. 3. Tostatus, & denique maxima pars modernorum cum eo.

Probat. PROBATVR Hic Modus, ab omnibus Locis Scripturæ, in quibus Isaac promittitur, dicitur, vel declaratur, semen Abrahæ: præsertim Gen. 21. vers. 12. *Quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Item, in quibus declaratur peregrinationem in terra Chanaan, & in Ægypto, pertinere ad ipsum Isaac, & posteros eius. Certum est enim neque Ismael, neque alios filios Abrahæ, peregrinatos fuisse, vel in illa terra, vel pro maiori parte posteriorum suorum in Ægypto. Denique, ab illa ratione, quam habet Salianus num. 13. Isaac, inquit, iam ab ortu suo peregrinus erat in terra nōn sua. Hinc enim consequens est, annos illos peregrinationis seminis Abrahæ, incipiendos esse ab ortu Isaac.

S. Augustinus. Hoc autem posito, quomodò abinde ad exitum de Ægypto, transierint illi 400. anni, declarat S. Augustinus, vel author, q. 47. Exod. vbi post illa verba superiùs relata: *Quod dixit Deus Abrahæ semen eius peregrinaturum, & seruiturum, & afflictum iri,* 400. *annis, non sic accipiendum est, tanquam in illa durissima seruitute 400. annos Dei populus fuerit:* & postquam addidit rationem probationis modi illius: *Sed quia scriptum est, In Isaac vocabitur semen.* Subdit hæc: *Ex anno natiuitatis Isaac, vsque ad annum egressionis ex Aegypto, computantur anni 405. Quos appellari hìc 400. tantùm, non debet mirum videri. Etenim scripturæ, solidâ annorum summâ solet ità nuncupare tempora, vt quod de summa perfectionis numeri paululùm excrescit, aut infra est, non computetur.* Sic S. Augustinus, seu author illius libri.

Pererius in Exod. 12. num. 117 Si à promissione, inquit, Abrahæ, qui tunc erat 75. annorum, vsque ad legem Moysis datam in monte Sina, numerat S. Paulus 430. annos, vt suprà ostendimus: cùm ab anno septuagesimoquinto Abrahæ, vsque ad centesimum, quô anno generauit Isaac primum semen suum, præterierint 25. anni, necesse profectò est ab ortu Isaac vsque ad egressionem Hebræorum ex Ægypto, siue vsque ad legem latam, præteriisse annos 5. & 400. Scriptura tamen, vt aliàs solet, magnum illum & integrum numerum 400. annorum nominans, paruum illum 5. annorum excessum addere non curauit.

Confirm. CONFIRMAT à simili. Nam & in 3. libro Reg. cap. 2. ait Regem Dauid regnasse 40. annis: cum ipsamet tamen in libro 2. Reg. cap. 5. dixisset, eum regnasse 40. annis, & 6. mensibus. Sed minutias illas numerorum præterire solet, non modo sacra Scriptura, sed etiam externa & profana historia. Hæc Pererius.

Porrò, hinc constat præcisam demonstrationem modi huius, non aliunde peti, quam à stabilita priùs sententia, annos 430. desumendos esse à septuagesimoquinto Abrahæ. Hinc enim necessitantur authores eius, exponere 400. annos, rotundo numero dictos pro 405. Vnde,

Reiicitur 1. Modus. CONTRA HVNC MODVM Facit, quod in nullo Scripturæ loco, ex tot in quibus mentio fit annorum illorum 400. habeatur vestigium, eos exponendos esse rotundo numero dictos pro 405. Aliunde verò ad expositionem eiusmodi nulla necessitas cogat, quippe cùm aliter possint, tùm ipsi anni 400. tùm illi 430. commode assignari, prout videbitur in sententia sequenti.

Ad Confirm. AD CONFIRMATIONEM. Respondetur, imprimis rem non esse parem. Quia ibi comparantur menses ad annos: hîc autem, anni ad annos. In Scriptura autē solent menses includi per annos, scilicet, menses annorum incœptorum; anni autem, per summas annorum completorum; anni autem, contrà, non solent in ea per alios includi: potiùs ab ea scrupulosè semper numerari. Vnde præterea, sufficiens habetur in Scriptura fundamentum, cur menses illi quandóque reticeantur, quandóque exprimantur; quia aliàs summæ totales annorum, alicubi ex professo consignantur. Vnde denique, sicut menses illi 6. ideò rectè affirmantur: quia vno in loco Scripturæ traduntur; ità à contrario, anni illi 5. non debent affirmari, quandoqui-

Nam quod dicitur, *quartâ generatione reuertentur huc*, non aliud significat, niſi exacto iam quarto ſæculo, ſiue quatuor annorum centenario iam peracto. Quatuor itaque generationes, idem ſpatium temporis denotant, ac 400. anni de quibus dixerat. Hæc ille. Adde, conſequenter computādæ à natiuitate Iſaac. Confirmat ex Dionyſio Halicarnaſſ. lib. 1. Roman. Antiq. extendente vocem Græcam *γενεὰν*, ad ſignificandum 100. annos, cum ait, ſtetiſſe Medorum Imperium prope 4. geneas, id eſt, ad 400. annos.

Poſterior autem ſignificatio, quam pleriq; ſcriptores ſequuntur hoc loco, quadrare etiam poteſt, non quidem omni, ſed tantum duplici modo. 1. modo. Vt incipiat, inquit, computatio ab iis qui ingreſſi ſunt Ægyptū, & fuère capita ac principes tribuum, vt fuit Iuda, & Leui. Et a Iuda quidem vſque ad Salmō qui egreſſus eſt de Ægypto, & fuit vnus de exploratoribus terræ, qui vxorem duxit Raab, non 4. ſed 6. generationes recenſeri: nimirum, Phares, Eſron, Ram, ſiue Aram, Aminadab, Naaſſon, & Salmon: cùm quibus ſi includas ipſum Iudam, erunt 7. At vero ſi cōputatio ducatur à Leui, probè conſtát numerus. Nam Leui genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, qui vnà cum Ioſue introduxit populum in terram promiſſionis. Itaque Leui non incluſo, 4. ſunt generationes. Et hunc modum ſequitur Salianus an. 1934. num. 22. cum ait: Etſi autem generationem quartam interpretari poſſumus ſeculū quartū, vt Tigurina, propter proximè memoratos 400. annos; communiorem tamen Scripturæ vſum retinere poſſumus. Nam magna ex parte filii Iacob, qui ingreſſi ſunt cum patre in Ægyptum, quarta generatione cum Moyſe egreſſi ſunt. Nam Ruben primogenitus Iacob, genuit Phallu, ex quo ortus eſt Eliab, pater Namuel, Dathan, & Abiron; qui poſt exitū de Ægypto, in deſerto, terra diſcedente, periere. Leui genuit Caath, patrem Amram, ex quo Aaron, Moyſes, & Maria. In Iudæ tribu, Iudas genuit Phares, ex quô Eſron, qui pater fuit Caleb, ſocij Ioſue in exploranda terra. Paſſim quidem dicitur filius Iephone, ſed in 1. Paral. dicitur filius Heſron. In eadem tamen tribu in ſtirpe regia inueniuntur ſex, & in tribu Ioſeph per Manaſſen totidem: ſed ad veritatem locutionis Moyſis, nulla exempla ſufficiunt. Porro de hoc loco vide quæ ſcripſit S. Hieronymus ad Damaſum, & Procopius in 15. Geneſeos. Hæc Salianus.

2. modo, Qui multò, inquit Pererius, probabilior cæteris videtur. vt non computentur hîc generationes, quæ factæ ſunt antè deſcenſum in Ægyptum, ſed eæ ſolum quæ factæ ſunt in Ægypto poſt deſcenſum Iacob,

A & ante exitum populi ex Ægypto. Vt hic ſit rectus & planus ſenſus verborum Dei, ſemē tuum peregrinabitur, & ſeruiet in Ægypto. ſed poſt 4. generationes ibi factas, reuertētur huc. Has porrò 4. generationes cernere licet in tribu Iuda, incipiendo eas ab Eſron, qui pronepos fuit Iacob, & ingreſſus eſt cum eo in Ægyptum Gen. 46. v. 12. Eſron enim genuit in Ægypto Ram: hæc eſt prima generatio. Ram Aminadab: hæc eſt ſecūda. Aminadab Naaſſon: hæc eſt tertia. Naaſſon genuit Salmon: hæc eſt quarta. Hæc ferè ex Pererio.

B Cuius ſane poſterius dictum, quomodò conſtet cum his quæ tradidit ad cap. 46. Gen. nimirum, Eſron fuiſſe natū in Ægypto, quæq; rurſus hoc eodem loco Gen. 15. nu. 83. Naaſſon egreſſum fuiſſe de Ægypto, non ſatis perſpicio; niſi forte vel generationem ſumat pro generante, quod tamen non facit hoc loco: vel reuerſionem ſumat non pro exitu de Ægypto, ſed pro ingreſſu in terram, quod neque dici poteſt, niſi quantū ad explorationem eius. Quare iuxta ſententiam illam, quâ dixit Eſrō natum fuiſſe in Ægypto, addi poſ-

C ſet, computando primam generationem ab Eſron, quartam dici generationem completam, ſeu quintam incœptam, in Salmon. Et hūc forte ſenſum intellexiſſe Sept. Interpretes; cum dixerunt Exod. 13. vſ. 18. filios Iſrael aſcendiſſe (de Ægypto) quintâ generatione. Sed tunc obſtat Naaſſon egrediens de Ægypto. Alio ergo modo computari poſſunt 4. illæ generationes ab ipſo Eſron. Scilicet, Phares genuit Eſron in Ægypto (vt opinatus eſt Pererius) hæc ſit prima generatio. Eſron genuit Aram: hæc ſit ſecunda. Aram genuit Aminadab: hæc ſit tertia. Aminadab

D genuit Naaſſon, quo duce ac principe, ait Pererius hoc loco Gen. 15. num 83. tribus Iuda egreſſa eſt ex Ægypto, rurſúmque, qui licet promiſſionis terram non creditur intraſſe, haud dubiè tamen ex Ægypto egreſſus eſt, cum eum Scriptura Num. 7. principem tribus Iuda in deſerto fuiſſe tradat: & hæc ſit quarta.

Cæterùm, quia Sept. Interpretes Exod. 13. verſ. 18. dicunt filios Iſrael aſcendiſſe quintâ generatione: propterea Pererius eodem loco Gen. 15. num. 83. hæc ait. Vtrumque ve-

E rum eſſe intelligitur, ſi per varias tribus ducatur illarum generationum computatio. Si enim generationes iſtas computes per tribum Iuda, incipiens ab ipſo Iuda, qui caput fuit eius tribus, reperies 5. generationes vſque ad Naaſſon, quô duce ac principe tribus Iuda egreſſa eſt ex Ægypto. Nam Iuda genuit Phares, Phares Eſron, Eſron Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naaſſon, qui licet promiſſionis terrā non creditur intraſſe, haud dubiè tamē ex Ægypto egreſſus eſt, cum eum Scriptura Num. 7. principē tribus

à 2. annis, seu à secundo anno ab exitu (ferè autem exacto) ad diuisionem terræ transactos fuisse 45. annos: consequenter ab exitu ad diuisionem, circiter 47. Cum enim ab exitu ad ingressum in terram 40. annos transactos fuisse [illegible]. Ergo, ab ingressu in terram, ad diuisionem terræ, [illegible] anni.

Itaque, cum ostensum fuerit, ab ablactatione Isaac, seu Ismaelis expulsione, ad egressum de Ægypto, translactos fuisse annos præciso numero 400. his si addantur 40. deserti, & 7. diuisionis terræ, erunt 447. quos optima ratione signauerit S. Paulus verbis illis, *quasi post 400. & 50. annos.*

Cæterum, hoc ita statuto, demonstratur optime quomodò textus Græcus, conuenire possit cum vulg. Editione; nimirum, si verba illa, *& post hæc quasi annis 400. & 50. dedit iudices* &c. sic exponantur, vt particula, *post hæc*, referatur, non ad proximè dicta, *Et destruens 7. gentes in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum*: sed ad omnia simul præcedentia, seu præcipue ad illa, *elegit patres nostros*, &c. consequenter ista *quasi annis 400. & 50.* non extendantur ad sequentia, *dedit iudices*: sed referantur pariter ad omnia præcedentia, seu præcipue ad illa *elegit patres nostros*, isto sensu, *& quasi 400. & 50. annis post hæc*, id est, postquam elegit patres nostros, *dedit Iudices*, nimirum, Othoniel, ac reliquos, qui rexerunt post Iosue. Hinc patet in Syriaco, omissam fuisse particulam post hæc.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM. apud Pererium ad cap. 12. Exod. num. 107. post med. Petitur ab annis natiuitatis & vitæ, Caath, Amram, & Moysis. Dummodo, inquit, ponamus Caath fuisse natum eo ipso anno quò Iacob [illegible] in Ægyptum. Quod à multis traditur, & [illegible] probabile. Adde, dummodo etiam annos quibus Caath & Amram genuerunt, supputemus prout traduntur a S. Epiphanio in Ancorato.

Hoc supposito, filios Israel mansisse in Ægypto 215. annis, sic ostenditur. Ex S. Epiphanio in Ancorato, Caath fuit annorum 65. quando genuit Amram: & Amram 70. quando genuit Moysem. Iunge 80. quibus Moyses eduxit populum: & habebis 215. Negat quidem Torniellus an. 2386. Amram fuisse natum anno patris sexagesimoquinto; quia præferendum vult in hoc S. Epiphanio Polyhistorem, ex quò colligit eum fuisse natum anno patris octogesimo, vel octogesimoprimo, prout videre est ex his quæ habet ibi Torniellus de anno natiuitatis Amram, & anno natiuitatis Caath, quam tradigit an. 193. comparatis ad 3. mundi ætatem. Nihilominùs cùm nihil cogat ad non sequendum in hoc S. Epiphanium, manet hoc argumentũ sufficienter probabile, ab eius authoritate.

A OBIICIVNTVR, contra hanc sententiã omnia ferè, quæ allata sunt in probationem tertiæ. Et I. quidem locus Exod. 12. vers. 40. *Habitatio autem filiorum Israel quà manserunt in Ægypto, fuit 430. annorum*: cum reliquis circunstantiis ad eum fusius annotatis sub argumento eius I. Verum 1 Obiect.

RESPONSIO ad caput istius obiectionis, petenda est ex dictis sub refutationibus tertiæ sententiæ, necnon sub argumento secundo istius sextæ sententiæ. Respons.

SED insurgit, & acriter, Auzoleus in suo Lobulo: mirúmque sanè, sed non mirum pro Replica Auzolei.

B solito, quot iteratis verbis vrget, replicat, inculcat, textum argumentandi modum, qui repositus fuit sub illo primo argumento tertiæ sententiæ, petito nimirum a rigoroso sensu verborum Scripturæ. Vide præ aliis, pag. 121. vitiosè notatã 621. *contra, inquit, expressum Dei verbum*. pag. 128. *elongant se a veritate sanctorum textuum*, &c. *contra omnem veritatem*. pag. 164. *formaliter contrarius* (Bolduceus) *sancto textui canonico, qui dicit mansionem hanc fuisse 430. annorum Exod. 12. vers. 40*. pag. 198. *& hoc quoniam non est sequutus*

C Salianus) *puros textus Scripturæ canonicæ. [illegible]*: sufficit dixisse.

VERVM, ad hos agendi vel loquendi modos reiiciendos, sufficit remittere ad ea quæ fusissimè fuerunt exposita §. 39. & hic superius sub allã tertia sententiã, in eius refutatione, sub quinta responsione pro Genebrardo. Hoc solum adponetur isto loco, cum dicit Auzoleus pag. 194. (ausus idem dicere circa materiam aliam, non solum certam, sed etiam falsam, pag. 68.) *scripturam sacram nos obligare ad credendum, mansionem Israelitarum* Respons.

D *in Ægypto fuisse 430. annorum*: qua facilitate profertur, eàdem & reiicitur. Cum vero rationem subiicit, *Quoniam hoc [illegible] Exod. 12. vers. 40.* si per, *hoc illa [illegible]*, intelligat [illegible] dicere, *se nos ad id credendum [illegible]* verbis illius imponit: si vero [illegible] intelligit, eam hoc verbis suis importare, falsum [illegible]; eadem enim Scriptura sacra manifestè demonstrat aliis in locis, aliisque expressissimis verbis, sed & authoritates aliæ idoneæ demonstrant, illa verba non esse iuxtà sonũ rigorem sumenda. Quod si pergat Auzoleus

E obstinatè contendere, *nihilominus debere sic illa sumi, Scripturámque nos ad id credendum obligare*: per nos liceat ipsi, non difformiter dicto S. Augustini, plenius adhuc si lubeat delirare.

AD circunstantiam autem libri ipsius Exodi, respondetur, librum illum esse sequelam libri Geneseos, adeóque peregrinationis familiæ Abraham: vnde incipit Hebraicè, *Et hæc sunt nomina*, vel, *Hæc autem sunt nomina*, &c. Ideóque etiamsi ab initio eius agatur solùm de mansione & afflictione ne-

potum Abrahæ: tamen resumitur tandem summariè totum tempus peregrinationis totius domus eius, cuius partē fecit afflictio illa ingressorum in Ægyptum. Ad confirmationem autem petitam à rigore Scripturæ, respondetur, contineri quædam manifesta in aliis scripturæ locis, quæ pugnant cum huiusmodi expositione rigorosa; inter quæ est argumentum illud obiectionis petitum à generationibus *Caath*, & *Amram*, &c. conuincens Israelitas non posse dici habitasse 430. annos in Ægypto.

2. Obiect. OBIICITVR II. Locus Gen. 15. vers. 13. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiiciet eos seruituti, & affligent 400. annis*, & cætera, quæ ex his verbis deducta sunt pro tertia sententia, sub argumento tertio, & quarto.

1. Respons. RESPONDET Temporarius lib. 2. can. 3. seu pag. 145. versùs fin. Seruitutem referendam esse, non ad solos Israelitas qui manserunt in Ægypto, sed etiam ad Abraham, Isaac, & Iacob. Vbi contemptis per nos, quæ pro modestia reformata debacchás in Genebrardum ait, Qui literarum Hebræarum, (legendum humanarum) diuinarumque professionem venditat, qui Græcorum, Hebræorum, Chaldæorum, Arabum, Persarum Indorum, monimenta lustrarunt, mirum est non percipere (valeant tantùm quæ sequuntur) Non solùm in Ægypto semen Abrahami seruiisse, sed ipsum etiam Abrahamum post discessum è Chaldæa perpetuò seruum fuisse & peregrinum, regúmque & tyrannorum dominatui obnoxium. Valeant & sequentia. Is & filius Isaac proprias vxores flagitiosæ regum libidini permittere coacti sunt: quæ tamen Dei præsidio seruatæ & restitutæ fuerunt. Valeant item hæc. Iacob Dinæ filiæ suæ stuprum sustinuit. Non igitur Israelitæ in Ægypto tantùm seruierunt, sed toto peregrinationis tempore a discessu è Chaldæa: quę seruitus Ægyptiaca, si postrema tempora excipias, multò fuit leuior Chananæa. Nam quoad vixit Ioseph, & aliquandiu post eius obitum, benè habuerunt cum Ægyptiis Iacobæi. Quapropter minimè referenda est seruitus & peregrinatio Israelitarum, ad solam habitationem in Ægypto. Pugnat apertè Scriptura cum hoc dogmate. Sic Temporarius.

Replica. REPLICABIT aliquis pro Genebrardo, Responsionem hanc Temporarij, visam iri multis ex capitibus, Scripturæ cōtrariam, ei qui historiam Geneseos inspexerit. in quâ videlicet tantùm abest vt Abraham, Isaac, & Iacob, seruierint. quin [illegible] principes illius terræ fœdera cum eis contrahere cupierint, ac contraxerint [illegible] non ipsorum potentiam, & timuerint, & experimento compererint. Porrò non piè dici proprias ipsorum vxores flagitiosæ regum libidini fuisse submissas.

Respons. RESPONSETVR 1. Certum esse Abraham, Isaac, & Iacob, quotiés descenderunt in Ægyptum, fuisse obnoxios regibus Ægypti & timidè illuc ingressos & [illegible] semper esse professos. 2. Etiam vxores Abrahæ, & Isaac, expositas fuisse libidini regum illorum, non quidem quantum ad actum flagitiosum, sed quantum ad potestatem regum illorum, quô sensu Temporarius [illegible] quutus est. Nam propterea dissimulauerunt Abraham, & Isaac se esse maritos carum [illegible], ne propter illas à regibus interficerentur [illegible] cet cùm scirent in potestate regum esse mulieres ipsas tollere, quod etiam fecerunt actu Pharao & Abimelech, quandò tolerunt Saram: vnde mulieres illæ sola Dei potestate extraordinaria protectæ sunt a regum iniuria, non autem auctoritate virorum suorum. 3. Etiam Iacob, & priores [illegible] os, multas iniurias fuisse passos in aliis locis. vt in Mesopotamiâ, vbi Iacob seruiuit 20. annis in Chanaan, siue Palestinâ, vbi timidè semper [illegible] tarunt, & eorum putei per incolas terræ obturabantur, & pro aquis iurgia mouebantur, & Dina rapiebatur, & Iacob arguebat filios propter deletas Sichimas, ne ab aliis incolis terræ suscitaretur aduersùs ipsum persecutio.

Alia Replica. INSTARI potest. Contrà Temporarium saltem esse, quòd si seruitus illa referenda sit etiam ad Abraham, 4[illegible] anni fuerint etiam ad eum referendi, siue ab eius temporibus incipiendi; quod tamen falsum erit, vel in ipsamet sententia Temporarij.

Respons. RESPONDERI potest, mentem auctoris non esse, seruitutem præcisè de qua fit mentio Gen. 15. referendam esse ad Abraham: sed seruitutem, siue potius peregrinationem, quæ fuit annorum 4[illegible]. sicut eam quæ fuit tantùm 4[illegible]. referendam esse tantum ad eius semē, sic tamen vt per priorem, quæ fuit Abraham, confirmetur ea quæ fuit seminis eius, contrà sententiam dicentem semen Abraham nunquam fuisse seruum in terrâ Chanaan. Sed quidquid sit de Temporario.

& vera Respons. S. Augustinus. VERA RESPONSIO est illa quā habet S. Augustinus [illegible] 6. C[illegible]. *Non quod in seruitute sub Ae[illegible] [illegible] 40[illegible] annos populus ille esset per. Eturus, sed quod in illis 4[illegible] annis futurus esset illa seruitus*, &c. Et, siue author, q. 47. Exodi. *Non itaque qu[illegible] de seruitute & afflictione, ad 4[illegible] annos [illegible] dum est, sed referri debet ad peregrinationem in terra non sua, id est, siue in terra Chanaan siue in Aegypto. Est itaque hyperbaton in [illegible] verbi, & sic ordinata est oratio. Scito quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua 4[illegible] annis, & subiicient eos seruituti, & affligent eos vt hoc quod interpositum fuerat de seruitute &*

*afflictione, non pertineat ad il[illegible] 400. a[illegible], nisi quatenus id contingit in extrema parte illi[illegible] temporis.* Hæc S. Augustinus, & author [illegible]ri istius.

Ad illa verba, *in terra non sua.* Respondetur, cum [illegible] Oleastrum, terram Chanaan non fuisse terram Abraham, Isaac, & Iacob, prout fusè ostensum est ex varijs locis Gen. præsertim verò Hebræorum 11. v. [illegible] 9. & Act. 7. vers. 5. suprà §. 40. sub sententia 1. contra 4. modum, in responsione ad 1. argumentum.

Ad illa, *reuertentur huc.* Respondetur, aduerbium *huc*, non inferre necessariu formalem relat[illegible] ad ingressum in Ægyptum, nisi forsan diminutiuè quoad personas: nempe aliquos fore ibi peregrinos, & hos inde reuersuros. Potius autem dicere formalem relationem ad peregrinationem inceptam inde.

Ad illa, *Generatione autem quarta reuertentur.* Respondetur breuiter, esto intelligentur de quarto sæculo exacto, vel secundum Sept. Interpretes de quinto in[illegible], cum pet ca nil amplius prætendi possit, quam per illa alia 400. *annis*: vtique nil amplius quam per ea concluditur.

3. Obiect. OBIICITVR III. Locus Iudith. 5. vers. 9. *Vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus.*

1 Respons. I. RESPONSIO esse potest, illa verba *per* 400. *annos* non haberi in translatione Sept. Interpretum. Vnde Tornielus an. 23[illegible]9. num. 17. non immeritò, inquit, posset quis suspicari, ea olim in textu quoque Hebraico non extitisse, sed posteà ab aliquo fuisse adie[illegible]a. Alioqui ab ipsis Sept. Interp[illegible] etibu[illegible] n[illegible] fu[illegible] n[illegible] r[illegible]ter[illegible]ta. Subdit. Hoc si verum [illegible] fa[illegible] [illegible]ret obiectio.

Reijcitur. VERVM, Hæc Responsio est reijcienda: supposito pro certo, quod eadem verba leg[illegible] tunc habentur in Editione Vulgata.

2. Respons. II. RESPONSIO esse potest, similis ei quam habet Gordonus cap. 10. ad Periodum 5. sub num. 33. seu pag. 214. post med. circà illud, quod [illegible] fine eiusdem capitis lib. Iudith habetur de templo euerso, secundum exemplaria Græca. Fateri, inquit, oportet inquirenti Holofernis m[illegible]res & luca Iudæorum munita, plaque narrasse Achiorem hunc alienigenam, partim quidem nota iam duci, & sine dubio vera, vtpote certa ex alijs Scripturæ locis, partim fortassis non ita narranti comperta, vel etiam non ita vera, vt nullam variaret ille temporum aut locorum conditionem: ac tale est illud versiculo 16. cap. 5. de templo euerso. Non enim scriptor historiæ

A affirmat omnia prorsus ita habere vt narrat Achior. Fide quidem certum est ea esse dicta à Gabaonitis quæ narrat author lib. Iof. at vera fuisse quis affirmabit? & plenæ sunt Scripturæ huiusmodi exemplis, ex præclaro S. Augustini testimonio, libro contra Priscillianistas & Origenistas, cap. 9. Ità Gordonus.

Examinatur 2 Respons. AD HANC Responsionem, dicet aliquis, eam quamuis nonnullis in locis veram, non tamen videri hoc in loco, vel etiam in his materijs, recipiendam. Vix enim esse probabile, scriptores sacros, etiam errassent

B narratores alicuius historiæ, errorem illorum apposuisse in scribendo. Alioqui via aperi[illegible]retur ad plurima, ne dicam omnia, Sacrarum historiarum, in dubium vertenda. Qui enim sciri poterit, quando scriptores Sacri locuti fuerint ex sua, & non aliorum sententia: vel quando narratores aliquos introducendo, veritatem eos narrasse supponent: Sic in singulari dubitabitur de loco S. Lucæ pro Cainan 2. & de totà narratione B. Stephani, vel maxima eius parte, de quibus actum est in 2. Periodo. Porro hoc in loco nil obouim

C fieri in narratione Achioris, quod veritatem conuineat ei defuisse: quin multum probabile esse, cum hæc resciuisse ex studio Sacrarum litterarum, aut certe ex historijs ac monumentis Iudæorum fide dignis. Quod autem dicitur ibi de *templo euerso*, vel dici per figuram aliquam locutionis, vel melius additicium esse per vitium corruptionis; etenim non haberi in codicibus Vulgatæ Editionis. Ad horum confirmationem vide quæ habet Pererius Gen. 46. disp. 2. num. 25. vt narrationem B. Stephani de 75. animabus

D Act. 7. à Septuag. Interpretibus desumptam, ab omni errore vendicet: quæque nos tradidimus suprà §. 39.

ATTAMEN etiam dici potest, cum certum sit multa non rectè dicta, recitari in Scripturis sacris historice, quamuis non approbentur ab eis, idque ex qualitatibus personarum quæ loquentes introducuntur, vel etiam ex materia de qua loquuntur, dignosci posse: nihil repugnare quin idem sit hoc in loco, præsertimque in materiis istis chronologicis. Nam introducuntur in Scripturis

E sacris aliqui loquuti tanquam Spiritu sancto inspirante, vt ferè omnes viri Sancti: & horum omnia dicta censenda sunt vera, fidemque facientia, quemadmodùm ea quæ dicuntur ab ipsis librorum sacrorum scriptoribus, vt S. Luca in Actis, S. Paulo in epistolis, & ce in eo sensu quô ab ipsis dicuntur. Alij vero referuntur loquuti, vel tanquam gentiles, vel tanquam improbi, vel alio quouis modo, sine dictamine Spiritus sancti, quorum non est necesse omnia dicta approbari. Et forte eiusmodi erat Achior; erat enim gentilis, &

solum referebat, quæ dictitat humanitus, proindeque nec tegebatur tunc a Spiritu sancto in omnibus vero [illegible].

HAEC RESPONSIO sufficere potest. Nunc [illegible] Achiorem videndū Locum Gen. 15. de 400. annis, non [illegible] sensum eius assecutum esse, licut lucum illum omnium aut etiam nunc, aliqui non recte sunt assecuti. Nihilominus quoniam & nihil continet, narrationem eius in hoc ibi fuisse falsam & alia ratione potest saluari dictum Achioris; proptereà quamuis responsionem istam non improbemus, tamen aliam quandam quæ est Pererij & Tornielli non etiam reijcimus. Itaque

3. Respons. III. RESPONSIO est Pererij in Exod. 12. num. 118 Achiorem vniuersam posterorum Abrahæ in terra aliena commorationem, appellasse Ægyptiacam, totum denominando à principaliori parte. Hebræi quippe diutius in Ægypto quam vspiam alibi commorati sunt, ibique mirabiliter breui tempore multiplicati: cùmque asperrima seruitute premerentur ab Ægyptiis, multis & ingentis a Deo prodigiis liberati sunt. Hæc Pererius.

Replica. DICES. Atibi non est sermo de commoratione: sed de multiplicatione; aut si de commoratione, vtique de illa solùm in quâ facta est multiplicatio? Hæc autem dicitur facta, *illic*, id est in Ægypto. Ergò non in Chanaan.

Respons. RESPONDEBIT Pererius, multiplicationem fuisse factam in vtroq; loco, etiamsi diuerso modo: scilicet, formaliter in Ægypto, dispositiue in Chanaan: vel, inchoatiuè in Chanaan, completiue in Ægypto. Vnde vtrumque traditum est ab Achiore per modum vnius: sicut idem Achior tractauit de tota illa progenie, tam in Chaldæa & Mesopotamia, quam in Ægypto, per modum vnius.

Declar. HANC Responsionem fusius declarans Tornielius sic ait: Ibi Achior timore Holofernis, coram quo stabat, nonnihil perturbatus, concisè admodum & indistinctè, ac veluti per quodam saltus (quemadmodum legenti perspicuum esse potest) repetit Hebraici populi originem, dicens, quod egressus de terra Chaldæorum habitauit primo in Mesopotamia, [illegible] est, in Charan: & prætermisso ingressu [illegible] in terrā Chanaan, subiungit eundem facta fame descendisse in Ægyptum, non explicans, quæ nam illa fuerit tames, an facta [illegible] vivente Abrahamo, an vero [illegible] temporibus Isaac. De [illegible] enim, dicit quod [illegible] annos 400 multiplicatus est, non d[illegible] quonam tempore dinumerandi [illegible] 400. anni. Vnde ad pleniorem huius [illegible] intelligentiam, necessario oportet multa alia subintelligere ab ipso Achior breuitatis ergò [illegible], [illegible] licet, quòd de Charan [illegible] pater eiusdē populi Abraham, [illegible] Chanaan, [illegible] prædixit ei Deus quod [illegible] per Isaac & Iacob ac posteros [illegible] propaga[illegible] peregrinari debebat 4[illegible] anni [illegible] non sua, id est, partim in terra Chanaan, [illegible] in Mesopotamia & denique etiam in Ægypto, quò postea premente fame in Chanaan descendit Iacob cum omni familia sua, anno ætatis suæ centesimo trigesimo, & tandem completis 400. prænuntiatæ peregrinationis annis, quam diximus ab anno vitæ Isaac sexto ineunte esse inchoandam inuentus est populus ille usque adeo multiplicatus, vt se re dinumerari non posset. Iste est, inquit, legitimus illius loci sensus: ac si dictum esset, populum hunc valdè multiplicatum esse in Ægypto, quemadmodùm clare apparuit in fine annorum 400. memoratæ peregrinationis, quando egressus de Ægypto. Constat enim illud, [illegible] ad [illegible] & ad finem memorati [illegible], in [illegible] vix numerari [illegible] tæ poterant, non autem ad totos 400. annos esse referendum. & illud, *per*, idem importare ac si dictum fuisset *intra*. Solent enim huiusmodi præpositiones in Scripturis sanctis varias interdum fortiri significationes, vt latè probat Iohannes Driedo lib. 3. de Dogmat. Ecclesiæ, tract. 2. cap. 1. &c. Hæc Torniellus?

ITAQVE vis tota solutionis istius consistit in explicatione particulæ illius, *per*: vt significet, non quidem per totos annos 400. multiplicationem illam fuisse factam, sed tantum *intra* illos, siue per aliquam, nimirum vltimam eorum partem, cuius tamen altera inceperit longe ante illam multiplicationem. Quæ eadem fere solutio est, quam suprà dedit S. Augustinus argumento 2 sententiæ, & hic 3 argument[illegible] 3. sententiæ [illegible] obiectioni 2. nimirum, 400. illus an[illegible] commemorari cum mul[illegible] Gen. 12. cum fecutur[illegible] intra illos, seu in fine [illegible] parte. videlicet comm[illegible] facta sit multiplicatio n[illegible] omnes illi anni sint pera[illegible] fauent om[illegible] nquam ex [illegible] Scripturæ phrasi, locap[illegible] 3. & 5. it *Quieuit terra* 4[illegible] *annis* [illegible] *terra* 8[illegible] *annis* [illegible] cap. 5. [illegible] *Et quieuit terra per* 40. *annis*: quæ iam [illegible] ostendetur rursus suo loco, sic exponi communiter, vt *quies* non durauerit per totos illus 40. 80. & 40. annos, sed tantummodo per aliquam præcipuam & vltimam eorum partem, cuius altera cœperit longe ante quietem illam, & in captiuitatibus, aut bellis, quieti multum oppositis, fuerit consumpta.

Vis Solutionis.

4. Obiect. OBIICITVR IV Act. 13. vers. 17. 18 19.2 .& 21. *Surgens autem Paulus, &* cætera, quæ in prædicta 3. sententia, sub argumento 6.

Respons. RESPONDETVR. Ostensum fuisse sub hac 6. sententia, argumento eius 5. annos illos optimè computari à natiuitate, vel ablactatione, Isaac. Sed & quamuis non possent metæ sufficienter illi, seu ad vnguem adaptari: nihilominùs locus iste nihil contra hanc sententiam faceret, propter particulam, *quasi*, quæ defectum omnem eiusmodi suppleret.

Ad illa verba. *cùm essent incolæ in terra Aegypti*. Respondetur, ea referri solùm ad illa præcedentia, *plebem exaltauit* vt videre est in contextu.

Ad ista autem, *quasi post 400. & 50. annos*. Respondetur, ostensum fuisse ea non esse solùm coniungenda cùm illis, *& plebem exaltauit cùm essent incolæ in terra Aegypti*, sed etiam ac prius cum præcedentibus, *elegit patres nostros*.

Ad argumentum illud, quod S. Paulus nullam ibi faciat mentionem de Chaldæa, Mesopotamia, Chanaan, &c. Respondetur, hoc falsum esse pro terra Chanaan. Nam in verbis illis, *Deus plebis Israel elegit patres nostros*, dictum est, intelligendos esse, Isaac, & Iacob, electos præ Ismael, & Esau, in terra Chanaan.

5. Obiect. OBIICITVR V. Non potuisse tam paucis annis absque miraculo propagari tot millia hominum, & cætera, quæ sub 3. sententia, argumento eius 7.

Respons. S. Augustinus. RESPONDET Pererius in Exod. 12. num. 114. B. Augustino vel authori) id nequaquam incredibile visum esse, hoc modo scribenti q. 47. Exod. *His* (215.) *quantum multiplicari potuerunt Hebræi, si fœcunditas hominum consideretur, adiuuante illo, qui eos voluit valde multiplicari, reperietur non esse mirum, quod in 600000 peditum egressus est populus ex Aegypto, excepto apparatu* &c. Porrò authores huius 6. sententiæ, præsertim Caluisius, necnon authores sequentis siue 7. præsertim Temporarius, ità dilucidè demonstrant contrarium, vt non sit opus operam & tempus in hoc terere.

6. Obiect. OBIICITVR VI. Non esse verisimile, Scripturã digitatim numerasse 290. annos ab ortu Abrahæ, ad ingressum in Aegyptum & rursùm voluisse includere annos illos in numeratione annorum habitationis in Aegypto.

Respons. RESPONDETVR. Contrarium non esse Scripturæ insolitum. Nam 3. Reg. 6. vers. 1. summatur tempus ab egressione filiorum Israel de Aegypto, ad iacta Templi fundamenta, quamuis omnes partes singulares illius summæ, vnâ tantum exceptâ, digi-

A tatim numeratæ sint in præcedentibus, prout ex professo tractabuntur in sequenti Periodo, & notatæ sunt in 1. §§. 14 & 15.

7 Obiect. OBIICITVR VII. Apud Pererium ad cap. 12. Gen. num. 48. Incertum esse, à quâ promissione Abrahæ factâ, initium computationis annorum illorum 430. sumendum sit. Et quidem videtur quod non à promissione possessionis terræ Chanaan, dandæ semini ipsius Gen. 12. & 13. Siquidem S. Paulus Galat. 3. vrget promissionem ad Christum propriè pertinentem. Non etiam ab illa, quæ cap. 12. Gen. vers. 3. *In te benedicentur*

B *omnes cognationes terræ*. Siquidem hæc respicit Abraham, non Christum. Videtur ergò sumendum ab ea, quæ habetur Gen. 22. vers. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ*. Atqui non liquet ex sacris Scripturis, quonam tempore facta fuerit ista promissio. Quod si super hoc consulantur authores, Iosephus, & communior sententia cum illo, dicebat supra §. 39. Isaac fuisse tunc 25. annorum. Hebræi verò 37. Abraham ergò fuisset 125. vel 137. Vtrouis modo deficit huius sententiæ computatio, siue numeres tempus à

C septuagesimoquinto Abrahæ, ad introitum in Aegyptum, siue numeres ab introitu, ad Exitum de Aegypto: ibi enim erit defectus, hic excessus.

Respons. RESPONDETVR. Ex eodem Pererio num. 49. Initium computationis illius sumi debere à prima promissione, quæ facta est illis verbis cap. 12. vers. 3. *In te benedicentur omnes Gentes*, illúdque, *in te*, dictum esse pro, *in semine tuo*, sicut explicatiùs & perspicuè magis posteà declaratum est Abrahæ,

D cum voluit immolare filium suum, Gen. 22. vers. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes*. Non enim illa verba, *In te benedicentur*, si referantur ad personam Abrahæ, veram sententiam continerent. Atque ita S. Paulus, pro eadem re sumpsit vtrumque locum, dicens, Galat. 3. vers. 8. *Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes Gentes*. & vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno: Et semini tuo,*

E *qui est Christus*. Vide Pererium loco citato.

Replica. DICES. Gen. 22. addi, *quia obedisti voci meæ*, & per hoc ostendi, promissionem illam fuisse factam solummodò à tempore oblationis Isaac.

Respons. RESPONDETVR. Promissionem fuisse primùm factam in Chaldæa, seu cap. 12. simpliciter & absolutè: tamen, non sine conditione illa obedientiæ præstandæ confirmandam & exhibendam.

Alia Replica. INSTABIS. Sententiam istam supponere, promissionem illam primam fuisse

factam Abrahæ, anno ætatis ipsius septuagesimoquinto: hoc autem falsum videri, vel saltem valdè incertum ex Scriptura. Nam promissio illa facta fuit in Chaldæa, prout manifestum est ex Act. 7. necnon Gen. 12. ex veriori sententia. Moyses autem non obscure significat, Abraham moratum fuisse in Haran plus vno anno, cùm dicit cap. 11. vers. 31. *veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi.* & cap. 12. vers. 5. *Tulitque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam, quam possederant, & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt vt irent in terram Chanaan.* Porrò ex eodem cap. 12. vers. 4. 75. *annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran.* Non ergò tot annos natus, quando exiuit de Chaldæa.

Respons. RESPONDET quidem Pererius, intrà vnum eundémque annum ætatis septuagesimumquintum Abrahæ, tria illa fuisse peracta, vocationem seu discessum Abrahæ de Chaldæa, habitationem in Haran, & profectionem ex Haran in Chanaan: prout etiam censent Eusebius in Chron. S. Augustinus 16. ciuit. 16. & 24. aliíque permulti, & clari authores.

VERVM, an hoc sit probabilius: an verò promissio illa facta fuerit Abrahæ anno ipsius septuagesimo, 5. annis ante septuagesimumquintum, seu 5. ante aduentum ipsius in Haran: adeóque an consequenter Hebræi manserint in Ægypto annis tantùm 210. quia facit sententiam separatam ab ista, constituens differentiam inter has duas, quæ dicendæ sunt solæ probabiles: propterea non hoc loco, sed in sequenti sententia, respondendum est. Itaque,

7 Sententia. Filij Israel manserunt in Ægypto 210. annos. VII. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Filios Israel mansisse in Ægypto annis 210.

Ita Hebræi in Seder Olam. Lyranus, & Caietanus, Gen. 15. Naclantus in Medulla Script. Montanus lib. de Sæculis. Temporarius lib. 2. can. 3. seu pag. 145. & alij. Quod nec displicuit Baradio lib. 5. cap. 20. §. *Quid igitur*, nec Gordono cap. 7. ad Period. 3. num. 6.

Probat. Probationes Huius Sententiæ, eædem sunt ferè, quæ præcedentis: vel certè

SVPPONVNT I. cum sententia præcedenti, annos 400. de quibus Gen. 15. Iudith 5 & Act 7. & annos 430. de quibus Exod. 12. & Galat. 3. & annos quasi 450. de quibus Act. 13. nō posse initia sumere à descēsu filiorum Israel in Ægyptum. Idque iisdem argumentis quibus præcedens.

SVPPONVNT II. annos 430. de quibus Exod. 12. & Galat. 3. initia sumere à temporibus Abrahæ: seu à promissionibus illi à Deo factis. Idque iisdem argumentis: Hebræi quidem suis: Christiani autem præsertim à Galat. 3. quamuis differant in assignando à qua promissione, vt dicetur infra sub argumento 2. huius sententiæ.

SVPPONVNT III. cum maiori parte authorum præcedentis sententiæ, annos 400. qui Gen. 15. Iudith. 5. & Act. 7. initia sumere in natiuitate Isaac: non autem in eius ablactatione. Idque iisdem argumentis: præsertim vero à locis Gen. 15 & Act 7. in quibus prædicitur, peregrinum futurum Abrahæ semen in terra aliena, & ratione illa, quod in Isaac nato statim cœpit Abraham habere semen, statímque semen eius accola esse in terrâ alienâ. Annos autem quasi 450. qui Act. 13. initium sumere, vel in ablactatione Isaac, seu expulsione Ismael, propter rationes ibi dictas sub 5. argumento, modo eius 2. vel certe in eadem natiuitate Isaac, iuxtà modum ibi 1. & conformiter argumento 3. modo eius 1.

SVPPONVNT IV. cum altera, & minori parte authorum præcedentis sententiæ, annos illos 400. qui Gen. 12. Iudith. 5 & Act. 7. sumendos esse ad rigorem litteræ, pro 400. præcisè. non autem pro 405. Cuius suppositionis argumenta sunt, quod conuenientius sit ita Scripturam intelligere, quando nihil ad contrarium cogit, aliunde verò nullum extet in Scriptura vestigium, cur sumantur rotundo numero pro 405. & non potiùs præciso siue completo pro 400. Atq; in hoc differunt authores huius sententiæ ab illa maiori parte præcedentis sentētiæ, quod Authores præcedentis sententiæ demonstrant hos annos 400. per annos 430 de se incertos: hi contrà demonstrāt annos 430 per illos 400. ex Scriptura longe magis certos. His ita suppositis, tanquam optimè demonstratis.

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis.

I. ARGVMENTVM. Petitur ex Locis Gen. 15. Iudith. 5. & Act. 7. ab annis 400. seu à demonstratione sensibili, vel ostēsione, quod ratio temporis exigat, transactos fuisse solummodo 210. annos in Ægypto. Nam à natiuitate Isaac, ad natiuitatem Iacob, reperiuntur anni 60. Gen 25. vers. 26. A natiuitate Iacob, ad descensum in Ægyptum, anni 130. Gen. 47. vers. 9. Hi efficiunt 190. Vt autem compleantur 400. quibus peregrinaturum erat semē Abrahæ, post quos etiam egressurum erat, seu reuersurum in Chanaā, restant solummodò 210 anni. Ergò hi solum tribuendi sunt mansioni in Ægypto. 1. Argum.

II. ARGVMENTVM. procedens ex suppositione præcedentis, Petitur ex Locis Exod. 12. & Gal. 3. ab annis 430. seu, à demonstratione sensibili, vel ostensione, quòd ratio temporis exigat, eos incipiendos esse ab anno ætatis Abrahæ septuagesimo, non à 2. Argum.

septuagesimoquinto. Hoc inquam argumentum procedit ex suppositione præcedentis. Nam annis 400. ad rigorem sumptis, computatisque à natiuitate Isaac, quæ facta est anno Abrahæ centesimo, consequens est 30. qui eos superant, incipiendos esse non à septuagesimoquinto ætatis Abrahæ, sed à septuagesimo. Nam 30. antè 100. incipiunt in 70. Rursum verò annis 430. computatis ab anno septuagesimo ætatis Abrahæ, consequens est 210. tantùm tribuendos esse mansioni in Ægypto. Ostenditur, primum ex defectu alterius sententiæ. Nam à 75. Abrahæ, ad natiuitatem Isaac, sunt tantùm 25. ex Gen. 12. vers. 3. Hi iuncti 400. faciunt tantùm 425. Vt ergo perficiantur 430. assumendi sunt alij 5. qui præcesserint: ergò qui incœperint ab anno vitæ ipsius septuagesimo. Deinde, ex perfectione illius sententiæ. A 70. Abrahæ, ad natiuitatem Isaac, sunt 30. A natiuitate Isaac, ad natiuitatem Iacob, 60. A natiuitate Iacob, ad descensum in Ægypto, 130. Hi faciunt 220. Vt ergò compleantur 430. restant solummodò 210. tribuendi mansioni in Ægypto. Aliter. A septuagesimo Abrahæ, ad natiuitatem Isaac, 30. A natiuitate Isaac, ad exitum de Ægypto 400. Hi faciunt 430. Atqui à septuagesimo Abrahæ, ad ingressum in Ægyptum, reperiuntur 220. nimirùm 30. 60. & 130. Ergò reliqui 210. soli, tribuendi sunt mansioni in Ægypto. Atque ex hoc vel solo patet, quàm immeritò dixerint Pererius & Gordonus, infirmam esse rationem Caietani: quam magis immeritò Pererius, hanc sententiam esse falsam.

3. Argum. III. ARGVMENTVM. Petitur specialius à peregrinatione, à qua computandi sint anni 430. qui Exod. 12. Et hæc quidem iuxta Hebræos, & Christianos, diuersimodè assignata: iuxta veritatem autè Scripturæ, assignanda in Chaldæa, annò scilicet ipsius septuagesimo. Vnde duplex est modus istius argumenti.

1. Modus Arg. I. MODVS est Hebræorum, dicentium peregrinationem Exod. 12. à quâ computandi sint anni 430. intelligendā esse eam, quæ traditur Gen. 15. adeòque annos 430. computandos esse à tempore prædictionis ibi factæ, de peregrinatione, & seruitute, seminis Abrahæ. Verum, ignoranter, supposità iam ipsorummet sententiâ & probatione de 400. annis peregrinationis, adeòque 210. mansioni Ægypti tribuendis. Vnde contrà illos immeritò disputat Pererius in Exod. 12. num. 121. Quare,

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM Facit, quod vt ait Pererius, nec secundùm ipsorum opinionem, nec secundùm veritatem, consistere potest. Quæ duo etiamsi Pererius in vnum confluere faciat argumentum: tamen possunt distinctè sic ordinari.

1. Non secundùm ipsorum opinionem. Nam computarunt annos tantùm 400. ab ortu Isaac, ad Exodū. Atqui ab aduentu Abraham in Chanaan, qui præcessit aliquot annis, istam prædictionem, vsque ad ortum Isaac, fluxerunt tantùm 25. anni, Gen. 12. vers. 3. Ergò à tempore prædictionis illius, vsque ad Exodum, necesse est secundùm opinionem istorum pauciores 425. annis computari: quod est manifestè contra numerum illum 430.

2. Non secundùm veritatem. Nam S. Paulus copulans illos annos cum promissione facta Abrahæ Gen. 12. ostendit omninò referendum esse initium illorum ad tempus elongatius, quàm fuerit ista prædictio, aut etiam promissio seminis illi coniuncta, adeóque ad egressum de Chaldæa, vel de Haran, qui fuerit anno eius septuagesimò vel septuagesimoquinto.

II. MODVS, & verior, est reliquorum, & præsertim Caietani, cóformiter suis principiis: annos illos computandos esse à peregrinatione non solius seminis Abrahæ, sed ipsiusmet Abrahæ, quæ incœperit in Chaldæa, non quidem anno ipsius septuagesimoquinto sed septuagesimo. Probatio modi istius eadem est apud authores suos, cum argumentis præcedentibus. Ab illis enim sequitur, peregrinationem, sed & promissionem factam Abrahæ, incœpisse in Chaldæa, anno ætatis ipsius septuagesimo. Verùm quoniam argumentum speciale, procedere debet à specialibus principiis: propterea, 2. Modus & melior.

Probat. PROBATVR Hic Modus, à Scriptura, ex eo quod Abraham habitauerit in Mesopotamia, seu in Haran, pluribus annis. Quod etiam cēsent Hebræi, S. Hieronymus in qq. Hebraic. in Gen. S. Chrysostomus hom. 31. & 35. Gen. Massæus Lib. 3. init. seu pag. 23. Et Salianus an. 2108. num. 1. & 6. Nam Gen. 11. vers. 31. *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Loth, &c. & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan, veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi.* Sanè improbabile est, per verbum *habitandi*, non denotari nisi aliquam & modicam partem anni: probabile potiùs denotari plures annos.

Iudith. 5. a vers. 6. *Populus iste ex progenie Chaldæorum est. Hic primùm in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan.* Vtique habitatio illa repetita, etiam verò ex præcepto Dei facta, ostendit rursùs, plus quàm vnicam partem vnius anni, potiùs plures annos. Fauet omninò

Act.7. à vers. 2. *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cùm esset in Mesopotamia, prinsquā morāretur in Charan, vers.3. & dixit ad illū: Exi, &c. Tunc exiit de terra Chaldæorū, & habitauit in Charan. Et inde, postquā mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.* Moratio illa, & *habitatio*, in Charan, & inde *post mortem patris translatio* in Chanaan, diuersis vicibus allegatæ, ac disiunctæ, ostendunt similiter, habitationem in Charan fuisse plùs quam per aliquam vnius anni partem.

1. Confirm. CONFIRMATVR I. Ex hoc quòd Abraham ibi acquisierit opes, ibíque familia ipsius fuerit aucta. Nam Gen.12. vers.5. *Tulitque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersámque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran.* Vbi nota, ad illā, *quam possederant*, haberi Hebraicè אשר רכשו radicem autem רכש, significare acquirere facultates, congerere opes. Vnde sensus est, substantiam quam acquisierant, opes quas congesserant. Nota item, vocabulū illud, *in Haran*, appositum in fine sententiæ, posse, vel etiam debere, iuxtà phrases Scripturæ solitas, referri ad illa verba, *vniuersamque substantiam quam possederant.* Quô pacto sensus erit, tulit vniuersas opes, quas acquisierant seu congesserant in Haran. In his autem congerendis, necesse est consumptos fuisse aliquot annos.

Idem colligitur ex verbis illis, *& animas quas fecerant in Haran*, scilicet, vel Loth & familia eius, vel etiam domestici seu familia Abrahæ ipsius. Vbi nota etiam ad illa *quas fecerant*, haberi Hebraicè אשר אעשו. quod proprissimè vertit Vulgat. *quas fecerant.*

Quarè, nihil obstat quod Chaldæum habet, *quas legi subiecerant in Haran*, nec quod Sept. Interpr. *quas possederant in Haran.* Nam & sensus ille Chaldæi mysticus est, & in vtrôque necesse est cōsumptos fuisse aliquot annos. Dicere autem, animas illas, vel conceptas fuisse in Vr Chaldæorum, & enatas in Haran, ac tandem translatas in Chanaan, vel conceptas & enatas fuisse in Haran, & deinde translatas in Chanaan, hæcque intrà vnum eundémque annum, omninò est improbabile.

2. Confirm. CONFIRMATVR II. Ex eo quòd Abraham vocat Haran terram suam. Nam Gen. 24. vers. 4. *Ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac.* Ex sequentibus constat terram illam esse Haran. Atqui Abraham non vocasset Haran terram suam, nisi aliquot annis in ea mansisset. Quis enim suam vocet terram, per quam solummodò transeat & in ea nullam veram habitationem annorum faciat?

3. Confirm. CONFIRMATVR III. A textu Græco Iudith. 5. vers. 7. ϗ παρῴκησαν ἐκεῖ ἡμέρας πολλὰς ϗ εἶπεν ὁ θεὸς αὐτῶν ἐξελθεῖν ἐκ τῆς παροικίας αὐτῶν. *Et habitauerunt ibi dies multos, & iussit Deus ipsorum vt exirent de habitatione sua.* Hæc phrasis, *habitauerunt dies multos*, diuturnum tempus solet significare, vt Gen. 4. vers. 3. 129. annos. cap. 21. fin. ad minus annos 25. iuxtà Hebræos 37. cap. 39. vers. 7. annos 10. Deut. 1. vers. vlt. iuxtà Septuag. πολλὰς ἡμέρας, Hebræi de annis 19. interpretantur. Denique verba illa, *de habitatione sua*, idem rursus declarant.

4. Confirm. CONFIRMATVR IV. Ex his quæ simúl colligit Salianus num. 1. Neque, inquit, probabile est vnô eodémque anno Tharam cū Abrahamo exusse de Vr, venisse in Charan, ibíque habitasse, multámque substātiam acquisiisse, homines procreasse, ibidem Thare mortuum esse, eiúsque funere expleto Abrahamum totam familiam suam omniáque bona sua collegisse, & in terram Chanaā venisse. Sunt & aliæ confirmationes: sed sufficiunt istæ.

ITAQVE, cùm ex Scriptura constet, plures annos transactos fuisse in Haran, inter egressum Abrahæ de Chaldæa, & ingressum in Chanaan: vtiquè suppositis saltem 1. & 2. argumentô, omninò consequens est, annos illos fuisse 5. adeóque tam promissionē Abrahæ factam, traditámque Gal. 3. quàm peregrinationem ipsius ac seminis sui, traditam Exod. 12. consequenter 430. annos, qui traduntur in vtrôque loco Exod. 12. & Gal. 3. computandos esse ab anno Abrahæ, non septuagesimoquinto, sed septuagesimo. Consequenter denique, tribuendos esse mansioni in Ægypto annos, non 215. sed tantummodò 210.

4. Argum. IV. ARGVMENTVM. Peti potest à speciali discussione sententiæ Massæi & Saliani, constituentium duas vocationes Abrahæ, & tamen promissionem desumētium à secunda non à prima. Etenim fatentur illi duas vocationes Abrahæ, vnam in Chaldæa annô ipsius septuagesimo, alteram in Haran annô eiusdem septuagesimoquinto. Consequenter constituere debēt, constituitq; Massæus, duas promissiones, saltem vnam eandémque bis factam, siue repetitam. Quod quamuis neget Salianus an. 2114. num. 2. at tamen omnis ratio dictat contrarium, & verba Gen. 12. collata cum verbis Act. 7. omninò probabilius monstrant, promissionem in Gen. 12. habitam, fuisse factam ex Chaldæa. Hoc autem posito, cōsequens est annos 430. promissioni tributos Gal 3. computandos esse ab illa promissione primitùs facta. Cum ergò secundū ipsos, prima vocatio, primúmque præceptum exeundi de terra sua, factum fuerit Abrahæ in Chaldæa, & secundum Salianum annô ætatis suæ septuagesimo; consequenter omnis ratio dictet tunc primam

promissionem

[illegible] recurreret ad sept [illegible] ceret enim si ad sept [illegible] anni [illegible]

RESPONDETVR, non [illegible] ab [illegible] in [illegible] ad descensum in Ægyptum [illegible] facerent tantummodo [illegible] & [illegible] Ægypto [illegible]. His [illegible] fecerent tantummodo 4 [illegible] non 4 [illegible]

Obiect. OBIICIVNTVR [illegible] tunc [illegible] iam I. omnia quæ obiecta sunt contrà præcedentem. Sed ad illa etiã eadẽ respondẽtur.

Resp. 2. Obiect. OBIICITVR II. & specialiter, incertum semper manere an Abraham natus esset tantum [illegible] 70. annos, cum exiit de Chaldæa, & habitauerit 5. annis in Haran. Quin potius promptam eius obedientiam adeò laudatam, videtur repugnare tam longæ habitationi in Haran, post vocationem & præceptum Dei.

Respons. RESPONDETVR. Incertum non debere dici [illegible] colligitur ex Scriptura, [illegible] quid potest ex ea [illegible] promptus Abraham obediẽ- [illegible] suo & aliis parentibus comes esset, nec in Chanaã rectà prorsus iter: [illegible] neque obstare debuit, quin iam extra Chaldæam [illegible] cum eodem patre moribundo [illegible] ut [illegible]

[illegible] Chata [illegible] Dei [illegible] tendum [illegible] & latius [illegible] alterum [illegible] torémque [illegible] pendentiam [illegible] press [illegible] & [illegible] po [illegible] lis, postulabat eum non [illegible] perer præceptum. Vide quæ dicta sunt ex [illegible] liano §. 39.

OBIICITVR III. Translatione [illegible] Sept. Interpretum, cur præser[illegible] tim [illegible] hæ duæ sententiæ, mentionem [illegible] facere de terra *Chanaan*, non autẽ de *Haran*. Obiect.

RESPONDETVR. [illegible] ctũ, quòd terra Chanaan fuit principium [illegible] peregrinationis Abrahæ & præcipuus terminus ad quem erat [illegible] Chaldæa. Quod mirum [illegible] Si enim iuxtà sententiam [illegible] facta fuit Exod. 12. mentio tantum [illegible] de Ægypto, quia erat pars præcipua peregrinationis domus Abraham: cur non Septuaginta Interpretes mentionem fecerint solummodò terræ Chanaan, quia fuit præcipua pars peregrinationis personæ eiusdem Abraham? Respons.

[illegible] diuersis [illegible] ex duabus [illegible] Auth.

Summa Secundæ Partis Tertiæ Periodi.
Ab Introitu Israel in Ægyptum, ad Exitum eiusdem de Ægypto.
Anni Completi.
21[illegible]

Summa Totius Tertiæ Periodi.
A Natiuitate Abrahæ, ad Exitũ Israël de Ægypto.
Anni Completi.
500.
Mundi
2538.

# QVARTA TEMPORIS PERIODVS EX SCRIPTVRA SACRA.

## Ab Exitu Israël de Ægypto, Ad iacta Templi fundamenta.

Annorum Completorum.

479.

## EX EXOD. NVMER. DEVTER. IOS. IVDIC. I. II. ET III. REG. IVDITH. PSALM. AMOS. ACT. ET HEBR.

### EXOD.

### CAP. XVI

Vers. 35. *Filij autem Israel comederunt Man,*

40. *annis, donec venerint in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaan.*

### NVMER.

### CAP. XIV

Vers. 33. *Filij vestri erunt vagi in deserto,*
*annis* 40. *& portabunt fornicationem vestram, donec consumentur cadauera patrum in deserto,* Vers. 34. *iuxtà numerum* 40. *dierum, quibus considerastis Terram: annus pro die imputabitur.*
*Et* 40. *annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam.*

CAP. XXXII.

Vers. 13. *Iratúsque Dominus aduersùm Israël, circumduxit eum per desertum* 40. *annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius.*

CAP. XXXIII.

Vers. 38. *Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, iubente Domino: & ibi mortuus est*
*anno* 40. *egreßionis filiorum Israël ex Ægypto, mense* 5. 1. *die mensis*, Vers. 39. *cùm esset annorum* 123.

DEVTER.

CAP. I.

Vers. 3. 40. *anno,*
11. *mense,*
1. *die mensis, locutus est*
MOYSES *ad filios Israël, omnia quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis.*

CAP. II.

Vers. 7. *Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum, quomodò transieris solitudinem hanc magnam, per* 40. *annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit.* Vers. 14. *Tempus autem, quo ambulauimus de Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared*
30. *& 8. annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus.*

CAP. VIII.

Vers. 2. *Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus* 40. *annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret,* &c.
Vers. 4. *Vestimentum tuum, quô operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en* 40. *annus est.*

CAP. XXIX.

Vers. 5. *Adduxit vos* 40. *annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra,* &c.

IOS.

CAP. V.

Vers. 5. *Populus autem qui natus est in deserto* Vers. 6. *per* 40. *annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcisus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini*, &c.

II. ESDR.

CAP. IX.

Vers. 21. 40. *annis pauisti eos in deserto, nihilque eis defuit*: &c.

IVDITH.

CAP. V.

Vers. 15. *Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos* 40. *annonam de cœlo consecuti sunt.*

PSAL. XCIV.

Vers. 10. 40. *annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.*

AMOS.

CAP. V.

Vers. 25. *Numquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto* 40. *annis, domus Israel?*

ACT.

CAP. VII.

Vers. 36. *Hic* (Moyses) *eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis* 40.

Vers. 42. med. *Numquid victimas & hostias obtulistis mihi annis* 40. *in deserto, domus Israel?*

CAP. XIII.

Vers. 18. *Et per* 40. *annorum tempus mores eorum sustinuit* (Deus) *in deserto.*

HEBR.

CAP. III.

Vers. 9. *Ubi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea* Vers. 10. 40. *annis*: &c.

Vers. 17. *Quibus autem infensus est.* 40. *annis? Nonne illis, qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto?*

NVMER.

CAP. XXVII.

*Vers.* 16. *Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc:* &c. Vers. 18. *Dixitque Dominus ad eũ* (Moysem): *Tolle Iosuë filium Nun, virum in quo est Spiritus, & pone manum tuam super eum.* &c. Vers. 20. *vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel.* &c. Vers. 22. *Fecit Moyses vt praeceperat Dominus.*

DEVT.

CAP. VLT.

Vers. 9. IOSVE *verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiae, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntque sicut praecepit Dominus Moysi.*

IOS.

CAP. VLT.

Vers. 31. *Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerunt omnia opera Domini quae fecerat in Israel.*

IVDIC.

CAP. II.

*Vers.* 7. *Seruieruntque Domino cunctis diebus eius,* (Iosue) *& seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quae fecerat cum Israel.*

CAP. III.

Vers. 7. *Feceruntque malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astaroth.* Vers. 8. *Iratusque contrà Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiae, seruieruntque ei* 8. *annis.*

*Vers.* 9. *Et clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos,* OTHONIEL *videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem:* Vers. 10. *fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel.* &c. Vers. 11. *Quieuitque terra*

40. *annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez.*

Vers. 12. *Addiderunt autem filij Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab:* &c. *Vers.* 14 *Seruieruntque filij Israel Eglon regi Moab*

10. *&* 8. *annis:*

Vers. 15. *& posteà clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo* AOD *filium Gera filij Iemini, qui vtràque manu pro dextera vtebatur.* &c. Vers. 30. fin. *& quieuit terra*
80. *annis.*
Vers. 31. *Post hunc fuit* SAMGAR *filius Anath, qui percussit de Philisthijm sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israël.*

## CAP. IV.

Vers. 1. *Addiderúntque filij Israël facere malum in conspectu Domini post mortem Aod,* Vers. 2. *& tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan,* &c. Vers. 3. *Clamauerúntque filij Israël ad Dominum: nongentos enim habebat falcatos currus, & per*
20. *annos vehementer oppresserat eos.*
Vers. 4. *Erat autem* DEBBORA *prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* &c. Vers. 6. *Quæ misit & vocauit* BARAC *filium Abinoem de Cedes Nepthali: dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Israël, vade, & duc exercitum in montem Thabor,* &c.

## CAP. V.

Vers. 32. *Quieuitque terra per*
40. *annos.*

## CAP. VI.

Vers. 1. *Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian* 7. *annis,* &c.
Vers. 7. *Et clamauit* (Israel) *ad Dominum postulans auxilium contrà Madianitas.* &c.
Vers. 11. *Cúmque* GEDEON *filius eius* (Ioas) *excuteret atque purgaret frumentum in torculari, vt fugeret Madian,* Vers. 12. *apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime.* &c. Vers. 34. *Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina* &c.

## CAP. VIII.

Vers. 28. *sed quieuit terra per*
40. *annos, quibus Gedeon præfuit.*

## CAP. IX.

Vers. 6. *Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abierúntque & constituerunt regem.*
ABIMELECH, &c. Vers. 22. *Regnauit itaque Abimelech super Israel*
3. *annis.*

## CAP. X.

Vers. 1. *Post Abimelech surrexit dux in Israel*

*& indicauit Israelem* THOLA *filius Phua* &c. Vers. 2. 20. *&* 3. *annis*, &c.
Vers. 3. *Huic successit* IAIR *Galaadites, qui iudicauit Israelem per* 20. *&* 2. *annos*, &c.
Vers. 6. *Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idolis, Baalim & Astaroth, & diis Syriæ ac Sydonis & Moab & filiorum Ammon, & Philisthijm: dimiseruntque Dominum, & non coluerunt eum.* Vers. 7. *Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim & filiorum Ammon.* Vers. 8. *Afflictique sunt, & vehementer oppressi, per annos* 10. *&* 8. *omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, qui est in Galaad*: &c. Vers. 10. *Et clamantes ad Dominum, dixerunt: Peccauimus tibi*, &c.

## CAP. XI.

*Vers.* 1. *Fuit illo tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator*, &c. *Vers.* 11. *Abiit itaque Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui.* &c. *Vers.* 25. *nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum*, Vers. 26. *quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroër, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanẽ, per* 300. *annos.* &c. *Vers.* 29. *Factus est ergo super Iephte Spiritus Domini*, &c.

## CAP. XII.

Vers. 7. *Iudicauit itaque* IEPHTE *Galaadites Israël* 6. *annis*: &c.
Vers. 8. *Post hunc indicauit Israël* ABESAN *de Bethlehem*: &c. Vers. 9. fin. *Qui* 7. *annis iudicauit Israël.* &c.
Vers. 11. *Cui successit* AHIALON *Zabulonites*: *& iudicauit Israël* 10. *annis*: &c.
Vers. 13. *Post hunc iudicauit Israël* ABDON, *filius Illel, Pharathonites*: &c. *Vers.* 14. fin. *& indicauit Israel* 8. *annis*

## CAP. XIII.

*Vers.* 1. *Rursúmque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum* 40. *annis.* &c Vers. 24. *Peperit itaque* (vxor Manue) *filium, & vocauit nomen eius* SAMSON. *Creuitque puer, & benedixit ei Dominus.* *Vers.* 25. *Cœpitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.*

## CAP. XVI.

*Verſ. 21. Iudicauitq; Iſraël 20. annis*

## CAP. XVII.

Verſ. 1. *Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas,* Verſ. 2. *qui dixit matri ſuæ: Mille & centum argenteos, quos ſeparaueras tibi*, &c.

Verſ. 6. *In diebus illis non erat rex in Iſraël, ſed vnuſquiſque, quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* &c.

## CAP. XVIII.

Verſ. 1. *In diebus illis non erat rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeßionem ſibi, vt habitaret in ea: vſque ad illum enim diem inter cæteras tribus ſortem non acceperat.* Verſ. 2. *Miſerunt ergo filij Dan, ſtirpis & familiæ ſuæ quinque viros fortißimos de Sara & Eſthaol, vt explorarent terram,* &c. Verſ. 31. fin. *In diebus illis non erat rex in Iſrael.*

## CAP. XIX.

Verſ. 1. *Fuit quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Iuda:* Verſ. 2. *quæ reliquit eum, & reuerſa eſt in domum patris ſui in Bethlehem, mansitque apud eum quatuor menſibus.* Verſ. 3. *Secutúſque eſt eam vir ſuus*, &c.

## CAP. VLT.

Verſ. vlt. *In diebus illis non erat rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque, quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat,*

# I. REG.

## CAP. I.

Verſ. 9. *Et* HELI *ſacerdote ſedente ſuper Sellam ante poſtes templi Domini*, &c.

## CAP. IV.

Verſ. 18. *Et ipſe iudicauit Iſraël*

40. *annis.*

## CAP. V.

Verſ. 1. *Philiſthiim autẽ tulerunt arcam Dei, & aſportauerunt eam à Lapide adiutorij in Azotũ.* Verſ. 2. *Tulerúntque Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxtà Dagon.*

## CAP. VI.

Verſ. 1. *Fuit ergo arca Domini in regione Philiſthinorum.*

7. *menſibus.* Verſ. 2. *Et vocauerunt Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, dicẽtes: Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodò remittamus eam in locũ ſuum.* &c. Verſ. 12. *Ibant autem*

*in directum vaccæ, per viam quæ ducit Bethsames,* &c. Vers. 13. *Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cum vidissent.* Vers. 14. *Et plaustrum venit in agrum Iosuë Bethsamitæ, & stetit ibi.* &c. Vers. 19. *Percussit autem* (Dominus) *de viris Bethsamitibus, eò quod vidissent arcam Domini:* &c. Vers. 21. *Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim dicentes: Reduxerunt Philisthym arcam Domini, descendite; & reducite eam ad vos.*

## CAP. VII.

Vers. 1. *Venerunt ergò viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Galaad: Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini.* Vers. 2. *Et factum est, ex quâ die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, (erat quippe iam annus 20.) & requieuit omnis domus Israel post Dominum.* Vers. 3. *Ait autem* SAMVEL *ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominū, auferte Deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth: Et præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli. Et eruet vos de manu Philisthijm.* Vers. 4. *Abstulerunt ergò filij Israel Baalim & Astaroth, & seruierunt Domino soli.* Vers. 5. *Dixit autem Samuel: Congregate vniuersum Israel in Masphath, vt orem pro vobis Dominum.* Vers. 6. *Et conuenerunt in Masphath:* &c. *Iudicauítque Samuël filios Israel in Masphath.* Vers. 15. *Iudicabat quóque Israelem cunctis diebus vitæ suæ.* Vers. 16. *& ibat per singulos annos circuiens Bethel & Galgala & Masphath, & iudicabat Israelem in supradictis locis.* Vers. 17. *Reuertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.*

## CAP. VIII.

Vers. 1. *Factum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel.* Vers. 2. *Fuitq; nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee.* Vers. 3. *Et non ambulauerūt filij illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperúntque munera, & peruerterunt iudicium.* Vers. 4. *Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha.* Vers. 5. *Dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes.*

## CAP. IX.

Vers. 1. *Et erat vir de Beniamin nomine Cis,* &c. Vers. 2. *Et erat ei filius vocabulo* SAVL, *electus & bonus:* &c.

## CAP. X.

Vers. 1. *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt.* &c. Vers. 21. *Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri, & peruenit vsque ad Saül filium Cis.* &c. Vers. 23. *Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde: stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum.* &c. Vers. 24. *Et clamauit omnis populus & ait: Viuat Rex.*

## CAP. II.

Vers. 1. *Et factum est quasi post*

MENSEM, *ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes Galaad.* &c. Vers. 14. *Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum* Vers. 15. *Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saül coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saül, & cuncti viri Israel nimis.*

## CAP. XIII.

Vers. 1. *Filius vnius anni erat Saül cùm regnare cœpisset,*

2. *autem annis regnauit super Israël.*

## ACT.

## CAP. XIII.

Vers. 19. *Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum*, Vers. 20. *quasi post quadringentos & quinquaginta annos. & post hæc dedit iudices, vsque ad Samuel Prophetam.* Vers. 21. *Et exinde postulauerunt Regem, & dedit illis Deus Saül filium Cis, virum de tribu Beniamin.*

*annis* 40

## I. REG.

## CAP. XVI.

Vers. 13. *Tulit ergò Samuel cornu olei, & vnxit eum* (Dauid) *in medio fratrum eius: & directus est Spiritus Domini à die illa in*

DAVID, *& deinceps.* &c.

## II. REG.

## CAP. II.

Vers. 4. *Veneruntque viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda.* &c. Vers. 11. *Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid imperans in Hebron super domum Iuda*

7. *ann rum*,
6. *mensum*

## CAP. V.

Vers. 1. *Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes*: &c. Vers. 3. *Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron*, &c. *Vnxeruntque Dauid in regem super Israel.* Vers. 4. *Filius* 30. *annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset, &*

40. *annis regnauit.* Vers. 5. *In Hebron regnauit super Iudam*
7. *annis*,
6. *mensibus: in Ierusalem autem regnauit*
33. *annis super omnem Israel & Iudam.*

## III. REG.

## CAP. II.

Vers. 11. *Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel,*

40. *anni sunt: in Hebron regnauit*
7. *annis: in Ierusalem,*
33.

## I. PAR.

## CAP. III.

Vers. 4. *Sex ergò* (filij) *nati sunt ei* (Dauid) *in Hebron, vbi regnauit*

7. *annis*, &
6. *mensibus.*
30. *autem & 3. annis regnauit in Ierusalem.*

## CAP. XXVI.

Vers. 31. 40. *anno regni Dauid recensiti sunt, & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad*, &c.

## CAP. VLT.

Vers. 26. *Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel.* Vers. 27. *Et dies, quibus regnauit super Israel, fuerunt*

40. *anni: in Hebron regnauit*
7. *annis; & in Ierusalem annis*
33.

## III. REG.

## CAP. II.

Vers. 12. SALOMON *autem sedit super thronum Dauid patris sui*, &c.

## CAP. VI.

Vers. 1. *Factum est ergo* 480. & 80. *anno egressionis filiorum Israel de Terra Aegypti, in*

anno

| | | |
|---|---|---|
| | *anno* | 4. |
| | *mense* | *Zio*, ( *ipse est* |
| | *mensis* | 2. ) *regni Salomonis super Israël*, *ædificari* |
| *cœpit domus Domini.* | | |
| Verf. 37. | *Anno* | 4. *fundata est domus Domini in* |
| | *mense* | *Zio* : &c. |

# II. PAR.

## CAP. III.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Verf. 2. | *Cœpit autem ædificare* | | |
| | *mense* | 2. | *anno* |
| | | 4. | *regni sui.* |

# DE NVMERATIONE HAC

## SECVNDVM QVOD HABETVR IN HEBRÆO: IN PARAPHRASI CHALDAICA : IN TRANSLATIONE Græca Septuaginta Interpretum : & in Translatione Latina S. Hieronymi super Hebræo.

§. 44.

IN numeratione præcedenti, textus Hebræus, Paraphrasis Chaldaica, & communiores codices Septuaginta, conueniunt prorsus c[illegible] Ed[illegible]e Vulgata, & [illegible] I[illegible]a S. H[illegible]er Heb[illegible] [illegible] Interp[illegible] [illegible]. Q[illegible] eorum I[illegible] [illegible] Vu[illegible] & [illegible] hal[illegible]nt verf. 5. *P[illegible]u-* [illegible] *qui natus* [illegible] *deserto*. [illegible]f. 6. *per* 40. [illegible] *incircumcisus* [illegible] eo 4[illegible] habuerunt 42. Sic enim locum [illegible] S. Augustinus, vel author q. [illegible]ue

[illegible] Qu[illegible]d alij etiam eorum codices, Iu[illegible] Vulg. & reliquæ habent, verf. 11. [illegible] *Al*[illegible] *Z*[illegible]*ulonites*, *& iudica*- [illegible] *annis* non habuerunt annos [illegible]us A[illegible]n iudicauit. Tales enim codi[illegible] habuit Euf[illegible] [illegible] Chron. cùm nullos [illegible]b[illegible]t annos. Quo[illegible] etiam Maffæus an[illegible], prout [illegible]culimus § 7.

III. Quo[illegible] a[illegible] etiam eo[illegible]m codices 3. Reg. 6 vbi Vulg. & re[illegible]q[illegible] habent verf. 1. A *Factum est autem* 400. *&* 80. *anno egressionis filiorum Israël de Ægypto, ædificari cœpit domus Domini* : habent 440. Sic notat Serarius cõmentar. in libros Reg. impreff. Lugduni (in fol.) an. 1618. in illum locum 3. Reg. 6. pag. 212. fin. habere Sept. Interpr. Prout eos, inquit, non tan[illegible]um German[illegible] ediderunt, sed Romani etiam correxerunt, & citat Sulpitius [illegible]c[illegible] que in A[illegible]. 7. vbi de Salomone, B sequitur Occumenius, licet eum ipsius interpres memoriâ lapsum in margine annotet. Sic Serarius. Vbi etiam cum notat apud Glycam parte 2. tribui Periodo huic, annos 330. hoc forsitan ideo factum potest dici, quod Glycas codices Sept. Interpr. habuerit, in quibus tot solum repererit.

C IV. Quod alij etiam eorum codices 1. Reg. 4. vbi Vulg. & reliquæ habent de Heli, verf. 18. *Et ipse iudicauit Israël* 40. *annis* loco 40. habuerunt, & etiamnùm habent tantùm, 20. Tales enim habuit Eusebius in Chron. cùm 20. tantùm annos ei tribuit. Sic habere quosdam notat Genebrardus in Heli seu an. 3026. pag. 101. Sic denique notat Tor[illegible]ellus an. 2900. num. 1. quosdam

101. 612. 12. S. Niceph... F... Con... tinop. in Chronolog. cap. 4. 634. 11. C... dreni, 672. 14. Phil...strij, 3 part. hæresi. 63 713. 15. Quorundam aliorum apud eundem Niceph. 757.

Ex alia autem parte, videntur tribuen... huic Periodo minùs 480. annis. Nam translatio Sept. Interpr. prout, inquit Serarius ibidem, eos non tantum Germani ediderunt, sed Romani etiam correxerunt, & citat Sulpitius, eósque in Act. 7. vbi de Salomone, sequitur Occumenius, licet eum ipsius interpres memoria lapsum in margine notet, habet 440. Glycas denique part. 2. 330. Hæc omnia videntur arg...ere, numerum illum 480. habitum 3. Reg 6. vers. 1. in Vulg. ali... que Editionibus fuisse c... ruptum.

I. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Numer... illum generalem annorum 480. esse ... tum & corruptum.

Ità Seuerus Sulpitius in Epitom. ex ... te Melchior Canus lib. 11. de loc. Theolog. cap. 3. ad arg. 12. contendens fusâ disputatione, vel textum illum 3. Reg. 6. vers. 1. fuisse vitio scriptorum immutatum: vel illius libri authorem non curasse ibi exprimere verum numerum annorum, qui fluxerunt ab Exitu de Ægypto ad initium ædificationis templi, sed de industria computasse tantùm in illa summa 480. annos iudicum & regum, relictis interregnorum, seu seruitutum, & afflictionum populi, temporibus. Ita & Serarius suprà à pag. 213. med.

Probat. PROBAT Hanc Sententiam Serarius tribus argumentis ...pectis ex dictis sub fundamento difficultatis: sed infirmis, & parùm exanimatis, vnde visum est, ea non vt fusius & solidè minùs habentur apud eum, sed breuiter tantùm adducere. I. nititur solo textu Græco Act. 13. II. nititur hac ratione, quòd si numerus hic 480. retineatur, aliæ scripturæ non recte tradiderint annus seruitutum seorsim qui confi... III. nititur authoritate Græcorū, & Latinorum, qui suprà dissenserunt ab isto numero 480. quorum aliqui recentiores, non dubitarunt dicere locum illum esse vitio sum.

1. Arg. 2. Arg. 3. Arg.

Re... CONTRA HANC SENTENTIAM, Faciunt regulæ superiùs traditæ ex S. Aug. siue canone *Si ad Scripturas*, d... 9. §. nostro 5. & ex Concil. Trident. ac Declarationibus eius, §. 2. & 3. In singulari autem contrà partem postremam distinctionis Melchioris Cani, Facit, quòd Scriptura sacra non doceat solummodo 480. annis post egressionem ex Ægypto, fundatum fuisse templum, quod nihilominus si vel solummodò dixisset, ad huc plusquam sufficienter loquuta fuisset: sed etiam proferat, *anno quadringentesimò & octogesimo*, quod adeo p...aci... ...est, vt ... vo... pe... h... insinuare templum fuisse fundatum etiam *intra* quadringentesimum octogesimum annum ab exitu de Ægypto, nullus restet locus ad exponendum aliò modò huiusmodi textum. Itaque non immeritò Genebrardus in Iosue, seu anno 27..7. pag. 81. fin. aliique post eum, Sulpiti... m arguunt (arguerent & alios) temeritatis. Nec obstat prætendi codices sacros quandóque subiici vitiis librariorum: prout actum fuit eod. §. 5. agetur & §. 75.

II SENTENTIA. & vera. dicit, Numerum illum annorum 480. esse certum prorsus, atque incorruptum. 2. & vera Sententia. Numerus annorum 480 incorruptus.

Ità Hebræi magno consensu apud Genebr. loco citato vbi & notatur S. Aug. lib. 18. ciu. Ità omnes reliqui, tam catholici, quam non catholici: quorum nomina hoc loco recensere non est opus. E recentioribus & catholicis videatur Salianus to. 3. a...3023. à num. 6.

PROBATIONES Huius Sententiæ, aliæ non sunt, quàm illæmet quibus refutata est sententia præcedens. præsertim autem à Concilio Trident. & Declarationibus eius. Probat.

CONFIRMATVR I. Ab omnibus omninò textibus & versionibus, Vulg. Hebr. Chald. Lat. S. Hieron. & denique Græcis communissimis. Quòd si forsan repertum fu...t aliter in quibusdam codicibus Græcis: certè conuincit omnis æqua ratio, potius ipsos fuisse vel casu vitiatos, vel sententiæ alicuius particularis de industria accommodatos. 1. Confirm.

CONFIRMATVR II. à Saliano suprà, num. 6. dicente, hanc sententiam existimandam esse pertinere ad fidei religionisque quæstionem. Omnium enim Doctorum consensum Cano docente facere rem de fide ... cum ea sit Ecclesiæ vox, quæ ore omnium Doctorum eius audiatur. Vniuersos autem authores Latinos, Græcos, & Hebraicos, eodem Cano fatente in hanc sententiam consentire. Vide eum ibi fusiùs refutantem Canum. 2. Confirm.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & 1. eius punctum, adeóque 2. Serarij argumentum. Respondetur, omnes annos seruitutum comprehendi in annis regiminum iudicum, reliqua verò tempora nil obstare: prout de singulis summis in particulari demonstrabitur ex professo in sequentibus. Ad 1. Fund. Diffic. & 2. Arg.

AD II. eius punctum, adeóque 1. Serarij argumentum. Respondetur, Edit. Vulg. quæ facit fidem diuinam & catholicam, aliò modò referre locum illum, annósque adeo Ad 2. Diff. & 1. Arg.

450. referre, non ad tempora sequentia, sed ad antecedentia. Porrò sensum Græcum eundem esse posse cum Vulgato. Denique, vtrôque simùl sensu, optimè reperiri quasi 450. annos, à natiuitate Isaac (vel secùdùm alios ab eius ablactatione, seu Ismaëlis eiectione) vsque ad distributionem terræ. Quæ omnia demonstrata sunt sub Periodo præcedenti §. eius vlt.

A AD III. punctum, adeoque 3. Sra rij argumentum. Respondetur, computationes adeò varias, non solum diuersorum, sed etiam vnius eiusdemque authoris, vt Iosephi, Sulpitij, &c. merito se inuicem conuincere falsitatis; quam facile vitauerit, qui adhæserit Editioni Vulgatæ, tanquam principio veritatis, quia est & principium vnitatis. Ad . rū. & . Arg.

## II. DIFFICVLTAS. DE EODEM NVMERO generali 480. ad numerum particularem 40. annorum, qui passim dicuntur deserti, comparato: An ratione eius intelligendus sit rotundo numero dictus, pro 482. an verò simplici, pro 480. seu, an transacti fuerint in deserto anni 42. an verò 40. solummodò?

§. 46

Fundam Diffic. 1.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, est hoc. I. Num. 14. à vers. 33. *Filij vestri erunt vagi in deserto annis 40. & portabunt fornicationem vestram, donec consumentur cadauera patrum in deserto, iuxtà numerum 40. dierum quibus considerastis terram, annus pro die reputabitur. Et 40. annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam.* Hoc autem dictum fuisse duobus, aut ferè, annis, seu annô vnô & mensibus quinque vel circiter, ab Exitu de Ægypto, patet ex tota historia, quam fusè per partes suas notat Torniellus ab anno 2544. à num. 31. Quoad hanc verò partem anni vnius & mensium 5. an. 2545 num. 63 Expressè autem patet Num. 1. vers. 1. *Locutusque est Dominus ad Moysem in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, primâ die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto.* & cap. 9. vers. 1. *Locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sinai anno secundò postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primô dicens,* &c. Comminatio autem illa cap. 14. à vers. 33. euenit aliquot mensibus post ista quæ narrantur cap. 1. & 9. nimirùm ob murmurationem factam in Cadesbarne, ad exploratorum renunciationem. Hæc verò exploratio facta fuerat ante per dies 40. Hos denique 40. dies præcesserant multæ aliæ murmurationes & punitiones vt ob carnes, à populo: ob vxorem Moysis, à Maria sorore ipsius ob Principatum & Sacerdotium, à Core Dathan & Abiron. Itaque ab illo anno secundo mense primô, ad

B hanc comminationem, ad minus effluxerunt 5. menses. Atque ità 40. anni non incipiunt nisi post 2. annos ab Exodo, saltem inceptos.

II. Amos 5. vers. 25. & Act. 7. vers. 42. *Numquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto 40. annis domus Israël* quasi dicat, non? sensus est, per annos 40. 2.

C non obtulistis mihi sacrificia in deserto. Hoc autem non est verum nisi à tempore eiusdem prædictæ murmurationis factæ in Cadesbarne post explorationem terræ. Nam aliò tempore, quod effluxit inter exitum de Ægypto, & murmurationem illam in Cadesbarne, nimirum die sequenti post acceptam in monte Legem, obtulit Moyses hostias Deo, Exod. 24. à vers. 5 & rursum

D dùm ibi morarentur in Sina, & antequàm venirent in Cadesbarne, obtulerunt plures in dedicatione altaris & consecratione Sacerdotum ac Leuitarum, Nùm. 7. toto. Hoc verò fuisse factum 2. annis (saltem incœptis) post exitum de Ægypto, patet Exod 40. vers. 15. *Mense primo anni secundi, egressionis eorum, primâ die mensis, collocatum est tabernaculum.* vers. 16 *Erexitque Moyses illud* &c. Num. 1. vers. 1 *Locutus est Dominus ad Moysem in deserto in tabernaculo fœderis, primâ die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto.* post quod cap 7. offeruntur sacrificia. Ab eô autem tempore quô Exploratores sunt reuersi in Cadesbarne, vsque ad introitum in terram Chanaan, nullas obtulerunt. Igitur de hoc solo tempore, quod intercessit inter murmur illud & tempo

ta ingressus in Chanaan, intelligendi sunt Propheta Amos cap. 5. suæ prophetiæ, & B. Stephanus Act. cap. 7. Atqui hoc pacto erunt 42. anni, saltem incœpti: nempe 40. quibus ibi commotatio fuit absque hostus, & 2. alij in quibus facta est oblatio aliquatum.

3. III. Iosue 5. vbi habetur in Vulg. Hebr. & Chald. vers. 5. *Populus autem qui natus est in deserto* vers. 6. *per 40. annos itineris latißimæ solitudinis incircumcisus fuit*: quidam codices Septuag. Interpr. habent *per 42. annos*: sicque locum illum refert S. Aug. vel author q. 6. in Ios. Per hæc ergo argumenta, videtur numerus annorum 40. rotundè positus, pro 42. adeóque 480. etiam Scripturâ saluâ, pro 482.

Vera Sententia. In deserto transacti præcisè 40. anni.

VERA SENTENTIA est, non fluxisse ab exitu de Ægypto, ad introitum in terram Chanaan, seu in commotatione tota intrà desertum, plus 40. annis: consequenter summam annorum 480. non esse hac ex parte sumendam rotundo numero dictam, pro 482. sed solummodò pro 480. propriè dictis.

Probat.

PROBATVR Hæc Sententia duobus inuictissimis argumentis.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM. Petitur ab ætate Moysis & Aaron, habita verbis expressis in Scriptura Sacra: scilicet, ab annis quos nati erant, quandò eduxerunt populum de Ægypto: & quibus mortui, quandò populus exiit de deserto. Nam

Moyses & Aaron cuius ætatis in Exitu de Ægypto.

Exod. 7. vers. 7. *Erat autem Moyses 80. annorum, & Aaron 83. quando locuti sunt ad Pharaonem*: nimirùm ad educendum populum de Ægypto. Ecce quos annos tunc erant nati.

Aaron quâ ætate mortuus.

Quibus autem mortuus sit Aaron, traditur Numer. 33. vers. 38. *Ascendítque Aaron sacerdos in monte Hor, iubente Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egreßionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis*, vers. 39. *cùm esset annorum 123.* Ab 83. ad 123. sunt tantùm 40. Porrò annum illum quô mortuus est, & qui dicitur quadragesimus egressionis filiorum Israel de Ægypto, fuisse eumdem quô factus est egressus eorumdem de deserto, & ingressus in terram promissionis, patet ex tota historia, habita primum in lib. Numer. à cap. 20. (vbi primum etiam describitur mors Aaron) per reliqua eiusdem libri: deinde, in lib. Deuteron. per priora capita, in quibus Moyses resumit totam ipsorum historiam: item, in lib. Iosuè per priora capita, præsertim cap. 2. fin & 3. init. in quibus locis describitur ingressus in ter-

A ram Chanaan. Denique, confirmabitur ex dicendis mox de Moyse.

Moyses quâ ætate mortuus.

Quibus item mortuus sit Moyses, traditur Deuteron. 1. vers. 3. *Quadragesimo anno, vndecimo mense, primâ die mensis, locutus est Moyses*, &c. cap. 31. vers. 2. *& dixit ad eos: 120. annorum sum hodie, non possum vltrà egredi, & ingredi, præsertim cùm & Dominus dixerit mihi: Non transibis Iordanem istum.* cap. 34. vers. 1. *Ascendit ergò Moyses de campestribus Moab super montem Nebo*, &c. vers. 5. *Mortuúsque est ibi Moy-* B *ses seruus Domini, in terra Moab, iubente Domino*: &c. vers. 7. *Moyses 100. & 20. annorum erat quando mortuus est.* Ab 80 ad 120. sunt tantùm 40. Porrò hoc etiam fuisse factum eôdem annô, imo verò paucis diebus antè ingressum in terram Chanaan, patet ex tota historia, præsertim habita in lib. Ios. cap. 1. à vers. 10. *Præcepítque Iosuè principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite*: vers. 11. *Præparate vobis cibaria:* C *quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad poßidendum Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.* cap. 3. vers. 1. *Igitur Iosuë de nocte consurgens mouit castra: egredientésque de Setim, venerunt ad Iordanem, ipse & omnes filij Israël, & morati sunt ibi tres dies.* vers. 2. *Quibus euolutis, transierunt præcones per castrorum medium*, vers. 3. *& clamare cœperunt*: &c. vers. 5. *Dixítque Iosuè ad populum: Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.* &c. vers. 14. *Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt* D *transiret Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis pergebant antè eum.* vers. 15. *Ingreßísque eis Iordanem*, &c. vers. 17: *Populus autem incedebat contra Iericho*: &c. *omnísque populus per arentem alueum transibat.* cap. 4. vers. 1. *Quibus transgreßis, dixit Dominus ad Iosuë*: &c. Denique eodem cap. vers. 19. *Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contrà Orientalem plagam vrbis Iericho.* Itaque Moyses mortuus est annô egressionis ex Ægypto qua- E dragesimô currente, vndecimô eius mense. Populus autem transiuit Iordanem annô sequenti currente, mense eius primô. Hic annus diuersus quidem est ab illo, si respiciatur ad annum mundi; si autem ad annos vitæ Moysis, non potest prorsùs asseri, an fuerit idem vel diuersus: attamen cum nil obstet quadragesimum illum egressionis censeri completum, probabilius est populum ingressum esse annô quadragesimô completô egressionis de Ægypto, sicut & centesimovigesimô ætatis Moysis

completo. Vtut sit autem, ex his patet, non computandos plùs quàm 40. annos in deserto. Nam egressi sunt de Ægypto, decimaquintâ primi mensis, Exod. 12. toto: egressi verò de deserto, decimâ primi, Ios. 4.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à narratione ipsius Moysis Deuteron. 2. Etenim resumendo ea quæ priùs ab ipsis, aut circà ipsos fuerant acta, hæc memorat à vers. 14. *Tempus autem quô ambulauimus de Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared, 30. & 8. annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus:* vers. 15. *cuius manus fuit aduersùm eos, vt interirent de castrorum medio.* vers. 16. *Postquam autem ceciderunt vniuersi pugnatores,* vers. 17. *locutus est Dominus ad me, dicens:* vers. 18. *Tu transibis hodie terminos Moab,* &c. Ex historiâ autem constat eos peruenisse ad torrentem illum Zared eodem quadragesimô annô quô egressi fuerant de Ægypto, & quô Moyses erat paulò post moriturus, & denique quô populus erat paulò post terram in- A gressurus. Et quidem si creditur Torniello an. 2583. à num. 10. peruenerunt ad illum torrentem, sub finem mensis septimi anni illius quadragesimi. Itaque Moyses, annô illô quô Aaron ac ipse mortui sunt, & ingressus est populus in Chanaan, computat à tempore quô degerunt in Cadesbarne 38. solùm annos. His iunge 2. quos B tantùm præcessisse ostensum est suprà, & habebis tantummodò 40. non autem 42. Quare ex Moysis computatione infertur necessariò, 40. illos annos, quibus post murmurationem dicuntur puniendi Numer. 14. debere intelligi, vel subaudiendo, seu includendo duos, qui præcesserunt ab Exitu ad murmurationem illam, vt sensus C sit, *intrà* 40. annos, qui tamen inceperint antè comminationem illam: vel sumendo numerum perfectum pro imperfecto, id est, 40. pro 38. Quas phrases solitas esse Scripturæ, constat ex dictis sæpè: constabit magis ex dicendis. Et per hæc patent responsiones ad argumenta. Respons. ad Arg.

## III. DIFFICVLTAS. DE EODEM NVMERO generali 480. annorum, ad interregna, seu Seruitutes, & Bella, quæ traduntur in libro Iudic. in genere comparato: An illa excludat, vel includat: Adeóque, an sit pro tota hac Periodo incompletus, vel completus?

### §. 47.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, est hoc. Possunt, &c, vt ait Torniellus an. 2591. num. 12. solent tempora huius Periodi singula, in vniuersùm dupliciter supputari. Vnô modô numerando annos singulos iudicibus attributos, seorsùm ab annis interregnorum, seu seruitutum, qui in Lib. Iudic. inueniuntur expressi. Et hi simùl faciunt 591. 592. vel 593. quibus adhuc addendi sunt aliquot anni regiminis Iosue, & Seniorum qui vixerunt post eum. Alterô modô omissis interregnorum annis, tanquam in annis iudicum comprehensis.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Annos interregnorum, seruitutum, seu bellorum, seorsim esse computandos ab annis iudicum. Vnde statuit annos huius Periodi 591. vel 592.

Ità Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 2. in codicibus quos incorruptos tuebantur suprà D Torniellus & Salianus. Ità quidam author quem nomine tacito notat Massæus lib. 5. pag. 37. fin. nonnullíque quos simili modo notat Torniellus loco citato. Ità Mercator in Demonstrationibus suæ Chronologiæ præpositis cap. 1. fol. 5. pag. 2. Ità ex parte Canus, notatus §. præcedenti, vbi dicebat, vel authorem illius libri non curasse ibi exprimere verum numerum annorum, qui fluxerunt ab exitu de Ægypto ad initium ædificationis templi, sed de in- E dustria computasse tantùm in illa summa 480. annos iudicum & regum, relictis interregnorum seu afflictionum & seruitutum populi temporibus. Ità etiam Emanuel Sa notatus à Saliano an. 2601. num. 1. Ità denique Serarius suprà in 3. Reg. 6. nonnullíque alij ab eo notati.

Sententiam Iosephi sic deducit ibi Torniellus. Iusephus, inquit, lib. 8. Antiq. cap. 2. non longè ab initio, vt videre est in codicibus eius incorruptis, colligit ab exitu, ad fundationem Templi, sum-

mam annorum 592. Dixi, in codicibus incorruptis; quia ipsemet Iosephus idem implicitè repetens 10. Antiq. 11. non procul à principio, ait templum fuisse incensum post annos 470. ex quò extrui cœperat, & ab egressu populi de Ægypto annis 1062. A quibus si excipias annos 470. status templi, vtique remanebunt ex sententia Iosephi à dicto exitu ad initium fabricæ eiusdem templi, vt diximus, anni 592. Et infrà. Aduertendum verò est, eundem Iosephum recessisse à textu sacro in anno vno. Nam præter annos aliorum iudicum, numerat etiam annum ferè vnum ipsius Samgar. Hæc Torniellus de sententia Iosephi. Cui addit Serarius in 3. Iudic. seu in Othoniele num. 5. pag. 63. Iosephum de Othoniele dicere per aoristum, *ἄρξας ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα κατέστρεψε τὸν βίον*, id est, cùm imperasset ad annos 40. moritur.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia pluribus Argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à modo loquendi Scripturæ, quò distinguit captiuitates seu seruitutes, à iudicibus, seorsimque specificat annos seruitutum, ab annis iudicum. v. g. Iudic. 3. vers. 8. *Iratúsque contrà Israël Dominus tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ: seruieruntque ei 8. annos.* vers. 14. *Seruieruntque filij Israël Eglon Regi Moab, 10. & 8. annos.* cap. 4. vers. 2. *Et tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan* &c. vers. 3. *Et per 20. annos vehementer oppressi sunt.* cap. 6. vers. 1. *Tradidit illos in manu Madian, 7. annis.* cap. 10. vers. 7. *Tradidit eos in manus Philisthijm, & filiorum Amon: afflictique sunt, & vehementer oppressi, per annos 10. & 8.* Ecce annos seruitutum. Annos autem iudicum, v. g. cap. 9. vers. 12. *Regnauit itaque Abimelech 3. annis.* cap. 10. vers. 2. *Et iudicauit* (Thola) *Israëlem 20. & 3. annis.* vers. 3. *Iudicauit* (Iair) *per 22. annos.* cap. 12. vers. 7. *Iudicauit itaque Iephte, &c. 6. annis.* & similia de Abesan, Ahialon, Abdon, Samson, & Heli.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab illo modo speciali loquendi Scripturæ, *Quieuit terra*, tot annis: quò distinguit annos pacis sub Iudicibus, ab annis bellorum, adeóque rursùm seruitutum sub inimicis regibus. v. g. cap. 3. vers. 9. *Suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel,* &c. vers. 11. *Quieuitque terra 40. annis.* Vbi Serarius loco citato in 3. Reg. pag. 214. fin. Post Othonielis, inquit, prælium subditur, *Quieuitque terra 40. annis, & mortuus est Othoniel.* Certè quies hic respectu prio-

A ris laboris iam finiti dicitur. Ergò eius nomine comprehendendum non est prælium ipsum, multò minus antecedēs seruitus, &c. Sic in Aod, Barac, & Gedeone. Futilissime autem in cap. 3. Iudic. seu in Othoniele, num. 5. pag. 63. Durauit quies hæc, inquit, annos 40. vt asseuerat optimè clarissiméque noster Hebræus, Græcúsque textus edocet. & infrà. Sunt qui in hisce annis 40. includendos aiunt seruitutis, quam sub Chusane seruierunt Israëlitæ annos 8. At tunc falsum foret annos 40. quieuisse terram. Non enim ea quiescebat, cum diro
B duróque seruitutis iugo vexaretur, cum alieno populus arbitrio ac tyrannide huc illuc ageretur, cum omnium pecora, iumenta, res, & facultates omnes, ipsaque ipsorummet Iudæorum corpora, quocumque voluisset tyrannus transferrentur. Non quiescebat cùm bellum ageretur, in tyranni præsidia & exercitus inuaderetur, sursum deorsúmque mouerentur omnia. Nam si ista, dum fiunt, quies est, certè dùm ægrotabimus sani dicemur, cum esuriemus saturi, cùm algebimus calidi, cùm sepeliemur viui
C & valentes. Sic Serarius. Similia dicturus, de similibus quæ habentur vers. 15. *Suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod.* vers. 30. *Et quieuit terra 80. annis.* cap. 4. vers. 4. *Debbora, misit Barac.* cap. 5. vers. 32. *Quieuitque terra per 40. annos.* cap. 6. vers. 34. *Spiritus autem Domini induit Gedeon.* cap. 8. vers. 8. *Quieuit terra per 40. annos quibus Gedeon præfuit.* Ex hoc vltimo loco videtur manifestè, annos quibus præfuit Gedeon, & quibus eô gubernante quies fuit, distingui ab aliis. Idem consequenter intelligendum de reliquis iudici-
D bus.

III. ARGVMENTVM. Petitur ab historiis quæ narrantur in fine libri Iudic. à cap. 17. post narratos tot iudices, nempe historia *Michæ*, historia *Tribus Dan* quærentis possessionem, & historia deletæ ferè totius *Tribus Beniamin* ob vxorem Leuitis, pro quarum singulis dicitur, *In diebus illis non erat rex in Israël.* In his enim necesse est includi aliquos annos, quibus extiterint interregna. 3. Arg.

E IV. ARGVMENTVM. Peti posset ex eo quòd aliquæ seruitutes, quæ nequeunt tribui temporibus quorundam iudicum, videntur non posse, vel extendi ad tempora iudicum sequentium, vel trahi ad tempora præcedentium. Verùm, quoniam hæc agentur in difficultatibus sequentibus: propterea hîc argumentum illud expressiùs non tractamus. 4. Arg.

OBIICIET aliquis contrà Hanc Sententiam, à ratione Bellorum: quod nisi tempora seruitutum, siue afflictionum, Obiect.

æquè ac bellorum, includantur in annis traditis post quietes, incerta prorsùs manebit chronologia. Bellorum autem intellige hoc loco, non solùm ductorum per reges, vel populos, sibi subiicientes Israelitas, sed etiam per iudices, tùm rebellantes, tùm etiam liberantes: & præsertim ad hominem, aduersùs Serarium insinuantem bella saltem subiicientium durasse per quædam tempora. Nam esto tempora seruitutum assignarentur in Scripturâ distinctim à temporibus traditis post quietes: quis tamen diuinare poterit tempora bellorum? Velle autem tempora bellorum includi in temporibus seruitutum, vel gratis erit confictum, vel recidet in hunc ipsum explicandi modum, quem auctores isti nolunt: nempe tempora seruitutum includi in temporibus quietum. Etenim quædam bella traduntur æquè post seruitutes. Vnde si anni quietum debent sumi separatum ab annis seruitutum, quia distinctim narrantur post annos earum: vtique tempora bellorum erunt pariter sumenda separatim ab annis seruitutum, quia distinctim narrantur post annos earum.

Dicere autem omnia tempora bellorum, tam regum vel populorum Israëlitas subiicientium, quàm iudicum rebellantium, aut etiam eos liberantium, fuisse momentanea, sícque meritò reduci sub annis seruitutum: gratuitè satis, si non de omnibus, saltem de quibusdam fuerit dictum. Nam quis nisi diuinando dixerit omnes reges vel populos subiicientes, subiecisse Israëlitas vnicâ tantùm pugnâ? Et quis preparationem ad huiusmodi regum vel populorum bella, congregationem exercituum, & denique omnes bellorum apparatus, conductiones, aggressiones &c. in momento fuisse factas? idémque est de iudicibus liberantibus. Cum potius ex bello per Iephte ducto, conicere sit de aliis contrarium. Nam Iudic. 11. post victoriam reportatam vers. 32. adhuc vers. 33. *Percussit ab Aroër vsque dum venias in Mennith, 20. ciuitates, & vsque ad Abel quæ est vineis consita, plaga magna nimis.* Hæc certè facta non sunt in momento. Idem erit à fortiori de Samsone, qui per totos ferè annos sui regiminis bella habuit: idem denique de aliis. Confirmatur. Quia ne Gedeon inimicos suos vnâ pugnâ prostrauit, cap. 7 à vers. 24. verumetiam alterâ cap. 8. à vers. 24. Et quamuis paucô tempore, quoad pugnas: non tamen hoc infert reliquos ità fecisse. Sicut ergò quamuis de Gedeone dicatur cap. 8. vers. 28. *Quieuit terra per 40. annos quibus Gedeon præfuit*, quamuis bellum habuerit, & vel tempus quò bellum illud durauit, in tempore quietis comprehensum fuerit, vel incertum sit: ità tempora reliquorum bellorum, adeóque seruitutum, vel comprehensa sunt in temporibus quietum, vel incerta sunt. Atque inde prodierunt tot tàmque in se diuersæ sententiæ auctorum citatorum suprà §. 45. de annis huius Periodi, de quibus ne Serarius ipse pag. 215. med. cum vllis eorum consentit, faciens annos illos 680.

Verum, Hæc Obiectio non videtur solida. Nam si rectè perpendantur bella, tam subiicientium, quàm liberantium, iuxtà quod describuntur à Scripturâ, conspicientur pauculô tempore completa. v. g. cum dicitur Iudic. 3. vers. 8. *Iratúsque contra Israel Dominus, tradidit illos in manu Chusan*, &c. *seruierúntque ei 8. annis*: per hoc manifestum est traditionem illam fuisse momentaneam, adeóque bellum illud & seruitutem incœpisse simùl. Similiter cum dicitur de Othoniele vers. 10. *Egressúsque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusan*, &c. *& oppressit eum*. per hoc manifestum est pugnam illam & oppressionem Chusan, adeóque liberationem Israël incœpisse simùl. Et fauet ratio, quoniam in illis regionibus angustis, & in illâ populorum permixtione, vnâ pugnâ bellum conficiebatur. Quod affertur de Iephte, non infert multùm temporis. Quod de Samsone, nihil ad rem: quia totô eius tempore seruitus durauit, vt dicetur postcà. & quæ dicuntur eius bella, non fuerunt propriè bella, cùm essent soli suæ personæ singularia. Quæ de Gedeone, facta sunt vnicô die. Quare sit satis quòd

Contra hanc Sententiam Facit omnino, Locus 3. Reg. vers. 1. Hôc enim semel stabilitô, sicut stabilitus fuit §. præcedenti nulla potest aduersùs eum stare sententia. Facit autem in singulari, quòd Scriptura sacra non doceat solummodò 480. annos, sed dicat, *quadringentesimo octogesimo anno*, quod nimis est exactum. Vid. §. præced. contrà 1. sententiam.

II. Sententia & vera dicit, Annos interregnorum, seruitutum, seu bellorum, includendos esse in summis annorum qui à Scripturâ assignantur regimini iudicum, vel quieti terræ. Vnde statuit annos istius Periodi non amplius 480.

Ità Hebræi magno consensu apud Genebrardum, & videre est in ipsorum Chronologia. Quorum antiquissimam hanc esse traditionem, scribit Eusebius in Chronic. Ità Philo, Eusebius ipse, S. Augustinus, Orosius, Beda, S. Isidorus, Fasciculus temporum, referentibus partim Naclanto, partim Genebrardo. Denique ità omnes præcipui scriptores, tam catholici, quàm non catholici.

[Margin: A, B, C, D, E; Respons.; Reiicitur Sent.; 2. & Vera Sententia. Anni seruitutum includendi in annis regiminum.]

Petrus Comeſtor in Hiſtoria Scholaſt. hiſt. lib. Iudic. cap. 5. Lyranus, & Carthuſianus, in Iudic. 3. & in 3. Reg. 6. Hugo Card. in Iudic. 3. Toſtatus ibidem, q. 12. Maſſæus lib. 5. Genebrardus in Ioſue. Naclantus in lib. Arcan. Chriſti, de 4. mundi ætate. Pererius in Gen. 12. num. 46. & in 49. num. 63. Temporarius lib. 2. can. 4. ſeu fol. 148. pag. 1. Bucholcerus, & Caluiſius, in Iſag. ſuis Chronolog. Baradius tom. 1. lib. 5. cap. 20. §. *Hunc Iudicum.* Magallianus in Ioſ. præfat. ſect. 5. num. 4. Gordonus cap. 9. ad Period. 4. num. 7. Torniellus an. 2891. à num. 13. & Salianus to. 3. an. 2027. præl. à num. 6. turſumque an. 2600. num. 4. & an. 2601. à num. 1. Vbi num. 2. nonnullos affert alios.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Idem quò probatum fuit numerum illum 480. eſſe certum & incorruptum. Hoc enim ſuppoſitô, cùm Scriptura ſacra manifeſtiſſimè dicat, tot annos fluxiſſe ab Exodo ad templum: hi verò reperiantur in annis, qui tribuuntur regimini Iudicum & Regum, exceptis 17. qui tribuuntur Ioſuë, ſed qui non implerent 111. conſequens eſt annos ſeruitutum includi debere in annis iudicum. Vbi non omittendum id quod habet Maſſæus lib. 5. à pag. 37. fin. Notandum, inquit, in libro Iudicum numerari 111. ſeruitutis annos, quos oportet intrà iudicum tempora includi, propter Scripturam quæ dicit annum quartum regni Salomonis fuiſſe quadringenteſimum octogeſimum ab Exitu de Ægypto. Nec audiendi ſunt qui putant iſtos ſeruitutis annos à ſcriptore libri regum prætermiſſos. multoque faciliùs inueniri poterit ſolutio ſeruilis numeri, quàm euacuatio Scripturæ ſanctæ, quæ teſte Domino ſolui nô poteſt Ioan. 10. Nam admiſſo mendacio in ſacris, omnia vacillant, vt Aug. ad Hieronymum abundè probat. Sic ille optimè.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à Locis quibuſdam ipſiuſmet libri Iudic. in quibus hoc ſufficienter inſinuatur.

I. LOCVS. Cap. 4. vbi poſtquam dictum eſt, verſ. 2. *Tradidit illos Dominus in manus Iabin.* & verſ. 3. *Per 20. annos vehementer oppreſſerat eos*, ſubiungitur, verſ. 4. *Erat autem Debbora propheteſs uxor Lapidoth, quæ iudicabat populũ in illo tẽpore.* In illo vtique tempore in quô opprimebantur ab illo rege. Nam & ideò Debbora, vt dicitur verſ. 6. *miſit & vocauit Barac, dixitque ad eum: Vade & duc exercitum:* & denique ipſa ſimul cum illo debellauit Siſaram ducem exercitus regis illius. Niſi enim iam à tempore ſeruitutis iudicaſſet populum, non vtique authoritatem habuiſſet deputandi ducem in belli, exercitum congregandi, & manum cum hoſte conſerendi: denique benedictionem à Deo non habuiſſet victoriam de inimicis reportandi. Ergò 20. anni oppreſſionis, includuntur in 40. quibus illa iudicauit.

II. LOCVS. Cap. 15. vbi poſtquam dictum eſt Samſoni verſ. 11. *Neſcis quod Philiſthiim imperent nobis?* & rurſùm fuerat dictum cap. 14. verſ. 4. *Eô enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraëli*, dicitur verſ. 20. *Iudicauitque Iſraël in diebus Philiſthiim 20. annis.* In diebus Philiſthiim, id eſt, in diebus quibus Philiſthiim dominabantur eis. Ergò anni quibus dominati ſunt Philiſthiim, & anni quibus Samſon gubernauit, non ſunt ſeorſim computandi, tanquam prorſùs condiſtincti.

DICES? At cap. 13. verſ. 1. *Tradidit eos in manus Philiſtinorum 40. annis.* Cum ergò Samſon gubernauerit tantùm 20. reſtant adhuc 20. alij, qui tamen iuxta hanc ſententiam non computantur in ſerie.

RESPONDETVR, propreteà vel 20. primos annos dominationis illius, trahendos eſſe ad iudices præcedentes: vel 20. poſteriores extendendos ad ſequentes, nimirùm ad Heli. vt monet Genebrardus. Sed de hoc & ſimilibus ſpecialiter inferiùs.

III. ARGVMENTVM. Peti poteſt à Loco Iudic. 11. verſ. 26. vbi Iephte memorat 300. annos ab egreſſu filiorum Iſraël de deſerto: de quô loco tractabitur expreſſiùs infrà §. 51. Quamuis enim Iephte non ibi computet annos præciſo modo, ſed rotundo pro 300. pluſminùs annis: & auctores ſententiæ contrariæ velint, eum vti numero potiùs deficiente, quàm excreſcente, id eſt, numero 300. completorum, loco 400. incœptorum; tamen longè probabilius eſt, eum vti numero potius excreſcente, quàm deficiente, id eſt, numero 300. tanquam completorum, qui tamen nondum erant completi. Sic enim ſolent homines in propria cauſà potius numeros exaggerare, quàm diminuere. Hoc autem ſuppoſitô, ſequitur manifeſtè ſeruitutes non eſſe computandas ſeorſim ab annis quietum, ſeu iudicum. Nam numera 40. Othonielis, 80. Aod, 40. Debboræ & Barac, 40. Gedeonis, 3. Abimelech, 23. Thola, & 22. Iair, habebis 248. Quibus addendi ſunt anni quos Ioſuë gubernauerit. Et hi, ſecundùm aliquos, ſunt tantùm 7. ſecundùm alios, 10. ſecundùm alios, 25. 26. 27. 28. 31. 32. 40. ſecundum veritatem autem, 17. Sed quôcunque modô tribuantur ei ſecundùm quoſuis auctores, vel ſecundùm veritatem, non poſſunt excedere plus 288. 3. Arg.

Sunt enim ad minùs, 255. secundùm veritatem, 265. ad plùs autem 283. proinde nequeunt attingere vsque ad 300. completos. In sententiâ verò contrariâ, si supetaddas annos seruitutum, vt 8. sub Chusan, cap. 3. 20. sub Iabin, cap. 4. 7. sub Madianitis, cap. 6. & 18. sub Philistinis & Ammonitis, cap. 10. qui faciunt 53. numerus excedet annos illos 300. Nam adde 53. ad 255. erunt 308. Ad 265. erunt 318. Ad 288. erunt 341. Atqui si numerus excessisset annos 300. Iephte potius fuisset vsus numero 400. quam 300. subintelligendo 400. inceptorū. Quod cùm non fecerit, indicium est 400. non fuisse tunc inceptos: adeòque seruitutes non esse computandas seorsim ab aliis annis à Scripturâ summatis.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur ab inconuenienti, apud Torniellum an. 591. num. 17. Si, inquit, intetregnorum seu seruitutum tempora annis iudicum addenda essent, proculdubiò fateri necesse esset, ab introitu Israëlis in terram Chanaan, ad natiuitatem Dauidis, fluxisse annos 477. Quibus si adiunxeris annos saltem 14. Rahab (non enim minor esse poterat, cùm iam extune esset meretrix Iosuë 2. vers. 1.) fient ab ortu Rahab, ad ortum Dauidis, anni 491. Atqui videtur impossibile tot annos posse dispertiri inter 4. illas generationes, quæ habentur Matth. 1. illis verbis, *Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit David regem.* Siquidem oportuisset ipsum Salmon fuisse 122. annorum & ampliùs, quando genuit Booz, & reliquos tres eiusdem fuisse ætatis quando genuerunt. Et (quod maius est) sequeretur ipsam quoque Rahab anno ætatis suæ centesimovigesimosecundo, vel etiam aliquantò post, de viro sibi coætaneo cunceepisse ac peperisse ipsum Booz, quod prorsus videtur incredibile. Non esse autem ponendos plures Booz inter Salmon & Obed, an. 2748. num. 4 probabitur. Hæc Torniellus.

5. Arg. V. ARGVMENTVM. Petitur à translatione Sept. Interpr. circà Heli. Dicunt enim eum gubernasse 20. annis. Hoc autem sic exponunt qui translationem illam in hoc ab errore vendicant, vt intelligendum sit propriè & præcisè de annis quibus ille iudicauit. 20. autem alios annos tribuendos esse seruituti. Quod ergò partiali summâ tradiderunt Septuaginta Interpr. hoc totali tradiderunt Editio Vulgata & reliquæ. Signum in Editione Vulg. necnon in Hebr. Chald. &c. annos seruitutum in annis regiminum includi.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM præcedentis sententiæ. Respondetur, ex dictis constare, quosdam iudicasse per totum tempus seruitutis: alios suscitatos pendente tempore afflictionis: tempus autem seruitutis includi in summis temporum gubernationis.

Ad 2. Arg. AD II. Respondetur, phrases illas *Quieuit terra 40. annis*, vel, *per 40. annos*, & similes, exponi posse duplici sensu. 1. vt 40. annis, vel per 40. annos idem sit quod intra 40. annos. Scilicet non quòd quies durauerit per totos illos annos. sed quòd illi in quiete fuerint completi. Eodem sensu, vt supra §. 43. ostensa fuerunt intelligi plurima loca, præsertim Gen. 15. Iudith. 5. & Act. 7. de 400. annis, quibus peregrinum & seruitutum prædicebatur semen Abrahæ & Exod. 12. quo affirmatum fuit Israelitas habitasse in Ægypto 430. annis. Vide Torniellum an. 2601. a num. 2. Nil obstare dici, quod in simili dicebant Petrus & alij, totum illud tempus denominari à maiori parte, & quietem non durasse solùm à rem pure quò victi fuerunt inimici per iudices, qui eos debellarunt, sed etiam ante & dum populus esset in seruitute. & maximè probabili, vt quies intelligatur non quatenus opponitur seruitutibus aut afflictionibus, sed quatenus opponitur bellis: & his scilicet sumptis modò solitò, nimirum secundùm quod durant pluribus temporibus, vnâ parte diu resistente, seu, quod idem est, alterâ diù aggrediente Porto quietē opponi bellis illo modò sumptis, ostendi potest ex Scriptura. Nam v. g. Ios. 11 vers. vlt. *Quieuit que terra à prælijs.* Et cap. 14 vers. vlt. *Et terra cessauit à prælijs.* Sed & tu ipsomet libro Iud. . vers. 6. *In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel, quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios. Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt: donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel.* id est, non sunt belligerati donec suscitarentur Debbora. Vbi manifestissimè quies & cessatio, non opponūtur seruituti vel afflictioni: nam potius seruiebant & affligebantur, antequam surgeret Debbora, sed opponitur tantùm bello. Et confirmatur. Quoniam tunc illa bella paucis diebus, vel potiùs semper, aut ferè semper, vnicô tantum die, vel vnicâ tantùm pugnâ conficiebantur, siue ad seruitutem, siue ad liberationem, prout ostensum fuit supra sub 1. sententia, 4. circ at gumento. Cum ergo tam modicum tempus nihil repperitur in comparationem tot annorum vtique nihil etiam in eis computatur; atque ita merito per totos illos annos quieuisse terra dicitur. Hoc pacto omnia, quæ fusiori superiùs eloquentia defectum causæ melioris non patiuntur indicante, depromebat Serarius.

Adj. Arg. AD III. Respondeo [illegible] las etiam in fine lib. [illegible] tamen ad tempora præced[illegible] consequenter dic[illegible] regem in Israel non [illegible] sub annis alicuius regni [illegible] expressius infrà, in [illegible] illis.

CÆTERVM, quamuis hæc [illegible] sententia sola sit vera, & in hoc conueniant omn[illegible] eius authores, summam annorum huius Periodi constare non plus annis 480. nonnulli tamen diuersum ab al[illegible] modum [illegible] nem tenent, [illegible] includendi an[illegible] tatum, quam eos con[illegible] includunt eos in annos [illegible]

A Quidam retrahunt illos ad annos præceden[illegible]. Quidam denique computant seorsim annos aliquarum seruitutum, non computando aliquos aliquarum gubernationum. Sed de his superuacaneum putantus cum Torniello agere fusius ex professo cum secutus [illegible] rationes commodiores componendi [illegible] difficultates. Illud interea non [illegible] captiuitates, seu seruitutes, de quibus hic agi[illegible], non esse putandas similes [illegible] Babylonica in qua filij Israel ab[illegible] sunt ex patria [illegible] esse tantummodo tales, qu[illegible] sub [illegible] tributi sunt quibusdam regibus remanente [illegible] semper in [illegible] sua.

## IV. DIFFICVLTAS. DE ANNIS IN PARTICVLARI, qui effluxerint ab anno 4[illegible]. deserti, ad annos 40. principatus Othonielis: adeoque qui[illegible]us Iosuë gubernauerit?

§. 48.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc I. Scriptura non expressit annos quibus Iosuë gubernauit.

II. Ios. 24. seu vlt. vers. 31. *Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosuë & seniorū, qui longo vixerunt tempore post Iosuë, & qui nouerunt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel.* & Iudic. 2. vers. 7. *Seruieruntque Domino cunctis diebus eius* (Iosue *& seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel.* Et cap. 17. ℣. 6. 18. ℣. 1. & 31. ac 21. vers. vlt. *In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat.* Quæ capita 17. 18. &c. & ex eis allata loca [illegible] referunt Authores ad te[illegible] po[illegible] sequentia Iosue. Per hæ[illegible] Seniores gubernasse multis annis post Io[illegible]. Vnde cum iuxta verā sententiā, 8. anni [illegible] sub Chusan, qui traduntur Iudic. 3. non sint includendi in regimine Iosue, nec [illegible] um alias etiam ostensum sit, diuisionem terræ factam fuisse à Iosue iam sene, idque annis circiter 7. post ingressum in terram promissionis si Iosue mortuus est paulò post diuisionem illam, tribuendi quidem [illegible]runt circiter 10. anni Senioribus, si non, aut nimis erunt eis tribuendi, quod videtur con[illegible] Scripturam: aut pauci, quod videtur con[illegible] verba illa, Ios. vlt. vers. 31. *qui longo vixerunt tempore post Iosuë*, & Iudic. 2. vers. 7. *qui longo post eum vixerunt tempore*. quæ

C phrases Scripturæ significare solent multos annos.

1\. III. Iudic. cap. 1. à vers. 1. *Post mortem Iosuë consuluerunt filij Israel Dominū, dicentes: Quis ascendet antè nos contra Chananæum, & erit dux belli?* vers. 2. *Dixitque Dominus. Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius.* vers. 3. *Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, & pugna contrà Chananæum, vt & ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Simeon.* vers. 4. *Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decē millia virorum*, &c. vers. 10. *Pergensque Iudas contrà Chananæum, qui habitabat in Hebron*, &c. Per hæc videtur extitisse post mortem I[illegible] an[illegible] Othoniel gubernare, a[illegible] duces in I[illegible]ael. Ergo & extitisse alios a[illegible]os in quibus consumpta fuerint bella [illegible].

E Propter [illegible] innumeræ sunt fere de hac re sententiæ. Quæ tamen possunt reduci ad aliquot capitales. Antequam autem referantur, Notandum est, quæstionem hāc tria[illegible] posse triplici modo. 1. modò, ità vt Iosuë vixerit, & propriè gubernauerit, omnibus annis, qui intercesserunt inter 4[illegible] deserti, & 40. qui tribuuntur Othonieli. [illegible] modò ità vt non Iosue vixerit, adeò[illegible] non propriè, gubernauerit, omnibus [illegible] sed Seniores, qui dicuntur vix[illegible] post eum, gubernauerint aliquot annis post eum, nimirum inter annos principatus Iosue, & annos 40. qui tribuūtur Othonieli; atq; ita vnicuiq;

assignentur anni quibus rexerint seorsim, scilicet, Iosue sui, dum in viuis fuit, & Senioribus sui, postquam is e viuis cessit. 3. modo, ita vt etiamsi vnicuique assignentur anni quibus rexerint seorsim, nihilominus omnes illi anni tribuantur principatui Iosue, siue ad principatum ipsius per quandam attributionem reducantur. Et 3. quidem modo, posse non immeritò tribui principatui Iosue omnes illos annos, inde colligi potest, quod solimos Scripturæ sacræ sit annos omnes illius Periodi reducere, vel sub aliquo duce, siue iudice, v. g. Othoniele, Aod. &c. vel sub aliqua tempestate, v. g. sub Quiete: quamuis neque dux ille, siue iudex, per tot annos gubernauerit verè: neque omnes illi anni [illegible] acti fuerint in Quiete. Notandum consequenter, hinc emergere posse triplex genus sententiarum. 1. assignans soli Iosue, & viuenti, annos omnes qui acti sunt inter 40. deserti, & 40. qui tribuuntur Othonieli. 2. non assignans soli Iosuë, & viuenti, annos illos omnes: sed quosdam ei, quosdã verò post mortem eius Senioribus illis, qui dicuntur vixisse longo tempore post ipsum. 3. denique, etsi non assignans omnes soli Iosuë: attamen eos tribuens principatui ipsius, seu ad principatum eius per attributionem illos reducens.

His ità positis, quæri posset sub qualibet sententia quæ mentionem solius Iosuë facit, an sensus illius sit, Iosuè tot annis vixisse, ac gubernasse, quot ipsi per eam assignantur: an verò sensus sit, tot ei solummodò tribui, seu ad principatum ipsius per attributionem reduci. De hoc enim authorum maxima pars [illegible]. Verum, quia pro[illegible] ostendemus ex scriptura, Iosue verè vixisse, a eoque solum gubernasse, omnes annos qui effluxerũt inter 40. deserti & 40. tributos Othonieli propterea probabilius etiam putamus omnes & quotquot authores qui formalem nullam faciũt discretionem inter Iosue & Seniores, æstimasse solum Iosue gubernasse adeóque vixisse, omnes illos annos. Si qui autem alij discretionem illam faciunt, ex suis ipsorum verbis intelligi [illegible]. Cæterum sic sententias authorum referemus, vt prius excedentes & deficientes. posteà verò accedentes propius & pertingentes ad verum annorum numerum, [illegible]amus. I[illegible]

I. SENTENTIA CAPITALIS. [illegible], Nullos annos [illegible] nãdos, vel tribuendos esse principatui I[illegible] [illegible] includendos [illegible] annos 40. regiminis Othonielis.

Ita Tostatus in I[illegible] 3. q. 12. & in Ruth. q. 3. Item, Ribera, L[illegible] & alij. Hoc autem faciunt, præ[illegible] Tostatus, quia computat seorsim interregnum seu seruitutem annorum 18. quam populus inter Iair & Iephte (vt ipse putat) ab Ammonitis perpessus est: quamuis non computet alia interregna.

RATIONEM reddit Tostatus cur computet istud interregnum, & non alia, quia, inquit, si non computentur prædicti anni 18. non poterit compleri summa 4[illegible] annorum in Scriptura notata.

CONTRA HANC SENTENTIAM, Facit, I. Quòd quantùm ad Othonielem, Scriptura tribuit regimini eius annos 40. Quantum autem ad Iosuè, etsi nõ expressè assignet ei [illegible]: attamen ex sacra historia patet [illegible] tribuendos vt eos in quibus debellauit tot reges & vrbes, de quibus libri [illegible] Ios. cap. 11 vers. 18. *multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos*, &c. & cap. 12 à v. 9. numerantur Reges. 30. [illegible] Non [illegible] ann[illegible] [illegible] sub an[illegible].

FACIT II. Quod computatio quam prodit Tostatus illius interregni & non aliorum, nullam habet veram causam, cum [illegible] sit maior ratio de vno, quàm de alio. [illegible] vero, si anni alicuius includendi erant [illegible] annis alterius ducis, longè conuenientius erat annos Othonielis comprehendi sub annis Iosue, vel Seniorum, quàm contrà. cùm Othoniel fuerit omnibus illis valdè iunior.

QVOD si Quæras. Quare ergò Scriptura non commemorauit annos Iosuë & Seniorum: & tamen commemorauerit annos Othonielis & aliorum?

RESPONDEO, tùm quià author Libri Iudicum in mente habuit annos tradere, quibus [illegible] Iudices propriè dictos, Io[sue] autem & Seniores (si fortè Seniores rexerunt) non habuerunt propriè titulum iudicum, [vt] dicemus infra; tum quia liber Iosue & liber Iudicum diuersi sunt, & in libro Iosue conscribendo mens authoris non fuit annos principatuum tradere. quod mirum magis esse non debet, quam S. Paulum Act. 13. à vers. 22. tractantem de Dauide, annos principatus eius non tradidisse.

AD RATIONEM Tostati. Respondetur, eam esse nullam: & [illegible] posse aliam longè commodiorem ad colligendum summam [illegible] generalem [ann]orum 480. prout videbitur posteà.

II. SENTENTIA CAPITALIS. [illegible] Assignandos esse principatui Iosue annos 25. 26. 27. 28. 31. 32. 3[illegible] vel 40

Ioseph. lib. 5 Antiq. cap. 1. prope fi[illegible] [illegible] Massæ. [li]b. 5. pag. 37. sub init. [illegible] Iosue 26. annos. Sic enim ait Massæus Ad litteram Iosephus putat eum præfuisse annis 26. Sed hic neque Græcos sequitur, neque Hebræos, & plerùmque recedit à veritate. Verum, non aduertit Massæus Iosephum 8. Antiq. 2. tribuisse Samgari annum vnum.

Quare meliùs Torniellus an. 2591. num. 12 & Salianus an. 2600. num. 2. dicunt Iosephum tribuisse Iosuè annos 25. tantùm. Iosephum in hoc sequitur Zonaras sicut solet in reliquis, benè vel male sentient. Ita & Codomanus Lutheranus.

Beda lib. de 6. ætat. mund. Freculphus, Comestor, & Bellarminus, in Chronolog. suis, Gordonus in sua cap. 9. ad Period. 4. num. 4. rursúmque in annis expansis, & Magallianus in Ius. tribuunt ei 26.

Iulius Africanus apud Euseb. Euseb. ipse Clemens Alex. lib. 1. Strom. S. Aug. lib. 18. ciu. cap. 11. S. Isid. lib. de vita & morte Sanctorum, rursúmque in Chronolog. Niceph. Constantinop. in Chronol. Chronicum Alexandr. ex recentioribus Gagneius & Bibliander, tribuunt ei annos 27. Excusaretur, ait Massæus de Eusebio (diceret & de reliquis) aliquū modò si tribuisset 28. vt patet supputanti ab exitu ad 4. Salomonis 480. annos. Cur autem hoc dicat Massæus, non aliter demonstrat. Videri poterit ex dicendis infrà de aliis authoribus.

Author Chronologiæ maioris Hebræorum, seu Seder Olam, cap 12. R. Salomon, & R. Kimchi apud Masium in Ios. vltimum ad vers. 31. Phrygio Constantinus, & alij, tribuunt ei annos 28.

Andreas Masius in Ios. vlt. ad vers. 31. seu pag. 344. fin. sequitur in hoc Hebræos, dicens, ducatum eius durasse annos 28. Addit tamen, Seniores rexisse post eum 2. annos.

Iulius Hilarion tribuit ei 31. Cui adiungi possunt, inquit Salianus num. 3. qui 32. in quibus Sebastianus Verronius, & Funccius. subdit. Nec miror Hebræum quendam nugatorem, qui sub Philonis nomine biblicas consarcinauit antiquitates, nugis fabulísque plenissimas, scribítque Iudæis præfuisse annis 40.

Probat.

Cur autem ità computent authores isti, rationes aliquæ ab ipsismet petitæ possunt reddi, nimirum

Iosephus. Quia in recensendis [illegible]iorum iudicum interregnorumque annis non omninò secutus est sacrum textum: sed, nescio quomodò, inquit Torniellus, 8. annos minùs subduxit, eósque vt suppleret, ipsius Iosue principatui addidit.

Eusebius. Quia cùm in serie iudicum prætermisisset Ahialon, quem in suo Sept. Interpretum codice non inuenerat, ob idque prædictam 480. annorum summam conficere non posset, 10. illos Ahialon addidit ad 17 quos aliàs Iosue tribuisset.

Idem credimus, ait Torniellus, contigisse aliis Scriptoribus, qui in suis supputationibus, vel sacrorum codicū deprauatione, vel aliquô aliô errore decepti, vel aliquâ aliâ opinione ducti fuerunt. Exēpli gratià Masius supra postquā tribuit annos 30. toti regimini Iosue & Seniorum, computat annos 6. seruitutis sub Chusan, quia nullos annos postea tribuit Samsoni. Item, Gordonus num. [illegible] & expressius in annis expansis an. 2858. tribuit solum Heli 20. annos, secundū Translationem Sept. Interpretum: quamuis Vulg. & Hebr. 1. Reg. 4. vers. 18 dicant expressissimis verbis *& [illegible] iudicauit Israel 40. annis*; & ducatū Iosue incipit ab ætatis ipsius anno octogesimoquatto a quibus ad obitum restant 26. (vixit [illegible] Ios. 24. vers. 29.) & interregnum [illegible] annorum post eum computat. Aliis contigit aliter. In summa quot annos quique inuenerunt minùs [illegible]is 480. tot putarunt esse ducatui Iosue tribuendos.

Refutatur

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod rectè computatis annis qui a Scriptura tribuuntur [illegible] iudici, iisq. ad numerū annorū 480. [illegible] 3. Reg. 6. vers. 1. comparatis, impossibile est reperiri annos supra 18. vel potius 17 assignādos principatui Iosue. Hoc enim non aliâ demonstratione indiget, quam numerorū collatione.

III. Sent.

III. SENTENTIA CAPITALIS. dicit Assignandos esse principatui Iosuè annos præcisè 7.

Ita Massæus lib. 5. pag. 37. versus med. vbi postquam recensuit refutauítque Iosephum & Eusebiū, hæc ait: Tu, si diligēter Scripturæ intenderis, inuenies eum vltra septimum annū, non multùm vixisse. Et in notulis initio sui Chronici positis, seu in Kalendario quadruplici sub ætate 3. dat ei expresse 7. solùm annos. Ità Adrichomius, & alij. Ità denique Mercator Chronolog. pag. 28. col. 1. quamuis Salian. an. 2600. num. 2. dicat Mercatorem ei tribuere 10.

Quomodò autem reliquos annos cōciliēt, videre est apud singulos diuersi enim sunt. Nam Mercator distinguit 8 annos seruitutis sub Chusan à 40. Othonielis, sed relinquendus est. Massæus autem in fine paginæ, dicit [illegible] fuisse sine iudice annis 10. Hos [illegible], vel [illegible] tribueret aliquô sensu Senioribus [illegible] dicuntur vixisse post Iosue.

Probat.

PROBARI potest Hæc Sententia, Ab his quæ traduntur Ios. 13. vers. 1 *Iosue senex, prouectaque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum: Senuisti, & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdū sorte diuisa est.* & vers. 7. *Et nūc diuide terram*, & reliqua, quæ deinceps. In quibus, supposita ex sæpè dictis diuisione factâ annô circiter septimô post ingressum in terram promissionis, probabiliùs æstimauerit Massæus Iosue iam propè ad extremam peruenisse senectutem, priusquā diuideret terrā: nullósq; adeò annos nisi vnū fortè, quò cōpleretur septimus ille diuisionis terræ, trāsigendos ei restasse. Quasi dixerit ei Deus: non ampliùs differas diuisionē

AA

terræ, quia iam valdè senex es, & pauci admodum restant tibi vitæ dies.

1. Confirm. CONFIRMARI potest I. à verbis illis, habitis in fundamento Difficultatis Iuſ. vlt. verſ. 31. & Iudic. 2. verſ. 7. *Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosue & seniorum qui longo tempore vixerunt post Iosue.*

2. Confirm. CONFIRMARI potest II. ab illis Iudic 17. verſ. 6. 18. verſ. 1. & 31. 21. verſ. vlt. *In diebus illis non erat rex in Israel.* Per hæc enim ostenditur Seniores rexiſſe multùm temporis post Iosuë: illud autem multū temporis comparatum ad Iosue, videtur excedere debere tempora quibus Iosuë rexit.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod si, vt monet Masſæus, diligenter Scripturæ intenderimus, inueniemus, à tempore diuiſionis terræ, etiam verò factæ, Iosue vixiſſe adhuc pluribus annis, adeòque rursùs declaratum fuiſſe lōgè prouectioris ætatis, quàm tunc cum locutus est ei Deus pro illa terræ diuiſione. Huc pater in lib. Ios. à cap. 18. & 20. Summariè autem h[illegible] ipſemet Iosue dicit cap. 22. verſ. 4. *Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini & ite in tabernacula vestra*, &c. & cap. 23. verſ. 1. *Euoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam longæuo, & perſenilis ætatis.* verſ. 2. *vocauit Iosue omnem Israel maioresq; natu, & principes ac duces, & magistros, dixitque ad eos: Ego senui, & progreſſioris ætatis sum*: & cætera quæ ibi fuſius habita, fuſiuſque deducentur infrà sub sententia vltima. Si vis fiat in vocabulis, *longo tempore, multo tempore*, & per hæc dicatur ſignificari plùs quàm 7. annos: vtique Iosue regnauerit adhuc post diuiſionem terræ factam, plùs quàm 7. annis.

Ad Arg. AD ID autem in quo fundatur hæc ſententia. Reſpondetur, ex dictis, Iosue adhuc multa fecisse, multòſque annos superuixiſſe: ſeu, fuiſſe multùm tēporis euolutū. Vnde.

Ad cōfirm. AD CONFIRMATIONES. Respondetur, non inde ſequi tempus aliquod regiminis propriè dictū, tribuendum eſſe Senioribus: ſed tempora, tum ipſorum, tùm quibus dicitur regem in Israel non fuiſſe, comprehendi ſub annis 40. qui tribuuntur Othonieli, prout fuſius oſtendetur ſub vltima ſententia.

4. Sent. IV. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Aſſignandos eſſe principatui Iosuë annos præcisè 17. Quamuis velint alii qui, dādos eſſe illi per attributionem annos 17. Quorum conſequenter 7. propriè pertineant ad Seniores.

Caietanus in Act. 13. aſſignat ei 10. Cùm enim dat Moyſi & Iosue ſimul, annos 50. ſi à 50. ſubduxeris 40. Moyſi, reſtabunt 10 aſ-

A ſignando Iosue, Temporarius lib. 1. pag. [illegible] col. 2. & Tornellus an. 2591. num. 14. poſt med. [illegible] citat Caiet. & Nacl[illegible]antum[illegible] ſúmque obiter an. 2593. dant illi pari[illegible] quidem annos præcisè tantùm [illegible] tamen per attributionem dant ipſius [illegible] patui 7.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia, [illegible] firmatúrque ab iiſdem, quibus præced[illegible] nimirùm Iuſ. 13. verſ. 1. Declarat eam Tornellus priori loco: vbi postquam pr[illegible] ex veris ſupputationibus ducatui [illegible] non plùs quàm 17. annos aſſignandos eſſe [illegible]

B addit: Quamquàm dupliciter poſſi[illegible] ni præfecturæ ipſius Iosue attribui. V[illegible] dò, vt intelligamus ipſum Iosue, [illegible] pore vixiſſe in ſuo principatu. Illud autem longum tempus indeterminatum, in quo post mortem Iosue ſuperuixerunt Seniores Iſrael, & populus ſeruiuit Domino, intelligatur in annis ducatus Othoniel[illegible] comprehendi. Alio modo, vt 17. [illegible] inter præfecturam Iosue & tempus Seniorum ſint dispertiendi [illegible] vt 10. tantummodo [illegible] mis annis ſuperfuerit Iosue, 7. vero reliquis

C ſuperuixerint Seniores: & nihilominus omnes illi 17. anni tribuantur ducatui ipſius Iosue, eò quòd illi Seniores qui fuerāt cōſiliarij eius, & participes regiminis illius, illó mortuò idem regimen ſine duce continuarunt.

Confirm. CONFIRMAT aliquomodo Tornellus ſubiungens: Hoc nobis longe magis placet, tū quia regimen Seniorū conuenientiùs tribui debet principatui Iosuē, qui & ipſe erat ſenior, quam ducatui Othonielis, qui fuit omnibus valde iunior: tum etiam quia Ios. 13. verſ. 1. ſatis clarè inſinuatū videtur ipſum Iosue iam propè ad extremā peruenisse

D ſenectam, priusquam diuideret terram. Ibi enim ſic legimus: *Iosue ſenex prouectæq; ætatis erat, & dixit Dominus ad eum. Senuisti, & longæuus es, terráque latiſſima derelicta est, quæ necdum ſorte diuiſa est*, &c Deinde verſ. 7. ſubditur, *Et nunc diuide terram*, & quæ ſequūtur. quaſi diceret noli amplius differre diuiſionē terræ, quia iam valdè ſenex es, & cōſequenter pauci admodum adhuc tibi reſtant vitæ anni. Quare multo probabilius credendum eſt, quòd Iuſuè, qui ſeptimò ſui principatus

E annô, vt dictum eſt, cœpit diuidere terram post illius diuiſionem 3. tantummodo annos ſuperuixerit, quam 10 & per conſequens quòd præfuerit populo 17. duntaxat annis. Hactenus Tornellus.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, eadē quæ cōtra præcedentē: nimirùm, ex locis reliqui libri Iosue, multo plures 3. annis trāſactos fuiſſe ab illa diuiſione terræ. Neq, enim probabiliter diceretur de 3. annis ſolū, cap. 23. verſ. 1. *Euoluto autē multo tempore poſtquā pacem dederat Dominus*

*Israëli subiectis in gyro nationibus vniuersis*, multò minùs de nouo diceretur, *& Iosuë iam longæuo & persenilis ætatis*: & vers. 3. *Ego senui & progressioris ætatis sum*, &c.

RESPONDET quidem Torniellus an. 2593. num. 2. Illud, *Euoluto multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israëli*, id est, à subiecta terra Chanaan, & inchoata diuisione eius, posse rectè intelligi de annis ferè 4. túncque Iosuë fuisse adeò decrepitum, vt se morti proximum crediderit, ideóque vocasse tunc ad se cunctos seniores & principes populi, &c.

VERUM Hæc Responsio non videtur nobis probabilis, vt neque videtur prorsùs Saliano an. 2599. num. 2. Imprimis enim non solent anni adeò pauci vocari in Scriptura multum tempus, prout quædam loca notauimus sub præcedenti Periodo, seu §. 43. sub 7. sententia argumento eius 3. confirm. a. Deinde, si Iosuë post 3. annos fuisset adeò decrepitus, sanè etiam antè illos 3. fuisset etiam valdè senex, nec credibile est quòd vacare potuisset tantis negotiis, quibus postea vacauit, vt diuisioni terræ, & concionibus ibi habitis. Denique, phrasis illa Scripturæ, *senex prouectæque ætatis*, simpliciter habita, non solet denotare ætatem adeò proximam morti naturali. Hoc videre est in Abraham, & Sara, de quibus etsi dicatur Gen. 18. vers. 11. *Erant autem ambo senes prouectæque ætatis*, scilicet ex cap. præcedenti Abraham 100. & Sara 90. saltem inceptorum tamen ex cap. 23. vers. 1. Sara vixit adhuc 37. annis, & ex cap. 25. vers. 7. Abraham 75. Idem videre est in Samuële, de quo etsi dicatur 1. Reg. 8. vers. 1. *Factum est autem cùm senuisset Samuël posuit filios suos iudices*, &c. & vers. 5. *Ecce tu senuisti*, &c. Quod factû fuisse circà vigesimum aut vigesimumprimum annum regiminis ipsius, probabiliùs æstimabimus ex cap. 7. vers. 2. Atqui ex Act. 13. vers. 21. vbi regimini ipsius & Saülis simùl, tribuuntur 40. anni: & ex eodem 1. Reg. cap. 8. vbi plurima eius acta describuntur vsque ad cap. 25. vbi describitur mors eius: & denique ex dicendis infrà de vtroque, constat, eû adhuc superuixisse fere 18. annos. Hinc cõsequitur, quòd adhuc tribui debeat Iosue, plùs quàm 3. anni.

DICET aliquis pro Torniello. Iosuë potuisse, Deô sic volente, 2. vel 3. annis bella multa conficere: deinde verò per reliquum vitæ tempus, id est, per 7. vel 8. annos, quiescere, tùm diuisionem terræ, tùm alia multa peragendo: & hoc multum temporis esse. Deinde non valere simplices probationes à simili. Denique 3. aut 4. annos nõ immeritò dici posse multum temporis.

RESPONDETUR. Iosuë quidem id potuisse, si Deus ità voluisset: attamen ità factû non fuisse, clarum esse ex dictis §. 43. vbi Iosue diuisionem terræ non fecit antè 7. annû à bellis in eâ ductis. Quod etiam satis confirmare est ex verbis ac historiâ Scripturæ magis propriè sumptis, Ios. 11. vers. 18. *Multo tempore pugnauit Iosuë contrà reges istos*, &c. & cap. 12. à vers. 7. vbi reges illi numerantur 31. & cap. 14. à vers. 7. collatô cum Num. 13. à vers. 22. rursúmque cum Num. 1. & 10. à versibus primis, de quibus vide suprà §. 43. sub 6. sententiâ, argumento 5. versùs fin. & denique Iudic. 1. totô, vel fere totô, vbi patet ne post mortem Iosuë bella omnia pro terra conquirenda fuisse peracta. Proinde si Iosuë per 7. vel 8. annos quieuit, tùm diuisionem terræ, tum alia multa peragendo, prout admittitur in obiectione: certè peruenitur aut acceditur ad 15. vel plùs annos, concedendos eius regimini. Cæterùm argumenta valent à simili, quando saltem habentur aliunde fundamenta, nec contrà ea quicquam fortius adducitur, & tandem de sententiis tâtùm probabilioribus agitur. Tres autem vel 4. annos, dici posse multum temporis, non negatur: nisi cùm fundamenta contraria, maximéque modus vsitatus Scripturæ contrarius, reperiuntur.

AD CONFIRMATIONEM, quâ dicitur regimen Seniorum reduci meliùs ad regimen Iosuë, quàm Othonielis. Respondetur, stabilitô quòd Iosuë propriè gubernauerit 17. annos, conueniẽs esse magis, regimen Seniorum reduci solùm ad annos qui tribuuntur Othonieli, tùm quia hi anni iuxtà Torniellum, & reliquos communiùs, sed & iuxtà veritatem, quæ probabitur §. 54. resumunt reducúntque sub tali duce annos quibus dicitur rex non fuisse in Israël: tùm quia solent magis, vel vt plurimùm, anni sedium vacantium trahi ad annos principum sequentium, quàm antecedentium: tùm denique quia iam constitutum fuit, constituetur rursùs inpostetùm; annos qui tribuuntur Othonieli & similibus, non propriè, vel non integros omnes, ad ipsos pertinere, sed pro maiori parte attributiuè tantum, vnde sub illis conuenientiùs reducenda sunt tempora quæ conceduntur esse sub aliquibus reducibilia.

V. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Assignandos esse principatui Iosuë annos 18.

Ità Genebrardus, in summis initio suæ Chronologiæ appositis, & in Iosuë, seu an. 2727. pag. 81. nonnullique alij (quamuis non omnes) à Saliano relati an. 2600. num. 2. Quam sententiam, seu annos eius, non aliâ ratione tradunt illi; nisi quia visi sunt eis necessarij tot anni, ad complendum numerum annorum 480. computatis annis singulorum iudicum: in singulari verò Ge-

nebrardus, quia annum quartum regni Salomonis includit in ista Periodo, adeóque completum ficut & 480. intelligit.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd annus quartus Salomonis, inquantùm in eo fundatum est templum, neque censendus sit in se completus, ex phrasi solita Scripturæ, & modo cõmuni hominum computandi: neque ideò sub hac Periodo, vt neq; quadringẽtesimusoctogesimus, includẽdus. Vnde mirũ est nónullos authores vnũ eundémque illũ annũ cõputasse sub hac & sub sequenti Periodo simùl.

6. Sent. & probabilior. Iosue rexit 17. annis. VI. SENTENTIA CAPITALIS. & probabilior. dicit, Assignandos esse principatui Iosuë annos præcisè, non plùs nec minùs, 17. consequenter nullos ex his fuisse regiminis Seniorum.

Ita Ioannes Lucidus lib. 2. de Emendat. Temp. cap. 8. Ioannes Benedictus in 3. Reg. 6. Brougtonus in concentu, & Salianus obiter primum an. 2599. num. 2. ex professo autem an. 2600. num. 2. 4. & 5.

Probat. PROBATVR Hæc Sentẽtia ex multis hucúsque iam, & cõtrà præcedentes sententias, stabilitis: nonnullis etiam post stabi-
1. liendis. & I. Ab illo numero annorum 480.
constituto nec plùs nec minùs ex 3. Reg. 6.
vers. 1. ab exitu de Ægypto ad iacta templi
2. fundamenta. II. Ab anno quarto regni Salomonis habendo pro incœpto tantũ, quatenùs in eo templum fuit fundatum, adeóq; non computandô sub hac Periodo, prout etiam rectissimè aduertit Salianus an. 2600.
3. num. 2. & 4. III. A recta Historiæ libri Iosuë intelligentia, nempe, prout iam sæpe dictum est, diuisionem terræ fuisse factam annô septimô ab ingressu in terram promissionis, aliáque plurima abinde transacta: præsertim autem in recta intelligentia verborum illorum cap. 13. vers. 1. *Iosuë senex prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum: Senuisti, & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est*, &c. cap. 23. vers. 1. *Euoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israëli subiectis in gyro nationibus vniuersis: & Iosuë iam longæuo & persenilis ætatis*, &c. vers. 2. *Ego senui, & progressioris ætatis sum.* prout exposita fuerunt in superioribus, & denique in reliquis de eo habitis eodem reliquô. præsertim duabus cõcionibus populo ab ipso factis. Ex his enim probabilius est Iosuë gubernasse longe plus 10. annis: adeóque 17. totos, qui supplendi sunt sapia singulares iudicum, ad complendum numerum 480.

1. Confirm. CONFIRMATVR I. A recta etiam intelligentia verborum illorum. Ios. vlt. vers. 31. & Iudic. 2. vers. 7. *Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosuë & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosuë,*
A *& qui nouerunt omnia opera Domini quæ fecerat in Israël.* In his enim vt aduertit Salianus an. 2600. num. 5. non significatur Seniores Rempublicam gubernasse: sed significatur solùm exemplô pietatis & constantis in Deum fidei, toti populo præluxisse: eúmque ipso authoritatis nutu, quam senectus ipsa, & diuturna experientia firmata miraculis consecuta erat, in officio continuisse, ne aliqui saltẽ publicè ad idola deficerent. Quod etiã cõfirmare est, quia nõ dicitur, qui longo tẽpore rexerũt, vel quid si-
B mile, sed tantũmodò, *qui lõgo tẽpore vixerũt.*

CONFIRMATVR II. A recta etiam intelligentia eorum quæ traduntur in lib. Iudicum cap. 1. toto; & cap. 2. à vers. 10. De quã nonnulla videbuntur sub Obiectionibus, ac maximè ex tota Historia à cap. 3. & deinceps, in quâ, vt veriùs iam stabilitum est, itémque stabilietur in sequentibus, anni seruitutum, adeóque anni multi quibus de facto iudices ipsi non rexerunt, reducuntur nihilominùs sub annis Iudicum. Inde enim constat Scripturæ sacræ mentem fuis-
C se, non aliquos annos tribuere anarchiæ, sed omnes reducere sub annis alicuius capitis siue ducis. Inde verò consequens, tùm primos annos quibus vixerunt Seniores post Iosuë, quibúsque filij Israel seruierunt Domino, tùm alios, quibus dicitur rex non fuisse in Israël, & vnumquemque quod sibi bonum videbatur fecisse, saltem iuxtà communiores sentẽtias, tùm denique alios, quibus ex ea libertate in idololatriam prolapsi, propterea seruitutibus fuerunt subiecti, pertinere ad annos 40. Othonielis, sub iísque fuisse à Scriptura reductos. Atque ità meri-
D tò Salianum sic concludere num. 5. Illos ergò annos ad initia Othonielis reiicimus, suósq; septẽdecim annos Iosuë relinquimus. 2. Confirm.

PRÆTER HÆC autem habemus argumentum satis validum, ex Ios. vlt. vers. 29. *Et post hæc mortuus est Iosuë filius Nun, seruus Domini, 100. & 10 annorum.* Si namque Iosuë rexisset solùm per 7 vel 10. annos: vtique fuisset assumptus per Moysem ad regimen, cùm esset centenarius, aut plùs. At hoc est parùm probabile; cùm in illâ ætate non
E fuisset par ad sustinendum tantum pondus. Sicut etiã ipsemet Moysis, qui vixit 120. annos Deut. vlt. vers. 7. exponit Deo Num. 11. vers. 14. *Non possum solus sustinere omnem hũc populum, quia grauis est mihi.* vers. 15. *Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* vers. 16. *Et dixit Dominus ad Moysem: Congrega mihi 70. viros de senibus Israël*, &c. quamuis tũc natus esset non amplius 81. vel 82. annos, prout colligitur ex historiâ, tùm ætatis eius, & eductionis populi de Ægypto, Exod. 7. vers. 7. tùm temporis quô

verba hæc protulit, Num. 9. verſ. 1. Item, electus fuiſſet à Moyſe ad explorandam terram cum Caleb & aliis, natus 60. vel plus annos. At hoc eſt etiam improbabile; cum ad explorationes iſtas eligantur homines validiores & viridiores. Si verò rexerit 17. annis: explorauerit terram annô tantum ætatis ſuæ 53. nedum expletô, quod eſt conuenientius.

Obiect. OBIICI poteſt contrà hanc Sententiam, omnes Seniores qui viderant opera domini ab egreſſu de Ægyptô, quique ſuperuixerant ipſis Ioſuè & Caleb, fuiſſe iuniores ipsô Caleb, pluſquàm 20. annis, ex Num. 14. & Ioſ. 14 iuniores item ipſo Ioſuè, pluſquàm 35. ex Ioſ. vlt. adeoque viuere potuiſſe poſt mortem Ioſue, 30. vel etiam 35. & amplius annis. Non eſſe autem probabile, iram Dei exarſiſſe in populum, ad primum eius peccatum, ſtatimque primis annis; cum Deus ſit tardus ad vindictam: punitiones autem incœpiſſe in ſeruitute Chuſan, quæ durauit 8. annos. Hoc pactô nullum reſtaret ſpatium, quô potuiſſet Othoniel & populum liberare, & eundem poſteà regere.

Reſponſ. RESPONDETVR. Ea quæ proferuntur in obiectione, nullius eſſe certitudinis. Nam quantumcumque Seniores illi cogitentur iuniores Caleb & Ioſuè: cum in morte Ioſue fuerint ſimpliciter ſenes, potuerunt etiam mori paucis poſt eum annis. Sed demus eos fuiſſe iuniores Caleb 20. annis; cum in diuiſione terræ, Caleb natus eſſet annos 85. Ioſ. 14. verſ. . Seniores illi tūc erant annos nati 65. His iunge t . quibus adhuc rexerit Ioſuè, tunc nati fuerint 75. Porrò cum ſeruitutem 8. annorum ſub Chuſan, incœpturi ſimus infrà, 28. annô ex 40. qui tribuuntur Othonieli, cogitentur Seniores illi præcipuam partem annorum 23. vel 22. vixiſſe, & in ſingulari 17. vel 18. tunc cogitabuntur ſufficienter ſenes, vt illô tempore naturaliter fuerint mortui. Neque obſtat, Moyſen & Ioſuè vixiſſe multò plures annos. Nam fuit hoc eis quoddam priuilegiū, ſiue diuinum, ſiue naturale. Quinimò ſicut Ioſuè vixit 10. annos minùs quàm Moyſes: ità potuerunt alij viuere longè pauciores annos quàm Ioſue. Item, quantumcumque Deus ſit tardus ad vindictam: tamen quandóque etiam promptus eſt ad eam, præſertim quando peccatum quibuſdam ex circūſtantiis eſt minus tolerabile, prout patet in plurimis Exodi hiſtoriis; ſed maximè potuit Deus non eſſe tardus ad huiuſmodi punitionem non multum grauem: quoniam illa non tam habebat vindictæ rationem, quàm correctionis & cautionis: & initio malorum tàm punitio quàm correctiu ſolent eſſe prōptiores, nonnunquam etiam rigidiores, vt per hoc non tam facilis fiat ad peccata de-fluxus, aliàs duraturus.

Ad 1. Pūcti Fundam. Diffic. AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & I. eius punctum. Reſpondetur, ab illo numero 480. annorum rectè computatu pro hac Periodo, ſcilicet aſſignatis ipſi ſolummodò 479. completis, eodemque numerô comparatô cum annis ſingulorum Iudicum in Scriptura traditis, & denique reliquis hucúſq; dictis, concludi tribuendos eſſe principatui Ioſuè annos non plùs nec minus 17.

Ad 2. Pūct. 1. Reſponſ. AD II. punctum. Reſpondet Gordonus cap. 9. ad Periud. 4. num. 8. poſſe per Seniores ibi intelligi ipſos illos iudices ſequentes. Nam quamuis (vt dicitur librū Iudicum) ſæpe peccatum ſit: tamen etiam ſæpe egerunt pœnitentiam. Hoc, inquam, dici poteſt, & reuera non obſtabat quorundam idulolatria, & ab Allophylis illata oppreſſio, quin adhuc præcipua multitudo ſeruiret Domino. Illorum tamen quorundam peccatum potuit eſſe cauſa communis punitionis vt ſæpe contingit. Sic Gordonus.

Reiicitur 1. Reſponſ. VERVM Hæc Reſponſio non poteſt ſubſiſtere. 1. Quia ibi expreſsè agitur, de Senioribus qui *nouerant omnia opera*, quæ operatus fuerat Deus in Iſraël. Hoc autem non poteſt intelligi niſi de coætaneis Ioſuè, nullatenùs autem de natis poſt mortem eius. 2. quia ibidem Iudic. 2. verſ. 10. *Omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos: & ſurrexerunt alij, qui non nouerant Dominum, & opera quæ fecerat cum Iſrael.* verſ. 11. *Feceruntque filij Iſrael malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt Baalim*, per hæc patet ibi agi de Senioribus, qui mortui fuerant antequàm filij Iſraël facerent malum. Hi autem erant coætanei Ioſuè. 3. denique, modus ille referendi tempus, ſeu cunctos dies Seniorum, quibus ſeruierunt filij Iſraël Domino, ad tempora diſcreta, inter quæ quandóque Deo nōn ſeruierunt, perquàm eſt incongruum. Quare melius

1 Reſponſ. RESPONDETVR. Ibi quidem agi de Senioribus, & de illis ſolum, qui vixerunt mox mortuo Ioſuè, quique non immeritò dicuntur vixiſſe longô tempore poſt eum: etſi tempus illud quô vixerunt ſit incertum; attamen qualecumque fuerit illud, ad ipſum vel propriè non pertinere dies, quibus dicitur in Scriptura non fuiſſe regem in Iſrael, vel ſi pertinuit ſiue totâ ſiue aliquâ tantùm ex parte, tamen ad ipſum non pertinere ſeruitutem 8. annorum ſub Chuſan, ſed vel dies quibus dicitur in Scriptura non fuiſſe regem in Iſraël, ſiue totâ ſiue aliqua tantùm ex parte, vel ſaltem 8. annos quibus ſeruierunt Chuſan, intelligēdos eſſe actos poſt mortem Seniorū illorū adeò vt totum tempus 40. annorū, qui tribuuntur

Othonieli, sit ità distribuendum, vt primum omnium transactum fuerit longum tempus quò Seniores vixerüt post Iosue, & quo viuentibus illis filij Israel Domino seruierunt. Deinde verò, tempus, siue dies quibus Senioribus illis, omnique illa generatione mortua, nondùm vllo rege siue duce existente in Israel, vnusquisque faciens quod sibi placitum, deflexit ad idola. Deinde verò, anni 8. seruitutis, quibus propter idololatriam afflicti fuerunt & seruituti Chusan subiecti. In nulla autem totius temporis illius parte Seniores Rempublicam propriè gubernasse, aut si aliquomodo gubernarunt, prout æstimàdum est de tempore quo ipsi vixerunt: non tamen illis à Scriptura tempus vllum regiminis attributum esse, sed totũ ducatui Othonielis. Nam nullibi Scriptura testatur eos gubernasse post Iosue, sed tantummodò dicit eos post ipsum vixisse, quandiuque vixerunt, filios Israël Domino seruisse.

Ad III. Punct. Respons. AD III. Punctum. Respondet Genebrardus, in Othoniele, ex Hebræis, & Iosepho 5. Antiq. 2. nomen *Iudas* ibi non esse nomen proprium, sed patronymicum, de *tota Tribu*. Quod ostendi potest ex vers. 4. 5. 8. & 9. vbi sermo fit de illis plurali numerò, *percusserunt, inuenerunt, cœperunt, pugnauerunt*, & præsertim, *Oppugnantes ergo filij Iuda*. Deinde, ex similibus per totum in sequẽtibus, vbi agitur de tribubus sub nomine primorum parentum ipsarum. vers. 27. *Manasses*. vers. 29. *Ephraim*. vers. 30. *Zabulon*. vers. 31. *Aser*. vers. 33. *Nephtalim*. Quæ nomina eum sensum habent, quem illa vers. 21. *filij Beniamin*, vers. 22. & 35. *domus Ioseph*, & vers. 33. *filios Dan*. Neque enim tunc viuebant homines singulares, quorum illa nomina fuerant prius propria.

Obiect. DICES, obstare verba illa singularia, pluralibus etiam opposita: *Quis ascendet ante nos*, &c. *Et erit dux belli*: præsertim verò hæc, *dux belli*?

Respons. RESPONDETVR. Ista significare solùm, vel, *tribum* illam fuisse præcipuam, quæ tunc bellum istud mouebat, vnde & in auxilium vocauit tribum *Simeonis*: vel, *Ducem* belli particularem fuisse ex illa tribu. Hunc autem fuisse *Caleb*, patet vers. 12. & 13. & Ios. 14. à vers. 6. & cap. 15. à vers. 1. 13. 14. & 16. Imo Tornielius an. 2594. num. 2. vult nomen illud *Iudas*, non ibi sumi pro tota *Tribu*, sed pro ipso duce *Caleb*. Cæterùm hæc facta esse sub Senioribus coætaneis Iosue post mortem eius, constat ex dictis, & Iudic. 1. Horum occasione

Quæstio. QVÆRES I. Quomodò in lib. Ios. habeatur illa historia de *Caleb* & tribu Iuda cap. 15. à vers. 14. Quam tamen in lib. Iudic. cap. 1. vers. 12. constat euenisse *post mortem Iosue*?

RESPONDETVR. Ex sententia communiori, librum Iosue non fuisse à Iosue conscriptum: sed ab alio authore post eius mortem, nimirum vel à Samuële, vt sentit Tostatus, vel ab aliquo alio circà tempora eiusdem Samuëlis, vt notat Tornielus an. 2594. num. 10. & fortè eodem tempore quo liber Iudicum. Hoc patet quidem aliquomodo ex illis verbis Ios. 14. vers. 14. *vsque in præsentem diem*, sæpius in eodem abinde libro repetitis quæ communia sunt libris Reg. & Paral. Libros autem Reg. præsertim 1. & 2. ex titulo Hebr. constat esse Samuelis. Item, ex illis verbis Ios. 11. vers. vlt. *quieuitque terra à prælijs*, & 14. vers. vlt. *& terra cessauit à prælijs*, quæ frequentia sunt libro Iudicum, qui dicitur etiam esse Samuelis. Sed & probari potest ab illa historia Caleb, multisque similibus quæ in eodem libro Iosue traduntur, antequàm tradatur mors Iosue. quas tamen probabilius est, & ferè constat apud omnes, ex libro Iudicum cap. 1. à vers. 1. transactas fuisse tantum post mortem Iosue. Et quidem ab historia Caleb quæ Ios. 14. vers. 14. *Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem*. Etenim *præsens* illa *dies* non potest intelligi de tempore Iosue; quia neque tunc, neque posteà quamdiu Iosue vixit, Caleb aggressus est, nedum cepit portionem illam: sed tantum, vt verbis expressis dicitur lib. Iudic. à cap. 1. vers. 1. *Post mortem Iosue*: posteàque verbis etiam expressis describitur à vers. 10. & præsertim vers. 20. Et quamuis à tempore Iosue Hebron tradita fuerit Caleb, sicut dicitur vers. præcedenti, *Benedixitque ei Iosue & tradidit ei Hebron in possessionem*: tamen hoc intelligitur, tanquam in sortem possessionis, sed possessionis posteà conquirendæ, quia nempe datur ad illa verba Caleb. vers. 12. *Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi*. Quòd si dicatur cap. 11. vers. 21. *In illo tempore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis, Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israël, vrbesque eorum deleuit*: per hæc manifestum esse, iam Hebron à tempore Iosue fuisse captam: quod etiã manifestissime dicitur prius cap. 10. vers. 36. *Ascendit quoque cum omni Israël de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam*: vers. 37. *cœpit eam, & percussit in ore gladij*, &c. non ergò fuisse cœptam per Caleb. Respondet Tostatus in Iosue 10. q. 96. Ista ciuitas habebat duas partes, scilicet vnam in plano, & illam deleuit Iosue sim-

Responsio. Iosue Liber non à Iosue scriptus.

pliciter, erat autem alia pars in altiſſimo, ſicut in vrbibus conſueuerunt eſſe caſtra fortia, & ad illum locum confugerunt aliqui de Hebronitis, & manſerunt quoùſque poſtea Caleb deleuit eos inde. Vide eundem in cap. 11. & 15.

Obiect. OBIICITVR quidem contrà hæc, quòd illa hiſtoria Caleb narretur Iudic. 1. à verſ. 10. *poſt mortem Ioſuè*, fieri per recapitulationem propter aliquam eius partem de captâ vrbe Cariathſephet, quæ ſolum facta eſt poſt mortem Ioſue, licet per anticipationem iam narrata in Libro Ioſuè. non autem propter illam primam partem de data Hebron ipſi Calebo, captáque conſequenter per eum. Sed & Ioſuè non ſolùm vniuerſis tribubus ſuas Terræ poſſeſſiones aſſignaſſe: verumetiam vniuerſas nationes in ea habitantes ità domuiſſe, vt eô viuente non auderent ampliùs ei reſiſtere, ſed fierēt Iſraelitis tributariæ, prout narratur toto ferè libro Ioſuë, præſertim à cap. 10. quamuis non omninò potuerit eas delere, Deô ſic permittente, ex Iudic. 1. & 2. & Ioſ. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & aliis capitibus. Verùm

Reſponſ. RESPONDETVR. Quantùmuis frequentes ſint in Scripturâ recapitulationes: non tamen eam probabiliter hoc loco poni. Probari poteſt imprimis, quia poſtquàm dictum eſt Ioſuë 15. verſ. 13. *Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, ſicut præceperat ei Dominus: Cariath Arbë patris Enac, ipſa eſt Ebron*, ſubditur immediatè verſ. 14. *Deleuitque ex eâ Caleb tres filios Enac, Seſai, & Ahiman, & Tholmai, de ſtirpe Enac:* immediatè verò rursùs verſ. 15. *Atq; inde conſcendens venit ad habitatores Dabir, quæ priùs vocabatur Cariath Sepher, id eſt ciuitas litterarum.* verſ. 16. *Dixitque Caleb: Qui percuſſerit Cariath Sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem.* verſ. 17. *Cepítque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: dedítque ei Axam filiam ſuam vxorem*, &c. Atqui hæc eadem omnia traduntur Iudic. 1. *poſt* traditam *mortem Ioſue*, vnicô eodémque ſimili tenore. Ergò ſi poſterior hiſtoria conceditur in obiectione tranſacta poſt mortem Ioſuë, vtique concedi debet & prior. Non enim vlla eſt ratio, cur poſterior magis tradita fuerit in libro Ioſuè per anticipationē, & prior in libro Iudicū per recapitulationē, quàm vtraq; in libro Ioſuë per anticipationē, vel vtraque in libro Iudicum per recapitulationem. Deinde, probatur à verbis connectentibus vtramque in vtroque libro. videlicet in libro Ioſue: *Atque inde* (ex Hebron) *conſcendens venit ad habitatores Dabir, quæ priùs vocabatur Cariath Sepher*, &c. In libro verò Iudicum: *Atque inde* (ex Hebron) *profectus, abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath Sepher*, &c. Præterea, dicitur Iudic. 1. verſ. 10. *Pergénſque Iudas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron* (*cuius nomen fuit antiquitùs Cariath Arbë*) *percuſſit Seſai, & Ahiman, & Tholmai*, &c. Ecce idem *Iudas*, id eſt, tribus Iuda, quæ dicta fuit aſcendiſſe contrà Chananæum *poſt mortem Ioſuè*, eadem, inquam, tribus dicitur profecta contrà Hebron. Et confirmatur a vocabulo colligante vtramque hiſtoriam vnius euſdémque tribus: *Pergénſque Iudas*, id eſt vna eadémque expeditione, quâ deleuerat Adonibeſec, aliáſque in præcedentibus. Confirmatur omninò ab aliis per quæ colligantur adhuc magis illæ hiſtoriæ, verſ. 9. *Et poſteà deſcendentes pugnauerunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad meridiem, & in campeſtribus*, verſ. 10. *Pergénſque Iudas contrà Chananæum qui habitabat in Hebron.* Inſuper, poſt ſimiles hiſtorias illius tribus Iuda, & tribus Simeonis, dicitur verſ. 20. *Dederúntque Caleb Hebron, ſicut dixerat Moyſes, qui deleuit ex ea tres filios Enac.* Dederunt, vtique tribus illæ, proindeque ſecunda vice, ſeu potiùs confirmatiuâ, ſed diuersa ab eâ de quâ dictum Ioſ. 15. verſ. 13. *Caleb vero filio Iephone dedit* (Ioſue) *partem in medio filiorum Iuda.* Confirmari hæc poſſunt. Quia Ioſ. 14. poſt narratam Hebron donatam Caleb à Ioſuè, ſubditur: *& terra ceſſauit à prœliis:* capite verò ſequenti ſeu 15. incipit deſcribi ſors filiorum Iſraël, ſecundùm quod ea poſteà fuit actu poſſeſſa: in cuius deſcriptionis medio dicitur, *Caleb verò dedit partem*, &c. *Deleuitque ex eâ Caleb tres filios Enac*, &c. rursùm: *hæc eſt poſſeſſio filiorum Iuda per cognationes ſuas:* tandémque dinumerantur vrbes eius. Hinc vtique manifeſtum videtur, potiùs illa verba *Caleb verò dedit*, &c. ibi fuiſſe poſita per recapitulationem, vt illa *Deleuitque ex eâ*, &c. traderentur per anticipationem vnà ſimùl cum reliquis ibidem per anticipationem narratis. Confirmari etiam hæc poſſunt, ex eo quòd Othoniel tunc bella mouerit, vt dicitur Ioſ. 15. verſ. 17. & Iudic. 1. verſ. 13. Hunc autem tanquam iuniorem credibile non ſit bella mouiſſe, priuſquàm mortuus eſſet Ioſuë: præſertim cùm ipſius hiſtoriæ non narrentur, niſi *poſt mortem Ioſuē*, Iudic. 1. à verſ. 13. quinimo præcipuæ nonniſi poſt *mortuam totam generationem* eorum qui viderant opera Domini, Iudic. 2. à verſ. 10. qui tamen *vixerunt longô tempore poſt Ioſuë*, Ioſ. vlt. verſ. 31. & Iudic. 2. verſ. 7. Denique confirmari poſſunt ex ſimilibus anticipationibus habitis in libro Ioſuë inſrà citandis. vt eodem cap. 15. verſ. vlt. cap. 17. verſ. 13. Sed ex omnibus ferè quæ habentur cap. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. &

23. quarum aliquot referentur etiam infrà. Quod autem dicitur de vniuersis nationibus subiectis, non est vniuersaliter verum. Nam cap. 17. vers. 18. *Et poteris vltrà procedere, cùm subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.* & cap. 23. quamuis dicatur vers. 1. *Euoluto autem multo tempore, postquàm pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis*: tamen additur etiam vers. 4. fin. *Multæque adhuc supersunt nationes*: & vers. 5. *Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestrâ, & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est.* Et confirmari potest ex cap. 18. à vers. 1. *Congregatique sunt omnes filij Israël in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonij, & fuit eis terra subiecta.* vers. 2. *Remanserunt autem filiorum Israel septem tribus, quæ necdùm acceperant possessiones suas.* vers. 3. *Ad quos Iosue ait: Vsquequo marcetis ignauiâ, & non intratis ad possidendam terram*, &c. Quare probabilius est historiam illam Caleb describi tanquam propriô locô Iudic. 1. à vers. 9. & 10. *post mortem Iosuë.* Idem autem probatur ex illo loco Ios. cap. 15. vers. 63. *Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere: habitauitque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.* Item, ex illo cap. 16. vers. 10. *Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazar: habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius.* Item, ex illo cap. 17. vers. 12. *Nec potuerunt filij Manasse has ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in terrâ sua.* & vers. 13. *Postquam autem conualuerunt filij Israel, subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos.* Denique, ex illo quod cap. 19. vers. 47. *Ascenderùntque filij Dan, & pugnauerunt contrà Lesem, ceperùntque eam: & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt, & habitauerunt in eâ, vocantes nomen eius Lesem Dan, ex nomine Dan patris sui.* Priores enim historiæ traduntur Iudic. cap. 1. à vers. 21. *post mortem Iosuë.* Postrema verò cap. 18. totô, post eandem mortem, prout probabitur suo loco, seu §. 54. Hinc sequitur historias huiusmodi fuisse conscriptas in libro Iosue per anticipationem, & in libro Iudicum per recapitulationem. Consequenter incœptas & circiter peractas temporibus Seniorum, qui vixerunt post mortem Iosue.

Quæstio. QVÆRES. Quomodò in libro Iudicum post narratas historias illas, quæ traduntur actæ cap. 1. vers. 1. *post mortem Iosue*: nihilominus traditur alia quædam cap. 2. à vers. 1. de *Angelo*, qui apparuit in *Loco flentium*, quam euenisse Iosuë adhuc viuô videri potest ex verbis illis vers. 6. habitis etiam Ios. cap. vlt. vers. 28. *Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam?*

1. Respons. RESPONDERI potest, I. Ex sententiâ communiori, duo priora capita, & partem cap. 3. libri Iudicum, esse quoddam summarium, partim rerum aliquarum quæ dictæ sunt in libro Iosue, partim etiam aliquarum quæ dictæ non sunt in eo, partim demùm earum quæ dicendæ sunt fusius post in ipsomet libro Iudicum. Et quidem quoad librum Iosue, manifestum est ex dictis in præcedenti quæstione, & ex his quæ habentur Iudic. 2. vers. 6. *Dimisit ergo Iosue populum*, &c. & vers. 6. *Seruierùntque Domino cunctis diebus eius.* vers. 8. *Mortuus est autem Iosue*, &c. quæ habentur prius in libro Ios. cap. vlt. vers. 29. 30. & 31. Quoad ipsum autem librum Iudicum, patet, partim cap. 2. à vers. 11. *Fecerùntque filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim*, &c. vers. 14. *Iratúsque Dominus contra Israel tradidit eos in manus diripientium*, &c. vers. 16. *Suscitauitque Dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus*, &c. vers. 19. *Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur & multò faciebant peiora quàm fecerant patres eorum*, &c. partim à cap. 3. vers. 1. *Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem*, &c. vsque ad vers. 7. & 8. à quibus incipiunt narrari in singulari mala quæ fecerunt, & seruitutes quas propter illa passi sunt: narrari, inquam, in singulari, ea, quæ in antecedentibus narrata sunt solummodò per modum prologi. Itaque iuxtà communiorem sententiam inter ea, quæ ex lib. Ios. resumuntur in lib. Iudic. acta Iosuë viuô, est historia illa quæ incipit ab his verbis cap. 2. vers. 1. *Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium, & ait*, &c. Porrò datâ hac sententiâ, historiam illam quæ euenerit viuente Iosuë, narrari post aliquas quæ euenerunt eô mortuô, mirum non magis esse debet, quàm aliquas quæ euenerint ipsô mortuô, narratas fuisse in lib. Ios. antè aliquas quæ euenerunt ipsô viuô; maximè verò cum post tot historias, quæ euenerunt eô mortuô, narretur ipsamet mors eius, eodem cap. 2. à vers. 8. quæ tradita fuerat Ios. vlt. à vers. 29.

2. Respons. RESPONDERI potest II. Quoniam nihil conuincit historiam illam de Angelo, euenisse viuente Iosuë: proptereà censendam esse inter easdem quæ euenerunt ipsô mortuô. Neque vero recapitulatio seu repetitio paucorum verborum vers. 6. habitorum priùs in libro Iosuë cap. vlt. à vers. 28. contrarium sufficienter arguit. Quin potius tum ex illâ repetitione,

tùm ex præcedentibus capite 1. Iudic. videtur illa historia transacta post mortem Iosue. Maxime autem ex illis verbis obiurgatorus Angeli vers. 2. *ita duntaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, sed aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos à facie vestrâ: vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam*, &c. Etenim obiurgationis istius causa, descripta fuit per totum ferè cap. 1. vbi adnotatur singulas ferè tribus noluisse delere Chananæos, sed fœdus cum illis habuisse, &c. Quæ tamen omnia non euenisse tempore Iosuè, videtur satis manifestè tradi per illa verba Ios. vlt. vers. 31. & Iudic. 2. vers. 7. *Seruierúntque*

A *Domino cunctis diebus eius, & Seniorum qui longo post eum vixerunt tempore*, &c. Nec vllatenus est probabile filios Israel id ausuros facere temporibus Iosuë: spectatis præsertim modis, quibus soliti fuerant agere cum gentibus illis, quando ducebantur à Iosuè, nimirum omnia delere vsque ad interneciones, prout maximè videre est cap.

B 10. Quare probabiliter omninò repetitio habita Iudic. 2. à vers. 6. ideò facta videtur, vt esset solummodò præfatio quædam ad narrandum inposterùm, quomodò filij Israël ad idola deflexissent: nimirum, non quamdiù Iosuè ac Seniores vixerunt, sed quamprimùm viuere desierunt.

## V. DIFFICVLTAS. DE SAMGAR: AN FVERIT solummodò Dux belli: An verò etiam Iudex: Consequenter, An aliqui anni sint ei tribuendi: An verò nulli?

### §. 49.

Fundam. Diffic. 1.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. I. Scriptura sacra nõ dicit Samgar iudicasse, sed solummodò cap. 3. vers. 31. *Ipse quoque defendit Israël.*

2. II. Cap. 4. à vers. 1. *Addideruntque filij Israel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod.* vers. 2. *Et tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan*, &c. vers. 3. D *& per 20. annos vehementer oppresserat eos.* vers. 4. *Erat autem Debbora Prophetis quæ iudicabat populum in tempore illo.* Imprimis, si Samgar fuisset iudex, dicendum erat filios Israël fecisse malum post mortem Samgar: siquidem hic dicitur fuisse *post* Aod. Deinde, si anni captiuitatum includũtur in annis regiminum, regimen Debboræ computari debet à morte Aod; siquidem filij Israël traditi sunt in seruitutem Iabin, propter mala E quæ dicuntur fecisse *post mortem Aod.* Hoc autem pacto Samgar non fuerit iudex, nimirùm neque tempore Aod, neque tempore Debboræ: cùm vnicus tantùm iudex, vnicô tantùm iudicaret tempore.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Samgarem non fuisse verum iudicem, sed solummodò aliquem belli ducem.

Ità videntur sensisse Clemens Alex. lib. 1. Stromat. Eusebius in Chron. Bed. Isidor. Niceph. Cõstant. Freculph. & Marian. Scot. qui Samgarem omiserũt. Ità Masseus, Dtedo, Lucid. Naucler. Ribera, Adrichom. Bel-

C larmin. Gordon. & deniq; Salianus an. 2720. num. 7. Ex sectariis Mercator, Temporarius, aliique multi.

PROBATVR Hæc Sententia quibusdam argumentis: nonnullis quidem potiùs apud authores indicatis, quàm instructis. Possunt autem sic instrui. Probat.

I. ARGVMENTVM. Petitur ex hoc, quòd Scriptura non dicit eum iudicasse, seu alias gubernasse. Hoc habetur à verbis illis habitis in fundamento Difficultatis, Iudic. 3. vers. 31. *Ipse quoque defendit Israel*: non dicit Scriptura, eum iudicasse Israelem, quod tamen dicit de reliquis, & notanter de Debbora. vers. 4. *Erat autem Debbora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Non ergò tribuit ei potestatem gubernationis. Atque ità Salianus num. 6. Scriptura, inquit, hoc ipso quòd ait, eum defendisse, aut liberasse, vel etiam saluasse, Israelem, non propterea ei iudiciariam potestatem tribuit: sed tantùm in vno prælio fortiter se gessisse, & benè de Republica meritum fuisse significat. 1 Arg.

II. ARGVMENTVM Petitur ex hoc quòd Scriptura non assignat ei aliqua tempora, cùm aliàs tribuat reliquis sua: imò etiam tempora quibus propriè & præcisè loquendo non gubernarunt. Neque dicatur Scripturam nulla tempora tribuisse illi, quia paucis mensibus, vel diebus, gubernauerit, nimirũ, vt volunt aliqui, ab initio anni octogesimi Aod, ad finẽ eius: adeòq; 2. Arg.

non per annum integrum, quem ideo Scriptura non memorauerit. Nam vt argumentatur Salianus suprà, plerique principes breuioris æui in Sacris litteris memorantur: id est, tempora eorum in Scriptura memorantur. vt 3. menses quibus regnauit Ioachaz rex Iuda, 4. Reg. 23. vers. 31. cuius insuper adduntur 10. dies 2. Par. 36. vers. 1. Item, 3. menses quibus post eum Ioachin, siue Iechonias, nepos eius, paritérque rex Iuda, 4. Reg. 24. vers. 8. & 2. Par. 36. vers. 9. Item, mensis vnus, quô ante hos longè, regnauit Sellum rex Israël, 4. Reg. 15. vers. 13. Denique 7. dies quibus antè hunc Zambri rex Israel 3. Reg. 16. vers. 15. Similia dici possūt, de similibus parcellis, vt cùm Dauid dicitur regnasse 6. mensibus suprà 40. annos sui regiminis.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab illis verbis, etiam habitis in fundamento Difficultatis. Iudic. 4. à vers. 1. *Addideruntque filij Israël facere malum post mortem Aod.* vers. 2. *Et tradidit illos Dominus in manus Iabin.* Ex hoc loco sic argumentatur Salianus num. 6. Huic sententiæ, præire videtur Scriptura, quę ait, post mortem Aod Dominum tradidisse Israëlitas in manum Iabin (notare poterat priùs, eos fecisse malum post mortem Aod) vtique dictura post mortem Samgaris, si is in Iudicibus numerandus esset. Hæc ille.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur ab illis verbis, & argumento, habitis in Fundamento Difficultatis, Iudic. 4. vers. 2. *Et tradidit illos Dominus in manus Iabin, regis Chanaan,* &c. vers. 3. *Et per 20. annos vehemēter oppresserat eos,* vers. 4. *Erat autem Debbora propheta vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore,* & cæteris, quæ deinceps, vbi Debbora per Barac liberat eos. Hîc expressè dicitur fuisse Debboram, quæ iudicabat populum in tempore illius oppressionis, siue seruitutis, & filios Israël traditos fuisse seruituti prupter malum quod fecerunt post mortem Aod, & ab ea liberatos per Debboram, seu à Debbora per Barac. Ex his argumentari licet. Si anni seruitutum, prout suprà stabilitum est, includi debent in annis regiminum: vtique sola illa regimina computanda sunt, in quibus includuntur seruitutes. Atqui in regimine Debborę includitur seruitus sub Iabin post Aod. Ergo solum regimen Debboræ, constituendum est post Aod. Ergò nullum Samgaris.

5. Arg. V. ARGVMENTVM. Petitur ex hoc quòd Samgar vixerit tempore Aod, & Debboræ: vnicus autem extiterit tantùm iudex vnô eodémque tempore. Porrò Samgar vixisse tempore Aod, censet Genebrardus dicens, ex R. Abraham in Cabala, eum pugnasse pro Israële extremô annô iudicis Aod. Vixisse etiam tempore Debboræ, censet Massæus dicens pag. 38. Floruit in diebus Barac & Debboræ. Idem censent & alij. Et potest aliquomodò sic ostendi. Si à morte Aod, Debbora iudicauit, saltem regimen ei tributum abinde cœpit: & si post Aod fuit Samgar, vt expressè dicitur à Scripturâ: vtiq; sequitur Samgar fuisse in diebus Debboræ. Hinc argumentatur Salianus num. 7. Hæc sententia, inquit, nobis quoque probabilior videtur, vel ex eo maxime quòd aduersarij fatentur, eodem prorsùs vixisse tempore Aodum & Samgarem. At quis credat, vel duos simul iudices eidem Reipublicæ præfuisse, vel Aodum magistratu abdicatum fuisse? Qui autem sint illi aduersarij, seu contrariæ sententiæ authores, sentientes Samgarem vixisse eodem tempore quô Aod, non specificat ibi Salianus.

CONFIRMATVR huc Argumentum. 1. Nam sicut, etiamsi Barac defenderit Israel cùm Debbora, nihilominus soli Debboræ Scriptura tribuit iudicaturam; ità quantumcumque Samgar defenderit Israël, nihilominùs cùm defenderit temporibus Aod & Debboræ, sequitur solos Aod & Debboram fuisse iudices, non autem Samgarem. 1. Confirm.

CONFIRMATVR II. Nam sicut, etiāsi dicatur Iudic. 5. vers. 15. *Duces Issachar fuêre cum Debbora, & Barac vestigia secuti sunt;* &c. non tamen propterea sequitur plures tunc fuisse qui gubernarent, sed soli Debboræ tribuitur Iudicatura; ità, etiamsi Samgar fuerit aliquis dux belli in diebus Aod vel Debboræ, non sequitur eum fuisse iudicem, vel gubernationem esse ipsi tribuendam. 2. Confirm.

VI. ARGVMENTVM. apud Salianum, ex comparatione quæ fit Samgaris cum Iahele, habita in illo cantico Debboræ & Barac Iudic. 5. vers. 6. *In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel, quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.* Non enim, inquit Salianus, in hoc effectu tantùm similes ponuntur Samgar & Iahel: sed in eô vel maximè quòd sub alterius gubernatione & principatu, rem palmariam, & principe populi dignam, vel ob quam principatu digni viderentur, perpetrassent. Hæc Salianus. 6. Arg.

II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Samgar fuisse non solummodò aliquem belli ducem: sed etiam verum iudicem. 2. & probabilior Sent. Samgar verus iudex.

Ità Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 5. & nōnulli Rabbini apud Serar. commentar. in Iudic. 3. in Samgar q. 1. seu pag. 84. Orig. hom. 4 in Iudic. S. Aug. siue author q. 25. in Iof. Seuer. Sulpit. lib. 1. Hist. Chronicum Alexandr. Zonaras, Comestor, Lyran. Tostat. Caiet. Vigner. & deniqueex recentioribus nostris

Baradius lib.5.cap.20. Tornellus an. 7... & Scratius loco citato. Ex Sectariis Codomanus Lutheranus, & alij.

Probat. ᵃ PROBATVR Hæc Sententia quatuor argumentis.

Arg. 1. I. ARGVMENTVM. Petitur ex ipso contextu, sic eum ponente simpliciter post Aod, Iudic. 3. vers. vlt. *Post hunc fuit Samgar.* Etenim spectatâ phrasi solita huius libri, v.g. cap. 10. vers. 1. *Post Abimelech surrexit dux in Israel Thola.* & cap. 12. vers. 8. *Post hunc* (Iephte) *iudicauit Israel Abesan.* & vers. 13. *Post hunc* (Ahialon) *iudicauit Israel Abdon:* in quibus locis, particula *post*, significat, post mortem, & mortuis succedendo, vt clarum est in contextu, consequens est Samgar poni post Aod mortuum, tanquam iudicem qui ei successerit.

Obiect. QVARE huic argumento nihil obstat, quod, vt Salianus num. 7. illud, *post*, non tam ad tempus, quàm ad similitudinem rei gestæ referri, vt sensus sit, Aodô gubernante extitisse fortem virum Samgarē, qui Aodi fortitudinem imitatus, hostes Reipubl. male mulctarit: quô fere modô dicuntur Iudæi ambulasse post idola domus Israël. Quod confirmare potuisset ex locis similibus, in quibus particula *post*, non est declaratiua tēporis, sed fortitudinis, seu numeratiua personarum in fortitudine similium, vel æqualium. vt 2. Reg. 23. vers. 8. *Hæc nomina fortium. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui 800. interfecit impetu vno.* vers. 9. *Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes qui erant cum Dauid, quando exprobrauerunt Philisthiim, & congregati sunt illuc in prælium,* &c. vers. 11. *Et post hunc Semma filius Age de Arari.* Hinc enim, & ex 1. Par. 11. vers. 10. similibúsque cap. 12. à vers. 9. patet, particulam illam, *post*, non semper intelligi de tempore, sed de numeratione, & comparatione. Cōfirmari etiam posset ex ipsomet lib. Iudic. cap. 3. vers. 28. *Descenderuntque post eum* (Aod) & cap. 5. vers. 15. *Duces Issachar fuere cum Debbora: & Barac vestigia sunt secuti*, vestigia Barac secutos fuisse, & post Barac fuisse, idem sunt.

Responsio. NAM imprimis, non valet consequentia à simili, quandò habetur aliquod fundamentum contrarij. Deinde, dispar est ratio huius loci Iudicum, ab illis Regum, & Iudicum. Nam ibi comparantur qui simul viuunt, & quos constat ex iisdem locis verbis expressis fortes fuisse sub rege Dauid, vel pugnantes sub iudice Aod: hic autem non constat Samgar fuisse sub Aod. Præterea, similia superius allata ex eodem libro Iudicum, probabilius longe demonstrant particulæ illius *post*, alium esse sensum hoc locô Iudicum, quàm locis illis Regum & Iudicū: adeóque sic exponendum esse, vt significetur tum, Samgarem fuisse post mortem Aod, tum cōsequenter ibi numerari tanquā iudicem post eum, qui adeo illi in officio iudicis successerit. Denique, cum aliqui secuti sunt Aod, hoc fuit in prælium aduersus Moabitas cap. 3. vers. 28. *Qui dixit ad eos: Sequimini me,* &c. *Descenderuntque post eum.* vers. 29. *percusserunt Moabitas in tempore illo.* At cum Samgar dicitur fuisse post Aod, hoc fuit cōtrà Philistinos. Ergo illud, *post Aod*, non significat, cum Aod, sed post eum mortuum.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex eodem contextu, dicente eum quoque defendisse Israel, eod. cap. 3. vers. vlt. *Et ipse quoque defendit Israel.*

Et imprimis à textu Hebræo habente, *Et saluauit etiam ipse Israelem*: & a Translatione Sept. Interpr. sic habente, καὶ ἔσωσε καί γε αὐτὸς τὸν Ἰσραήλ, *Et ipse saluauit Israel.* Saluasse autem Israël tribuitur solis iudicibus in illo libro, & post mortem aliorum: vt in genere cap. 2. vers. 16. *Suscitauitque Dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus:* & à vers. 18. *Cúmque Dominus iudices suscitaret, in diebus eōrum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.* In speciali autem cap. 3. vers. 9. *Et clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel* &c. vers. 15. *& posteà clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod*, &c. Idē ergò est saluasse, & iudicasse, seu saluasse tanquam ducem & iudicem, sub cuius imperio fiebat saluatio.

Deinde, à vocabulo, *defendisse.* Etenim iudicasse, & defendisse ex authoritate, eadem sunt in illo libro. Vnde quantumuis multi alij narrentur in eo præclara gessisse, imo principes & duces fuisse: non tamen propterea dicuntur defendisse Israel, quia hoc præstarunt sub aliis supremis ducibus, siue iudicibus. Nam v.g. de Barac cap. 4. constat eum pugnasse contra Sisaram, & de illo victoriam reportasse: & tamen victoria illa, seu defensio, non tribuitur illi, quia hoc præstitit sub Debbora, quæ vers. 4. *Iudicabat populum in illo tempore.* Item cap. 5. à vers. 9. *Cor meum diligit principes Israel qui propria voluntate obtulistis vos discrimini,* &c. & vers. 14. *De Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.* & vers. 15. *Duces Issachar fuêre cum Debbora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit.* Ecce principes & duces multi. Et tamen de nullis dicitur, eos defendisse Israël.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à comparatione habita in illis verbis, *Et ipse quoque.* Per particulas enim illas manifestum est fieri comparationē Samgaris cum Aod,

defendisse seu saluasse Israel: adeóque id ex authoritate, tãquam supremum ducem, seu iudice, præstitisse: vnde sequitur, illa verba, *Qui percussit de Philisthijm 600. viros vomere*, inserta inter priora, *post hunc fuit Samgar*, & posteriora, *& ipse quoque defendit Israël*, non ideò solùm fuisse ibi apposita prout contendunt authores nonnulli contrariæ sententiæ, ad hoc vt solùm declararetur Samgarem in hoc etiam defendisse Israël, quòd præclarum talè facinus, tanquam particularis quidam fortis, executus est; sed, vel ideò vt in hoc præclaro facinore ipse commendaretur inter iudices: vel etiam vt nonnihil insinuaretur ipsum iam antequàm iudex esset; facinus illud præstitisse, posteà verò vt iudicem defendisse: ità vt illa verba, *Qui percussit de Philistijm 600. viros vomere* intelligantur ibi dicta tanquam per parẽthesim ad aliud tempus referenda: & ista, *& ipse quoque defendit Israël*, tanquam prioribus illis, *Post hunc fuit Samgar filius Anath* immediatè coniungenda. Vtut sit, manifestum est ex Scripturæ phrasibus solitis, illa verba, *Post hunc fuit Samgar, & ipse quoque defendit Israël*, hunc habere sensum continuum, post hunc Aod Samgar defendit Israël. Hoc autem ex sensu obuio demonstrat Samgar iudicasse post Aod.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur à singulari testatione Iosephi, dicentis Samgarem electum fuisse ad imperandum, αἱρεθεὶς ἄρχειν, id est, electus regere, seu principari: ideóque aliquos menses tribuentem ei regiminis. Hoc autem si quæratur vnde Iosephus habuerit? Respondebitur credibile esse id eum habuisse ab Historiis apud Iudæos existentibus.

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM Sententiæ præcedentis. Respondetur, argumentum illud à negatiuâ, non esse validum; alioqui negare debuit Salianus, Aod fuisse iudicem: nullibi enim id verbis expressis Scriptura dicit. Quòd si dicatur id significari in verbis illis cap. 3. vers. 15. *Qui suscitauit eis Saluatorem vocabulo Aod*: agnoscatur idem significari in istis, *Ipse quoque defendit Israël*, vel iuxtà Hebr. & Septuag. *saluauit*.

Ad 2. AD II. RESPONDETVR, proptereà authorem huius libri Iudicum, nulla tempora Samgari tribuisse, quòd mos eius sit in hac historiâ, solos annos integros cõputare: imò multos sub vno tantùm eodémque iudice reducere, etiamsi ipse non gubernauerit per illos totos; alioqui debuerat seorsim computare tempora Seniorum, & tempora seruitutum, imò annos & menses sine actos singulorum regiminum. Vnde non est par ratio ac in libris Reg. & Paralip. Ibi enim cuilibet regi, etiamverò tyrannis, sui anni, menses, & dies, tribuuntur.

Ad 3. AD III. Respondetur, potuisse filios Israël quamcitò mortuô Aod, nondumque Samgar electô, & gubernante, facere malum: atque ità tradi in manus Iabin: à quô quia Samgar non prorsus liberauit, sed solummodò in quibusdam euentibus defendit, & præsertim in illo præclaro facinore, quô 600. inimicorum occidit vomere: & quia eidem Samgar multi tribuuntur anni: proptereà dicti sunt filij Israël fecisse malum *post mortem Aod*, non autem post mortem Samgar.

Ad 4. AD IV. Respondetur, negando consecutionem maioris: scilicet, illa sola regimina esse constituenda, in quorum temporibus tribuuntur seruitutes. Concedendum est quidem sola illa tempora, id est, solos illos annorum numeros, siue solas annorum summas seruitutibus coniunctas, non autem seruitutes ipsas, à Scriptura computari. Non tamen inde sequitur, sola regimina recenseri, quorum aliqua tempora computantur.

Ad 5. & ad Confirm. AD V. ET AD CONFIRMATIONES eius. Respondetur, negando Samgar prout à Scriptura describitur, vixisse tempore Aod vel Debboræ. Contrarium enim habetur in ea. Et quantùm ad Aod quidem, in illis verbis, *Post hunc fuit Samgar*, ad similia comparatis. Quantùm ad Debboram, rursumque ad ipsum Aod, in serie narrationis; nam inter vtrumque reponitur Samgar: & sic opus non est duos iudices rexisse simul.

Ad 6. AD VI. RESPONDETVR, negando assumptum. Nulla enim de illo fit mentio in Scriptura. Ex verbis autem obiectis non potest id colligi; alioqui cùm 2. Reg. 23. à vers. 8. cõmemorantur Dauid & alij viri fortes, sequeretur Dauid non fuisse reliquis maiorem, eorúmue regem; & cum in ipsomet lib. Iudic. cap. 3. commemorantur Aod & Samgar inter fortes, Aod non fuisset iudex; & cap. 5. vers. 1. *Cecinerúntque Debbora & Barac*, & vers. 12. *Surge Debbora, surge Barac*, Debbora ipsa non iudicasset populum, sed fuissent hi omnes non inæquales.

(∴) (∴) (∴)

## VI. DIFFICVLTAS. DE DEBBORA, ET Barac: An fuerint verè & propriè iudices?

### §. 50.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. dicit, Debboram nom fuiſſe propriè iudicem: ſed ſolum Barac.

Ità ſenſiſſe Rabbinos, dicit Serarius in 3. Iudic. in Debbora q. 5. ſeu pag. 97. Ità & putat, cum eóque Salianus an. 2723. num 10. ſenſiſſe S. Ambroſium in lib. de viduis, S. Hieron. ep. ad Furiam, quæ eſt de viduitate ſeruanda, S. Aug. 18. Ciuit. 15. & Bedam lib. de 6. Ætat. mundi. Ità etiam refert ſentire Toſtatum, Ariam, Munſterum, & Tremellium.

Hanc tamen ſententiam priuſquàm probet Serarius, ſic declarat, cum eóq; Salianus, vt dicant, Debboram quidem fuiſſe aliquomodu iudicem, non tamen cum principali poteſtate: ſed tantummodò, inquit Serarius, dandis è diuina ſapientia & oraculo reſponſis, cùm de iure ſuiſque controuerſiis eam ſponte adirent aliqui. Adibant autem frequentes, ob adempta, per Iabini tyrãnidem, Iſraelitis iudicia, & ob deturbatos ex omni poteſtate ac authoritate Iſraelitas, ità vt ad ſapientiorem fœminam confugerent omnes: quam tantò tolerabat Iabin libentiùs, quantò ab fœmina, eàque ſimplici & laudata, timendum minùs videretur. Ità ferè Rabbini, eóſque ſecuti Abulenſis, Munſterus, Tremelius. Hæc ibi Serarius. Quæ rurſus declarat infrà 4. propoſitionibus. Dicendum, inquit, videtur, 1. Debboram fuiſſe iudicem eâ nominis notione, quâ quiſquis ius dicit, iudex dicitur. 2. Iudex fuit eadem Debbora ſine principatu, ſeu abſque principali poteſtate. 3. Ius dixit Debbora, litéſque nonnullas compoſuit abſque iuriſdictione illa, ſed ex prophetia tantùm, & authoritate quam illi pariebat, ſicuti Deioces initio, antequàm rex fieret, ex ſola ſapientia & authoritate hinc ſubſecuta, iudicem apud Medos egit, vt lib. 1. ſcribit Herodotus: & ſicut de occultis dubiiſque rebus iis qui eum conſulerent, reſpondebat Samuel 1. Reg. 9. 4. Eadem Debbora ſapientiâ, prophetiâ, conſiliô, & authoritate, Baracum ad ſalutem populo procurandam, arma capienda, & cum Siſara confligendum excitauit, eúmque tunc direxit, & poſteà quoad viuos inter manſit ſemper adiuuit: ideóque quodammodò cum ipſo iudicaſſe, populique ſeruitutem decuſſiſſe, ac ipſum gubernaſſe videtur, & cum eo in iudicum ſerie annume- A ratur quàm ſæpiſſimè, tanquàm ſcilicet ſapientiſſima, diuinaque libertatis inchoatrix, monitrix, directrix, & adiutrix. Alioqui propriè iudex non ipſa ſed Baracus fuit. Hactenùs fere continuata ſerie Serarius. Inter quæ vult, hoc ſenſu intelligendã eſſe Scripturam & Patres, & denique omnia argumenta contrariæ ſententiæ.

Pobat. PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. apud Serarium & Salianum, quod cum in Scriptura, ait Serarius, mentio iudicum fit, qui cum B imperio nimirum Iſraelitas gubernarunt: nuſquam ipſa recenſetur, ſed ipſe potius Barac. 1. Reg. 12. verſ. 11. & Hebr. 11. verſ. 32. Vbi nota ſic haberi 1. Reg. 12. à verſ. 9. *Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit eos in manu Siſaræ, magiſtri militiæ Haſor, & in manu Philiſthinorum, & in manu regis Moab*, &c. verſ. 11. *Et miſit Dominus Ierobaal* (ſiue Gedeon) *& Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum, & habitaſtis confidenter.* Per Badan vult Serarius commentar. in illum locum, intelligi Barac, quia ſic habent Sept. Interpretes. In epiſt. autem ad Hebr. C cap. 11. verſ. 32. ſic habetur. *Et quid adhuc dicam? deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, & prophetas*: verſ. 33. *qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam*, &c.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. apud Serarium, quòd ipſa non videatur Iſraelem Iabinió liberaſſe iugô, ſed Barac cum ipſa, licet præliandi authur & dux fuerit, manibus tamen præliata non ſit.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. apud eundem Serarium, quod in iudicum catalogo à quibuſdam eximatur. Intellige D iuxta prædicta, quantum ad principalem poteſtatem.

4. Arg. IIII. ARGVMENTVM. apud eundem: Vel enim, inquit, hanc principalem poteſtatem habuiſſet ante initum cum Siſara prælium: vel poſt. Non ante, quia nullô id mudô tuliſſent Iabin & Siſara: non poſt, quia illa tùm poteſtate præditus fuit Barac.

5. Arg. V. ARGVMENTVM addi poteſt à conuenientia, quòd parùm videatur decens poteſtatem eiuſmudi tribuere fœminæ.

2 Sent. Debora verè iudex

II. SENTENTIA. dicit, Debboram fuisse verè & propriè iudicem nihil quidem affirmans de Barac: attamen ex consequenti forsitan negans.

Itá Iosephus lib. 5. cap. 6. Clemens Alex lib. 1. Strom. pag. 237. dicens, *per eam*, vel *sub ea*, (Græcè διὰ ταύτης) Barac exercitum duxisse, & acie congressum potitum esse victoriâ. Atque hinc populo præfuisse Debboram eum iudicantem.

Itá manifestè S. Ambrosius lib. de viduis. *Debbora*, inquit, *nec sexus infirmitate revocata, munia virorum obeunda suscepit, & suscepta cumulavit.* Quod apertius explicans subdit, *Denique cum Iudæi iudicum regerentur arbitrio, qui viri non poterant vel æquitate regi, vel virtute defendi, bellis hinc inde ardentibus, Debboram sibi cuius regerentur iudicio cooptarunt. Itaque multa millia virorum vna vidua & in pace rexit, & ab hoste defendit: multi iudices in Israel, sed nulla ante iudex fœmina.* & infrà. *Vidua populos regit: vidua ducit exercitum, vidua duces elegit: vidua bella disponit: mandat triumphos.* rursúmque, *Fœmina iudicavit, fœmina disposuit*; &c. Hæc & plura Sanctus Ambrosius. Certè ita expresse, clare, & prolixe, vt mirum sit, quomodò quærantur explicationes diminuentes verbis eius adeo formalibus.

Itá etiam & clarè S. Hieronymus epist. 10. ad Furiam, *Nobis*, inquit, *ad hoc nominabitur Debbora, quod prophetissa fuerit, & in ordine iudicum supputetur.* & in præfat. in Sophoniam, *Holda viris tacentibus prophetavit* (nempe 4. Reg. 22. à vers. 14.) *& Debbora iudex pariter & propheta, hostes Israel, Barac timente superavit.* Quid clarius?

Itá S. Augustinus 18. ciuit. 15. *Picus regnum primus cepit, iudicante apud Hebræos fœmina Debbora: sed per illam Dei Spiritus id agebat, nam & prophetissa erat.* Vbi non putandum est, quid quid dicant Serarius & Salianus, ob spiritum Prophetiæ, velle S. Augustinum eam non fuisse proprie iudicem; sed solummodò vult eam, vltra potestatem iudiciariam, id habuisse, vt illam simúl haberet cum Spiritu Dei regente coniunctam. Quod de aliis iudicibus asseritur in Scriptura, vt de Othoniele Iudic. 3. vers 10. *Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicavit Israel*. idémque videre est de Gedeone cap. 6. vers. 34. & de Samsone cap. 13. vers. vlt.

Denique, itá Chronic. Alexand. Bed. lib. de 6. ætat. Seuer. Sulpit. lib. 1. Histor. & ex recentioribus Caiet. Ioan. Arboreus lib. 4. Theosophiæ, cap. 25. Alphonsus post B. Brigittæ librum 7. cap. 1. Temporar. lib. 1. pag. 57. Caluis. in Indice Chronolog anno 2614. seu pag. 241. multique alij.

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis: eorumque plurimis ex Scriptura sacra.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM. Petitur a verbis expressis, ipsorúmque circumstantiis, habitis Iudic. 4. à vers. 4. *Erat autem Debbora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore* vers. 5. *Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur inter Rama & Bethel, in monte Ephraim: ascendebántque ad eam filij Israel in omne iudicium.*

Hic primò notanda sunt expressissima verba, quibus dicitur quod *iudicabat populum.* Hoc autem in omni loco illius libri significat iudicare propriè: in nullo vero impropriè; cur ergò non idem in isto significet? Quò venit non contemnendum, quosdam alios reponi inter iudices, de quibus tamen nullibi dicitur, quòd iudicarint, vt de Aod. Item, Abimelech etiam reponi inter iudices, etiamsi cap. 9. vers. 6. & 22. non dicatur iudicasse, sed regnasse seu regem fuisse: & ex historia pateat eum tyrannicè regnauisse.

Deinde notanda sunt illa alia verba, *Ascendebántque ad eam filij Israel in omne iudicium.* Quid enim aptius dici potuisset, vt significaretur eã iudicasse propriè, nisi filios Israel ascendisse ad eam in omne iudicium? Si enim illa *iudicabat populum*, & *filij Israel* iudicabãtur ab ea: vtique non singulares aliqui solùm pro libito, & ad consilium solummodò. Item, si ad *omne iudicium*, vtique non ad solum iudicium ex sapientia, sed ad iudicium etiam ex authoritate. Denique, si omnis populus ad omne iudicium, vtique quia elegerant eam ad hoc officium, actu vel virtute, sicut alios iudices passim in illo libro.

Prætereà, notanda sunt alia verba, quæ comparationem faciunt eius ad alios iudices, tanquam eodem modô iudicantis. Vt illa verba: *Erat autem Debbora, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Per hæc enim, *Erat autem*, &c. *in illo tẽpore*, manifestè declaratur, respectum haberi ad modum quô solebat populus iudicari: & comparationem fieri Debboræ cum aliis iudicibus, tamquam eius, quæ suo tempore iudicabat, sicut illi iudicauerant suis.

Insuper, notandæ sunt aliæ circumstantiæ in quibus rursus fit eius comparatio ad iudices præcedentes. v. g. circunstantia mortis Aod iudicis præcedentis, ad quam populus ad idola deflexit, eúmque propterea Deus seruituti tradidit; circumstantia populi clamantis ad Dominum; & deniq; circumstantia Dei suscitantis Debboram iudicantem, quæ illos liberauit, &c. Hæc describuntur ab initio capitis vers. 1. *Addiderúntque filij Israel facere malum in conspectu Domini post mortem*

*Aod* verſ. 2. *& tradidit eos Dominus in manus Iabin regis Chanaan*, &c. verſ. 4. *Erat autem Debbora propheti, quæ iudicabat populum in illo tempore*, &c. verſ. 6. *quæ misit & vocauit Barac*, &c. *Vade & duc exercitum*, &c. verſ. 15. *Perterruit que Dominus Siſaram & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem in ore gladij ad conſpectum Barac, in tantum vt*, &c. *Et omnis hoſtium multitudo vſque ad internecionem cecidit.* Hæc ſi comparentur in primis ingenere cum verbis illis cap. 2. à verſ. 19. *Poſtquam autem mortuus eſſet iudex, reuertebantur & multo faciebant peiora*, &c. & illis verſ. 16. *ſuſcitauitque Dominus iudices qui liberarent eos*, &c. deinde vero in ſingulis ſeorſum ijs quę traduntur cap. 3. à verſ. 7. de temporibus Othoniel, & à verſ. 12. de temporibus Aod: indubitum erit, Debboram hoc loco dictam iudicaſſe, & liberaſſe, eodem ſenſu quo & illi.

Deinde notanda eſt circumſtantia loci, verſ. 5. *Et ſedebat ſub palma*, quod alij vertunt in palmeto *nomine*: *Rama & Bethel in monte Ephraim.* Certe locus publicus, in quo conſequenter habebatur ſeſſio publica, demonſtrat, iudicem illud fuiſſe exercitum, non ex ſapientia ſolum, adeoque authoritate priuata, ſed ex authoritate publica. Quod confirmatur, ſi comparentur hæc cum ſimilibus, quæ de Samuele traduntur 1. Reg. 2. à verſ. 6. & 15.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab actu exercito authoritatis Debboræ. cap. 4. à verſ. 6. *Quæ miſit, & vocauit Barac filium Abinoem de Cedes Nephtali: dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Iſraël, vade, & duc exercitum in montem Thabor, tolleſque tecum decem millia pugnatorum de filijs Nephtali & de filijs Zabulon.* In his manifeſtum oſtenditur, Debboram vocauiſſe Barac, officium illi tribuiſſe ducis exercitus, ipſúmque adeo ad bellum emiſiſſe; quod cùm ſubtexatur verbis, quibus declaratum fuerat verſ. præcedenti eam iudicem fuiſſe populi: vtique manifeſte oſtenditur eam id fecisse non ex ſola ſapientia, Deique inſpiratione, ſed ſimul ex authoritate quâ pertinebat ad eam vt populi iudicem, de rebus belli diſponere, populumque liberare.

Confirm. CONFIRMATVR. Verſ. 8. *Dixitque ad eam, Barac: Si venis mecum, vadam: ſi nolueris venire mecum, non pergam.* verſ. 9. *Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Siſara.* Hoc loco, quamuis in prioribus verbis videri poſſet, Barac noluiſſe pergere niſi Debbora cum ipſo veniret, quia ſolummodo prophetiſſam eam agnoſcens, ex eius præſentia magis de diuino auxilio confidebat; nihilominùs, tamen in verbis poſterioribus dicitur, futurum, vt ſi Debbora non iuiſſet, victoria Baraco reputata fuiſſet: quia autem venit, propterea Baraco reputata non fuit; ſatis indicatur, quòd ſi Debbora non iuiſſet, victoria Baraco reputata fuiſſet, eò ſenſu quò tribui debet victoria valori ſeu bellicoſitati perſonali alicuius particularis: non autem quò tribui debet authoritati gubernantis; quia autem iuit, ne Baraco tributa fuit, cóſenſu, quò tribui ſolet bellicoſitati perſonali, quia nimirum tota debebatur Debboræ, ratione & authoritatis, & præſentiæ perſonalis. Alias enim ſi Debbora aſſuiſſet ſolum vt propheti ſſa, ſiue vt perſona priuata, & non vt publica: ne victoria quidem ei fuiſſet tributa, ſicut tributa non fuit Samueli, quando 1. Reg. 11. Saûl de Naas Ammonite victoriam reportauit: ſiquidem ibi voluit Saul, vt Samuel ſecum pergeret, nam verſ. 7. *Quicumque non exierit, & ſecutus non fuerit Saûl & Samuelem, ſic fiet bobus eius*: conſequenter Samuel adfuit ei tanquam propheta: & tamen victoria ei tributa non eſt ei.

III. ARGVMENTVM. Petitur ex modo loquendi Scripturæ, quò Debbora comparatur Samgari, & declaratur, deficientibus fortibus in Iſraël, ſurrexiſſe, matrem Iſraël fuiſſe, & per eam Dominum noua bella, id eſt, nouo modo, geſſiſſe, nimirùm per mulierem. Cap. 5. vbi poſtquàm dictum eſt verſ. 6. *In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerunt ſemitæ*: &c. dicitur verſ. 7. *Ceſſauerunt que fortes in Iſraël, & quieuerunt donec ſurgeret Debbora, ſurgeret mater in Iſraël*, verſ. 8. *Noua bella elegit Dominus, & portas hoſtium ipſe ſubuertit*, &c. 3. Arg.

IV. ARGVMENTVM. Petitur ex alio modo loquendi Scripturæ, quô Debboram Baraco & reliquis principibus ſemper anteponit, & maxime poſt victoriam obtentam. Cap. 5. verſ. 1. *Cecineruntque Debbora & Barac filius Abinoem in illo die dicentes*, &c. verſ. 3. loquitur ipſa ſic: *Audite reges, auribus percipite principes: Ego ſum, Ego ſum, quæ Domino canâ, pſallam Domino Deo Iſraël.* verſ. 9. *Cor meum diligit principes Iſraël: qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini.* verſ. 12. *Surge ſurge Debbora, ſurge, ſurge, & loquere canticum: ſurge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abinoem.* verſ. 13. *Saluatæ ſunt reliquiæ populi*, &c. verſ. 15. *Duces Iſſachar fuêre cum Debbora: & Barac veſtigia ſunt ſecuti.* Cùm tamen 1. Reg. 11. verſ. 7. Saul anteponatur Samueli quantumcumque propheta hic fuerit. Signum euidens, Debboram tùm Baraco, tum reliquis, anteponi ratione authoritatis, eidémque hac ratione tribui ſaluationem populi. 4. Arg.

5 Arg. V. ARGVMENTVM. Petitur à modo Scripturæ apponēdi summam annorum temporis illius, post declaratas iudicaturam, & liberationem Debboræ, aliaque reliqua ad eam pertinentia, eodem quô apposuit post declarata similia de Othoniele, & Aod, in præcedentibus, & quô rursū apponit post simi ta de reliquis iudicibus maximéque de Gedeon in sequentibus. Nam cap. 5. vers. vltimo. *Quieuitque terra per 40. annos*: si comparentur hæc cum illis cap. 3. vers. 11. *Quieuitque terra 40. annis*, quæ tribuuntur regimini Othonielis: & illis vers. 30. *Et quieuit terra 80. annis*, quæ tribuuntur regimini Aod. rursúmque cum illis cap. 8. vers. 28. *Quieuit terra per 40. annos quibus Gedeon præfuit*: manifestum erit, ea quæ dicuntur hoc loco de 40. annis, quibus terra quieuit, tribuenda esse similiter regimini Debboræ: eodémque sensu exponenda quô si dictum fuisset, Quieuit terra per 4 . annos quibus Debbora præfuit.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM. Peti potest à speciali authoritate S. Ambrosij, ostendentis Debboram fuisse à populo electam vt ipsum iudicaret. *Cum Iudæi*, inquit, *iudicum regerentur arbitrio, qui virili non poterant vel æquitate regi, vel virtute defendi, bellis hinc inde ardentibus, Debboram sibi, cuius regerentur iudicio, cooptarunt.* Quæ sanè sunt multùm conformia his quæ tradita sunt Iudic. cap. 5. vers. 7. *Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerunt donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel, &c.*

Cæterùm, his si iungas, in nullo Scripturæ loco dici verbis expressis, Barac iudicasse, saluasse, liberasse, vel quid simile, quô inferri possit apertè, Barac iudicem fuisse: vtique probatum videbitur pro hac sententia, non solùm Debboram veram iudicem fuisse: sed solam fuisse iudicem: nullatenùs autē Barac,

3. Sent. Barac verè iudex. III. SENTENTIA. dicit, Barac fuisse etiam iudicē simùl cum Debbora post victoriam.

Ità censendi sunt omnes qui Debboram & Barac simùl in numero iudicum reponunt. vt Massæus, in notulis initio appositis, seu in Kalendario quadruplici, fol. 11. pag. 2. col. 2. & lib. 5. pag. 39. vbi Baraco succedere facit Gedeonem. Item, Funceius pag. 37. col. 1. Mercator pag 31. col. . Genebrardus anno 1191 pag. 90. col. 2. Bucholcerus in indice chron. an. 2632. Torniellus an. 2591. num. 15. & 16. seu pag. 90. & denique permulti alij.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia pluribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Peti potest ex his quæ habentur de Barac Iud. 4. à vers. in quibus habetur specialis vocatio Barac specialis ipsi commissio bella gerendi adeò vt victoria futura esset simul in posterum ei tribuenda, futurus Deus eius ductor, capti vocati sui, saluatio reliquiarum tributa ipsi. vers. 6. *Quæ misit & vocauit Barac, &c. dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Israël, vade & duc exercitum, &c.* vers. 7 *Ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison, Sisaram Principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua, &c.* vers. 9. *Ego quidem [illegible] huius vice victoria non reputabitur tibi, &c.* & v[illegible] *Surge, hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas, ecce [illegible] ductor tuus.* & cap. [illegible] vers. 12. *Surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abinoem.* vers. 13 *Saluatæ sunt reliquiæ populi, &c.* In his enim omnibus, insinuatur, Debboram ibi assumpsisse Barac, consortem in officium deinceps bellorum curam gerendi, populum conducendi: adeò que ipsum iudicandi.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Peti potest ex his etiam quæ habentur de eodem Barac ibid. à vers. 1. in quibus habetur specialis per narrationem cōputatio Barac cum Debbora: maximè verò summa annorum non vni Debboræ soli tributa, sicut in reliquis capitibus tam antecedentibus quam sequentibus anni tribuuntur alicui soli, notante cap. 8. vers. 28. anni 40. quietis soli Gedeoni. vers. 1 *Cecineruntq; Debbora & Barac filius Abinoem in illo tempore dicentes*, vers. 2. *Qui ponte[illegible] tulistis de Israël animas vestras ad periculum, benedicite Domino.* vers 12. *Surge, surge, Debbora, & loquere canticum: Surge Barac, &c.* vers. 15 *Duces Issachar fuere cum Debbora, & Barac: [illegible] gia sunt secuti, &c.* & denique vers. vlt. *Quieuitque terra per 40. annos.* In his enim omnibus, idem rursus (alio licet modô) indicatur quod suprà: nimirùm Debboram iam assumpsisse Barac, consortem in officium deinceps populum regendi, siue iudicandi. Vnde

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Peti potest ex Iosepho, qui, fatente Saliano num. 9. videtur sensisse post redditam populo libertatem, imperium fuisse Debboræ & Baraco commune.

Confirm. Sent. CONFIRMARI posse Hanc Sententiam putauerit aliquis, ex Hebr. 11. vers. 32. *Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem, Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetas, ...* vers. 33. *qui per fidem vicerunt regna, &c.* Vbi [illegible] tur Barac inter iudices recenseri, [illegible] post victoriam. Si enim Barac fuit iudex, cum constet Debboram etiam fuisse iudicem: vtique vel Barac fuit iudex solus, & hoc non, neque enim probabile est Debboram desiisse esse iudicem, quamuis desierit forsan ab actuali exercitio eius, sicut Num. 1,

Moyſes non deſiit eſſe quod erat, quamuis aſſumpti fuerint 70. ſeniores in miniſterium eius, & ſicut Samuel, 1. Reg 8 quamuis aſſumpſerit filios ſuos in miniſterium ſuum: vel fuit iudex ſimul cum ea, & hoc omnino conſequens eſt, ità vt forſan ipſe ſolus, exercuerit actus principatus illius, Debborà vacante magis rebus ſpiritualibus.

VERVM, dicet etiam aliquis, quoniam S. Paulus eo loco Hebr. nullam facit expreſſam mentionem aliquorum ſub nomine iudicum, quin potius miſcet ſimul & reges & prophetas, eoſque refert formaliter ſolum, ſub illa fidei conſideratione, quâ per eam fuerunt fortes, ſicut miſcuerat plurimos alios ſub aliis fidei conſiderationibus, etiam verò verſ. 31. Rahab meretricem, quatenùs illa exceperat exploratores: propterea ex illo loco parum firmari hanc ſententiam.

NIHILOMINVS, valebit hæc confirmatio apud quos libuerit: & ſi quidem probabiliùs voluerit quiſpiam S. Paulum recenſuiſſe Barac tanquam iudicem, etiamſi mentionem expreſſam non fecerit ibi aliquorum ſub nomine iudicum: hoc confirmabit ex eo quòd S. Paulus recenſuerit ſimiliter Dauid inter reges, & Samuel inter prophetas, etiamſi eorum mentionem non fecerit expreſſam ſub nominibus iſtis regum & prophetarum.

2. Confirm. 3. ſent. CONFIRMARI etiam poteſt, vel ex hoc, quòd aliquot authores, quibus debetur honor ſuus, volunt Barac fuiſſe verum iudicem: etiamſi quidem velint eum fuiſſe ſolum iudicem, & non Debboram, quod tamen non eſt probabile.

HIS non obſtabit, quod ait Serarius, non poſſe dici diuiſum inter Debboram & Barac fuiſſe imperium; quia tale nihil vſquàm ſignificetur: ſed potiùs more hactenùs receptò, ad vnum delatam fuiſſe rerum ſummam.

ETENIM id videtur ſufficienter indicatum in Scripturâ, aliaque authoritate, vt aſſeri poſſit abſque temeritate, vel diuinatione. Neque verò mos ille, quô rerum ſumma ad vnum fuit delata, impedit quominùs in aliquo caſu ſingulari, diuerſum aliquid euenerit; ſicut mos ille quô populus ſub tribus ſtatibus, ſemper gubernatus fuit per homines, non obſtat quin 4. Reg. 11. & 2. Par. 22. Athalia fœmina fuerit regina, eiúſque tum regimen, tùm anni regiminis, recenſeantur à Scriptura & à Chronographis in Hiſtoria & Chronologia; & ſicut nil obſtitit quin Samuel conſtituerit ſub ſe filios ſuos iudices.

Ad 1. Arg. 2. ſent. AD I. ARGVMENTVM præcedentis Sententiæ. Reſponderi poteſt, & quidem ad locum 1. Reg. 12. non

A conſtare an per Badan intelligatur Barac. Nam Chaldæus vertit Samſonem quem aliqui, ait Serarius, per Badan intelligunt, quaſi eum voces filium Dan, vel in Dan, quòd ex ea tribu fuerit Samſon. Et certe ſeries hiſtoriæ videtur oſtendere, per eum non intelligi Barac; ſiquidem ponitur is poſt Gedeonem, cùm tamen Barac præcesserit eum. Forte Samſon binominis fuit, & alterò nomine vocatus eſt à Septuag. Interpr. Barac. Deinde, eſto Barac recenſeretur ſub illo nomine, cùm permulti alij non recenſeantur ibidem, nec tamen propterea ſequa-

B tur eos non fuiſſe iudices: ideò ergò ex hoc quòd Debbora non ibi recenſeatur, non ſequitur eam non fuiſſe iudicem. Ad locum autem Hebr. 11. dicitur, imprimis, non conſtare ſimiliter, an S. Paulus recenſeat ibi Barac vt iudicem: an verò ſolummodò vt virum fortem. Deinde, eſto recenſeretur ibi vt iudex, cùm permulti alij non recenſeantur ibidem, nec tamen propterea ſequatur eos non fuiſſe iudices: ideò ex hoc quòd Debbora non ibi recenſeatur, non ſequitur eam non fuiſſe iudicem. Ad vtrumq; rurſùs

C locum, ad plùs inde concludi poſſe, Barac à tempore victoriæ reportatæ contra Siſaram, fuiſſe iudicem. adeóq; iudicem ſimùl cum Debbora iuxta 3. ſententiam: non tamen Debboram nullatenùs fuiſſe iudicem.

AD II. Reſponderi poteſt, Debboram liberaſſe Iſrael à iugo regis Iabin, ità manifeſtum eſſe in Scriptura, vt negari non debeat. Ad hoe autem ſufficere vt author & dux prælìandi, ipſíque prælio præſens fuerit: non autem neceſſarium eſſe vt manu pro- Ad 2.

D priâ præliata ſit, vel etiam ad propriâ manu præliandum apta fuerit. Alioqui multis regibus & ducibus, ſed & multis mulieribus, vt Semiramidi, deneganda eſſent omnia quæ ab Hiſtoricis tribuuntur eis.

AD III. Reſponderi poteſt, quòd ſi Debbora de catalogo iudicum à quibuſdam eximitur, à pluribus & grauioribus longe, & quod maximum eſt, ab ipſamet Scriptura verbis expreſſis, nullâ expoſitione detorquendis, in eo manifeſtè repo- Ad 3.

E nitur.

AD IV. Reſponderi poteſt, Debboram habuiſſe hanc principalem poteſtatem, antè initum cum Siſara prælium, ità etiam manifeſtum eſſe in Scriptura, vt negari non debeat. Neque his obſtare poſſe; Iabin & Siſaram id nullô modô laturos. Nam id ferebant, vel quia forſan ignorabant, qualiter ignoraſſe de ſimilibus iudicibus alios reges in promptu eſt ſuſpicari: vel quia, cùm fœmina eſſet, ab ea pertimeſcendum eſſe non putabant, qualiter de ſimilibus etiam hominibus Ad 4.

mittà seruitutes iudicantibus, alios reges putasse licet suspicari. Denique Debboram habuisse etiam potestatem illam post victoriam: quia nulla ratio dari potest, cur amplius eam non haberet: probabiliter tamen inde habuisse illam aliquandò cum Barac communem.

Ad 5. AD V. RESPONDERI potest, non minùs decens esse potestatem eiusmodi tribuere fœminæ, quam potestatem regiam Athaliæ, de qua constat. 4. Reg. 11. & 2. Par. 22. vel electionem Iudith à Deo factam, quæ populum suum liberaret, de quâ constat toto libro Iudith. Maximè verò cùm Debbora esset prophetissa, Spiritu Dei adeò specialiter induta.

IN HAC diuersitate sententiarum, quid dicendum? Respondeo, secundam sententiam iuxtà priorem sui partem, tertiæ sententiæ iunctam, esse probabiliorem. Authoris resolutio.

VII. DIFFICVLTAS. DE TRECENTIS ANNIS, Quibus filij Israël dicuntur à Iephte Iudic. 11. vers. 26. possedisse terram Galaad, seu terras quas à Moyse acceperant trans Iordanem: Quomodò sint intelligendi: siue cum 480. componendi?

§. 51.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. A deuictò Seon rege Amorrhæorum. Num. 21. à vers. 21. & Deut. 1. à vers. 26. annò nimirum quadragesimò ab exitu de Aegypto, ad tempora Iephte, non inueniuntur præcisè trecenti anni. Nam inclusis annis seruitutum in annis Iudicum, reperiuntur secundùm Genebrardum 270. secundùm Torniellum 267. secundùm veritatem 265. non inclusis autem, reperiuntur secundùm Torniellum, qui seruitutem 18. annorum habitam cap. 10. Iudic. vers. 7. post annos Iair, trahit tamen ad annos eiusdem Iair, & finire facit in Iephte, 337. (dicere debebat 336.) Secùndùm autem illam opinionem, quam infrà dicemus minùs probabilem, non trahentem illos ad Iair, sed facientem incipere post eius annos, adeòq; circà initia ipsius Iephte, 318. Secundùm autem alias opiniones de annis Iosue tribuendis, variè, prout visum est §. 47. sub a. sent. 3. argument. Denique quoquomodò admittatur numerus ille 300. annorum, summa 480. excrescit. Vnde Canus occasionem sumpsit reprobandi modum illum computandi, quò anni seruitutum includuntur in annis iudicum.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Iephte vocasse 300. annos rotundò numerò pro 40. incœptis, siue excurrentibus.

Ità authores omnes, qui annos seruitutum distinctim computant ab annis regiminum iudicum. Quorum probationes, pariterque refutationes, petendæ sunt ex dictis de quæstione illa in superioribus.

2. & ve- [illegible] Authores qui 1. sent. II. SENTENTIA. & verior. dicit, Iephte vocasse 300. annos rotundò numerò pro 3. centenario multùm prouecto 11. vers. 26. pro 3. centenario dicto.

Ita authores omnes qui annos seruitutum includunt in annis regiminum iudicum. In speciali autem pro aliis Genebrardus in Iephte, seu an. 2981. pag. 95. §. Hic se. Gordonus ad Period. 4. cap. 9. num. 9. Torniellus an. 2591. num. 18. post med. & ann. 2849. nu. 3 & Salianus tom. 2. ann. 2849. num. 32.

HANC Sententiam fusiùs explanans Torniellus priori loco, sic ait: Si accuratiùs ille locus perpendatur, magis fauet nobis quam Cano. Siquidem ibi creditur Iephte, quandò respondens Ammonitis dixit, Israëlitas possedisse terram Galaad 300. annis, non curasse tunc exprimere præcisum numerum, sed per exaggerationem, vt fit in fauorem propriæ causæ, dixisse aliquid amplius, & vsurpasse numerum perfectum pro imperfecto; quia tametsi adhuc 300. non essent: ad trecentesimum tamen accedere incipiebat. Quod si reuerà tunc Israël possedisset terram Galaad pluquam 300. annis, nimirū 337. (quod volūt vel ad minus velle debent authores contrariæ sententiæ) non contentus fuisset Iephte dicere 300. sed dixisset 400. annis, vel saltem 330. Simile quid legimus in Euangelio S. Ioann. cap. 8. vers. 56. fecisse Iudæos, quandò altercantes cum Christo dixerunt ei, *Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti.* Sufficere enim eis poterat dicere 35. vel 40. annos nondum habes: & tamen exaggerantes dixerunt, 50. Hæc Torniellus. Declarat.

Similia suo loco Salianus. Inutili se, inquit, hic labore Rabbini vexant, vt notat Genebrardus, vt hunc annorum numerum præcisè inueniant, cùm ab egressione ex Aegypto plures sint, ex deuictò autem Seon rege Amorrhæorum pauciores. Sed

inepti sunt, admodúmque rudes, si nesciunt in istiusmodi colloquiis contentiosis numeros certos pro incertis poni: & quidem plures potiùs, si id ad rem facit, quam pauciores: denique integros referri, fractos omitti. Quod si exactè numerum annorum referre volumus, anni huius index ostendit sextum hunc esse suprà trecentesimum exitus ab Ægypto, & datæ legis in deserto: a deuicto autem Seon, qui victus & occisus est viuo adhuc Moyse, annò vitæ ipsius

A vltimô ducẽtesimum sexagesimum sextum, quæ est chronologia Abulensis, Tornelli, & Lyrani, qui tamen addit vnum annum. Hæc Salianus. In quibus illud aduertẽdum, computationem 300. illorum annorum, nun esse faciendam ab exitu de Aegypto: sed ab anno vltimo vitæ Moysis, seu a deuicto Seone: quia ex tunc solùm, filij Israël possederunt terras, pro quibus ibi disceptatio erat inter Iephte & regem Ammonitarum.

## VIII. DIFFICVLTAS. DE SERVITVTE particulari filiorum Israël, quæ dicitur Iudic. 10. à vers. 7. facta sub Philistinis, & Ammonitis, per 10. & 8. annos: An sit seorsim computanda: vel extendenda ad iudices posteriores: aut trahenda ad anteriores?

§. 52.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Seruitus illa sub Philistinis, & Ammonitis, dicitur facta per 10. & 8. annos. Atqui Iephte qui toto. cap. 11. liberauit Israël, cap. 12. vers. 7. iudicauit tantùm 6. annis. Ergò non potest illa seruitus extendi ad hæc tempora. Sed neque potest ad anteriora. Nam in capitibus præcedentibus nulla mentio fit eius.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, constituendum esse interregnum 10. & 8 annorum, inter Iair & Iephte: nimirùm tot annorum, quot durauit illa seruitus.

Ità Rabbini apud Genebrardum in Iair, seu an. Diluuij 1319. pag. 94. Ità sensisse Iosephum lib. 5. cap. 9. S. Augustinum (seu authorem) q. 49 in Ios. Rabanum, & alios, refert Serarius in Iudic. 10. q. 5. sub num 3. seu pag. 292. At Salianus to. 2 an. 28, 2. num 4. ostendit Iosephum dixisse contrarium. Dicit verò num. 50. B. Augustinum ne vllam quidem verbum de ipso interregno habere: nullum item Rabanum, qui ne huius quidem meminerit seruitutis. Ita autem Tostatus in Iudic. 3. q. 12. & in Ruth 1. q. 3. Ita & se tenuisse in duabus superioribus editionibus suis monet ibidem Genebrardus. Ita denique Serarius ipse loco citato.

Probat. PROBARI potest Hæc sententia argumentò petitò ex fundamento difficultatis, deducto fusiùs isto modo. Hæc seruitus non potest trahi ad tempora anteriora. Nam à cap. 8. vers. 32. & 33. quô Gedeon est mortuus, per alia capita, quibus iudicarunt & mortui sunt Abimelech, Thula, &

B Iair, nullum seruitutis vestigium habetur in Scriptura: & hæc seruitus distinctim describitur post omnes iudices istus. Non potest etiam extendi ad posteriora. Ostenditur ab alia seruitute annorum 40. de quâ dicitur cap. 13. vers. 1. *Rursúmque filij Israël fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthiim 40. annis.* Hæc enim seruitus annorum 40. non potest extendi ad tempora sequentia, sed debet trahi ad anteriora, vt ostendetur fusiùs §. sequenti. Siquidem à cap. illo 13. vsque ad cap. 17. præsertim verò cap. 16. vers. 13. Samson ab ea liberauit moriendo: neque verò post eam, seruitum est sub Heli, nisi forte circà mortem eius, quando capta fuit arca (quô tempore transierant 40. anni à morte Samsonis: per tot enim annos Heli gubernauit) Samson autem gubernauit solùm per annos 20. cap. 15. & 16. versibus vltimis. Ergò 20. anni seruitutis illius annorũ 40. trahendi sunt ad anteriora. Sed hoc rursùm suppositô, seruitutẽ annorũ 18. non posse trahi ad anteriora, ostenditur. Nam reperiendi sunt in anterioribus illis, anni seruitutis 38. nimirùm præter 18. 20. alij ex 40. prædictis. Hoc autem fieri non posse, ostenditur. Iephte iudicauit tantum 6. annos, cap. 12. vers. 7. Abesan 7. vers 9. Ahialon 10. vers. 11. Abdon 8. vers. 14. Hi collecti efficiunt tantùm 31. non 38. Ergò admittendi sunt anni aliqui seruitutis seorsùm, siue aliquod interregnum. Non potest autem commodiùs assignari, nisi annorum illorum 10. & 8.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd in superioribus, nempe. §. 47. sub 2. sententia, statuimus, nullam

seruitutem seorsim, seu nullũ interregnum esse computandum; possé que dari modos commodiores componendi summam annorum 480. Quare,

AD ARGVMENTVM huius sententiæ. Respondetur, tàm annos 20. seruitutis illius 40. quàm 18. istius, vel esse extendendos ad tempora posteriora, vel probabilius trahendos ad anteriora: quod de 20. quidem ostendetur in sequenti §. de 18. autem in subiicienda mox 3. sententia.

*2. Sent.* II. SENTENTIA. dicit, Annos illos 18. extendendos esse ad tempora sequentia: nempe ad Iephte, Abesan, Ahialon, Abdon, & Samson.

Ità Hebræi apud Euseb. & Eusebius ex traditione illorum. Item, Beda, Freculphus, aliique Latini. Ità & ex parte Genebrardus suprà, dicens: At re posteà diligentiùs perspectâ, deprehendi eos contineri annis Iair, & Iephte, cum Eusebio è traditionibus Hebræorum, Bedâ, & Latinis ferè omnibus: vel certè incidere in tempora Iephte, & posteriorum iudicum.

*Probat.* PROBARI potest Hæc sententia, argumentô petitô à primâ parte argumenti præcedentis sententiæ fusius deducta. Seruitus ista narratur simpliciter post iudices præcedentes: qui similiter narrantur sibi inuicem successisse, & mortui esse, absque eo quòd vlla temporibus ipsorum seruitus enarretur. Nam cap. 8. vers. 32. *Mortuúsque est Gedeon*: cap. 9. totò traditur regimen *Abimelech*, & à vers. 53. mors eius: cap. 10. à vers. 1. regimen & mors *Thola*: & à vers. 4. regimen & mors *Iair*: & inter hæc nulla seruitus describitur. Post hæc autem describitur ista quæ est annorum 18. Cum ergò nullum habeatur vestigium, quò indicetur seruitutem hanc incœpisse sub illis iudicibus: vtique trahere illam ad anteriora, videbitur fictum gratis.

*Reijcitur.* CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd eodem cap. 10. post narratam vers. 6. & 7. præuaricationem filiorum Israël, & traditionem eorum in manus Philistinorum, & Ammonitarum, & vers. 8. & 9 afflictionem & vehementem oppressionem eorum per annos 10. & 8. narratur à vers. 10. quomodò clamant ad Dominum & proiiciũt idola, & cap. 11. totò Iephte eligitur princeps, qui deuictis Ammonitis liberat eos. Ergò seruitus illa non potest extendi vltrà tẽpora eius. Imò neque etiam extendi potest, ad vnum vel annum expletum regiminis ipsius. Nam ex toto illo cap. 11. patet eum liberasse illos annô primô, vel ad plus secundô sui regiminis. Consequenter extendi non potest ad tempora iudicum sequentium.

*3. & probabilior sent. anni 18.* III. SENTENTIA. & verior. dicit, Annos illos 18. trahendos esse ad tempora præcedentia; nempe ad tempora Iair qui eodem cap. 10. vers. 3. *Iudicauit Israelem per 20. & 2. annos.* *qui Iudic. 10. vers. 8. trahendi ad anteriora.*

Ità Chronic. Hebr. & Iosephus apud Salian. to. 2. an. 2832. num 4. Ita Massæus lib. 5. pag. 38. & 42. Item, Mercator, Adrichomius, & ex parte Genebrardus supra, dicens: at re postea diligentiùs perspectâ, deprehendi contineri annis Iair & Iephte. Item, Gordonus, Caluisius, aliique multi: & denique ex posterioribus Torniellus an. 2831. & 2849. num. 3. & Salianus suprà à num. 2.

*Probat.* PROBATVR Hæc Sententia duobus argumentis.

*1. Argum.* I. ARGVMENTVM. Petitur ex his quæ dicta sunt in refutatione sententiæ præcedentis. Nam si Iephte liberauit filios Israël temporibus sui regiminis, imò temporibus primis, scilicet annô primô, vel ad plus secundô: seruitus illa non potest extendi ad tempora ipsius, nedùm ad sequentia. Ergo trahenda est ad tempora iudicis præcedentis. Hic autem fuit Iair.

*2. Argum.* II. ARGVMENTVM. Petitur ex cap. 8. vers. 33. *Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filÿ Israel, & fornicati sunt cum Baalim, percusserúntque cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum*, &c. & cap. 10. vers. 6. *Filÿ autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini, & seruierunt idolis Baalim & Astaroth, & dÿs Syriæ ac Sydonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philisthiim, dimiserúntque Dominum, & non coluerunt eum*, vers. 7. *contrà quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim & filiorum Ammon*, &c. Connexio enim veterum peccatorum per culturam Baalim, & nouorum per culturam Astaroth, ac cæterorum, ostendit seruitutem istam euenisse illis, ob peccata incœpta post Gedeonem, per seruitium Baal, & hucvsque continuata per seruitium aliorum deorum. Ergò & potiùs trahendam esse ad tempora Iephte anteriora, retrorsùm versùs Gedeonem.

DICES. Seruitutem hanc narrari à vers. 6. postquàm narrata fuerunt à vers. 3. regimen, mors, & sepultura Iair: non ergò videri trahendam ad tempora eius, sed constituendam seorsim, inter tempora ipsius, & tempora iudicis sequentis, qui est Iephte.

RESPONDETVR. Multa quæ traduntur ibi de Iair, à vers. 3. & præsertim mortem eius, dici per anticipationem Scripturæ solitam, quâ notum est tradi sæpissimè omnia quæ pertinent ad aliquod regimen, vel ad alicuius vitam, continuatâ serie, quâ non obstante resumuntur aliqua post, quæ pertinent ad eadem tempora per recapitulationem. Sic seruitus illa resumitur post narratam mortem eius, tanquam aliquid perti-

annis ad tempora re[illegible] Atque ita [illegible] et Salianus num. 5.

Obiect. OBIICITVR contra Hanc Sententiam, dici de Iair cap. 10 vers. 4. *Habens [illegible] filios eden[illegible] super 30. pullos asinarum, & [illegible] 30 ciuitatum, quae ex nomine eius sunt appellatae Hauoth Iair, id est, oppida Iair, [illegible] praesentem diem, in terra Galaad.* Atqui [illegible] uitus &, oppressio Ammonitica 18. annorum, praecipue [illegible] in terra Galaad. Quis ergo credibile [illegible] tot tempora iudicis adeo potentis: quem credibile [illegible] potius est Ammonitas non [illegible] regnare?

Respons. RESPONDETVR. Sicut reliqui iudices non libertanies populum, regebant tanquam subditi dominantibus [illegible] talia possedisse, simulque iudicasse, sub eorum imperio, nutuque, vel eorum nomine, vel saltem vt tributarius.

Ad Arg. 1. Sent. AD ARGVMENTVM sententiae praecedentis Respondetur, narrari quidem illa omnia absque mentione seruitutis: non tamen absque mentione causae seruitutis: ex qua causa colligitur mentionem quae de illa seruitute fit post talia, referendam esse ad praecedentis, & cito nulla fieret mentio vtriusque intra narrationes illas: tamen ex his quae habentur cap. 11. hoc [illegible] sufficienter.

## IX. DIFFICVLTAS. DE SERVITVTE particulari filiorum Israel, quae dicitur Iudic. 13. vers. 1. facta sub Philistinis, per 40. annos: An sit seorsim computanda: An verò pro 20. annis posterioribus extendenda ad iudices posteriores Samsoni, nempe ad Heli: vel pro 20. prioribus trahenda ad anteriores?

§. 53.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS iam visum §. praecedenti, hoc est. Cap. 13. vers. 1. seruitus illa durauit 40. annis. cap. 16. & 17. versibus vltimis Samson iudicauit solummodò 20. annis. Aut ergò seruitus illa computanda est seorsim: aut sunt 20. anni eius posteriores extendendi ad tempora posteriora: vel 20. anteriores trahendi ad anteriora.

Quidam, ait Salianus, an. 2860. num. 2. rei difficultate deterriti, nullam seruitutis huius in annis digerendis rationem habuerunt, vt Mercator & alij.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Seruitutem illam annorum 40. sub Philistinis, esse seorsim computandam.

Ità sentire Iosephum lib. 5. cap. 10. contendit Serarius ad cap. 3. Iudic. q. 1. seu pag. 553. postmed. dubitare videtur Salianus an. 2860. num. 2 vbi de Iosepho dicit: Qui cum velit suos ab hac seruitute ope Samsonis liberatos, vel interregnum annorum 20. inter Abdonem & Samsonem admittit: vel 20. annos ad an[illegible] refundit. At verò Serarius [illegible] verba Iosephi, tùm Graece, tùm vt hic habent Latines *Post hunc Abdonem mortuum Philistini potiuntur Israelite, & tributa ab eis accipiebant annos 40.* Ex his posterioribus verbis *tributa ab eis accipiebant annos 40.* videtur satis manifestum, Iosephum seorsim computasse hanc seruitutem à regimine Abdonis & Samsonis; estque, consequens ex dictis in superioribus de eodem Iosepho, computante pro hac Periodo iuxtà codices ipsius, quos incorruptos rebantur Torniellus & Salianus, annos 592. Ità & cum Iosepho Serarius: etiamsi Salianus videatur eum reponere sub authoribus sequentis sententiae; sed manifesta sunt eius verba. Textum igitur, inquit, quoad grauior aliqua nos ab eo deturbet causa, meliorémque suggerat interpretationem, teneamus, & dicamus, vti post Abdonem Israelitae peccarunt, sic & post eundem, sextae eius seruitutis iugo diuinitus pressos ac punitos esse. Et vt pateat, eum sic intelligere, vt seruitus illa durauerit tota inter Abdonem & Samsonem, haec addit: Idq; clarius inquit, affirmat verbis Iosephus lib. 5. cap. 10. post quod refert illa tàm Graecè quàm Latinè Serarius.

Contra. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit in singulari, ex his quae dicta sunt contrà eam in generali §. 47 quod seruitus haec non possit computari seorsim ab annis regiminum, quin locus 3. Reg. 6. de annis 480 ab exitu de Aegypto ad fundatum templum Salomonis, inferatur corruptus. Hoc autem fuit reprobatum: estque omni modo reprobandum, propter Vulgatam editionem caeterasque omnes ei similes

2. Sent. II. SENTENTIA, dicit, 20. annos seruitutis illius 40. extendendos esse ad tempora posteriora, scilicet ad tempora Heli.

Ita sensisse Iosephum & Serarium ex parte

putabat suprà Salianus. Ità autem sensit Eusebius in Chronico, Seuerus Sulpit. lib. 1. Histor. Tostatus q. 2. Lyran. 13. Iudic. Masseus lib. 5. pag. 38. & Genebrardus in Iair, seu an. Diluuij 1319. pag. 94.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à seriè narrationis. Nam Iudic. 13. vers. 1. Seruitus ista narratur post narratas historias Iephte, Abesan, Ahialon, & Abdon, & sub initia historiæ Samson. Ergò initia seruitutis huius, pertinent ad initia historiæ Samson. Atqui cap. 16. vers. vlt. Samson iudicauit solummodo 20. annis, & hæc seruitus durauit 40. [illegible] 20. anteriores seruitutis huius pertinent ad Samson, & 20. posteriores ad Heli, qui successit Samsoni.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur, ex [illegible] quod Samson non liberauit Israël. Nam Scriptura non dicit Samsonem liberasse Israël, sed tantummodò cap. 13. vers. 5. *& ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum*: & vt dicit Genebrardus in Samsone, Terra sub eius magistratu non dicitur quieuisse, vt sub Othoniele & Aod. Ergò constat 20. annos seruitutis fuisse actos sub Sãsone. Porrò antè Samsonem, & à temporibus Iephte, nulla fit mentio seruitutis sub 4. iudicibus: post Samson autem contrà. Nam sub Heli, Samuele, & Saüle, vsque ad Dauidem, filij Israel multa bella habuerunt, & victi sunt, vt patet cum arca fuit capta sub Heli, cùm Saul occisus fuit, &c. Hæc verò bella suscipiebant, vt se a seruitute liberarent, & speciatim cùm Samuel vngit Saulem, sic dicit ei 1. Reg. 10. vers. 1. *Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt.* Ergò consequitur 20. alios annos fuisse actos, non antè, sed post Samsonem, adeóque sub Heli.

3. & probabil. ot. Anni [illegible] III. SENTENTIA. & verior, dicit, 40. annos seruitutis illius [illegible] trahendos esse ad tempora anteriora: scilicet, ad Abesan, Ahialon, & Abdon.

Ita sensisse Iosephum & Serarium ex parte putabat, suprà Salianus. Ità autem S. Ambrosius lib. 9. epist. 1. Ita & Torniell [illegible] ann. 2860. à num. 1. & cum eo Salianus loco citato; præsertim num. 6. consequenter incipientes annos illos 40. ab anno sexto regiminis Abesan.

[illegible] PROBATVR Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex [illegible] quòd seruitus illa incœperit ante conceptionem & natiuitatem Samson, durauerit que per totam eius vitam, seu per totum [illegible] men eius, vsque ad ipsius mortem, ostenditur. Nam cap. 13. à vers. 2. *Erat autem quidam vir de Saraa, & de* [illegible] *nomine Manue, habens vxorem* [illegible] *apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam*, &c. *concipies, & paries filium*, &c. [illegible] *liberare Israel de manu Philisthinorum.* vers. 8. *Orauit itaq; Manue Dominum, & ait* [illegible] *doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est.* & vers. 12. [illegible] *sermo tuus fuerit completus, quid vis vt faciat puer*, [illegible] *bit.* vers. 24. *Peperit* [illegible] *filium, & vocauit nomen eius Samson* [illegible] *vers. 25. cœpitque Spiritus D*[illegible] *in castris Dan.* Hæc loco [illegible] verba [illegible] *Israel* [illegible] priusquam conceptus esset, nedum [illegible] creuisset, Spiritu Domini [illegible] sed solummodò quando [illegible] ostendunt manifestè seruitutem illam iam inceptam fuisse ante ipsius [illegible].

Cap. 14. cùm Samson [illegible] inter Philisthæos, de hoc dicitur vers. 4. *Parentes autem eius nesciebant, quod* [illegible] *Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthiim, eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli.* cap. 15. postquam vers. [illegible] dit Philisthæos, illi verò ideo [illegible] terram Iuda, & in ea castrametati [illegible] vers. 10. *Dixerunt ad eos de tribu Iuda: Cur ascendistis aduersum nos? Qui responderunt, vt ligemus Samson venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est*: addit vers. 11. *Descenderunt ergò tria millia virorum*, &c. *dixeruntque ad Samson: Nescis quod Philisthiim imperent nobis: quare hoc fecisti?* & vers. vlt. *Iudicauit Israel in diebus Philisthiim viginti annis.* In [illegible] Philisthiim, hæc significat ex prædictis [illegible] bus quibus Philisthiim iam dominabantur.

Cap. 16. includitur in ciuitate Gaza, [illegible] verò portas ciuitatis fert humeris ad verticem montis. Item, ligatur, excæcatur, ac tandem moritur. Per hæc rursum ostenditur, quod iam Philisthæi, tàm ipsi, quam Israeli, dominabantur.

Itaque cùm seruitus illa inceperit ante ortum eius, & durauerit per totum principatum ipsius: neque verò is iudicare potuerit, quin fuerit ætate [illegible] iudicauerit autem tantum per 20. annos [illegible] seruitium est annos illos [illegible] sub iudicibus præcedentibus.

CONFIRMARI potest [illegible] verbis [illegible] [illegible] *filij Israel* [illegible] *Domini* [illegible] 40 *annis* [illegible] tempore [illegible] Per hoc [illegible] quod [illegible] illa inceperat antequam Samson conciperetur. Ergo incœperat illa [illegible] iudicibus antecedentibus. Confirm.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quod seruitus [illegible] Samson

nis: siue Samson ab eâ liberauerit annô suæ mortis, adeóque vigesimo sui regiminis. Nam cap. 16. vers. 27. *Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusque sexus.* vers. 30. *cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem quæ ibi erat: multóque plures interfecit moriens, quam ante viuus occiderat.* Quibus verbis, ait Torniellus, profectò insinuatur tunc Philistæos, ex clade in qua *omnes* principes ipsorum perierant, adeo fuisse debilitatos, vt deinceps non potuerint amplius (vt consueuerant) dominari Hebræis, vsque ad postrema ducatus Heli tempora, quando rursùs roborati intulerunt bellum Israeli. Salianus item, num. 3. Cùm moriente Samsone, inquit, *omnes* principes Philistinorum occisi fuerint, præter multorum millium stragem, certè dominationis nervos incisos fuisse oportet, neque ad plures annos in Philisthinis inuentos, qui cum authoritate, consiliô, viribus, Israëlitarum seruitus continuari posset, sed in lucro posuisse potius, quod in eos Israelitæ non inuolarent.

1. Confirm. CONFIRMATVR 1. ex eo quòd, à morte Samsonis, inquit Salianus, totis 40. annis, quibus Heli Reipublicæ præfuit, nulla fit à Scriptura mentio seruitutis: sed in eius morte duntaxàt, vt constat ex 1. Reg. 4. vbi nempe dicitur à Philistæis vers. 9. *Confortamini, & estote viri, Philisthiim: ne seruiatis Hebræis, sicut ipsi seruierunt vobis.* Vtique per hoc indicantes, ait Torniellus, præteritam fuisse illam 40. annorum seruitutem, quę (vt dictum est) in obitu Samsonis desierat. Imo, ait Salianus, ibi Historia repræsentat, non populum seditione factâ seruitutem excutere volentem, sed populos duos viribus suppares, sub suis vtrumque principibus ac magistratibus depugnantem, vnde Philisthæi de dominatione præterita, non præsente loquuntur, *sicut & illi seruierunt vobis*, seruisse dicuntur non seruire.

2. Confirm. CONFIRMATVR 2. Quia mortuô Samsone, inquit Salianus num. 4. non bellator aliquis in eius suffectus est locum, qui Iudaicam Rempubl. aliquò modô sustentaret, sed Heli sacerdos sexagenarius. Accisis enim Philistæorum viribus, omnibus eorum principibus trucidatis ruinâ domus atque contritis, facile regendæ Reipubl. & summo sacerdotio administrando vnus idémque Heli par esse potuit, &c. Non rectè igitur posteriores 20. anni seruituti ad tempora Heli referuntur, quod sine vllo Scripturæ testimonio asseritur, nec vlla probabili coniecturâ doceri potest, Hebræos in medio pontificatus Heli à seruitute liberatos, nec vindex huius libertatis quispiam proferetur: imò nec vlla vexatio præter bellum quod postremô anno Heli contra Philistæos parum feliciter gestum est. Itaque Samson morte sua non sine mysterio populi sui seruitutem extinxit.

Pergit ad conclusionem Salianus. Cùm ergò, inquit, huius seruitutis finis stabilitus esse videatur, nec Scriptura, quæ ab exitu ex Ægypto ad templi Salomonici fundationem annos 480. numerat, vllum Interregnū inter iudices inseri patiatur, necesse est 20. priores huius seruitutis annos ad Abdonem, Abialon, & Abesanum, referre.

Et infra num. 6. Initium ergò seruitutis huius, quę 40. annos tenuit, ad sextum Abesani annum referri debet, à quo vsque ad Samsonis mortem anni 40. numerantur. Abesani videlicet 2. (reliqui enim 7.) Ahialonis 10. Abdonis 8. & 20. Samsonis. Hactenus ex Saliano.

Obiect. DICES. Omnia illa quæ narrantur toto cap. 13. narrari post regimina & mortes iudicum præcedentium, Abesan, Ahialon, & Abdon. Cum ergò seruitus illa narretur inter iudices illos, & conceptionem Samsonis: propterea videri potius constituendum ibi esse interregnum 40. annorum ante iudicaturam ipsius.

Respons. RESPONDETVR. Omnia illa cap. 13. narrari per recapitulationem: sicut & ea quæ dicta sunt in difficultate præcedenti. Quod primùm necesse est fateri, suppositô nulla esse admittenda interregna ex §. 47. Deinde habetur manifestè quid simile de Iephte, ac de Samsone cap. 11. vbi vers. 2. resumitur, quomodò *Galaad* pater Iephte *habuit vxorem de qua suscepit filios*, & cætera quæ latius ibi. Vnde meritò Salianus suprà num. 6. Neque vero, inquit, Scriptura quæ narrat Israelitarum præuaricationem post expositam Abdonis mortem, propterea affirmat eam tùm contigisse. Non enim vllam temporis mentionem facit. Habuitque propositum tres illos iudices, de quibus perpauca tradebat, percensendo coniungere, antequam res Samsonis inchoaret, quas totis deinceps 4. capitibus, nullâ aliâ narratione interpositâ persequeretur. Eas autem inchoauit ab ipsa Hebræorum perfidia, pro qua punienda Philistæi suscitabantur, & simul Samson ad eam finiendam destinatus, promittebatur. Hæc egregie Salianus. Vnde

Ad 1. Arg. 1. sent. AD I. ARGVMENTVM Sententiæ præcedentis. Respondetur, ex dictis seruitutem illam, & initia historiæ Samsonis, ibi narrari per recapitulationem: sicut ea quæ de præcedentibus iudicibus dicta fuerunt, per anticipationem.

Ad 2. AD II. Respondetur, illa verba significare Samsonem liberaturum esse Israelem verè: non tamen ità, quin aliquando Philisthiim rursus insurgerent, donec tandem à Dauide penitus subuerterentur: Israëlitas

autem, non propriè ſeruiſſe ſub iudicibus ſequentibus: ſed Philiſthæos aduerſum eos inſurgentes quandóque viciſſe, quandóque deuictos fuiſſe, donec tandem à Dauide ſubiecti fuerint penitùs. Vnde id quod Sauli dicitur, *liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius*, idem eſt ac, defendes eos, & impedies ne incidant in captiuitatem eorum. Nam ideo ſubditur, *qui in circuitu eius ſunt*: non autem qui nunc dominantur.

CÆTERVM, quia hic finit liber Iudicum: propterea videtur meritò nunc agendum de hiſtoriis, quæ habentur in fine libri ſibus a cap. 17.

## X. DIFFICVLTAS. DE HISTORIIS, QVÆ narrantur in Libro Iudicum, poſt mortem Samſonis, à cap. 17. vſque ad finem Libri: Quibuſnam temporibus ſint aſſignandæ?

§. 54.

Fundam. diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS eſt hoc. In fine lib. Iudic. narratur poſt mortem Samſonis, cap. 17. hiſtoria *Michæ*: cap. 18. hiſtoria *Tribus Dan*, quærentis poſſeſſionem, & inuadentis vrbem Lais: & cap. 19. 20. & 21. hiſtoria *vxoris Leuitæ illius*, & cædis propter eam vniuerſæ fere tribus Beniamin.

Porrò, non ſolùm hæc narrantur poſt mortem Samſonis: ſed etiam ſic incipit caput 17. verſ. 1. *Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas.* Hoc ità ſubiectū immediatè morti Samſonis, inſinuare videtur, hiſtoriam illam, immediatè poſt mortem eius fuiſſe tranſactam, & reliquas conſequenter. Hæc autem dicent plura tempora, quam quæ fuerunt computata.

Item, vbique dicitur non fuiſſe tunc regem ſeu iudicem in Iſrael. Nam cap. 17. verſ. 6. *In diebus illis non erat rex in Iſraël, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat.* cap. 18. verſ. 1. *In diebus illis non erat rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeſſionem ſibi, vt habitaret in ea: vſque ad illum enim diem inter cæteras tribus ſortem non acceperat.* verſ. 31. *In diebus illis non erat rex in Iſrael.* cap. 21. verſ. vlt. *In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat.* Hæc autem videntur intelligenda de diebus quibuſdam, in quibus nullus erat dux aut iudex: adeoque poſt tempora iudicum omnium memoratorum illô librô: conſequenter plura, quàm fuerunt computata.

1. Sent. I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, hiſtorias illas aſſignandas eſſe temporibus inter Samſonem & Heli.

Ità R. Dauid Kimchi in 4. Ezech. & R. Moſes in Miſna. ideò nempe, quia conſtituunt interregnum inter Samſonem & Heli. Item, in ſingulari pro Hiſtoria Michæ Serarius in Iud. 18. q. 14. ſeu pag. 572. Vbi & refert Authorem qq. vet. Teſtam. Ariam Montanum, Ioan. Baptiſtam Gramaner: è Nouatoribus Munſterum, Petrum Martyrem, & Vermilium. Ex conſequenti autē idem dicit de aliis, ad cap. 18. q 6 ſeu pag. 579. excepta hiſtoriâ Leuitæ, cuius tempus dicit incertum eſſe.

Probat. PROBAT hanc Sententiam Serarius, duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur Ab ipſa, inquit, in textu narrationis ſerie, quæ hiſtoriam hanc Samſonis morti ſtatim ſubiicit: neque vel hoc vel ſequenti capite, vllum aut verbulum, aut ſyllabam apponit, vnde aliud vllomodò queat tempus colligi.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Noſtri, inquit, authoritas Interpretis, qui hanc exorſurus hiſtoriam, licet in Hebræo, Chaldæo, & Septuaginta, tēporis mentio nulla ſit, dixit, *Fuitque eo tempore vir quidam.* Neque enim aptum videtur quod antè q. 5. ait Abulenſis, *hoc ad totum librum referri*, quaſi dictum foret, *eô tempore quo fiebāt quæ in hoc libro ſcripta ſunt.* Hæc Serarius. Vbi obiter non omittendum, cum in referendis verbis illis cap. 17. verſ. 1. *Fuit eo tempore*, habere particulam coniunctiuam, *que*, quę non habetur in Bibliis ſacris, ſaltem in Bibliis correctis Vulgatę editionis.

Reijcitur 1. CONTRA HANC SENTENTIAM. Facit I. apud Salian. to. 2. an. 2622. num. 3. quantùm ad hiſtoriam *Michæ*, quæ priore locô recenſetur, quòd eam Scriptura teſtetur contigiſſe ſub Ionathan filio Gerſam filij Moyſis: nempe cap. 18. verſ. 30. *Poſueruntq; ſibi ſculptile, & Ionatham filium Gerſam, filij Moyſi, ac filios eius, ſacerdotes in tribu Dan*, quicquid in eum locum Hebræi comminiſcantur. Non poteſt autem poſt Samſonis tempora, vt à Scriptura collocatur, cōtigiſſe: niſi aut Gerſam, aut filium eius, plus 300. annis vixiſſe fateamur.

2. FACIT II. apud eundem, quantùm ad hiſtoriam illius *Leuitæ*: quòd eam pariter Scriptura teſtatur contigiſſe ſub pontificatu Phinees, nimirùm cap. 20. verſ. 27. *Eo tempore ibi erat arca fœderis Dei*, verſ. 28. *& Phinees*

*filius*

*filius Eleazari filij Aaron, pr positus domus:* Quem propterea, inquit Salianus, ineptissimi Rabbini vltrà 300. annos, siue vt numerat Abulensis, 375. vitam propagasse fabulantur: ità eis placet in turbanda vera chronologia duplici raciope intanire.

Confirm. CONFIRMATVR omninò secunda hæc refutatio, quantùm ad historiam illius *Leuitæ*, quòd cap. 20. à vers. 1. *Egressi itaque sunt omnes filij Israël, & pariter congregati, quasi vir vnus, de Dan vsque Bersabee, & Terra Galaad, ad Dominum in Maspha*: vers. 2. *Omnesque anguli populorum, & cunctæ tribus Israël in Ecclesiã populi Dei conuenerunt, quadringenta millia peditum pugnatorum*, &c. & vers. 17. *Virorum quoque Israël, absque filiis Beniamin, inuenta sunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam.* Ecce ex parte reliquarum tribuum 400000. virorum armatorum. Et versibus præcedentibus, nempè à vers. 15. *Inuentique sunt viginti quinque millia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaad*, vers. 16. *qui septingenti erant viri fortissimi, ità sinistrã vt dextrã præliantes: & sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.* Præterea soli 25000. viri Beniamin erant adeò bellicosi, vel animosi, vt ausi fuerint ter manus cum 400000. conserere, bisque ac ferè ter eos deuicerint, sicut narratur eodem cap. à vers. 20. Denique cap. 21. à vers. 8. aliæ tribus mittunt decem millia virorum robustissimorum, qui percutiunt Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorum, & abducunt 400. virgines tradendas in vxores filiis Beniamin. Quis autem credat Israelitas temporibus Samson, ad tot armatorum centena milli, necnon à tot regionibus conuenire potuisse, tantáque præstare, & tamen paulò antè sub seruitute Philistinorum extitisse, neque verò resistere potuisse tribus eorum millibus, imò denique per vnicum Samsonem tantùm aduersus eos aliquid actum aut tentatum fuisse? Nec obstat in quibusdam Bibliis haberi pro filiis Israël, non quadringenta millia, sed tantummodò quadraginta millia. Nam & illa Biblia fuisse corrupta, per se patet, non solùm propter Vulgatam Editionem correctam, sed etiam propter regiones è quibus accersitos illos fuisse describitur, & denique ex agnoscendâ proportione quòd si sola tribus Beniamin, reliquarum minima, potuit educere 25000. pugnatorum, quomodò reliquæ simùl omnes congregatæ quasi vir vnus, non eduxissent pluis quàm 40000? At hôc etiam numerò solùm positô, manet adhuc idem semper inconueniens. Nam 65000. robustorum adeò pugnatorum, potuissent vel iugum excutere, vel saltem excutiendum tentare.

A FACIT III. Quantum ad Historiam *tribus Dan*: imprimis, quòd eadem sit ratio illius, ac historiæ *Michæ*, scilicet quod Scriptura, dùm illas simùl colligat in persona Michæ, testetur eam æquè ac historiam Michæ euenisse temporibus Ioathan, filij Gersam, filij Moysis. Nam cum agit de exploratoribus illius tribus Dan cap. 18. vers. 2. ad vers. 31. sic ait vers. 2. *Qui cùm pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ*, &c. & de 600. illis viris qui cœperunt vrbem, ac regionem illam, Lesem, siue quàm volunt eandem cum Lais, à vers. 13. *Cùmque venissent in domum Michæ*, &c. Igitur euenit illa historia eôdem tempore, quô historia Michæ. Quòd si historia Michæ non potuit euenire post Samsonem: vtique neque illa historia tribus Danicæ. 3.

B

Deinde, quòd nullomodò sit credibile, tribum Dan mansisse tot annis abique possessione sua, vel saltem reliquâ eius parte inter cæteras tribus à tempore partitionis terræ sub Iosue. Cù potius exprese in lib. Ios. cap. 19. à v. 47. *Ascenderúntque filij Dan, & pugnauerunt contrà Lesem*, (hæc est quã volũt Iudic. 18. dici *Lais*) *cœperúntque eam: & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt, & habitauerunt in ea, vocãtes nomen eius Lesem Dan, ex nomine Dan patris sui.* vers. 48. *Hæc est possessio tribus filiorum Dan, per cognationes suas, vrbes & viculi earum.* Et quãuis hoc ibi narretur per anticipationem, sicut & illa quæ superiùs notata sunt §. 48. de tribu Iuda à cap. 13. vers. 14. & cap. 15. vers. 14. &c. tamen cùm iisdem temporibus tribus Iuda, Simeonis, & reliquæ, acceperint partes suas, vt describitur Iudic. cap. 1. totô: hæc autem tempora non fuerint post Samsonem, sed vt dicitur Iudic. 1. vers. 1. *Post mortem Iosuè*, & ex cap. 3. antè Othonielem: vtique idem videtur dicendum de tribu Dan, quòd scilicet non expectauerit accipere reliquam suæ sortis partem post Samsonem.

C

D

CONFIRMATVR Hæc Refutatio, ex Iudic. 1. vers. 34. *Arctauitq; Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent*: vers. 35. *habitauitque in monte Hares, quod interpretatur Testaceo, in Aialon & Salebim.* Cùm enim hæc narrentur post captas sedes ab aliis tribubus totô capite illô, insinuatur tribum Dan extunc aliquas sedes aggressam esse & obtinuisse. Cõsequenter, quia ab Amorrhæis prohibebatur quin ampliaret illas ad ipsorum partes, paulò post diuertisse ad opposita, vbi nimirum etat vrbs illa Lesem, & vbi posteà semper habitarunt, noménque Dan imposuerunt. Confirmabitur magis infrà, sub 3. sententia. Confirm.

E

Ex his omnibus, ac præsertim ex duabus primis refutationibus, videre est quàm im-

meritò dixerit Serarius, neque vel hoc (17.) vel sequenti capite, vllum aut verbulum, aut syllabâ, apponi, vnde aliud vllomodo queat tempus colligi, nimirùm quàm tempus post mortem Samsonis: quam immerito magis materiam hanc fusioribus tractans commẽtariis, nihil tamen egerit de locis istis mentionem facientibus Gersam filij Moysis, & Phinees filij Eleazari.

4. FACIT IV. rursùs apud eundem Salianum, quantùm ad illa verba, *Non erat rex in Israel*: Notatur etiam, inquit, in vtràque historiâ (Michæ, & Leuitica: sed addendum & Danica) tempus illud anarchiæ, quò cùm non esset princeps in Israël, qui criminum vindex exurgeret, quisque suô viuebat arbitratu: proptereaque non habuit Leuites ille, tantò scelere violatus, quem appellaret iudicem, sed apud omnes seorsim tribus de suâ iniuriâ nõ tam verbis, quàm factis ipsis, expostulauit. Quod nulli rectiùs quam huic tempori congruit, quod Iosuë mortem excepit, & corruptissimum fuisse Iosephus ipse confitetur. Sic Salianus.

Confirm. CONFIRMATVR ab iisdem illis verbis *Non erat rex in Israel*, adinuicem comparatis, & suppositâ primâ, vel etiam secundâ historiâ. Nam illa verba proferuntur æquè pro tribus historiis, v.g. Pro historiâ *Michæ*, cap. 17. vers. 6. *In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat*. Pro historiâ *tribus Dan*, cap. 18. vers. 1. *In diebus illis non erat rex in Israel*. & vers. vlt. *In diebus illis non erat rex in Israël*. Pro historiâ *Leuitæ*, cap. 21. vers. vlt. *In diebus illis non erat rex in Israël, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat*. Per hæc verba certe videtur satis manifestum, tres illas historias ad eadem tempora pertinuisse. Quod si prout probatum est, historia Michæ, necnõ historia tribus Dan, non pertinuerunt ad tempora post Samsonem: vtique idem manet verum pro historiâ Leuitæ: sicque trium illarum neutra pertinet ad tempora post Samsonem.

Ad 1. Arg. 1. Sent. & 1. 3. punct. Fundam. Diffic. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ, adeóque I. & III. punctum fundamenti Difficultatis. Respondetur, Historias illas ibi fuisse narratas per hysterologiâ. Cuius causam satis idoneam tradit Salianus num. 5. Quòd earum scriptor noluerit res à iudicibus gẽstas, longioribus hisce narrationibus aut inchoare tardius, aut iam inchoatas interpolare: sed seorsim absolutis eorum gestis, fusius explicare maluerit. Quæ etiam causa fuit cur Historia Ruth, quæ tempore vnius iudicis contigisse dicitur cap. 1. vers. 1. (& hoc probabilius sub Abimelech) seorsim libellô separatô edita fuerit.

Ad 2. Arg. & 2. punct. Fundam. AD II. proindéque II. punctum fundamenti Difficultatis. Respondet Genebrardus illa verba, *eo tempore*, non haberi in Hebr. Chald. & Sept. esséque interposita à nostro interprete: quòd haud dubiè illa existimaret statim contigisse mortuô Samsone, per interregnum inter ipsum & Heli, non sub Othoniele. Confut. Respons.

Reiicitur. Respons. VERVM parùm prudenter parùmque examinate sic respõdet Genebrardus. Nunquid enim potius est interpretem nostrum interiisse ista verba, *eo tempore*: quàm originalia continere, ipsúmque retinuisse, ro in locis illa similia, *In diebus illis*? Quod autem dicit Genebrardus, absque dubio interpretem nostrum æstimasse, hoc absque dubio profert ipsemet ex diuinatione; vnde enim hoc illi constat? Quare,

2. Respons. RESPONDETVR ex Tostato, verba illa, *eo tempore*, vt similia ista, *In diebus illis*, intelligẽda esse cum debita relatione ad alia tempora. Nec est perpetuum, ait Salianus num. 4. vt huiusmodi verba referant tempora immediatè præcedentia: sed multùm etiam remota. vt Gen. 21. nempè vs. 22. *Eodem tempore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham*, &c. quòd manifestum est non esse referendum ad ea quæ immediatè dicta sunt de Ismaële vers. 20. *Et fuit cum eo* (Deus) *qui creuit, & moratus est in solitudine, factúsque est iuuenis sagittarius*. vers. 21. *Habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua vxorẽ de terra Aegypti*: sed ad ea quæ superiùs dicta sunt, vel de Isaac ab initio capitis, saltẽ à vers. 8. *Creuit igitur puer & ablactatus est*, &c. vel de eodem Ismaële, seu eiectione eius à vers. 9. Subdit Salianus: Et Ecclesia perpetuò ea verba, *In illo tempore*, scilicet in euangeliis recitandis, & *In diebus illis*, nimirùm in epistolis, & similia, indefinite solet accipere, quod & in hoc libro passim occurrit. Sic ille. Imo longe similia plurima in ipsismet Euãgeliis, vt Matth. 3. vs. 1. *In diebus autem illis venit Ioannes baptizans, prædicans in deserto Iudeæ, & dicens: Pœnitentiam agite*, &c. quæ non esse referenda etiam ad vlla habita cap. 1. & 2. constat, quia in primo traditur conceptio Saluatoris, & in secundo natiuitas eius, adoratio per Magos, fuga in Ægyptum, & reuersus ab Ægypto, à quo reuersu ad prædicationem Ioannis, triã fluerunt 23. 24. aut etiam 25. anni. Vide cap. 12. vers. 1. *In illo tempore abiit Iesus per sata sabbatho*. cap. 14. vers. 1. *In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu*. Vide Marc. 8 vers. 1. Luc 2. vers. 1. &c. quibus in locis phrases illæ non referuntur ad immediate præcedentia.

2. Sent. II. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Historias illas assignandas esse temporibus Iosuë adhuc viuentis.

Ità in singulari pro historia Michæ, consequẽter autem pro reliquis, Rabbini quidam

apud sectarios Vermilium & Munsterum.

Hi Rabbini suam sententiam sic declarant, vt velint illa verba *In diebus illis non erat rex in Israël*, intelligenda esse, non quòd non vllus esset prorsùs, qui titulò regis polleret: sed quia Iosuë præ senio languens minùs accuratè suò munere fungebatur; sicque rex quidem erat in Israël, nimirum ipsemet Iosuë: & tamen rex non erat, quia regis actus non ampliùs præ senio exercebat: ex quô sequebatur vnumquemque facere quod sibi bonum videbatur.

Reiicitur 3. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, I. Quòd Scripturæ verba, detorquet à sensu proprio, ad sensum improprium absque necessitate.

2\. FACIT II. Quod, vt ait Serarius, iniuriam facit Iosuë, seni, heroique optimo, ac vigilantissimo: cuius nimirum vigilantiæ, etiã verò in extrema ætate, extant fusa testimonia duobus vltimis capitibus libri ipsius.

3\. FACIT III. Quod æquè iniuriam facit, prout addit Serarius, Senioribus, qui longò post eum tempore vixerũt, nimirum Ios. vlt. & Iudic. 2. Per quod totum tempus, in vtrôque loco Scriptura testatur, filios Israël seruiisse Domino.

3\. Sent. III. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, Historias illas, & præsertim tribus Dan, ac tribus Beniamin, assignandas esse temporibus aliquorum iudicum, præcipuè autem vltimi librô illô traditi, scilicet Samsonis.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia I. A serie narrationis. II. A verbis illis *In diebus illis non erat rex in Israël*, &c. sic explicatis per Genebrardum, vt non velit per ea significari nullum tunc fuisse iudicem regentem, sed nullum regem propriè dictũ. Vult enim Genebrardus significari solùm, iudices non fuisse potestate regiâ, herili, despoticâ, siue rantâ præditos, vt possent liberè & pro arbitrio cogere peccatorum hominum audaciam & temeritatem; eorum enim potestatem fuisse politicam & mixtã. Quod quamuis Genebrardus non intelligat de temporibus istis, sed de temporibus Othonielis: tamen æquè valere potest pro reliquis iudicibus, exceptô forsan Abimelech, qui verbis expressissimis vocatur *rex*, à Scripturâ, Iudic. 9. vers. 6. quamuis nihilominùs possit istud vocabulum aliter quàm sensu rigorosô sumi.

Refellitur 3. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, ea quæ fuerunt dicta contrà 1. præsertim de historia Michæ, & tribus Dan. Nam pro his probatum fuit efficaciter, illa tempora non posse tribui temporibus Samsonis. Inde autem sequitur conuenienter neque tribui posse quibusdam iudicibus proximè Samsonem antecedentibus.

A Aliis autem remotioribus tribuerentur gratis; túncque cessaret illa ratio, quæ petitur à serie narrationis. Porrò historiis istis exclusis, vtique conuenientius est historiam tribus Beniamin excludi; cùm & ipsa tradatur eodem tenore quô priores istæ; & quod dictum fuit de verbis illis, *In diebus illis nõ erat rex in Israël*, sit pro eâdem tribu Beniamin, consequenter autem & pro reliquis historiis, longè probabilius quàm quòd de illis differit Genebrardus. Atenim ucrò historiam tribus Beniamin, seu Leuitæ, non posse B tribui temporibus illis, vel etiam vllius alterius iudicis post Othonielem, probatum fuit efficaciter sub 2. refutatione 1. sententiæ. Sed de his iterùm sub sequenti sententiâ.

IV. SENTENTIA CAPITALIS & probabilior. dicit, Historias illas assignandas esse temporibus sequẽtibus mortem Iosuë: seu inter acta eius, & acta Othonielis à Scriptura memorata. — 4. & probabilior Sent. Historiæ quæ Iudic. 20 & seqq. assignandæ post mortẽ Iosuë.

Ità reliqui omnes, vt Iosephus, Hebræi in SederOlam, Genebrardus in Othoniele, seu an. 2071. pag. 88. Tornielus an. 2594. num. 1. & 15. Salianus an. 2622. à num. 3. & alij. C Quamuis diuersò modô & ratione, prout dicetur infrà post probationes.

PROBATVR Hæc Sententia multis argumentis. — Probat.

I. ARGVMENTVM. Petitus ab Historia tribus Dan, tradita cap. 18. Iudic. ex eo quòd tribus illa acceperit possessiones suas, post tempora Iosuë. Quod indicatur primùm in cap. 1. libri Iudicũm vbi traditur, eam incœpisse possidere aliquam partem suę sortis, postquam traditum est alias tribus accepisse suas. & hoc post mortẽ Iosuë. Nam D postquam narratum est totô illô capite 1. quomodò, vt expressè dicitur vers. 1. *Post mortem Iosuë*, aliæ tribus sortes suas acceperunt, scilicet tribus *Iuda*, & *Simeon*, à vers. 3. *Beniamin*, vers. 21. *Ioseph*, à vers. 22. *Manasses*, vers. 27. *Ephraim*, vers. 29. *Zabulon*, vers. 30. *Aser*, vers. 31. *& Nephtali*, vers. 33. tandem additur de tribu Dan. vers. 34. *Arctauitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit ei locum vt ad planiora descenderent*. vers. 35. *Habitauitque in monte Hares, quod interpretatur testaceo, in Aialon & Salebim*: in E quibus verbis ostenditur tribum Dan, iam incœpisse accipere aliquam sortem inter cæteras. Atqui cap. 18. à vers. 1. *In diebus illis non erat rex in Israël, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, vt habitaret in ea: vsque ad illum enim diem, inter cæteras tribus sortem non acceperat*: in his ostenditur eam nondùm aliquam partem accepisse. Ergò per hæc indicatur tempus istud quô cap. 18. nondùm acceperat possessionem in quâ habitaret, referendum esse ad illud quô cap. 1. iam accepit aliquam. Illud autem tempus quô iam — 1. Arg.

accepit aliquam, manifestè actum est inter Iosuë & Othonielem, ex cap. 1. vbi expressis verbis dicitur vers. 1. *Post mortem Iosuë*, & ex cap. 2. à vers. 8. vbi rursùm describitur mors Iosuë, & denique ex reliquo capitellu, ac 3. ferè med. vbi describuntur ea quæ pertinent ad tempora quæ intercesserunt inter Iosuë & Othonielem.

Quòd si dixeris, constare eos iam accepisse aliquam partem suæ sortis, ex verbis illis Iudic 18. vers. 2. *De Saraa & Esthaol*, quæ pertinuisse ad sortem tribus Dan patet Iosu. 19. à vers. 40. & ex eo quòd non tota tribus B eò profecta est: sed solummodò colonia virorum 600. & denique ex libro Iosuë: quòd etiam agnoscunt omnes, ità locos illos conciliantes, vt quod dicitur Iudic 18. vers. 1. tribum Dan nondùm accepisse sortem inter cæteras tribus, intelligatur non de tota sorte, sed de ampla, seu reliquâ eius parte.

Respondebitur. Esto: at non esse credibile, eos innumeros annos distulisse illã accipere: sed ad plùs paucos, si fortè aliquos; cùm etiamsi dicantur arctati quidem ab Amorrhæis, ex parte scilicet orientali, non tamen id verum esse potuerit ex parte occidentali in quâ erat Lais (quam volunt eandem fuisse cum Lesem) & quàm nullus custodiebat, ità vt 600. viri potuerint illam diripere.

Confirm. CONFIRMATVR omninò. Nam in libro Iosuë, vbi post descriptam diuisionem terræ à cap. 13. describitur rursum fusiùs & per anticipationem à cap. 15. quomodò omnes illæ tribus, *Iuda, Simeon*, &c. possederunt sortes suas: describitur etiam quomodò tribus *Dan* accepit, & possedit suam cap. 19. à vers. 40. *Tribus filiorum Dan per familias suas egressa est forte septima*. vers. 41. *Et fuit termi-* D *nus possessionis eius, Saraa, & Esthaol, & Hirsemes, id est ciuitas solis*. vers. 42. *Selebin & Aialon*, &c. vers. 47. *Ascenderùntque filij Dan & pugnauerunt contra Lesem, cœperùntque eã, & percusserunt eam in ore gladij, & possederũt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesem Dan ex nomine Dan patris sui*. Per hæc enim vnâ eadémque serie narrationis continuatâ, absque distinctione temporum elongatorum, ostenditur, quantum ex Scriptura E solet aliquid ostendi, vbi nihil manifestè cõtrarium adducitur, & tribum Dan accepisse possessionem sortis suæ circà tempora quibus aliæ tribus Iuda, Simeon, & reliquæ, acceperunt suas, quamuis non equidem simul totam, sicut nec reliquæ suas totas, sed priùs Saraa, Estaol, & reliquas partes quæ fusius nominantur in libro Iosue: & vrbem ac regionem Lesem (quàm volunt eandem esse cùm Laïs) adeóque circà tempora eadẽ. Vbi notandum est seriò, in hoc libro Iudicũ describi, vnde egressi sunt Danitæ ad hoc vt ag- A grederẽtur sortem illam, nimirum de *Saraa, & Esthaol*: ideóque ex intento *præcipuo* describi solùm, acceptam possessionem vrbis & regionis *Lesem*; consequenter supponi, iam eos arripuisse alias possessiones suæ sortis: nimirùm *Saraa, Esthaol*, & reliquas quæ traduntur in Iosuë libro. Quòd etiam confirmatur vel ex eo quòd non propriè tota tribus aggreditur ibi Lesem, sed solummodò pars eius, seu colonia ab alia missa. Hoc enim totum manifestum est ab illo vers. 2. *Miserunt ergo filij Dan stirpis & familiæ suæ 5. viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarent terram*: ecce quomodò iam ibi habitabant, & quomodò pars solùm illius tribus emittebatur ab alia ad accipiẽdam regionem illam. Quod rursus infrà declaratur, cùm de 600. viris à tota tribu in Laïs accipiendam missis, dicitur vers. 11. *Profecti igitur de cognatione Dan, id est de Saraa & Esthaol, 600. viri accincti armis bellicis*, &c. vers. 27. *Veneruntq; in Lais ad populum quiescẽtem atq; securũ, & percusserũt eos in ore gladij*, &c. vers. 29. *Vocato nomine ciuitatis Dã, iuxtà vocabulũ patris sui*, &c. Qui hæc contulerit cum dictis cap. 19. Io- C suë, non difficulter suadebitur, vnicam eandémque historiam vtrobique describi. Cùm igitur illa historia descripta Iosuë 19. euenerit circà eadem tempora, quibus & historiæ tribuum aliarum, Iudæ, Simeonis, &c. hæ verò inter Iosuë & Othonielem: consequẽs est istam quæ describitur Iudic. 18. quæque saltem ab omnibus censetur vnica & eadem cum illâ, euenisse inter Iosuë & Othonielẽ.

QVOD SI dixeris, arbitrarium esse, parúmque certum, Lesen & Laïs vnam eandémque vrbem esse. potiùs diuersam ex circunstantiis; quoniam vrbem Lesen vocaue- D runt *Lesen Dan*, vrbem autem Lais simpliciter *Dan*, rursùm verò Lesen Dan dicantur simpliciter possedisse & habitasse, Lais autem incendisse ac destruxisse, posteà verò reædificasse. Obiect.

RESPONDERI poterit, hæc non satis obstare, quin potuerint vnica & eadem vrbs esse. Quoniam imprimis, solent quibusdam vrbibus imponi diuersa nomina, ex quibus etiam compositis quandóque sumitur seorsim vnum vel alterum. Deinde, quoniam E non semper omnia quæcunque sunt acta circà vnam & eandem, describuntur in vno eodémque loco, sed sæpè nonnulla supplentur in altero. Denique, quoniam quæ de hoc dicuntur, ab omnibus ferè auctoribus affirmatur, à nullis autem contradicuntur. Verum, esto non fuerit vnica eadémque vrbs, quod sanè nulli demonstrãt authores, contrarium potiùs supponũt, propter nonnullas (quamuis fateor satis leues) coniecturas: adhuc hinc magis ista nostráque confirmabitur sententia, quantùm videlicet confirmari po- Respons.

test aliqua per coniecturas huiusmodi. Nam adhuc credibile tunc fuerit, Danitas aggressos fuisse vrbem Lais, temporibus præcedentibus ea quibus aggressi sunt vrbem Lesen. Hoc conijci potest ex duplici capite. 1. Ab impositis nominibus. Quoniam credibile est eos simplex nomen sui patris & tribus, imposuisse potius vrbi priori quam postea conquisitæ, quali nomen capitis magis conuenerit capiti suarum conquisitionum, alteri verò non simplex, sed compositum, tanquam vrbi à priori dependente, sub eaque reductæ. 2. Ab effectibus destructionis vnius, & conseruationis alterius. Nam solent eiusmodi destructiones exerceri, potius in prioribus expeditionibus, quam in posterioribus; ob varias rationes, & aliquam etiam Israel specialem; nimirum, quia solent vrbes in prioribus expeditionibus resistere, propterèaque etiam vi capi quia etiam solent victores tunc sic agere cum illis, vt terror cæteris incutiatur; denique quia filij Israël initiò peruasionis terræ promissæ, sic agere solebant, vt patet per reliquam historiam, ad hoc vt exterminatis terræ populis nulla cum eis fœdera contraherent: quod quamuis postea non fecerint, vt patet Iudic. 1. fere totò, nihilominùs hoc non impedit quin ita fecerint longis temporibus.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab historia *Leuitæ*, tradita cap. 19. 20. & 21. ex eo quòd tempore illius, non esset aliquis in Israel singularis, qui de crimine illo iudicare & iustitiam exigere posset. Hoc argumentũ tractat Tornicllus dupliciter. 1. Quia, inquit Iudic. 19. vers. 19. legimus Leuitam illum tãta affectum iniuria, non ad iudicem aliquem, qui eam vindicaret, confugisse, sed cadauer violatæ vxoris, quæ in ea iniuria mortua erat, in partes 12. sectum, ad omnes terminos Israeli transmisisse, vt vel sic patratum facinus cunctis innotesceret, & in commune quid factò opus esset decerneretur. Cur hoc nisi quia tum non erat rex siue rector in Israël, qui talia punire delicta posset? Propterea præfatus Leuita coram omni multitudine, quę visò tali spectaculò in Masphath protinus congregata est, reos criminis accusauit, vt patet cap. 20. a vers. 4. vsque ad 8.

11. Quia posteaquàm vniuersus populus sanciuit, eosdem facinorosos omninò esse plectendos, & intellexit id, nisi susceptò aduersus Beniamitas bellò fieri non posse, consuluit is Si o Dominum de belli duce cōstituendo nimirum vers 18. *Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin* ) eō plorsus modō quo fecerat quandō mortuō Iosue non erat rex in Israel, vt videre est in principio lib Iudic. Signum est ergò, quod tempore memorati belli, nullus erat supremam habens potestatem in populo Israel. Hactenus Tornicllus.

Porro, quia dici posset reperiri tempora quædam, in quibus inter iudicem vnum & alium non erat aliquis de facto iudex. propterea, vt hoc argumentum sit validum, statuendum est, nullu fuisse tempus ab eo quō Othoniel vere fuit iudex, in quō non esset aliquis iudex in Israel. Quod probari posse videtur imprimis ab exemplo Debboræ, quæ vt dicitur cap. 4. vers. 4. *Iudicabat populum in illo tempore*, id est in tempore quō seruiebant sub Iabin: & vers. 5 *Ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudicium*. Item, ab exemplo Gedeon, qui dicitur cap. 8. vers. 28. præfuisse 40. annis, cum antè illos seruierit populus annis 7. sub Madianitis, vt dicitur cap. 6. vs. 1. Denique, idem ostenderet in singulis iudicibus sequentibus. Et fauet S. Paulus Act. 13 vers. 20. *Et posthac dedit iudices vsque ad Samuel prophetam*: vtrique contra : quamuis non semper populum liberarent, sed tantummodo quandò ad id specialiter à Deo suscitarentur. Hoc ergò statutò, conuincit argumentum historias illas esse actas post mortem Iosue, seu inter acta eius & acta Othonielis.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab illis verbis, ibi sæpe habitis, *In diebus illis non erat rex in Israel* comparatis ad ea quæ obiter tetigit suprà Tornelius, & narrantur cap. 1. à vers. 1. *Post mortem Iosue consuluerunt filij Israel Dominum dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli?* vers. 2. Dixitque Dominus: Iudas id est, tribus Iuda, ex dictis superius *ascendet: ecce tradidi terram in manus eius* & cætera quæ capite reliquō. Vbi videre est, nullum fuisse singularem ductorem omnibus tribubus, sicut antè fuerant Moyses, & Iosue, & post fuerunt Othoniel, & reliqui iudices sed ad plus, quamlibet tribum habuisse aliquem belli ducem, pro leuiter expeditiones suas suscipiendas, & aliquam tribum præcessisse alias & non plus. Nam cum illa verba, *non erat rex in Israel*, si ad litteram intelligantur, fint vtamur verbis Tornielli num. 1. vniuersaliter accipienda, hoc est, non solum de rege proprie dicto, sed etiam de iudice siue duce, principe aut rectore quiuis deliquentes punire, sicut vsurpatur nomen regis Iudic. 9. vers. 6. *Constituerunt regem Abimelech*, & vs. 22. *Regnauit itaque Abimelech super Israel 3. annis*, & Matth. 2. vers. 21. *Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo*, cùm tamen reuera nunquam Archelaus regis titulum à Cæsare obtinere potuerit, vt contendit Torniellus an. 4052. & confirmare est, quia neque hic neque similes proprie vocantur reges à Scriptura, sed tantummodo tetrarchæ vt Matth. 14. vers. 1. &

Luc 3. vers. 1. vtique consequens est, illa non posse referri ad alia tempora, quã ad ea quæ secuta sunt mortem Iosuë, præcesseruntque acta Othonielis à Scriptura memorata.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM ipsumque fortissimum. Petitur rursus ab historiâ *Leuitæ* traditâ cap. 19. 20. & 21. quatenus temporibus eius reperta sunt in Israël ab omnibus finibus ipsius congregata 400000. virorum pugnatorum, & in tribu Beniamin 25000. hique Beniamin adeò fortes, & animosi, vt ausi fuerint congredi cùm illis 400000. Israël. Quis autem in animũ inducat hoc aliis potuisse temporibus euenire, quàm post mortem Iosue? Vide hoc argumentum plenius expositum suprà sub 2. refutatione 1. sententiæ, & infrà sub 1. modo sequenti: estque facillimum omni parumper attendenti colligere, non potuisse filios Israël illis modis & numerò conuenisse temporibus aliis, quam non multò post conquisitionem & possessionem terræ promissionis, ac mortẽ Iosue. Debet autem idem esse iudicium de omnibus illis historiis ac de istâ, saltẽ quantùm ad tempora totalia; nec vlla ratio differentiæ subest, pro vnâ magis quàm pro aliis.

PORRO, quãuis hæc argumenta demõstrẽt, historias illas esse assignãdas temporibus quæ interfuerũt inter mortem Iosuë & acta Othonielis à Scriptura memorata: non tamẽ conueniunt authores, sed valde diuersi sunt, in designanda speciali parte temporis, in qua præcisè assignandæ sint illę historiæ. Itaque,

1. Modus. I. MODVS est Iosephi lib. 5. cap. 2. quem sequitur Chytræus p. 241. assignantis illas tempori, quò populus opprimebatur à Chusan rege Mesopotamiæ, Iudic. 3. à ỷ. 8.

Hoc autem facit Iosephus, eò quod computat interregnum annorum illorum inter annos Iosuë & Othonielis. Verum, quoad interregna huiusmodi, iam fuerunt in superioribus explosa. vnde non possunt esse fundamentum alicuius sententiæ probabilis: adeoque non amplius sunt refutatione speciali discutienda. His igitur omissis.

Refutatur 1. Modus. CONTRA HVNC MODVM Facit I. quòd tempore illò nõ faceret vnusquisque quòd sibi bonum videbatur. Nam aut à Tyrannis, inquit Serarius, ad idololatriam adigebantur Israëlitæ: aut certè non liberè quod libebat oppressi ab illis faciebãt.

FACIT II. quòd non sit credibile, tribum Dan vacare potuisse diripiendis aliis, cum populus opprimeretur durâ seruitute. Multo minùs credibile, tempore huiusmodi seruitutis omnes tribus conuenire potuisse contrà tribum Beniamin ad 400000. armatorũ, prout habent Biblia Cõcilij, vel etiã ad 40000. tãrum prout habẽt alia, & ipsa tribus Beniamin ad 25700. cap. 20. tot. præsertim à ỷ. 17. & toties ad pugnã cum occisione tot millium accedere. Aliquidẽ credibile potius est, eos iugũ excussuros, & regẽ illũ debellaturos. Idemq; dicẽdum est de his quæ narrãtur cap. 21. à ỷ. 8. misisse 10000. viros robustissimos, qui percusserunt Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores, quàm paruulos eorũ: & virgines 400. filiis Beniamin in vxores tradendas adduxerunt. Neq; enim, ait Serarius, tantis opibus, ocio, quieteue tãtâ, quãtâ hoc 17. & sequẽti cap. significatur, affluebãt.

2. Modus. II. MODVS est Genebrardi pag. 88. post med. & Tornielli num. 15. assignantium illas tempori, quod proximè secutũ est mortem Iosuë: adeòque tempori Seniorum qui vixerunt post eum, siue rexerint seorsim ab Othoniele, siue non.

Vbi aduertendum est, nos authores istos in hoc modo coniungere, quia conueniũt in hoc quod est assignare historias illas tempori proximè secuto mortẽ Iosuë: adeòq; Seniorum, siue rexerint soli, siue nõ. Nam alias differũt in multis. Vt imprimis, quòd Genebrardus velit Iosue propriè rexisse 18 annis: Torniellus autem 7 tantummodò, vt visum est suis locis. Deinde, quòd Genebrardus velit, Othoniel verè & propriè rexisse statim à morte Iosue, vt videre est pag. 87. §. *Sunt igitur:* Torniellus autem non, sed Seniores rexisse suò modò 10. annis, post mortẽ Iosue. & ne adhuc Othonielem propriè rexisse, nisi forsan post 8. annos seruitutis sub Chusan, vt visũ est, vbi de annis ducatus Iosue. Denique, cõsequenter Genebrardus reponit historias istas sub ducatu Othonielis propriè dicto: Torniellus autẽ sub ducatu eius, sic per attributionem tantùm appellatò.

Refutatur Modus 2. CONTRA HVNC MODVM Facit, & I. specialiter ad hominẽ contra Genebrardum, statuentem tunc Othonielem iudicem, quòd iniuriam inferre videatur ei, qui eum secundùm ipsum iudex esset, suò debitò non fungeretur in comprimenda libertate populi, cuiusque ad idola deflexione.

2. FACIT II. quòd ex verbis illis sæpiùs his locis repetitis, *In diebus illis non erat rex in Israël, sed vnusquisque quod sibi bonũ videbatur hoc faciebat*, quæ sanè non parùm denotant primùm in genere, quandã excussionem iugi Dominici, & in mala proruptionẽ in singulari verò, quod apud Michã, moxq; apud coloniam illam 6... Danitarum, extitit idololatria: cre...bile sit idololatriam extitisse etiam apud multos alios. Atqui temporibus Seniorum, talia nõ extiterunt. Nam Iosue vlt. ỷ. 31. *Seruiuitque Israël Domino cunctis diebus Iosue & seniorũ, qui longo tẽpore vixerunt post Iosue.* Et Iud. 2. ỷ. 7. *Seruieruntque Domino cunctis diebus eius, & seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, &c.* ỷ. 10. *Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alij, qui non nouerant Dominũ, & opera*

quæ fecerat cū Iſraël. verſ. 11. *Feceruntque filij Iſraël malum in conſpectu Domini*, &c. Itaque etiamſi verum ſit, tunc non fuiſſe regem in Iſraël: non tamen vnumquemque fecisse quod bonum ſibi videbatur: multoque minus plures ad idola deflexiſſe. Præterea Iudic. cap. 1. totô deſcribitur filios Iſraël habuiſſe pacta cū Chananæis, nec eos deleuiſſe. Hoc enim fuit initium & diſpoſitio prima ad deflectendum ad idololatriam. Atque hanc inceperunt Michas: inceperunt & Danitæ.

Confirm. Refutat. CONFIRMATVR hæc Refutatio ex Iudic. 20. à verſ. 1. *Egreſsi itaque ſunt omnes filij Iſraël, & pariter congregati, quaſi vir vnus de Dan vſque Berſabee, & terra Galaad, ad Dominum in Maſpha*. verſ. 2. *Omneſque anguli populorū, & cunctæ tribus Iſraël in Eccleſiam populi Dei conuenerūt 400.000. pedetū pugnatorum*. verſ. 18. *Qui ſurgentes venerunt in domum Dei, hoc eſt, in Silo: conſuluerūntque Deū, atque dixerunt*, &c. Quod ſæpiùs repetitur poſt, vt verſ. 23. verſ. 26. verſ. 28. vbi etiā offerunt *holocauſta atque pacificas victimas*. Ex his enim & reliquis ibi longiùs narratis, cōperitur, omnes Iſraëlitas adhuc ſeruiſſe puro Domino; neque narratur quenquam conſuluiſſe deos alienos, aut eis ſacrificia obtuliſſe; quam & cauſam, ſi forſan extitiſſet, allegaſſet Dominus ad geminum prælium, in quô filij Iſraël pro iuſtitia licet decertātes, in fugam & occiſionem traditi fuerunt.

Obiect. NEQVE vero dicatur, facere quod ſibi bonum videtur, non arguere idololatriam.

Reſponſ. NAM eam arguere locis illis, patet; quia ſemper vel fere ſemper illa verba ſubdūtur poſt deſcriptionem idololatriæ; neque alias eſt cur ab initio capitis idem notatum non fuiſſet. Nam v. g. cap. 17. poſtquàm à verſ. 3. ad verſ. 6. deſcripta eſt idololatria Michæ, ſubditur verſ. 6. *In diebus illis non erat rex in Iſraël, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat*. Item, rursùm poſt eandem idololatriam Michæ longiùs deſcriptam reliquô capite, ſubditur mox ab initio cap. 18. *In diebus illis non erat rex in Iſraël*: quæ verba plurimi volunt propriè pertinere ad caput præcedens: veruntamen, pertineant ad cap. 18. hæc vel inde confirmantur. Item, in fine cap. 18. poſt fusè deſcriptam idololatriā Danitarum, ſubditur, *In diebus illis non erat rex in Iſraël*: quaſi nimirùm, quamuis hæc non fuerit cauſa ſolius idololatriæ, tamen hæc præcipua fuerit cauſa, quòd aliquibus bonum fuerit viſum habere idola.

Alia Obiect. NON etiam dicatur, potuiſſe quidem aliquos à legitimo Dei cultu deflexiſſe, vt Michas, & illi 600. viri ex tribu Dan, etiam verū idola habendo, prout equidem aſſeritur à Scripturā: nihilominùs non propriè ſeruiſſe diis alienis, ſed tantùm in idolis ſuis memoriam & ſimilitudinem veri Dei prætendiſſe, quamuis grauiſſimè cōtra præceptum eius peccando. Quod nō impius mater eſt Iudic. 17. verſ. 3. *Conſecraui & voui hoc argentum Domino, vt de manu meâ ſuſcipiat filius meus, & faciat ſculptile atque conflatile*. Similia plurima tùm ibi, tùm in ſequentibus. Sicut & tempore Gedeon Iudic. 8. à verſ. 27. *Fornicatus eſt omnis Iſraël in Ephod quem fecerat Gedeon*: qui tamen populus non propterea ſeruiuit idolis & diis gentium, niſi poſt mortem Gedeonis, quia fortè in Ephod Gedeonis verum Deum ſe colere arbitrabātur, licet contra præceptum eius, adeòque malè.

NAM imprimis, parùm probabile videtur, omnia verba in Scriptura habita de idolis, intelligi poſſe de ſola ſimilitudine veri Dei. Et ne in ſingulis immoremur, vt cum de idolis in plurali ſæpiſſimè fit mentio cap. 17. verſ. 3. & 5. cap. 18. verſ. 14. 17. 18. &c. ſufficiat illud Michæ cap. 18. verſ. 24. *Deos meos quos mihi feci, tuliſtis*, &c. Sed eſto, vel Deum ſolum in idolis ſuis cum peccato gratui prætendiſſent inſpicere. tamen cùm dicatur Ioſuē vlt. verſ. 31 & Iudic. 2. verſ. 7 *Seruierúntque Domino cunctis diebus eius & ſeniorum*, &c. & denique Iudic. 2. verſ. 10. *Omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos*: certè parùm probabiliter dici videbitur, nihilominùs idololatriam, vel ſaltem falſum Dei cultum, apud tales extitiſſe. Quod ſi dixeris, nihil obſtare quominùs reliquô populō ſeruiente Deo legitimè, nonnulli deflexerint ab hoc debito. quidquid ſit, Reſpondebitur, ad minùs tā illa verba, *In diebus illis nō erat rex in Iſraël, ſed vnuſquiſque quod ſibi bonū videbatur hoc faciebat*, quàm maximè cultum illum idolorum, denotare, proximam extūc ad idololatriam fuiſſe diſpoſitionem: hanc autē diſpoſitionē nullô modô ſuſpicari eſſe in narratione per quā Scriptura deſcribit Iſraël *ſeruiſſe Domino cunctis diebus Ioſue & Seniorū*. Vnô namq; modò videtur Scriptura tribuere ſeruitium Dei, tempori Seniorū ac tempori Ioſue, promptéq; integerrimum. Vnde quidquid cogitari poſſit obiciēdum, nunquam obſtabit quin deductio hæc ſit magis conformis factæ narrationi, proindéque magis probabilis.

Reſponſ. Genebr. RESPONDET quidē Genebrardus, per illa verba, *nō erat rex in Iſraël*, ſignificari iudices nō fuiſſe poteſtate regia, herili, deſpoticā, ſiue tātā, vt potuerint liberè & pro arbitrio cogere hominū audaciā & temeritatē. Eorū enim (inquit) poteſtas erat politica & mixta, iſtô præſertim tēpore, quô magiſtratus adhuc erat recens, nec bene confirmatus. Rex ergò nō illic ſignificat ſimpliciter magiſtratū, ſed principē qui omnia per ſe poſſet, &c.

Reiicitur. VERVM, Hæc Reſponſio, quamuis alibi ſtare poſſet, non tamen ſtare poteſt in iſta materiā. Imprimis, quia idē dici poſ-

sei de temporibus omnium iudicum. Vnde non esset ratio cur potius istæ historiæ tribuendæ essent ducatui Othonielis, quam alicuius alterius iudicis. Deinde, quamuis non haberent talem potestatem qualem describit Genebrardus, sed politicã & mixtam, qualem solam admittit ipse: non tamen proptereà non habebant vllam ad coercenda mala: & dato quòd aliquam non habuissent per se solos, nunquid saltem non habebant illam cum senioribus, seu consiliô suô? Vnde cùm iuxta Genebrardum ipsum, tunc viuerent Seniores qui superuixerant Iosuë, nunquid non illi cum Othoniele non potuissent coercere mala, præsertímque idololatriam particularium? Quid quod sine [illegible] isti simùl, nunquid non potuissent [illegible] tione tribuum omnium, sicut [illegible] modò fecit Leuites ille? maxime cum [illegible] illud idololatriæ esset adeò temporibus ipsorum exosum, meritóque ne [illegible] tetur pertimescendum? Denique, contra [illegible] his ostendunt ea quæ fuerunt dicta [illegible] one præcedenti, præsertim quod à Scriptura tradi ut illa causa cur aliqui deflecterent ad idola, quia *non erat tunc rex in Israel sed vnusquisque quod sibi bonum videbatur hoc faciebat.* Hæc namq; quadraret parum tẽporibus Iudicis alicuius, qui rexisset simul cum eiusmodi senioribus. Confirmabitur hoc penitus ex refutatione sequenti. Itaque

FACIT III. [illegible] omnino, quod Iudic. cap. 1. totô mentio fiat tot tribuum, etiam verò belligerantium *post mortem Iosuë*, quin & specialissima mentio *Othonielis* vers. 13. secundùm quod cepit *Cariath Sepher*, & ob eam captam habuit in vxorem *Axam* filiam Caleb: & tamen ibi mẽtio nulla fiat [illegible] is alicuius multóque minus Othonielis ipsius tanquam [illegible] potestate pollen[illegible] potius si quis iudex, dux aut rex fuis[illegible] certe Caleb ipse talis extitisset, quod tamen de illo non [illegible] ne conjecturaliter. Ergo non fuit O[illegible] stãtim imo ne longè post a morte Iosue. Consequenter hinc omninò confirmatur, tempora quibus [illegible] gerenda, & de regen[illegible] Genebrardi, sed eô quô diximus [illegible] igenda.

3 Modus & probabilior

III. MODVS. [illegible] probabilior. velutque modus, est S[illegible] num 5. fin. assignantis h[illegible] tempori quod extitit inter dies Seniorum qui vixerunt post Iosuë, & annos 8 [illegible] sub Chusan.

Probat.

PROBATVR [illegible] Modus, ex omnibus quæ [illegible] Modo præcedenti [illegible] moliore, sed [illegible] quatenus de solo Othoniele [illegible] Iudic. cap. 1. tot [illegible] firmentio tot tribuum, etiam verò belli[illegible]antium, *post mortem Iosue*, nulla verò iudicis vllius, minúsque Othonielis tanquam iudicis tunc existentis, cum tamen sub aliâ ratione mentio fiat eius, indubium, inquam, est quod Othoniel non fuit actu iudex omnibus annis incipientibus a morte Iosuë, consequenter nec omnibus qui tribuuntur regimini ipsius Othonielis. Item, quatenùs Israëlitæ, mortuis Senioribus ad peccata præsertim idololatriæ, deflexerunt, propter quæ tandem traditi sunt seruituti Chusan, & postea per Othonielem a Deo suscitatum, ab eo sunt liberati. Hinc [illegible] Salianus, Accedit, inquit, [illegible] ratio, quod ad nullius propriè iudicis tempora historiæ illæ pertinebãt, cum & mortuus esset Iosue, & Othoniel nondum esset diuinitus suscitatus, quæ videtur mens Abulensis. Sic ille.

Atque hunc Modum vel ipsemet Serarius non adeò censet improbabilem, quin postquam de sua sententia locutus est, dicat hæc: Quam si non tenerem, tertiam diuiderẽ opinionem in duo tempora. Vnum quô post Iosue atque Seniores peccarunt, falsique numina coluerunt Israëlitæ, prout expositum est suprà cap. 2. in aduersi status cap. 3 num. 5. Alterum, quô iidem ob scelera puniti sunt, vt eodem cap. 2. in sequenti aduersi status cap. 4. monstratum. Dicerem igitur, in tertiæ huius opinionis prius illud tẽpus, conijci hanc post [illegible] historiam. Nam & hoc morum [illegible] ucre iniquitas, & Iosephi credibile faceret authoritas. Sic Serarius de historia [illegible] Michæ: idem consequenter dicturus de aliis, saltem de historia Danitarum, ad cap. 18. q. 6.

QVÆRES. Quantô tempore post mortem Iosue euenerint, & quãtô ante seruitutem illam duraturint [illegible] historiæ? Quæstio.

RESPONDETVR. Probabiliter Salianum anno 2[illegible]01. num. 10. & alios, tribuere Senioribus annos 17. Hoc enim significare videtur illa verba *longo tempore*: adeóque historias illas euenisse tantô tẽpore post mortem Iosue. [illegible] autem immediatè post mortem Seniorum illorũ, Israëlitas ad mala deflexisse. Probabiliter item eundem Salianum num. [illegible] tribuere tùm historiis istis, tùm ingrauatis Israëlitarũ peccatis, 5. annos: post quos traditi seruituti 8. annorũ, clamantéq; ad Dominum liberati sunt ab Othoniele. Respons.

Deinque probabilissime quosdam alios tribuere Senioribus annos tãtũ 10. Hoc enim [illegible] conueniunt propter illa verba de Senioribus dicta, *longo tempore*, verbis illis de Iosue dictis, *Euolutò autẽ multo tempore*, [illegible] dicere tãtum [illegible] annos stabilitũ [illegible] senioribus, etiam ex sententia Saliani. Nihilominùs vt ab authoribus illis non sine causa manifesta discedamus sequemur eos in annis istis collocandis infra subexemplari.

Horum occasione, Torniellus locô superius citatô, fusè deducens bella, siue historias, quæ euenerũt post mortem Iosuè, tempus poribus (vt vult illas omnes) Seniorum, quarum nonnullæ continentur per anticipationem in lib. Iosuè cap. 15. ex professo autem in hoc libro Iudicum cap. 1. & denique iuxtà veriorem hunc modum à cap. 17. ac deinceps: viam nobis facit, ad res illas hoc ordine breuiter commonstrandas.

I. Bellum à tribu Iuda, & probabiliter à Caleb constitutô belli tantùm duce; in *Besec*, vbi fugiens Adonibesec, captus est, Iudic. 1. a vers. 4. ad 8.

II. Bellum ab eodem Caleb in *Ierusalem*: vbi capta fuit & percussa in ore gladij, ac incendio tradita, à vers. 8. ad 9.

III. Bellum ab eodem Caleb in *Chananæos*, qui habitabant in montanis, & ad meridiem, & in campestribus, &c. à vers. 9. ad 16. & per anticipationem in lib. Ios. cap. 15. a vers. 16. ad 20. consequenter contra Chananæum qui habitabat in Hebron, vers. 10. specialem portionem ipsi Calebo datam I . 14. vers. 13.

A IIII. Historia *filiorum Cinæi*, cognatorum Moysi, qui ascenderunt de territorio Ierichontino in desertum sortis tribus Iuda, quod respiciebat Arad ad meridiem, a vers. 16. ad 17.

V. Bellum ab eodem in *Chananæos*, qui habitabant in vrbe Sephaa, quàm ceperunt, & simùl Gazan, Ascalon, & Accaron, à vers.

B 17. ad 19.

Item, reliqua, quæ insinuantur à vers. 21. vsque ad vers. 34. de filiis *Beniamin*, *Ioseph*, *Manasse*, *Ephraim*, *Zabulon*, *Aser*, *&* *Nephtali*.

VI. Historia *Michæ*: necnon & Leuitæ, apud eum diuertentis, ac tandem remanentis, cap. 17. totô.

C VII. Historia *filiorum Dan*, qui licet ius sortis suæ partémque eius aliquam iam accepissent: nondum tamen plenam eius possessionem accipere potuerant, cap. 2. vers. 34. plenam tamen acceperunt, cap. 18. totũ, & Ios. 19 à vers. 47.

VIII. Historia *Leuitæ* illius, *seu vxoris eius*, & *tribus Beniamin* ferè deletæ, à Iudic. 19. vsque ad libri finem.

## XI. DIFFICVLTAS. DE HELI: AN FVERIT verus Iudex?

§. 55.

PRIMA SENTENTIA, dicit, Heli non fuisse verum iudicem: ideóque de numero iudicum esse tollendum.

Ità Glycas part. 2. Annal. pag. 131. & Zonaras tom. 1. Annal. Quòd etiam recentiorum aliqui reuocarunt in dubium. Et videri posset alicui, ità sensisse Rupertum lib. 4. de victoria cap. 10. vbi dicit: *Cur ergò cum iudicibus cæteris ille non annumeratur?* & infrà, *Non idcircò vt tantùm 12. iudices numeremus, iam dictum Heli de numero tollimus: sed idcircò quia ille de numero tollitur, idcircò tantùm 12. iudices habemus.* Verùm, Ruperti sensum esse solummodò mysticũ, censet Salianus to. 3. an: 2900 num. 8. nimirùm Samsonem vltimum facit ille iudicem, vt ei componat Christum Dominum futurum etiam iudicem vltimum. Et confirmare est, tùm ex antecedentibus verbis Ruperti, vbi agnoscit nihilominùs in Scriptura Heli dici iudicem: tùm ex sequentibus, vbi patet eum tollere illum de medio, inter alias rationes, *Propter contemptũ verbi Domini: quia diebus eius calce abiicere legem Domini, nimia ferè omnibus licentia fuit.* Vide Serarium in cap. vlt. Iudic. à q. 11.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia duobus argumentis.

D I. ARGVMENTVM. Petitur ex libro Iudicum, in quô Heli non recensetur inter illos: vltimus enim ibi traditur Samson. 1. Arg.

II. ARGVMENTVM. Petitur ex lib. 1. Reg. cap. 12. à vers. 11. *Et misit Dominus Ierobaal* (id est Gedeon) *&* *Badan*, *&* *Iephte*, *&* *Samuel*, *&* *eruit vos de manu inimicorum vestrorum.* & Hebr. 11. vers. 32. *Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, &* *Prophetis.* In quibus locis Heli non recensetur inter iudices. Simili 2. Arg.

E namque argumentô, vtebantur Serarius & Salianus ad excludendam Debboram è numero Iudicum.

II. SENTENTIA & vera dicit, Heli fuisse verum iudicem: ideóque in numero iudicum esse reponendum. 2. & vera Sent. Heli verè iudex.

Ità reliqui omnes, aut censent, aut censere debent, si modò Scripturis sacris cedant. Nam

PROBATVR Hæc Sententia, argumentô petitô ab expressissimis Scripturæ sacræ verbis. 1. Reg. 4. vers. 18. *Et ipse iudicauit Israëlem 40. annis.* Act. 13. vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samuelem Prophetam.* Atqui Heli præcessit Samuelem: ergò includitur sub iudicibus. Probat.

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM. Respondetur, Heli non propterea non fuisse iudicem: enim alibi expressè affirmetur iudex à Scripturâ.

Ad 2. AD II. Respondetur, neque etiam A propterea cum non fuisse iudicem; alioqui reiciendi essent alij multi, non illis locis numerati. Vnde eadem ratione reiecta fuit sententia Serarij & Saliani, pro Debbura.

## XII. DIFFICVLTAS. DE ANNIS IN PARTIculari, quibus Heli gubernauerit.

§. 56.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Nonnulli codices antiqui Septuag. Interpr. habuerunt tantum, Heli præfuisse 20. annis: vt videre est apud plurimos restantes eos ità scripsisse, vt Euseb. in Chron S. Chrysost. lib. 3. Monast. Procop. Sulpit. Cedren. Sigon. Mal. Gordon. & alios. Itē, etiamnùm multi codices id habent tantùm: vt notat Genebrardus in Heli. Imò C verò codices Rom. anni 1558. vt notat Tornielus an. 2900. num. 1.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Heli gubernasse tantummodò 20. annos, & non plus.

Ità Eusebius in Chronic. ideò constituens interregnum inter Samson & Heli. Item, nonnulli ex antiquis sequentes Eusebium. Ex modernis autem Andræas Masius in Ios. vlt. num. 31. & Gordonus cap. 9. ad Period. 4. num. 1. expressius in annis ex- D pansis an. 2858.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod in Edit. Vulg. in Hebr. & Chald. habetur, Heli iudicasse, *annis* 40. Itemque in alijs codicibus eorundem Septuag. Interpr. vt videre est in Biblijs Reg. Item, Ioseph. lib 5. Antiq. fin. legit 40. Denique Massæus notauit codices Sept. Interpr. sic habuisse suo tempore, notant & suo Genebrardus, Tornielus, Serarius, & reliqui.

B II. SENTENTIA. & vera. dicit, Heli præfuisse 40. annis. 2. & vera Sent. Heli iudicauit annis 40. Probat.

PROBATVR Hæc Sententia argumentô petitô ab expressis Scripturæ verbis, 1. Reg. 4. vers. 18. *Et ipse iudicauit Israël* 40. *annis*: quod habetur non solum in Vulg. sed etiam in Hebr. Chald. & verioribus codicibus Interpretum Septuaginta. Denique sic etiam habetur apud omnes, magisque vel probatos authores, vel probatas eorum historias, & recognitiones.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, seu ad codices Septuag. Interpr. qui habent tantummodò 20. annos, Respondent aliqui, eos ibi traditos esse tantùm annos, quibus Heli propriè iudex fuit: antè ipsos autem subintelligi 20. alios interregni. Sed interregna huiusmodi iam fuerunt explosa. Quare, Ad Fūdam. Diffic. 1. Respons. Reiicitur.

RESPONDETVR. Dictum fuisse §. 3. Septuag. Interpretes nullatenus sequēdos esse, quandò aduersantur Editioni Vulgatæ. Vnde mirum est ex recentioribus Gordonum his potius adhæsisse. Atque ità Salianus to. 3. an. 2939. in schol. ad num 28. Cum Scriptura, inquit, hôc locô linguis omnibus consentientibus, dicat Heli 40. annis iudicasse Israëlem, Iosephô etiam consentiente, id non videtur dicendum. Non enim ad diuerticula, nisi impeditâ viâ regiâ, diuertendum est, nec subtiles explicationes & callidæ, vbi nihil est difficultatis in plano & aperto textu. Sic ille. 2. Respons.

## XIII. DIFFICVLTAS. DE SAMVELE: AN FVErit verus Iudex: Et à quô tempore?

§. 57.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA esse potest. Samuelem non fuisse iudicem, sed solummodò Prophetam.

Ità videri posset alicui sēsisse Rupert. lib. 4. E de victoria cap. 10. vbi dicebat Samsonē fuisse vltimū: & Heli excludi à numero iudicū. Nā si Heli excluditur, & Sāson fuit vltimus, à fortiori excludendus erit Samuel, qui posterior illis. Verùm, declaratū est fuit suprà,

sensum Ruperti esse solummodo mysticũ: & præsertim, *Quia, in diebus eius calce abiicere legem Domini, nimia ferè omnibus licentia fuit*, aiebat Rupertus. Vnde ait Salianus an. 2900. num. 9. Quid quòd Samuel hôc modô e Iudicum numero excluditur, quem tamen iudicasse Israelem certò constat?

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia tribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à Libro Iudicum, in quô Samson habetur vltimus, non autem Samuel recensetur in eo.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à Loco Act. 13. vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samuelem Prophetam* Ecce Samuel non vocatur iudex, sed solummodo propheta. Vnde videtur condistingui contrà iudices: adeòque iudices intelligendos esse, vsque ad Samuelem exclusiuè.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Cùm secundum communiorem sententiam, regimen Samuelis inuoluatur cum regimine Saülis, in 40. annis, qui traduntur Act. 13. vers. 21. vtique per hoc condistinguitur à iudicibus.

Reiicitur 1. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd 1. Reg. 7. vers. 6. *Iudicauitque Samuel filios Israel in Maspbath*; vnde & mox Philisthæos debellauit: & vt dicitur vers. 14. *Liberauitque Israelem de manu Philisthinorum*, &c. vers. 15. *Iudicabat quoque Samuel Israëlem cunctis diebus vitæ suæ.* vers. 16. *Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Maspbath, & iudicabat Israëlem in supradictis locis* vers. 17. *Reuertebatúrque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israëlem.* & cap. 8. vers. 1. *Factum est autem cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices.* vers. 2. *Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioël, & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee*: vtique tanquam sui vicarij, vt aiunt Serarius, & Salianus: vel in sortem officij sui assumpti, sicut Barac à Debbora; vtique ergò per authoritatem ipsius supremam ità constituti. Cætera vide quæ capite illo 8. Denique, 4. Reg. 24. vers. 22. *Nec enim factum est Phase tale à diebus iudicũ, qui iudicauerunt Israël*, &c. 2. Par. 35. vers. 18. *Nõ fuit Phase simile huic in Israël à diebus Samuelis Prophetæ.* Ecce in Lib. Paral. sub nomine prophetę ponitur inter eos, qui in Lib. Reg. iudices appellantur.

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respondetur, argumentum eiusmodi fuisse satis explosum supra §. penultimô.

Ad 2. Arg. AD II. Respondetur, Samuelem ibi vocari prophetam, non vt negetur iudex: sed vt illa conditio prophetæ, & ei superaddatur, & in eo speciali ratione commendetur nimirum, quia ipse prophetabat tempore, quò visio erat rarissima, vt significatur 1. Reg. 3. vers. 1. & quia erat maximus propheta, vt significatur ibidem vers. 4. & denique quia ab eo incœperunt frequentes prophetæ, qui ad populum missi sunt. Quare verba illa Act. 13. sumenda sunt de Samuele, non exclusiuè, sed inclusiuè cum iudicibus sumpto: prout etiam ex dictis contra hanc sententiam constat.

Ad 3. Arg. AD III. RESPONDETVR, non propterea sequi Samuelem excludendum esse a numero iudicum. Ibi autem annos regiminis eius, colligi simùl cum annis Saülis, ob rationes speciales; & præsertim, vel quia pluribus annis aut quadantenus cum eo gubernauit aut in gubernatione specialis comes fuit vel certe quia specialibus modis sanctus & iustus, Saul contrà, fuit.

2. Sent. II. SENTENTIA dicit, Samuelem fuisse quidem verum iudicem: non tamen à morte Heli ad vigesimum annum, quò Arca 1. Reg. 7. vers. 2. dicitur fuisse in Cariathiarim, sed abinde solùmmodo, proindéque paucô tempore.

Ità Melchior Canus in locis Theologicis, lib. 11. cap. 5. responsione ad argumentum 12. Ità & Serarius in 1. Reg. comment. ad cap. 7. post init. seu §. *Primùm*, pag. 30. vbi & notat pro se Genebrardum: sed Genebrardum vendicat Salianus an. 2960. schol. ad num. 1. Ità denique ac nouissime Rangolius scribens in 1. Reg.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd in lib. 1. Reg. à cap. 4. quô descripta est mors Heli, ad vsque illud cap. 7. quô dicitur arca fuisse 20. annis in Cariathiarim, nulla fit mentio Samuelem iudicasse populum: sed tantùm ab eo tempore, quô dicitur arca fuisse in Cariathiarim 20. annis, prout videre est à vers. 7. Cùm tamen in anterioribus mentio facta fuerit quomodò *puer ministrabat Domino*, & cap. 3. vers. 20. *Et cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.*

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd non rectè diceretur Samuel senuisse cap. 8. quandò constituit filios suos iudices, & senuisse ac incanuisse cap. 12. quandò deposuit principatum. Nam ponámus eum cùm dicitur puer cap. 3. vers. 1. peruenisse ad annum vigesimum, aut etiam trigesimum, & abinde transegisse solùm annos 20. tunc attigerit annos ætatis tantùm 40. vel 50. Non solent autem homines ætatibus illis, non solebant

temporibus illis, dici senuisse & incanuisse: multò verò minùs potuisset Samüel causam senectutem, propter quam filios suos constitueret iudices, & Israelitæ senectutem ei obiicere, propter quàm regem postularent, & rursùm ipsemet senectutem & canitiam allegare, quandò rege constitutó principatum abdicauit. Hoc argumentum tangit Rangolius ad cap. 7. vers. 2. col 813.

Reiicitur. 2. Sent. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd hôc pactô constituendum esset ibi interregnum (vt etiá constituit Raggolius) 20. annorum: interregna autem eiusmodi fuerunt suis locis explosa. Neque verò satisfecerint, dicendo, annos illos reduci ad regimen ipsius, aut etiam ad regimen Saulis, sicut v.g. anni Seniorum & similes post Iosuë, ad annos ducatus Othonielis. Nam de annis illis Seniorum & similibus habetur expressum in Scripturâ vestigium Ios. vlt. & Iud. 2. At de hoc interregnô, nullum. imò contrarium, vt ostendetur mox.

2. FACIT II. Quòd in verbis illis 1. Reg. 7. vers. 6. *Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphath*; ostenditur manifestè, Samüelem tunc ibi iudicasse populum, quia iam anteà iudex erat; hoc enim indicat illa particula coniunctiua, *que*; maximè, cùm nullibi anteà ostendatur eum fuisse in officium illud, vel à Deo suscitatum, vel à populo electum. Vnde sequitur & alia superiùs allata contrà præcedentem sententiam, ibi fuisse dicta per quandam recapitulationem, tanquam longè antè fieri solita.

3. FACIT III. Quòd vers. 15. *Iudicabat quoque Samuel Israëlem cunctis diebus vitæ suæ.* & vers. 16. *Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israëlem in supradictis locis.* vers. 17. *Reuertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israëlem.* Hæc verba comparata ad sequentia, cap 8. vbi constituit filios suos iudices: & abinde vsque ad Saulem electum in regem, ostendunt manifestè, Samuelem fuisse verum iudicē. Nam paucô tempore post hæc ibi narrata, filios suos constituit iudices, petitur & eligitur Saul in regem, &c. Si autem Samüel non iudicasset antè 20. annos quibus arca mansit in Cariathiarim: quomodò verum erat eum iudicasse *cunctis diebus vitæ suæ*: vel certè *per singulos annos*, antequàm & filios suos constitueret iudices, & Saülem eligeret in regem?

Ad 1. Arg. 2 Sent. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respondetur imprimis, argumenta eiusmodi à negatiuà reuci ab omnibus in istis materiis: quandò habentur fundamenta contraria. Deinde verò, constare ex dictis, Samüelem longe iam anteà iudicasse Israëlem. Denique, quod in anterioribus non fuerit facta mentio de ipsius iudicatura, ratio specialis est clara: quia à cap. 4. vbi descripta est mors Heli, tradenda fuit historia capturæ & reductionis arcæ, vnâ eadémque, nec interruptâ, (quod solitum est Scripturæ) narrationis serie.

AD II. Respondet Torniellus an. 2901. num. 1. Samüelem fuisse natum annô principatus Heli 2. contrà Tostatum ponentem 8. consequenter regere cœpisse, cum esset annorum ætatis suæ 38. proinde fuisse propè sexagenarium, quandò constituit filios suos iudices, & populus ab eo regem petiit: & propterеà verè tunc potuisse dici senem & canum. Salianus etiam post Torniellū, an. 2900. num. 18. dicit eum fuisse natum anno Heli 2. Sed ponit eum vixisse cum Heli 39. annos. Quia forsan natum eum facit initio secundi illius anni. Ad 2.

IN CONFIRMATIONEM istius responsionis aduerti potest, quamuis Samüel dicatur passim puer à cap. 1. non tamen sic vbique vocari, prorsùs eodem sensu. Nam v.g. cap. 1. vers. 24. fin. *Puer autem adhuc erat infantulus*: ad minus, aut etiam ad plùs tunc bimulus, quia prout describitur in præcedentibus, iam & antè paulò fuerat *ablactatus*, ac Domino consecratus. Cap. 2. à vers. 18. *Samuel autem ministrabat antè faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.* vers. 19. *& tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolarent hostiam solemnem.* Eô locô manifestum est eum vocari puerum, ætate maiori prouectum. Rursus vers. 26. *Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Domino quàm hominibus.* Eô locô Samuelem adhuc aliô sensu dici puerum, manifestum fit ex antecedentibus. Nam dicebatur vers. 19. *quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolarent hostiam solemnem*, id est, singulis annis ad festum Paschæ: & vers. 21. *Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias, & magnificatus est puer Samüel apud Dominum*; in his necessum est trāsactos fuisse plures annos, ab iis quos erat ille natus quandò tunicam paruam faciebat ei mater sua. Et confirmare est ex similibus de Christo D. Redemptore dictis, Luc. 2. vers. 40. *Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo*: Et hoc quidem antequàm esset 12. annorum. Nam vers. 41. *Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solemni Paschæ.* vers. 42. *Et cùm factus esset annorum 12. ascendentibus illis Ierosolymam secundùm consuetudinem diei festi*, &c. posthæc dicitur vers. vlt. *Et Iesus proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines*: & hæc ergò denotant Confirm. Respons. ad 2.

ætatem

ætatem post transactos annos ... ur... cap. 3. vers. 1. *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta*: post quæ Dominus reuelatus est Samueli, & Samuel prophetans fuit. Eò loco certum esse debet, Samuelem dici puerum, adhuc alio sensu quam in præcedentibus. Nam non solebant ministrare templo, coram vero ... magno sacerdote, maxime verò per Dei spiritum ad prophetiam eueni, quin essent viri completi. Rursùs, quando dicitur vers. 20. *Et cognouit vniuersus Israel, à Dan vsque Bersabee, quod Samuel fidelis propheta esset Domini*: in his necessùm inuoluuntur adhuc anni multi, quibus Samuel posset ab omnibus agnosci verus propheta Dei. Nam & Christus D. si valeat similitudo, non est mundo reuelatus, quin attigisset annos 30. Luc 3. vers. 23. Denique cum additur vers. 21. *& addidit Dominus vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini*, &c. in his nonnihil adhuc indicantur tempora. Quibus adde cum cap. 4. à vers. 1. *& factum est in diebus illis, conuenerunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israël obuiam Philisthiim in prælium*, & quæ sequuntur per caput ferè totum, vbi moritur Heli, denotantur iterùm aliqua tempora. His iunge, non esse repugnans, ea quæ narrantur de Anna cap. 1. acta fuisse vel ab ipsomet anno 1. Heli, etiam ab eius initio; proindeque cum dicitur vers. 20. *& factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium*, per circulum dierum non esse necessarium intelligi, circulum qui faciat annum, sed potius ex ipsa vi loquutionis numerum tantummodò dierum, adeóq; longè minorem annò. Sed quidquid de hoc sit, non igitur inconueniens est, Samuëlem eò tempore quò magistratum assumpsit, fuisse natum 38. vel 39. annos: quo pacto cœperit gubernare post Heli statim mortuum. Et sanè hæc ætas meliùs videtur conuenire prophetæ Domini. Tunc autem optimè conueniet quòd Samuel sexagenarius dicatur & senex & canus, quódq; propter senectutem constituerit filios suos iudices. At neque si non fuisset tot annos natus, sed etiam tantummodò 52. aut circiter, prout vult Tostatus, aliquid repugnaret. Nam potuisset ætate hac, & senem ac canum deuenisse, vel propter particularem suæ personæ constitutionem, vel seorsim aut simùl propter labores in republicâ tam ciuili quam ecclesiasticâ gubernandâ, nec non in bellis aduersus Philistheos exantlatos: & filios suos constituere iudices, quamuis non esset adeò senex, nam & adhuc iuxtà veriorem sententiam superuixit à rege constituto 18. annos, & à laboribus cum eo belligerante per totos illos 18. annos non temperauit, vt proinde vixerit in toto 70. vel etiam 78. annos. Atque ita Salianus subiungit supra: Quo tempore quis rectiùs dici potest senuisse, quam 52. aut 3. quartóve, iuxta eorum sententiam qui tardiùs eum natum dixere?

Obiect. QVOD si obijcias, cap. 2. antequàm dicatur vers. 26. *Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Domino quam hominibus*: scribi vers. 22. *Heli autem erat senex valdè, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israëli*, &c.

Respons. RESPONDEBIMUR. In illo capite varias videri recapitulationes, inter quas meritò censeri potest illa, vers. 22. *Puer autem Samuel proficiebat*, &c. Nam & antè versum eundem 22. *Heli autem erat senex valdè*: scribitur, *& magnificatus est puer Samuel apud Dominum*: ex quo sequitur Samuël fuisse iam virum ob prophetiam magnificatum, antequàm Heli esset valde senex. Sed quidquid de hoc sit, non incassum & Heli potuit dici valde senex extunc, & tamen adhuc multos annos vixisse. Nam cap. 3. postquam scriptum est vers. 1. *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta*. subditur, vers. 2. *Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre*: per hæc ostenditur, à tempore quò dictus fuerat valdè senex, ad tempus quò caligauerant eius oculi, transactos fuisse quosdam & plures annos.

Replica. QVOD si replicaueris, Samuelem in deponendo principatum dicere cap. 12. vers. 2. *Itaque conuersatus coràm vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præstò sum*. vers. 3. *Loquimini de me coràm Domino, & coram Christo eius*: & ne dicatur significari tempus anterius principatui, subditur, *vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodiè, restituamque vobis*. hæc non côueniunt nisi principatum obtinenti.

Respons. RESPONDEBITVR. Illa verba non proferri solum de tempore quò gubernauit, sed etiam quò ministrabat sub Heli: sic nimirum vt sibi non possent obijci quæ iam similia, quæ præstiterant filij Heli, Ophni & Phinees, de quibus vide cap. 2. à vers. 13. & à vers. 22. quæque præstitit postea Giesi minister Elisei 4. Reg. 5. à vers. 20. Vnde Ecclesiastici 46. vers. 22. *& ante tempus finis vitæ suæ & seculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi: pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo*. Certè calceamenta recipere, non conueniret principi.

3 Sent. & III. SENTENTIA. & probabi-

probabi- lior Samuël ſtatim iudex poſt Heli

lior, eſt, & Samuelem fuiſſe verum iudicem: & ſucceſſiſſe immediatè Heli in officio iudicis: adeoque iudicaſſe Iſraelem ab eius morte.

Ità reliqui, & in particulari Lyranus, Toſtatus, Genebrardus, & denique Salianus an. 2960. num. 1.

PROBATIONES huius Sententiæ petendæ ſunt ex dictis contra præcedentes: neque hic ſunt repetendæ.

Pro

## XIV. DIFFICVLTAS. DE EODEM SAMVELE: An iudicauerit aliquot annis ſolus, ſeu ſeorſim à Saüle?

§. 58.

1. Sent.

PRIMA SENTENTIA eſſe poteſt, Samuëlem, non iudicaſſe aliquot annis ſolum, ſiue ſeorſim à Saule.

Ita forſan Ioſephus, vel certè quod exemplar eius græcum, quod ſe vidiſſe teſtatur Baradius to. 1. lib. 5. cap. 21. init. In quo exemplari, dicit habitum eſſe lib. 6. Antiq. extremis verbis, Saulem viuente Samuële regnaſſe annos 18. poſt obitum autem eius 22. Forſitan ibi non tribuebantur plures vtrique: quô pactô Samuël nunquam gubernaſſet ſolus. Ità videri poſſet alicui ſentiſſe Philo lib. de Temulentia Græcolat. pag. 200. vbi Samuelem non dubitat regibus annumerare, propter ſimul regnantem Saulem. Attamen non propterea non tribuit ei aliquos ſeorſim annos: imò inde conſtat tribuere aliquos, quòd regibus cum annumerat. Ità autem Clemens Alex. 1. Strom. tradens Saulem non ſolum cum Samuële, ſed etiam cum Heli regnaſſe. Ita cenſeat neceſſe eſt Canus, cùm noluit Samuelem iudicaſſe ante annum vigeſimum, qui citatur Reg. 7. manſionis arcæ in Cariathiarim. Nam ab inde, ad conſtitutos filios ſuos iudices, & tandem Saulem conſtitutum regem, iuxtà probabiliſſimam ſententiam, quæ reliqua totius capitis illius 7. vult dicta per recapitulationem, non tranſacti fuerunt plures anni. Idem dici poſſet de Serario: veruntamen ipſe aliter ſentit.

Probat. 1.

PROBARI poteſt hæc Sententia I. Ab illa ſententia Cani, quâ noluit Samuelem gubernaſſe ante vigeſimum annum manſionis arcæ in Cariathiarim. Sed hæc exploſa fuit.

2.

II. A verbis Act. 13. verſ. 2. *Et exinde poſtulauerunt regem, & dedit illis Deus Saulem filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis 40.* vbi anni 40. tribuuntur ſoli Sauli. His verò ſoli Sauli tribuitis, ſpectatô numerô annorum 480. qui traduntur 3. Reg. 6. verſ. 1. nulli remanent tribuendi Samuëli.

Reijcitur

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit prorsus 1. Reg. 7. verſ. 2. Sed quoniam directum eſt argumentum ſequentis ſententiæ: propterea illuc eſt remittendum. Itaque.

2. & vera Sent. Samuel regnauit ſeorſim à Saule.

II. SENTENTIA. & vera. dicit, Samuelem iudicaſſe ſolum, ſeu ſeorſim à Saule.

Ità reliqui omnes, & quotquot præſertim recentiorum hanc quæſtionem tractant.

Probat.

PROBATVR hæc Sententia argumentô inuictiſſimô, petitô à locô 1. Reg. 7. verſ. 2. *Et factum eſt ex qua die manſit arca Domini in Cariathiarim multiplicati ſunt dies (erat quippe iam annus vigeſimus) & requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominum. Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael*, &c. Hoc eueniſſe poſt mortem Heli, patet à cap. 4 & ante regnum Saülis à cap. 8. Ergò Samuel iam regnauerat ſolus ad minùs, vel ad ferè, 20. annis.

Porrò diuerſi ſunt authores huius ſententiæ, in aſſignandis præcise annis, quibus Samuel regnauerit ſolus. Sed quoniam redibit hæc quæſtio ſpecialis, vbi tractabitur de Samuële, & Saule, ſimùl: propterea annos eius præcisè determinandos illùc reiicimus.

Ad Arg. 1. Sent.

AD ARGVMENTVM præcedentis Sententiæ. Reſpondetur, ſuppoſitô, quòd Samuel regnauerit ſolus aliquos annos, ſequi neceſſariò 40. annos qui Act. 13. tribuuntur Sauli, exponendus eſſe ſimùl tributos & Samueli; alias enim numerus annorum 480. traditus 3. Reg. 6. verſ. 1. ſuperflueret ad minus, vel ad ferè 20. annis. Sed de hoc expreſſiùs infrà in difficultate ſpeciali.

## XV. DIFFICVLTAS. DE NVMERO PARTIculari, 40. Annorum qui Act. 13. vers. 21. tribuitur Saüli: An sit dubius & corruptus: An verò certus & incorruptus?

§. 59.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS in hoc. Ex vna parte videtur Saülem non regnasse 40. annis. I. quia 1. Reg. post traditam redditionem arcæ per Philistinos, & deductionem eius in Cariathiarim in domum Abinadab in Gabaa cap. 6. totò & cap. 7. vers. 1. additur eod. cap. 7. vers. 2. *Et factū est ex qua diem mansit arca in Cariathiarim multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus*, &c. Per hoc patet arcam mansisse in Cariathiarim 20. annis saltem incœptis. At 2. Reg. 6. à vers. 3. Dauid & vniuersus populus tulit eam de illa domo Abinadab in Gabaa, adeóque de Cariathiarim, & induxerunt eam in Ierusalem. Huc verò pôst annum septimum regni Dauid, seu octauô eius incœptô ex cap. 5. vbi à vers. 1. traditur id factum, Dauid mutante sedem regni sui de Hebron in Ierusalem, & vers. 5. vbi traditur Dauid regnasse in Hebron 7. annos & 6. menses. Itaque per hæc videtur, à tempore quô arca deducta fuit in Cariathiarim ad octauum regni Dauid, non intercessisse nisi 20. annos. Consequenter Saulem, qui regnauit solùm post tempora deductionis arcæ in Cariathiarim, & ante Dauid, vt patet 1. Reg. à cap. 8. non potuisse regnare 40. annos.

2. II. Quia 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saül, cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel.* Non ergò 40. annis.

Ex altera autem parte videtur, à tempore quô arca deducta fuit in Cariathiarim, ad finem regni Saülis, transactos fuisse multò plus quàm 40. annos: seu gubernationi Samuëlis, & regnô Saülis simùl collectis, tribuendos esse ad minus 60. annos. Nam 1. Reg. 4. post traditam capturam arcæ vers. 11. & mortem Heli vers. 18. cui successit Samuël, vt patet capitibus sequentibus, constabitque ex mox dicendis, præsertim cap 7. à vers. 6. dicitur eodem cap. 7. vers. 2. *Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus*, &c. & vers. 6. *Indicauitque Samuel filios Israel in Masphа*, & vers. 15. *Indicauit quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ*, &c. Per hæc patet, prout iam ostensum fuit, tribuendos esse ad minùs, vel ad ferè annos 20. regimini Samuëlis. Et Act. 13. postquam dictum est vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samuelem prophetam*, additur vers. 21. *Et exinde postulauerunt regem, & dedit illis Deus Saül filium Cis, virum de tribu Beniamin annis 40.* Per hæc, & præsertim per illud, *exinde*, videtur Saulem regnasse annis 40. exclusô Samuele. 20. & 40. faciunt 60.

I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Numerum illum annorum 40. esse dubium & corruptum. 1. Sent.

Ità dicant necesse est, quicúmque numerum annorum, quibus Samuel gubernauit, & annorum quibus Saül regnauit, minorem faciunt 40. Reperiuntur ità sententes in duplici genere.

In primo genere sunt Hebræi antiquiores, qui in maiori sua chronologia, seu in Seder Olam, 1. tract. cap. 13. tribuunt regimini Samuëlis & Saulis simùl collectô, non plus annis 13. Quibus accedunt nonnulli tacitò nomine relati apud Genebrard. in Samuële init. tribuentes Samueli soli annos 11. & Saül 2. Ità Constantinus Phrygio, relatus à Saliano tom. 3. ann. 2962. num. 5.

Item sub hoc genere sunt recentiores Rabbini apud eundem Genebrard. ibidem, tribuentes eis annos non plùs 20. quibus associandus est Eupolemus, qui Hebræorum conscripsit Historiam, apud Eusebium lib. 9. de præp. Euang. & apud Ludouicum Viues in lib. 18. de ciuitate Dei cap. 20. lit. C. tribuens eis non plùs 21.

In 2. genere sunt Beda lib. de 6. ætat. mundi, & in præfat libri 2. expositionis allegoricæ in Samuëlem. Hermannus Cóntract. Marianus Scot. & denique Driedo lib. 3 cap. de supputationibus, tribuentes eis iuxtà supputationem (vt putant) Iosephi non plus 32. Hoc autem faciunt illi omnes diuersò modô & ratione. Vnde

I. MODVS est Hebræorum in Seder Olam 1. part. cap. 13. & cum eis Constantini Phrygionis, tribuentium regimini tùm Samuelis, tùm Saülis simùl collectô, non plùs annis 13. 1. Modus.

Probat. PROBATVR Hic Modus à prima parte fundamenti difficultatis, scilicet à Locis libri Reg. cap. 7. vers. 2. cap. 13 vers. 1. & lib. 2. Reg. 6. à vers. 3. in quibus putãt authores isti annos 20. quibus dicitur arca fuisse in Cariathiarim, finiri solum, & non antè, in annô octauô regni Dauidis, seu in anno primo regni ipsius in Ierusalem, quod incœpit postquàm regnauerat in Hebron 7. annis & 6. mensibus. Si enim à 20. annis illius mansionis arcæ in Cariathiarim, demas 7. annos regni Dauidis in Hebron, remanent solummodò 13. tribuendi Samueli & Sauli. Porrò Saüli volunt deberi solummodò duos annos regni, ex 1. Reg. 13. vers. 1. vbi dicitur regnasse 2. annis, consequenter reliquos 11. Samuëli, sicque distribuunt illos 13.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM adduci possent explicationes quædam, quas habet Genebrardus in Heli; sed quoniam affert illas ex professo tantum contrà recentiores Rabbinos, proptereà reijcimus illas in 2. modum. Facit autem prorsus, quòd, vt ait Salianus suprà, fundamentò falsò, & ineptâ duorum locorum Scripturæ interpretatione nitantur. scilicet, 1. Reg. 7. vers. 2. & 2. Reg. 6. à vers. 3. Hoc non demonstrat Salianus; quia forte putauit per se clarum esse satis. Demonstratur autem sic. 1 Reg. 7. vers. 2. *Et factum est ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus) & requieuit omnis domus Israël post Dominum*, &c. Per hæc manifestum est, annos illos 20. siue completos, siue probabilius inceptos, intelligendos esse iam ex tunc actos, proindéq; à tẽpore quô iudicabat Samuël, saltem à tempore quô mortuus fuerat Heli. Abinde rursus vsque ad octauum anni regni Dauid, patet ex historia sacra, trãsactos fuisse plures annos. Et vt omittamus tempora quibus Samuël describitur iudicasse: Philistæos debellasse: vrbium quas tulerant Philistæi redditionem obtinuisse, & cætera quæ reliquò cap. 7. quoniam intelliguntur à quibusdam, & probabilissimè, per recapitulationem ibi dicta: prout etiam dicemus §. 61. sub refutatione 1. sententiæ quin & tempora quibus senuit, necnon quibus filios suos iudices constituit, populus regem ab eo postulauit, cap. 8. (prout etiã obijcietur eod. § 61. contra 2. sententiam) sint saltem ea tempora quibus Samuël Saülem primum in regẽ clam vnxit: postea publicè regem declarauit cap. 10. quibus Saül Naas regem Ammonitarum debellauit: Samuel rursum Saülem in regem declarauit, & cum eo populus totus confirmauit cap. 11. & 12. ad quæ tempora si addas ad minùs annos duos, quibus solis, ex istorum confessione, regnauerit Saül cap. 13. vers. 1. vt omittamus pronũe alia tem-A pora transacta à morte Heli ad redditionem arcæ, à cap. 4. ad 7. rursúmq; plurimos annos reliquò totò regnò Saülis, à cap. 13. ad cap. 31. seu vltimum illius libri: manifestum erit, tribuendos esse regimini Samuelis & Saülis, plures non solum 3. sed etiam 20. annis.

II. MODVS, est recentiorum Rabbinorum, apud Genebrardum in Samuele: qui vt S. Paulum Act. 13. mendacij arguant, tribuũt regimini Samuelis & Saulis simul collecto, annos tantùm 20. Quibus associãdus est suô modò Eupolemus apud Eusebium, & apud Ludouicum Viues locis citatis, tribuens eis 21. 2. Modus

Probat. PROBATVR Hic Modus per istos Rabinos, ab eadem parte fundamenti difficultatis, seu in iisdem locis, quibus Seder olam, aliô licet modô intellectis: volentes nimirum, Dauid tulisse Arcam finitis solum 20. illis annis, & non antè, consequenter annos 7. quibus regnauerat Dauid in Hebron, non esse subducendos ab eis.

Confirm. CONFIRMARI posse forsan alicui videretur, a Iosepho, S. Hieron. (in Tra- C ebr.) Zonara, Cedreno, Ruperto, Comestore, Dionysio, Angelomo, alijsq; recentioribus, docentibus annũ illum vigesimum fuisse vltimum mansionis arcæ in Cariathiarim. Si enim ille fuit vltimus, & 2. Reg. 13. arca translata fuit de Cariathiarim à Dauide: vtiq; regimen tùm Samuëlis, tùm Dauidis, durarunt solùm 20. illos annos.

ADVERSVS hunc modum affert Genebrardus in Heli, duas explicationes. I. traditur ab eo his verbis. Fuit, inquit, arca 7. mensibus in agro Palæstinorum, (vt etiam expressè dicitur 1. Reg. 6. vers. 1.) Deinde collocata est in Cariathiarim, vbi non solum 20. annis mãsit apud domum Abinadab (in Gabaa) quousque efferretur magnâ pompâ à Dauide, vt vitiosè colligũt Hebræi è 2. Reg. 6. verum iam tùm præterierant anni 20. cum Samuël iudicis munere fungens, sanctam illam concionem habuit, quæ extat 1. Reg. 7.

II. traditur ab eo his verbis. Vel, inquit, in Bethsames 20. annos quoque mansérat: etsi Scriptura tempus non præfiniat. Deinde in alios 20. delata est in Cariathiarim, Saule nondùm regnum consecutô. Vbi tandiù eam apud se in domo Abinadab in Gabaa habuerunt, donec Dauid eam è Cariathiarim Ierosolimam transtulit in tabernaculum quod ei tetenderat. Sic Genebrardus.

VERVM quòd spectat ad explicationes istas, videri poterunt alicui non satis examinatæ vel completæ. Et secunda quidem, in se spectata, prorsùs est improbabilis, aut etiam non vera. Nam imprimis, nullum extat in

Scriptura vestigium, arcam fuisse in Bethsames 20. annis. Contrarium potiùs extat in ea, tùm cap. 6. totô, in quo vers. 1. fit mentio 7. mensium, & post illos 7. menses indicantur pauci tantùm dies, tum ipsomet cap. 7. vers. 1. in quo indubium esse debet, si arca fuisset 20. annis in Bethsames, Scripturam sacram non fuisse solummodò collecturā annos 20. quibus illa mansit in Cariathiarim, sed simul etiam alios 20. quibus mansisset priùs in Bethsames. Deinde, cōtrariatur hæc expositio Act. 13. collato ad historiam sacram habitā deinceps in eodem libro 1. Reg. à cap. 7. & deniq; ipsimet Genebrardo. Nam ex communi necnon veriori sententia, quæ stabilietur posteà, quamq; amplectitur Genebrardus, anni 40. qui tribuuntur Sauli Act. 13. distribuendi sunt toti regimini simùl Samuelis & Saulis: ita vt ab Heli, ad regnum Dauidis, sint tantummodò 40. anni; alioqui excederetur numerus annorum 480. traditus 3. Reg. 6. vers. 1. Atqui si arca mansisset 20. annos in Bethsames, & 20. alios in Cariathiarim antequàm Saul fuisset regnum consequutus, vtique vel Samuel rexisset solus totos illos 40. annos, proindéque Saül solus nullos: vel si Saül solus aliquos, tunc tribuendi essent vtrique simùl sumptis, id est, Sauli & Samuëli, plusquàm 40. quos assignat S. Paulus. Et eùm iuxtà communes auctorum sententias, quas refert & amplectitur ipsemet Genebrardus infrà sub §. 61. sententia 2. Saül rexerit solus annos 20. sequeretur tribuendos esse toti regimini Samuelis & Saulis, annos 60. quod esset contrà S. Paul Act. 13. & sententiam ipsiusmet Genebrardi.

Prima autem explicatio videtur quidem eadem cum refutatione quam adduximus sub modô præcedenti: sed apud eum non satis declarata. Siquidem nihil affirmat ibi circà quæstionē, an arca manserit in Cariathiarim 20. solùm annis, an verò pluribus. Veruntamen credibile est, Genebrardū hoc reliquisse lectori tanqūam facilè colligendum ex sequentibus apud Scripturam traditis, ad idq. sufficienter ingressum præbuisse, quandò dixit obiter, annos illos 20. iam tùm præteriisse cùm Samuel iudicis munere fungēs sanctam illam concionem habuit, quæ extat 1. Reg. 7. Per hoc enim supponere videtur, vel ea quæ traduntur deinceps de Samuele, non fuisse per recapitulationem ibi dicta, sed ab inde, seu post annos illos 20. trāsacta, quò pactò non est dubium quin essent intelligenda plura tēpora, vel etiam plures anni, quàm quos annotauimus sub refutatione præcedenti: vel certè supponere tanquam de se notum, Saul rexisse plures annos, antequàm arca per Dauidem efferretur.

Reijcitur 2. Mod. 1. CONTRA HVNC MODVM Facit I. Idem quod contrà præcedentem: nimirū, quòd æquè, vt dicebat Salianus, fundamentō falsō, & ineptā duorum locorum Scripturæ interpretatione nititur. Scilicet 1. Reg. 7. vers. 2. & 2. Reg. à vers. 6. in quibus æquè manifestum est, annos 20. quibus arca fuisse dicitur in Cariathiarim, intelligendos esse iam tunc actos à morte Heli, rursúmq; plures annos ab illis 20. fuisse actos vsq; ad regnum Dauidis, seu vsq; ad inductionem arcæ per eum in Ierusalem: quæ omnia fusiùs deducta fuerunt contrà modum præcedentem.

FACIT II. Quòd isti Rabbini valdè hallucinātur in sua supputatione. Nam aut volūt annos 7. regni Dauidis includendos esse in illis 20. mansionis arcæ: aut non. Si sic: includūt in 1. modum Hebræorum antiquorum. Si non: tribuendi erunt mansioni arcæ 27. anni. 2.

DICENT forte, 7. annos Dauidis concurrere cum 7. postremis Saulis, sicq; non esse computandos in 20. mansionis arcæ.

AT tunc sequetur, Dauidem ergò seorsim non regnasse 40. annos: & hoc modò detrahendi erunt 7. illi anni numero 480. tradito Reg. 6. vers. 1. Et per hoc patet responsio ad argumentum modi huius. Ad Arg. Modi 2.

AD CONFIRMATIONEM autem eius. Respondetur, authores illos non sentire, annō vigesimō mansionis arcæ in Cariathiarim, eam fuisse translatam in Ierusalem, sed velle post vigesimum illum annum fuisse aliò translatam a Samuel. Sic enim ait S. Hieronymus, *Peractō vigesimō annō, translata est eadem arca à Samuele in Masphath.* Quæ totidem verbis referunt sequuntúrq; reliqui ferè post eum. Porrò credendum est, eos æstimasse arcam rursùm fuisse translatam in Chariathiarim. Nam expressis verbis refertur 2. Reg. eam fuisse translatam in Ierusalem per Dauidem, à Cariathiarim. Ad Confirm.

III. MODVS est Bedæ, Contracti, Mariani Scot. & Driedonis, locis citatis, tribuentium regimini Samuelis & Saulis simùl collecto, annos 32. 3. Modus.

PROBATVR Hic modus à computatione quam putant fuisse talem Iosephi lib. 6. Antiq. cap. 14. & lib. 10. cap. 11. vbi tribuit quidem Samueli soli, annos 12. & posteà eidem Samueli simùl cum Saule gubernanti annos 18. rursúmq; 2. Sauli soli. Verùm Probat.

CONTRA HVNC MODVM Facit I. Quòd, vt aduertit Salianus suprà, authores isti met, non aduerterunt Iosephum ibidem superaddere 20. annos, quos rursùm tribuit Saüli soli post mortem Samuëlis. Ex quibus sequetur iuxta Iosephum tribuendos esse regimini vtriusque simùl collecto annos 25. prout de facto tribuit Iosephus, falsò in codicibus, quos illi secuti sunt. Nam (hoc omittimus nunc) reperiuntur codices eius diuersi rursùm ab istis. Reijcitur. 1.

FACIT II. & omninò, quòd au- 2.

thores illi nullam habeant rationem, contrà authoritatem S. Pauli, vel S. Lucæ referentis eum, in Actis, necnon authoritatem loci 3. Reg. 6. vers. 1. de 480. annis in dubium reuocandi, quin illi anni 40. tribuendi sint, vel Sauli soli, vel ipsi & Samüeli simùl; vtrouis verò modo non possint vtríque simùl tribui tantùm 32.

2. & vera Sent. Anni 40. qui Act. 13. vers. 21. incorrupti.

II. SENTENTIA. & vera. dicit, Numerum illum annorum 40. esse certum & incorruptum.

Ità censent, aut censere debent omnes, qui codices vulgatæ Editionis incorruptos & meritò censent illis locis. Atque ità de facto docent recentiores, præsertim Torniellus, & Salianus.

Probat.

PROBATIO huius Sententiæ, non

A est alia, quàm quæ sæpè fuit in superioribus allata contra similes difficultates. Nimirùm ex Concilio Tridentino, & declarationibus eius, allatis ab initio, §. 2. necnon ex Regula canonis, *Si ad scripturas* dist. 9. quæ est S. Augustini ac Theologorum communiori, allata §. 5. Ex quibus constans esse debet admittendam esse nullam in Editione vulgata corru-

B ptionem; alioqui totius Scripturæ sacræ vacillaret authoritas. Vide & infrà §. 75.

Ad Fūdam. Diffic.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, quantùm sufficit hoc locô, patet ex dictis Responsio: & quidem formaliter ad I. eius punctum. Ad reliqua autem, si quid pro rei veritate respondendum sit specialius, habebitur ex difficultatibus sequentibus.

## XVI. DIFFICVLTAS. DE EODEM NVMERO particulari 40. annorum, qui Act. 13. vers. 21. tribuitur Saüli: An contineat solos annos regiminis Saulis: An verò includat simùl annos regiminis Samüelis?

### §. 60.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, sunt ipsamet verba S. Pauli Act. 13. vbi postquàm dixit vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samuelem Prophetam*: addit vers. 21. *Et exinde postulauerunt regem, & dedit Deus Saül filium Cis virum de tribu Beniamin annis* 40. Per hæc, ac præsertim per illud, *exinde*, videntur tribuendi 40. illi anni soli Saüli exclusô Samuele.

1. Sent.

I. SENTENTIA. dicit, Numerum illum annorum 40. continere solos annos regiminis Saulis: non autem includere simùl anos regiminis Samuelis.

Ita videri potest S. Hieronymus in Tradit. Hebr. nisi fortè quæ profert, dixerit, vt plurima solet, ex aliorum sententia. Ità S. Augustinum lib. 17. ciu. cap. 7. & lib. 18. cap. 20. refert pro se Serarius locô mox citandô. Ita etiam Seuerus Sulpit. lib. 1. Hist. Bed. in præfat. 2. libri expositionis allegoricæ in Samuelem. Canus lib. 11. de Locis cap. 5. & Serarius in 1. Reg. 7. propos. 2. seu à pag. 215.

Probat.

PROBAT hanc Sententiam Serarius, quibusdam argumentis.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM. Petitur à loco Act. 13. Clarè, inquit, & expresse affirmat S. Paulus, Act. 13. vers. 21. hosque annos incipit post regem postulatum, vt admittenda eorum glossa non videatur, qui cum Samuelis annis confundunt, cum ij ante regis po-

C stulationem fuerint. & infrà: Quæ de Actorum annis 40. dicuntur, tam clara sunt, vt iis præstet simpliciter adhærere, quàm ea nescio quô modô interpretari.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. Sicuti cùm S. Paulus dicit dedisse Deum iudices 450. annis, significat tempus quô illi regnarunt: ità cùm dicit dedisse regem Saulem 40. annis. Alia quidem habet argumenta: sed facientia solùm contrà eos, qui volunt Saülem regnasse solummodò 2. annis, de qua re

D posteà.

3. Arg.

III. ARGVMENTVM addi potest, petitum ab eodem Serario in alio casu: videlicet: Cur impij Saülis annis includere itur optimi Samuelis anni?

Reijcitur.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit locus 3. Reg. 6. vers. 1. iam pro certo & incorrupto stabilitus. Hoc enim positô, quandoquidem tributis Sauli soli 40. annis, suisque seorsim Samueli, numerus ille annorum 480. superflueret 20. aut plus: vtique

E meritò sententia hæc est repudianda propter illum.

Ad Arg.

AD ARGVMENTA eius. Respondetur, cogi nos à loco 3. Reg. expositionem illam admittere, quæ communes facit annos illos 40. Samueli & Saüli.

2. & vera sent. Anni 40 qui Act. 13. continent annos Samuelis & Saulis.

II. SENTENTIA. & vera. dicit, Numerum illum annorum 40. non continere solos annos regiminis Saulis: sed etiam includere annos regiminis Samuelis.

Ità reliqui omnes, & fere innumeri. Et quidem inter eos recensendus est magnâ ex parte Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 14. imprimis iuxta codices communiores, quatenùs coniungit eos simùl in regimine, quamuis aliàs erroneè, nimirùm dùm partim separans, & partim coniungens, annos regiminis eorum, tribuit primùm Samueli soli post mortem Heli, & antè regnum Saülis, annos 12. vtriq; post hæc simùl, annos 18. dein verò Saüli soli post mortem Samuelis alios 20. In hoc enim errat, quòd vtriq; simul dat plus quàm 40. annos: & quòd Samueli soli non dat plùs 12. Deinde verò, iuxtà exemplar illud græcum, quod se vidisse testabatur suprà Baradius, in cuius extremis verbis lib. 6. dantur Saüli cum Samuele 18. post Samuelem verò 22. qui faciunt 40. quamuis in hoc rursùs erroneè, si post Samuelē intelligat mortuum: vt omittam quod probabilius putabimus §. sequenti Samueli soli deberi annos ad minùs 20. Sauli autem post mortem eius, ad plus 2. Ità autem R. Kimchi in ps. 99. ex Deras, apud Genebrardum in Samuele & Saule, init. Item, Philo lib. 1. de Temulentia, Græcolat. pag. 200. Samuelem regibus annumerans, propter simul regnantem Saül, vt adnotat Salianus an. 2940. num. 3. Ità Eusebius in Chronic. Lat. & lib. 10. Præp. Euang. cap. vlt. fin. Nec aliter sentit S. Augustinus 17. ciuit. 7. & 18. 20. qui Eusebium perpetuò in ratione temporum sectatur. Ità S. Chrisostomus Hom. 4 in Act. dùm Samueli annos tribuit 40. & Freculphus in Chronico suo totidem viceuersa Sauli, ait Salianus an. 2962. num. 3. Ità & prò hac sententia S. Augustinum refert Genebrardus in Samuele pag. 194. Ità Seuerus Sulpitius lib. 1. Histor. S. Isidorus in Chron. Niceph. Constantinop. in Chronolog. & in eum Antonius Contius. Bed. in 13. Act. Chronic. Alex. Cedren. Lyran. & Interlin. in 13. Act. Tostatus in 1. Reg. 13. q. 1. & in cap. 9. q. 6. Massæus lib. 15. pag. 45. sub Heli, Genebrardus, Bellarminus, & Gordonus, in Chronologus suis. Ioan. Lucid. Adrichom. Baradius, Toroiellus, & Salianus. Inter commentatores Scripturæ, Ribera lib. 1. de Templo cap. 1. Pineda lib. 8. de rebus Salomonis cap. 2. num. 2. Lorinus in Act. 13. & plurimi alij. E sectariis autem Mercator, Funecius, Temporarius, Bibliander, Codomanus, Bucholcerus, Caluisius, Capellus, Heluicus, Behmus, & Cario: quorum maximam partem refert Salianus to. 3. an. 2962. num. 3. Denique sicut aduertit Tostatus posteriori loco, ità censent omnes Doctores.

Probat. PROBATVR HÆC SENTENTIA argumentô inuictissimô, à loco 3. Reg. 6. vers. 1. vbi stabilitum est, non plures annos esse computandos ab exitu de Ægypto, ad iacta templi fundamenta, quàm 480. sic expressè eò locô affirmatos. Hoc enim positô, cùm necessarium sit annos 40. qui tribuuntur Saüli, non esse assignandos ipsi soli, sed etiam Samueli, omninò conuincitur eos includere simùl annos regiminis Samuelis. Argumenta autem contrariæ sententiæ nullius sunt momenti.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM. Respondetur, iam sæpiùs dictum esse, cogi nos ad expositionem illius loci, per quam anni 40. etsi tributi soli Sauli, includant nihilominùs annos etiam regiminis Samuelis. Non esse autem sic mordicùs adhærendum rigori litterali, quandò contrarium & conuincens fundamentum habetur in Scriptura, plùs satisq; patuit in similibus plurimis per totam hanc chronologicam materiam: vt non parùm mirabile sit, Serarium in hoc, non solùm à regula S. Augustini, Concilij & declarationum eius defecisse propter argumenta leuissima: sed etiam à communi omniū tàm chronologorum, quàm sacri textus expositorum.

Ad 2. AD II. Respondetur, ostensum fuisse § 43 sub 6. sententia 5. argumentô, & obiect. 4. locum illum, seu numerum annorum quasi 450. non respicere Periodum istam, sed præcedentem. Sed & quamuis respiceret illam: tamen adhuc faceret contrà Serarium ex §. 47. quia in illis annis 450. comprehenderentur interregna, & seruitutes, quibus nonobstantibùs anni illi fuissent tributi iudicibus.

Ad 3. AD III. Respondetur, annos Saülis non ob illam causam includere annos Samuelis, quòd Saül fuerit impius: sed quia fuit rex, & rex primus; vel aliàs, annos Samuëlis includi sub annis Saulis, quia Samuel fuit Sauli coniunctus tanquam vltimus iudex, & tanquam propheta specialis; quia item, cum in regem constituit, consecrauit, confirmauit; & quia denique, cum eo per reliquum ferè vitæ suæ tempus, socius permansit. Hoc autem non est inconueniens istis aut similibus de causis: sicut aliàs viceuersà, iisdē, vel aliis de causis, annos ipsius Saulis in annis Samuelis comprehēderunt Eusebius in Chronico Græco, & S. Chrisostomus Hom. 4. in Acta; sed & Serarius ipse §. *Denique*, refert Theodoretū q. 28. 1. Reg. & Procop. in cap. 13. lib. 1. dicere, Samuelis annis potiùs Saulis annos ob impietatem includendos fuisse: ac de facto Theodoretus dicit, reliquos annos quibus Saül vixit & regnauit, non ampliùs in illa simplicitate, seu animi rectitudine, quam volunt cōmuniùs significari per illa verba 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset*, reputari administrationi Samuelis: prout annotauit Salianus an. 2964. num. 1. fin.

set de temporibus omnium iudicum. Vnde non esset ratio cur potius istæ historiæ tribuendæ essent ducatui Othonielis, quam alicuius alterius iudicis. Deinde, quamuis non haberent talem potestatem, qualem describit Genebrardus, sed politicā & mixtam, qualem solam admittit ipse: non tamen propterea non habebant vllam ad coercenda mala: & dato quòd aliquam non habuissent per se solos, nunquid saltem non habebant illam cum senioribus, seu consiliô suô? Vnde cum iuxtà Genebrardum ipsum, tunc viuerent Seniores qui superuixerant Iosuē, nunquid non illi cum Othoniele non potuissent coercere mala, præsertimque idololatriam particularium? Quid quòd sine potuissent isti simùl, nunquid non potuissent cum consultatione tribuum omnium, sicut suô modô fecit Leuites ille? maxime cum etiam istud idololatriæ esset adeò temporibus ipsis totum exosum, mentióque ne ... timescendum? Denique, contra ... his ostenditur ea quæ fuerunt dicta ... præcedēti, præsertim quod à Scriptura traditur illa causa cur aliqui deflecterent ad idola, quia *non erat tunc rex in Israel sed vnusquisque quod sibi bonum videbatur hoc faciebat*. Hæc nam q; quadrarēt parum tēporibus Iudicis alicuius, qui rexisset simul cum eiusmodi senioribus. Confirmabitur hoc penitùs ex refutatione sequenti. Itaque

FACIT III. ac omninò, quod Iudic. cap. 1. totò mentio fiat tot tribuum, etiam verò belligerantium *post mortem Iosuē*, quin & specialissima mentio *Othonielis* vers. 13. secundum quod cepit *Cariath Sepher*, & ob eam ceptam habuit in vxorem *Axam* filiam Caleb: & tamen ibi mētio nulla fiat iudicis alicuius, multò ... Othonielis ... potestate pollen... ... Caleb ... quod tamen de illo non ... ter. Ergò non fuit ... actu iudicans statim, imo ne longe post a morte Iosuē. Consequenter hinc ... confirmatur, tempora quibus ... non fuisse in Israel ... ad ... tenda, & ... sed eò quò diximus ... intelligenda.

1. Modus & probabilior. III. MODVS, & probabilior. ... num 5. ... quod ... sub Chusan.

Probat. PROBATVR ... Modus, ... præcedentes: ... morte, sed propterea ... tenus de solo ... Iudic. cap. 1. totò in quo fit mentio tot tribuum, etiam verò belligerantium, *post mortem Iosuē*, nulla vero iudicis vllius, minusque Othonielis tanquam iudicis tunc existentis, cum tamen sub aliā ratione mentio fiat eius, indubium, inquam, est quòd Othoniel non fuit actu iudex omnibus annis incipientibus à morte Iosuē, consequenter nec omnibus qui tribuuntur regimini ipsius Othonielis. Item, quatenùs Israëlitæ mortuis Senioribus, ad peccata, præsertim idololatriæ, deflexerunt, propter quæ tandem traditi sunt seruituti Chusan, & posteà per Othonielem a Deo suscitatum, ab eo sunt liberati. Hinc ... Salianus, Accedit ... ratio, quòd ad nullius propriè iudicis tempora historiæ illæ pertinebat, cum & mortuus esset Iosue, & Othoniel nondum esset diuinitùs suscitatus, quæ videtur mens Abulensis. Sic ille.

Atque hunc Modum non adeò censet improbabilem Serarius non adeò censet improbabilem, quin postquam de sua sententia locutus est, dicat hæc. Quam si non tenerem, tertiam diuiderē opinionem in duo tempora. Vnum quò post Iosue atque Seniores peccarunt, falsaque numina coluerunt Israëlitæ, prout expositum est suprà cap. 2. in aduersi status cap. 3 num. 5. Alterum, quô iidem ob scelera puniti sunt, vt eodem cap. 2. in sequenti aduersi status cap. 4. monstratum. Dicerem igitur, in tertiæ huius opinionis prius illud tēpus, coniici hanc posse historiam. Nam & hoc morum ... fuere iniquitas, & Iosephi credibile faceret authoritas. Sic Serarius de historia ... Michæ idem consequenter ... de ... saltem de historia Danitarum, ad cap. 18. q. 6.

QVÆRITVR S. Quantò tempore post mortem Iosue euenerint, & quātò ante seruitutem ... durauerint illæ historiæ? Quæstio.

RESPONDETVR Probabiliter Salianum anno ... num. 10. & alios, tribuere Seniores ... s 17. Hoc enim significare videntur verba, *longo tempore*: adeò que ... tantò tēpore post mortem Iosue, ferè autem immediatè post mortem Seniorum illorū, Israëlitas ad mala deflexisse. Probabiliter ... eundem Salianum num. ... tribuere tùm historiis illis, tùm ... peccatis, 5. annos: post ... annorū, clamantēsq; ad Dominum ... sunt ab Othoniele. ... quosdam alios tribuere Senioribus, annos tātū ... Hoc enim ... conueniunt propius illa verba de Senioribus dicta, *longo tempore*, verbis illis de Iosue dictis, *Euoluto autē multo tempore*, quę dicere tātum ... annos stabilitò fuit in superioribus, etiam ex sententia S. ... Nihilominus vt ab authoribus ... non sine causa manifesta discedamus, sequemur eos in annis istis collocandis infra subexemplari. Respons.

Horum occasione, Torniellus loeô superiùs citatô, fusè deducens bella, siue historias, quæ euenerũt post mortem Iosuè, temporibus (vt vult illas omnes) Seniorum, quarum nonnullæ continentur per anticipationem in lib. Iosuë cap. 15. ex professo autem in hoc libro Iudicum cap. 1. & denique iuxtà veriorem hunc modum à cap. 17. ac deinceps: viam nobis facit, ad res illas hoc ordine breuiter commonstrandas.

I. Bellum à tribu Iuda, & probabiliter à Caleb constitutô belli tantùm duce; in *Besec*, vbi fugiens Adonibesec, captus est, Iudic. 1. à vers. 4. ad 8.

II. Bellum ab eodem Caleb in *Ierusalem*: vbi capta fuit & percussa in ore gladij, ac incendio tradita, à vers. 8. ad 9.

III. Bellum ab eodem Caleb in *Chananæos*, qui habitabant in montanis, & ad meridiem, & in campestribus, &c. à vers. 9. ad 16. & per anticipationem in lib. Ios. cap. 15. à vers. 16. ad 20. consequenter contrà Chananæum qui habitabat in Hebron, vers. 10. specialem portionem ipsi Calebo datam I. 14. vers. 13.

A IIII. Historia *filiorum Cinæi*, cognatorum Moysi, qui ascenderunt de territorio Ierichontino in desertum sortis tribus Iuda, quod respiciebat Arad ad meridiem. à vers. 16. ad 17.

V. Bellum ab eodem in *Chananæos*, qui habitabant in vrbe Sephaa, quàm ceperunt, & simùl Gazan, Ascalon, & Accaron, à vers.

B 17. ad 19.

Item, reliqua, quæ insinuantur à vers. 21. vsque ad vers. 34. de filiis *Beniamin*, *Ioseph*, *Manasse*, *Ephraim*, *Zabulon*, *Aser*, & *Nephtali*.

VI. Historia *Michæ*: necnon & Leuitæ, apud eum diuertentis, ac tandem remanentis, cap. 17. totô.

C VII. Historia *filiorum Dan*, qui licet ius sortis suæ partémque eius aliquam iam accepissent: nondùm tamen plenam eius possessionem accipere potuerant, cap. 2. vers. 34. plenam tamen acceperunt, cap. 18. totô, & Ios. 19 à vers. 47.

VIII. Historia *Leuitæ* illius, *seu vxoris eius*, & *tribus Beniamin* ferè deletæ, à Iudic. 19. vsque ad libri finem.

## XI. DIFFICVLTAS. DE HELI: AN FVERIT verus Iudex?

§. 55.

PRIMA SENTENTIA dicit, Heli non fuisse verum iudicem: ideóque de numero iudicum esse tollendum.

Ità Glycas part. 2. Annal. pag. 131. & Zonaras tom. 1. Annal. Quòd etiam recentiorum aliqui reuocarunt in dubium. Et videri posset alicui, ità sensisse Rupertum lib. 4. de victoria cap. 10. vbi dicit: *Cur ergò cum iudicibus cæteris ille non annumeratur?* & infrà, *Non idcircò vt tantùm 12. iudices numeremus, iam dictum Heli de numero tollimus: sed idcircò quia ille de numero tollitur, idcircò tantùm 12. iudices habemus.* Verùm, Ruperti sensum esse solummodò mysticũ, censet Salianus to. 3. an. 2900. num. 8. nimirùm Samsonem vltimum facit ille iudicem, vt ei componat Christum Dominum futurum etiam iudicem vltimum. Et confirmatur est, tum ex antecedentibus verbis Ruperti, vbi agnoscit nihilominùs in Scriptura Heli dici iudicem: tùm ex sequentibus, vbi patet eum tollere illum de medio, inter alias rationes, *Propter contemptũ verbi Domini: quia diebus eius calce abiicere legem Domini, nimia ferè omnibus licentia fuit.* Vide Serarium in cap. vlt. Iudic. à q. 11.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia duobus argumentis.

D I. ARGVMENTVM. Petitur ex libro Iudicum, in quô Heli non recensetur inter illos: vltimus enim ibi traditur Samson. 1. Arg.

II. ARGVMENTVM. Petitur ex lib. 1. Reg. cap. 12. à vers. 11. *Et misit Dominus Ierobaal* (id est Gedeon) *& Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum.* & Hebr. 11. vers. 32. *Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetas.* In quibus locis Heli non recensetur inter iudices. Simili 2. Arg.

E namque argumentô, vtebantur Serarius & Salianus ad excludendam Debboram è numero Iudicum.

II. SENTENTIA & vera. dicit, Heli fuisse verum iudicem: ideóque in numero iudicum esse reponendum. 2. & vera Sent. Heli verè iudex.

Ità reliqui omnes, aut censent, aut censere debent, si modò Scripturis sacris cedant. Nam

PROBATVR Hæc Sententia, argumentô petitô ab expressissimis Scripturæ sacræ verbis. 1. Reg. 4. vers. 18. *Et ipse iudicauit Israëlem 40. annis.* Act. 13. vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samuelem Prophetam.* Atqui Heli præcessit Samuelem: ergò includitur sub iudicibus. Probat.

Ad 1. Arg. 1. Sent. **AD I. ARGVMENTVM.** Respondetur, Heli non propterea non fuisse iudicem: cum alibi expresse affirmetur iudex à Scripturâ.

Ad 2. **AD II.** Respondetur, neque etiam propterea eum non fuisse iudicem; alioqui reiiciendi essent alij multi, non illis locis numerati. Vnde eadem ratione reiecta fuit sententia Serarij & Saliani, pro Debbura.

## XII. DIFFICVLTAS. DE ANNIS IN PARTICVLARI, quibus Heli gubernauerit.

§. 56.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Nonnulli codices antiqui Septuag. Interpr. habuerunt tantùm, Heli præfuisse 20. annis: vt videre est apud plurimos testantes eos ità scripsisse, vt Euseb. in Chron. S. Chrysost. lib. 3. Monast. Procop. Sulpit. Cedren. Sigon. Mas. Gordon. & alios. Itē, etiamnùm multi codices id habent tantùm: vt notat Genebrardus in Heli. Imò verò codices Rom. anni 1558. vt notat Torniellus an. 2900. num. 1.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Heli gubernasse tantummodò 20. annos, & non plus.

Ità Eusebius in Chronic. ideò constituens interregnum inter Samson & Heli. Item, nonnulli ex antiquis sequentes Eusebium. Ex modernis autem Andræas Masius in Iosf. vlt. num. 31. & Gordonus cap. 9. ad Period. 4. num. 1. expressius in annis expansis an. 2858.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd in Edit. Vulg. in Hebr. & Chald. habetur, Heli iudicasse, *annis* 40. Itémque in alijs codicibus eorundem Septuag. Interpr. vt videre est in Biblijs Reg. Item, Ioseph. lib. 5. Antiq. fin. legit 40. Denique Massæus notauit codices Sept. Interpr. sic habuisse suô tempore, notant & suô Genebrardus, Torniellus, Serarius, & reliqui.

2. & vera Sent. Heli iudicauit annis 40. Probat. II. SENTENTIA. & vera. dicit, Heli præfuisse 40. annis.

PROBATVR Hæc Sententia argumentô petitô ab expressis Scripturæ verbis, 1. Reg. 4. vers. 18. *Et ipse iudicauit Israël 40. annis*: quod habetur non solùm in Vulg. sed etiam in Hebr. Chald. & verioribus codicibus Interpretum Septuaginta. Denique sic etiam habetur apud omnes, magisque vel probatos authores, vel probatas eorum historias, & recognitiones.

Ad Fūdam. Diffic. 1. Respons. AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, seu ad codices Septuag. Interpr. qui habent tantummodò 20. annos, Respondent aliqui, eos ibi traditos esse tantùm annos, quibus Heli propriè iudex fuit: antè ipsos autem subintelligi 20. alios interregni. Sed interregna huiusmodi iam fuerunt explosa. Quare,

Reiicitur. 2. Respons. RESPONDETVR. Dictum fuisse §. 3. Septuag. Interpretes nullatenus sequēdos esse, quandò aduersantur Editioni Vulgatæ. Vnde mirum est ex recentioribus Gordonum his potiùs adhæsisse. Atque ità Salianus to. 3. an. 2939. in schol. ad num. 28. Cùm Scriptura, inquit, hôc locô linguis omnibus consentientibus, dicat Heli 40. annis iudicasse Israëlem, Iosephô etiam consentiente, id non videtur dicendum. Non enim ad diuerticula, nisi impeditâ viâ regiâ, diuertendum est, nec subtiles explicationes & callidæ, vbi nihil est difficultatis in plano & aperto textu. Sic ille.

## XIII. DIFFICVLTAS. DE SAMVELE: AN FVERIT verus Iudex: Et à quô tempore?

§. 57.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA esse potest. Samuelem non fuisse iudicem, sed solummodò Prophetam.

Ità videri posset alicui sensisse Rupert. lib. 4. de victoria cap. 10. vbi dicebat Samsonē fuisse vltimū: & Heli excludi à numero iudicū. Nā si Heli excluditur, & Sāson fuit vltimus, à fortiori excludendus erit Samuel, qui posterior illis. Verùm, declaratū est fuit suprà,

ſenſum Ruperti eſſe ſolummodo myſticũ: & præſertim, *Quia, in diebus eius calce abiicere legem Domini, nimia ferè omnibus licentia fuit,* aiebat Rupertus. Vnde ait Salianus an. 2900. num. 9. Quid quòd Samuel hôc modô è Iudicum numero excluditur, quem tamen iudicaſſe Iſraelem certò conſtat?

**Probat.** PROBARI poteſt Hæc Sententia tribus argumentis.

**1. Arg.** I. ARGVMENTVM. Petitur à Libro Iudicum, in quò Samſon habetur vltimus, non autem Samuel recenſetur in eo.

**2. Arg.** II. ARGVMENTVM. Petitur à Loco Act. 13. verſ. 20. *Et poſthæc dedit iudices vſque ad Samüelem Prophetam.* Ecce Samuel non vocatur iudex, ſed ſolummodo propheta. Vnde videtur condiſtingui contrà iudices: adeòque iudices intelligendos eſſe, vſque ad Samuelem excluſiuè.

**3. Arg.** III. ARGVMENTVM. Cùm ſecundùm communiorem ſententiam, regimen Samuelis inuoluatur cum regimine Saülis, in 40. annis, qui traduntur Act. 13. verſ. 21. vtique per hoc condiſtinguitur à iudicibus.

**Reiicitur 1. Sent.** CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd 1. Reg. 7. verſ. 6. *Iudicauitque Samuel filios Iſrael in Maſphath;* vnde & mox Philiſthæos debellauit: & vt dicitur verſ. 14. *Liberauitque Iſraelem de manu Philiſthinorum,* &c. verſ. 15. *Iudicabat quoque Samuel Iſraëlem cunctis diebus vitæ ſuæ.* verſ. 16. *Et ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, & iudicabat Iſraëlem in ſupradictis locis* verſ. 17. *Reuertebatúrque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraëlem.* & cap. 8. verſ. 1. *Factum eſt autem cùm ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices.* verſ. 2. *Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioël, & nomen ſecundi Abia, iudicum in Berſabee:* vtique tanquam ſui vicarij, vt aiunt Serarius, & Salianus: vel in ſortem officij ſui aſſumpti, ſicut Barac à Debbora; vtique ergò per authoritatem ipſius ſupremam ità conſtituti. Cætera vide quæ capite illo 8. Denique, 4. Reg. 24. verſ. 22. *Nec enim factum eſt Phaſe tale à diebus iudicũ, qui iudicauerunt Iſraël,* &c. 2. Par. 35. verſ. 18. *Nõ fuit Phaſe ſimile huic in Iſraël à diebus Samuelis Prophetæ.* Ecce in Lib. Paral. ſub nomine prophetę ponitur inter eos, qui in Lib. Reg. iudices appellantur.

**Ad 1. Arg. 1. Sent.** AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Reſpondetur, argumentum eiuſmodi fuiſſe ſatis exploſum ſuprà §. penultimò.

**Ad 2. Arg.** AD II. Reſpondetur, Samuelem ibi vocari prophetam, non vt negetur iudex: ſed vt illa conditio prophetæ, & ei ſuperaddatur, & in eo ſpeciali ratione commendetur: nimirum, quia ipſe prophetabat tempore, quo viſio erat rariſſima, vt ſignificatur 1. Reg. 3. verſ. 1. & quia erat maximus propheta, vt ſignificatur ibidem verſ. 20. & denique quia ab eo incœperunt frequentes prophetæ, qui ad populum miſſi ſunt. Quare verba illa Act. 13. ſumenda ſunt de Samuele, non excluſiuè, ſed incluſiuè cum iudicibus ſumpto: prout etiam ex dictis contra hanc ſententiam conſtat.

**Ad 3. Arg.** AD III. RESPONDETVR, non propterea ſequi Samuelem excludendum eſſe à numero iudicum. Ibi autem annos regiminis eius, colligi ſimul cum annis Saülis, ob rationes ſpeciales; & præſertim, vel quia pluribus annis aut quadantenus cum eo gubernauit, aut in gubernatione ſpecialis comes fuit, vel certè quia ſpecialibus modis ſanctus & iuſtus, Saul contrà, fuit.

**2. Sent.** II. SENTENTIA. dicit, Samuelem fuiſſe quidem verum iudicem: non tamen à morte Heli ad vigeſimum annum, quò Arca 1. Reg. 7. verſ. 2. dicitur fuiſſe in Cariathiarim, ſed abinde ſolummodo, proindéque paucô tempore.

Ità Melchior Canus in locis Theologicis, lib. 11. cap. 5. reſponſione ad argumentum 12. Ità & Serarius in 1. Reg. comment. ad cap. 7. poſt init. ſeu §. *Primùm*, pag. 30. vbi & notat pro ſe Genebrardum: ſed Genebrardum vendicat Salianus an. 2960. ſchol. ad num. 1. Ità denique ac nouiſſimè Rangolius ſcribens in 1. Reg.

**Probat.** PROBATVR Hæc Sententia duobus argumentis.

**1. Arg.** I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd in lib. 1. Reg. à cap. 4 quò deſcripta eſt mors Heli, ad vſque illud cap. 7. quò dicitur arca fuiſſe 20. annis in Cariathiarim, nulla fit mentio Samuel iudicaſſe populum: ſed tantùm ab eo tempore, quô dicitur arca fuiſſe in Cariathiarim 20. annis, prout videre eſt à verſ. 7. Cùm tamen in anterioribus mentio facta fuerit quomodò *puer miniſtrabat Domino*, & cap. 3. verſ. 20. *Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee, quod fidelis Samuel propheta eſſet Domini.*

**2. Arg.** II. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd non rectè diceretur Samuel ſenuiſſe cap. 8. quando conſtituit filios ſuos iudices, & ſenuiſſe ac incanuiſſe cap. 12. quandò depoſuit principatum. Nam ponámus eum cùm dicitur puer cap. 3. verſ. 1. perueniſſe ad annum vigeſimum, aut etiam trigeſimum, & abinde tranſegiſſe ſolum annos 20. tunc attigerit annos ætatis tantùm 40. vel 50. Non ſolent autem homines ætatibus illis, non ſolebant

A temporibus illis, dici senuisse & incanuisse: multò verò minùs potuisset Samuel causari senectutem, propter quam filios suos constitueret iudices, & Israelitæ senectutem ei obiicere, propter quàm regem postularent, & rursùm ipsemet senectutem & canitiam allegare, quandò rege constitutô principatum abdicauit. Hoc argumentum tangit Rangolius ad cap. 7. vers. 2. col 813.

Reiicitur. 1. Sent. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd hôc pactô constituendum esset ibi interregnum (vt etiã constituit Rangolius) 20. annorum: interregna B autem eiusmodi fuerunt suis locis explosa. Neque verò satisfecerint, dicendo, annos illos reduci ad regimen ipsius, aut etiam ad regimen Saülis, sicut v.g. anni Seniorum & similes post Iosuë, ad annos iudicatus Othonielis. Nam de annis illis Seniorum & similibus habetur expressum in Scripturâ vestigium Ios. vlt. & Iud. 2. At de hoc interregnô, nullum: imò contrarium, vt ostendetur mox.

2. FACIT II. Quòd in verbis illis 1. Reg. 7. vers. 6. *Iudicauitque Samuel filios C Israel in Masphath*, ostenditur manifestè, Samuelem tunc ibi iudicasse populum, quia iam anteà iudex erat; hoc enim indicat illa particula coniunctiua, *que*; maximè, cùm nullibi anteà ostendatur eum fuisse in officium illud, vel à Deo suscitatum, vel à populo electum. Vnde sequitur & alia superius allata contrà præcedentem sententiam, ibi fuisse dicta per quandam recapitulationem, tanquam longè antè fieri solita.

3. FACIT III. Quòd vers. 15. *Iudicabat quoque Samuel Israëlem cunctis diebus vitæ D suæ.* & vers. 16. *Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israëlem in supradictis locis.* vers. 17. *Reuertebaturque in Ramatha; ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israëlem.* Hæc verba comparata ad sequentia, cap 8. vbi constituit filios suos iudices: & abinde vsque ad Saülem electum in regem, ostendunt manifestè, Samuelem fuisse verum iudicẽ. Nam paucô tempore post hæc ibi narrata, filios E suos constituit iudices, petitur & eligitur Saul in regem, &c. Si autem Samuël non iudicasset antè 20. annos quibus arca mansit in Cariathiarim: quomodò verum erat eum iudicasse *cunctis diebus vitæ suæ*: vel certè *per singulos annos*, antequàm & filios suos constitueret iudices, & Saülem eligeret in regem?

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respondetur imprimis, argumenta eiusmodi à negatiuâ reuci ab omnibus in istis materiis: quandò habentur fundamenta contraria. Deinde verò, constare ex dictis, Samuelem longe iam antea iudi-

A casse Israëlem. Denique, quòd in anterioribus non fuerit facta mentio de ipsius iudicatura, ratio specialis est clara: quia à cap. 4. vbi descripta est mors Heli, tradenda fuit historia capturæ & reductionis arcæ, vnâ eadémque, nec interruptâ, (quod solitum est Scripturæ) narrationis serie.

Ad 2. AD II. Respondet Torniellus an. 2901. num. 1. Samüelem fuisse natum annô principatus Heli 2. contrà Tostatum ponentem 8. consequenter regere cœpisse, cùm esset annorum ætatis suæ 38. proinde fuisse propè sexagenarium, quandò consti- B tuit filios suos iudices, & populus ab eo regem petiit: & proptereà verè tunc potuisse dici senem & canum. Salianus etiam post Torniellũ, an. 2900. num. 18. dicit eum fuisse natum anno Heli 2. Sed ponit eum vixisse cum Heli 39. annos. Quia forsan natum eum facit initio secundi illius anni.

Confirm. Respons. ad 2. IN CONFIRMATIONEM istius responsionis aduerti potest, quamuis Samüel dicatur passim puer à cap. 1. non tamen sic vbique vocari, prorsùs eodem sensu. Nam v.g. cap. 1. vers. 24. fin. *Puer autem adhuc erat C infantulus*: ad minus, aut etiam ad plùs tunc bimulus, quia prout describitur in præcedentibus, iam & antè paulò fuerat *ablactatus*, ac Domino consecratus. Cap. 2. à ꝟ. 18. *Samuel autem ministrabat antè faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.* vers. 19. *& tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolarent hostiam solemnem.* Eô locô manifestum est eum vocari puerum, ætate maiori prouectum. Rursùs vers. 26. *Puer autem Samüel proficiebat, atque crescebat, & placebat D tàm Domino quam hominibus.* Eô locô Samuelem adhuc aliô sensu dici puerum, manifestum fit ex antecedentibus. Nam dicebatur vers. 19. *quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolarent hostiam solemnem*, id est, singulis annis ad festum Paschæ: & vers. 21. *Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias, & magnificatus est puer Samüel apud Dominum*; in his necessum est trãsactos fuisse plures annos, ab iis quos erat ille natus E quandò tunicam paruam faciebat ei mater sua. Et confirmare est ex similibus de Christo D. Redemptore dictis, Luc. 2. vers. 40. *Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo* Et hoc quidem antequàm esset 12. annorum. Nam ꝟ. 41. *Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solemni Paschæ.* vers. 42. *Et cùm factus esset annorum 12. ascendentibus illis Ierosolymam secundùm consuetudinem diei festi*, &c. posthæc dicitur vers. vlt. *Et Iesus proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines*: & hæc ergò denotant

ætatem

ætatem post transacto annos 2. rursus cap. 3. vers. 1. *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta*: post quæ Dominus reuelatus est Samueli, & Samuel prophetans fuit. Eô locô certum esse debet, Samuelem dici puerum, adhuc alio sensu quam in præcedentibus. Nam non solebant ministrare templo, coram vel [illegible] magno sacerdote, maxime vero per Dei spiritum ad prophetiam euehi, quin essent viri completi. Rursùs, quando dicitur vers. 20. *Et cognouit vniuersus Israël, a Dan vsque Bersabee, quod Samuel fidelis propheta esset Domini*: in his necessum inuoluuntur adhuc anni multi, quibus Samuel posset ab omnibus agnosci verus propheta Dei. Nam & Christus D. si valeat similitudo, non est mundo reuelatus, quin attigisset annos 30. Luc. 3. vers. 23. Denique cum additur vers. 21. *& addidit Dominus vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxtà verbum Domini*, &c. in his nonnihil adhuc indicantur tempora. Quibus adde: cum cap. 4. à vers. 1. *& factum est in diebus illis, conuenerunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israël obuiam Philisthiim in prælium*, & quæ sequuntur per caput ferè totum, vbi moritur Heli, denotantur iterùm aliqua tempora. His iunge, non esse repugnans, ea quæ narrantur de Anna cap. 1. acta fuisse vel ab ipsomet anno 1. Heli, etiam ab eius initio; proindéque cum dicitur vers. 2. *& factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium*, per circulum dierum non esse necessarium intelligi, circulum qui faciat annum, sed potius ex ipsâ vi loquutionis numerum tantommodò dierum, adeóq; longè minorem annô. Sed quidquid de hoc sit, non igitur inconueniens est, Samuëlem eô tempore quô magistratum assumpsit, fuisse natum 38. vel 39. annos: quô pacto cœperit gubernare post Heli statim mortuum. Et sane hæc ætas melius videtur conuenire prophetæ Domini. Tunc autem optimè conueniet quòd Samuel sexagenarius dicatur & senex & canus, quódq; propter senectutem constituerit filios suos iudices. At neque si non fuisset tot annos natus, sed etiam tantummodò 52. aut circiter, prout vult Tostatus, aliquid repugnaret. Nam potuisset ætate hac, & senem ac canum deuenisse, vel propter particularem suæ personæ constitutionem vel seorsim aut simùl propter labores in republicâ tam ciuili quàm ecclesiasticâ gubernandâ, necnon in bellis aduersus Philistheos exantlatos: & filios suos constituere iudices, quamuis non esset adeò senex, nam & adhuc iuxtà veriorem sententiam superuixit a rege constituto 18. annos, & à laboribus cum eo belligerante per totos illos 18.

A annos non temperauit, vt proinde vixerit in toto 70. vel etiam 78. annos. Atque ita Salianus subiungit suprà: *Quo tempore quis rectiùs dici potest senuisse, quam 52. aut 3. quartóve, iuxtà eorum sententiam qui tardiùs eum natum dixêre?*

QVOD si obijcias, cap. 2. antequàm dicatur vers. 26. *Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Domino quàm hominibus*: scribi vers. 22. *Heli autem erat senex valde & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israël*, &c. Obiect.

RESPONDEBITVR. In isto capite varias videri recapitulationes [illegible] quas merito censeri potest illa, vers. 22. *Puer autem Samuel proficiebat*, &c. Nam & antè versum eundem 22. *Heli autem erat senex valdè* scribitur, *& magnificatus est puer Samuel apud Dominum*: ex quo sequitur Samuel fuisse iam virum ob prophetiam magnificatum, antequàm Heli esset valde senex. Sed quidquid de hoc sit, non incassum & Heli potuit dici valdè senex extunc, & tamen adhuc multos annos vixisse. Nam cap. 3. postquam scriptum est vers. 1. *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta*. subditur, vers. 2. *Factum est ergò in die quadam, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre*: per hæc ostenditur à tempore quô dictus fuerat valdè senex, ad tempus quô caligauerant eius oculi, transactos fuisse quosdam & plures annos. Respons.

QVOD si replicaueris, Samuelem in deponendo principatum dicere cap. 12. vers. 2. *Itaque conuersatus coràm vobis ab adolescentiâ meâ vsque ad hanc diem, ecce præstò sum.* vers. 3. *Loquimini de me coràm Domino, & coram Christo eius*: & ne dicatur significari tempus anterius principatui, subditur *vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi [illegible] contemnam illud hodie, restituamque vobis*: hæc non conueniunt nisi principatum obtinenti. Replica.

RESPONDEBITVR. Illa verba non proferri solum de tempore quô gubernauit, sed etiam quô ministrabat sub Heli: sic nimirùm vt sibi non possent obijci quædam similia, quæ præstiterant filij Heli, Ophni & Phinees, de quibus vide cap. 2. à vers. 13. & à vers. 22. quæque præstitit postea Giesi minister Elisei 4. Reg. 5. à vers. 20. Vnde Ecclesiastici 46. vers. 22. *& ante tempus finis vitæ suæ & seculi, testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi: pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo*. Certe calceamenta recipere, non conueniret principi. Respons.

III. SENTENTIA. & probabi- 3 Sent. &

Probatur Samuël stim iudex post Heli. lior, est, & Samuelem fuisse verum iudicem: & successisse immediatè Heli in officio iudicis. adeóque iudicasse Israëlem ab eius morte.

Ità reliqui, & in particulari Lyranus, Tostatus, Genebrardus, & denique Salianus an. 2960. num. 1.

Pro. PROBATIONES huius Sententiæ petendæ sunt ex dictis contra præcedentes: neque hic sunt repetendæ.

## XIV. DIFFICVLTAS. DE EODEM SAMVELE: An iudicauerit aliquot annis solus, seu seorsim à Saüle?

§. 58.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA esse potest, Samuëlem, non iudicasse aliquot annis solum, siue seorsim à Saule.

Ita forsan Iosephus, vel cert... quod exemplar eius græcum, quod se vidisse testatur Baradius to. 1. lib. 5. cap. 21. init. In quo exemplari, dicit habitum esse lib. 6. Antiq. extremis verbis, Saülem viuente Samuële regnasse annos 18. post obitum autem eius 22. Forsitan ibi non tribuebantur plures vtrique: quò pactô Samuël nunquàm gubernasset solus. Ità videri posset alicui sensisse Philo lib. de Temulentia Græcolat. pag. 200. vbi Samuelem non dubitat regibus annumerare, propter simùl regnantem Saulem. Attamen non propterea non tribuit ei aliquos seorsim annos: imò inde constat tribuere aliquos, quòd regibus eum annumerat. Ità autem Clemens Alex. 1. Strom. tradens Saülem non solum cum Samuele, sed etiam cum Heli regnasse. Ita censeat necesse est Canus, cùm noluit Samuelem iudicasse ante annum vigesimum, qui citatur Reg. 7. mansionis arcæ in Cariathiarim. Nam ab inde, ad constitutos filios suos iudices, & tandem Saülem constitutum regem, iuxtà probabilissimam sententiam, quæ reliqua totius capitis illius 7. vult dicta per recapitulationem, non transacti fuerunt plures anni. Idem dici posset de Serario: veruntamen ipse aliter sentit.

Probat. 1. PROBARI potest hæc Sententia I. Ab illa sententia Cani, quâ noluit Samuelem gubernasse ante vigesimum annum mansionis arcæ in Cariathiarim. Sed hæc explosa fuit. II. A verbis Act. 13. vers. 2. *Et exinde postulauerunt regem, & dedit illis Deus Saulem filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis 40.* vbi anni 40. tribuuntur soli Saüli. His verò soli Sauli tributis, spectatô numerô annorum 4 0. qui traduntur 1. Reg. 6. vers. 1. nulli remanent tribuendi Samuëli.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit prorsus 1. Reg. 7. vers. 2. Sed quoniam directum est argumentum sequentis sententiæ: propterea illuc est remittendum. Itaque.

2. & vera Sent. Samuel rexit seorsim à Saule. II. SENTENTIA. & vera. dicit, Samuelem iudicasse solum, seu seorsim à Saüle.

Ità reliqui omnes, & quotquot præsertim recentiorum hanc quæstionem tractant.

Probat. PROBATVR hæc Sententia argumentô inuictissimô, petitô à locô 1. Reg. 7. vers. 2. *Et factum est ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus) & requieuit omnis domus Israel post Dominum. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel*, &c. Hoc euenisse post mortem Heli, patet à cap. 4 & ante regnum Saülis à cap. 8. Ergò Samuël iam regnauerat solus ad minùs, vel ad ferè, 20. annis.

Porrò diuersi sunt authores huius sententiæ, in assignandis præcisè annis, quibus Samuel regnauerit solus. Sed quoniam redibit hæc quæstio specialis, vbi tractabitur de Samuële, & Saule, simùl: propterea annos eius præcisè determinandos illùc reiicimus.

Ad Arg. 1. Sent. AD ARGVMENTVM præcedentis Sententiæ. Respondetur, suppositô, quòd Samuel regnauerit solus aliquos annos, sequi necessariò 40. annos qui Act. 13. tribuuntur Saüli, exponendos esse simùl tributos & Samueli; alias enim numerus annorum 480. traditus 3. Reg. 6. vers. 1. superflueret ad minùs, vel ad ferè 20. annis. Sed de hoc expressius infrà in difficultate speciali.

## XV. DIFFICVLTAS. DE NVMERO PARTICulari, 40. Annorum qui Act. 13. vers. 21. tribuitur Saüli: An sit dubius & corruptus: An verò certus & incorruptus?

§. 59.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS in hoc. Ex vna parte videtur Saulem non regnasse 40. annis.
1. I. quia 1. Reg. post traditam redditionem arcæ per Philistinos, & deductionem eius in Cariathiarim in domum Abinadab in Gabaa cap. 6. totò & cap. 7. vers. 1. additur eod. cap. 7. vers. 2. *Et factũ est ex qua die mansit arca in Cariathiarim multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus, &c.)* Per hoc patet arcam mansisse in Cariathiarim 20. annis saltem inceptis. At 2. Reg. 6. à vers. 3. Dauid & vniuersus populus tulit eam de illa domo Abinadab in Gabaa, adeóque de Cariathiarim, & induxerunt eam in Ierusalem. Hoc verò pôst annum septimum regni Dauid, seu octauô eius inceptô ex cap. 5. vbi à vers. 1. traditur id factum, Dauid mutante sedem regni sui de Hebron in Ierusalem, & vers. 5. vbi traditur Dauid regnasse in Hebron 7. annos & 6. menses. Itaque per hæc videtur, à tempore quò arca deducta fuit in Cariathiarim ad octauum regni Dauid, non intercessisse nisi 20. annos. Consequenter Saulem, qui regnauit solùm post tempora deductionis arcæ in Cariathiarim, & ante Dauid, vt patet 1. Reg. à cap. 8. non potuisse regnare 40. annos.

2. II. Quia 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saül, cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel.* Non ergò 40. annis.

Ex altera autem parte videtur, à tempore quò arca deducta fuit in Cariathiarim, ad finem regni Saülis, transactos fuisse multo plus quàm 40. annos: seu gubernationi Samuëlis, & regnô Saülis simul collectis, tribuendos esse ad minus 60. annos. Nam 1. Reg. 4. post traditam capturam arcæ vers. 11. & mortem Heli vers. 18. cui successit Samuël, vt patet capitibus sequentibus, constabítque ex mox dicendis, præsertim cap. 7. à vers. 6. dicitur eodem cap. 7. vers. 2. *Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus, &c.* & vers. 6. *Iudicauítque Samuel filios Israel in Maspha*, & vers. 15. *Iudicauit quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ*, &c. Per hæc patet, prout iam ostensum fuit, tribuendos esse ad minùs, vel ad ferè annos 20. regimini Samuëlis. Et Act. 13. postquam dictum est vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samuelem prophetam*, additur vers. 21. *Et exinde postulauerunt regem, & dedit illis Deus Saül filium Cis, virum de tribu Beniamin annis* 40. Per hæc, & præsertim per illud, *exinde*, videtur Saulem regnasse annis 40. exclusô Samuele. 20. & 40. faciunt 60.

I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Numerum illum annorum 40. esse dubium & corruptum. 1. Sent.

Ità dicant necesse est, quicúmque numerum annorum, quibus Samuel gubernauit, & annorum quibus Saül regnauit, minorem faciunt 40. Reperiuntur ità sentientes in duplici genere.

In primo genere sunt Hebræi antiquiores, qui in maiori sua chronologia, seu in Seder Olam, 1. tract. cap. 13. tribuunt regimini Samuëlis & Saülis simùl collecto, non plus annis 13. Quibus accedunt nonnulli tacitô nomine relati apud Genebrard. in Samuële init. tribuentes Samueli soli annos 11. & Saul 2. Ità Constantinus Phrygio, relatus à Saliano tom. 3. ann. 2962. num. 5.

Item sub hoc genere sunt recentiores Rabbini apud eundem Genebrard. ibidem, tribuentes eis annos non plùs 20. quibus associandus est Eupolemus, qui Hebræorum conscripsit Historiam, apud Eusebium lib. 9. de præp. Euang. & apud Ludouicum Viues in lib. 18. de ciuitate Dei cap. 20. lit. C. tribuentes eis non plùs 21.

In 2. genere sunt Beda lib. de 6. ætat. mundi. & in præfat libri 2. expositionis allegoricæ in Samuëlem. Hermannus Cõtract. Marianus Scot. & denique Driedo lib. 3. cap. de supputationibus, tribuentes eis iuxtà supputationem (vt putant) Iosephi non plus 32. Hoc autem faciunt illi omnes diuersô modô & ratione. Vnde

I. MODVS est Hebræorum in Seder Olam 1. part. cap. 13. & cum eis Constantini Phrygionis, tribuentium regimini tùm Samuëlis, tùm Saülis simùl collecto, non plùs annis 13. 1. Modus.

Probat. PROBATVR Hic Modus à prima parte fundamenti difficultatis, scilicet à Locis libri Reg. cap. 7. vers. 2. cap. 13. vers. 1. & lib. 2. Reg. 6. à vers. 3. in quibus putãt authores isti annos 20. quibus dicitur arca fuisse in Cariathiarim, finiri solùm, & non antè, in annò octauò regni Dauidis, seu in anno primo regni ipsius in Ierusalem, quod incœpit postquàm regnauerat in Hebron 7. annis & 6. mensibus. Si enim à 20. annis illius mansionis arcæ in Cariathiarim, demas 7. annos regni Dauidis in Hebron, remanent solummodò 13. tribuendi Samuëli & Sauli. Porrò Saüli volunt deberi solummodò duos annos regni, ex 1. Reg. 13. vers. 1. vbi dicitur regnasse 2. annis, consequenter reliquos 11. Samuëli, sicque distribuunt illos 13.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM adduci possent explicationes quædam, quas habet Genebrardus in Heli; sed quoniam affert illas ex professo tantùm contrà recentiores Rabbinos, propterea reiicimus illas in 2. modum. Facit autem prorsus, quòd, vt ait Salianus suprà, fundamentò falsò, & ineptâ duorum locorum Scripturæ interpretatione C nitantur. scilicet, 1. Reg. 7. vers. 2. & 2. Reg. 6. à vers. 3. Hoc non demonstrat Salianus; quia forte putauit per se clarum esse satis. Demonstratur autem sic. 1. Reg. 7. vers. 2. *Et factum est ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus) & requieuit omnis domus Israël post Dominum*, &c. Per hæc manifestum est, annos illos 20. siue completos, siue probabiliùs incœptos, intelligendos esse iam ex tunc actos, proindéq; a tẽpore quò iudicabat D Samuël, saltem à tempore quò mortuus fuerat Heli. Abinde rursus vsque ad octauum anni regni Dauid. patet ex historia sacra, transactos fuisse plures annos. Et vt omittamus tempora quibus Samuël describitur iudicasse: Philistæos debellasse: vrbium quas tulerant Philistæi redditionem obtinuisse. & cætera quæ reliquò cap. 7. quoniam intelliguntur à quibusdam, & probabilissimè, per recapitulationem ibi dicta: prout etiam dicemus §. 61. sub refutatione 1. sententiæ: quin & tempora quibus senuit, necnon quibus filios E suos iudices constituit, populus regem ab eo postulauit, cap. 8. (prout etiã obijcietur eod. § 61. contra 2. sententiam) sint saltem ea tempora quibus Samuël Saülem primum in regẽ clam vnxit: postea publicè regem declarauit cap. 10. quibus Saül Naas regem Ammonitarum debellauit: Samuël rursum Saülem in regem declarauit, & cum eo populus totus confirmauit cap. 11. & 12. ad quæ tempora si addas ad minùs annos duos, quibus solis, ex istorum confessione, regnauerit Saül cap. 13. vers. 1. vt omittamus pronũciũ alia tem-

A pora transacta à morte Heli ad redditionem arcæ, à cap. 4. ad 7. rursùmq; plurimos annos reliquò totò regnò Saülis, à cap. 13. ad cap. 31. seu vltimum illius libri: manifestum erit, tribuendos esse regimini Samuëlis & Saülis, plures non solùm 3. sed etiam 20. annis.

2. Modus II. MODVS, est recentiorum Rabbinorum, apud Genebrardum in Samuele: qui vt S. Paulum Act. 13. mendacij arguant, tribuũt regimini Samuëlis & Saülis simul collectò, annos tantùm 20. Quibus associãdus est suò modò Eupolemus apud Eusebium, & apud B Ludouicum Viues locis citatis, tribuens eis 21.

Probat. PROBATVR Hic Modus per istos Rabbinos, ab eadem parte fundamenti difficultatis, seu in iisdem locis, quibus Seder olam, aliò licet modò intellectis: volentes nimirùm, Dauid tulisse Arcam finiris solum 20. illis annis, & non antè, consequenter annos 7. quibus regnauerat Dauid in Hebron, non esse subducendos ab eis.

Confirm. CONFIRMARI posse forsan alicui videretur, a Iosepho, S. Hieron. (in Trad. Hebr.) Zonara, Cedreno, Ruperto, Comestore, Dionysio, Angelomo, alijsq; recentioribus, docentibus annũ illum vigesimum fuisse vltimum mansionis arcæ in Cariathiarim. Si enim ille fuit vltimus, & 2. Reg. 13. arca translata fuit de Cariathiarim à Dauide: vtiq; regimen tùm Samuëlis, tùm Dauidis, durarunt solùm 20. illos annos.

ADVERSVS hunc modum affert Genebrardus in Heli, duas explicationes. I. traditur ab eo his verbis. Fuit, inquit, arca 7. mensibus in agro Palæstinorum, (vt etiam expressè dicitur 1. Reg. 6. vers. 1.) Deinde collocata est in Cariathiarim, vbi non solùm 20. annis mãsit apud domum Abinadab (in Gabaa) quoùsque efferretur magnâ pompâ à Dauide, vt vitiosè colligũt Hebræi e 2. Reg. 6. verùm iam tùm præterierant anni 20. cùm Samuël iudicis munere fungens, tantam illam concionem habuit, quæ extat 1. Reg. 7.

II. traditur ab eo his verbis. Vel, inquit, in Bethsames 20. annos quoque mansérat: etsi Scriptura tempus non præfiniat. Deinde in alios 20. delata est in Cariathiarim, Saule nondùm regnum consecutò. Vbi tandiù eam apud se in domo Abinadab in Gabaa habuerunt, donec Dauid eam è Cariathiarim Ierosolimam transtulit in tabernaculum quod ei tetenderat. Sic Genebrardus.

VERVM quòd spectat ad explicationes istas, videri poterunt alicui non satis examinatæ vel completæ. Et secunda quidem, in se spectata, prorsùs est improbabilis, aut etiam non vera. Nam imprimis, nullum extat in

Scriptura vestigium, arcam fuisse in Bethsames 20. annis. Contrarium potiùs extat in ea, tùm cap. 6. totô, in quo vers. 1. fit mentio 7. mensium, & post illos 7. menses indicantur pauci tantùm dies, tum ipsomet cap. 7. vers. 1. in quo indubium esse debet, si arca fuisset 20. annis in Bethsames, Scripturam sacram non fuisse solummodò collecturā annos 20. quibus illa mansit in Cariathiarim, sed simul etiam alios 20. quibus mansisset priùs in Bethsames. Deinde, cōtrariatur hæc expositio Act. 13. collato ad historiam sacram habitā deinceps in eodem libro 1. Reg. à cap. 7. & deniq; ipsimet Genebrardo. Nam ex communi necnon veriori sententia, quæ stabilietur posteà, quamq; amplectitur Genebrardus, anni 40. qui tribuuntur Sauli Act. 13. distribuendi sunt toti regimini simùl Samuelis & Saulis: ita vt ab Heli, ad regnum Dauidis, sint tantummodò 40. anni; alioqui excederetur numerus annorum 480. traditus 3. Reg. 6. vers. 1. Atqui si arca mansisset 20. annos in Bethsames, & 20. alios in Cariathiarim, antequàm Saul fuisset regnum consequutus, vtique vel Samuel rexisset solus totos illos 40. annos, proindéque Saül solus nullos: vel si Saül solus aliquos, tunc tribuendi essent vtrique simùl sumptis, id est, Sauli & Samuèli, plusquàm 40. quos assignat S. Paulus. Et cùm iuxtà communes auctorum sententias, quas refert & amplectitur ipsemet Genebrardus infrà sub §. 61. sententiá 2. Saül rexerit solus annos 20. sequeretur tribuendos esse toti regimini Samuelis & Saulis, annos 60. quod esset contrà S. Paul Act. 13. & sententiam ipsiusmet Genebrardi.

Prima autem explicatio videtur quidem eadem cum refutatione quam adduximus sub modô præcedenti: sed apud eum non satis declarata. Siquidem nihil affirmat ibi circà quæstionē, an arca manserit in Cariathiarim 20. solùm annis, an verò pluribus. Veruntamen credibile est, Genebrardū hoc reliquisse lectori tanquam facilè colligendum ex sequentibus apud Scripturam traditis, ad idq. sufficienter ingressum præbuisse, quando dixit obiter, annos illos 20. iam tùm præteriisse cùm Samuel iudicis munere fungēs sanctam illam concionem habuit, quæ extat 1. Reg. 7. Per hoc enim supponere videtur, vel ea quæ traduntur deinceps de Samuele, non fuisse per recapitulationem ibi dicta, sed ab inde, seu post annos illos 20. trāsacta, quū pactô non est dubium quin essent intelligenda plura tēpora, vel etiam plures anni, quàm quos annotauimus sub refutatione præcedenti: vel certè supponere tanquam de se notum, Saul rexisse plures annos, antequàm arca per Dauidem efferretur.

*Reijciur 2. Mod. 1.* CONTRA HVNC MODVM Facit I. Idem quod contrà præcedentem: nimirū,

A quòd æquè, vt dicebat Salianus, fundamentô falsô, & ineptá duorum locorum Scripturæ interpretatione nititur. Scilicet 1. Reg. 7. vers. 2. & 2. Reg. à vers. 6. in quibus æquè manifestum est, annus 20. quibus arca fuisse dicitur in Cariathiarim, intelligendos esse iam tunc actos à morte Heli, rursúmq. plures annos ab illis 20. fuisse actos vsq; ad regnum Dauidis, seu vsq; ad inductionem arcæ per eum in Ierusalem: quæ omnia fusiùs deducta fuerunt contrà modum præcedentem.

FACIT II. Quòd isti Rabbini valdè hal- *2.*
B lucinātur in sua supputatione Nam aut volūt annos 7. regni Dauidis includendos esse in illis 20. mansionis arcæ: aut non. Si sic: incidūt in 1. modum Hebræorum antiquorum. Si non: tribuendi erunt mansioni arcæ 27. anni.

DICENT fortè, 7. annos Dauidis concurrere cum 7. postremis Saulis, sicq; non esse computandos in 20. mansionis arcæ.

AT tunc sequetur, Dauidem ergò seorsim non regnasse 40. annos: & hoc modò detrahendi erunt 7. illi anni numero 480. tradito Reg. 6. vers. 1. Et per hoc patet responsio ad argumentum modi huius. *Ad Arg. Modi 2.*

C AD CONFIRMATIONEM autem eius. Respondetur, authores illos non sentire, annô vigesimô mansionis arcæ in Cariathiarim, eam fuisse translatam in Ierusalem, sed velle post vigesimum illum annum fuisse aliò translatam à Samuel. Sic enim ait S. Hieronymus, *Peractô vigesimô annô, translata est eadem arca à Samuele in Masphath.* Quæ totidem verbis referunt sequuntúrq; reliqui ferè post eum. Porrò credendum est, eos æstimasse arcam rursùm fuisse translatam in Chariathiarim. Nam expressis verbis refertur 2. D Reg. eam fuisse translatam in Ierusalem per Dauidem, à Cariathiarim. *Ad Confirm.*

III. MODVS est Bedæ, Contracti, Mariani Scot. & Driedonis, locis citatis, tribuentium regimini Samuelis & Saulis simùl collecto, annos 32. *3. Modus.*

PROBATVR Hic modus à computatione quam putant fuisse talem Iosephi lib. 6. Antiq. cap. 14. & lib. 10. cap. 11. vbi tribuit quidem Samueli soli, annos 12. & posteà eidem Samueli simùl cum Saüle gubernanti annos 18. rursúmq; 2. Sauli soli. Verùm *Probat.*

E CONTRA HVNC MODVM Facit 1. Quòd, vt aduertit Salianus suprà, authores istimet, non aduerterunt Iosephum ibidem superaddere 20. annos, quos rursum tribuit Saüli soli post mortem Samüelis. Ex quibus sequetur iuxta Iosephum tribuendos esse regimini vtriusque simul collecto annos 25. prout de facto tribuit Iosephus, saltem in codicibus, quos illi secuti sunt. Nam hoc omittimus nunc) reperiuntur codices eius diuersi rursùm ab istis. *Reijcitur 3.*

FACIT II. & omninò, quòd au- *2.*

thores illi nullam habeant rationem, contrà authoritatem S. Pauli, vel S. Lucæ referentis eum, in Actis, necnon authoritatem loci 3. Reg. 6. vers. 1. de 480. annis in dubium reuocandi, quin illi anni 40. tribuendi sint, vel Sauli soli, vel ipsi & Samüeli simùl; vtrouis verò modo non possint vtrique simùl tribui tantùm 32.

2. & vera Sent. Anni 40. qui Act. 13. vers. 21. incorrupti. II. SENTENTIA. & vera. dicit, B Numerum illum annorum 40. esse certum & incorruptum.

Ità censent, aut censere debent omnes, qui codices vulgatæ Editionis incorruptos & meritò censent illis locis. Atque ità de facto docent recentiores, præsertim Torniellus, & Salianus.

Probat. PROBATIO huius Sententiæ, non A est alia, quàm quæ sæpè fuit in superioribus allata contra similes difficultates. Nimirum ex Concilio Tridentino, & declarationibus eius, allatis ab initio, §. 2. necnon ex Regula canonis, *Si ad scripturas* dist. 9. quæ est S. Augustini ac Theologorum communiori, allata §. 5. Ex quibus constans esse debet admittendam esse nullam in Editione vulgata corruptionem; alioqui totius Scripturæ sacræ vacillaret authoritas. Vide & infrà §. 75.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, quantùm sufficit hoc locô, patet ex dictis Responsio: & quidem formaliter ad I. eius punctum. Ad reliqua autem, si quid pro rei veritate respondendum sit specialius, habebitur ex difficultatibus sequentibus. Ad Fūdam. Diffic.

## XVI. DIFFICVLTAS. DE EODEM NVMEro particulari 40. annorum, qui Act. 13. vers. 21. tribuitur Saüli: An contineat solos annos regiminis Saülis: An verò includat simùl annos regiminis Samüelis?

### §. 60.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, sunt ipsamet verba S. Pauli Act. 13. vbi postquàm dixit vers. 20. *Et post hæc dedit iudices vsque ad Samüelem Prophetam*; addit vers. 21. *Et exinde postulauerunt regem, & dedit Deus Saül filium Cis virum de tribu Beniamin annis* 40. Per hæc, ac præsertim per illud, *exinde*, videntur tribuendi 40. illi anni soli Saüli exclusô Samüele.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Numerum illum annorum 40. continere solos annos D regiminis Saulis: non autem includere simùl anos regiminis Samuelis.

Ita videri potest S. Hieronymus in Tradit. Hebr. nisi fortè quæ profert, dixerit, vt plurima solet, ex aliorum sententia. Ità S. Augustinum lib. 17. ciu. cap. 7. & lib. 18. cap. 20. refert pro se Serarius locô mox citandô. Ità etiam Seuerus Sulpit. lib. 1. Hist. Bed. in præfat. 2. libri expositionis allegoricæ in Samüelem. Canus lib. 11. de Locis cap. 5. & Serarius in 1. Reg. 7. propos. 2. seu à pag. 215. E

Probat. PROBAT hanc Sententiam Serarius, quibusdam argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à loco Act. 13. Clarè, inquit, & expressè affirmat S. Paulus, Act. 13. vers. 22. hosque annos incipit post regem postulatum, vt admittenda eorum glossa non videatur, qui cum Samüelis annis confundunt, cùm ij ante regis po- C stulationem fuerint. & infrà: Quæ de Actorum annis 40. dicuntur, tam clara sunt, vt iis præstet simpliciter adhærere, quàm ea nescio quô modô interpretari.

II. ARGVMENTVM. Sicuti eùm S. Paulus dicit dedisse Deum iudices 450. annis, significat tempus quò illi regnarunt: ità cùm dicit dedisse regem Saulem 40. annis. Alia quidem habet argumenta: sed facientia solùm contrà eos, qui volunt Saülem regnasse solummodò 2. annis, de qua re posteà. 2. Arg.

III. ARGVMENTVM addi potest, petitum ab eodem Serario in alio casu: videlicet: Cur impij Saülis annis includere...t optimi Samuelis anni? 3. Arg.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit locus 3. Reg. 6. vers. 1. iam pro certo & incorrupto stabilitus. Hoc enim positô, quandoquidem tributis Sauli soli 40 annis, fuisque seorsim Samueli, numerus ille annorum 480. superflueret 20. aut plus: vtique meritò sententia hæc est repudianda propter illum. Reijcitur.

AD ARGVMENTA eius. Respondetur, cogi nos à loco 3. Reg. expositionem illam admittere, quæ communes facit annos illos 40. Samüeli & Saüli. Ad Arg.

II. SENTENTIA. & vera. dicit, Numerum illum annorum 40. non continere solos annos regiminis Saülis: sed etiam includere annos regiminis Samuelis. 2. & vera Sent. Anni 40 qui Act. 13 contin. nent annos Samuelis & Saulis.

Ità reliqui omnes, & fere innumeri. Et quidem inter eos recensendus est magnâ ex parte Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 14. imprimis iuxta codices communiores, quatenùs con iungit eos simùl in regimine, quamuis aliàs erroneè, nimirùm dum partim separans, & partim coniungens, annos regiminis eorum, tribuit primùm Samueli soli post mortem Heli, & antè regnum Saülis, annos 12. vtriq; post hæc simùl, annos 18. dein verò Saüli soli post mortem Samuelis alios 20. In hoc enim errat, quòd vtriq; simul dat plus quàm 40. annos: & quòd Samueli soli non dat plùs 12. Deinde verò, iuxtà exemplar illud græcum, quod se vidisse testabatur suprà Baradius, in cuius extremis verbis lib. 6. dantur Saüli enim Samuele 18. post Samuelem verò 22. qui faciunt 40. quamuis in hoc rursùs erroneè, si post Samuelē intelligat mortuum: vt omittam quod probabilius putabimus §. sequenti Samueli soli deberi annos ad minùs 20. Saüli autem post mortem eius, ad plus 2. Ità autem R. Kimchi in ps. 99. ex Deras, apud Genebrardum in Samuele & Saule, init. Item, Philo lib. 1. de Temulentia, Græcolat. pag. 200. Samuelem regibus annumerans, propter simùl regnantem Saül, vt adnotat Salianus an. 2940. num. 3. Ità Eusebius in Chronic. Lat. & lib. 10. Præp. Euang. cap. vlt. fin. Nec aliter sentit S. Augustinus 17. ciuit. 7. & 18. 20. qui Eusebium perpetuò in ratione temporum sectatur. Ità S. Chrisostomus Hom. 4 in Act. dùm Samueli annos tribuit 40. & Freculphus in Chronico suo totidem viceuersa Saüli, ait Salianus an. 2962. num. 3. Ità & prò hac sententia S. Augustinum refert Genebrardus in Samuele pag. 194. Ità Seuerus Sulpitius lib. 1. Histor. S. Isidorus in Chron. Niceph. Constantinop. in Chronolog. & in eum Antonius Contius. Bed. in 13. Act. Chronic. Alex. Cedren. Lyran. & Interlin. in 13. Act. Tostatus in 1. Reg. 13. q. 1. & in cap. 9. q. 6. Maffæus lib. 15. pag. 45. sub Heli, Genebrardus, Bellarminus, & Gordonus, in Chronologiis suis. Ioan. Lucid. Adrichom. Batadius, Tornellus, & Salianus. Inter commentatores Scripturæ, Ribera lib. 1. de Templo cap. 1. Pineda lib. 8. de rebus Salnmonis cap. 2. num. 2. Lorinus in Act. 13. & plurimi alij. E sectatiis autem Mercator, Funccius, Temporarius, Bibliander, Codomanus, Bucholcerus, Caluisius, Capellus, Heluicus, Behmus, & Cario: quorum maximam partem refert Salianus to. 3. an. 2962. num. 3. Denique sicut aduertit Tostatus posteriori loco, ità censent omnes Doctores.

Probat. PROBATVR HÆC SENTENTIA argumentò inuictissimò, à loco 3. Reg. 6. vers. 1. vbi stabilitum est, non plures annos esse computandos ab exitu de Ægypto, ad iacta templi fundamenta, quàm 480. sic expressè eò loco affirmatos. Hoc enim positò, cùm necessarium sit annos 40. qui tribuuntur Saüli, non esse assignandos ipsi soli, sed etiam Samueli, omninò conuincitur eos includere simùl annos regiminis Samuelis. Argumenta autem contrariæ sententiæ nullius sunt momenti.

AD I. ARGVMENTVM. Respondetur, iam sæpiùs dictum esse, cogi nos ad expositionem illius loci, per quam anni 40. etsi tributi soli Sauli, includant nihilominùs annos etiam regiminis Samuelis. Non esse autem sic mordicùs adhærendum rigori litterali, quandò contrarium & conuincens fundamentum habetur in Scriptura, plùs satisq; patuit in similibus plurimis per totam hanc chronologicam materiam: vt non parùm mirabile sit, Serarium in hoc, non solùm à regula S. Augustini, Concilij & declarationum eius defecisse propter argumenta leuissima: sed etiam à communi omniū tàm chronologorum, quàm sacri textus expositorum. Ad 1. Arg.

AD II. Respondetur, ostensum fuisse §. 43. sub 6. sententia 5. argumentô, & obiect. 4. locum illum, seu numerum annorum quasi 450. non respicere Periodum istam, sed præcedentem. Sed & quamuis respiceret illam: tamen adhuc faceret contrà Serarium ex §. 47. quia in illis annis 450. comprehenderentur Interregna, & seruitutes, quibus nonobstantibus anni illi fuissent tributi iudicibus. Ad 2.

AD III. Respondetur, annos Saülis non ob illam causam includere annos Samuelis, quòd Saül fuerit impius: sed quia fuit rex, & rex primus; vel aliàs, annos Samuēlis inclùdi sub annis Saulis, quia Samuel fuit Sauli coniunctus tanquam vltimus iudex, & tanquam propheta specialis; quia eum, eum in regem constituit, consecrauit, confirmauit; & quia denique, cum eo per reliquum ferè vitæ suæ tempus, socius permansit. Hoc autem non est inconueniens istis aut similibus de causis: sicut aliàs viceuersà, iisdē, vel aliis de causis, annos ipsius Saulis in annis Samuelis comprehēderunt Eusebius in Chronico Græco, & S. Chrisostomus Hom. 4. in Acta; sed & Serarius ipse §. *Denique*, refert Theodoretū q. 28. 1. Reg. & Procop. in cap. 13. lib. 1. dicere, Samuelis annis potiùs Saulis annos ob impietatem includendos fuisse: ac de facto Theodoretus dicit, reliquos annos quibus Saül vixit & regnauit, non ampliùs in illa simplicitate, seu animi rectitudine, quam volunt cōmuniùs significari per illa verba 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saül, cùm regnare cœpisset*, reputari administrationi Samuelis: prout annotauit Sallanus an. 2964. num. 1. fin. Ad 3.

## XVII. DIFFICVLTAS. DE EODEM NVMERO particulari 40. Annorum qui Act. 13. tribuitur Sauli & Samueli: An & quomodò sit, coniunctim, aut diuisim, assignandus eorum regimini?

§. 61.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ex vna parte videtur, Samuelem gubernasse non plus 20. aut 21. annis, inceptis, vel exactis. Nam postquàm dictum est 1. Reg. 7. vers. 2. *Erat quippe iam annus vigesimus*, describitur cap. 8. quomodò petitur ab eo rex, & tandem ab ipsomet Saul rex constituitur.

Ex altera autem parte videtur, etiam gubernasse 38. annis. Nam 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset: duobus autem annis regnauit super Israël.* Per hoc manifestū videtur Saülem non regnasse nisi 2. annis. Cum ergò Act. 13. tribuantur vtrique simul 40. consequens est Samuelem gubernasse 38. Quod cōfirmare est, ex plurimis per eum actis, quæ narrantur toto reliquò cap. 7. post memoratos 20. annos, quibus arca manserat in Cariathiarim.

Aliunde autem videtur impossibile Saülem regnasse tantummodò 2. annis. Nam 1. Reg. ab illo cap. 13. ad cap. 31. seu vltimum libri illius, narrantur tot acta, tùm à Saule, tum ergà Saulem, per totum eius regnum, vsque ad mortem ipsius, præsertim verò tot de Dauide, & ergà Dauidem: vt impossibile videatur ea perfici potuisse spatio 2. tantùm annorum regni eius; consequenter impossibile Samuëlem seorsim gubernasse 38. annis. Itaque.

SVMMA difficultatis est, quot annos propriè quisque eorum seorsim gubernauerit? Porrò missam facimus hoc locô sententiam Iosephi, relatam §. præcedenti secundum exemplaria eius, tam communissima, quam (fortè) græcum illud Baradij. Quia errat, tùm in hoc quòd annos vtriusque facit plures 40. tùm in eo quod non plus 18. tribuit Samueli soli; quorum primum iam ex dictis subsistere non potest: secundum non item, si rectè singula perpendantur. Sed de hoc iterum in sequentibus.

1 Sent. I. SENTENTIA. dicit, Samuelem seorsim rexisse 38. annos: Saülem autem solummodo 2.

Ità Maslæus lib. 5. pag. 45. sub Heli, sic dicens; Annò quadragesimò (Heli) capta fuit arca a Philisthiim. Ab hoc loco vsque ad regnum Dauid, præfuerunt populo Samuël & Saul, quorum tempus simul ponitur Act. 13. 40. annorum. Quorum 38. sunt Samuëlis, reliqui duo Saülis. & pag. 46. sub Samuele. Annò vigesimò transtulit Samuël arcam in Maspharh, &c. Annò trigesimooctauò petentibus Iudæis regem, constituerunt Saul, &c. Qui post aliquot dies victò Naas confirmatus in regnum, &c. Philisthium redierunt ad prælium. Septimò die rex ipse sacerdotis functus officiò, &c. Patet hinc non bienniò, sed ne octiduò, Saül in rectitudine perstitisse. Annò suò primò Saül percussit Amalec, &c. Annò secundò Saul, defunctus est Samuel, & abiit Dauid ad regem Geth, mansit ibi 4. mensibus, quorum vltimò occisus est Saül à Philisthæis. Hæc Maslæus. Ità, Adrichom. Vigner. Mercator, & Verronius, in Chronologiis suis, relati à Saliano an. 2962. num. 7.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex verbis illis ad rigorem sumptis 1. Reg. 13. vers. 1. *Duobus autem annis regnauit super Israël.*

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex hoc quòd Samuelem gubernasse longe plures annos quàm 20. ostendi videtur ex Scriptura, his modis.

PRIMÒ. ex historiæ textura. Nam à tempore quô Heli mortuus est, & antè tempus quô rex petitus, & Saül in regem electus: dicitur cap. 6. vers. 1. *Fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum 7. mensibus.* Item, narratur à vers. 12. quomodò post hæc ducta est in regionem *Bethsamitarum*, ibique mansit in agro *Iosue Bethsamitæ*, vers. 15. Quomodò, *Leuitæ deposuerunt* eam, &c. vers. 16. Quomodò *Satrapæ Philisthinorum*, qui eam secuti fuerant, *reuersi sunt.* vers. 17. Quomodò, reddiderût pro peccato *anos aureos.* vers. 18. *Et mures aureos secundum numerum vrbium Philisthiim 5. prouinciarum, ab vrbe murata vsque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque in illum diem in agro Iosue Bethsamitis.* Item, vers. 19. narratur, quomodò *percussit* (Deus) *de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcam Domini.* vers. 21. *Quomodò miserunt nuntios ad habitatores Ca-*

*riathiarim dicentes*, &c. *reducite eam ad vos.* cap. 7. à vers. 1. Quomodò, *venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Dei, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa.* In his, necesse est aliquantùm temporis, suprà 7. menses transactum esse. Porro etiamsi Scriptura sacra non exprimat quantum temporis fluxerit in his omnibus: attamen non potest in eis minùs computari, quàm annus aut completus, aut per menses plurimos inceptus.

Eodem cap. 7. vers. 2. *Et factum est ex quo die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe iam annus vigesimus) & requieuit omnis domus Israël post Dominum.* En adminus 20. anni. Post hæc narratur quomodo Samuel locutus est ad vniuersum Israël, & dixit eis vers. 5. *Congregate vniuersum Israël in Masphath*, &c. vers. 6. *Iudicauitque Samuël filios Israël in Masphath.* à vers. 7. quomodo Philisthiim *ascenderunt*, & vers. . *inire prælium contra Israël*, &, *intonuit Dominus fragore magnô super eos, & cæsi sunt à facie Israël.* In his aliquod tempus. vers. 13. *Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt vltra, vt venirent in terminos Israël. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis.* vers. 14. *Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthiim ab Israël, Israëli; ab Accaron vsque Geth, liberauitque Israël de manibus Philisthinorum, erátque pax inter Israël & Amorrhæum.* In his etiam aliquod tempus. vers. 16. *Iudicabat quoque Samuel Israëlem cunctis diebus vitæ suæ, & ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israëlem in supradictis locis: ædificauit etiam ibi altare Domino.*

In his rursùs attendere est primùm, dici requieuisse totum Israël post Dominum: Philisthæos non vltrà venisse in terminos Israël: factam manum Domini super eos cunctis diebus Samuelis: liberatos Israëlitas de manibus eorum. Atqui hæc vera esse non possunt, temporibus quibus regnauit Saül. Nam non tam citò factus est rex, quin bella habuerit, vt cap. 11. contrà Naas Ammonitem: & vt de Philisthæis sermo sit, cap. 13. totô, vbi sacrificium obtulit contra præceptum Domini. Item, cap. 14. vers. 47. *Et Saül confirmatô regnô super Israël, pugnabat per circuitum aduersùs omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos*, &c. vers. 52. *Erat autem bellum potens aduersùs Philisthæos, omnibus diebus Saül.* Porrò ea quæ euenerunt diebus Samuëlis, proxima fuerunt senectuti ipsius Nam cap. 8. vers. 1. *Factum est autem cum senuisset Samuël, posuit filios suos iudices Israël.* vers. 5. *Dixerunt ei: ecce tu senuisti.* cap. 12. vers. 2. *Ego autem senui, & incanui.* Hæc autem circà electionē regis. Nam cap. 8. vers. 5. *constitue nobis regem.* cap. 12. vers. 2. *nunc rex graditur ante vos.* Et post omnia ferè quæ narrantur de Saüle, dicitur cap. 25. vers. 1. *mortuus est Samuel.* & cap. 28 vers. 3. *Samuel mortuus est.* & ex Hebræis mortuus est paucis mensibus: ex nostris autem annis duobus antè ipsummet Saülem. At si rexisset solùm annos 20. aut circiter, quomodo hæc vera essent, factam manum Domini super Philisthæos: Philisthæos vltrà non venisse in terminos Israël: liberatos Israëlitas de manibus eorum cūctis diebus Samuelis, cùm superuixisset 20. alios, quibus bella fuissent? Ergò tempus totius regiminis ipsius seorsim fuit longissimum: & tempus Saülis non potuit excedere duos annos.

Deinde, in his attendere est, dici eum iudicasse Israëlem *cunctis diebus vitæ suæ.* Hoc autem rursùs proximum senectuti ipsius; nam ideò cap 8. vers. 1. *Cùm senuisset posuit filios suos iudices.* vers. 5. *Ecce tu senuisti, constitue nobis regem, vt iudicet nos.* cap. 12. vers. 2. *Ego autem senui & incanui*: & denique totô cap. tradit officium regi. At si rexisset solùm annos 20. aut circiter, quomodo hæc vera essent, cùm superuixisset 20. alios quibus non iudicasset?

Si dicas. Hoc pactô inferetur, ne Saülem regnasse annum vnum. Nam si Samuël mortuus est paucis mensibus secūdùm Hebræos ante Saulem, & cunctis diebus suis pax fuit, ipséque iudicauit Israël: quomodo Saul regnauerit 2. annis.

Responderi potest, illa verba *cunctis diebus*, dici per synecdochen, pro ferè cunctis. Nam 38. comparatione duorum, sunt maxima pars denominans vt totum. Deinde, si secundùm nostros mortuus est 2. annis antè Saul, res est clara; nam eousque non fuerunt bella, sed tantùm 2. annis Saülis.

Si dicas etiam. *Posuit filios suos iudices Israël.* & cap. 12. vers. 2. *Porro filij mei vobiscum sunt.* Ergò non iudicauit *cunctis diebus vitæ suæ?*

Respondebitur primùm, eum censeri iudicasse per filios: vnde illi in numero iudicum non reponuntur. Deinde, vel eum, quia vt dicitur cap. 8. vers. 3. *Non ambulauerunt filij illius in vijs eius*; & vers. 5. *Filij tui non ambulant in vijs tuis*, ideò reassumpsisse officium, saltem exercitium iudicis; vel illa verba posse similiter intelligi per synecdochen, pro diebus vitæ suæ ferè cunctis; vel denique quod dicitur de filiis, intelligendum non super vniuersum Israëlem, sed tantummodò super aliquam eius partem. Nam expressè dicitur cap. 8. vers. 2. *iudicum in Bersabee.* Neque obstabit quod vers. 4. *Congregati vniuersi maiores natu Israël, venerunt ad Samuëlem in Ramatha*, vers. 5. *dixerúntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ*

*habent nationes.* Quia potuerunt allegare defectum filiorum eius, quamuis non iudicarent totum Israel, sed aliquam solum, & forsitan maiorem eius partem; & prætereà potuerunt causam illam potiùs occasionaliter accipere, vel quasi prætextum assumere; sicut de facto patet eos assumpsisse, pro postulando rege: cùm vera causa narretur à Samuele cap. 12. vers. 12. *Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon, venisset aduersùm vos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis*, quam etiam indicarunt cap. 8. vers. 20. *& egredietur antè nos & pugnabit bella nostra pro nobis.*

Denique cap. 8. vers. 1. *Factum est autem cùm senuisset Samuël, posuit filios suos iudices Israël.* vers. 2. *Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee.* vers. 3. *Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudicium.* vers. 4. *Congregati ergò vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha.* vers. 5. *Dixerúntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: constitue nobis regem, vt iudicet nos*, & quæ sequuntur abinde per reliquum illius capitis, & per 9. 10. & 11. vsque ad 12. quô Samuël deposuit principatum. In his necesse est etiam transactum fuisse non parùm temporis, & hoc à tempore quô dicitur senuisse. Ergò tempus regiminis eius durauit multò plus 20. annis, sed vsque ad summam senectutem, seu ad mortem aut circiter mortem suam, adeóque 38. annis.

SECVNDÒ, ex illo cap. 12. vers. 2. *Et nunc rex graditur ante vos: ego autem senui & incanui:* &c. *Itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præsto sum.* Adolescentia illa non videtur posse intelligi ea, quæ describitur antè mortem Heli cap. 2. vers. 18. *Samuel autē ministrabat antè faciem Domini, puer, accinctus Ephod lineo.* vers. 18. *Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus*, &c. Sed videtur ea, quâ mox Heli mortuô gubernare cœpit. Etenim ad rigorem literæ adolescentia differt à pueritia. Et ne dicatur in Scriptura vocari puerum, etiam ætate virili prouectum: patet hoc loco ex verbis illis, *& tunicam paruam faciebat ei mater sua*, puerum intelligi debere ad rigorem. Quod si vis fiat in vocabulo, *Puer*, habetur longe aliô sensu vers. 26. & cap. 3. vers. 1. secundùm quòd fuit expositum §. 57. sub 2. sententia, in respons. ad 2. Deinde, cùm addit eodem cap. 12. vers. 3. *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrùm bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituámque vobis.* Per hæc vtique dat intelligi, conuersationem cum eis, de qua locutus est, accipiendam esse in qualitate iudicis eos gubernantis. Quò tandem notat Genebrardus, eum suscepisse gubernaculum, cùm esset admodùm iuuenis, nec ab eo recessisse, nisi cum valdè senex, ex lib. 1. Reg. Atqui si gubernasset tantummodò per annos circiter 20. & non per 38. consequenter Saül per duos tantùm: quomodò ista essent vera?

CONTRA HANC SENTENTIAM *Reijcitur* Facit in genere, id quod habetur in fundamento difficultatis: impossibile videri, tot esse acta à Saüle & ergà Saülem, seu vnô verbô, omnia quæ habētur in historia Saulis, & præsertim de Dauide, adeò modicô tempore, quale sunt duo anni. In specie autem, primùm, incipiendo à Saule, bella quæ habuit ipse, & quæ describuntur 1. Reg. à cap. 11. ad 31. seu vltimum cum Ammonitis, Philisthinis, & alijs gentibus, quorum multa summariè habētur cap. 14. vers. 47. 48. & 52. & numeratim deducuntur septem a Genebrardo in Saule pag. 140. à §. *Primum bellum*, fusiùs autem à Torniello ab an. 2964. & deinceps: tot, inquam, bella non videntur perfici potuisse spatiô duorum annorum, nedùm spatiô minori, quale fuit illud quod insinuatur prædictô cap. 14. vers. 47. *Et Saül confirmatô regnô super Israel pugnabat per circuitum aduersùs omnes inimicos eius.* Vbi non omittendum in singulari, id quod annotat Serarius in lib. 3. Reg. cap. 7. §. *Tertiù.* seu pag. 216. sub init. de Amalecitis (vitiosè scriptum ibi Ammonitæ) Non tam citò, inquit, recrescere potuissent Amalecitę cap 30. (vbi nempe Dauid debellare eos) cùm cap. 15. penè funditùs deleti fuissent, scilicet a Saule, captô ipsorum rege, occisóque à Samuele.

Deinde & præcipuè, spectando ea quæ in Dauide. v. g. cap. 16. à vers. 15. Sauli exagitato à spiritu malo, datur Dauid, de quo dicitur vers. 21. *Et venit Dauid ad Saül, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger.* vers. 22. *Misítque Saül ad Isai* (patrem Dauid) *dicens: Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis.* vers. 23. *Igitur quandocúmq; Spiritus Domini malus arripiebat Saül, Dauid tollebat cytharam, & percutiebat manu suâ, & refocillabatur Saül, & leuiùs habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.* Et tamen cap. sequenti quandò Dauid pugnauit contrà Goliath, Saul non agnoscebat eum. Vnde post occisum Goliath, narratur sic vers. 55. *Eo autem tempore, quô viderat Saül Dauid egredientem contrà Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? dixitq; Abner: Viuit anima tua, rex, si noui.* vers. 56. *Et ait rex: Interroga tu, cuius filius sit iste puer*, &c. vers. 58. *vt ait ad eum Saul: de quâ progenie es, ô*

*adolescens*. Ergo multum temporis non interuallum fuerant abinde transacta.

Neq, dici potest, ea quæ ... cap. ... à vers. 15. fuisse dicta per anticipationem. Nam cap. 17. à vers. 14. *Tribus ergò maioribus* (fratribus Dauid) *secutis Saulem*, vers. 15 *abiit Dauid, & reuersus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Bethleem* & cap. 18. vers. 2. *Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui*. Hęc ostendunt manifestè, Dauidem iam anteà seruisse Saül. Quare Torniellus suprà ostendit fusiùs, plures interim transactos fuisse annos: & ideò Dauid secũdà vice non fuisse agnitũ à Saule, consequenter nec ab Abner, quod valdè immutatus esset, propter barbam, & similia, quę solent iuuenes immutare.

Item. cap. 25. Dauid mittens iuuenes ad Nabal Carmeli, pro cibariis, hæc ei mandat vers. 7. *Audiui quod tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto nunquam eis molesti fuimus, nec aliquãdo defuit quidquã eis de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo*, &c. & vers. 15. *homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti. nec quidquam aliquando periit omni tempore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto*. Vbi per *Carmelum*, seu *desertum*, idem intelligitur quod *desertum Pharan, siue solitudo Maon* ex vers. 1. & 2. in quam solitudinem Dauid erat profugus. Per hæc ergò denotantur tẽpora non pauca. Vbi Torniellus locò suprà citatò, monet aliquot exẽplaria pro *omni tempore*, vel *cũctis diebus*, vt habent Septuag. & Chald. habere, *ex multis annis*.

Item, cap. 29. vers. 3. med. *Et ait Achis ad principes Philisthiim: Num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israël, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quicquam ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc?*

Item, Genebrardus in Saule, summarium habens totius historiæ Dauid, notat eum metu Saulis duodecies mutasse sedes à cap. 19. & Torniellus ann. 2962. plures annos fuisse consumptos in occulta primo, & deinde manifesta Dauidis persecutione.

Item, Serarius §. *Sexto*. Non potuissent, inquit, Saülis filij post regni biennium, vel paucorum annorum, ità creuisse, vt 1. Reg. cap. 30. prælio interessent; cùm solus Ionathas cap. 13. arma ferret. Vult dicere, cùm cõstet filius Saül interfuisse prælio, in quo ille occubuit, vt dicitur 1. Reg. 30. vers. 6. *Mortuus est ergò Saül, & tres filij eius, & armiger eius*, &c. & tamen cap. 13. solus Ionathas filius eius arma ferret. si Saül ab eo tempore, quô Ionathas arma ferebat, non regnasset nisi duobus annis, non potuissent filij eius, adeò paucis annis apti fieri ad arma ferenda.

Denique, secundùm multos &, vt ait Genebrardus pag. 104. fin. Samuel fuisse superstitem Saülem duobus annis, nostri terti colligunt è 1. Reg. Atqui multa præcesserunt inter vtrúmque, antequam moreretur Samuel, in quibus Saül regnabat. Ergò Saül regnauit plus quam 2. annis.

AD HANC obiectionem Responderi potest, omnia illa potuisse fieri intrà spatium 2. annorum. Et in particulari, ad illud de non agnitione Dauidis per Saulem, posse adolescentem paucis mensibus sufficienter et ad hoc immutari. Et de Dauide in singulari, ita euenisse videri posse probari ex cap. 17. à vers. 13. vbi quamuis Dauid recessisset à Saüle, tamen non multò post rediit ad pugnandum contrà Goliath. Ad illud de conuersatione in deserto Maon, nihil exemplaria illa concludere. & verba, *omni tempore*, exponi posse de aliquot diebus vel mensibus. Quod confirmari potest, respondendo ad illud de Achis, dicente, *multis diebus, vel annis*, nimirum hoc dictum fuisse ab Achis per exaggerationem. Nam cap. 27. vers. 7. *Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum 4. mensium*: Quamuis nihilominùs posttremum hoc exponi possit de habitatione eius in Geth cum Achis, non autem de habitatione in Siceleg, vt colligere est ex præcedentibus cap. illo 17.

VERVM Responsiones istæ; aut omnes, aut earum maxima pars, non sunt solidæ: præsertim illæ de Dauide non agnito à Saüle: & de multis annis memoratis a rege Achis.

CÆTERVM, ad præcipuum illud punctum 1. huius sententiæ, ex historiã habitã cap. 7. à vers. 3. vel etiam 2. vsq; ad finem capitis, dici potest, necnon facere contrà eam, quod longè probabilius sit, totum illud ibi narrari per recapitulationem, tanquàm actum ab initiis regiminis Samuëlis. Neque enim est credibile, Scripturam sacram nihil antè annos illos 20. tradidisse de actis eius; potius voluisse iuxtà phrasim sibi solitam hæc eũ remittere, quia prius voluerat omnia tradere simul, quæ pertinebant ad arcam, scilicet ad capturam eius, & varias per loca varia deductiones, tandémque requiem in Chariathiarim: sic vt illa verba vers. 2. *Et requieuit omnis domus Israël post dominum*, intelligantur tanquam effectus narratarũ posteà Samuëlis suprà Philisthæos victoriarum: & similiter illa vers. 3. *Ait autem Samuël ad vniuersam domum Israël*, &c. siue concionem ibi habitam, & ablatos deos alienos, acta fuisse paulò post fugatum sub Heli populum, & arcam à Philisthæis captam. Ad illud autem de adolescentiã Samuëlis, vide quæ dicta sunt §. 57. sub a. sententiã, ad 2. eius argumentum. Ad Arg. præcip. 1. Sent.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Samuëlem & Saulem, quemque seorsim gubernasse 20 aut circiter 20. annos. Et Samuëlem quidem aut 20. aut paulò plus Saulem autem aut 20. aut paulò minùs: prout apud singulos authores huius sententiæ ostendetur inferiùs. Quamuis autem hæc sententia neque asserat, neque neget, an gubernauerint, simul; tamen, cum anni eorum implere debeant 40. vtique virtualiter negat eos gubernasse simul.

Ità communiter chronographi & Scripturæ expositores, vt refert Genebrardus in Samuel, dicens: Hos (40. annos) nostri fere partiuntur, vt 20. Samuëli, reliquos 20. Saüli attribuant, quamuis ipsemet Genebrardus non videatur eis assentiri, dum longiùs post hæc dicit: Decimô annô principatus Samuelis, regem Israelitæ postularunt, R. Nehurai. Nisi forte hoc asserat solùm ex sententia Rabbini illius. Ità omnes recentiores, vt Tostatus, Lorinus, Baradius, Gordonus, Torniellus, Salianus, &c. quamuis diuerso fere quilibet modô, quoad præcisos vtriúsq; annos.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia. Et quidem Samuëlem gubernasse annos 20 aut etiam paulò plus, videtur constare satis ex cap. 6. 7. & 8. 1. Reg. prout exposita sunt in sententia præcedenti.

QVOD autem Samuël non gubernauerit multò plùs, aut etiam non plùs 20. videtur posse probari I. Ex cap. 8. vers. 1. vbi Samuël committit iudicaturam in manus filiorum suorum. Et quamuis responderi possit tempus illud quô filij iudicarunt, computari in annis Samuelis: attamen modicum fuit, & vers. 5. postulatur rex ad iudicandum, *constitue nobis regem vt iudicet nos*, & vers. 6. *Da nobis regem vt iudicet nos.* Quod præstitum fuisse subitò, patet capitibus sequentibus, nempe cap. 9. vbi Saül eligitur a Deo, cap. 10. vbi primùm clàm vngitur à Samuële, & posteà per sortis applicationem declaratur, & denique à populo clamante, *Viuat rex*, salutatur, cap. 11. vbi in regem confirmatur, & tandem cap. 12. vbi Samuël renunciat regimini, saltem solitario exercitio eius, coram tota multitudine ac ipso rege, dicitq; vers. 1. & 2. *Constitui super vos regẽ, & nunc rex graditur ante vos.* Quare cùm annus vigesimus ex quo manserat arca Domini in Cariathiarim fuerit tantum inceptus, vt ex ipsius Scripturæ verbis liquet: videtur meritò dicendum, tempus totum illud quod abinde ad constitutum regem fluxit, non plus quam annum illum ità perfecisse, vt pro completo computari possit.

II. Cum tot tantáque fuerint abindé facta, etiam verò per Samuëlem. nusquam tamen dicitur à Scriptura, quod Samuël abinde populum iudicauerit.

Porrò authores huius Sententiæ sunt in hoc diuersi, seu annos vtriusque sic assignant in singulari, vt Tostatus in 1. Paralip. 19. tribuat Samuëli annos 2. Sauli 18. Baradius lib. 5. cap. 21. dicat: Samuel, vt constat ex 1. Reg. 7. amplius 20. annos iudex fuit: Saul igitur alios fere 20. regni gubernacula tractauit. Versio autem Ruffini (apud eum) dicat Saülem regnasse 18. Samuële superstite 2. illô mortuô, adeoque 20. Lorinus item in Act. 13. ad vers. 20. §. *Gagneius*: Gordonus cap. 9 ad Period 4. num. 1. & Torniellus an. 2959. num. 5. & 2960. num. 1. tribuant vtrique annos præcisè 20. Quamuis Gordonus non diffiteatur dare Samuëli 20. annos, aut amplius reliquos autẽ Sauli & minùs. Nam probabilius est in hac sententia, iuxtà deductiones factas tum hîc, tum sub sentẽtia præcedenti, Samuelem seorsim gubernasse 21. annos: Saülem 19.

OBIICI potest contrà hanc sententiam I. quatenùs tribuit Samuëli 21. annos, consequenter contrà propiùs ad eam accedentes, Samuëlem non potuisse gubernasse plus 18. aut 19. annos. Quia suppositô quòd ea quæ referuntur cap. 7. à vers... vel etiam à 1. narrentur ibi per recapitulationem, fieri possit, vt quæ referuntur cap. 8. fortè etiam quæ capitibus sequentibus, vsque ad bellum illatum per Naas, consequenter vsque ad intrà 1. aut etiam 2. annum Saülis, narrentur etiam per eandem recapitulationem, adeóq; anni 20. tantum incœpti, quibus arca manserat in Cariathiarim, comprehendant omnia quæ fuerunt acta per totum regimen Samuëlis, necnon per 1. aut etiam 2. annum regni Saülis. Quod conijcere est ex illis verbis cap. 7. vers. 2. *& requieuit omnis domus Israel post Dominum.* Nam si requieuit Israël per illos 20. annos, quibus nimirùm coúsq; Samuel regnauerat: & fuit bellum annô 1. vel etiam 2. tantùm Saulis: vtique videtur primus vel etiam secundus annus Saülis, includendus in illis 20. síque Samuël non gubernauerit solus plus quam 19. aut etiam 18. tantùm annis. 1. Obiect.

RESPONDETVR. Posse quidem id fieri; sed etiam fieri posse contrarium: hócque potiùs longe magis indicari in totà serie Scripturæ, prout ipsa fuit exposita superiùs sub probatione huius sententiæ, necnon sub argumento 2. præcedentis. Quod autem dicitur ibi de regnis domus Israel post Dominum, non affirmatur pertinere ad regimen vtriúsque. Sed neque affirmatur quietem illam non durasse nisi per annos illos 20. quibus ipsa subijcitur. Abinde autem nihil actum fuisse vsque ad bellum Naas, non potest vllô modô probari: potiùs fauet contrario series texturæ per Respons.

... capita tot actiones ... probabilius manet ex ... Sa... non minùs gubernasse ... inceptos, insuper autem ... quos menses post istos 22 ... denique certum est ex cap ... nasse per 7. ad minus menses ante 40 an... istos, & aliquos menses eos ... omnium probabilissim ... certà, Samuelem gubernasse ... 2. an nos integros.

OBIICI potest contrà eandem sententiam Il quatenus om... parat ... men vtriusque, locus 1. Reg. 3 ... *Filius vnius anni erat Saul cum regnare ... bus autem annis regnauit super Israel.* Sim... phrasim Scripturæ solitam reg... t satu n 2. annis, cum tamen ex histo... cum regnasse longè ... tribus ... sarium est cum regnasse simul aliquibus cum Samuele.

Confirm. ... C... NFIRMATVR. Nam si Samuel & Saul non regnassent simul, non videtur aliqua ratio valida quare S. Paulus regimen vtriusque copulasset simul, tribuens vtrique indistinctè 40 annos.

VT RESPONDEATVR ad hanc obiectionem, Nota, duplicem huic loco subesse difficultatem. Alteram de verbis illis, *Filius vnius anni erat.* Alteram de illis, *duobus autem annis regnauit super Israel.* Posterior respicit directè chronologiam: anterior autem non. Nihilominùs quia secùdùm quosdam anterior facit ad posterioris expositionem: ideò vtraque est tractanda. Itaque

Filius vni' anni erat Saul exponitur ILLA verba, *Filius vnius anni erat*, sextuplicem habent, aut habere possunt, expositionem.

1. Exposit. 1. EXPOSITIO est Melchioris Cani lib. 11. de Loc. Theol. cap. 5. ad 12. arg. dicentis hunc locum esse corruptum, siue mancum, & numerum 20. annorum ad illum vnum esse restituendum proindéque pro *filius vnius anni* legendum *...filius viginti & vnius anni.* Sub hac expositione reducendi sunt, si qui volentes eundem locum esse corruptum, alundè verò conspicientes numerum annorum 21. historiæ non quadrare, prout dicetur contrà Canum, ponerent adiiciendos esse 30. Qualem lectionem notat Tornicllus an. 2959 num. 6. fin. relatam haberi in quodam Scholio ad dictum caput Reg. in Editione Sept. Interpr. Denique sub eadem reducendi, si qui volentes item hunc locum esse corruptum, aliunde vero conspicientes neque numerum annorum 30. suppletum, quadrare historiæ, prout etiam ... icetur postea, ponerent adiiciendos esse 4...

Reiicitur VERVM hæc expositio stare non potest, suppositis nostris fundamentis ... ... ex canone, ... cap. 9. qui est S. August.) itèm ... Con... io Triden. & Declarationibus eius. ex quibus ... issimum nobis est, nullam eiusmodi corruptionem admittendam esse ... ibus Vulgatis, præsertim posteriore ... v. l post ... rationis. In singulari vero ... eum annorum 20. superaddendum ex sententia Cani, facit Torniellus dicens: In ... sane expositio, ex qua sequeretur Saulem vno tantum an... seniorem filio suo Isbosetho ... Qui a hæc pè mortuò Saule dicitur 2. Reg. 2. vers. 1 *Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cùm regnare cœpisset super Israel.* Nam cum Saul regnauerit nō plus 20. vel in omni sententiā 22. annos, si filius eius Isboseth ei succedès in regno, statim post mortè ... pa tus fuit annos 40. sequitur Saulem cum genuisse annò suò primò, vel ad plus tertiò. Sed addendum quod sequeretur eum genuisse filium suum Isboseth, antequàm ipse ... esset ... Nam ex 1. Par. 8. vers. 33. & 9. vers. 39. Isboseth idem erat qui Esbaal, quartus in ordine filius eius: quinimò probabiliter ex 1. Reg. 14. vers. 49. quartus quidem marium, sed sextus in ordine filiorum & filiarum. Idem autem consequitur in singulari contra ponentes addendum esse numerum annorum 30. Nam vt monet Torniellus sequeretur ipsum Saul anno vitæ suæ septimò genuisse filium suum primogenitum, & octauô secundum, & nonô tertiū, & decimô quartum, quod videtur impossibile. Dic ex suprà notatis, & antè minutem adhuc annorum numerum.

2. Expo... II. EXPOSITIO est quorundam apud S. Hieron. in Trad. Hebr. quam nun improbant Angelomus, & Serarius (tribuunt etiam Rabano) illa verba esse intelligenda de Isboseth filio Saul, vt sit sēsus, Saulis filius erat vnius anni, quādò regnare cœpit ... od prætereà ... probari, qui ... Reg. 2. vers ... pul... ... um est, 40. *annorum erat Isboseth, cum ... um regnare cœpisset super Israel,* ad ... *& duobus annis regnauit.*

VERVM hæc expositio reiicitur ibidem expressè a S. Hieronymo locum istum aliter exponente. Reiicitur item à Petro Damiano lib. 2. ep. st. 20. Lirano, Tostato, Lorino, &c. Denique reiicitur a Salfano anno 2904. num. 3. hac ratione, quòd repugnet Editioni Vulgatæ: dicendúmque fuisset, Filius vnius anni erat Sauli: & in Hebræo deest ... nota tertij casus.

3. Expo... III EXPOSITIO est R. Kimchi, & R. Ben Gerson apud Vermilium ... ectarium, in hunc locum. itémque Vatabli, Genebrardi, Pinedæ, necnon ipsiusmet Vermilij, quem etiam non improbat Serarius, vt illa verba

referantur ad eius electionem, quâ cap. 10. regnare cœpit, vt sensus sit. post annum (vnum) à sua electione, regnare cœpit, siue regni administrationem adiit. Iuxtà quam exponenda essent, *erat filius vnius anni*, in sua electione, vel filius ab vno anno ad regimen destinatus.

Reiicitur. VERVM hæc expositio nô videtur nobis, neque etiam est in se probanda. Primò quia nullum habet exemplum in Scripturâ, vel aliâ auctoritate antiquâ. Quamuis autem non repugnet, interdùm singulares loquendi modos in Scripturâ reperiri, quorum non facile reperiantur exempla, licet fortè essent apud Hebræos communia: tamen non sunt illi proponendi, saltem non videntur nobis ità præferendi reliquis, vt cùm reperiantur alij, præsertim autem apud Hebræos ipsos, abiiciantur reliqui, totúmque alicuius sententiæ pondus innitatur illi soli singulari. Deinde. & quod præcipuum, quoniam expositio huiusmodi, supponens annû vnum, aut etiam plùs fuisse transactum inter electionem Saülis, & eius confirmationem in regnum in Galgala, vel scienter dissentit, vel se dissentire non attendit, ab Editione Vulgata, quæ habet cap. 11. vers. 1. *Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites*, &c. quô tempore Saul, prout in sequentibus describitur, regno manum admouit, edictum protulit vers. 7. *Quicumque nô exierit, & secutus fuerit Saul & Samuelem, sic fiet bobus eius. Inuasit ergò timor Domini populû, & egressi sunt quasi vir vnus*. vers. 8. *& recensuit eos in Bezech: fuerúntque filiorum Israel 300000. virorum autem Iuda 30000.* & denique deuictô Naas, confirmatus fuit in regem. *Quasi post mensem*: non ergò 2. annis post. Quamuis autem illa verba vers. 1. non habeantur in Hebr. Chald. & Sept. tamen omnibus his præferenda semper est Vulgata. Neque verò dicatur, cap. 12. vers. 12. demonstrari Naas venisse contrà filios Israel, antè regem postulatum. Nam potuit extunc bellum parare. non tamen ea præstare quæ describuntur cap. 11. ab initio.

4. Exposit. IV. EXPOSITIO est quorundam apud Carthusianum in 1. Reg. Saulem fuisse 21. annorum, quando regnare cœpit, & illa verba intelligenda esse, vnius anni suprà vigesimum, quoniam apti ad pugnam recenseri solebant à 20. annis & suprà Num. 1. vers. 3

CONFIRMARE possunt 1. Ab expositione simili, quam tradunt aliqui verborum illorum 4. Reg 24. vers. 8. *Decem & octo annorum erat Ioachin, cùm regnare cœpisset*, cum tamen hoc [illegible] bis verbis 2. Paralip. vlt. vers. 9. *Octo annorum erat Ioachin, cùm regnare cœpisset*; quasi nonnunquàm, sicut in numeris temporum, rotundi ponuntur, fracti tacentur. ita in numeris

A personarum, ponantur fracti, taceantur rotundi.

CONFIRMARE possunt 2. Quia verbum illud, *filius*, solet idem significare quod, *homo*, v. g. 2. Reg. vers. 5. *Filius mortis est vir, qui fecit hoc*, id est, homo mortuus. & illud Ioan. 7. vers. 12. *filius perditionis*, id est, homo perditus. & similia passim in Scripturis; & *homo*, idem quòd in ætate florenti.

Reiicitur. VERVM, neq; etiã hæc expositio videtur nobis probanda. Et quidẽ aduersùs eã agẽs Tornielus an. 2959. num. 6. versus fin non B quidem quatenus formaliter exponens annum fractum de rotundo, sed quatenus facientem Saulem tunc annorum solummodò 21. *insulsam* æque ac primam vocat. Quia nimirùm ex ea sequeretur, Saulẽ vnò tantum annò fuisse seniorem filiò suò Isboseth. Vide ampliora de hac re quæ dicta sũt aduersùs primam expositionem.

AD locum autem 2. Par. vlt. vers. 9. de Ioachin, ostendetur suô locô, verborum illorum non esse verum sensum, quem isti confingunt: sed esse, Ioachin fuisse tantùm C 8 annorum, quandò regnare cœpit cum patre, seu quandò successor suus à patre destinatus, in ipsius absentia regnauit; verborum autem 4. Reg. 24. vers. 8. sensum esse, eum fuisse 18. annorum, quandò regnare cœpit solus post patrem suum. Et per hæc reiicitur pro loco hoc 2. confirmatio.

5. Exposit. V. EXPOSITIO, huic similis, esse potest, Saulem habuisse 41. annos, quando electus est rex; eâdem ratione, quâ numerus fractus pro complero fuerit positus. Et confirmari potest iisdem modis proportione seruatâ ad annos ætatis 40.

Reiicitur. D VERVM & hæc expositio videtur etiam parùm probanda. Quia caret exemplo in tota Scriptura, aliaue omni auctoritate idonea. Quamuis autem, prout iam monuimus, non repugnet interdùm singulares loquendi modos in Scriptura reperiri, quorum non facilè repeliantur exempla: tamen non sunt illi vel proponẽdi, vel præferendi, cùm nulla necessitas vrget, reperiantúrque alij non minùs commodi.

6. & melior Exposit. VI. EXPOSITIO & melior, est omnium reliquorum. Et imprimis Paraphrastis E Chaldaici, *Sicut filius anni, in quo non sunt culpæ, Saul erat quando regnauit*. Item Symmachi apud Theodoretum q. 25. & ipsius Theodoreti dicentis, *Hoc significat quasi simplex esset eius animus, quando tunc rex electus*. Item Abenezræ, & Hebræorum aliorum, qui monẽnt particulã similitudinis, vt sæpe alias omissam, apud Abul. q. 1. cap. 13. & apud Serar. comment. in cap. 9. post init. seu pag. Itẽ, S. Hieronymi in Tradit. Hebr. *Saul erat innocens, quandò regnare cœpit, sicut filius est vnius anni*. Item, S. Gregorij in 1 Reg.

lib.5. cap. 3. *Cur unius anni esse dicatur cùm regnare cœpisset, nisi ut eius innocentia prædicetur? Nam ad litteram unius anni quomodo filius esse potuit, qui universo populo ab humero & sursum eminebat.* & infrà: *Deterior ergo, qui priùs bonus, postea malus extitit, dicitur quia unius anni fuit, cùm cœpit regnare.* Deniq; Ruperti lib. 2. in Exod cap. 8. Reg. cap. 29. & lib. 2. in Apoc. init. Lyrani, Tostati, Angelomi, Procopij, Emmanuelis Sa, Dionisij, Tornielli, Saliani (to. 1. an. 2964.) à num. 1. & Rangolij in hunc locum 1. Regum: quam nec improbat Serarius locò citatò.

1. Confirm. CONFIRMANT S. Gregorius, Lyranus, & Tostatus, ex cap. 9. vers. 2. *Et erat ei (Cis) filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filijs Israël melior illô.* Quasi in hoc cap. 13. respectum fuerit ad id quod fusius cap. 9. fuerat dictum. Attamen expositio hæc istius loci postremi, non censetur litteralis à Chaldæo, Theodoreto, Procopio, Vatablo, Serario, & Saliano (an. 2962. à num. 45.) Vermilio & Rangolio. Referendam enim censent bonitatem illam, ad speciem corporis: quia, inquit Vermilius, adducitur statura, *ab humeris & sursum altior erat toto populo.* Dic iuxta Vulgatam, *ab humero & sursum eminebat super omnem populum.*

Non litteralis.

2. Confirm. CONFIRMANT, & ad litteram magis Rupertus ab illis verbis, quibus exprobrat Samuel Sauli, 1. Reg. 15. vers. 17 *Nonne, cùm parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es?* Serarius comment. ad cap. 9. ab illis verbis vers. 2. *Et non erat vir de filijs Israël melior illo.* At quoad mores, inquit Serarius, ipsô melior Samuel.

Duobus annis regnauit exponitur. SIMILITER illa verba *duobus autem annis regnauit super Israël*, septuplicem habet aut habere possunt expositionem.

1. Exposit. I. EXPOSITIO esse potest, vt locus iste sit corruptus, sitq; legendum loco *duobus annis*, vigintiduobus annis regnauit. Hôc pactô quidem quadrarent omnia: Siquidem Samuel regnasset annos 18. quod volunt pluri mi non improbabiliter: Saul verò regnasset 22. quod etiam volunt plurimi nec improbabiliter. Hi simul iuncti facerent 40. quos assignauit vtrique S. Paulus.

Reijcitur. VERUM hæc expositio stare non potest, suppositis iisdem nostris fundamentis iam notatis, sæpiùsq; in superioribus inculcatis, pro veritate Editionis Vulgatæ.

2. Exposit. II. EXPOSITIO est eorundem qui superiùs apud S. Hieron. in Tradit. Heb. vt intelligantur de Isboseth, qui regnauerit 2. annis.

Reijcitur. VERUM hæc expositio reijcitur ibidem à S. Hieronymo. Item, à P. Damiani, Lyrano, Tostato, Lorinò, &c. Deniq; reijcitur à Saliano hac ratione, quòd importunè hic inijceretur mentio Isboseth, seu regni eius tàm obscura præsertim, imò falsa. Nunc enim, aut cùm regnare cœpit Saul, non ad... at Isboseth annum primum, sed vigesimum secundum, aut iuxtà communem ... iam vigesimum. Quin nec regnauit 2. annis, vt suo loco docebimus, sed 7. cum dimidio. Sic Salianus. Qui posterius illud de 7. annis cum dimidio tractat. an. 2979. num. 205. & 209.

3. Exposit. III. EXPOSITIO, est Tostati, Vatabli, Genebrardi, & Pinedæ, quam non improbat Salianus nu. 4. vt sicut illa verba, *filius unius anni erat Saül, cum regnare cœpisset*, referri possunt ad eius electionem: ità hæc, *duobus annis regnauit*, referatur ad sequentia, vers. 2. *Et elegit sibi Saul tria millia de Israël*: vt sit sensus, *cùm autè regnasset 2. annis, elegit sibi 3. Satellitum millia.* Nempe, inquit Genebrardus, 2. annis primis, sat habuit vitatâ electionis inuidiâ, sibi populum conciliare, & aduersùs malignas linguas modestiâ, dissimulatione, & authoritate Samuelis se tueri. Posteà dùm se satis firmasset, cœpit more regiò sese stipare satellitibus: non quòd alioqui 2. tantum annis regnarit.

Et quidem illud de 1. annô, inuidiâ, dissimulatione, habetur à cap. 10. ad 12. Nam cap. 10. vers. 27. *Filij Belial dixerunt, nùm saluare nos poterit iste? & despexerunt eum, & non attulerunt ei munera, ille verò dissimulabat se audire.* & cap. 11. vers. 12. *Ait populus ad Samuelem, quis est iste qui dixit Saül non regnabit super nos: date illos, & interficiemus eos?* vers. 13. *Et ait Saul, non occidetur quisquam in die hac.*

Reijcitur. 1. CONTRA HANC EXPOSITIONEM dici potest 1. quòd contraria videatur vsitatis loquendi modis sacræ Scripturæ, per totam historiam regum, nec non suô modô per totam iudicum. Nam vbicùmque affirmantur aliqui gubernasse, vel regnasse, tot annis, nunquàm illi tot anni sumuntur secundùm quid, in ordine tantùm ad aliquam actionem sequentem, sed semper intelliguntur simpliciter, id est, vel absolute tot, vel pacate, vel denique finaliter: itaút anni, qui gubernantibus assignantur, consumment regnum vel principatum eorum. In singulari cùm de Abimelech dicit... Iudic. 9. à vers. 22. *Regnauit itaque Abimelech super Israël tribus annis*; vers. 23. *Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui cœperunt eum detestari*, &c. sequeretur regnum vel gubernationem eius, non terminati simpliciter tribus annis: sed solummodò, postquàm regnasset tres annos, Dominum misisse spiritum pessimum inter ipsum & habitatores Sichem, quod tamen nullus vnquam proposuit. Et confirmari potest refutatio hæc ex modo quò legitur ille locus 1. Reg. in Editione Vulgatâ. Nam sic legitur vnà serie cum intercedente solo commate, necnon absque distinctione litteræ grandioris, *Filius unius anni erat Saul cùm regnare cœpisset*,

*duobus autem annis regnauit super Israël*: post quæ reponitur punctum, distinctio secundi versus, & littera maiuscula sic. *Et elegit sibi Saul tria millia de Israël.* Quamuis autem nihil repugnet aliquod exemplum singulare, differens à reliquis, à Scriptura proponi: tamen cum de illo non constat ex eâ, potest contrarium, quod conforme sit magis vsitatis eius modis, probabilius æstimari.

II. Quod si verba illa referenda essent ad sequentia, non erat iterandum nomen Saul: *& elegit sibi Saul tria millia de Israël.* Si dicas, iterari etiam in sequentibus: *& erant cum Saul duo millia in Machmas, & in mõte Bethel.* Respondebitur, ideò sic factum, quia tunc distinguuntur Saul contrà Ionatham, cùm additur: *mille autem cum Ionathan in Gabaâ Beniamin.* Si pergas, nihil tamen hoc conuincere: neque repugnare, quin, etiamsi verba illa referenda sint ad sequentia, nihilominùs iteratum fuerit nomen Saül. Repondebitur, concedi quidem hoc posse: sed tamen contrarium etiam æstimari probabilius, agendo conformiter magis ad Scripturam: quod etiam sequetur propter dicenda inferiùs. Vbi notandum obiter velim, quamuis non omnia quæ quandoque afferimus cõtra nonnullas sententias, ità conuincant, vt meritò censeri debeant tanquam validè refutantia, quia nimirùm methodum illam quandóq; & sæpiùs nos sectamur, quà cuilibet materiæ, quod præcisè suum est, solitariè tribuimus: nihilominùs ea semper, aut ferè semper, refutare, vel reiicere sufficienter, quælibet in suo genere, conuincentia in conuincentibus, probabiliora in probabilioribus, ex suppositione, vel supponenda coniunctione, subiiciendæ post vetæ, veriotis, vel probabilioris, sententiæ. Quare his non obstãtibus, contrà eandem expositionem dici potest,

III. Quòd ex illo toto loco, simúlq; ex sequentibus, vbi dicitur immediatè post allatá superiùs: *porrò ceterū populū remisit & nūquémq; in tabernacula sua.* vers. 3. *Et percussit Ionathas stationem Philisthinorum quæ erat in Gabaâ*, videtur indicari non parùm, electionem illam non fuisse satellitum, sed quorundam militum ex reliquis assumptorum ad prouidendum rebus tunc necessarijs, ex quibus mille traditi Ionathę percusserunt stationem Philisthinorum. Quamuis autem non repugnet milites illos fuisse per Saülem assumptos in satellites: tamen quoniam de hac re nullum habetur in Scriptura vocabulum, cùm potiùs in eius vsu solito, vel milites in finem illum non assumantur, vel si quandò assumuntur, expressiùs à Scripturâ declaretur, prout videre est de Dauide 1. Par. 27. à vers. 1. & deinceps, propterea non immeritò contrariū poterit, etiā probabilius ęstimari.

CONFIRMARI potest refutatio hæc po- sterior à simili prorsus loco, cap. 24. vers. 3. *Assumens ergo Saul 3. millia electorum virorū ex omni Israël, perrexit ad inuestigãdum Dauid & viros eius.* Ibi manifestū est ex verbis illis, *ex omni Israël*, illa tria millia non fuisse per Saulem tanquam satellitium assumpta. Hinc autem non immeritò prætendi potest illa verba cap 13. vers. 2. *Et elegit sibi Saul tria millia de Israël*, eôdem esse sensu intelligenda, proindéq; iàm ista, quàm sequẽtia, ibi fuisse dicta per recapitulationem.

IV. EXPOSITIO, est Authoris maioris chronologiæ Hebræorum, seu Seder Olam 1. part. cap. 13. Theodoreti q. 28. S. Hieron. in Tradit. Hebr. S. Gregorij in 1. Reg. lib. 5. cap. 3. Ruperti, Lyrani, Caietani, Tostati, Angelomi, Procopij, Emanuelis Sa, Dionisij, Tornielli, Saliani, & ex parte Rangolij, quòd sicut illa verba, *filius vnius anni erat*, intelliguntur quantùm ad innocentiam: ità hæc, *duobus annis regnauit*, intelligitur quantùm ad eandem innocentiam, quà dicatur, regnauit duobus annis in huiusmodi integritate puerili, innocentia, ac simplicitate: cæteris autem in impietate. Theodoretus, post allata superiùs: *Ille autem non diu est vsus. Vnde subiunxit Historiographus, & duos annos regnauit super Ierusalem, nempe cum eâ simplicitate regnat duos annos. Deinde declinans ad vitæ improbitatem, nudatus fuit diuinâ gratiâ.* S. Hieron. itidem, post allata superiùs: *Et in eadem innocentia duobus regnasse annis dicitur.* Rupertus, *Et duobus annis eadem humilitate regnauit super Israël.* Similia reliqui.

CONTRA HANC EXPOSITIONEM dici potest I. id quod primò de præcedenti dictum fuit, nempe quòd contraria videatur vsitatis loquendi modis sacræ Scripturæ per totam historiam Regum: necnon suo modò per totam Iudicum. Vbicumque enim affirmantur aliqui gubernasse vel regnasse tot annis, intelligitur de annis, quibus regnarunt simpliciter, id est, vel absolutè, vel pacatè, vel finaliter.

II. Quòd Saulem vix vnô annô permansisse in simplicitate sua, colligant ex historia Reg. Massæus suprà, fuse Torniellus ann. 2960. à num. 30.

V. EXPOSITIO, indicatur à Genebrardo, necnon ex parte à Rangolio, Saülem regnasse a. annis legitimè, & probè: cæteris tyrannicè. Quia nempe regnum quod tenuit post reprobationem, seu eiectionem, à regno per Deum factam, non legitimè, sed tyrannicè tenuerit.

CONTRA HANC EXPOSITIONEM FACIT, quòd in Scriptura nullibi mentio fiat illius tyrannidis; & quòd illa reprobatio à regno, non fuerit vt abindè regnare cessaret, sed tantùm vt post ipsius mortem, regnum Dauidi & familiæ suæ cederet.

**6. Exposit.** vi. Expositio est, illa verba *duobus annis regnauit*, intelligenda esse ante suam reiectionem, & Dauidis vnctionem à Samuële paulò post factam, nimirùm cap. 16. Hanc tribuere videtur suprà Genebrardus authori Seder Olam: tribuit & aliis. Sed Seder Olam & alij allati §. 59. intelligunt, Dauid, extunc regnasse. Itaque hanc expositionem amplectitur Torniellus ann. 2960. num. 3. & ex parte Rangolius in hûc locum. Explanat eam Torniellus dicens, Saülem regnasse 2. annis, nimirùm ante suam reprobationem, non quidem minitatam, sed verè factam, atque per Samuelem eidem intimatam ac declaratam. Addit: Scimus enim quòd Saül intrà duos primos regni sui annos, bis legitur violasse præceptum Domini. Primò, quando non expectauit Samuelem in Galgalis, quod ex ipsa sacri textus serie videtur contigisse annô regni eius primô. Quamobrem acriter à Samuele correptus fuit 1. Reg. cap. 13. vers. 11. vsque ad 15. Et tunc quidem, vt suprà eodem capite latè probat Abulensis q. 1. iam meruerat Saül reprobari. Sed quòd tunc re ipsa non fuerit reprobatus, planè indicare videntur illa verba, quæ postmodùm locutus est ei, tâquam non adhuc reprobato Samuel, & habentur in initio cap. 15. *Me misit Dominus vt vngerem te in regem, &c. Nunc ergò audi vocem Domini*: & post pauca, *vade & percute Amalec*, &c. Ex quibus verbis apparet, quòd iterùm voluit Dominus experiri, vtrùm vellet Saül obedire ei, necne: & quòd prior illa increpatio fuerat potius veluti prædictio cuiusdam futuræ reprobationis, quàm indicatio iam factæ. Secundò autem inobediens fuit Saül, quandò contrà præceptum Domini reseruauit Agag regem Amalec viuum, & pepercit optimis ouium gregibus, & armentorum, & vestibus Amalecitarum, vt dicitur in eodem capite vers. 9. Tunc enim lata fuit contrà eum à Domino reprobationis sententia, illis verbis: *Pœnitet me quod constituerim Saül regem*, &c. & posteà eandem sententiam declarauit ac promulgauit Samuël, ibidem vers. 23. dicens: *Pro eo ergò quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex*, quod penè iisdē verbis repetitur vers. 26. & paulò post, nimirùm vers. 28. *Scidit Dominus* (subiungit Samuël) *regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te*. Et idipsum replicauit posteà Samuel, etiam post mortem suam, quandò coram Pytonissa suscitatus fuit, quemadmodùm describitur 1. Reg. cap. 28. vers. 17. & hoc est quod multò ante prophetauerat Balaam, Num. cap. 24. vers. 7. dicens: *Tolletur propter Agag, rex eius* (Ibi enim loquitur de Israële) *& auferetur regnum illius*, id est, à Saule. Hanc autem Saülis reprobationem, credimus contigisse sub finem anni secundi, vel circiter inchoante annô eius tertiô. Et propterea dici à sacro textu, quòd Saül *regnauit 2. annis super Israël*, nimirum, vt dictum est, antè eius reprobationem. Hactenùs Torniellus. Addi debet, sententiā illam executioni fuisse mandatam, quātum ad electionem & vnctionem alterius, scilicet Dauidis, quandò cap. 16. vers. 13. *Tulit Samuël cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius. Et direptus est Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps.* & vers. 14. *Spiritus autem Domini recessit à Saül, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino.* Tunc enim completa est perfecta Saülis reprobatio.

**Obiect.** Qvod si dicas contrà hanc expositionem, Samuelem post mortem suam dixisse Sauli, 1. Reg. 28. vers. 17. *Faciet tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnū tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid*, vers. 18. *quia non obedisti voci Domini, neque fecisti irā furoris eius in Amalec*: per quæ ostenditur Saülem non extūc, aut antè, priuatum fuisse regnô suô. Quod confirmatur. Nam cū Dauidi tribuātur tantùm 40. anni, quibus regnauerit: si Saül regnare destitisset annô suô secundô, tribuendi essent Dauidi anni 58. Deniq; cap. 13. & 15. manifestū est non agi de expoliatione regni, nisi quantū ad familiam eius: non autem quantùm ad personam.

**Respons.** Respondere poterit, Scripturam voluisse cōputare annos, quibus Saül regnauit, nondùm traditô de facto regni iure Dauidi: non autem eos quibus regnauit, trāslatô iure alteri. Et hoc est forsan, quod Genebrardus suprà vocauit regnasse *tyrannicè*. Quamuis hoc non possit propriè dici regnasse tyrannicè; quia Saül non fuit sufficienter compulsus ad tradendum actu regnum Dauidi: sed respexit Scriptura ad id quod factum est à Deo actu completô, quantùm ad reprobationem eius, saltē pro familia, & quantū ad vnctionē alterius coram se, aut coram propheta suo, ac fratribus Dauid, nō autem corā omni populo.

**Reiicitur.** Contra hanc expositionem facit, quòd modus iste computandi, non videtur vllô modô Scripturæ vsitatus. Alioqui deberent anni regni sequentis, cōputari à tempore deputationis eius regis qui posteà esset regnaturus.

**7. Exposit.** vii. Expositio esse potest, vt illa verba *duobus annis regnauit super Israël*, intelligantur de annis, quibus regnauit solus, aut Samuële mortuô, aut Samuele non ampliùs cum eo simul gubernante suô modô, (si fortè gubernauit adhuc cum eo) siue saltē cum eo conuersante, siue deniq; aliquâ aliâ ratione spectatô, v. g. quoniam specialis propheta fuit, &c. de quibus rationibus agetur fusiùs sub sententia sequenti.

**Confirm.** Confirmari potest expositio hæc à multis similibus in tota historia Regum: in quâ

etiamsi permulti reges dicãtur incœpisse regnare cum patribus: tamen soli anni, vel etiã menses, quibus regnarunt soli (seu mortuis patribus) recensentur à Scriptura in summis annorum regni ab ea memoratis.

3. Sent. III. SENTENTIA esse potest, Samuëlē, suppositô quòd gubernauerit solus 21. annis, prout probabilius est ex 1. Reg. c. 6. 7. & 8. secundùm expositiones factas sub 1. & 2. sententia, semper mansisse vel iudicē, vel aliquô modô cum Saule gubernantem, vel denique cum eo speciali quadam ratione conuersantem, per multos annos: ac per tot, nimirū per 17. annos, vt propterea Saüli tributi fuerint tantùm 2. anni, quibus ipse solus, seu mortuô Samuele gubernauerit: consequenter remaneant 38. tributi Samuëli.

Et quidem Samuëlem semper, aut ferè semper, mãsisse iudicem, siue Rempub. Hebræorum vnà cum Saüle gubernasse, cēsent Iosephus, Caietanus, Serarius, Vermilius, & Salianus. Iosephus, 6. Ant. 14. cùm scribit Samuēlē cum Saule gubernasse republicam 18. annis. Caietanus, cùm dicit Samuēlē mansisse iudicem, si non quoad exercitiū, saltē quoad dignitatē. Serarius, cōment. in 1. Reg. 7. fin. seu pag. 31. dum ait: Iudicat Samuel seu principatum tenet, quoad vixit. ℣. 15. & exercet partim quotannis regionē obeundo, partim sua in patria remanēdo, ℣. 16. 17. Et q. 3. Respondet Abul. q. 33. iudicasse cūctis diebus vitæ suæ, quandiu scilicet viribus & ætate valebat, vt prouinciam circumire posset: dici tamen potest, quod posteà magis patebit, eum totô vitæ tempore iudicasse, sed vel solū, vel cum alijs, cum filijs scilicet, & cū Saüle. Nam quandiu hic bonus fuit, Samuëlem quasi secum principatu potiētem colebat, c. 11. ℣. 7. Posteà verò Ramathæ etiam semper eos qui vellent, eóq; venirent, iudicauit Samuēl, non impediēte Saule. Vermilius, dū sic loquitur: Samuēl dicitur iudicasse populum omnibus diebus vitę suę, non quòd iudex fuerit statim a puero: sed quòd ex quo tempore creatus est iudex in Masphath, semper retinuerit magistratum: fuit enim non tēporarius iudex, sed perpetuus &c. Sed surrogauit, inquies, sibi filios. Verum. At non abrogauit sibi magistratum Sed posteà vnxit regem Saulem. Anne tunc quidē desiit iudicare? non. Nam quamuis Saul esset rex, tamen ille remansit iudex. Erat enim quodammodò rex regum, nam & Saulem vnxit regem, & posteà Dauidē, &c. Sed quô in statu erãt res Israëliticę, si Samuēl quoq; retinebat magistratū? dicam: Saul habuit mgistratū ordinarium, Samuel verò extraordinarium. Deus enim subindè excitabat iudices, tanquam dictatores, qui alios magistratus coercerent. Hæc Vermilius. Denique Salianus anno 2909. nu. 18. cùm hæc ait: Satis enim constat eum à morte Heli Rempub. Hebræorum iudiciariâ potestate partim solum, partim cum Saule, administrasse annis trigintaocto; bienniò enim post mortem Samuelis mortuus est Saül, vt suô locô dicetur, in cuius Saülis obitu absoluti sunt anni 40. quos S. Paulus Act. 13. vers. 21. ab Heli ad Dauidis regnum enumerat.

Samuëli autem tribui, tàm soli, quàm cum Saule, 38. annos, censet Salianus, ibidem: censere debent Caietanus, Seratius, & Vermilius. Porrò

Samuēlem fuisse semper iudicem prætendi potest. SAMVELEM sempet mansisse iudicem poterit aliquis prætēdere probari posse 4. argumentis: quorum aliqua tangit breuissimis verbis Vermilius subdens: Itaq; Samuel Saulem regem publicè increpat: & illō viuente vnxit Dauidem & coram Saule Agagum captiuum iussit occidi. Itaque cum commotus in Saulem ab eo discederet, ille eum orauit, vt se honoraret coràm populo. Hæc ille.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à Locis quæ adducta sunt pro 2. sententia, præsertim 1. Reg. 7. à ℣. 16. *Iudicabat quoq; Samuēl Israëlem cūctis diebus vitæ suæ:* ℣. 16. *& ibat per singulos annos circuiēs Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israëlem in supradictu locis.* ℣. 17. *Reuertebatúrq; in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israëlem:* vbi ℣. 16. secundùm Sept. Interpr. & secundū Chald. ex versione Montani habetur, *Iudicauit Israēl Samuēl omnibus diebus vitæ suæ.* Vnde etiam Caietanus hæc dicit: Hine apparet, quod quãuis creatus fuerit rex Saül, non tamen depositus est Samuēl à dignitate & authoritate iudicis, quamuis non exercetet officiū iudicis, propter senectutem, ob quã creauit regē.

AD HOC argumentum Respondet Torniellus an. 2959. num. 1. Hæc esse transposita posteriùs per figurã recapitulationis: & pertinere ad ea, quæ habentur ante victoriã narratam illô capite. Subiungit: Nam alioqui constare, quòd non multò post memoratam victoriam, Samuēl electô Saüle in regem, deposuit principatum.

Confirm. Respons. CONFIRMARI potest hæc responsio, à similibus vers. præcedēti. *Facta est itaq; manus Domini super Philisthiim cunctu diebus Samuēl.* Hoc enim non posse intelligi de *omnibus* diebus vitæ, sed tãtùm de omnibus principatus ipsius, patet ex hoc quod dicitur vers. præcedenti hunc, nempe 13. *Et humiliati sunt Philisthiim, nèc apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Israēl,* & tamen sub Saule, etiam verò sub initio regni eius, bella fuerunt sempet inter Philisthiim & Israel. cap. 13. vers. 3. & 5. & cap. 17. vers. 1.

Refutatur hæc Respons. VERVM, contrà hanc responsionem, dici potest, quòd etiamsi verba illa sint posteriùs dicta per recapitulationem, nihil tamen obstant, quin Samuēl iudicauerit, *cunctu diebus vitæ suæ.* Item, etiãsi deposuerit principatum,

nihil tamen obstat, quin semper aliquomodò iudicare, necnò aliquò modò cum Saüle gubernare, quamuis non supremò, vt priùs, regimine, potuerit.

Refutatur eius Confirm. 1. AD CONFIRMATIONEM. Responderi potest, 1. illa verba significare, cūctis diebus vitæ Samuel. Quibus nihil obstat quod additur de Philisthæis. Nam nunquam illi victoriam vllam reportarūt, quamdiù vixit Samuel: sed tantùm eò mortuò. Siquidē eò viuente semper Saül vincebat, eratq; manus Domini hòc pactò super Philisthiim. Nec est simile de alio textu, quò dicitur Philisthinos non vltrà venisse in Israël. Nam ibi non ponitur, *cunctis diebus Samuël*, sicut in altero; ideóq; intelligi potest vsq; ad longissimum tempus, putà 20. vel 21. annorū. Nihil etiam obstat quod pars illa vers. 13. *Facta est itaq; manus Domini super Philisthæos cūctis diebus Samuël*, ponatur inter aliam particulam eiusdē versus, *& humiliati sunt Philisthiim, nec appsuerūt vltrà vt venirēt in terminos Israël*, & versum sequētem siue 14. *& redditæ sunt vrbes, quas tulerant Philisthiim ab Israël, Israëli ab Accarō vsq; Geth*, &c. Nam non desunt huiusmodi summariæ notationes in Scripturà quibusdam aliis discursibus insertæ: quin potiùs ex illà insertione particulæ de quà agitur, *facta est itaq;* (quod quandóq; significat idē quod facta est etiā) inter alias, quæ plus superq; sufficeissent, colligere est, hanc alias extendētem, ibi fuisse de industrià repositā. Quod si nō placet hæc interpretatio

2. RESPONDERE potest 11. Non ibi dici, *cunctis diebus vitæ suæ*. Vnde diuersus erit sensus. Et hoc solùm poterit importare, vt intelligatur de cūctis diebus, quibus gubernauit, tanquam iudex, aut simùl dux supremùs & absolutus.

Replica INSTABIS pro Tornielso, sensum verborū illorum, *iudicabat cunctis diebus vitæ suæ*, esse hunc: Samuëlem non omisisse diem vitæ suæ, quandiù iudex fuit, quā nōn iudicaret.

Respons. AT Responderi potest, hoc esse recedere à cōmuni modo loquēdi Scripturæ. Quò solò argumētò eiecta fuit sentētia Genebrardi de mansione filiorum Israël in Ægypto, quæ aliàs fuisset vel sola probabilis, vel saltē magis probabilis: propterea videlicet quòd exponeret illa verba Exod. 6. ℣. 16. *Anni vitæ Leui fuerūt* 137. similiáq; ibidem vers. 18. & 20. de annis vitæ non absolutè, sed secundùm quid.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à locis, in quibus per actus singulos ostenditur, eum aliquò modò cum Saüle gubernasse, seu iudicem, vel authoritate aliquà pollentem, permansisse, etiam ad multos annos.

Et quidem, quòd talis permanserit, etiamsi cap. 8. vers. 1. cōstituisset filios suos iudices, patet, tùm ex eo quòd filij eius non computētur in numero iudicum, tùm quòd iudicarent tantùm in Bersabee, tùm deniq; quòd

A venerūt ad eum maiores natu Israël, vt constituerent ipsis regē. Vnde etiam educitur aliquod argumentū à simili circà Saülē, vt sicut ex eo quòd deposuisset iudicaturā in manus filiorum suorū, non sequitur quòd destitisset manere iudex, ità ex eo quòd deposuerit postea summū imperium in manus Saülis, non sequitur quòd nullatenùs remanserit iudex.

Item, ex actibus singularibus, quibus c. 10. vers. 1. vngit Saülē in regē; diciq; ei vers. 8. *Descēdes ante me in Galgala, ego quippe descendā ad te, &c.* & ℣. 17. *Cōuocauit Samuël populum ad*

B *Dominū in Maspha, & ait ad filios Israël, &c.* & vers. 20. *Applicuit Samuël omnes tribus Israël. &c.* ℣. 25. *Locutus est autē Samuël ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit corā Domino: & dimisit Samuel omnē populū singulos in domū suam.* etiam verò postquam electò per sortes, & propositò Saule coram omnibus, *Clamauit omnis populus, & ait: Viuat Rex.* Hæc enim non potuerunt præstari ergà illū, vel ab illo, nisi ex aliqua authoritate officij.

Item, cap. 11. Saul pugnaturus aduersùs Naas Ammonitem hæc dicit ℣. 7. *Quicumq;*

C *non exierit, & secutus fuerit Saül & Samuelem, sic fiet bobus eius.* & vers. 12. *Et ait populus ad Samuelem: Quis est iste qui dixit: Saül non regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos*: deniq; vers. 14. *Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnū.* vers. 15. *Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saül coram Domino in Galgala.* Hæc significant etiam aliquam authoritatem.

Item, à tempore illo quò Saül ità confirmatus in regem, & quò cap. 12. Samuël putatur abiecisse principatum, sed & longè post,

D cap. 15. vers. 31. *Reuersus ergò Samuel secutus est Saülem, & adorauit Saül Dominū.* vers. 32. *Dixitq; Samuel: Adducite ad me Agag regē Amalec, &c.* vers. 33. *Et ait Samuel: Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta cōcidit eum Samuel corā Domino in Galgalis.* Ecce nōn solùm comitabatur Saülem regem: sed etiam profert, & exequitur, seu exequi facit, sententiam, contrà Agag captiuū Saül. Hæc autem non attentasset, nisi authoritatem iudicandi & occidendi aliquam habuisset.

E Similia multa habentur passim, tùm in prædictis locis, tùm in sequentibus, vt cap. 16. & 19. Vbi non omittendum mentionē fieri cap. illo 15. *De Galgalis*: & quomodò vers. 34. *Abiit autem Samuel in Ramatha*: per quæ insinuatur ea quæ dicta sunt cap. 7. à vers. 16. *Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israelē in supradictis locis. Reuertebatúrq; in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem*, intelligenda esse etiam de hoc loco & similibus, post depositionem quæ dicitur principatus.

Quòd ſi dixeris, Samuëlem hęc omnia pręſtitiſſe, non tanquam iudicem, ſed tanquam prophetam.

Reſponderi poterit, imprimis tunc ſub iudice litem eſſe. Nec à Scripturâ magis interdici quin æquè poſſit affirmari Samuëlem talia præſtitiſſe tanquam iudicem, ac dicitur ſolùm tanquàm prophetam. Hoc tamen habebitur ampliùs, quòd ea formaliter præſtitit, quæ conueuire ſolebant iudicibus: nullibi verò conſpiciatur eum ad talia præſtanda motum fuiſſe per Deum ſpeciali aliquâ reuelatione vel motione. Hoc item habebitur quòd ſimpliciter dicitur iudicaſſe *cunctis diebus vitæ ſuæ*.

Denique hùc aliquatenùs facit, quòd nullibi legatur Saülem actu ſeu de facto *iudicaſſe*: neque ſimiliter alium quemquam nomine eius: cùm tamen hoc legatur de Dauide, Salomone, &c. Temporibus autem Saül neneſſe ſit *iudicem* aliquem extitiſſe. Signum ergò eſt Samuëlem id munus exercuiſſe, ſiue partim per ſe, ſiue partim per alios ſuô nomine. Quod intellige non quaſi Saül non polleret iudiciariâ ſimùl poteſtate cum regiâ: ſed quia non legitur eum illam actu exercuiſſe; vel ſicut Moyſes etiamſi ſupremam ſemper retineret poteſtatem, tamen aſſumpſit ſeniores in exercitium, vel totum, vel ex parte, iudiciariæ poteſtatis: itâ Saül bellis totus vacans commiſerit exercitium ſuæ, vel certè reliquerit exercitium præcedentis, non ampliùs quidē vt ſupremæ, Samuëli iā quam ſemper auctoritate magnâ & reuerētiali præ aliis inter filios Iſraël pollēti.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab expoſitione 7. ſuperius habita verborum illorum 1. Reg. 13. verſ. 1. *Filius vnius anni erat Saül, cùm regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnauit ſuper Iſraël*, deſumptâ ex ſimilibus in tota hiſtoria Regum, in quâ, prout dictum eſt, etiamſi multi reges dicantur incœpiſſe regnare cum patribus, tamen ſoli anni, vel etiam menſes, quibus regnarunt ſoli (ſeu mortuis patribus) recenſentur à Scriptura in ſummis annorum regni ab ea memoratis: itâ vt ſenſus verborum illorum, erat tot annorum *cum regnare cœpiſſet*, ſit, cùm regnare cœpiſſet, primâ vice, ſeu ſimùl cum patre viuente: & ſenſus illorum aliorum, & tot annis *regnauit in Ieruſalem*, vel *in Therſa*, aut *Samaria*, ſit, regnauit ſolus, ſiue à morte patris. Exempla illa ſunt, 1. in Iotam filio Ioſaphat rege Iuda: & conſequenter in ipſomet Ioſaphat filio Aſa rege Iuda. Item, in Ochozia filio Achab, & Ioram fratre eiuſdem Ochoziæ, regibus Iſraël. Item, in Ioachin, ſiue Iechonia filio Ioſiæ, rege Iuda. Porrò ſimilia prorſus quantùm ad dinumerationem annorum non cum patribus, exempla fuerint, inter reges Iuda, Oziæ, quem nos æſtimabimus regnaſſe 12. annis antè 52. ſuos à Scripturâ memoratos: inter reges autem Iſraël, Zachariæ, quem 22. annos antè 6. menſes qui à Scripturâ memorantur, & Oſee, quē 10. antè 9. alios à Scripturâ memoratos: de quibus in Periodo ſequenti. Hôc ergò pactô, ſenſus verborum illorum filius vnius anni erat Saül, *cùm regnare cœpiſſet*, eſt, cùm regnare cœpiſſet electus à Deo, ſeu conſecratus à Samuële: iſtorum verò, *duobus autem annis regnauit ſuper Iſraël*, regnauit ſolus poſt mortuum Samuëlem.

IV. ARGVMENTVM. Petitur à copulatione iam ſuperiùs tactâ, quam facit vtriuſque S. Paulus Act. 13. Nam quænam ratio valida poteſt afferri, propter quam S. Paulus coniunxerit Samuëlem & Saülem in annis 40. niſi quia ſimùl aliquomodò gubernauerint? vel quare coniunxit annos regiminis eorum, niſi quia priùs ipſorum regimina fuerunt coniuncta? Nam ſi non fuerunt eorum regimina ſimùl fluentia, certè non debuerunt ipſorùm anni ſimùl coniungi. Dicere ſufficiētem eſſe rationem, quòd Samuël remanſit cum Saüle tanquam propheta, necnon tanquam conſilium dans atque in omnibus dirigens, nullum eſt. Aliàs enim deberent anni regum aliorum cum tot aliis prophetis regnantium, vt cum Iſaia, Ieremia, &c. tribui ſimùl prophetis illis. 4. Arg.

Dicere etiam ſatis eſſe quòd S. Paulus voluerit colligere ſimùl annos quibus vterque, ſeorſim licet, regnauit, nullum pariter eſt. Nam hoc ipſum eſt quod quæritur, quare cùm potuiſſet S. Paulus recenſere ſolos annos Saülis tanquam regis, tamen itâ cum illis recenſuerit annos Samuëlis, vt vtroſque ſine diſtinctione collegerit? niſi quia ſignificare voluerit, eos eſſe ſimùl intelligendos ſeruatâ debitâ diſtributione: porrò ſuppoſitâ nonnullâ colligatione annorum ſeu regiminis vtriuſque, non poteſt debita magis diſtributio tradi, quàm non ſolùm aliquos, ſed etiam reliquos Samuëlis fuiſſe tranſactos cum Saüle, proindéque cum aliquâ ſimùl gubernatione, conſequenter 2. qui aſſignantur Saüli, fuiſſe proprios ipſi ſoli.

CONFIRMARI poteſt hoc argumentum, ex dictis circà eoſdem annos 40. tributos Saüli à Freculpho & aliis, & tributos Samuëli ab Euſebio in Chronic. Lat. S. Chryſoſtomo Hom. 4. & aliis ſuperiùs notatis ſuô locô. Si enim omnes illi 40. quamuis vtrique communes, attamen tribuuntur eorum alteri tanquam ſoli, variis de rationibus: cur non tribuantur Samuëli 38. quorum priorem partem quæ eſt 20. gubernauit ſolus, & alteram quæ eſt 18. gubernauit cum Saüle viuus, & Saüli tribuerit hoc loco Scriptura 2. tantū illos, quos regnauit ſolus? Confirm.

1. Confir. CONFIRMATVR rursus Nam æquum videtur, vt sicut Scriptura reliquit colligendū sufficienter in contextu, quot annos, aut circiter cōpletos, Samuel solus gubernauit, nimirùm 20. aut 21. à cap. 7. ita tradiderit ipsa quot annus Saül solus regnauerit, nimirum 2. cap. 13. vers. 1.

1. Obiect. OBIICI potest contrà hanc Sententiam. 1 a Samuele peti regem ad iudicādum, cap. 8. vers 5. *Constitue nobis regem, vt iudicet nos.* vers 6. *Displicuit sermo in oculis Samuëlis, eo quod dixissent, da nobis regem vt iudicet nos.*

Respons. RESPONDERI potest imprimis, iudicare idem ibi significare ac ducem esse. Nam vtrúmque officium eovsque manserat in eodem homine. Vnde potuit vocabulū vnius, significare officium alterius. Probari potest, à verbis illis superadditis vers. 5. *Sicut & vniuersæ habent nationes.* Item, à cap. 12. vbi Samuël narrans causam, siue occasionem, propter quam postulassent regem, ait vers. 12. *Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon, venisset aduersùm vos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis, cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis.* Deinde, responderi potest, Saülem iudicasse quidem, sed non per se, verum per Samuëlem, qui proptereà semper iudex permansit aliquô sensu.

2. Obiect. OBIICI potest II. Cap. 15. post occisum Agag dici vers. 34. *Abiit autem Samuel in Ramatha, Saül verò ascēdit in domum suam in Gabea.* vers. 35. *Et non vidit Samuël vltrà Saül, vsque ad diem mortis suæ.* Ergò non ampliùs cùm eo gubernauit abinde.

Respons. RESPONDERI potest ex Caietano, & ex Torniello an. 2962. sensum esse, Samuelē non ampliùs inuisisse, salutasse, monita salutis, consilia recta & opportuna pro populi regimine dedisse, sicut anteà consueuerat. Per hoc autem non inferri potestatem omnem in eo cessasse.

3. Obiect. OBIICI potest III. Act. 13. vers. 2 . *Dedit iudices vsque ad Samuël Prophetam.* vers. 21. *Et exinde postulauerunt regem, & dedit illis Deus Saül.* Ergò Samuël fuit solum iudex vsque ad tempus quô Saül datus est rex.

Respons. RESPONDERI potest. Cùm Samuël ibi reponatur inter iudices: nec excludatur à tēpore, quô Saül datus fuit rex: quin potius cum eo includatur tribuendo vtriq; coniunctim 40. annos: inde potiùs inferri, mansisse semper aliquam in eo iudicandi potestatem.

Dices. Quomodò liber Regum tribuet 38. annos Samuëli: cùm liber Act. tribuat vtriq; 40. vel Sauli quasi soli, 40. vtriusque?

RESPONDETVR. Si concederetur in Act. tribui 40. Saüli quasi soli, hoc exponi posse factum per attributionem, propter dignitatem regis: in libro verò Reg. 38. Samueli, propter eminentem dignitatem ampliciæ simùl gubernātis. Sed quoniam iuxtà veriorem sententiam, in Act. tribuūtur vtriq. 40. non determinando quot cuiq. tribuendi sint præcisè; proptereà sic determinari in lib. Regum, vt quamuis Saul plures duobus gubernauerit: tamen quia plures illos non solus gubernauit, sed aliquô modô ascitum sibi habens Samuëlem, ideò tribuuntur ei 2. tantùm, quibus solus gubernauit: quod solitum est sacræ Scripturæ, prout sæpe videbitur infrà in historiis Regum suprà notatis.

4. Obiect. OBIICI potest IV. Samuëlem a deposita potestate, vel ab electo rege nihil amplius egisse nisi tanquam prophetam, non autem tanquam iudicem, vel gubernantem, vllô modô. Ad quid enim potestatē deposuisset, & potestatem retinuisset? Atque ità Rangolius in 1. Reg. 7. vers. 15. contrà Vermilium agens, hæc ait: Perperàm, vt videtur, probat Rabbinorum sententiam de tempore Saulis, cùm iam senex filios substituerit, & Saulem regem vnxerit. Extraordinarius autem Magistratus, si sit perpetuus, non benè illi cum regià maiestate conueniat: vix enim regium quidquam, præter ipsum nomen, in regibus Spartiatis agnoscimus, quos Ephori iudicabant. Ex quibus autem iudicem perpetuum conatur asserere, nos tantùm prophetam agnoscimus, cui tamen superior ætas auctoritatis plurimùm contulerit. Nam & Ahias Silonites; & Elizæus reges instituerunt, & Elias Achab, & vir Dei Ieroboam, aliique plures reges palam arguerunt auctoritate legationis suæ, non potestate magistratus. Clausula itaque illa nihil aliud significat, quàm eô munere perfunctum fuisse, donec ætas tulit, curisque ac laboribus, quæ tantum magistratum comitantur, par idoneúsq; esse potuit, exinde enim non tam viuere quàm mortem meditari cœpit. Sic præclarè Rangolius.

Respons. RESPONDERI potest, iam ad obiectionem istam aliquomodò fuisse satisfactum in præcedentibus; neque verò quod obiicitur, ità probari sufficienter, vt qui huic sententiæ voluerit adhærere, meritò possit ab eâ deiici.

SAMVELEM autem, datô etiam quòd nullô modò mansisset iudex, aut nullô modô gubernasset cum Saüle, nullam vnô verbô habuisset inposterum potestatem, nisi specialem propheticam, nihilominùs cum Saüle speciali quâdam illà ratione fuisse conuersatum per multos annos, & fere ad mortem vsque, ità clarum est ex dictis, ac in omnium confessione, prorsùs vt non egeat probatione. Hanc autem rationem specialem, fuisse sufficientem, vt Scriptura sacra tribuēs Sauli soli duos tātùm annos, voluerit potius reliquos tribuere, vel relinquere Samueli tribuendos, credibile fieri potest, quia specialis

illa potestas prophetica, quamuis neque iudiciaria, neque regia, fuit tamen omni aliâ diuinitùs eminentior, & secundùm eam Samuel regebat ipsummet regem Samuëlem, déque negotiis peragendis modo quodam eminentiori statuebat, atque ordinabat, etiam inuitò vel inconsultò Saule, prout patet in interfectione Agag. regis Amalech. Quòd si iudicibus aliquibus, vt Othonieli, tributi fuerunt per Scripturam anni non propriè pertinentes ad eum, sed ad seniores post Iosue, quoniam Othoniel fuit speciali quadã ratione iudex, ac liberans populum, nempe primus: cur non Samueli tributi fuerint per Scripturam anni, non propriè pertinentes ad eum, sed ad Saul, quoniam Samuël fuit speciali quadam ratione iudex, ac liberans populum, nempè vltimus, & insuper ratione specialissimâ propheta regens ipsummet regem, &c. His enim, vel ex his aliquâ, de causis, & Sanctus Paulus annos eius cum annis Saülis in vnum miscere non dubitauit.

Neque his obstabit id quod superiùs afferebatur; alias debuisse regum aliorum annos, regnantium cum tot aliis prophetis, vt cum Isaia, Ieremia, &c. tribui simul prophetis illis. Nam nullus illorum prophetarum vnquam gubernauit: vnde non potuissent anni regum regnantium temporibus eorum, rationabiliter ipsis tribui; Samuel autem contrà, quandóque gubernauit, nempe anteà, sicut & Othoniel quandoque, nempe posteà.

Dolorimi resolutio. IN HAC diuersitate sententiarum quid dicendum? Respondeo, secundam sententiam sic tertiâ temperatam, vt Samuel rexerit solus 21. annos, & Saul 19. & tamen duo tantum anni tributi fuerint Sauli, quibus rexerit absque Samuele, vel secum aliquo modô gubernante (licet depositô summo principatu) vel certè ac meliùs sociâte, dirigente, &c. post discessum aut decessum eius, videri nobis probabiliorem. Proinde iuxtà hanc resolutionem sic erunt comparandi Samuel & Saul, vt Samuël gubernauerit solus & propriè 21. annos completos: Saül verò siue solus & propriè 19. completos, siue 17. aliquomodò cum Samuele, sic tandem vt 2. fuerint ei tantùm reputati 1. Reg. 13. consequenter reliqui 17. relicti tanquam Samueli reputandi, propter eminentem ipsius Samuelis dignitatem propheticam, & directionem gubernationis secundùm illam, per 17. illos annos.

## XVIII. DIFFICVLTAS. DE ANNIS TOTIVS Summæ illius 480. An intelligendi sint completi, vel incœpti?

§. 62.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. dicit, Annos illos 480. intelligendos esse completos, non incœptos.

Ita censeri possunt Scaliger lib. 5. De Emendat. cap. De Conditu Templi Salomonici, seu pag. 207. Genebrardus in fine libri 1. Pererius ad cap. 12. Gen. disp. 2. num. 46. seu pag. 487. col. 1. fin. Baradius to. 1. lib. 5. cap. 20. med. seu §. *Hunc iudicum*: & lib. 8. cap. 9. sub annis tertiæ ætatis, seu pag. 424. init. Gordonus cap. 9. ad Period. 4. num. 1. & alij multi. Quamuis fortasse non putauerint, loquendo de rigore, postremum annorum illorũ fuisse completum in se, sed in quarto regni Salomonis, quem sub ista Periodo reducunt.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, ea quæ dicta fuerunt in simili, de annis 600. & 601. vitæ Noë §. 16. & 22. Estque omnino improbabile aliquid dici factum annô quartô Salomonis, & hunc intelligi completum. Is enim esset propriè loquendo non quartus, sed quintus.

2. Sent. II. SENTENTIA. & verior. dicit, Annos illos 480. intelligendos esse non completos, sed tantùm incœptos.

Ità temporarius lib. 2. can. 4. seu folio 148. pag. 1. & Torniellus in fine huius Periodi, & in tabulis ibidem appositis, & initio Periodi sequentis, multique alij, computantes solùm pro hac Periodo, annos completos 479.

Probat. PROBATVR HÆC SENTENTIA, Argumentô petitô ex ipsismet verbis loci illius 3. Reg. 6. vers. 1. *Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno quarto mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domini.* & vers. 37. *Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio, &c.* Hæ phrases omninò conuincunt annum illum quadringentesimum octogesimum, & annum quartum Salomonis, intelligendos esse tantùm incœptos. Quare quartus Salo-

-tionis, vel non erit reducendus sub hac Periodo: vel si reducatur sub ea, non erit computandus in sequenti. Conuenientius tamen non debet reduci sub ista, sed sub sequenti.

QVÆRES? An similiter, anni omnium qui gubernarunt ab Exitu Ægypti, computandi sint incœpti, vel completi?

Gordonus, cap. 9. ad Period. 4. num. 4.

A videtur velle hoc incertum esse propter fracturas annorum. Verum quidquid inde fuerit, certum est & indubium, iuxta computationem Scripturæ, si eannos illos æstimantis, eos esse necessario intelligendos completos, non incœptos, exceptô quartô Salomonis. Nam singuli simul pro completis compositi, non amplius conficiunt quam summam illam 480.

## XIX. DIFFICVLTAS. DE IVDICIBVS, VT sic: Vnde propriè dici debeant incœpisse: Et quot annis regimen eorum durauisse?

§. 63.

PRIMA SENTENTIA. dicit, Iudices incipere à Moyse inclusiuè: vnde annos tribuit ipsorum regimini 416.

Ità Gordonus suprà, sic incipiens. Sed quæri hîc potest, vnde constet 416. annos dandos esse regimini sub iudicibus, vsque ad Saülem: Respondeo, facilè constare, quia à 480. subducendi sunt anni illi Saulis (20.) anni Dauidis (40.) & 4. anni Salomonis: sicque restabunt 416. Vbi notandum est, Gordonum inuoluere in numeratione huius Periodi, annum quartum Salomonis, iuxtà sententiam eius relatam §. præcedenti.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Iudices incipere à Iosuè inclusiuè. consequenter tribuet eis annos 376.

Ità Baradius computans quidem annos ab Exitu de Ægypto, ad regnum Saulis, 416. sed tamen Iudices incipiens à Iosuè. Itaque subducendi sunt 40. à 416. sicque restabunt 376. Sed omissis hâc & aliis sententiis, quæ Iudices & eorum tempora non computant, aut ex professo, aut ad rigorem, ad 3. sententiam accedamus.

III. SENTENTIA, & verior, esse potest, Iudices incipere tantùm ab Othoniele inclusiuè, & finire ad Samuelem, etiam inclusiuè: annos autem eorum computandos, secundum quod Samueli tot, vel tot, tribuuntur: & quia probabilius tributi sunt ei 2. & Sauli 19. ideo tempus regiminis Iudicum continent annis 360.

PROBATVR Hæc Sententia pluribus argumentis.

I. ARGVMENTVM. Petitur à libro Iudic. cap. 2. à vers. 2. *Mortuus est autem Iosue filius Num.* vers. 10. *Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos*, necnon illa etiam Seniorum, quorum cunctis diebus filij Israel seruierunt Domino, sicut dictum est vers. 7. & Ios. vlt. vers. 28. Subicitur: *Et*

B *surrexerunt alij qui non nouerunt Dominum & opera quæ fecerat cum Israel* vers. 11. *Feceruntque filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim.* vers. 12. *Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum*, & cætera quæ versibus sequentibus. Ibi certum est ex dictis §. 48. tradi summarium eorum, quæ reliquô totô librô Iudicum describuntur. Atqui pro reliquo solum, & non pro antecedentibus, fit mentio *Iudicum.* Nam vers.

C 16. *Suscitauitque Dominus Iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus.* vers. 18. *Cùmque Dominus Iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordiâ.* vers. 19. *Postquam autem mortuus esset Iudex, reuertebantur, & multò faciebant peiora, quàm fecerant patres eorum.* Denique, ab Othoniele solo, incipit mentio *Iudicum* in particulari, cap. 3. vers. 10. *Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel.*

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à

D 2. Reg. 7. à vers. 10. *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut priùs*, vers. 11 *ex die qua constitui Iudices super populum meum Israel* Atqui ex Iudic. 2. & 3. constat filios iniquitatis non afflixisse illos, nisi post tempora Iosue, & Seniorum, nec incœpisse, nisi sub Chusan rege Mesopotamiæ: adeoque sub Othoniele.

3. Arg. III ARGVMENTVM. Petitur

E ab Act. 13. à vers. 18. *Et per 40. annorum tempus, mores eorum sustinuit in deserto.* vers. 19. *Et destruens gentes 7. in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum*, vers. 26. *quasi post 450. annos, & post hæc dedit iudices, vsque ad Samuelem Prophetam.* vers. 21. *Et exinde postulauerunt regem.* Per hæc manifestũ est S. Paulũ cõputare Iudices non à Moyse, vel Iosue sed post 40. annos quibus præfuit Moyses, & post annos quibus Iosuè distribuit terram. consequenter post annos regiminis Iosue

ip[illegible]. Nam non eſſet cur pu[illegible] com[illegible]uta-ſe ab [illegible] rexi[illegible] poſt terram [illegible]ſtri-[illegible] quam ab [illegible]s, quibus ante. H[illegible] autem ſuppo[illegible], ſ[illegible]e non poſſunt tempora Iudi-cum [illegible] S. Paulum conu[illegible]nientius c[illegible]utari, quam ab Othoniele.

DICES. At nonne Moyſes iudicauit? Nonnè etiam Seniores cum eo aſſumpti Num. [illegible] 7. *Auferam de Spiritu tuo, tra-[illegible]ue [illegible]t [illegible]ſtentent tecum onus populi)* iu[illegible]ca[illegible]nt ſub Ioſue, & poſt mortem eius?

[illegible] RESPONDETVR. Moyſem & Ioſu[illegible] habuiſſe quandam poteſtatem ſupre-[illegible] : maiorémque, quàm poſt eos habue-[illegible]es, qui computantur ab Othonie-[illegible] eà Scripturâm non computare I[illegible] à Moyſe, nec à Ioſuè. Item, Senio-r[illegible] qui tempore Moyſis & Ioſuè necnon poſt mortem Ioſue, iudicarunt, habuiſſe quandam poteſtatem inferiorem iudicibus qui computantur ab Othoniele. Quod pa-tet, quia tempore Moyſis, aſſumpti ſunt in [illegible]rtem miniſterij iudicaturæ, in leuamen ſolummodò Moyſis, adeòque ſupremâ po-teſtate ſemper remanente in Moyſe. Tem-pore autem quò vixit Ioſue, non maiorem habuerunt quàm prius; nam Ioſuè ſuffectus eſt à Deo in locum Moyſis. Poſt mortem autem Ioſuè nō maiorem item, quàm prius; nam ideò in lib. Iudic. à cap. 17. ſæpè dicitur quòd, *in illis diebus non erat rex in Iſrael*; ergò hi non ſunt computādi inter iudices, quam-uis al[illegible]idicauerint: quia non ea poteſtate [illegible] quam Scriptura ſpe-ciali qua[illegible]one tribuit iudic[illegible]b[illegible]. ni [illegible]arum gub[illegible]nandi ſupreme, non qu[illegible]a [illegible] [illegible], tu[illegible]quoad res bel[illegible], in[illegible]tutem q[illegible] [illegible] p[illegible]teſtat[illegible] Moyſis, & Ioſue, [illegible]periorem tamen p[illegible]teſtati Seniorum illorum de qui-bus [illegible] Hæc ergò incœpit ſolum ab O[illegible]ho-niele, & finiuit in Samuele vſque a[illegible] [illegible] p[illegible]-rare[illegible]i Saülis. Et alioqui quo[illegible]iam [illegible] & Dauid iudicarunt [illegible]ſ[illegible] tiereſtur e[illegible] iu-dices eſſe computandos. Sicut e[illegible] Saul & Dauid propter poteſtatem regiam non computantur inter iudices: ita nec Moy[illegible] nec Ioſuè propter maiorem quam Oth[illegible]niel & reliqui, nec Seniores propter m[illegible]o-rem. Sed de his alibi fuſius. Int[illegible] [illegible] poſſunt Genebrardus in O[illegible]oni[illegible]e, [illegible] à pag. 87. fin. Serarius in cap. [illegible]. Iudic. à pag. 53. & Salianus tom. 2. an. 2601. à num. 3. aliique ab eo citati.

HIS POSITIS, collige ſic annos Iu-dicum. Othonielis, 40. Aod, 80. Debboræ, & Barac 40. Gedeon, 40. Abimelech, 3. Thola, 23. Iair, 22. Iephte, 6. Abeſan, 7. Ahialon, 10. Abdon, 8. Samſon, 20. Heli, 40. Samuel, 21. & habebis 360. Si vis aliter: à numero huius Periodi 479. ſubdue 40. qui Moyſis: 17. qui Ioſuè: 40. qui Dauidis: 3. qui regni Salomonis: erunt præcise 100. Iunge ſubducendos 19. Saülis: erunt 119. Subduc 119. a 479. reſtabunt 360. Iudices re-xerunt per annos 360.

| | Anni Iudicum. | Annus Mundi | Anni Seruitutum. |
|---|---|---|---|
| Ioſuè decimusſeptimus. | | 2595 | |
| Othoniel. 40. | 1 | 6 | |
| Seniorum tempus. | 2 | 7 | |
| | 3 | 8 | |
| | 4 | 9 | |
| | 5 | 2600 | |
| | 6 | 1 | |
| | 7 | 2 | |
| | 8 | 3 | |
| | 9 | 4 | |
| | 10 | 5 | |
| | 11 | 6 | |
| | 12 | 7 | |
| | 13 | 8 | |
| | 14 | 9 | |
| | 15 | [illegible] | |
| | 16 | 11 | |
| | 17 | 12 | |
| | 18 | [illegible] | |
| | 19 | 14 | |
| | [illegible] | [illegible] | |
| | [illegible]1 | 16 | |

| | Anni Iudic. | Mundi. | Seruitut. | |
|---|---|---|---|---|
| Othoniel. | 22 | 17 | | |
| | 23 | 18 | 1 | Seruitus annorum 8. |
| | 24 | 19 | 2 | sub Chusan Rasathaim |
| | 25 | 20 | 3 | rege Mesopotamiæ. |
| | 26 | 1 | 4 | |
| | 27 | 2 | 5 | |
| | 28 | 3 | 6 | |
| | 29 | 4 | 7 | |
| | 30 | 5 | 8 | |
| | 31 | 6 | | |
| | 32 | 7 | | |
| | 33 | 8 | | |
| | 34 | 9 | | |
| | 35 | 30 | | |
| | 36 | 1 | | |
| | 37 | 2 | | |
| | 38 | 3 | | |
| | 39 | 4 | | |
| | 40 | 5 | | |
| Aod. 80. | 1 | 6 | | |
| | 2 | 7 | | |
| | 3 | 8 | | |
| | 4 | 9 | | |
| | 5 | 40 | | |
| | 6 | 1 | | |
| | 7 | 2 | | |
| | 8 | 3 | | |
| | 9 | 4 | | |
| | 10 | 5 | | |
| | 11 | 6 | 1 | Seruitus annorum 18. |
| | 12 | 7 | 2 | sub Eglon rege Moab. |
| | 13 | 8 | 3 | |
| | 14 | 9 | 4 | |
| | 15 | 50 | 5 | |
| | 16 | 1 | 6 | |
| | 17 | 2 | 7 | |
| | 18 | 3 | 8 | |
| | 19 | 4 | 9 | |
| | 20 | 5 | 10 | |
| | 21 | 6 | 11 | |
| | 22 | 7 | 12 | |
| | 23 | 8 | 13 | |
| | 24 | 9 | 14 | |
| | 25 | 60 | 15 | |
| | 26 | 1 | 16 | |
| | 27 | 2 | 17 | |
| | 28 | 3 | 18 | |
| | 29 | 4 | | |
| | 30 | 5 | | |
| | 31 | 6 | | |
| | 32 | 7 | | |
| | 33 | 8 | | |
| | 34 | 9 | | |
| | 35 | 70 | | |
| | 36 | 1 | | |
| | 37 | 2 | | |
| | 38 | 3 | | |
| | 39 | 4 | | |
| | 40 | 5 | | |
| | 41 | 6 | | |
| | 42 | 7 | | |

| | Anni Iudic. | Mundi. | Seruitut. | |
|---|---|---|---|---|
| Aod. | 43 | 8 | | |
| | 44 | 9 | | |
| | 45 | 80 | | |
| | 46 | 1 | | |
| | 47 | 2 | | |
| | 48 | 3 | | |
| | 49 | 4 | | |
| | 50 | 5 | | |
| | 51 | 6 | | |
| | 52 | 7 | | |
| | 53 | 8 | | |
| | 54 | 9 | | |
| | 55 | 90 | | |
| | 56 | 1 | | |
| | 57 | 2 | | |
| | 58 | 3 | | |
| | 59 | 4 | | |
| | 60 | 5 | | |
| | 61 | 6 | | |
| | 62 | 7 | | |
| | 63 | 8 | | |
| | 64 | 9 | | |
| | 65 | 2700 | | |
| | 66 | 1 | | |
| | 67 | 2 | | |
| | 68 | 3 | | |
| | 69 | 4 | | |
| | 70 | 5 | | |
| | 71 | 6 | | |
| | 72 | 7 | | |
| | 73 | 8 | | |
| | 74 | 9 | | |
| | 75 | 10 | | |
| | 76 | 11 | | |
| | 77 | 12 | | |
| | 78 | 13 | | |
| | 79 | 14 | | |
| | 80 | 15 | | |
| Samgar Debbora & Barac. } 40. | 1 | 16 | | |
| | 2 | 17 | | |
| | 3 | 18 | | |
| | 4 | 19 | | |
| | 5 | 20 | | |
| | 6 | 1 | | |
| | 7 | 2 | | |
| | 8 | 3 | | |
| | 9 | 4 | | |
| | 10 | 5 | | |
| | 11 | 6 | 1 | Seruitus annorum 20. ſub Iabin rege Aſor. |
| | 12 | 7 | 2 | |
| | 13 | 8 | 3 | |
| | 14 | 9 | 4 | |
| | 15 | 30 | 5 | |
| | 16 | 1 | 6 | |
| | 17 | 2 | 7 | |
| | 18 | 3 | 8 | |
| | 19 | 4 | 9 | |
| | 20 | 5 | 10 | |
| | 21 | 6 | 11 | |
| | 22 | 7 | 12 | |
| | 23 | 8 | 13 | |

| | Anni Iudic. | Mundi. | Seruitut. | |
|---|---|---|---|---|
| Debbora & Barac | 24 | 9 | 14 | |
| | 25 | 40 | 15 | |
| | 26 | 1 | 16 | |
| | 27 | 2 | 17 | |
| | 28 | 3 | 18 | |
| | 29 | 4 | 19 | |
| | 30 | 5 | 20 | |
| | 31 | 6 | | |
| | 32 | 7 | | |
| | 33 | 8 | | |
| | 34 | 9 | | |
| | 35 | 50 | | |
| | 36 | 1 | | |
| | 37 | 2 | | |
| | 38 | 3 | | |
| | 39 | 4 | | |
| | 40 | 5 | | |
| Gedeon. 40. | 1 | 6 | | |
| | 2 | 7 | | |
| | 3 | 8 | 1 | Seruitus annorum 7. |
| | 4 | 9 | 2 | sub Madianitis. |
| | 5 | 60 | 3 | |
| | 6 | 1 | 4 | |
| | 7 | 2 | 5 | |
| | 8 | 3 | 6 | |
| | 9 | 4 | 7 | |
| | 10 | 5 | | |
| | 11 | 6 | | |
| | 12 | 7 | | |
| | 13 | 8 | | |
| | 14 | 9 | | |
| | 15 | 70 | | |
| | 16 | 1 | | |
| | 17 | 2 | | |
| | 18 | 3 | | |
| | 19 | 4 | | |
| | 20 | 5 | | |
| | 21 | 6 | | |
| | 22 | 7 | | |
| | 23 | 8 | | |
| | 24 | 9 | | |
| | 25 | 80 | | |
| | 26 | 1 | | |
| | 27 | 2 | | |
| | 28 | 3 | | |
| | 29 | 4 | | |
| | 30 | 5 | | |
| | 31 | 6 | | |
| | 32 | 7 | | |
| | 33 | 8 | | |
| | 34 | 9 | | |
| | 35 | 90 | | |
| | 36 | 1 | | |
| | 37 | 2 | | |
| | 38 | 3 | | |
| | 39 | 4 | | |
| | 40 | 5 | | |
| Abimelech 3. | 1 | 6 | | |
| | 2 | 7 | | |
| | 3 | 8 | | |
| Thola 23. | 1 | 9 | | |

| | Anni Iudic. | Mundi. | Seruitut. |
|---|---|---|---|
| Ahialon. | 5 | 1 | 7 |
| | 6 | 2 | 8 |
| | 7 | 3 | 9 |
| | 8 | 4 | 10 |
| | 9 | 5 | 11 |
| | 10 | 6 | 12 |
| Abdon. 8. | 1 | 7 | 13 |
| | 2 | 8 | 14 |
| | 3 | 9 | 15 |
| | 4 | 70 | 16 |
| | 5 | 1 | 17 |
| | 6 | 2 | 18 |
| | 7 | 3 | 19 |
| | 8 | 4 | 20 |
| Samson. 20. | 1 | 5 | 21 |
| | 2 | 6 | 22 |
| | 3 | 7 | 23 |
| | 4 | 8 | 24 |
| | 5 | 9 | 25 |
| | 6 | 80 | 26 |
| | 7 | 1 | 27 |
| | 8 | 2 | 28 |
| | 9 | 3 | 29 |
| | 10 | 4 | 30 |
| | 11 | 5 | 31 |
| | 12 | 6 | 32 |
| | 13 | 7 | 33 |
| | 14 | 8 | 34 |
| | 15 | 9 | 35 |
| | 16 | 90 | 36 |
| | 17 | 1 | 37 |
| | 18 | 2 | 38 |
| | 19 | 3 | 39 |
| | 20 | 4 | 40 |
| Heli. 40. | 1 | 5 | |
| | 2 | 6 | |
| | 3 | 7 | |
| | 4 | 8 | |
| | 5 | 9 | |
| | 6 | 2900 | |
| | 7 | 1 | |
| | 8 | 2 | |
| | 9 | 3 | |
| | 10 | 4 | |
| | 11 | 5 | |
| | 12 | 6 | |
| | 13 | 7 | |
| | 14 | 8 | |
| | 15 | 9 | |
| | 16 | 10 | |
| | 17 | 11 | |
| | 18 | 12 | |
| | 19 | 13 | |
| | 20 | 14 | |
| | 21 | 15 | |
| | 22 | 16 | |
| | 23 | 17 | |
| | 24 | 18 | |
| | 25 | 19 | |
| | 26 | 20 | |
| | 27 | 1 | |

| | Anni Iudicū. | Mundi. |
|---|---|---|
| Heli | 28 | 2 |
| | 29 | 3 |
| | 30 | 4 |
| | 31 | 5 |
| | 32 | 6 |
| | 33 | 7 |
| | 34 | 8 |
| | 35 | 9 |
| | 36 | 30 |
| | 37 | 1 |
| | 38 | 2 |
| | 39 | 3 |
| | 40 | 4 |
| Samuel solus 21. | 1 | 5 |
| | 2 | 6 |
| | 3 | 7 |
| | 4 | 8 |
| | 5 | 9 |
| | 6 | 40 |
| | 7 | 1 |
| | 8 | 2 |
| | 9 | 3 |
| | 10 | 4 |
| | 11 | 5 |
| | 12 | 6 |
| | 13 | 7 |
| | 14 | 8 |
| | 15 | 9 |
| | 16 | 50 |
| | 17 | 1 |
| | 18 | 2 |
| | 19 | 3 |
| | 20 | 4 |
| Anni Iudicum. 360. | 21 | 5 |
| | REGVM | |
| Saül. 19. 17. cum Samuele. | 1 | 6 |
| | 2 | 7 |
| | 3 | 8 |
| | 4 | 9 |
| | 5 | 60 |
| | 6 | 1 |
| | 7 | 2 |
| | 8 | 3 |
| | 9 | 4 |
| | 10 | 5 |
| | 11 | 6 |
| | 12 | 7 |
| | 13 | 8 |
| | 14 | 9 |
| | 15 | 70 |
| | 16 | 1 |
| | 17 | 2 |
| Saül sine Samüele. 2. | 18 | 3 |
| | 19 | 4 |
| Dauid. 40. | 1 | 5 |
| | 2 | 6 |
| | 3 | 7 |
| | 4 | 8 |
| | 5 | 9 |
| | 6 | 80 |
| | 7 | 1 |

| | Anni Regū. | Anni Mundi. |
|---|---|---|
| Dauid | 8 | 2 |
| | 9 | 3 |
| | 10 | 4 |
| | 11 | 5 |
| | 12 | 6 |
| | 13 | 7 |
| | 14 | 8 |
| | 15 | 9 |
| | 16 | 90 |
| | 17 | 1 |
| | 18 | 2 |
| | 19 | 3 |
| | 20 | 4 |
| | 21 | 5 |
| | 22 | 6 |
| | 23 | 7 |
| | 24 | 8 |
| | 25 | 9 |
| | 26 | 3000 |
| | 27 | 1 |
| | 28 | 2 |
| | 29 | 3 |
| | 30 | 4 |
| | 31 | 5 |
| | 32 | 6 |
| | 33 | 7 |
| | 34 | 8 |
| | 35 | 9 |
| | 36 | 10 |
| | 37 | 11 |
| | 38 | 12 |
| | 39 | 13 |
| | 40 | 14 |
| Salomon. 40. | 1 | 15 |
| 3. sub hac Periodo | 2 | 16 |
| | 3 | 17 |

## COLLECTIO ANNORVM QVARTÆ PERIODI.

§. 64.

ANNI regiminis Moyſis, 40. Ioſuē, 17. Othuniel, 40. Aod, 80. Debboræ, & Barac, 40 Gedeon, 40. Abimelech, 3. Thola, 23. Iair, 22. Iephte, 6. Abeſan, 7. Ahialon, 10. Abdon, 8. Samſon, 20. Heli, 40. Samuel, & Saül, 40. Dauid, 40. Salomonis, 3. Hæc omnia efficiunt 479. Si vis aliter, 360. Iudicum, & 40. Moyſis, faciunt 400. 17. Ioſuë: 19. Saulis: 40. Dauidis: 3. Salomonis: faciunt 79. Iuncti 400. ſunt 479. Qui tamē memoriæ gratiâ, dici poſsūt 480. dūmodò intelligantur tātùm incœpti.

## Summa Quartæ Periodi.
## Ab Exitu Iſraël de Ægypto, Ad iacta Templi Fundamenta.

Anni Completi.
479.
Mundi
3017.

# QVINTA
## TEMPORIS PERIODVS.
## EX SCRIPTVRA SACRA.

A Iactis Templi Fundamentis, ad Reditum è Captiuitate Babylonica sub Cyro.

Annorum Completorum.

510.

## PRIMA PARS QVINTÆ PERIODI.
## A IACTIS TEMPLI FVNDAMENTIS, AD CAPTIVITATEM BABYLONICAM SVB SEDECIA.

Annorum Completorum.

440.

## EX III. ET IV. REG. ET II. PAR.

III. REG.

CAP. XI.

Verſ. 42. *Dies autem quos regnauit*
SALOMON *in Ieruſalem,*
40. *anni ſunt.* Verſ. 43. *Dormiuitque Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Ciuitate Dauid patris ſui.*

2. Par.

*bat, regnauit*

ABIAM (aliàs ABIA) *super Iudã.*

Verſ. 2. 3. *annis regnauit in Ieruſalem*, &c.

Verſ. 8. *Et dormiuit Abiam cũ patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitq; Aſa filius eius pro eo.*

II. PAR.

CAP. XII.

Verſ. vlt. fin. *Et regnauit Abia filius eius pro eo.*

CAP. XIII.

Verſ. 1. *Anno decimooctauo regis Ieroboam, regnauit Abia ſuper Iudam.*

Verſ. 2. 3. *annis regnauit in Ieruſalem*, &c.

CAP. XIV.

Verſ. 1. *Dormiuit autem Abia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid:* Verſ. 2. *regnauitque Aſa filius eius pro eo.*

III. REG.

CAP. XV.

Verſ. 9. *In anno ergò vigeſimo Ieroboam regis Iſraël, regnauit*

ASA *rex Iuda*,

Verſ. 10. &

40. & 1. *anno regnauit in Ieruſalem*, &c.

Verſ. 16. *Bellum autem erat inter Aſa, & Baaſa regem Iſraël, cunctis diebus eorum.* Verſ. 17. *Aſcendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de parte Aſa regis Iuda.* Verſ. 18. *Tollens itaque Aſa omne argentum & aurum, quod remanſerat in theſauris domus Domini, & in theſauris domus regiæ*, &c. & *miſit ad Benadab*, &c. *regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, di-*

III. REG.

CAP. XV.

Verſ. 25.

NADAB *verò filius Ieroboam, regnauit ſuper Iſraël anno ſecundo. Aſa regis Iuda: regnauitque ſuper Iſrael.*

2. *annis.* Verſ. 27. *Inſidiatus eſt autem ei Baaſa*, &c. & *percuſſit eum in Gebbethon, quæ eſt vrbs Philiſthinorum: Siquidem Nadab, & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon.* Verſ. 28. *Interfecit ergò illum Baaſa, in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo*, &c.

Verſ. 33. *Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit*

BAASA *filius Abiæ, ſuper omnem Iſraël, in Therſa,*

*cens: Fœdus est inter me & te*, &c. *peto vt venias, & irritum facias fœdus, quod habes cum Baasa rege Israël, & recedat à me*, &c.
Vers. 23 *Veruntamen in tempore senectutis suæ doluit pedes.*
Vers. 24. *Et dormiuit cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui. Regnauitque Iosaphat filius eius pro eo*, &c. Vers. 32. *Fuitque bellum inter Asa, & Baasa regem Israël, cunctis diebus eorum.*

II. PAR.

CAP. XIV.

Vers. 1. *in cuius diebus quieuit terra annis* 10. &c. Vers. 5. *& abstulit de cunctis vrbibus Iuda, aras & fana, & regnauit in pace.*
Vers. 6. *Ædificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerant, pacem Domino largiente.* Vers. 7. *Dixit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates istas*, &c. *donec à bellis quieta sunt omnia, eò quòd quæsierimus Dominũ Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificarunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit.*

CAP. XV.

Vers. 10. *Cumque venissent in Ierusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa*, Vers. 11. *immolauerunt Domino in die illa de manubiis, & præda, quã adduxerant*, &c. Vers. 15. *præstititque eis Dominus requiẽ per circuitũ* &c.
Vers. 19. *Bellum verò non fuit vsque ad trigesimumquintum annum regni Asa.*

CAP. XVI.

Vers. 1. *Anno autem trigesimo sexto regni eius, ascendit Baasa rex*

III. REG.

CAP. XVI.

Vers. 8. *Anno vigesimosexto Asa regis Iuda, regnauit*

*Israël in Iudam, & muro circumdabat Rama, vt nullus tute posset egredi, & ingredi de regno Asa.* Vers. 2. *Protulit ergò Asa argentũ & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regis, misítque ad Benadab regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicẽs:* Vers. 3. *Fœdus inter me & te est,* &c. *misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israël, facias eum à me recedere.*

Vers. 12. *Ægrotauit etiam Asa anno trigesimonono regni sui, dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.* Vers. 13. *Dormiuitque cum patribus suis: & mortuus est anno* 41. *regni sui*, &c.

CAP. XVII.

Vers. 1. *Regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo*, &c.

ELA *filius Baasa super Israël in Thersa*

2. *annis.* Vers. 9. *Et rebellauit contra eum seruus suus Zambri, dux mediæ partis equitum:* &c. Vers. 10. *Irruens ergò Zambri, percussit, & occidit eum, anno vigesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo*, &c.

Vers. 15. *Anno vigesimoseptimo Asa regis Iuda, regnauit*

ZAMBRI

7. *diebus in Thersa: porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philisthinorum.* Vers. 16. *Cúmq; audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israël Amri, qui erat princeps militiæ super Israël in die illa in castris.* Vers. 17 *Ascendit ergò Amri, & omnis Israel cum eo de Gebbethon, & obsidebant Thersa.* Vers. 18. *Videns autem Zambri quod expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatium, & succendit secum domo regia: & mortuus est*, &c. Vers. 21. *Tunc diuisus est populus Israel in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filiũ Gineth, vt constituerẽt eum regem: & media pars Amri*, &c. *mortuúsque est Thebni, & regnauit Amri.*

Vers. 23. *Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit*

AMRI *super Israël,* 12. *annis: in Thersa regnauit* 6. *annis.*

Vers. 24. *Emitque montem Samariæ, à Somer, 2. talentis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Semer domini montis, Samariam.*

Vers. 28. *Dormiuitque Amri cũ*

III. REG.
CAP. VLT.
Vers. 41. IOSAPHAT *verò filius Asa, regnare cœperat super Iudam anno 4. Achab regis Israël:*
Vers. 42. *Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, &*
*25. annis regnauit in Ierusalem:* &c.
Vers. 51. *Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo.*
II. Par.
Cap. XX.
Vers. 31. *Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat triginta quinque annorum cùm regnare cœpisset:*
*20. autem & 5. annis regnauit in Ierusalem,* &c.
Cap. XXI.
Vers. 1. *Dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid: regnauitque Ioram filius eius pro eo.*

*patribus suis, & sepultus est in Samaria, regnauitque Achab filius eius pro eo.*
Vers. 29. *Achab verò filius Amri, regnauit super Israël anno 38. Asa regis Iuda. Et regnauit*
ACHAB *filius Amri super Israël in Samaria,*
*20. & 2. annis.*
III. REG.
CAP. VLT.
Vers. 34. *Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israël inter pulmonem & stomachū,* &c. Vers. 35. *& mortuus est vespere:* &c. Vers. 37. *Mortuus est autem rex, & perlatus in Samariā: sepelierūntq; regē in Samaria,* &c.
Vers. 40. *Dormiuit ergò Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo.*
II. Par.
Cap. XVIII.
Vers. 33. *Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Israël inter ceruicem & scapulas:* &c. Vers. 34. *& mortuus est occidente sole.*
III. REG.
CAP. VLT.
Vers. 52. OCHOSIAS *autem filius Achab, regnare cœperat super Israël in Samaria, anno decimoseptimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque super Israël*
*2. annis.*
IV. REG.
CAP. I.
Vers. 17. *Mortuus est ergò (Ochosias) iuxtà sermonem Domini, quem locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda: non enim habebat filium.*

IV. REG.
CAP. VIII.
Verſ. 16. *Anno quinto Joram filij Achab regis Iſraël, & Ioſaphat regis Iuda, regnauit*
IORAM *filius Ioſaphat rex Iuda.*
Verſ. 17. *Trigintaduorum annorum erat cum regnare cœpiſſet, &*
8. *annis regnauit in Ieruſalem.*

II. PAR.
CAP. XXI.
Verſ. 2. *Qui* (Ioram) *habuit fratres Ioſaphat Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphaciam: omnes hi filij Joſaphat regis Iuda.* Verſ. 3. *Deditque eis pater ſuus multa munera argenti, & auri, & penſitationes, cum ciuitatibus munitiſſimis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram, eò quòd eſſet primogenitus.* Verſ. 4. *Surrexit ergò Ioram ſuper regnum patris ſui: cùmque ſe confirmaſſet, occidit omnes fratres ſuos gladio, & quoſdam de principibus Iſraël.*
Verſ. 5. *Trigintaduorum annorum erat Ioram, cùm regnare cœpiſſet: &*
8. *annis regnauit in Ieruſalem,*

IV. REG.
CAP. VIII.
Verſ. 24. *Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochoſias filius eius pro eo,*
Verſ. 25. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Iſraël, regnauit Ochoſias filius Ioram regis Iuda.*
Verſ. 26. *Viginti duorum annorum erat*
OCHOSIAS

IV. REG.
CAP. III.

Verſ. 1. IORAM *verò filius Achab regnauit ſuper Iſraël in Samaria, anno decimooctauo Ioſaphat regis Iuda. Regnauitque*
12. *annis*

*cùm regnare cœpisset, &*

1\. *anno regnauit in Ierusalem*: &c.

IV. REG.
CAP. IX.

Vers. 27. fin. *Et percusserunt eum in ascensu Gauer*, &c. *qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.* &c. Vers. 29. *Anno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochosias super Iudam*, &c.

II. PAR.
CAP. XXII.

Vers. 1. *Constituerunt autem habitatores Ierusalem Ochosiam filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui antè eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauítque Ochosias filius Ioram regis Iuda.*

Vers. 2. *Quadragintaduorum annorum erat Ochosias cùm regnare cœpisset, &*

1\. *anno regnauit in Ierusalem*, &c. Vers. 9. *Ipsum quoque perquirens* (Iehu) *Ochosiam, comprehendit latitantem in Samaria: adductúmque ad se, occidit, & sepelierunt eum*: &c.

IV. REG.
CAP. XI.

Vers. 1. ATHALIA *verò mater Ochosiæ, videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium.* Vers. 2. *Tollens autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochosiæ, Ioas filium Ochosiæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius, de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur.* Vers. 3. *Erátque cum ea*

6\. *annis clam in domo*



IV. REG.
CAP. IX.

Vers. 13. *Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnauit*

IEHV

IV. REG.
CAP. X.

Vers. 35. *Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelierúntque eum in Samaria: & regnauit* Ioachaz *filius eius pro eo.*

Vers. 36. *Dies autem, quos regnauit* Iehu *super* Israël

20\. *&* 8. *anni sunt, in Samaria.*

*Domini: porrò Athalia regnauit super terram.*

II. PAR.

CAP. XXII.

Verſ. 10. *Siquidem Athalia mater eius, videns quod mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit, & interfecit omnem ſtirpem regiam domus Ioram.* Verſ. 11. *Porrò Ioſabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoſiæ, & furata eſt eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur: abſconditque eum cum nutrice ſua in cubiculo lectulorum:* &c. Verſ. 12. *Fuit ergò cum eis in domo Dei abſconditus 6. annis, quibus regnauit Athalia ſuper terram.*

IV. REG.

CAP. XI.

Verſ. 4. *Anno autem ſeptimo miſit Ioiada, & aſſumens centuriones & milites, introduxit ad ſe in templum Domini*, &c. Verſ. 12. *Produxitque filium regis, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu, dixerũt: Viuat rex.* Verſ. 13. *Audiuit autem Athalia vocem populi currentis:* &c. Verſ. 16. *& interfecta eſt ibi.* &c. Verſ. 20. *Athalia autem occiſa eſt gladio in domo regis.*

II. PAR.

CAP. XXIII.

Verſ. 1. *Anno autem ſeptimo cõfortatus Ioiada, aſſumpſit centuriones*, &c. Verſ. 11. *Et eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diadema*, &c. *vnxit quoque illũ Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatiq; ſunt ei, atque dixerunt: Viuat rex.* Verſ. 12. *Quod cùm audiſſet Athalia*, &c. Verſ. 15. *interfecerũt eam ibi.* &c. Verſ. 21. *porrò Athalia interfecta eſt gladio.*

IV. REG.
CAP. XI.
Vers. vlt. *Septemque annorũ erat Ioas, cùm regnare cœpisset.*
IV. REG.
CAP. XII.
Vers. 1. *Anno septimo Jehu, regnauit*
IOAS: &
40. *annis regnauit in Ierusalem.* &c.
II. PAR.
CAP. XXIV.
Vers. 1. *Septem annorum erat Ioas cùm regnare cœpisset: &*
40. *annis regnauit in Ierusalem*, &c.
IV. REG.
CAP. XII.
Vers. 20. *Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in domo Mello in descensu Sella.* Vers. 21. fin. *percusserunt eum, & mortuus est, & sepelierunt eum cum patribus suis, in ciuitate David, regnauitque Amasias filius eius pro eo.*
II. PAR.
CAP. XXIV.
Vers. 25. *Surrexerunt autem contra eum serui sui, in vltionem filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eũ in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntque eum in ciuitate David, sed non in sepulchris regum.* &c.
Vers. 27. fin. *Regnauit autem Amasias filius eius pro eo.*
IV. REG.
CAP. XIV.
Vers. 1. *In anno secundo Ioas filij Ioachas regis Israel, regnauit*
AMASIAS
*filius Ioas regis Iuda,*
Vers. 2. *Vigintiquinque annorum erat, cùm regnare cœpisset:*

IV. REG.
CAP. XIII.
Vers. 1. *Anno vigesimotertio Ioas filij Ochosiæ regis Iuda, regnauit*
IOACHAZ
*filius Iehu super Israël in Samaria*
10. & 7. *annis.* &c.
Vers. 9. *Dormiuitque Ioachas cũ patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria: regnauitque Ioas filius eius pro eo.*
Vers. 10. *Anno trigesimoseptimo Ioas regis Iuda, regnauit*
IOAS *filius Ioachaz, super Israël in Samaria*
16. *annis*, &c.
Vers. 13. *Et dormiuit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autem sedit super solium eius. Porro Ioas sepultus est in Samaria, cum regibus Israël.*

IV. REG.
CAP. XIV.
Vers. 16. *Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israël: & regnauit Ieroboam filius eius pro eo.* &c.
Vers. 23. *Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit*

20. *autem & 9. annos regnauit in Ierusalem*, &c.
Vers. 17. *Vixit autem Amasias, filius Ioas, rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachas regis Israël, 15. annis.*

II. PAR.
CAP. XXV.

Vers. 1. *Vigintiquinque annorum erat Amasias cum regnare cœpisset, &*
29. *annis regnauit in Ierusalem*, &c.
Vers. 25. *Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israël, 15. annis.*

## IV. REG.
## CAP. XIV.

Vers. 19. *Factáque est contrà eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.* Vers. 20. *Et asportauerunt in equis, sepultúsque est in Ierusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid.*

II. PAR.
CAP. XXV.

Vers. 27. *Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cumque fugisset in Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi.* Vers. 28. *Reportantésque super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.*

## IV. REG.
## CAP. XIV.

Vers. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natũ sedecim, & constituerũt eum regem*

IEROBOAM
*filius Ioas regis Israël in Samaria,*
40. *& 1. anno.*
Vers. vlt. *Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.*

IV. REG.
CAP. XV.

Verſ. 32. *Anno ſecundo Phacee filij Romeliæ regis Iſraël, regnauit*

IOATHAN

*filius Oziæ regis Iuda.*

Verſ. 33. *Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet, &* 16. *annis regnauit in Ieruſalem*: &c.

Verſ. 37. *In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam, Raſin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.* Verſ. 38. *Et dormiuit Ioatham cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt cũ eis in ciuitate Dauid patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.*

II. PAR.

CAP. XXVII.

Verſ. 1. *Vigintiquinque annorum erat Ioatham cùm regnare cœpiſſet, &* 16. *annis regnauit in Ieruſalem.* Verſ. 8. *Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet, & 16. annis regnauit in Ieruſalem.* Verſ. 9. *Dormiuítque Ioatham cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.*

IV. REG.
CAP. XVI.

Verſ. 1. *Anno decimoſeptimo Phacee filij Romeliæ, regnauit*

ACHAS *filius*

*Ioatham regis Iuda.*

Verſ. 2. *Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpiſſet, &* 16. *annis regnauit in Ieruſalem*, &c.

PHACEIA

*filius Manahen ſuper Iſraël in Samaria,* BIENNIO: &c.

Verſ. 25. *Coniurauit autem aduersùs eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percuſſit eum in Samaria* &c. *& interfecit eum, regnauitque pro eo,* &c. Verſ. 27. *Anno quinquageſimoſecundo Azariæ regis Iuda, regnauit*

PHACEE *filius Romeliæ ſuper Iſraël, in Samaria,* 20. *annis.*

IV. REG.
CAP. XV.

Verſ. 29. *In diebus Phacee regis Iſraël venit Theglathphalaſar rex Aſſur, & cepit Aion, & Abel Domum, & Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad, & Galilæam, & vniuerſam terrã Nephtali: & tranſtulit eos in Aſſyrios.*

Verſ. 30. *Coniurauit autem, & tetendit inſidias Oſee filius Ela contrà Phacee filium Romeliæ, & percuſſit eum, & interfecit: regnauítque pro eo vigeſimo anno Ioatham filij Oſiæ.*

Vers. vlt. *Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.*

II. PAR.

CAP. XXVIII.

Vers. 1. *Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, &*

16. *annis regnauit in Ierusalem:* &c.

CAP. XXVIII.

Vers. vlt. *Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.*

IV. REG.

CAP. XVIII.

Vers. 1. *Anno tertio Osee filij Ela, regis Israel, regnauit*

EZECHIAS *filius Achaz regis Iuda.*

Vers. 2. *Vigintiquinque annorum erat, cùm regnare cœpisset: &*

29. *annis regnauit in Ierusalem:* &c.

II. PAR.

CAP. XXIX.

Vers. 1. *Igitur Ezechias regnare cœpit, cùm vigintiquinque esset annorum, &*

29. *annis regnauit in Ierusalem.*

IV. REG.

CAP. XVII.

Vers. 1. *Anno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit*

OSEE *filius Ela in Samaria super Israel*

9. *annis.*

Vers. 3. *Contrà hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddebátque illi tributa.* Vers. 4. *Cúmque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quòd rebellare nitens misisset nuncios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributum regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem.* Vers. 5. *Peruagatúsque est omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.* Vers. 6. *Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuítque eos in Hala, & in Habor, iuxtà fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum.*

IV. REG.

CAP. XVIII.

Vers. 9. *Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israël, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam,* Vers. 10. *& cœpit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Osee regis Israël, capta est Samaria:* Vers. 11. *& transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauítque eos in Hala, & in Habor, fluuiis Gozan, in ciuitatibus Medorum:* Vers. 12. *quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius: omnia, quæ præceperat Moyses seruus Domini, non audierunt, neque fecerunt.*

CAP. XX.

Verſ. 21. *Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo.*

II. PAR.

CAP. XXXII.

Verſ. vlt. *Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum ſuper ſepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuerſus Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: regnauitque Manaſſes filius eius pro eo.*

IV. REG.

CAP. XXI.

Verſ. 1. *Duodecim annorum erat*

MANASSES *cùm regnare cœpiſſet: &*

55. *annis regnauit in Ieruſalem:* &c.

Verſ. 18. *Dormiuitque Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza:* Verſ. 21. *& regnauit Amon filius eius pro eo.*

II. PAR.

CAP. XXXIII.

Verſ. 1. *Duodecim annorum erat Manaſſes cùm regnare cœpiſſet: &*

55. *annis regnauit in Ieruſalem,* &c.

Verſ. 20. *Dormiuit ergò Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in domo ſua: regnauitque pro eo filius eius Amon.*

IV. REG.

CAP. XXI.

Verſ. 19. *Viginti duorum annorum erat*

AMON, *cùm regnare cœpiſſet:*

2. *quoque annis regnauit in Ieruſalem:* &c.

Verſ. 23. *Tetenderúntque ei inſidias ſerui ſui, & interfecerunt regem in domo ſua.* Verſ. 24. *Percuſſit autem populus terræ, omnes qui coniurauerant contrà regem Amon: & conſtituerunt ſibi regem Ioſiam filium eius, pro eo,* &c. Verſ. 26. *Sepelierúntque eum in ſepulchro ſuo, in horto Oza: & regnauit Ioſias filius eius pro eo.*

II. PAR.

CAP. XXXIII.

Verſ. 21. *Viginti duorum annorum erat Amon cùm regnare cœpiſſet, &*

2. *annis regnauit in Ieruſalem:* &c.

Verſ. 24. *Cúmque coniuraſſent aduersùs eum ſerui ſui, interfecerunt eum in domo ſua.* Verſ. 25. *Porrò reliqua populi multitudo, cæſis iis, qui Amon percuſſerant, conſtituit regem Ioſiam filium eius pro eo.*

IV. REG.
CAP. XXII.

Vers. 1. *Octo annorum erat*
IOSIAS, *cùm regnare cœpisset,*
*30. & 1. anno regnauit in Ierusalem:* &c.

II. PAR.
CAP. XXXIV.

Vers. 1. *Octo annorum erat Iosias, cùm regnare cœpisset,*
*30. & 1. anno regnauit in Ierusalem,* &c.

IV. REG.
CAP. XXII.

Vers. 3. *Anno autem octauodecimo regis Iosiæ, misit rex Saphan filium Aslia, filij Messulam, scribam templi Domini, dicens ei:* Vers. 4. *Vade ad Helciam Sacerdotem magnum, vt confletur pecunia, quæ illata est in templum Domini,* &c. Vers. 8. *Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam: Librum Legis reperi in domo Domini: deditque Helcias volumen Saphan, qui & legit illud.* Vers. 9. *Venit quoque Saphan scriba ad regem,* &c.

IV. REG.
CAP. XXIII.

Vers. 21. *Et præcepit* (Iosias) *omni populo, dicens: Facite Phase Domino Deo vestro, secundùm quod scriptum est in libro fœderis eius.* Vers. 22. *Nec enim factum est Phase tale, à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Iuda,* Vers. 23. *sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factum est Phase istud Domino in Ierusalem.*

II. PAR.
CAP. XXXIV.

Vers. 3. *Octauo autem anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulacrisque & sculptilibus,* &c.

Vers. 8. *Igitur anno octauodecimo regni sui, mundata iam terra, & templo Domini, misit Saphan* &c. Vers. 14. *Cùmque efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos Librum legis Domini, per manum Moysi.* Vers. 15. *Et ait ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo Domini: Et tradidit ei.* Vers. 16. *At ille intulit volumen ad regem,* &c.

CAP. XXXV.

Vers. 17. *Feceruntque filij Israel, qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, & solemnitatem azymorum septem diebus.* Vers. 18. *Non fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis Prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase sicut Iosias,* &c. Vers. 19. *Octauodecimo anno regni Iosiæ hoc Phase celebratum est.*

IV. REG.

CAP. XXIII.

Verſ. 29. *In diebus eius, aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Aſſyriorum, ad flumen Euphratem: & abijt Ioſias rex in occurſum eius: & occiſus eſt in Mageddo cùm vidiſſet eum.* Verſ. 30. *Et portauerunt eum ſerui ſui mortuum de Mageddò: & pertulerunt in Ieruſalem, & ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo. Tulitque populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ: & vnxerunt eum, & conſtituerunt eum regem pro patre ſuo.*

II. PAR.

CAP. XXXV.

Verſ. 20. *Poſtquam inſtaurauerat Ioſias templum, aſcendit Nechao rex Ægypti, ad pugnandum in Charcamis, iuxtà Euphratem: & proceſſit in occurſum eius Ioſias,* &c. Verſ. 22. fin. *perrexit vt dimicaret in campo Mageddo.* Verſ. 23 *Ibique vulneratus à ſagittariis,* &c. Verſ. 24. *& aſportauerunt eum in Ieruſalem, mortuúſque eſt, & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum:* &c.

CAP. XXXVI. ſeu vltimò.

Verſ. 1. *Tulit ergò populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ; & conſtituit regem pro patre ſuo in Ieruſalem.*

IV. REG.

CAP. XXIII.

Verſ. 31. *Viginti trium annorum erat*

IOACHAZ, *cùm regnare cœpiſſet, & 3. menſibus regnauit in Ieruſalem:* &c.

Verſ. 33. *Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem: & impoſuit mulctam terræ, centum talentis argenti, & talento auri.* Verſ. 34. *Regémque conſtituit Pharao Nechao Eliacim filium Ioſiæ, pro Ioſia patre eius: vertítque nomen eius Ioakim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in Ægyptum, & mortuus eſt ibi.*

II. PAR.

CAP. XXXVI. ſeu vltimò.

Verſ. 2. *Viginti trium annorum erat Ioachaz, cùm regnare cœpiſſet, & 3. menſibus regnauit in Ieruſalem.*

Verſ. 3. *Amouit autem eum rex Ægypti cùm veniſſet in Ieruſalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri.* Verſ. 4. *Conſtituítque pro eo regem, Eliakim fratrem eius, ſuper Iudam & Ieruſalem: & vertit nomen eius Ioakim: ipſum verò Ioachaz tulit ſecum, & abduxit in Ægyptum.*

IV. REG.

CAP. XXIII.

Verſ. 36. *Vigintiquinque annorum erat*

IOAKIM, *cùm regnare cœpiſſet: & 11. annis regnauit in Ieruſalem.*

## CAP. XXIV.

Verſ. 1. *In diebus eius aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioakim ſeruus tribus annis: & rursùm rebellauit contra eum.* Verſ. 2. *Immiſitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ; & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eum, iuxtà verbum Domini, quod locutus fuerat per ſuos prophetas,* &c. Verſ. 5. med. *Et dormiuit Ioakim cum patribus ſuis: & regnauit Ioachin filius eius pro eo.* Verſ. 7. *Et vltrà non addidit rex Ægypti, vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim rex Babylonis, à riuo Ægypti vſque ad fluuium Euphraten, omnia quæ fuerant regis Ægypti.*

II. Par.

Cap. xxxvi. ſeu vltimò.

Verſ. 5. *Viginti quinque annorum erat Ioakim cum regnare cœpiſſet, & 11. annis regnauit in Ieruſalem.*

Verſ. 6. *Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem.* Verſ. 7. *Ad quam & vaſa Domini tranſtulit, & poſuit ea in templo ſuo,* &c. Verſ. 8. fin *Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo.*

## IV. REG.

## CAP. XXIV.

Verſ. 8. *Decem & octo annorum erat*

IOACHIN (hic communiùs dicitur, IECHONIAS) *cum regnare cœpiſſet, & 3. menſibus regnauit in Ieruſalem:* &c.

Verſ. 10. *In tempore illo aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis, in Ieruſalem, & circundata eſt vrbs munitionibus.* Verſ. 11. *Venitque Nabuchodonoſor rex Babylonis ad ciuitatem cum ſeruis ſuis, vt oppugnarent eam.* Verſ. 12. *Egreſſúſque eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & ſuſcepit eum rex Babylonis anno octauo regni ſui.* Verſ. 13. *Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ, & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſraël in templo Domini, iuxta verbum Domini.* Verſ. 14. *Et tranſtulit omnem Ieruſalem, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatē, & omnem artificem, & cluſorem: nihilque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ.* Verſ. 15. *Tranſtulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius, & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ieruſalem in Babylonem.* Verſ. 16. *Et omnes viros robuſtos, ſeptem millia, & artifices, & cluſores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonē.* Verſ. 17. *Et conſtituit Matthaniā patruum eius pro eo: impoſuitq; nomen ei Sedeciā.*

II. Par.

Cap. xxxvi. ſeu vltimò.

Verſ. 9. *Octo annorum erat Ioachin* (hic communiùs dicitur Iechonias) *cum regnare cœpiſſet, &*
3. *menſibus*, *ac*
10. *diebus regnauit in Ieruſalem*, &c.
Verſ. 10. *Cúmque anni circulus volueretur, miſit Nabuchodonoſor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, aſportatis ſimùl pretioſiſſimis vaſis domus Domini. Regem verò conſtituit Sedeciam patruum eius ſuper Iudam & Jeruſalem.*

IV. REG.

CAP. XXIV.

Verſ. 18. *Vigeſimum & primum annum ætatis habebat*
SEDECIAS *cùm regnare cœpiſſet, &*
11. *annis regnauit in Ieruſalem*: &c. Verſ. 20. fin. *receſſitque Sedecias à rege Babylonis.*

CAP. XXV. ſeu vltimô.

Verſ. 1. *Factum eſt autem anno nono regni eius, menſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius, in Ieruſalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones.* Verſ. 2. *Et clauſa eſt ciuitas atque vallata, vſque ad vndecimum annum Sedeciæ*, Verſ. 3. *nona die menſis: præualuitque fames in ciuitate*, &c. Verſ. 4. *Et interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt*, &c. *fugit itaque Sedecias, per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis.* Verſ. 5. *Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho*: &c. Verſ. 6. *Apprehenſum ergò regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus eſt cum eo iudicium.* Verſ. 7. *Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.* Verſ. 8. *Menſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonusdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis, in Ieruſalem.* Verſ. 9. *Et ſuccendit domum Domini, & domum regis: & domos Ieruſalem, omnémque domum combuſſit igni.* Verſ. 10. *Et muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum.* Verſ. 11. *Reliquam autem populi partem, quæ remanſerat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus, tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.* Verſ. 12. *Et de pauperibus terræ, reliquit vinitores & agricolas.* Verſ. 13. *Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & baſes, & mare æreum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tranſtulerunt æs omne in Babylonem.* Verſ. 14. *Ollas quoque æreas, & trullas, & tridentes, & ſcyphos, & mortariola, & omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabant, tulerunt.* Verſ. 15. *necnon & thuribula, & phialas; quæ aurea, aurea; & quæ argentea, argentea; tulit princeps militiæ;* Verſ. 16. *id eſt, columnas duas, mare vnum, & baſes, quas fecerat Salomon in templo Domini: non erat pondus æris omnium vaſorum*, &c. Verſ. 18. *Tulit quoque princeps*

*militiæ Saraim sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores.* Vers. 19. *Et de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros: & quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & sexaginta viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate.* Vers. 20. *Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.* Vers. 21. *Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos, in Reblatha in terra Emath: & translatus est Iuda de terra sua.*

II. Par.

Cap. XXXVI. seu vltimô.

Vers. 11. *Viginti & vnius anni erat Sedecias, cùm regnare cœpisset, & II. annis regnauit in Ierusalem,* &c. Vers. 13. *A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israël.* Vers. 14. *Sed & vniuersi principes Sacerdotum, & populus, præuaricati sunt iniquè iuxtà vniuersas abominationes Gentium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem.* Vers. 15. *Mittebat autem Dominus Deus patrū suorum ad illos per manus nunciorum suorum, de nocte consurgens, & quotidiè commonens: eò quòd parceret populo & habitaculo suo.* Vers. 16. *At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebántque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.* Vers. 17. *Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum, gladio in domo Sanctuarij sui: non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius.* Vers. 18. *Vniuersáque vasa domus Domini, tàm maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principum, transtulit in Babylonem.* Vers. 19. *Incenderunt hostes domum Dei, destruxerúntque murum Ierusalem, vniuersas turres combusserunt, & quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.*

## IEREM.

## CAP. XXV.

Vers. 1. *Verbum, quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.)* Vers. 2. *Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens:* Vers. 3. *A tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda vsque ad diem hanc; iste tertius & vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens, & loquens: & non audistis.* Vers. 4. *Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculò, mitténsque: & non audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis,* Vers. 5. *cùm diceret: Reuertimini,* &c. Vers. 8. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo*

*quod non audistis verba mea:* Verſ. 9. *ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius*, &c.

## CAP. XXXII.

Verſ. 1. *Verbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipſe eſt annus decimusoctauus Nabuchodonoſor.* Verſ. 2. *Tunc exercitus regis Babylonis obſidebat Ieruſalem: & Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda.* Verſ. 3. *Clauſerat enim eum Sedecias, rex Iuda*, &c.

## CAP. XXXVI.

Verſ. 1. *Et factum eſt in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens:* Verſ. 2. *Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduerſùm Iſraël & Iudam, & aduerſùm omnes gentes*, &c. Verſ. 9. *Factum eſt autem in anno quinto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, in mënſe nono: prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini, quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem.* Verſ. 10. *Legitque Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini*, &c. Verſ. 29. *Et ad Ioakim regem Iuda, dices: Hæc dicit Dominus: Tu combuſsiſti volumen illud, dicens: Quare ſcripſiſti in eo annuntians: Feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc, & ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentum?* &c.

## CAP. XXXIX,

Verſ. 1. *Anno nono Sedeciæ regis Iuda, menſe decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam.* Verſ. 2. *Vndecimo autem anno Sedeciæ, menſe quarto, quinta menſis, aperta eſt ciuitas.* Verſ. 3. *Et ingreſsi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederunt in porta media:* &c. Verſ. 4. *Cùmque vidiſſet eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt:* &c. Verſ. 5. *Perſecutus eſt autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo ſolitudinis Ierichontinæ*, &c.

## CAP. LII.

Verſ. 1. *Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpiſſet: &*
11. *annis regnauit in Ieruſalem*, &c.
Verſ. 4. *Factum eſt autem in anno nono regni eius, in menſe decimo, decima menſis: Venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius, aduerſùs Ieruſalem, & obſederunt eam, & ædificauerunt contrà eam munitiones in circuitu.* Verſ. 5. *Et fuit ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum annum regis Sedeciæ.* Verſ. 6. *Menſe autem*

# DE NVMERATIONE HAC,

## SECVNDVM QVOD HABETVR IN HEBRÆO: IN PARAPHRASI CHALDAICA: IN TRANSLATIONE Græca Septuaginta Interpretum: & in Translatione Latina S. Hieronymi super Hebræo.

§. 65.

HEBRÆVM, Chaldæum, A Translatio Septuaginta Interpretum, & Translatio Latina S. Hieronymi, conueniunt in omnibus cum Editione Vulgata: exceptô quòd Translatio Septuaginta Interpretum 2. Par. 16. vers. 1. pro anno trigesimosexto regni Asæ, habent trigesimooctauo. Et 4. Reg. 21. vers. 19. ac 2. Par. 33. vers. 21. vbi dicitur Amon regnasse duobus annis, habent duodecim, quam Lectionem secuti sunt Euseb. Niceph. Bed. & S. Isidorus notati à Serario pag. 360.

## I. DIFFICVLTAS. DE COLLATIONE REGVM Iuda, & Israël: An conducat ad chronologiam; consequenter An soli & omnes anni, qui numeratim assignantur à Scriptura regibus Iuda, sint in ea computandi, & sumendi vt completi: an non?

§. 66.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. A dicit, Collationem regum Iuda & Israel nihil quicquam conducere ad chronologiam: sed esse fallacem: solôtque & omnes annos, qui numeratim assignantur à Scriptura regibus Iuda, esse computandos, & pro completis habendos, seu in chronologia recensendos.

Ità Genebrardus lib. 1. Chronol. sub 5. mundi ætate, in præfat. ad historiam regum Israël, quam seorsim posuit in fine historiæ regum Iuda, seu à pag. 150. col. 1. fin. adeóque per totam historiam regum Iuda, quæ ab illa 5. mundi ætate. Ità C censendi quotquot, etsi rem ex professo non tractent, tamen annos regum Iuda recensent ad longum prout à Scriptura traduntur, adeóque completos intelligunt, vt Pererius, Baradius, & alij fere innumeri.

EXPLICAT hanc Sententiã suam eiúsque rationes reddit Genebrardus locô citatô Declarat.

ſic: Eorum cum regibus Iuda collatio eſt fallaciſſima, nec caret difficultatibus. Neque tamen propterea vlli anni eximendi ſunt de regibus, quod nonnulli faciunt, vt vnus de 41. Aſæ, ac ſi ille cum patre Abiam regnauerit: vnus de 25. Iuſaphat, quaſi eius primus in vltimum patris incurrat: 4. de 8. Ioram, quaſi hic ſocius patris in regno extiterit: 3. de 29. Amaſiæ: vnus ex 16. Achaz: 2. ex 29. Ezechiæ, &c.
1. Sed potiùs cogitanda in impio regno interregna multa, licet minimè explicata. Nam certam & indubitatam Deus voluit extare regni catholici recenſionem, incertam & difficultatibus plenam regni hæretici, quò doceremur, in hæreſi omnia eſſe confuſa, perturbata, incerta, motuum plena, vt de iis hiſtoria liquida narrari non poſſit. Et poſtquàm aliquas attulit inſtantias, quas in obiectiones contrà 2. ſententiam reiicimus, ſic concludit: Quare hæc ſucceſſio debet ordinari & dirigi, per regum Iudæ ſeriem, & rationem, quaſi per
2. certam regulam, non contrà. Quàm miſera regna quibus reges de religione ſecuri, vel hæretici, præſunt? Quàm omnia illic ſunt incerta, quàm confuſa, &c. Hæc ille. Piè quidem. Sed an æquè rationabiliter, inquirendum eſt.

Reijcitur. 1. CONTRA Hanc Sententiam Facit, I. quòd ſacra Scriptura cum magnâ, imò cum æquali diligentia & narratione tradat hiſtoriam ſingulorum regum Iſraël, ac regum Iuda. Item, colligat annos eorum æquè ac annos regum Iuda. Denique ſæpè connectat, ſeu colliget eos adinuicem, aſſignando annos regum Iſraël annis regum Iuda, & annos regum Iuda annis regum Iſraël.

QVOD enim æquali diligentiâ & narratione tradat hiſtoriam regum Iſraël, ac regum Iuda, patet ſpeciatim in Ieroboam, Nadab, Baaſa, Ela, Zambri, Amri, Achab, &c. Imò verò tradit hiſtoriam Ieroboam regis Iſraël primi huius nominis, antè hiſtoriam Roboam regis Iuda: & hiſtoriam Ieroboam regis Iſraël, ſecundi huius nominis, ante hiſtoriam Ioachaz regis Iuda.

QVOD æquè annos eorum colligat ac regum Iuda, patet in ſingulis: etiam verò vſque ad dies ſolùm, vt in Zambri, quem tradit regnaſſe 7. dies ſolummodò.

QVOD denique connectat ſeu colliget eorum annos, patet. Quoad reges Iſraël, in Nadab, quem tradit regnaſſe annô ſecundô Aſæ: Baaſa, quem annô tertiô: Ela, quem vigeſimoſextô: Zambri, quem vigeſimoſeptimô: Amri, quem trigeſimoprimô: Achab, quem trigeſimooctauô, eiuſdem Aſæ: in Ochoſia, quem decimoſeptimô Ioſaphat: in Ioram, quem decimooctauô Ioſaphat: & ſic in reliquis. Quoad reges Iuda, in Abia, quem tradit regnaſſe annô decimooctauô Ieroboam: Aſa, quem vigeſimô eiuſdem Ieroboam: Ioſaphat, quem quartô Achab, &c. Quoad vtroſque inuicem mutuò, in Ioram rege Iſraël, quem tradit regnaſſe annô ſecundô Ioram regis Iuda: & Ioram rege Iuda, quem tradit regnaſſe annô quintô ipſiuſmet Ioram regis Iſraël. Quis autem credat Scripturam ſacram ſic procedere voluiſſe: & tamen nullatenùs ad reges Iſraël pro chronologia attendi voluiſſe?

Quare, quod ait Genebrardus voluiſſe Deum certam & indubitatam extare regni Iuda recenſionem, præterquàm quòd nullô modô probat, ſi de ſola regni Iuda recenſione proponatur, & nullatenùs de alia, videri poterit excogitatum, nec habere ſatis certum in ſe, vel in Scriptura fundamentum.

FACIT II. Quòd fatetur Genebrardus, collationem regum Iſraël & Iuda, carere difficultate vſque ad Ela, & Zambri: 2.
Sic enim ait ſub Ela: Hucuſque collatio regum Iuda & Iſraël caret difficultate. & ſub Zambri, fin. Hic incipit diſcrepantia regum Iuda & Iſraël. At imprimis, ſi fatetur Genebrardus collationem illam valere poſſe in initiis regum Iſraël, vſque ad Zambri incluſiuè: cur non fateatur in reliquis; cùm Scriptura in eis ex æquo procedat, nec rationes ſpeciales aſſignari poſſe videantur, quæ his obſtent? Deinde, tempus illud quô dicit incipere diſcrepantiam regum Iuda, & Iſraël, reſpicit regnum Aſæ regis Iuda, & ad vſque annum eius vigeſimumſeptimum. At videtur conſtare quòd abinde vſque ad trigeſimumoctauum eiuſdem Aſæ, quô regnaſſe traditur Achab, careat etiam difficultate; aut ſi difficultas aliqua ſubſit, v.g. in annis Amri, tamen non minores, imò longè maiores, repetiuntur in regibus Iuda, proùt videbitur circà Aſa, & Baaſa, circà vtrumque Ioram, & Ioſaphat, &c. quæ nihilominus conciliantur. Quòd ſi fateri debet hoc Genebrardus vſque ad Achaz ſimiliter incluſiuè, vel etiam de aliis regibus: cur non ſimiliter de omnibus, aut plurimis?

FACIT III. Quòd fatetur Genebrardus, inter reges Iſraël, filios quandoque regnaſſe cum patribus, vel ſaltem eorum annos aliquos ità ſimùl concurrere, vt aliqui quaſi duobus communes ſint eximendi, v. g. in Nadab, &c. At cur non 3.

similiter quandoque saltem in regibus Iuda?

Ad 1. AD I. RATIONEM Genebrardi, petitam ex interregnis in serie regum Israel habitis. Respondetur imprimis, nullum interregnum in eâ haberi, si de annis sermo sit; & esto concederetur aliquod, vel concederentur aliqua, secundùm quosdam anthores, nimirùm in Zacharia, & in Osee, regibus Israël, præterquam quod obijci posset vnum etiam aliquod reperiri secundùm quosdam authores in serie regum Iuda, tamen his non obstantibus, annos regum Israel ita præcise, seu talibus metis, aut modis, assignari in Scriptura, quibus possit non incassùm certa, quantùm in his certa esse potest, haberi chronologia.

Ad 2. AD II. petitam ex natura turbida hæreseos. Respondetur, in regibus Iuda fuisse etiam idololatrias, ac ingentia circà religionem peccata, qualiter videre est in Achaz, in Manasse, & alijs plurimis: etiamvero ab initio in Roboam, qui non diù post quàm regnare cœpit, nimirùm tribus annis, ad idola diuertit. Demùm constat regnum Iudæ desiisse tandem, æquè ac regnum Israel, propter peccata idololatriæ, tam regum, quàm populi; quibus tâmen non obstantibus, certam vult eorum esse Genebrardus historiam.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Collationem regum Iuda & Israël, conducere ad chronologiam: consequenter non solos & omnes annos, qui numeratim assignantur à Scriptura regibus Iuda, esse computandos, aut pro completis habendos: sed plurimos esse, & non esse, computandos: & plurimos non pro completis habendos, siue in chronologia non recensendos.

Ità Temporarius lib. 2. can. 5. seu à fol. 148. pag. 2. fin. Torniellus anno 3060. Bucholcerus, & alij. Ità censendus videri potest Gordonus, qui licet cap. 11. ad Period. 5. num. 1. dicat historiam regum Israël esse satis perplexam, eorúmque copulam cum regibus Iuda: tamen in aliquibus sequitur eius considerationem.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, peti potest tùm ex refutatione sententiæ præcedentis, tùm ex particulari demonstratione quorundam annorum, quos ex concurrentia cum alijs, cum quibus vel colligari, vel separari videntur à Scriptura, excludendos vel computandos opinatur. Verùm quoniam demonstrationes quorundam in particulari, longiores sequirunt disputationes, commode magis deducendas suis locis: propterea sufficiat hôc loco, probatio indirecta, quæ procedit ex refutatione sententiæ præcedentis.

Obiici possunt contra hanc sententiam, ea quæ Genebrardus habet locô præcitatô. Quæ vt faciliùs concipiantur, tradenda sunt hôc modô. Nimirùm,

1. Obiect. OBIICITVR I. A Roboam, inquit Genebrardus, rege Iuda, vsque ad Iehu inuadentem regnum Israël, & necantem Ochoziam & Ioram vtriusque regni reges, numerantur anni 95. A Ieroboam (qui simul cum Roboam regnum est auspicatus) ad eundem Iehu, anni 98. Hic discrimen est annorum trium. Nam totidem regnum Iuda à regno Israël superari videtur. Cùm tamen vtrobique idem sit primum & extremum temporis punctum. Ità Genebrardus.

Respons. RESPONDERI potest, ex ipsomet infrà paulò tres illos annos vt fractos esse absorbendos per integros Iuda. Anni enim, inquit, regum Iuda, erant integri: regum Israël, fracti. Ità vt v. g. Ieroboæ vigesimus secundus, sit quoque primus Nadab successoris, id est, vtrique communis, vt è duabus anni partibus integer constituatur. Atque ita deinceps in plerisque istorum regibus. Hæc ille. Itaque fatetur hoc habere locum in regibus Israël: cur non item habeat in regibus Iuda? Item hoc fatetur in tribus regibus Israël: cur non in pluribus: & quod neque prætereundum est, dicit quidem tres eorum fractos esse absorbendos; at non assignat omnes quos; & quare potiùs istos quàm alios; nam plures tribus in se non fuisse completos ostendetur inferiùs.

Porrò, quod ait Genebrardus, vtrobique esse idem primum temporis punctum, non conceditur. Nam 3. Reg. 12. totô & 2 Par. 10. patet, & ostendetur fusiùs infrà, Ieroboam non tàm citò regnum, ac Roboam, fuisse auspicatum. Quòd si dicas, hoc augere difficultatem, quia eò protractiora reddentur tempora à Ieroboam vsque ad Iehu. Respondebitur, annos quosdam absorberi (quoad integritatem intellige) prout in singulis, maximè verò in Nadab filio Ieroboam, &c. licebit attendere.

Quod item ait Genebrardus annos regum Iuda (omnes videlicet) fuisse integros, non conceditur. Nam tertium Abiæ, & quadragesimumprimum Asæ, & vndecimum Sedeciæ manifeste non fuisse integros in se ex Scriptura sacra suô locô contendetur. Et quamuis quoad tertium Abia, quadragesimumprimum Asa, & vndecimum Sedeciæ, licet non integros in se, tamen censeri posse completos in chronologia, siue in respectu ad quosdam alios annos fractos, de se non repugnet, nihilo-

minùs id dici non posse de tertio Abiæ & quadragesimoprimo Asæ, suis locis ex Scriptura concludetur.

2. Obiect. OBIICITVR II. A principio eiusdem Iehu, vsque ad vltimum Osee nouissimi regis Israël, sunt anni 143. Atqui ab Athalia (cuius primus annus concurrit cum primo Iehu) vsque ad sextum Ezechiæ eiusdem Iuda regis (in quem vltimus Osee & regni Israel incidit) anni 165. Iam hic regnum Israël à Iuda 22. superatur. A quibus si detrahis 3. quibus antè Iehu regnum Israel redundabat, supersunt 19. Hæc Genebrardus. Qui quidem Respondet, sparsa fuisse interregna in Israel, ob factiones, bella ciuilia, cæteras familiarum vicissitudines, &c. At

Respons. RESPONDERI potest, hæc nihil obstare. Nam imprimis, quoad 3. illos annos antè Iehu, iam responsum est, eos vt fractos esse absorbendos per integros Iuda, sed nec eos solos esse absorbendos ostendetur etiam suô locô. Quoad interregna autem, dictum est suprà, nullum esse dandum. Et quamuis danda esset aliqua, quod tamen nobis non probabitur, vt in Zacharia 11. vel probabiliùs secundùm nos aliósque, 22. annorum, hoc tamen nihil obstare; nam hôc pactô reperirentur 22. illi, quibus regnum Israël à Iuda superatur. Quod cùm ex Scriptura sit demonstrandum: non potest per hoc dici, collationem regum Iuda & Israël, nihil facere ad Chronologiam.

3 Sent. III. SENTENTIA esse potest, ex parte quâdam velut media, & ex vtraque composita. Nimirum, Collationem quidem regum Iuda & Israël facere ad chronologiam: at neque solos & omnes annos qui numeratim assignantur à Scripturâ regibus Iuda, computandos esse pro chronologia; neque tamen plures esse computandos, quàm in vno, videlicet in Ozia: vel plures pro fractis habendos, quàm in vno vel altero, videlicet in Abia, & Asa. Nam de Sedecia, quoniam casus est singularis, videbitur quid sentiendum suô locô.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, consistit in hoc, quòd nullos annos regum, siue Iuda, siue Israël, absorbendos, vel nullos ampliores quàm qui summantur à Scriptura denegandos esse, meritò quis dixerit; nisi de quibus hoc ità probabiliter ex Scriptura constiterit, vt contrarium non possit æquè probabiliter, aut etiam probabiliùs ex ea demonstrari. Speramus autem, ità nos probabiliter ex Scriptura probaturos, vltimos annos Abia & Asa pro regibus Iudâ, & vltimos Ieroboam, Nadab, Baasa, Ela, & Amri, neque fuisse in se, neque censendos esse pro chronologia completos, vt

A contrarium non possit æque probabiliter demonstrari.

Porrò vt exnunc habeatur aliquomodò, quid æstimandum sit debere dici probabiliùs ex Scriptura, duas regulas hic subiicimus.

I. REGVLA. Quotiescunque Scriptura tradet summam aliquam annorum regni alicuius regis, ea regulariter erit sumenda de annis completis: nisi aliquid repugnauerit, vel obstiterit. Quid autem repugnans

B vel obstans censeri debeat, dicetur in sequentibus, & præsertim in singulis locis id requirentibus.

PROBATIO Huius Regulæ, eadem est quæ tradita iam fuit §. 14. vbi actum est de annis, quibus patres dicuntur vixisse quandò genuerunt. Scilicet, credibile est omninò, voluisse Scripturam sacram, in summis suis annos tradere, quibus reges dicuntur regnasse: sicut eos tradidit in summis, quibus alij dicti sunt vixisse, iudicasse, gubernasse, & his similia. Certum autem fuit apud omnes chronologos, & præser-

C tim ex Periodo ab exitu de Ægypto, ad iacta templi fundamenta, annos eiusmodi computandos esse, vt completos. Certum ergò debet esse similes nunc pro talibus esse censendos. Sed tamen intelligendum hoc esse, nisi aliquid obstiterit, adeò de se cuilibet obuium est, vt non egeat probari. Propter hoc enim ab istâ Regulâ, quamtúmuis generalissimâ, fuit exceptus quidam annus Mathusala; quoniam non potuisset aliter Scriptura vel commodiùs vel etiam simpliciter conciliari. Propter eandem exceptus fuit etiam annus sexcentesimus vitæ Noë.

D Sic igitur ab hac regulâ deficient in serie regum Iuda, postremi Abia, & Asa: in serie verò regum Israel, omnes illi quos nominauimus.

CONFIRMATVR. Nam cùm impossibile sit nobis, fracturas omnes annorum adaptare: id est, quot dies, vel menses, anni regum aliquorum incompleti, incluserint: seu, quod idem est, an initiô, mediô, vel fine, desierint, quippe qui non tradantur à Scriptura: credibile est, quòd sicut cùm illa dixit de Dauide 3. Reg. 2. vers. 11. & 1.

E Par. 29. vers. 27. *In Hebron regnauit 7. annis*: qui tamen 2. Reg. 2. vers. 11. & cap. 5. vers. 5. dicuntur ab eadem Scriptura *7. anni, & 6. menses*: & nihilominùs 7. anni & 6. menses, cum annis 33. summantur tantùm anni 40. & sicut proportionaliter cùm illa dicit de Iechonia 4. Reg. 24. vers. 8. *Tribus mensibus regnauit in Ierusalem*: qui 2. Par. vlt. vers. 9. dicuntur ab eadem *3. menses, & dies* 10. ità eadem met Scriptura, cùm tradit annos aliorum regum, voluerit eos tradere nobis omnes, tanquàm completos

absorbentes alios incompletos: adeóque omnes esse regulariter sic intelligendos: nisi ipsamet Scriptura tradiderit aliquid, ex quô perspici voluerit, aliquos eorum non esse completos intelligendos. Sed credibile est etiam, quòd si quid illa tradidit, ex quô vel omnino, vel convenientius pateat, aliquos eorum non esse completos intelligendos: id eam propterea tradidisse, quatenùs ipsa perspici voluerit, eos esse tantum intelligendos incompletos.

II. REGULA. Quotiescumque Scriptura, in tradendis summis annorum regum Iuda, & Israel, non poterit vel conciliari, vel dici chronologiam continuam tradidisse, nisi admittendo aliquos annos deficere in regibus Iuda: tunc potiùs accommodandos esse annos regum Israël, annis regum Iuda, & vltimos eorum censendos tantum incompletos, quàm aliquos Iuda defecisse.

PROBATIO Huius Regulæ, petenda est, tum ex eo quòd promissio regni continuandi familiæ Dauidis, quæ ideò expresse refertur 2. Par. 23. vers. 3. *Iniuit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege, dixitque ad eos Ioiada: Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios Dauid*, videtur insinuare, traditam fuisse modò quôdam principali annorum seriem per reges Iuda, super reges Israel: tùm etiam ex eo quòd non est credibile Scripturam aliquos eorum reticuisse; cum potius videatur ideo maluisse tribuere annos Athaliæ, licet fœminæ, quàm interregnum vllum admittere ex parte regum Iudæ. Vnde consequenter etiamsi forte aliqui anni eorum (in se) defecissent: nihilominùs inclusisse illos in annis à se traditis, sicut inclusit annos Seruitutum, aut interregnorum, in annis Iudicum: vel certè indicasse eos in verbis id sufficienter significantibus: qualia sunt illa, *regnauitque pro eo*, & similia quæ videbuntur suis locis, quoniam aliàs incerta nimium redderetur hæc tota chronologia regum. Et hoc sensu valebit quidem apud nos, id quod dicebat suprà Genebrardus de chronologia regum Israel.

HIS REGVLIS, hisve rationibus earum suppositis, speramus futurum manifestum, quantùm ad reges Iuda, quosdam, sed non ampliùs duos annos vltimos, scilicet Abia, & Asa, in eorum serie non esse computandos. Item, quosdam, sed non amplius 12. scilicet in Osia, plùs esse concedendos quàm fuerint à Scripturà summati, siue summariè traditi, pro ipsorum chronologiâ. Insuper confidimus, ex nunc aperiri viam ad multas quæstiones resoluẽdas, circà modos loquendi Scripturæ diuersos in hac materia. Super quibus v. g.

I. QVÆRI potest. Quandò Scriptura videbitur ostendere annos vltimos quorundam, non fuisse completos, v. g. vltimos Abiæ, Asæ, & Sedeciæ: an possint censeri nihilominùs completi? tunc enim videbitur agi contrà Scripturam.

RESPONDETVR. Non repugnare quidem loquendo simpliciter, eos censeri completos, ex computatione quorundam annorum incompletorum antecedentium, vel consequentium, cum ipsismet vltimis illis, v. g. Abiæ, Asæ, & Sedeciæ, qui ostendi videbuntur incompleti. Hoc enim tunc non esset contrà Scripturam, sed potiùs secundùm eam, ex hoc vel solo fundamento in illa habito, quòd ipsamet ità summauerit annos illos. Siquidem ex tali summatione, sufficienter colligeretur, Scripturam tradidisse nobis illos vt completos, si non in se, saltem in comparatione aliorum incompletorum, eis antecedenter, vel consequenter adiunctorum. Attamen quoniam hoc aliunde in particulari demonstrabitur repugnare quantùm ad Abiam, & Asam, non autem quantùm ad Sedeciam: propterea pòstremos illorum tantum, & non alios, putabimus non esse censendos pro completis.

II. QVÆRI potest. Quandò Scriptura dicet immediatè post mortem alicuius, *regnauitque* talis pro eo: an intelligendum erit, talem simpliciter & *immediatè* regnauisse post eum.

RESPONDETVR. Regulariter esse sic existimandum: nisi ex aliqua circunstantiâ probabiliori, vel cõuenientiori, contrarium constiterit, aut constare debuerit. Siquidem hæc regula nobis vbique seruanda videtur, vt nihil vnquam statuatur, quod apertis verbis, vel seriei Scripturæ, contrarietur: nisi forsan ex magis apertis, cogentibus, vel conuenientibus, iuxtà solitos ipsius loquendi modos, quibus nihil repugnet simpliciter, eruatur. Quandocumque ergò dicetur aliquis regnasse post alium, regulariter intelligendus erit regnasse immediatè post eum. Hoc tamen non impedit, quin aliquando regnare potuerint, vel de facto regnauerint, antè. v. g. quin filij regnauerint cum patribus, sicut dicetur iterùm in sequentibus.

III. QVÆRI potest. Quandò Scriptura dicet, *annô talis* talis regis, *regnauit* talis rex alter: an hoc debeat intelligi de *initio* simpliciter, quô talis iste regnare cœperit?

RESPONDETVR. Regulariter esse sic intelligendum: nisi ex alijs circunstantijs pateat, vel educatur, contrarium. v. g. ex Scripturâ sacrâ non aliter conciliandâ, nisi per recursum (semper nobis auersandum)

ad corruptionem textuum: vel ex similibus, cogentibus, aut conuenientiùs suadentibus. Vnde nihil obstat sensum verborum illorum esse quandoque hunc, annô talis regis *regnabat* talis alter, adeóque non inceptiuè.

IV. QVÆRI potest. Quandò Scriptura dicet, talem *regnare cœpisse*: an hoc sit intelligendum de regno *simpliciter*, seu omnium primò dicto, v. g. post mortem patris?

RESPONDETVR. Regulariter esse sic intelligendum: nisi repugnet, vel obstet aliquid. v. g. Scriptura sacra non aliter concilianda quàm per recursum (semper nobis auersandum) ad corruptiones textuum: vel per aliquid minùs illi conueniens, aut congruum. Hinc cõstabit sæpe dici per Scripturam, talem *incepisse regnare*: quod tamen non erit intelligendum, post mortem patris, sed iam antè, cum ipso patre viuente.

V. QVÆRI potest. Quandò Scriptura dicet, talem annô tali *regnare cœpisse*, & *tot annis vel mensibus regnauisse*: an intelligendum sit eum regnasse tot annis, vel mensibus, etiam à tempore quô *primùm* incœpit regnare? v. g. cum patre: an autem aliter?

RESPONDETVR. Regulariter intelligendum esse aliter quam cùm patre: nisi cogens vel magis conueniens aliquid obstet. Dico, intelligendum esse aliter. Quia si summa totalis, vel etiam pro maximâ parte, mensium, aut annorum, quibus simpliciter aliquis regnasse dicitur, comparata cum aliis, absorberetur: frustrà per Scripturam adducta videretur. Hinc constabit, sæpe filios regnare cœpisse viuis adhuc patribus: quorum tamen filiorum anni summati per Scripturam, erunt intelligendi quibus regnarunt patribus mortuis.

VI. QVÆRI potest. Quandò Scriptura dicet talem regnasse, vel regnare cœpisse, *tali annô alterius* regis talis: annon *annus ille* regis, quô dicitur alter regnasse, vel regnare cœpisse, posset intelligi de anno *completo*, seu de anno post talem annum nominatum incipiente?

RESPONDETVR. Hoc secundùm nos, vel potiùs secundum vera iamque stabilita principia, non debere dici. Quoniam vsitatus loquendi modus, tùm Scripturæ sacræ, tùm Ciuilium, nunquam aliter fert, quàm cùm dicimus annô tali, vel talis, tale quid est factum, annum eiusmodi nominatum intelligi de *incœptô* tantùm, non autem de completo. Nam quis vnquam in vsu seruauit, vt cum dicitur, annô v. g. quartô regni Henrici quarti, christianissimi Galliarum regis, tale portentum euenit: vel annô tali sui regiminis, talem victoriam ipse reportauit: vel denique annô tali sui regni, fuit occisus; hæc intelligantur non de tali *præcisè* anno sui regni, seu de anno intrà quem tale quid euenit, quod idem est ac de incœpto: sed de alio, proindéque de sequenti, vel de præcedenti? Et quamuis in vsu disputantium quandóque sermo ferat alium sensum: hoc tamen nihil obest vsitato semper Scripturæ vel Ciuilium modo: saltem iuxtà nos, & authores communiùs, propter probationes conuenientiores quibus stamus. Illud enim fit quoniam iam apud disputantes receptum est, vt in huiusmodi formis tractandi, sensus ille nonnunquam admittatur, præsertim quandò per euidentiam vel circunstantias discursus, constat apud legentes omnes de huiusmodi sensu. Hoc autem in ciuilibus non: adeóque nec in Scripturis sacris: prout visum fuit in præcedentibus. Vide etiam quæ dicta sunt §. 16. & 22. Alioqui sanè turbaretur multùm chronologia, præsertim in annis regum Iuda, in quibus sæpissime traduntur regnasse reges Israël, ipsique rursus reges Iuda regnasse in annis regum Israël: vtróque autem modò statuerentur quidam hiatus inter ipsos reges Iuda. Denique quandònam vnus vel plures anni, deberent sumi pro completis, vel incœptis, penderet potius ex libero cuiuslibet arbitrio, quàm ex vero vel rationabili fundamento. Propter hæc nonnullas sententias omittemus in sequentibus difficultatibus, quæ specialiter referri possent ex Tostato: quatenùs aliquas solum ille difficultates dicendo, quòd cum Scriptura loquitur sic, *annô* tali talis regis regnauit talis alter rex, illa verba, *annô* tali, dicunt nô annû incœptum, sed completum, vel aliàs dicunt annum incœptum, qui sequitur annû per Scripturam memoratum. Hoc enim non fuit hactenus vsitatum, nisi secundùm paucos, & vnico tantùm in loco, nimirùm in anno sexcentesimo vitæ Noe: sed etiam refutatos in hoc per authores reliquos. Quid quòd etiamsi Pererius in Gen. sit sententiam illam sequutus: tamen in Dan. 11. q. 7. sub 5. sent. seu à pag. 697. fin. nostram hanc ipsemet sequitur & docet? Quanquam, inquit, pag. 698. post init. ferè Scriptores tàm sacri, quàm prophani, cùm aiunt euenisse aliquid, hoc vel illô annô alicuius principis, intelligi volunt non expletum, sed inchoatum tantummodò, &, vt vulgò loquimur, currentem annum. Verùm sufficiant hoc locô regulæ prædictæ, necnon quæstiones per eas resolutæ. Si quid enim speciale magis aliquid amplius requisierit: tractabitur inferius, in singularibus suis locis.

ITAQVE,

Itaque, quod addit Genebrardus dicens: Nec tamen desinemus vtramq; conferre, ac nodos exorientes in curiosorū gratiam dissoluere, si quis melius, hic vitulam consequatur, vel saltem diuidat: hoc, inquā, ostendens, rem, etsi difficilem, non tamē ita protsùs impossibilem esse, quin aliquô rationabili modô possit tandem attingi: & quod præstant authores multi, variis viis: hoc nostrâ nos aggrediemur pro virili. Incipiamus.

## II. DIFFICVLTAS. CIRCA ABIA REGEM Iuda: De anno regni eius tertio: An censendus sit completus, vel incœptus, siue pro chronologia nullus.

§. 67.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 3. Reg. 15. vers. 1. & 2. Par. 13. vers. 1. *Igitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filij Nabab, regnauit Abiam super Iudam.* vers. 2. *Tribus annis regnauit in Ierusalem.* 3. Reg. 15. vers. 8. & 2. Par. 14. vers. 1. *Et dormiuit Abiam cum patribus suis, &c. regnauitq; Asa filius eius pro eo.* 3. Reg. 15. vers. 9. *In anno ergo vigesimo Ieroboam regis Israël, regnauit Asa rex Iuda.* Ab anno decimooctauo Ieroboam, quô regnare cœpit Abia, ad vigesimum eiusdē Ieroboam, quò regnare cœpit Asa, non est possibile reperiri tres annos cūpletos. Nam detur Abiā incœpisse regnare primâ die anni decimioctaui Ieroboam, & regnasse vsq; ad penultimam anni vigesimi eiusdē Ieroboam: imò dummodò concedatur vel vna hora intrà vigesimum Ieroboam, quâ cœperit Asa regnare: non potest dici 3. annos fuisse cōpletos in eo rege, qui regnauerit à decimooctauo, ad vigesimū, intrà quē alius regnare inceperit.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Annum tertium Abiæ regis Iuda, cēsendum esse completum.

Ita Genebrardus, Pererius, Baradius, Gordonus, & alij innumeri. Qui omnes, non aliter probant suam sententiam, nisi quòd supponunt eam ex ratione generali superiùs positâ §. præcedenti.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd Ieroboam non regnare ceperit, nisi aliquô tempore, vel quibusdam mensibus, postquàm incepit Roboam.

Probatur. Ex 3. Reg. 12. vers. 1. & 2. Par. 10. vers. 1. *Venit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Israël ad constituendum eum regem.* vers. 2. *At verò Ieroboam filius Nabat, cum adhuc esset in Aegypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto.* Hoc quod ibi dicitur de *auditâ morte* Salomonis, ostenditur 2. Par. 10. vers. 2. intelligi etiam, auditô quòd cógregatus esset Israël ad constituendū Roboam regem. Nam postquàm dictū est. vers. 1. *Profectus est autem Roboā in Sichem: illuc enim cunctus Israël cōuenerat vt constituerent eum regem,* subiungitur immediatè vers. 2. *Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Aegypto, (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim reuersus est.* Illud, *Quod*, refertur ad totū quod anteà dictū est. Imò verò volunt aliqui, quos indicat Tostatus in hunc locum, iam tunc cùm reuersus est Ieroboam de Ægypto, Roboā fuisse constitutum regem à populo: quamuis non probetur hoc Tostato. Verùm quidquid de hoc sit, cùm sit probabilius Scripturam dicendo 3. Reg. 11. vers. 43. fin. & 2. Par. 9. vers. 31. fin. *Regnauitq; Roboam filius eius pro eo*, & Reg. 14. vers. 21. fin. & Par. 12. vers. 13. fin. *decē & septem annos regnauit in Ierusalem*, cōputare tùm regnum, tùm annos regni eius, à morte patris, nec solum à tempore quô cōstitutus, seu confirmatus fuit (si fuit) rex à populo: quod omninò verum est, si concedatur eum nunquam fuisse regem à populo constitutum seu confirmatum: vtiq; hac ex parte cōstat, Roboam & Ieroboā non regnare cœpisse simùl. Nam inter congregatum Israël, monitū Ieroboā, & reuersum eūdem Ieroboam ex Aegypto, necesse est fluxisse aliquod tēpus. Intrà autē illud tempus, Roboam iam erat rex, saltem per successionē: Ieroboam verò nullatenùs.

Rursùs 3. Reg. 12. vers. 3. *Miserúntque & vocauerunt eum: venit ergò Ieroboam, & omnis multitudo Israël, & locuti sunt ad Roboam, dicentes:* vers. 4. *Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis:* &c. vers. 5. *Qui ait eis: Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me,* &c. vers. 12. *Venit ergò Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia,* &c. vers. 13. *Respondítque rex populo dura,* &c. vers. 16. *Videns itaque populus quòd noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israël, nunc vide domum tuam Dauid* (id est, vt dicitur Par. 10. vers. 16. *tu autem pasce domum tuam Dauid*) *& abiit Israël in tabernacula sua.* vers. 17. *Super filios autem Israël, quicumque habitabant in ciuitatibus Iuda, re-*

gnauit Roboam. vers. 18. *Misit ergò rex Roboam Aduram, qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. Porrò rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem:* vers. 19. *recessitque Israel à domo Dauid vsque in præsentem diem.* Inter hæc etiã necesse est fluxisse aliquod tempus, & inter illud similiter tempus Roboam fuit rex, saltem per successionem: Ieroboã verò non, sed solummodò primatius quidam (qualis erat sub Salomone) qui tanquam præcipuus duxerat alios regi supplicaturos.

A

Rursùs vers. 20. *Factum est autem, cùm audisset omnis Israel, quod reuersus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel,* &c. Inter hæc denique effluxit etiam aliquod tempus. Ergò Roboam & Ieroboam, non cœperunt regnare simul. Vnde non meritò dixerit supra Genebrardus, idem temporis esse punctum: non meritò quoque tot alij fecerint concurrere annos eorum ex æquo.

B

Quòd si dixeris, hæc omnia fieri potuisse duobus aut circiter mensibus: quoniam Aegyptus erat vicina Palestinæ, proindéque Ieroboã potuisse citò moneri de morte Salomonis, & de congregatione multitudinis ad confirmandũ Roboamum in regem, citoq; aduolare præsentem extiturum illis comitus.

C

Respondebitur. Ista quidem hâc ex parte non repugnare: sed neq; etiã repugnare, potiùs Scripturæ magis conueniens esse, plures menses in his omnibus fuisse transactos: præsertim ob congregationem comitiorum generalium totius populi, quæ non solet fieri paucò tempore, quamq; etiam tradit Tostatus in 2. Par. 10. q. 1. non factã quin priùs actæ fuissent exequiæ Salomonis, eisq; fortè interfuisset totus ferè populus. Sed esto, transacti fuerint solùm 2. menses, adhuc reperiri poterit id quod prætenditur. Satis enim fuerit, quòd Ieroboam non incœperit regnare cum Roboam eòdem temporis punctò. His positis, tertium Abiæ censeri posse cõpletum

D

OSTENDITVR I. Per respectum ad annos Roboam. Nam dató quòd Roboam regnasset 21. annos, certum est quòd vigesimus Ieroboam concurrisset saltem aliqua ex parte cum illo vigesimoprimo qui fuisset Roboam. His etiam positis, certũ est quòd primus Asa potuerit incipere vigesimo Ieroboam, qui tamen fuisset vigesimus primus Roboam. Sic autem reperientur 3. completi pro Abia. Nam à decimoseptimo Roboam, ad vigesimumprimum eiusdem, sunt 3. anni, seclusis extremis. Ergò non repugnat 3. Abiæ censeri completos.

E

OSTENDITVR II. quadam aliâ viâ, scilicet, Per respectum ad annos mundi. Annus primus Roboam, secundùm probabiliorem computationem, est mundi termillesimus quinquagesimus quintus, & incipiens in eo, totus aut ferè totus concurrit cum illo. Primus autem Ieroboam incipit quidem in eodem mundi anno: sed non concurrit totus aut ferè totus cum eo, verùm cum termillesimo quinquagesimosexto. Hoc pactò, prout aliquomodò videre erit in infrà subijciendo exemplari, vigesimus Ieroboam concurret cum anno mundi termillesimo septuagesimoquinto. Primus Asæ incipiat in illo termillesimo septuagesimoquinto, non desinet incipere in vigesimo Ieroboam, quod satis est ad Scripturam facientem tradentem; & tamen inter primum illum Asæ, & decimumseptimum Roboam, reperiuntur tres anni completi, nempe 30, 2. 3073. & 3074. qui tributi fuerint Abiæ.

OSTENDITVR. III. quadam aliâ viâ. Detur primum Abiæ incœpisse primâ die anni decimioctaui Ieroboam, & tertius Abiæ finiat in penultima vigesimi Ieroboam: primus autem Asæ incipiat in die vltima Ieroboam. Ecce, Asa incœperit in vigesimo Ieroboam secundùm Scripturam, & tres Abiæ erunt integri, ad diem vnam propè, vel ferè diem vnam. Atqui quandò multi alij dies relinquuntur, qui supplere possunt vnam, dici non debet annum aliquem non censendum esse completum, propter defectum vnius diei. Siquidem modicus defectus vnius, potest suppleri per modicum, multóque magis per magnum excessum alterius: idémque est proportionaliter dicendum pro pluribus diebus in vno anno deficientibus, si multi reperiantur in vno alio, vel in multis alijs, qui supplere possint vices istorum deficientium.

II. ARGVMENTVM. Petitur, ab annis Nadab filij Ieroboam regis Israel. Nam si tres Abia non censeantur completi: nullus Nadab erit completus. Ostenditur. Nam tunc primus Asæ concurret cum tertio Abiæ, termillesimo septuagesimoquarto mũdi, & vigesimo Ieroboam: secundus Asæ cum termillesimo septuagesimoquinto mũdi, & vigesimoprimo Ieroboam: tertius Asæ cum termillesimo septuagesimosexto mundi, & vigesimo secundo Ieroboam. Atqui primus Baasa, qui incœpit tertiò Asæ, concurret cum vigesimosecundo Ieroboam. Hoc modò inter vigesimumsecundum Ieroboam, siue completum, siue tantùm incœptum, & primum Baasa, non erit locus quò possit vnus Nadab censeri completus. Atenimuerò Scriptura non tribueret duos annos Nadab, si primus saltem eorum non fuisset completus. Siquidem secundus nunquàm solet numerari, nisi quandò primus fuerit consummatus: de quâ re posteà fusiùs. 2. Arg.

QVOD SI dicas. Secundum annum Na-

dab censeri posse completum, licet non in se, tamen cum initio primi Baasa, qui tamen censeri poterit completus in quarto Asæ, sicque reliqui anni eius, in reliquis sequentibus. Imò verò sic videri concedendum esse, quoniam primus Baasæ, non potest computari completus, nisi post tertium Asæ, quò tantum incipit: adeoque nisi tantùm intrà quartum eiusdem Asæ; sic autem poneretur inter Nadab & Baasa reges Israel, hiatus vnius anni non necessarius, proinde non admittendus: vel sic ponetur vnus annus excedens in serie Israel.

RESPONDEBITVR. Hoc quidem (vt & similia) non repugnare quantùm est in se: repugnare tamen, vel certè nullatenus videri probabile, hôc locô in Baasa. Quoniam cum vigesimusquartus Baasæ neque fuerit, neque censendus sit, vt dicetur infrà, completus pro chronologiâ regum Israël, proindéque positô quòd obiicitur, seruiisset tanquàm incompletus ad complendum vigesimumquartum eius: vtique non fuisset à Scriptura memoratus. Dicere verò vigesimumquartum illum sic posse cogitari protractum, vt & seruierit ad complendum vigesimumtertium, & tamen habuerit adhuc aliquid plùs, propter quod fuerit à Scripturâ memoratus: hoc, inquam, & cogitatum fuerit gratis, & non conueniet Scripturæ rationabiliter, quæ credenda non est voluisse bis annum illum computare; vel certè non credenda voluisse eum memorare, si iam illum ipsum impendisset, ad complendum vigesimumtertium sibi præcedentem. Quidquid sit reijcietur hoc ex dicendis infra sub 2. sententiâ: omnino verò quandò tractabitur de annis Achab regis Israël, & Ochoziæ ac Ioram filiorum eius.

QVOD SI quæras vndenam sumetur excessus ille, quò tertius Abia, etsi non in se, tamen in ratione chronologiæ fuerit completus?

RESPONDEBITVR, in materia præsenti, posse illum sumi vnô vel alterô modô. Primò, in anno decimooctauo Roboam. Si enim concedatur, vt ab omnibus conceditur, 17. annos Roboam fuisse completos: vtique conceditur, 18. eius fuisse inceptos. Itaque dies vel menses, qui reperiuntur in decimooctauo Roboam adiuncti diebus, qui desiderantur in tertio Abia, sufficiunt ad faciendum vt tertius Abia, etiamsi non fuerit in se completus, attamen ad minus per respectum ad annos mundi, censeri debeat completus pro chronologia. Secundò, sumi potest ex initiis anni primi Asa. Nam v. g. detur tertium Abia fuisse valdè productum, feréque completum, potuit censeri penitus completus per initia anni primi Asa: primus autem Asa quamuis iam quoad initia sui breuiatus, per, vel intrà tertium illum Abiæ, tamen potuit rursùm compleri per initia sui secundi, sicque sequentes reliquis conformiter: quorum notanter vltimus completus, quem quadragesimumprimum dicunt communiùs, completus fuerit per initia quadragesimisecundi, licet à Scripturâ sacrâ non memorati.

II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Annum tertium Abiæ regis Iuda non esse censendum completum pro chronologiâ, sed tantùm inceptum, siue nullum. 2. Sent. Annus 3. Abiæ non completus.

Ità videri possunt Temporarius lib. 2. fol. 149. pag. 1. Torniellus an. 3079. num. 1. & in tabulis sequentibus pag. 158. aliique multi.

PROBARI potest hæc sententia duobus argumentis. Probat.

I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo, quòd stabilitò semel annum tertium Abiæ non fuisse completum in se; nulla sit ratio propter quam censeri possit cōpletus contrà stabilitū illud, quod adeò manifestè probatū fuit ex Scripturâ. Nam annum quidem tertium Abiæ non fuisse completum in se, manet euidens ex fundamento difficultatis: necnon ex deductis sub sententiâ præcedenti, quæ non aliâ de causâ fuerunt ita longiùs deducta, quàm quia tertium illum annum agnoscit in se non fuisse completum. Hôc autem ità stabilitô per Scripturam, quòd nulla sit ratio propter quam idem annus tertius censeri possit completus, per se constat: quoniam nulla reperiri potest æquè clara vel euidens, aut etiam magis conueniens in Scripturâ, ac stabilitum illud ex eâ. Nam siqua sit quæ proferri possit, maximè, vel etiam sola hæc est, quod Scriptura sacra memorauerit annum illum in summatione suâ, quam fecit annorum quibus regnauerit Abia. Sed hoc non esse satis istô locô patet; quia Scriptura sacra memorat æquè plures annos in regibus Israël, quos tamen conueniunt omnes, ac ipsemet Genebrardus, non esse censendos completos. Sed & plurimos alios volunt permulti grauésque chronologi memoratos pro regibus Iuda, rursúmque pro regibus Israel, quos tamen iidem nolunt reputandos completos, proùt videbitur cum agetur de Ioram rege Iuda, necnon aliô Ioram rege Israel, & de Amasia rege Iuda, & Ioas rege Israël, nonnullisque aliis in sequentibus. Non igitur hæc ratio quòd Scriptura sacra memorauerit annum tertium Abia, præualere debet suprà dictô per eam clarè stabilito, quòd annus tertius Abia non fuerit in se completus: proindéque meritò contendi potest Scripturam magis fauere huic sententiæ, quàm alteri: meritóque

1 Arg.

probationem istam ex eà petitam, obstare quominùs simplex illa memoratio tertij anni Abiæ præponderet.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à conciliatione generali faciendà annorum regum Iuda & Israël, ab initiis vtriusque regni, ad regna Athaliæ reginæ Iuda, & Iehu regis Israël. Nam conuenit apud omnes, idem aut fere idem esse principium regni Roboam & Ieroboam, & vtut sit de puncto tẽporis, quô cœperit vtérque regnare, conuenit apud omnes diuersitatem quæ reperitur in hoc, nihil importare quantùm ad aliquos annos, multiplicandos, vel minuendos. Conuenit item apud omnes, éstque notum in Scriptura, idem esse principium regni Athaliæ & Iehu. Computentur omnes anni per Scripturam memorati pro regibus Iuda, nimirum 17. Roboam, 3. Abia, 41. Asa, 25. Iosaphat, 8. Ioram, & 1. Ochoziæ, reperientur 95. Computentur omnes per Scripturam memorati pro regibus Israel, nimirùm 22. Ieroboam, 2. Nadab, 24. Baasa, 2. Elæ, 12. Amri, 22. Acab, 2. Ochôziæ, & 12. Iorani: reperientur 98. Vt coæquentur, sunt vel addendi nonnulli pro parte regum Iuda præter memoratos à Scripturà, vel minuendi nonnulli pro parte regum Israël, quantúmuis à Scripturà memorati. Non autem sunt addendi pro parte regum Iuda, secundum quod conueniunt omnes, & stabilitum fuit sub regulis & quæstionibus generalibus §. præcedenti. Ergò sunt minuendi pro parte regum Israel, secundum etiam quod de tribus fassus est Genebrardus. At quosnam quæso dicet esse minuendos? & quánam ratione potius aliquos quàm alios? Nam reperiuntur plus tribus, qui non fuerint in se completi, nimirùm vigesimussecũdus Ieroboam, secũdus Nadab filij eius, vigesimusquartus Baasæ, secundus Elæ filij eius, & denique duodecimus Amri. Hoc non minus euidenter probabimus ex Scripturà sacrâ proprijs locis, quàm probatũ fuit tertiũ Abiæ non fuisse completum in se. Siquidem, exempli gratià sit, de Baasa, quòd cùm regnare cœperit annô tertiô Asa, 3. Reg. 15. vers. 28. & 33. mortuus est annô eiusdem Asæ vigesimosextô, prout manifestè colligitur ex cap. 16. vers. 8. vbi filius & successor eius Ela regnat annò vigesimosextô Asæ. Constat idem de anno secundo Ela, & de duodecimo Amri. Siquidem, exempli gratià sit, de Ela, quod cùm regnare cœperit annò vigesimosextò Asæ, ex 3. Reg. 16. vers. 8. mortuus est annò vigesimoseptimô eiusdẽ Asæ, prout asseritur ibidem cap. 16. vers. 20. cum verbis expressis dicitur occisus a Zábri annò vigesimoseptimò Asæ, rursúmq; colligitur ex vers. 15. vbi Zambri regnat annò vigesimoseptimò Asæ. Cõstabit idem de duodecimo Amri suô locô: hic enim ista sufficiũt. Certè nulla ratio reddi poterit valida, quare de quinque minuantur solum tres, & de iisdem quinque tres hi, potius quàm tres illi. Cùm ergò de his nulla ratio vera possit assignari, nisi quia non fuerunt in se completi: profectò valere debebit eadem ratio, quandocúmque reperientur aliqui, quos ex Scriptura constiterit in se non fuisse completos. Atqui constat ex Scripturà tertium Abiæ non fuisse completum in se. Ergo neque debet pro completo censeri. Et vt interim dum idem probetur manifestè de quadragesimoprimo Asa, habeatur per anticipationem exnunc arridens istius difficultatis conciliatio, demantur tertius Abia, & quadragesimusprimus Asa, rectè quadrabunt omnia; non demantur autem, nunquàm scientifice conciliabitur difficultas illa. Nam computa sic annos regum Iuda completos, 17. Roboam, 2. Abia, 40. Asa, 25. Iosaphat, 8. Ioram, & 1. Ochoziæ, reperies 93. Computa similiter completos regum Israel annos sic, 21. Ieroboam, 1. Nadab, 23. Baasa, 1. Ela, 11. Amri, 22. Achab, 2. Ochoziæ, & 12. Ioram, reperies pariter 93. Sunt igitur illi anni conuenientius hoc modo concedendi.

Quod vt pleniùs adhuc intelligatur, proponamus modum, qui prætenditur per Genebrardũ, aut alios, quasi paucis & conciliatiuus illius difficultatis, & conseruatiuus seu computatiuus omnium annorum regum Iuda per Scripturam memoratorum, videlicet, per singulares aliquas conciliationes annorum in supratacta generali cõciliatione contentorum, intra principia regnorũ Roboam & Athaliæ, Ieroboam & Iehu, de quibus conuenit apud omnes. Incipe primum a primo Roboam, vsque ad vigesimumsextum Asæ, quò dicitur Ela regnasse 3. Reg. 16. vers. 8. Computatis omnibus, & non inclusô vigesimosextô Asæ reperies in regibus Iuda 45. nempe 17. Roboam, 3. Abiæ, & 25. Asæ. Idem fac a primo Ieroboam vsque ad primum Elæ, qui regnauit anno vigesimosextô Asæ. Computatis omnibus, & non inclusò primo Elæ, reperies in regibus Israël 48. nempe 22. Ieroboam, 2. Nadab, & 24. Baasæ. Sunt ergo demendi tres ex parte regum Israel. Porrò non potest conuenienter dici neutrum ex duobus Nadab fuisse completum. Nam neque Scriptura sacra, neque ciuilia, solent vnquam alicui tribuere plures annos in serie, quorum nullus fuerit cõpletus. Demendi sunt ergo vigesimussecundus Ieroboã, secũdus Nadab, & vigesimusquartus Baasa. Et tunc quidẽ eoúsq; numeri quadrare videbũtur. Prosequere à vigesimosexto Asæ, hic inclusiuè sumendo, vsq; ad initia regni Athaliæ. Computa reliquos 16. Asæ, 25. Iosaphat, 8. Ioram, & 1. Ochoziæ: hi faciunt 50. Similiter à primo Elæ, hic inclusiuè

sumendô, vsque ad initia regni Ichu. Computa 2. Elæ, 12. Amri, 22. Achab, 2. Ochoziæ, & 12. Ioram, hi pariter facient 50. Atque ità rursùs coûsque numeri quadrare videbuntur absque tantis intricationibus. At imprimis non attenderetur, vigesimumsextum Asæ debuisse computari sub priori numeratione; quoniam cùm Baasa regnare cœperit annô tertiô Asæ, & regnauerit 24 saltem incœptis, tùm vigesimustertius, tùm vigesimusquartus eius, incurrunt in vigesimumsextum Asæ, proindéque cum eo totò ferè concurrunt, itaût primus Elæ non possit conuenienter incipere, nisi circà finem eius: inde fit, vt sicut in posteriori numeratione primus Elæ debet includi, sic in priore vigesimussextus Asæ. Deinde, & quod præcipuum est, sic tunc postulo, quænam sit ratio formalis & prior, propter quam in numeratione primâ dempseris vigesimumsecundum Ieroboam, secundum Nadab, & vigesimumquartum Baasa: certè non aliam reddere poteris, nisi quia non fuerunt in se completi. Nam si fuissent in se completi, non potuissent pro non completis censeri. Ergò vis & prima radix istius prætensæ conciliationis in eo consistit, quòd Scriptura sacra manifestè doceat, annos illos in se non fuisse completos. Arqui Scriptura sacra manifestè docet idem de secundo Elæ, & de duodecimo Amri. Quare ergò non æquè demuntur, nisi quia sic non placet? Nam recurrere ad seriem regum Iuda, quæ dicatur non esse minuenda, vel quam voluerit Deus esse certam illô modô sumptam: vtique fuerit petitio principij, vel assertio pariter pro libito facta, quia sic placet. Obstabit interim ratio formalis & prior, seu vis & prima radix istius prætensæ conciliationis, quòd Scriptura sacra manifestè doceat, annum tertium Abia, & quadragesimumprimum Asa, non fuisse completos in se, proindéque esse demendos. Dicere verò rationem illam esse sufficientem, quòd Scriptura sacra memorat omnes illos annos regum Iuda, pugnabit aduersùs hunc ipsummet modum. Nam tunc obsistetur: omnes igitur annos regum Israël, esse pro completis computandos; siquidem æquè Scriptura sacra memorat omnes illos. Quod si tandem eò deducaris, vt dicas, omnes quidem annos regum Iuda pro completis esse computandos, non autem omnes regum Israël; quis non videat, assertionem huiusmodi per seipsam corruere, tanquam merè gratis & ad placitum confictam?

Vnum fortè restabit tibi dicendum, nimirùm quandò fuit actum de annis vitæ Patrum, necnon post eos regiminum, sub prioribus Periodis, semper annos per Scripturam memoratos, fuisse pro completis habitos: idem ergò dicendum esse de regibus Iuda, secundum quod penès eos principaliter attenditur series chronologiæ, prout etiam concessum fuit sub regulis generalibus §. præcedenti.

Verum, respondetur parem non esse hôc locô rationem. Nam in serie priorum illorum, tum patrum, tùm regnantium, Scriptura sacra nullos indicauit annos non in se completos; hîc autem contrà, secundùm etiam consensum ipsorummet authorum aduersantium. Quapropter cùm Scriptura sacra nos æquè doceat, annum tertium Abia, & annum quadragesimumprimum Asa, non esse in se completos, ac tot alios regum Israël: vtique nos etiam docet, eos nun esse pro completis reputandos.

Ad id autem quod iungebatur, modum illum paucis verbis & absque tantis intricationibus omnia conciliare: Respondetur, idem conuenire nostro huic modo: sed maiori multùm cum ratione; quoniam singula discutit, non autem cœcatim omnia simùl soluit. Nam quid facilius, & absque intricationibus, quàm tollendos cunctos annos, qui per Scripturam manifestè comperiuntur non esse completi? Sed quid conuenientius, quàm nihil in medium proferre, quod non sit ex Scripturæ sacræ visceribus depromptum, & cum singulis obicibus exactè collatum, non autem quicquid obuium & apparens, quamuis indiscussum?

1. Obiect. OBIICIES I. Ne hôc modô cuncta rectè conciliari, sed ex eis sequi, nullos Nadab censendos esse completos, si dematur, inquam, tertius Abiæ. Nam cùm Nadab regnauerit annô secundô Asæ, & Baasa tertiô eiusdem Asæ: si computes 17. Roboam, 2. Abia, & 2. Asa, habebis tantùm 21. completos. Atqui solus Ieroboam regnauit ad minùs 21. completos: & hos productiùs extensos, quam illos; quandoquidem non æquè citò regnauit ac Roboam. Ergò nulli restant Nadab pro completis reputandi.

Respons. RESPONDETVR. Aduertendum esse, quamuis Ieroboam non æquè citò regnauerit ac Roboam, tamen decimumoctauum incœptum Roboam, rursúmque tertium incœptum Abia, fieri causam, quòd sequentes anni, v.g. primus & secundus Abia, necnon primus & secundus Asa, suâ vice productiùs extendantur, quàm anni Ieroboam secundùm aliquid sibi correspondentes. Vnde quamuis decimusseptimus Ieroboam cucurrerit antè decimumseptimum Roboam, & intrauerit in decimûoctauum incœptum eius: tamen decimusoctauus ille Roboam incœptus potuit attingere coæquatè, vel etiam superare, decimumseptimum Iero-

boam: proindéque primus Abia præcurrere A decimumoctauum Ieroboam, & intrare in decimumnonum eius: rursúmque tertius incœptus Abia longiùs adhuc præcurrere. Hôc pactò cùm primus Abia concurrerit ferè totus cum decimonono Ieroboam, & secundus cum vigesimo, primus item Asæ cum vigesimoprimò Ieroboam, & secundus cum vigesimo secundo tantùm incœpto; facile concipi potest, quomodò Nadab incipere potuerit, post mortem Ieroboam, in anno secundo Asa, & annus eius primus fieri completus in tertio Asa: rursúmque secun- B dus eius tantùm incœptus, in eodem tertio Asa finiri: tandémque nihilominùs in eodem tertio rursùs incipere primum Baasa, qui cùm ferè totus concurrerit cum quarto Asa, proindéque in eo cōpletus fuerit, propterea sit ab eo propriè computandus, vel meliùs in exemplari è regione eius reponendus. Et hæc atque his similia sint seriò pro sequentibus notanda. Qui namque talia non rectè perpenderit, in plurimis facillimè deceptus fuerit.

2. Obiect. OBIICIES II. A singularibus conciliationibus intrà conciliationem generalem superiùs habitam faciendis. v. g. computando à primo Roboam vsque ad vigesimumsextum Asa, & à primo Ieroboam vsque ad primum Ela, vigesimosextò Asa, & primò Ela, prout conueniens est, exclusis, quia nimirùm Ela regnare cœperit in vigesimosexto Asa, proindéque cum illo concurrerit, siue cum eo correspondere putandus sit. Nam 17. Roboam, 2. Abia, & 25. Asa, sunt 44. At 21. Ieroboam, 1. Nadab, & 23. Baasa, sunt 45.

Respons. RESPONDETVR. & iam obiter fuisse D monitum, annum vigesimumsextum Asæ non esse tunc exclusiue sumendum, sed solum Elæ primum: & hùc recurrere, quod dictum fuit sub præcedenti responsione non esse segniter aduertendum, circà præcurrentias annorum, modò his modò aliis tribuendorum. Nam cum Baasa cœperit annò tertiò Asæ, & vigesimustertius eius incurrat in vigesimumsextum Asæ, cúmque Ela cœperit intrà eundem vigesimumsextum Asæ, proinde necessum sit vigesimūquartum incœptum Baasa simul incurrisse in vigesi- E mumsextum Asæ: propterea necessum etiam est dicere, sic Ela cœpisset annò vigesimosextò Asæ, vt tamen ferè totus concurrerit cum eius vigesimoseptimo, proindéque sit in eo tantùm pro completo reputandus. Hoc igitur pactò, vigesimussextus Asæ numerandus est cum præcedentibus, non autem primus Elæ, sícque numeri quadrant optimè. Quod confirmare est ex sequentibus, vsque ad Athaliam & Iehu. Nam reliqui 14. Asæ, 25. Iosaphat, 8. Ioram, & 1. Ochoziæ, faciūt 48. Consimiliter 1. Elæ, 11. Amri, 22. Achab, 2. Ochoziæ, & 12. Ioram, faciunt 48. Proptereà monemus iterùm hoc esse valdè notandum, & in sequentibus memorandum, vt ampliùs non sit opus in singulis illud propónere.

Nec moueat, quòd in infrà subiiciendo exēplari, nonnunquàm anni quorundam regum reponantur è regione aliorum, intrà quos tamen incœperint tantùm. Non enim proptereà semper sunt cogitandi, quasi concurrere habeant cum illis toti, quamuis nec propterea hiatū relinquant. Nam aliundè, computantur vbi conscribuntur, vel quia trahunt secum præcedentes incompletos: vel quia considerantur quatenus compleri secundùm extensionem suam totam, quæ quamuis incidere videatur, quoad sui complementum, in alium annum alterius, in quo tantùm incœperint, tamen tunc non ampliùs ità spectantur, sed secundùm quod sunt vel in se, vel in respectu ad prædecessorem, vel denique secundùm quod ad annos mundi referuntur.

Non moueat etiam quòd quandoq; nonnulli anni reponantur prorsùs extrà regio- C nem eorum, in quibus incœperint, vel cum quibus concurrerint, vel in quos desierint. Nam nihilominùs facile fuerit cogitare, quomodò ex aliqua sui parte cum illis commercium habuerint; quoniam illi anni, licet per numerum simplicem, & vnicum tantùm locum occupant, reponantur in exemplari: tamen habent sua initia, media, & fines, & vnò verbò plurimos menses & dies, per quos extenduntur, & pluribus etiam annis per plures eorum partes communicantur. Quod præsertim erit attendendum, quandò tractabitur de Iosaphat, & Achab, de vtroque Ioram, & de vtroque Ochosia, conciliandis.

Non etiam est prætermittendum, quòd quia possibile non est fracturas annorum punctuatim attingere, proindéq; nec semper quinam anni præcurrant, & quinam subsequantur, quoniam in quolibet vel nouo regnante, vel alio desinente, variatio fieri potest, ob annos incompletos, modò longiores, & modò breuiores: proptereà non esse nimium, præsertim nondùm exercitatis, singularibus istis conciliationibus insistendum, sed satis esse si vacetur generalibus, & in eis tanquam notabilibus metis instituantur mensurationes annorum sub ipsis residentium. Hoc autem, si nihil aliud esset, præstitimus sufficienter in annis Roboam & Ieroboam, vsque ad Athaliam & Iehu. Præstabitur tamen æquè doctrinaliter in reliquis.

OBIICITVR III. Nullam reddi rationem, quare duo anni Ochoziæ regis Israël, fuerint potius in se completi, vel pro com- 3. Obiect.

pletis in chronologiâ recenſendi, quàm duo Nadab, & duo Ela, vel etiam vigeſimusſecundus Ieroboam, vigeſimusquartus Baaſa, & duodecimus Amri.

Reſponſ. RESPONDETVR. Hoc eſſe demonſtrandum propriô loco. Sufficiat nunc, Scripturam ſacram non id docere de Ochozia rege Iſraël, ſicut docet de alijs.

Ad argumenta 1. Sent. Et per hæc patent reſponſiones ad argumenta ſententiæ præcedentis.

Pro quibus tamen ſoluendis, illud eſt notandum, nullatenùs nobis eſſe probabile, quoſdam annos vltimos regum incompletos, apud Scripturam ſacram cenſeri completos per initia primorum ſequentium, ſeu primos ſequentium ad vltimos trahi præcedentium. Nam imprimis, iuxtà conſenſum omnium, Scriptura ſacra hucuſque ſemper inſinuauit, potiùs vltimos incompletos præcedentium, ad primos trahi ſequentium. Deinde, ſi Scriptura ſacra primos annos ſequentium traxiſſet ad vltimos præcedentium, illi primi anni non erant aſſignandi ſecundùm initia ſui, locis annorum regum corregnantium, quibus aſſignantur: ſed erant aſſignandi locis alijs, à quibus computarentur. v. g. non erant initia primi Aſa, aſſignanda vigeſimo Ieroboam, quoniam impenſa fuiſſent complendo vltimo Abia, ſicque de plurimis alijs: omnium maximè, quandò ſimpliciter *incœpiſſe* dicuntur tali annô talis regis. Præterea, hoc locum habere non poteſt, in annis regum Iſraël, quorum vltimi fuerunt in ſe incompleti. Nam ſi primi, v.g. Nadab, & Ela, fuerût tracti per initia ſui ad vigeſimum ſecundum Ieroboam, & vigeſimumquartum Baaſa: debuerunt eorum ſecundi ſimiliter trahi ad complendos ſuos primos. At ſi tracti fuerunt ad complendos alios, qui fit credibile quòd memorati fuiſſent à Scripturâ ſecundùm aliquam ſolúmodò ſuam, & modicam, partem? Hoc enim eſſet quaſi bis illos memorare, ſiue bis computare: quod de incompletis in ſe quis ſibi perſuadebit? Ampliùs, ſed neque hoc locum habere poteſt, in annis tùm regum Iuda, Abia, & Aſa, tùm iterùm regum Iſraël, Ieroboam, Nadab, Baaſa, & Amri, quorum omnium vltimi fuerunt in ſe incompleti ſecundùm ſacram Scripturam, & ſaltem trium ſecundùm authorum aduerſantium confeſſionem. Nam ſi primi v.g. Aſa, & Ioſaphat, tracti fuerunt ad præcedentes; cùm aliqua pars primi Aſa, iam fuiſſet impenſa complendo primo Abia, ſicque aliqua ſequentium omnium vnô fluxu currentium vſque ad Ioſaphat, complendis ſuis antecedentibus: pars etiam primi Ioſaphat, & rationabiliter non modica, fuerit impendenda complêdo quadrageſimoprimo Aſa, ſicque aliqua non modica ſequentium complendis ſuis antecedentibus. Hoc pactô quis

A non viderit vocari primum Ioſaphat, eum qui forſan & probabiliùs fuerit ſecundus tantû. Nam ſi pars primi quæ fingitur impēſa coplendo quadrageſimo primo Aſa, fuerit maior eius pars: tunc etiam pars ſecundi Ioſaphat, fuerit impenſa complendo ſuo primo. At tunc cùm denominatio fieri debuerit à maiori parte: contrà regulam hanc fingetur appellatus primus annus, qui pro maiori ſuâ parte fuerit verè ſecundus: & ſic de reliquis ſequentibus. Hoc autem incommodum maximè liquet in regibus Iſraël primis. Nam ſi v. g. vltimus Ieroboam. traxit initia primi

B Nadab, & primus Nadab initia ſui ſecundi, conſequenter ſecundus Nadab initia primi Baaſa, rurſùs primus & ſequentes Baaſa initia ſuorum ſequentium, proindéque vigeſimusquartus eius initia primi Elæ, rurſúmq; primus Elæ initia ſui ſecundi, ſuúſque ſecundus initia primi Amri, tandémque duodecimus Amri initia primi Achab: quis non videat in tot tractionibus non fuiſſe finaliter deuoratum totum, vel ferè totû ſi non plùs, primum Achab: ſicque pariter vocari primum eius, qui tantùm fuerit ſecundus, & reliquos conformiter? Denique, ſi locum habeat libitus iſte modus annos multiplicandi

C pro regibus Iuda: cur non habeat & locum idem modus ad multiplicandum annos regum Iſrael, ſiue ad computandum eos omnes pro completis: conſequenter alius quidam modus, vel idêmet ſuppoſitus, ad multiplicandos annos, ſi non regum Iuda, ſaltem ſeriei vel hiſtoriæ ipſorum, quem ad libitum pariter finget, ſed maiori cum apparentiâ, qui voluerit, ex vltimis omnibus regum Iſ-

D raël? Nam v.g. dixerim ego, vigeſimumſecundum Ieroboam fuiſſe completû per initia primi Elæ, & ſecundum Elæ per initia primi Baaſæ, & ſic de reliquis: vtiquenon malè concludetur inde; concedendos eſſe plures annos in regno Iuda, quàm qui memorantur à Scripturâ. Sufficerit verò dicere; non eos carere fundamentis in eâ?

DICET aliquis. Contrà vtramque ſententiam, videri facere, quòd Abia regnauerit plus quàm tres annos, tam inceptos, quàm completos, ex 2. Par. 13. verſ. 19. *Perſecutus eſt autem Abia fugientem Ieroboam, & cepit ciuitates eius*, &c. verſ. 20. *nec valuit vltrà reſiſte-*

E *re Ieroboam in diebus Abia: quem percuſſit Dominus, & mortuus eſt.* Per hoc enim oſtendi videtur, Ieroboam mortuû eſſe ante Abiam. Ieroboam autem regnauit 22. annos, & Abia regnauit à decimooctauo eius anno. A decimooctauo anno, ad ſupra vigeſimumſecundum, ſunt pluſquàm tres anni completi: ſi vigeſimusſecundus Ieroboam intelligatur completus.

RESPONDETVR illa verba, *quem percuſſit Dominus & mortuus eſt*, eſſe diſiungenda à

præcedentibus, vt sit sensus, non valuit resistere in diebus Abia, posteà autem percussit eum Dominus, & mortuus est. Nam 3. Reg. 15. vers. 7. fin. *Fuitq; prælium inter Abiam & inter Ieroboam.* vers. 8. *Et dormiuit Abiam cum patribus suis,* &c. *Regnauitque Asa filius* A *eius pro eo.* vers. 9. *In anno ergò vigesimo Ieroboam regis Israël regnauit Asa rex Iuda.* Per hęc manifestum est, Ieroboã vixisse post Abiam. Cæterum vigesimumsecundum Ieroboam non fuisse completum, ostendetur §. sequenti: vnde hac ex sola parte deficeret obiectio.

## III. DIFFICVLTAS. CIRCA IEROBOAM, & Nadab filium eius, reges Israel: De annis regni eorum: Quomodò sint computandi: & cum annis regni Asa regis Iuda, componendi?

§. 68.

Fundam. diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Scriptura sacra, sum mando annos 22. Ieroboam, & 2. Nadab, videtur ostendere, omnes & singulos illos, esse pro chronologicis & completis computandos. At si anni Ieroboam & Nadab, pro talibus habeantur: admittendum erit aliquod interregnum, siue aliquis annorum defectus in annis regum Iuda. Nam 22. Ieroboam, & 2. Nadab, facient 24. vsque ad primum Baasa qui venit in tertium Asæ: 17. autem Roboam, & secundũ vnam sententiam 2. Abiæ, & 2. Asæ, facient tantum 21. secundùm verò aliam sententiam 3. Abiæ, & 2. Asæ, facient tantùm 22. Ergò inueniendi erunt duo vel tres anni. Si autem vigesimussecundus Ieroboam censeatur completus solus, adhuc erunt inueniendi 2. vel vnus. Quod si dicatur, excludendùm esse omne interregnum à regibus Iuda, necesse erit secundum vnam sententiam neque vigesimumsecundum Ieroboam, neque duos Nadab, fuisse chronologicos, adeóque duos Nadab concurrisse cum patre secundum aliam autem, tribui quidem poterit vnus Nadab chronologicus: alterum autem eius, & vigesimumsecundum Ieroboam, necesse erit non fuisse completos.

Nos porrò, quia in regulis §. præcedenti appositis statuimus, nullos annos alicuius regum Iuda fuisse à Scriptura intermissos, siue in summis ab ea traditis, siue in quibusdam æquiualentibus eius sententiis: ideò quæstionem hanc totam ei deuoluendam supponimus, vt quæratur, an vigesimussecundus Ieroboam censendus sit completus, vel inceptus? Si enim censeatur completus, consequens est nullum annorum Nadab esse chronologicum, sed vtrúmque concurrisse, saltem pro maxima sui parte, cum annis patris. Si autem non censeatur completus, tunc quidem vnus Nadab, non autem alter, poterit esse chronologicus. Et quia rursùs tota B hæc difficultas regulanda videtur prius per annos Nadab: ideò ab eis incipiendum esse duximus.

1. Sent. I. SENTENTIA esse potest, Annos Nadab non augere chronologiam annorum regum Israël: sed totos, aut ferè totos, paucis forsan diebus exceptis, concurrere eum vltimis Ieroboam sui patris, cum quo regnauerit per illos totos, aut ferè totos.

Ità censere debent omnes authores se- C cundæ sententiæ §. 66. & primæ §. 67. siue annum vigesimumsecundùm Ieroboam censeant completum, siue censeant incompletum tantùm. Et de incompleto quidem, eam ostendit Tornielus anno 3081. num. 2. dicens: Si autem Ieroboam mortuus est sub finem anni secundi Asæ, necessarium est fateri Nadab primum annum pro maiori parte regnasse cum patre adhuc superstite, secundum vero post mortem patris, & hunc non expleuisse. Itaque Torniellus non incon- D gruam iudicat istam sententiam, etsi non eam amplectatur in tabulis suis: à fortiori non incongruam putabunt illi, qui stant pro anno vigesimosecũdo Ieroboam completo.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia, ex Reg. 15. vers. 9. *In anno ergò vigesimo Ieroboam regis Israël regnauit Asa rex Iuda.* &c. ℣. 25. *Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israël anno secundo Asa regis Iuda: regnauitq; super Israël duobus annis.* &c. vers. 28. *Interfecit ergò illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda,* E *& regnauit pro eo.* & vers. 33. *Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ super omnem Israël, in Thersa,* &c. Si annus primus Asa venit vigesimò Ieroboam, manifestum est secũdum eiusdẽ Asæ venisse vigesimòprimò eiusdem Ieroboã: &, si primus item Nadab venit secundò Asæ, manifestũ est eum venire etiam vigesimoprimò Ieroboam. Consequenter secũdus Nadab veniet in vigesimũsecundum Ieroboam. Itaque vigesimussecundus Ieroboam censeatur completus, vel

incompletus, manifestum videtur annos Nadab non esse chronologicos. Nam finiêrant ni Ieroboam in tertium, aut quartum Asa; annô autem eius tertiô regnauit Baasa.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd non sit credibile, Scripturam sacram voluisse tribuere alicui regi plures annos regni, nisi saltem omnes exceptô vltimô fuissent cēsendi chronologici; aut si censendi non essent tales, eam non dicturam aliquid, per quod id significaretur, v. g. & duobus annis regnauit cum patre.

2. & probabilior. Sent. II. SENTENTIA & probabilior dicit, Annum primum Nadab, censendum esse chronologicum in serie regum Israël.

Ita authores primæ sententiæ §. 66. & §. 67. itémque Torniellus in tabulis. Quod probabile demonstrat Torniellus locô primùs citatô fusioribus verbis, finaliter dicens, Nadab post mortem patris regnasse 2. annis fractis: id est, vno integrô, & alterô fractô.

Probat. PROBATVR hæc Sententia duobus argumentis.

Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd anni Nadab traduntur à Scriptura post mortem Ieroboam. Nam 3. Reg. 14. vers. 20. *Dies autem quibus regnauit Ieroboam viginti duo anni sunt: Et dormiuit cum patribus suis: regnauitq; Nadab filius eius pro eo.* Ibi non solù narratio regni Nadab sequitur narrationem regni & mortis Ieroboam: sed etiam Nadab dicitur post mortem eius *regnasse pro eo.* Ex solita autem Scripturæ phrasi in tota regum historia, per hoc significatur eum regnare incœpisse post mortem patris: hic autem sic intelligi, nullum obstat impedimentum.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd anni regni Nadab, summantur à Scriptura duo. Nam cap. 15. vers. 25. *Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israël anno secundo Asa regis Iuda: regnauitq; super Israël duobus annis.* Ibi summantur anni eius 2. Ex phrasi autem Scripturæ solita, quandò summantur anni alicuius regiminis, semper annus primus sequentis condistinguitur ab vltimo præcedentis: prout visum fuit in omnibus præcedentibus, proindéque semper existimandum est quandiù nihil conuincens vel melius suadens oppositum adducitur. Nihil autem afferri potest ex Scriptura, vel etiam ex politicis conuincens aut melius suadens oppositum.

1. Confirm. CONFIRMATVR. I. Nam quandò Scriptura, vel etiam aliqua historia summat annos regni alicuius, & non repugnat omnes præcedentes vltimum, censeri chronologicos: vtique omnis ratio dictat, eos esse pro talibus reputandos, siue esse à morte prædecessoris computandos. Atqui nihil repugnat primum annum regni Nadab, computari à morte sui patris: adeóque pro completo seu chronologico censeri. Ergò primus Nadab haberi debet chronologicus.

2. Confirm. CONFIRMATVR II. Nam neque Scriptura sacra, neque ciuilia, solent plures annos alicui tribuere, quin saltem eorum nonnullis vel fuerint in se, vel censeantur cōpleti. Debet ergò vel primus vel secūdus Nadab fuisse completus, aut saltem pro tali recenseri. At omni modò conuenientius est hoc dici de primo, quàm de secundo. Ergò primus Nadab vel fuit in se, vel saltem censeodus est completus.

3. Confirm. CONFIRMATVR III. Nam esto concederetur Nadab regnauisse cum patre, siue per vnum siue per duos annos, quod tamen non conceditur, quia ex nulla parte verè colligitur: adhuc nihil obstaret, annos ei tributos, & à Scriptura summatos, esse à morte patris intelligendos, qualiter de plurimis videbitur in sequentibus. Cuius ratio est illa sæpedicta, non esse credibile Scripturam, vt nec ciuilia, voluisse tribuere quosdam annos alicui regi per senem memorato, cuius nulli sumēdi forent vt chronologici, quin potius cuius omnes, exceptô vltimô, de quo aliàs ex ea constaret quod completus in se non fuisset, sumendi forent vt chronologici.

Ieroboam & Nadab; anni vltimi, tanti fieri incœptu. ITAQVE Hoc stabilitô, quòd primus annus Nadab haberi debeat chronologicus in serie regum Israël, consequēs est vltimos Ieroboam & Nadab, scilicet vigesimumsecundum illius, & secundum illius, censendos esse tantum incœptos, non autem completos: adeóque vigesimumsecundum Ieroboam, & primum Nadab, sic incurrere in secundum Asa, vt vigesimus secundus Ieroboam in eo finierit, & primus Nadab in eo incœperit: secundum verò Nadab sic incurreret in tertium Asa, vt in eo incœperit & finierit. Hoc, inquam, consequens esse, vigesimumsecundum Ieroboam, & secundum Nadab, non censendos esse cōpletos, ex eo patet quod alioqui numeri non quadrarent à Roboam ad Athaliam, & à Ieroboam ad Iehu, prout in superioribus sæpè demonstratum est: vbi contra, non computatis illis, optimè numeri quadrant. Quare

SI DIXERIS. Annum secundum Nadab posse censeri completum, si non in se, saltem in initiis primi Baasæ: sicque videri conueniens; quoniam etsi primus Baasæ cœperit in tertio Asæ, tamen non fuit completus nisi in quarto Asæ, proindéq; nec computandus nisi tunc.

RESPONDEBITVR. Iam ad hoc & similia fuisse longius responsum, sub præcedenti §. sub Obiect. 3. Breuiter nunc, nobis non probari, sed neque cum modis Scripturæ conuenire, quosdam annos vltimos compleri per initia sequentium: quin potiùs si qui per alios complentur, vtique primos sequen-

rium compleri per vltimos incompletos præcedentium; quoniam alioqui Scriptura sacra vel non memoraſſet eos tanquàm incompletos, vel ſi memoraſſet tanquàm completos, vtiq; primos ſequentium ſuſtuliſſet. Hoc enim eſſe neceſſarium, inde patet quòd concluſum fuit, etiam iuxtà ſententiam aduerſantium, quoſdam annos per eam memoratos, tanquam in ſe incompletos, non eſſe tanquàm completos in chronologia recenſendos.

Si dixeris item. Quandoquidem primus Ieroboam finitus eſt in ſecundo Roboam, inde ſequi vigeſimumſecundum eius finire in tertium Aſæ: hôc autem poſitò, non poſſe Nadab incipere in ſecundo Aſæ, contrà 3. Reg. 15. verſ. 25. vel ſi cœpit in ſecundo Aſæ, cum Baaſa regnauerit tertiô eiuſdem Aſæ, non poſſe primum Nadab fuiſſe completum, & ſecundum eius incœptum, intrà tale ſpatium.

Respondebitvr. Iam ad hoc item fuiſſe reſponſum: eſſeque negandam conſequentiam. Nam cum vigeſimusſecundus Ieroboam fuerit tantùm incœptus, Nadab potuit ſic incipere in ſecundo Aſæ, vt vnum, vel integrum in ſe, vel integrum ex vltimô Ieroboam, finierit in tertio Aſæ, rurſúmque ſecũdum ſuum incompletum, in eodem tertio Aſæ, in quo nihilominùs potuerit incipere primus Baaſæ, concurſurus fere totus cum ſequenti quarto Aſæ.

Obiect. OBIICI poteſt contrà hanc ſententiam. 3. Reg. 15. verſ. 16. *Bellum autem erat inter Aſa, & Baaſa regem Iſraël, cunctis diebus eorum:* hoc ponitur, antequam tradatur verſ. 25. *Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſraël anno ſecundo Aſa regis Iudæ regnauitque ſuper Iſraël duobus annis.*

Reſponſ. RESPONDETVR. Ex 2. Par. præſertim cap. 16. & ex tota hiſtoria, conſtare, verba illa de Aſa & Baaſa, dicta fuiſſe locò illô per anticipationem: de quâ re ex profeſſo §. ſequenti. Ex dictis autem 3. Reg. 14. verſ. 20. de morte Ierobam, & regno Nadab filij eius pro eo, conſtare, poſteriora verba de regno Nadab annò ſecundô Aſæ & de duobus annis eius ſuper Iſrael, ibi dicta fuiſſe per recapitulationem.

## IIII. DIFFICVLTAS. CIRCA ASA REGEM Iuda, & Baaſa regem Iſrael: De annis regni eorum: Quomodò ſint adinuicem componendi?

§. 69.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, vel potius ipſamet difficultas, eſt multiplex.

1. I. 3. Reg. 15. verſ. 16. *Bellum autem erat inter Aſa, & Baaſa regem Iſraël, cunctis diebus eorum.* & verſ. 32. *Fuitque bellum inter Aſa, & Baaſa regem Iſrael, cunctis diebus eorum.*

At 2. Par. 14. verſ. 1. fin. *in cuius* (Aſæ) *diebus quieuit terra annis decem.* verſ. 5. fin. *& regnauit in pace.* verſ. 6. *Ædificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſurrexerant, pacem Domino largiente.* verſ. 7. *Dixit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates iſtas,* &c. *donec à bellis quieta ſunt omnia, eò quod quæſierimus Dominum Deum patrum noſtrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit.* Et poſt narratam abindè victoriam de Zara Æthiope reportatam, dicitur cap. 15. verſ. 10. *Cùmque veniſſent in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſa,* verſ. 11. *immolauerunt Domino in die illa, de manubiis & præda quam abduxerant,* &c. & verſ. 19. *Bellum verò non fuit vſque ad trigeſimumquintum regni Aſa:* nimirùm inter ipſum & Baaſa; nam cap. ſequenti. verſ. 1. *Anno autem trigeſimoſexto regni eius, aſcendit Baaſa rex Iſraël in Iudam, & muro circundabat Rama,* &c.

Svmma huius difficultatis eſt. Quomodò bellum fuit inter Aſa, & Baaſa, *cunctis diebus eorum:* & tamen Aſa, & ante bellum Zaræ Æthiopis fuit quietus *per annos decem*, aut plus, & poſtea bellum non habuit *annô decimo quinto*, imò verò neq; *vſque ad trigeſimum quintum* incluſiuè, ſed tantum annô trigeſimôſextô.

2. II. 3. Reg. 15. verſ. 28. *Interfecit ergò illum* (Nadab) *Baaſa in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo.* & verſ. 33. *Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ, ſuper omnem Iſraël, in Therſa, vigintiquatuor annis.* cap. 16. verſ. 6. *Dormiuit Baaſa cum patribus ſuis, ſepultuſq; eſt in Therſa, & regnauit Ela filius eius pro eo.* verſ. 8. *Anno vigeſimoſexto Aſa regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſraël duobus annis,* &c. verſ. 10. *Irruens ergò Zambri percuſſit & occidit eum* (Ela) *anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo.* Per hæc patet annum vigeſimumquartum ſeu

vltimum regni & vitæ Baaſæ, & primum Elæ filij eius, incidere in vigeſimumſextum Aſæ.

At 2. Par. 16. verſ. 1. *Anno autem vigeſimoſexto regni eius* (Aſæ) *aſcendit Baaſa rex Iſraël in Iudam, & muro circundabat Rama, vt nullus tutè poſſet egredi & ingredi de regno Aſa*, &c.

Svmma huius difficultatis eſt. Si Baaſa cœpit regnare annô tertiô Aſæ, & regnauit ac vixit tantùm 24. annis, qui terminentur annô vigeſimoſextô eiuſdem Aſæ: quomodò ipſe Baaſa potuit aſcendere in Iuda, & murô circundare Rama, annô eiuſdem Aſæ trigeſimoſextô?

III. Septuagiota Interpretes 2. Par. 16. verſ. 1. pro *anno trigeſimoſexto* regni Aſæ, habent *trigeſimooctauo*. Eſtque credibile ex hiſtoria, tot annos in rebus ibi ſequenter deſcriptis fuiſſe conſumptos. Nam poſtquàm Baaſa aſcendit annô trigeſimoſextô Aſæ, & cœpit murô circundare Rama: Aſa miſit dona ad Benadab regem Syriæ, qui miſit principes exercituum ſuorum ad vrbes Iſraël, & percuſſerũt multas. Quod cum audiſſet Baaſa, deſiit ædificare Rama, & intermiſit opus ſuum. Quod ergò cœptum eſt annô trigeſimoſextô, potuit non intermitti niſi annô trigeſimooctauô, & inde à Septuag. Interpretibus numerari. Quòd ſi ſumantur ad rigorem, incœperint hæc trigeſimooctauô, & finierint quadrageſimô Aſæ.

Svmma huius difficultatis eſt. Quomodò conciliãdi ſint Septuaginta Interpretes hôc locô. Cæterùm quia à reſolutione difficultatis ſecundæ, pendet reſolutio aliarum: ideò ab ea eſt incipiendum.

1. Sent. I SENTENTIA. dicit, Illa loca 2. Par. 15. verſ. 19. & 16. verſ. 1. de annis trigeſimoquintô Aſæ, ad quem vſque dicitur bellum non fuiſſe, & trigeſimoſextô, quô dicitur Baaſa aſcendiſſe, fuiſſe corrupta, & legendum eſſe vigeſimôquintô, & vigeſimoſextô.

Ità ex parte Maſſæus lib. 8. pag. 49. dicens: Trigeſimusſextus vitiô ſcriptorum accidit, niſi dixeris, &c. Ità Caietanus hôc locô. Ioannes Lucidus lib. 2. de Emẽd. Temp. cap. 9. Melchior Canus lib. 11. de Loc. Theolog. cap. 5. ad argum. 12. Adrichom. in Chronol. Annius Viterb. cum ſuo Pſeudophilone. Turcellin. in ſua Chronol. cap. 5. q. 9. Idem indicat Toſtatus in 2. Par. 16. q. 2. & 3. non tamen amplectens, prout mox dicetur.

Reijcitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Regula iam ſæpè memorata ex canone, *Si ad Scripturas*, diſt. 9. quem vide §. 5. necnon ex Concil. Trident. & declarationibus eius, quæ vide §. 2. & deniq; de prætenſis per aliquos eiuſmodi corruptionibus in libris ſacris, eodem §. 5. Iuxtà quę Toſtatus 2. Par. 16. q. 3. fin. & Torniellus an. 3095. num. 2. aduertunt prædictam ſolutionem eſſe *valde periculoſam*: quoniam ſi ſemel admiſerimus, alicu-

A bi quoddam mendum in ſacram Scripturam irrepere potuiſſe, de multis quoq; alijs eiuſdem Scripturæ locis dubitari poterit.

FACIT II. Id quod ibidem etiam habet Torniellus: Falli hos authores exiſtimantes Baaſam aſcendiſſe in Rama annô Aſæ vigeſimoſextô. Quia certum eſt Baaſa mortuum eſſe annô vigeſimoſextô, & eodẽ annô ſucceſſiſſe ei in regno Elam filium eius, vt expreſsè traditur 3. Reg. 16. verſ. 6 & 8. Sic Torniellus: & meritò. Nam ſi Baaſa cap. 15. verſ. 28. & 33. regnare cœpit annô tertiô Aſæ, & eodem verſu 33. regnauit 24. annis, & cap. 16. **B** verſ. 6. & 8. eô mortuô regnauit Ela filius eius, annô vigeſimoſextô Aſæ: manifeſtum eſt Baaſa non potuiſſe regnare ſuprà, ſed tantùm intra vigeſimumſextum annum Aſæ. Subdit quidem Torniellus: Et oportet ſupponere obitum Baaſa, circà priores illius anni menſes contigiſſe; alioqui non poſſet ibidem dici de Ela filio eius, quòd regnauerit 2. annis: cùm ipſe Ela occiſus fuerit annô vigeſimoſeptimô Aſa, vt verſ. 15. legimus. Sed hoc neceſſarium non eſt: quinimò neceſſarium potiùs, & Baaſa non fuiſſe occiſum, & **C** Ela regnare non cœpiſſe, niſi verſus finem anni illius, iuxtà quæ dicta ſunt §. 67. ſub 2. ſententiâ. Nec tamen propterea regnare non potuerit Ela 2. annis incœptis. Nam primus eius ſic potuit incipere in vigeſimumſextum Aſæ, & tum idem primus completus, tum ſecundus incœptus, finire in vigeſimumſeptimum, vt tamen in eodem Ela fuerit occiſus, præſertim ſi ſpectetur primũ eius ad ſui cõplementum pro chronologia recenſendum; ad ſe trahere poſſe vigeſimumquartum in- **D** cœptum Baaſa. Oportet ergo ſolum ſupponere, Baaſam intelligi non poſſe aſcendiſſe annô vigeſimoſextô Aſæ; quia dicitur 3. Reg 5. verſ. 16. & 32. bellum fuiſſe inter Aſa & Baaſa, *cunctis diebus eorum*, &c. hæc autem verba non patiuntur Baaſa ſolùm aſcendiſſe vigeſimoſextô Aſæ, cùm in eodem fuerit mortuus.

Confirmatvr hæc refutatio ex ſimilibus, quæ reperiuntur ibid. in ſequentibus de reliquis regibus Iſraël regnantibus poſt Ela, ſibiq; inuicẽ immediatè ſuccedẽtibus. Nam verſ. 10. *Irruens ergò Zambri percuſſit & occidit eum* (Ela) *anno vigeſimoſeptimo Aſa regis* **E** *Iuda, & regnauit pro eo.* & verſ. 15. *Anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iuda regnauit Zambri 7. diebus in Therſa.* verſ. 16. *Cùmque audiſſet* (exercitus) *rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſraël Amri*: quod eueniſſe immediatè poſt, ſicque exponendum eſſe id quod dicitur verſ. 23. Amri regnaſſe 12. annis, oſtendetur quandò de ipſo agetur. Denique, verſ. 29. *Achab verò filius Amri regnauit ſuper Iſraël anno trigeſimooctauo Aſa regis.* Itaque ex regnis iſtorum regum inuicem ſuccedentium, nimirùm Am- Confirm. Refutat.

ri regnantis 12. annis, & incipientis eos annû vigeſimoſeptimô Aſę, & Achab regnare incipientis annô trigeſimooctauô eiuſdem Aſæ, manifeſtum eſt Baaſa non potuiſſe regnare ſuprà vigeſimumſextum Aſæ, ſed eô annô mortuum fuiſſe.

1. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Locum 3. Reg. 15. verſ. 8. vbi habetur Ela regnauiſſe annô vigeſimoſextô Aſę, intelligendum eſſe non de vigeſimoſexto regni ipſius, ſed de vigeſimoſexto à bellis aduersùs Baaſa, vel etiam aduersùs Zara Æthiopem.

Ita Lyranus in 2. Par. 16. init. dicens Aſa viciſſe Zara annô regni ſui decimô vel vndecimô, & ab illa inſigni victoria voluiſſe deinceps numerari annos regni ſui. Deinde exponens illud Reg. 15. verſ. 28 & 33. *Anno tertio Aſa regnauit Baaſa*, de tertio à deuicto Zara. Sic enim etſi Baaſa vixerit tantùm 24 annos in regno, tamen potuerit attingere trigeſimumſextum & trigeſimúſeptimum Aſa. Ità ferè Vatabl. 3. Reg. 16. num. 12. Ità ex parte Genebrardus, in Aſa, vbi poſtquàm dixit: Regni eius vigeſimoſextô rex Iſraël Baaſa moritur, & ſuccedit Ela 3. Reg. 16. poſteáque ſibi obiecit: Imò vero eius trigeſimoſextô Baaſa aſcendit in Iudam oppugnaturus Rama: tandem ſubiicit: Reſpondeo vigeſimoſextô non regni Aſæ, ſed bellorum, ſiue temporis quô Aſa bellis, præſertim à Baaſa per annos 24. iactari cœpit. Ideò enim nominatim 10. eius annis primis terra quieuiſſe notatur 2. Par. 14. verſ. 1. Quibus ſi addas 26. bellorum, trigeſimusſextus incidet in hanc Baaſæ expeditionē, qui & disertè 3. Reg. 15. verſ. 1. bellum geſſiſſe cunctis diebus ſuis (id eſt, 24. quibus regnauit) cum Aſa memoratur. Hæc Genebrardus. Cuius ſententiam non improbat Serarius in 3. Reg. 15. ſeu pag. 267. propè med.

Contrà Lyranum in ſingulari diſputat Toſtatus, in 2. Paral. 16 q. 3. Nihilominùs fatetur tandem ſe neſcire quomodò tolli poſſit iſta difficultas. Valet eius diſputatio pro parte contrà Genebrardum: valebit & noſtra contrà Lyranum: attàmen ſtatuetur expreſſiùs contrà Genebrardum. Itaq;

Reiicitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd hôc pactô velit neceſſe eſt Genebrardus, Baaſam incœpiſſe regnare tantùm ab anno duodecimo vel circiter Aſæ. Nam ſi Baaſa regnauit tantùm 24. annos, & vltimus eius, ac primus Ela, incidūt in trigeſimumſextum aut circiter Aſæ: vtiq; neceſſe eſt Baaſam incœpiſſe regnare tantum à duodecimo vel circiter Aſæ. Siquidem ſi à 36. abieceris 24. reſtant 12. At hoc eſt prorſus contrà ſolitum omnem modum Scripturæ, his locis, tradendi principia regnorum ſimpliciter à ſe memorata, conſtanter æquè pro regibus Iſraël, ac pro regibus Iuda. Expreſſis au-

A tem ac ſimplicibus verbis tradit 3. Reg. 15. verſ. 28. & 33. Baaſam incœpiſſe regnare à tertio Aſæ. Hôc more Scripturæ ſuppoſitô: vel Baaſa non regnauerit annô tertio Aſæ, quod eſt contrà loca illa cap. 15. vel non regnauerit ſolum 24. annis, quod eſt contrà poſtremum locum verſ. 33. fin vel deniq; non fuerit mortuus, nec regnauerit Ela filius eius pro eo, annô vigeſimoſextô, quod eſt contrà cap. 16. verſ. 5. & 8.

FACIT II. Quòd expoſitio illa, *anno vigeſimoſexto Aſa regis Iuda*, pro vigeſimoſextô à bellis incboatis, ſuppoſitā ſententiā Genebrardi Baaſam pugnauiſſe contrà Aſa per 24. annos, quibus ipſe Baaſa regnauit, contrariatur verbis illis 2. Par. 15. verſ. 10. *Cumq; veniſſent in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſæ, immolauerunt Domino*, &c. & verſ. 19 *Bellum vero non fuit vſq; ad trigeſimumquintum annum regni Aſæ*. Nam ſi nondùm fuit bellum inter Aſa & Baaſa annô decimoquintô Aſæ, & Baaſa non regnauit ſuprà trigeſimumſextum Aſæ: vtiq, Baaſa non potuit bellare per 24. annos contrà Aſa; ſiquidem à 15. ad 36. inter ſunt tātùm 21. Item, ac multo magis, ſi bellum non fuit vſq, ad vigeſimumquintum Aſæ, & Baaſa regnauit tantùm 24. & non ſuprà trigeſimumſextum Aſæ: vtique Baaſa non potuit bellare 24. annis, ſed vnô tantùm. 2.

3. FACIT III. Quòd expoſitio illa, *anno vigeſimoſexto Aſa regis Iuda*, de annis non regni, ſed bellorum, quæ habuit, aut quæ ipſi illata ſunt ab aliis, inaudita eſt: maximè verò vt anni ſic computati dùm bella mouerit Baaſa, continuentur ſimili modô computari poſt mortem eiuſdem Baaſæ, & ad initia regni filij eius Elæ, ac ſequentium. Cùm potiùs eôdem capite totô, omnibus in locis, verba huiuſmodi, annô tali regis Aſæ, regnauit talis, ſignificent eos regnaſſe annô tali regni Aſæ, non autē annô tali à bellis incœptis, vt verſ. 10. *Irruens ergo Zambri percuſſit, & occidit eum* (Ela) *anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo*, &c. verſ. 15. *Anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri 7. diebus in Therſa*. verſ. 23. *Anno trigeſimoprimo Aſa regis Iuda, regnauit Amri ſuper Iſraël, 12. annis*. verſ. 29. *Achab vero filius Amri regnauit ſuper Iſraël anno trigeſimooctauo Aſa regis Iuda*, &c. 22. *annis*. Ergo cum dicitur, *Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa*, &, *Anno vigeſimoſexto Aſa regis Iuda, regnauit Ela*, anni illi intelligendi ſunt ſimili modô de annis regni Aſa, non autem de annis bellorum.

FACIT IV. Quòd iuxtà hanc ſententiam Aſa regnaſſet multò plures annos, quam 41. Nam ſi Baaſa ceſſauit regnare, & Ela filius eius cœpit, annô trigeſimoſextô Aſę, aut etiā poſt annum eius trigeſimumſextum, cum Zambri ſucceſſerit Elæ annô vigeſimoſepti- 4

mô Aſæ:

mò Asæ: & Amri successerit Zambri annò vigesimoseptimò Asæ: & deniq; Achab successerit Zambri annò trigesimooctauò Asæ. post quæ rursùm dicitur 2. Par. 16. vers. 12. *Aegrotauit Asa anno trigesimonono regni sui*: vtiq; dicendum esset eum vixisse & regnasse adhuc à tempore bellorũ annis 14. aut 15. suprà quadraginta & vnum qui solent dici fuisse regni ipsius propriè dicti. Dicere autẽ annum vigesimumsextum exponendum esse de annis bellorum, reliquos autem 27. 31. 38. 39. & 41. exponendos de annis regni propriè dicti, omnino foret gratis confictum.

5. FACIT V. Quod iuxtà hanc sententiam constituendum esset interregnum in regno Israel, inter Nadab, & Baasa: nempe ab anno tertio Asæ, quò mortuus est Nadab, ad duodecimum eiusdem Asæ, quò Baasa incœperit tantùm regnare. Hoc autem non est concedendum absque necessitate: eique contrariatur quòd cùm dicitur Baasa occidisse Nadab, immediatè subiungitur, *& regnauit pro eo*.

3. Sent. III SENTENTIA. dicit, Regnum Asæ censeri duplici modò. 1. tam cum patre, scilicet Abia, quàm cùm auo, scilicet Roboam. 2. solitariè, seu per se solum. Annos igitur qui dicuntur 35. & 36. computari à tempore quò regnare cœpit tàm cum patre, quàm cum auo, alios verò, vt illum qui dicitur tertius, & vigesimussextus, quibus regnare cœperunt Baasa & Ela filius eius, computari à tempore quò regnauit solus.

Ità ex parte Massæus addens: Nisi dixeris Asam regnare cœpisse cum patre sub auo suo Roboam. Dicit, *sub auo*. Quia si dixisset sub patre solùm, cum is non regnauerit plùs quàm 3. annis, non solueret.

Probat. PROBARI potest hæc sententia à similibus multis, vt in Iosaphat, Ioram, Ochozia, & Iechonia, regibus Iuda, in quorum difficultatibus necesse est recurrere, recurruntque authores multi, ad eiusmodi expositionem, vt difficultates illæ soluantur, & loca Scripturæ inuicem concilientur, sicut videbitur propriis locis.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd nullum habetur in Scriptura vestigium, per quod insinuetur Asam regnasse cum patre, & cum auo suo. Neque enim de illo profertur vllò in locò, sicut profertur de aliis, qui dicuntur regnasse cum patribus, aut cum auis suis, quòd v.g. tot annorum esset, *cùm regnare cœpisset*: sed simpliciter postquàm dictum est 3. Reg. 15. vers. 8. *& dormiuit Abiam cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid*, subiungitur, *regnauitque Asa filius eius pro eo*: móxque vt ostendatur quò tempore, additur per modum conclusionis vers. 9. *In anno ergò vigesimo Ieroboam regis Israel regnauit Asa rex Iuda; &* 40. *&* 1. *anno regnauit in Ierusalem*. & 2. Par. 14. postquam dictum est vers. 1. *Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid*, subiungitur similiter, *regnauitque Asa filius eius pro eo*: post quod additur immediatè *in cuius diebus quieuit terra* 10. *annis*. Cùm ergò nullum de hoc in Scriptura sit vestigium, non immeritò videri poterit sententia hæc gratis conficta.

DICET aliquis. Vestigium in Scripturâ censeri debere sufficiens, ipsammet Scripturæ conciliationem.

Vestigium in Scriptura, quid. RESPONDETVR. Vestigij vocabulum in istis materiis non apud nos sumi vel proferri hôc sensu. Quamuis enim loquendo non præcisè vel formaliter, sed indistinctum & simpliciter, omnis Scripturæ faciẽda conciliatio, vocari posset aliquô respectu vestigium: tamen quandò vestigium opponitur ipsimet conciliationi Scripturæ, vel quandò super ipsamet Scripturę cõciliatione dicatur, nullum apud Scripturam haberi vestigium de solutione vel explicatione quam aliquis affert, tunc vestigium aliò sensu debet sumi: nimirùm intelligi debet, nihil formale, vel nihil speciem aliquam gerens formalis eius rei, quæ pro solutione vel conciliatione Scripturæ, profertur aliunde quàm ex verbis, vel ipsiusmet loci conciliandi, vel cuiuscunque alterius, nihil, inquam, tale ne speciem quidem in eâ propositionis eiusmodi conciliatis, haberi. Et hoc iam monuimus §. 16. Iterùm autẽ monemus, tanquam aliquid quod imposterũ cupimus notari, quoniam alias putaremur quandoq; pronuntiare contraria, nimirùm quandoq; & conciliationem esse Scripturæ faciendam, & tamẽ nullum expositionis quæ per nosipsos afferetur, reperiri vestigiũ. Vbi nec præter mittendum, quòd si quandò facienda sit aliqua Scripturæ cõciliatio, nec tamen vllum in eâ reperiatur formale conciliationis faciendæ vestigium: tunc quidem liberum esse cuilibet adstruere quod libuerit; dummodo non sit ei, vel lumini naturali cõtrarium. Atverò si reperiatur aliquod apud eam faciendæ conciliationis formale vestigium: tunc ipsum esse cuicunque alij rei quæ possit afferri, præferendum. Quod est ita per se notum, vt alia probatione non egeat: aut si egeat, illa certè sit manifesta, quòd aliquid in Scripturâ habitum, sit omni alij rei non in eâ habitæ præferẽdum. Supponimus semper, ea non esse dicenda in Scripturâ non habita, quæ licet ità videri possint aut hucat alicui, v. g. nostris sectariis: tamen vel in eâ, vel secundùm eam esse, proferuntur ab Ecclesiâ sanctâ catholicâ, quam vnicam & Romanam esse profitemur.

4. Sent. Asæ regnũ quandoq; dicitur id quod Iuda. IV. SENTENTIA. dicit, Regnum Asæ censeri duplici aliò modò. 1. à tempore quò diuisum fuit regnum Salomonis in 2. regna. 2. à tempore quò Asa ipse regnauit.

Vtrôque autem modô, vocari *regnum Asæ*: A scilicet, & à tempore quô regnum Iuda incœpit in Roboam, cui successit Asa per Abiam: & à tempore rursùs quô in eo propriè regnauit ipse Asa. Itaque primô modô vocari annos trigesimumquintum & trigesimumsextum regni eius, 2. Par. 15. & 16. secundô autem modô vocari annos tertium & vigesimumsextum eius, 3. Reg. 15. & 16.

Ità ex parte Chronic. Hebr. in 1. Par. 16. quorum sententiam nec improbat Serarius locô citatô suprà. Genebrardus suprà addens: Aliis à diuisione regni Hebræorum 36. B Baasa ædificauit Rama, vt nullus tutò posset ingredi vel egredi de regno Asa, 2. Par. 16. Ita Azor. tom. 1. Instit. Moral, lib. 6. cap. 55. q 3. Ità deniq; & fusè Torniellus anno 3095. per trigesimumsextum regni Iuda exponens decimumsextum Asa. Quia, inquit, 17. Roboam, 3. Abia, & 16. Asa, faciunt 36. consequenter expositurus per trigesimumquintû Iuda, decimumquintum Asæ: vt vetè mortuus fuerit Baasa, pro eô que regnauerit filius eius Ela, annô vigesimô sextô Asa propriè dictô: ascenderit autem Baasa in Rama, annô eius decimosextô, qui fuerit trigesimussextus à diuisione regni Salomonis, siue à constitutione regni Iuda.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia pluribus argumentis, saltem suadentibus.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex eô quòd cùm in lib. Reg. agitur de annis propriè dictis regni Asa, sermo fit semper de iis sub nomine *regis*, non autem *regni*. 3. Reg. 15. vers. 28. *Interfecit ergo illum Baasa, in anno tertio Asa regis Iuda*. vers. 33. *Anno tertio Asa regis Iuda, regnauit Baasa*. cap. 16. vers. 8. *Anno vigesimosexto Asa regis Iuda, regnauit Ela filius Baasa*. vers. 10. *Irruens ergò Zambri percussit & occidit eum, anno vigesimoseptimo Asa regis Iuda*. vers. 15. *Anno vigesimo septimo Asa regis Iuda, regnauit Amri*. ¶. 29. *Achab verò filius Amri regnauit super Israël anno trigesimooctauo Asa regis Iuda*. 2. Par. 14. vers. 1. fin. *In cuius diebus quieuit terra annis* 10. Cùm autem in lib. Par. agitur de annis de quibus est quæstio, sermo fit de iis sub nomine *regni*, non autem sub nomine *regis*. 2. Par. 15. vers. vlt. *Bellum verò non fuit vsque ad trigesimumquintum annum regni Asa*. cap. 16. vers. 1. *Anno autem trigesimosexto regni eius ascendit Baasa rex Israël in Iudam, & muro circumdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa*. Quamuis autem non vbicumq; mentio fit in libro Paral. de regno Asæ, debeat intelligi hôc modô, proût ostēdetur mox in obiectione subiiciendâ: tamen cùm ità fiat in locis de quibus præsens difficultas subest, sufficit ad aliqualem probationem: præsertim spectata phrasi hôc locô perpetuâ libri Regum. Itaq. non deest omnis coniectura, librum Reg. adeò con[tr]a[rio] vocâtem annos *regis*, respicere ad annos regni personalis Asæ: librû verò Par. vocantem annos *regni* de quibus est quæstio, respicere ad annos *regni* Iudæ, seu regni diuisi sub Roboam.

Confirm. CONFIRMATVR specialiter hoc argumentum à postremis illis verbis 2. Par. 15. vers. vlt. *Vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno eius* In his enim vocabulum *regni* non potest intelligi de regno personali Asæ, sed tantùm de regno locali. Ergò non est incō[gr]uum in præcedentibus idem vocabulum sumi, non de regno Asæ propriè dictu, siue personali, sed de regno [I]udæ, siue regionali, à morte Salomonis in Roboam constituto. Et quamuis ita colligatur hôc locô Paral. ex circunstantiis, siue ex adiunctis textus, quæ clarè mutationem indicant: tamen non sequitur inde, non idem suaderi pro aliis, in quibus appositia non fuerint eadem adiuncta. Quod prorsùs admittendum est, quandò non alia reperitur via commodior conciliandi talem Scripturæ diuersitatem. Quare

Obiect. SI DICAS. 2. Par. 10. vers. 10. *Cùmq; venissent in Ierusalem mense tertiô, anno decimoquinto* C *regni Asa*: & cap. 16. vers. 12. *Aegrotauit Asa annotrigesimonono regni sui*: & ¶. 13. *mortuus est anno quadragesimoprimo regni sui*: regnum Asæ sumitur ibi pro regno personæ, non autem pro regno Iudæ.

Respons. RESPONDEBITVR. Propterea quidem nos argumentû huiusmodi non afferre, tanquàm demonstratiuû, sed solùmmodò tanquàm conueniens: nisi demonstratiuû vocet aliquis, id quod est necessarium ad Scripturæ conciliationem: ad vtrumq; porrò sensum illum vocabuli, *regni*, quàuis in vnico eodémq; libro, cogen[s] nos circunstantias libri Regum, & D conciliationem Scripturæ sanctæ.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à similibus multis apud Torniellum suprà, dicentem non esse hoc nouum sacris libris, quandò quidem tametsi ordinariè annos regum ab eo tempore quô quisq; regnare cœperat (intellige, solus) dinumerare consueuerint, solent nihilominùs etiam quandoqi obiter, & præter cœptum ordinem, eos computare ab aliqua insigni actione, quæ ante vel E post inchoatum euenerit.

1. EXEMPLVM. In 2. libro Regum, inquit, tempora rerum ibidem descriptarum, notantur per annos regni Dauidis: & tamen cap. 15. vers. 7. defectio Absalon à patre suo Dauide dicitur contigisse *post* 40. *annos*: non vtique ab annô ibi proximè notatô, neque à primo regno Dauidis numerandos, sed à primâ vnctione eius facta per Samuelem multis annis antequàm regnare inceperit, quemadmodum latè sub anno mundi 3004. num. 2. probauimus. Hæc ille.

II. EXEMPLVM affert, de Ioram, qui

4. Reg. 8. v. 16. dicitur regnasse super Iuda *anno quinto Iosaphat* patris sui, quod intelligendum quintô à speciali præseruatione ipsius Iosaphat de mortis periculo in bello, contendit ibi Torniellus. An autem hoc verum sit, exponetur suô locô: vbi vel hoc vel potius quid-aliud simile similiáque rursùs ostendentur, tum in illo Ioram, tùm in alio Iotam rege Israël ei correspondente in aliquibus regni annis.

III. EXEMPLVM. De *Sedecia*, cuius *annus quartus* appellatur Ierem. 28. vers. 1. principium regni eius: intelligendus non regni simpliciter, sed confirmationis in eo factæ per Nabuchodonosor regem Babylonis.

IV. EXEMPLVM. De 430. *annis*, qui Exod. 12. vers. 4. exponendis ex Galat. 3. à promissionibus Abrahæ factis, vt ostensum fuit suô locô sub 3. Periodo.

V. EXEMPLVM. De *Nabuchodonosor*, qui dicitur Dan. 2. vers. 1. vidisse somnium *anno secundô* regni sui, exponendô ex cap. 1. vers. 5. & Ierem. 25. vers. 1. de anno, non regni simpliciter, sed monarchiæ eius.

VI. EXEMPLVM. De *eodem Nabuchodonosor*, qui Dan. 3. vers. 1. iuxtà textum Septuag. Interpretum dicitur fecisse sibi imaginem auream *anno decimooctauo*, exponendô non de anno regni, vel monarchiæ, sed temporis quô postremam Ierosolimæ oppugnationem aggressus fuerat, vt ostendit Torniellus an. 3462. num. 6.

QVOD SI dicas. In his exemplis Scripturam indicare solere quandò variat acceptionem; id est, quando diuersô tempore numerat.

RESPONDEBITVR. Scripturam non hoc præstare semper; vel si præstet aliquomodo, v. g. cùm diuersa, nec aliter simùl compatibilia tradit: idem præstare his locis. Siquidem ità tradit annos Asæ, & Baasæ, vt impossibile sit conuenienter eos conciliare, nisi diuersitatem hanc sensus admittendo.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. petitur ab expositione simili, quam tradere instâ R. Leui, tradet & Genebrardus in Ochozia rege Iuda, seu pag. 125. & in Amri rege Israël, seu pag. 154. Soluentes 2. loca difficillima, alterum 4. Reg. 8. vers. 26. *vigintiduorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset*. & 2. Par. 22. vers. 2. *Quadragintaduorum annorum erat Ochosias cùm regnare cœpisset*, dicentésque primum locum intelligi de annis *ætatis* Ochosiæ, secundum vero de annis à *Samaria condita*, & Amri in eam migratione, seu de regno Israël pacato in Amri & familia eius. Quamuis enim hæc solutio non futura sit nobis probabilior: attamen suadet nonnihil pro eo quem agimus loco, quatenus saltem iuxtà quos iam authores, etiam verò Hebræos, non repugnat sensum eiusmodi Scripturæ sacræ tribui.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & ad I. eius Punctum, seu propriè magis 1. difficultatem. Respondetur, illa verba, *Bellum fuit inter Asa & Baasa cunctis diebus eorum*, non esse exponenda prorsùs absolutè: alioqui (quod absit) Scriptura sibi contradiceret; sed, vel cunctis diebus post 10. primos annos regni Asæ; vel cunctis ferè diebus, denominatione sumptâ à maiori parte: quod maximè verum haberet, si, prout vult Torniellus, bellũ aliquod fuisset inter eos, etiam antè 10. illos annos: sed obstant illa verba 2. Par. 14. vers. 1. *In cuius diebus quieuit terra annis* 10. & illa vers. 6. *quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerãt*, quæ videntur nimis expressa; vel denique ac meliùs prout exponit Tostatus, cunctis diebus ex quo semel incœptum est inter eos bellum, post decem illos annos, quamuis fortè non inmediatè post, prout fusiùs contendit idem Tustatus. Item, illa verba *bellum non fuit vsq; ad trigesimumquintum annum*, exponenda esse, vel iuxtà Torniellum, non quòd vsque bellum nullum inter eos fuerit: siquidem aliqua iam inter eos extitisse, inter 10. primos annos & bellum cum Zara Æthiope, contendit Torniellus an. 3050. num. 1. sed quod post diuictum Zaram nullũ extiterit inter eos bellum vsque ad decimumquintum regni eius, seu trigesimumquintum regni Iuda, ab illo autem rursus exortum sit, scilicet, annô decimosextô regni ipsius, seu vigesimosextô regni Iudæ, abindè verò durauerit sẽper vsq; ad mortem Baasæ; vel iuxtà Tustatum, quòd de facto nullum eousque inter eos fuerit, sed tantummodò post decimumquintum regni eius, seu trigesimumquintum regni Iuda, nimirùm annô decimosextô regni ipsius, vel trigesimosextô regni Iudæ.

Ad 1. Punct. Fundam. Diffic.

AD II. Punctum, siue ad 2. difficultatem, Responsum fuit, annos tertium & vigesimumsextum Asæ, sumi propriè de regno personæ ipsius: annum autem trigesimumsextum, intelligi de regno Iudæ. — Ad 2. Punct.

AD III. Punctum, siue ad 3. difficultatem, Respõdetur, Versionem Septuag. intelligere annô trigesimooctauô negotium illud quasi absolutum, fuisse omissum. — Ad 3. Punct.

IN HAC diuersitate Sententiarum quid dicendum? Respondeo, quamuis tertia sententia non sit prorsùs contemnenda, quartam tamen esse probabiliorem. — Authoris resolutio.

(∴) (∴) (∴)

## V. DIFFICVLTAS. CIRCA BAASA, ET Ela filium eius, reges Israël: An vltimi regni eorum anni censendi sint completi, vel incœpti: Et quomodò sint, ac dies 7. Zambri, cum annis regni Asæ componendi?

§. 70.

*Baasæ & Elæ anni vltimi, tantùm incœpti.*

VERA SENTENTIA est; Vltimum annum regni Baasæ, scilicet vigesimumquartum eius, & vltimum regni Elæ filij eius, scilicet secundum ipsius, esse in se, necnon censendos esse tantùm incœptos, pro chronologia regum Israel.

Ità Gordonus in annis expansis, & Torniellus an. 3082. 3105. 3106. 3110. & 3117. Sed vtrumque nos & seorsim & simùl probemus: nimirum neque esse in se, neque censendos esse pro chronologia completos.

*Probat.*

De Baasa, quòd annus eius vltimus non sit in se completus, Probatur ex eo quòd 3. Reg. 15. vers. 28. & 33. regnauit *anno tertio Asæ*: & eôdem vers. 33. fin. regnauit 24. *annis*. Postquàm autem dictum est cap. 16. vers. 6. *Dormiuit ergò Baasa cum patribus suis, sepultúsque est in Thersa: & regnauit Ela filius eius pro eo*, subiungitur infrà vers. 8. *Anno vigesimosexto Asa, regnauit Ela filius Baasa.* A tertio ad vigesimumsextum quô alius regnare cœperit, impossibile est 24. alterius in se compleri.

De Ela, quòd annus eius vltimus non sit in se completus, Probatur ex eo quòd cap. 16. vers. 8. Ela regnauit *anno vigesimosexto Asa*, & regnauit 2. *annis*, vers. autem 10. Zambri occidit eum, & hoc vigesimoseptimô Asæ. A vigesimosexto ad vigesimum septimum quô alius regnauerit, impossibile est annos 2. alterius in se compleri.

De vtroque rursùs simùl in se spectato, Probatur colligendo annos eorum. 24. Baasa, & 2. Ela, faciunt 26. Confer eos cum tertio & vigesimoseptimo Asa, impossibile est eos intrà spatium illud in se compleri. Nam à 27. Asæ, vel deme, 2. (Asæ.) si primum Baasæ concurrere facias totum cum eius tertio, remanent 25. vel deme 3. (eiusdem Asæ) si primum Baasæ facias completum in eius quarto, remanebunt 24. Vtrôque modô distant à 26. Non ergò possunt illi vltimi fuisse completi. Posteriori autem modò quadrabunt optimè si non dicantur completi. Nam vtrobique sunt tantum 24. Quare vltimus Baasa, & primus Ela, secundùm se spectati, incurrunt simùl in vigesimumsextum Asæ: rursúsque vltimus Ela, & vnus Zambri, qui per septem dies tantùm durat, incurrunt in vigesimumseptimum Asæ.

Qvod autem vtriusque alter, non completus in se, non possit etiam censeri completus pro chronologiâ, Probatur imprimis, quia sicut tractatum fuit §. 67. nulla ratio valida potest reddi, quare potiùs censeri habeant completi, quàm vltimus Ieroboam, & vltimus Nadab: vel etiam quare iuxtà Genebrardum potiùs vltimus Ela, & vltimus Amri, quàm vltimus Baasa. Deinde, quia si censendi sunt completi, certè non aliô modô quàm quòd vigesimusquartus Baasa traxerit ad sui complementum initia primi Elæ: rursumque primus Elæ initia sui secundi, & secundus eiusdem Elæ initia primi Amri: consequenter vltimus Amri, quem nos incompletum in se fuisse probabimus ex Scripturâ, initia primi Achab: & sic de reliquis sequentibus, fortè etiam vsque ad finem illius regni. At quis probet eiusmodi modum annos complendi regnantium: præsertim cùm hi anni colligentur annis Asæ, currentibus vnô fluxu vsque ad quadragesimumprimum eius? Pete probationes reliquas ex §. 67. Nam de his hactenùs.

(∴) (∴) (∴)

## VI. DIFFICVLTAS CIRCA AMRI REGEM Iſrael: Vbinam incipiant anni regni eius: Et an cenſendi ſint completi, vel incœpti: Et quomodò cum annis regni Aſa componendi?

§. 71.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS eſt hoc. Poſt quàm dictum eſt 3. Reg. 16. verſ. 15. *Anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri 7. diebus in Therſa*, &c. & verſ. 16. *Cúmque audiſſet* (exercitus) *rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri*, &c. dicitur verſ. 23. *Anno vigeſimoprimo Aſa regis Iuda, regnauit Amri ſuper Iſraël, 12. annis*: &c. verſ. 28. *Dormiuitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo*: & denique verſ. 29. *Achab verò filius Amri regnauit ſuper Iſraël anno trigeſimooctauo Aſa regis Iuda.*

SVMMA Difficultatis eſt. Si Amri regnauit trigeſimoprimô Aſæ, & Achab trigeſimooctauô eiuſdem Aſæ: quomodò Amri regnauit 12. annis; cum à 31. ad 38. non ſint anni amplius 7.

1. Sent.

I. SENTENTIA. dicit, Amri regnare cœpiſſe annô trigeſimoprimô Aſæ, & regnaſſe per 6. aut 7. annos ſolitarie, ſeu abſq; ſocio: reliquos autem regnaſſe cum filio ſuo Achab, a quo ſolo poſtea anni numerentur; atque ità 12. Amri, concurrere per vltimos cum primis filij ſui Achab.

Ita nonnulli, quos nomine tacitô refert Genebrardus in Amri, ſeu pag. 154. init. dicens: Prodigiosè aliqui ex his 12. ſex conflant, ſéxque poſteriores abſtrahunt & cum 22. Achaz (legendum Achab) conſundunt. Rationem eorum ſubiungit: Idque, inquiũt, vt tempora regum Iſraël cum regum Iuda conuenienter conſerantur.

Reijcitur. 1.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd 3 Reg. 16. verſ. 28. *Dormiuitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo.* verſ. 29. *Achab vero filius Amri regnauit ſuper Iſraël anno trigeſimooctauo Aſa regis Iuda.* Per hæc oſtenditur manifeſtè vitam & annos regni Amri finiiſſe antequàm regnaret ſimpliciter Achab.

2

FACIT II. Quòd, iuxtà hanc Sententiam, conſtituendum eſſet interregnum inter Zambri & Amri. At hoc abſque vlla neceſſitate.

2. & vera Sent.

II. SENTENTIA. & vera. dicit, Amri cœpiſſe regnare à vigeſimoſeptimo Aſæ, quò Zambri deſiit: abinde autem

A contendiſſe cum Thebni, vſque ad trigeſimumprimum Aſæ, & ab hoc trigeſimoprimo Aſæ regnaſſe pacatè, ſiue in Samaria, vſque ad trigeſimumoctauum eiuſdem Aſæ, quô Achab regnauit. Atque ità 12. eius annos incipiendos eſſe ab anno vigeſimoprimo Aſæ: & illa verba, *Anno trigeſimoprimo Aſa regnauit Amri*, exponenda eſſe, non de regno abſoluto, ſed de pacato, ſeu in Samaria, poſtquam occiſus fuit Thebni: illa autem, 12. *annis*, referenda eſſe ad aliud tempus, quàm ad illud à quo dicitur regnaſſe pacatè, nimirùm ad vigeſimumſeptimum

B Aſæ.

Ità Toſtatus in 3. Reg. 16. q. 14. Vatablus ibidem, aliique, & denique ſuis locis Genebrardus, Gordonus, & Torniellus, éſtque manifeſtum ſatis ex ſerie hiſtoriæ, proût contexitur à Scriptura.

PROBATVR hæc Sententia, Argumentô petitô à ſerie narrationis hiſtoricæ. Nam poſtquàm narratum fuit quomodò Amri electus fuit in regem ab exercitu qui obſidebat Gebbethon verſ. 16. *Cumque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſraël Amri, qui erat prin-* Probat.

C *ceps militiæ ſuper Iſraël in die illa in caſtris.* & quomodò. verſ. 17. *Aſcendit ergò Amri, & omnis Iſraël cum eo, de Gebbethon, & obſidebant Therſa.* & verſ. 18. *Videns autem Zambri, quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia: & mortuus eſt*, &c. narratur ſic à verſ. 21. *Tunc diuiſus eſt populus Iſraël in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt conſtitueret eum regem: & media pars Amri.* verſ. 22. *Præualuit autem populus qui erat cum Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuúſque eſt Thebni, & regnauit Amri.*

D In poſtremis verbis, *& regnauit Amri*, manifeſtè oſtenditur, regnum eius vnô ſenſu reputari à tempore, quò mortuô Thebni, regnauit pacificè: adeóque illa verba immediatè ſequentia verſ. 23. *Anno trigeſimoprimo Aſa regis Iuda, regnauit Amri*, conformiter exponi poſſe de regno, non omnium primo, ſed pacato. Nam quæ ratio cur Scriptura diceret iſtô locô, Amri regnaſſe, & regnaſſe annô trigeſimoprimô Aſæ, cum dixiſſet eum iam, videlicet ab anno vigeſimoſeptimo eiuſdem Aſæ, fuiſſe factum regem: niſi quia nunc regnabat æmulô ſublatô, pro-

indeque pacatè qui primus erat ius regni habens, cóque modo iam regnans, tamen regnabat regnum suum totum pacatè possidens?

Subiungitur infrà, vers. 24. *Emitque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Semer domini montis Samariam.* Per hoc ostenditur regnum Samariæ, quod in posterùm sic fuit appellatum, cœpisse indè adeóque aliquod regnum abinde computari potuisse.

Inter hæc autem dicitur vers. 23. *Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit Amri super Israël, 12. annis: in Thersa regnauit 6. annis.* In postremis verbis, *in Thersa regnauit 6. annis*, manifeste ostenditur, eum regnasse 6. annis antequàm regnaret in Samaria: adeoque 12. illos annos sic esse diuidendos, vt 6. egerit in Thersa, & 6. in Samaria. Quod confirmatur, cum dicitur vers. 28. *Dormiuitque Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo.* Si enim regnauit in Samaria, & ibi mortuus est antequam Achab regnaret: & si regnauit tantum 6. in Thersa, consequens est eum regnasse 6. alios in Samaria: atque ità cum dicitur regnasse annò trigesimoprimò Asæ, exponendum esse de regno suo pacato, seu incœpto in Samaria; cum autem dicitur, 12. *annis* exponendum esse de incœptis à tempore, quo primum electus fuit in regem, occisò Ela per Zambri, annò vigesimoseptimò Asæ.

HIS ita probatis, Si quæratur, an vltimus eius annus fuerit in se, vel saltem censendus sit completus, aut incœptus?

Amri annus vltimus, non [illegible] incœptus.

RESPONDEBITVR. Eum in se non fuisse completum: sed incœptum tantummodò. Nam à vigesimoseptimo Asæ, ad trigesimumoctauum eiusdem Asæ, quò Achab regnare cœpit, impossibile est 12. annos in se compleri. Sed neque censeri posse completum, v. g. per secundum Elæ, & vnum Zamri (si tamen septem dies vocari possint vnus) incompletos, ostenditur triplici modo. 1. Computando 2. annos Asæ, antequàm regnaret Baasa, 23. completos Baasæ, 1. completum Elæ, & 12. qui dicerentur completi Amri. Hi facerent 38. completos: sicque Achab cœpisset regnare post trigesimumoctauum, incœptò iam trigesimo nono, non autem adhuc currente trigesimo octauô quod esset contrà Scripturam. Quod si dixeris, nonne possunt cogitari 38. dicti per reges Israël incœpisse paulo ante 38. dictos per reges Iuda, siue per Asa: & sic 38. dicti per reges Israël, finire ante 38. Asæ, consequenter esse, vel censeri, completos: & tamen Achab incipere intra trigesimum octauum Asæ? Respondebitur, obstare tunc principium annorum regum Israël, id est Baasæ, &c. quod assignari non potest ante annos Asæ, sed post. Hoc melius adhuc patebit aliò, scilicet, 2. modò. Computando annos regum Israël ab Asa. Nam computa pro completis vigesimumtertium Baasæ, vnum Elæ, & duodecimum Amri, fient 36. completi. A tertio Asæ inclusiue sumpto, ad trigesimumoctauum completum, inclusiue similiter sumendum, sunt pariter quidem 36. completi. At primus Baasæ non incœpit antè tertium Asæ, sed intrà illum, imo non fuit completus nisi post ipsum. Ergo reliqui regum Israël consequentes, non anteuertunt vllos Asæ in quibus assignantur, sed incipiunt proportionaliter intrà illos. Ergò duodecimus Amri debet incipere non ante, sed intrà trigesimumoctauum Asæ. Quod si censeatur completus, finire debebit intra trigesimumnonum Asæ; atque ità non poterit Achab incœpisse regnare intrà trigesimumoctauum Asæ, quod tamen contradicit Scripturæ. Quare nullà viâ potest affirmari, duodecimum Amri censendum esse completum. Dicere autem eum censeri posse completum, per initia primi Achab, iam fuit explosum §. 67. & ex similibus in §§. sequentibus. Hinc fortè Torniellus annô 3117. & in tabulis, reputat eum solummodò pro incœpto. 3. & omninò, si iuxtà sententiam Genebrardi, secundus Elæ censeri habeat completus. Nam tunc à Baasa vsque ad Achab fuerint 37. completi: cum tamen à tertio Asæ numerati fuerint tantùm 36. Probationes alias vide §. 67. Nam eas toties non repetimus: speciales solummodò specialibus locis adducimus.

(∴) (∴) (∴)

## VII. DIFFICVLTAS. CIRCA ASA REGEM Iuda: An quadragesimusprimus annus regni eius, censendus sit completus vel incœptus?

§. 72.

*1. Sent.* PRIMA SENTENTIA. dicit, Annum quadragesimumprimum Asæ censendum esse pro chronologia completum.

Ita censenti sunt Genebrardus & reliqui computantes eum in chronologia, quamuis pauci proferentes probationes. Ita autem expresse magis Tornellus an. 3126. vbi denotat quidem eum fuisse tantum incœptum: sed tamen in tabelis computat pro completo.

*Probat.* PROBARI potest Hæc Sententia, ex dictis sub difficultate 1. post quæ restat solummodò declarandum, quomodo hoc verum habeat, vel habere possit. Itaq;

*Declarat.* DECLARARI potest. Nam cogitetur primus Achab concurrisse ferè totus cum trigesimononô Asæ, & ità quartus Achab venire ferè totus in eum qui fuisset quadragesimussecundus Asæ, si Asa tot regnasset: hoc pactô primus Iosaphat concurret cum quarto Achab, & tamen incipiet quadragesimosecundô illô, qui fuisset Asæ, si Asa tot regnasset. Consequenter quadragesimusprimus Asæ facile concipietur fuisse completus: eô modô quô fusiùs dictum est de anno tertio Abiæ, maxime vero per respectum ad annos mundi.

QVOD si quæras, vndenam petendus fuerit annus ille fractus?

RESPONDEBITVR. Eum sufficienter peti posse, vel à decimooctauo Roboã incœpto, qui annos tàm Abiæ, quàm Asæ, fecerit præ vigesimosecũdo Ierôboam in anteriora procedere; vel à tertio, simùl, aut seorsim, Abiæ incompleto: qui similiter annos Asæ fecerit in anteriora procedere; vel denique ab initiis anni primi Iosaphat.

QVOD si dicas, hæc posse quidem dici sed sine fundamento in Scriptura: cum contraria D Sententia, fundamenta plura habeat in illa.

RESPONDEBITVR: Fundamentum haberi sufficiens in Scriptura, quandò annos regni Asæ affirmat simpliciter 41. 3. Reg 15. vers. 10. nihilque aliũde repugnat intelligi cõpletos, si non in se, saltē in respectu ad annos, vel mundi, vel alterius regiminis: aliũde vero ligationes, & fracturæ annorum, circa initia, media, vel fines, non possint certò haberi pro sententia contraria, prout notatũ fuit sub difficultate 1. & nonnihil sub præcedenti. Verùm

*Reijcitur* CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, omnia quæcumq; dicta fuerunt sub A §§. præcedentibus, nēpe à §. 67. quæ quoniã esset tediosum repetere, consulantur in eis. Est tamen ex illis specialiter aduertendum, quomodo declaratio huius sententiæ, de se cõficta pateat ad libitum, & quomodo quod dicitur de annis, à quibus petendum sit complementum istius vltimi Asæ, sit vacuum & inane; & deniq; quomodò vacuum magis ac inane quod subdiiut hoc habere sufficiẽs in Scriptura fundamẽtum, quòd annos regni Asæ Scriptura memoret aut affirmet simpliciter 41. siquidem omnes etiam incompleti regum Israël, censendi venirent æque completi, quoniam æque simpliciter memorãtur B vel affirmantur à Scriptura. Quare

*2. & probabilior Sēt. Asæ annus 41. nec in se, nec censendus cõpletus.* II. SENTENTIA, & probabilior, dicit, Annum quadragesimumprimum Asæ, nec esse in se, nec censendũ esse pro chronologia completum sed tantum incœptum, siue nullũ.

*Probat.* PROBATVR hæc Sententia. Et quidem, quod annus ille non fuerit in se completus, duobus argumentis.

*1. Arg.* I. ARGVMENTVM. Petitur à solita phrasi Scripturæ sacræ, necnon Ciuilium, applicata loco 2. Par. 16. vers. 13. *Dormiuitq. (Asa) cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimoprimo regni sui.* C Hęc phrasis ex more Scripturæ & Politicorũ sonat semper annum incœptum solummodò. Vide quę dicta sunt de similibus & de anno sexcentesimo vitæ Noë §. 16. & hic § 66. sub 6. quæstione.

*Confirm.* CONFIRMATVR ex variis hôc eôdem Lib. Par. & Lib. 3. Reg. Nam Par. vers. 12. *Aegrotauit etiã Asa anno trigesimonono regni sui.* Item, 3. Reg. 15. vers. 25. *Nadab regnauit anno secundo Asa.* vers. 33. *Anno tertio Asa regnauit Baasa.* c. 16. vers. 8. *Anno vigesimosexto Asa regnauit Ela.* vers. 10. *Occidit eum Zambri anno vigesimoseptimo. Asa, & regnauit pro eo.* vers. 15. *Anno vigesimoseptimo Asa regnauit Zambri.* vers. 23. *Anno trigesimoprimo Asa regnauit Amri.* vers. 29. *Achab regnauit super Israël anno trigesimooctauo Asa.* D Denique, vbicumq; tàm per historiã totam Regũ, quàm alibi, reperitur illa phrasis, semper denotat & denotauit (iuxtà principia quæ tradidimus ab initio) annum incœptum; nec est vllus author, nisi fortasse quandoq; Tostatus, qui modos illos Scripturæ loquendi non sic intelligat.

*2. Arg.* II. ARGVMENTVM. Petitur à 3. Reg. 16. vers. 29. *Achab regnauit anno trigesimooctauo Asa:* & cap. vlt. vers. 41. *Iosaphat, &c. regnare cœperat super Iuda anno quarto Achab.* Per hæc patet quòd quadragesimus.

primus Aſa, & primus Ioſaphat (ſuccedentis Aſæ) coincidunt cum quarto Achab; nam à trigeſimooctauo (incluſo) ad intrà quadrageſimumprimum ſunt tantùm 4. anni. Si quadrageſimusprimus Aſæ, & primus Ioſaphat, coincidunt in quartum Achab: non poſſunt computari pro duobus, ſed ſolummodò pro vno. Porrò primus cuiuſque regnantis ſemper cēſetur pro completo. Conſequenter ex duobus illis coincidentibus

A cum quarto Achab, primus Ioſaphat habendus eſt pro completo. Ergò quadrageſimusprimus Aſæ fuit tantùm incœptus.

HOC autem ità probatô: non debere annum illum quadrageſimumprimum Aſę cenſeri completum, ità manifeſtum eſt ex dictis ſub §.§. præcedentibus, & præſertim in refutationibus contrariarum ſententiarum, vt non ſit opus niſi ſemel illa legiſſe, propter quæ non ea his locis iterabimus.

## VIII. DIFFICVLTAS. CIRCA IOSAPHAT regem Iuda: Vndenam anni 25. regni eius incipiant: Et an cenſendi ſint incœpti, vel completi?

§. 73.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS eſt hoc. 3. Reg. 15. verſ. 24. *Et dormiuit (Aſa) cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid patris ſui. Regnauitque Ioſaphat filius eius pro eo.* Hæc dicuntur longe antequàm mentio fiat de regno Achab regis Iſraël: imò verò dicuntur antequàm mentio fiat de regno Nadab regis Iſraël. Per hæc autem videtur annos Ioſaphat incipiendos eſſe tàm antè Achab, quàm ante Nadab: adeóque ſub ipſomet Aſa patre ſuo. Aliundè autem cap. vlt. verſ. 41. *Ioſaphat verò filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudam anno quarto Achab regis Iſrael.* Per hoc videtur quòd incœpit regnare tantùm annô quartô Achab: adeóque poſt patrem ſuum Aſa. Deniq; 4. Reg. 8. verſ. 16. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſraël, & Ioſaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda.* Per hoc videtur, quòd Ioſaphat cœperit regnare tantum eôdem tempore, quô Ioram filius Achab regis Iſraël, qui non regnauit niſi vel poſt Achab, vel circà finem annorum 22. quibus Achab regnauit.

Vera Sent.

VERA SENTENTIA & omnium, eſt, Annos 25. regni Ioſaphat chronologicos, incipiendos eſſe ab anno quarto Achab regis Iſraël, & poſt quadrageſimumprimum incœptum Aſæ patris ſui.

Probat.

PROBATVR hæc Sententia. Nam quòd anni Ioſaphat incipiāt à quarto Achab, manifeſtum eſt ex 3. Reg. vlt. verſ. 41. *Ioſaphat verò filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudam anno quarto Achab regis Iſrael.* ℣. 42. ſin. *& 25. annis regnauit in Ieruſalem.* Nihil autem repugnat iſtos 25. annos incipere ab illo quarto Achab; cùm potius ſeries chronologiæ, & anni regum Iuda ſummati à Scriptura ſacra, requirāt ſic intelligi. Vide quę dicta ſunt ſub

B Regulis generalibus, & §. 67. Quòd autē hic quartus Achab, adeóque primus illorum 25. Ioſaphat, incipiant poſt quadrageſimum primum incœptum Aſæ, ſequitur ex §§. præcedentibus, videbitur rurſùs in ſequentibus.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, & ad I. locum eius, petitum à 3. Reg. 15. verſ. 24. Reſpondetur, illa verba dici per anticipationem, & cap. vlt. Reg. narrari tanquàm propriò locô. Non quod Ioſaphat non regnauerit vnô regnādi modô cum patre ſuo: verba que illa *triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet*, intelligenda ſint de tali regnandi modô: ſicut

C econtra hæc *regnare cœperat ſuper Iudam anno quarto Achab*, intelligēda ſint de regno ſuo propriè dicto, quô regnauit ſolus, ſiue patre mortuô. Sed hoc non infertur ex illo loco 3. Reg. 15. verſ. 14. verum ex aliis expreſſius infrà §§. 75. & 76. & præſertim §. 76.

Ad Fundam. Diffic.

AD vltimum locum, petitum ex 4. Reg. 8. ℣. 16. Reſpondetur, ſi locus ille non ſit intelligendus cum repetitione anni quinti pro Ioſaphat, rem eſſe facilem. Sēſus enim erit tantùm, id eueniſſe regnante Ioſaphat. Si autem intelligendus ſit cum repetitione anni quinti pro Ioſaphat, de quô grandis quæſtio §. 75.

D dicēdum eſſe, Ioſaphat rurſùs habuiſſe multiplex regnandi principiū, quorum vnum eſt concurrens cum quinto Ioram filij Achab rege Iſraël; Ioram item filium Achab regem Iſraël, habuiſſe duplex regnandi principium, quorum vnum concurrit cum illo alio quinto Ioſaphat; Ioram denique filium ipſius Ioſaphat, habuiſſe multiplex etiam regnandi principium, quorum vnum concurrit cum illo quinto Ioram filij Achab. Sed de his omnibus ex profeſſo §. 75. Quocumque igitur modô ſumatur ille locus, nihil obeſt huic veræ ſententiæ.

Iosaphat anni 25. completi.

PORRO cùm nihil obstet annos 25. Iosaphat, & fuisse in se, & censeri completos: ideò simpliciter pro talibus sunt habendi: quicquid renitatur Tostatus in 4. Reg. 8. q. 29. fin. Et hoc in posterùm apud nos censeri A cupimus, de omnibus annis, pro quibus nulla mouebitur quæstio specialis. Hoc enim sequitur ex Regulis generalibùs, sæpè habitis tùm sub hac tùm sub præcedentibus Periodis, maximè verò sub prima.

## IX. DIFFICVLTAS. CIRCA ACHAB, ET Ochosiam filium eius, reges Israël: Quomodò anni regni eorum sint inuicem, & cum annis regni Iosaphat regis Iuda, componendi?

§. 74.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 3. Reg vlt. vers. 35. *Mortuus est Achab vespere*, seu 2. Par. 18. vers. 34. *Sole occidente*. ibidem Reg. vers. 40. *Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo*. Per hoc videtur Ochosiam regnare cœpisse post mortem Achab patris sui. Nam regnum eius ibi narratur, post narratam mortem Achab: & illa verba immediatè subiuncta: *regnauitque pro eo*, id conuincunt ex phrasi solita Scripturæ.

C Vers. 52. *Ochozias autem filius Achab, regnare cœperat super Israël in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque super Israël 2. annis*. Per hoc videtur Ochoziam regnasse patre superstite. Nam Iosaphat cœperat annò quartò Achab, 3. Reg. vlt. vers. 41. & Achab regnauit 22. annis, cap. 16. vers. 29. A quarto Achab ad decimumseptimum Iosaphat, manifestũ est reliquos Achab non fuisse consumptos, quantumcúmq; vigesimussecundus eius concipi possit solùm incœptus: aut etiam quartus incidisse priùs quàm primus Iosaphat; sed ad plùs transactum fuisse vigesimum, & incœptum vigesimum primum eius.

D Quòd si dixeris, Ochoziam regnasse partim cum patre, & partim post patrem, cogitando v.g. primum annum Ochoziæ ità incipere in decimoseptimo Iosaphat, vt tamen totus ferè concurrat cum decimooctauo, atque ita secundus eius, totus cum decimonono: contra sit imprimis, quòd anni Ochosiæ videantur omnes transacti cum patre. Nam 4. Reg. 1. ℣ſ. 17. *Mortuus est ergò* (Ochozias *iuxtà sermonem Domini quem locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda: non enim habebat filium*; Ioram autem filius Iosaphat videtur regnasse annô decimoseptimô Iosaphat patris sui, vt colligere est ex 4. Reg. 1. vers. 17. med. vbi *regnauit Ioram frater eius* Ochoziæ, seu filius Achab) *pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ*, & cap.

B 3. ℣ſ. 1. *Ioram verò filius Achab* (frater Ochoziæ) *regnauit super Israël in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda*. Si enim Ioram filius Achab regnauit decimooctauò Iosaphat, & hoc secundô Ioram filij Iosaphat: vtiq; sequi videtur primũ Iorã filij Iosaphat incœpisse decimoseptimô Iosaphat. Itaque Iorã frater Ochoziæ regnauit post mortem ipsius Ochoziæ, annò secundô Ioram filij Iosaphat, qui incœpit annò decimoseptimò patris sui Iosaphat. Consequenter Ioram ille frater Ochoziæ, regnauit annò decimo-

C octauô Iosaphat, quod etiam expressis verbis dicitur illô locô, cap. 3. vers. 1. *Ioram verò filius Achab regnauit super Israël in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda*. Quòd si Ioram filius Achab, seu frater Ochoziæ, regnauit post Ochoziam mortuum, & hoc à decimooctauò Iosaphat: vtique videtur Ochoziam regnasse suos annos totos cum patre Achab, scilicet à decimoseptimò Iosaphat ad decimumoctauum eiusdem, antè quem decimumoctauum anni 22 Achab

D non finiuntur. Deinde contra facit prorsus, quòd etiam illò modò secundus Ochoziæ finire habeat intrà decimumnonum Iosaphat. Atqui vigesimussecundus Achab non finit nisi in vigesimo, vel meliùs in decimonono etiam Iosaphat, cùm debeat censeri completus, prout est ex Scriptura probabilius.

Porro, quia tota difficultas præcipuè pendet ab intelligentia regni, siue annorum Ochoziæ; ideò ab eo est incipiendum. Itaque.

E I. SENTENTIA. dicit, Ochoziam filium Achab regis Israël, cœpisse regnare annò decimoseptimò Iosaphat regis Iuda, simul cum patre suo Achab: & annum eius primum, totum concurrere cum patre. secundum verò partim cum eodem patre, partim verò post mortem patris: sed neutram eius partem, neutrum consequenter annum, addere ad chronologiam regum Israël. 1 Sent.

Ità Tempurarius lib. 2. can. 5. seu in tabula sui apposita pag. 151. col. 2. initiô, di-

cens: Ochozias filius Achab annô decimo- A
septimô Iosaphat regnauit annos 2. sed ferè
cum patre. Ità & Torniellus anno 3137.
num. 2. dicens: Eôdem annô regis Iosa-
phat decimoseptimô cœpit regnare Ocho-
zias filius Achab super Israël in Samaria,
intellige simul cum patre, qui cùm delibe-
rasset ire ad bellum contrà Syros in Ra-
moth Galaad, constituit Ochoziam filium
suum regem, vt pro eo gubernaret regnum
Israël in Samaria. Et quia vt sub anno mun-
di proximô, inquit, num. 1. dicemus, cir-
cà initia anni sequentis occisus fuit Achab
in bello, & sub finem illius anni ipse quo- B
que Ochozias interiit: ideò illi 2. anni, qui-
bus idem Ochozias locô Reg. citatô re-
gnasse dicitur, accipi debent incompleti,
& partim viuente, partim interemptô iam
patre. Tribuuntur autem ambo ipsi Ocho-
ziæ, quia ferè totô illô tempore ipse regnum
administrauit, primò absente patre, mox de-
functo patre. Et nihilominùs hi 2. anni non
augent chronologiam, quia includuntur in
annis 22. regni patris sui, quorum postre-
mus fuit tantùm inchoatus, vt sub annô in-
sequenti num. 1. ostendemus. Hæc ille. Idem C
confirmat ann. 3138. num. 7.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia,
1. quoad singulas partes suas. Et I. quidem,
Ochoziam cœpisse regnare annô decimo-
septimô Iosaphat, traditur expressis verbis
3. Reg. vltim. vers. 22. suprà in fundamento
difficultatis.

2. II. Regnasse simùl cum patre, & primum
eius annum concurrere totum cum illo, in-
dè patet. Nam cùm Achab regnauerit 22.
annos, & Iosaphat 25. primus verò Iosaphat D
incœperit annô quartô Achab: manifestum
est vigesimumprimum Achab participare de
decimooctauô Iosaphat: consequenter pri-
mum Ochoziæ, qui incœperit decimosepti-
mô Iosaphat, concurrere totum cum patre.

3. III. Secundum annum Ochoziæ actum
fuisse partim cum patre, probatur. Nam vi-
gesimusprimus Achab participat, vt dictum
est, de decimooctauô Iosaphat: consequen-
ter vigesimussecundus eius de decimono-
nô Iosaphat. Cum ergo Ochozias rexerit
etiam intrà decimumseptimum Iosaphat, vt E
similiter dictum est: & a decimoseptimô ad
decimumnonum sit plùsquam vnius annus:
vtique secundus eius concurrit saltem pro
aliqua parte cum vigesimosecundô patris.

4. IV. Eundem secundum Ochoziæ an-
num, non fuisse actum partim cum patre, sed
post eum, probatur. Nam 3. Reg. vltim. vers.
35. *Mortuus est* (Achab) *vespere*. vers. 40. *Dor-
miuit ergo Achab cum patribus suis, & regna-
uit Ochosias filius eius pro eo.* Per hoc osten-
sum est in fundamento difficultatis, Ocho-
siam aliquandò regnasse mortuô patre, adeó-
que non cum eo.

CONFIRMATVR hoc vltimū 1. Ibid. ℣. 49.
*Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quæ na-
uigarent in Ophir propter aurum: & ire non po-
tuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber.* ℣.
50. *Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat:
Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus.* Hęc
autem ordine propriô narrantur sic 2. Par.
20. à vers. 35. *Post hæc* (scilicet, multa narra-
ta capitibus præcedentibus, at præsertim
mortem Achab. cap. 18. vers. vlt. fin. *Et mor-
tuus est occidente Sole*) *iniit amicitias Iosaphat
rex Iuda cum Ochozia rege Israël*, &c. vers. 36.
*Et particeps fuit vt faceret naues, quæ irent in
Tharsis: feceruntque classem in Asiongaber.* ℣.
37. *Prophetauit autem Eliezer filius Dodan de
Maresa ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fœdus
cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, con-
tritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Thar-
sis.* Hoc ergò fœdus initum cum Ochozia,
*post mortem Achab*, conuincit Ochoziam re-
gnasse post illum aliquod tempus.

CONFIRMATVR II. 4. Reg. 1. vers. 1. *Præ-
uaricatus est autem Moab in Israël, postquam
mortuus est Achab*: quod repetitur cap. 3.
vers. 5. *Cùmque mortuus fuisset Achab, præua-
ricatus est* (rex Moab) *fœdus quod habebat cum
rege Israël.* Ibidem cap. 1. vers. 2. *Ceciditque
Ochozias per cancellos cœnaculi sui*, & cætera
quæ per totum caput. Ibi manifestum est
Ochoziam cecidisse, & ægrotum fuisse, post
fœdus ruptum, & vtrumque post mortem
Achab.

V. Denique neutram partem anni illius 5.
secundi, neutrum adeò annum Ochoziæ, ad-
dere ad chronologiam regum Israël: indè
facilè deducitur. Et de primo quidem anno,
per se patet; cùm totus concurrerit cum pa-
tre. De prima parte secundi similiter; eâdem
ratione. De secunda autem parte, seu de se-
cundo eius anno, patet; quia hic concurrit
cum decimooctauo Iosaphat: & primus Io-
ram fratris ipsius, concurrit cum eodem de-
cimooctauo Iosaphat: & demùm vterque
cum vigesimosecundo, ac fortè etiam vigesi-
moprimo Achab. Ex quibus consequens est
vigesimumsecūdum Achab non fuisse com-
pletū. Aliuquin Achab superuixisset Ocho-
ziæ filio suo. Siquidem vigesimustertius
eius, qui fuisset incœptus, incidisset in vige-
simum Iosaphat. A decimoseptimo autem
Iosaphat, quâcumque vltimâ die cogitato,
quô regnasset Ochozias, ad vigesimum Io-
saphat quâcumque die sumptum, quô vige-
simustertius Achab incœpisset, vix possent
duo Ochoziæ extendi, etiam completè sum-
pti: nullatenùs autem incœptè tantùm, prout
vult Torniellus, computati.

CÆTERVM, filios regum aliquos quando-
que regnasse cum patribus, non solùm ità
constās est, aut esse debet, ex Scripturâ sacrâ,

vt de hôc nulla dubitatio subeat, sed etiã confirmatur congruènter a similibus apud prophanos, & à rationibus variis. Ex Scripturâ quidem patet in Salomone, de quo Dauid pater eius 3. Reg. 1. à vers. 29. *Iurauit rex, & ait: Viuit Dominus*, &c. vers. 30. *Tollite vobiscum seruos Domini vestri, quia sicut iuraui tibi per Dominum Deum Israel, dicens. Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me sic faciam hodie.* &c. vers. 32. *Dixit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege*, vers. 33. *dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam: & ducite eum in Gihon.* vers. 34. *& vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, in regem super Israel: & canetis buccinâ, atque dicetis. Viuat rex Salomon.* vers. 35. *Et ascendetis post eum, & veniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam vt sit dux super Israël, & super Iudam*, &c. vers. 38. *Descendit ergò Sadoc sacerdos*, &c. *& imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon.* vers. 39. *Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem; & cecinerunt buccinâ; & dixit omnis populus: Viuat rex Salomon*, &c. vers. 43. *Dominus enim noster rex Dauid, regem constituit Salomonem*, &c. vers. 45. *Vnxerúntque eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, regem in Gihon*: &c. vers. 46. *Sed & Salomon sedet super solium regni*, &c. vers. 48. *& locutus est* (Dauid): *Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.* In his manifestissimum est Salomonem verè [illegible] & actu regnasse cum patre. Confirmari potest ex eo quod Dauid ad ità faciendum motus fuit, quoniam Adonias filius eius iam actu se regem constituerat, prout ibidem prius describitur, præsertim vers. 11. 18. & 25. Iungit Tostatus: Imò bis vnctus est Salomon in regem viuente Dauid. Vt patet 1. Par. vlt. Scilicet, vers. 22. med. *Et vnxerunt secundò Salomonem filium Dauid. Vnxerunt autem eum Domino, in principem, & Sadoc in pontificem.* vers. 23. *Seditque Salomon super solium Domini in regem pro Dauid patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israël.* vers. 23. *Sed & vniuersi principes, & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi.* &c. post quæ describitur mors Dauid. Quare nil obstant quæ dicuntur per Bethsabee, 3. Regum 1. vers. 17. *Domine mi, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo*: & similia vers. 20. & 27. Non enim vnum excludit aliud: potiùs magis illud confirmat; vnde iungit vtrumque simùl Dauid vers. 30. *Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me.* Confirmabitur §. sequenti per exempla varia, Iosaphat regis Iuda, Ioram filij sui, & Ochoziæ nepotis sui, necnon Ochoziæ huius regis Israel, & Iotam fratris ipsius: ac deníque §. 92. de Iechonia filio Iosiæ regis Iuda, quorum anni non possunt conciliari, nisi concedendo multiplices ipsorum regnandi modos, quorum aliqui fuerint cum patribus, & aliqui post patres; vel nisi recurrendo ad corruptiones sacrorum textuum, quas nullatenùs admittendas esse, hucusque semper fuimus protestati. Confirmatur congruenter à similibus apud prophanos, vt apud Persas ex Herodot. lib. 7. sub init. & apud Romanos notabit infrà Genebrardus, fusiusque dicetur quandò tractabitur de regibus Persarum sub 6. Periodo. Rationes autem eius rei sunt plurimæ. I. Vt quandò patres ad bella pergebant, filij gubernarent in ipsorum absentiâ. Hôc modô gubernauit Ochozias iste filius Achab, de quo hîc agitur. II. Quandò patres aut ægrotabant, aut nimiùm senes erant, aut negotiis non ampliùs vacare volebant, filios secum regnantes instituebant. Sic 4. Regum 15. vers. 5. & 2. Par. 26. vers. 21. Oziâ percusso leprâ, Ioathan filius eius *gubernabat palatium regis, & iudicabat populum terræ.* Sic 2. Par. 21. vers. 3. Iosaphat *regnum tradidit Ioram filio suo* viuus, eò quòd, inquiunt Torniellus & alij, nimium esset senex. Et quamuis ibidem subdatur ratio quædam *eo quod* Ioram *esset primogenitus*: hæc tamen illam aliam non excludit. III. Quandò patres timebant, ne filiorum aliqui post ipsorum mortem, vel etiam ipsis adhuc viuis, regnum inuaderent, aut inuadere tentarent, in præiudicium vel primogenitorum, vel saltem eorum quos post se regnare cupiebant, eos iam dùm in viuis ipsi agerent, in reges instituebant, ad hoc nimirùm vt populi, vel populorum maxima pars, attentantium partes non adiuuarênt, quippè qui voluntatem patrum iam nossent, qui regimini filiorum illorum assuefacti iam essent, qui beneficiis ab eis deuincti pluris illos diligerent, &c. Sic Dauid instituit suprà filium suum Salomonem in regem, nec semel tantùm, sed etiam iterum, dùm ipse viueret. Denique similes variæ rationes potuerunt aut simùl aut seorsim reperiri, propter quas filij regnare inciperent cum patribus. Et hæc sunt verissima: quæ propterea hîc semel habeantur annotata prò sequentibus, vt imposterum necesse non sit ea sæpiùs aut fusiùs deducere.

Qvod si quæras in singulari, rationem specialem propter quam, vel etiam tempus quò, regnare fecerit Achab secum, filium suum Ochosiam?

Respondebitvr. Quantùm ad causam, eam assignari posse ex his aliquam, nimirùm, vel bellum seu prælium committẽdum cum Benadab rege Syriæ, & hoc duplex, alterũ 3. Reg. 20. alterum cap. 22. vel cõminationem factam per Eliam prophetam de interitu domus suę propter historiam Naboth, cap. 21. factam iam antè per aliũ prophetam aliâ de causâ cap. 20. fin. Quantùm ad tempus: si diceretur propter prius bellũ, dicendum consequenter esset, Ochosiã regnasse iam dudùm annis pluribus antè mortem patris. Nam ab isto priori bello, transiit Historia Naboth, cap. 21. rursúmq; c. 22 vers. 1. *Trãsierũt tres anni absq; bello inter Syriam & Israel:* post quos adhuc necesse nõ est tam citò bellum posterius fuisse factũ aduersus Ramoth Galaad, in eòq; Achab occisum. Et hoc quidem non conueniret cum ista sententia. Sed neq; cõuenire potest cum vera historia. Nam ibidem 3. Reg. vlt. vers. 52. *Ochosias autem filius Achab regnare cœperat super Israël in Samaria, anno decimoseptimo Iosaphat regis Iuda* (qui decimusseptimus Iosaphat cõcurrit cum vigesimoprimo Achab). Per hoc probabiliùs excluditur omne aliud regnandi principium Ochosiæ. Non enim dicitur *regnauit*, quod alias exponi potuisset, *regnabat*, & sic indicari quoddam adhuc præcedens regnandi principium, sed simpliciter, *regnare cœperat*. Si diceretur propter comminationem Eliæ; tunc vel diceretur Ochosiam regnasse, statim à comminatione, & neque hoc cõueniret cum ista sententia, sed neq; cum vera historia, propter annos tres qui cap. 22. transacti dicuntur post comminationem illam, & locum iam adductum cap. vlt. quò dicitur tãtùm, Ochosiam regnare cœpisse annô decimoseptimô Iosaphat; vel diceretur eum regnasse, non quidem statim ab illa comminatione, sed ab anno decimoseptimo Iosaphat, seu vigesimoprimo Achab, quamuis propter comminationem ipsam: & hôc modô stare pôtest ista sententia. Quòd si dicatur Achaz regnare fecisse Ochosiam propter posterius bellum, quæstio videri potest difficilis. Nam cum posteaquàm dictum est cap. 22. vers. 1. *Transierunt itaque tres anni absque bello inter Syriam & Israel*, nimirum propter fœdus inter eos initum cap. 20 à vers. 31. subditur vers. 3. *In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israël:* id est, inuisit amicitiæ gratia &c. vers. 3. *Dixitque rex Israël ad seruos suos: Ignoratis quod nostra sit Ramoth Galaad & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?* vers. 4. *& ait ad Iosaphat: Venies ne mecum ad prœliandum in Ramoth Galaad?* vers. 5. *Dixitque Iosaphat ad regem Israël: sicut ego sum, ita & tu*, &c. Per hæc & per bellum ibi sequens, in quo fuit occisus Achab, videtur annũ illum tertium esse vltimum vitæ Achab: & tamen adhuc in eo durauerat fœdus inter ipsum & Syriam. Quomodo ergo fecisset Achab regnare secùm Ochosiam, propter bellũ quod nondum erat à decimoseptimo Iosaphat, quò iam regnare cœperat ipse Ochosias? Responderi potest, Achabiam in animu habuisse longiùs ante, recipere Ramoth Galaad: & hoc seruis suis indicasse prout significatum fuerit illis verbis, *Dixitque ad seruos suos, dixit* expositò per *dixerat*, consequenter & ipsi Iosaphat; atque ita extunc propter bellum illud quod aggressurus erat, regnare secum fecisse Ochosiam, anno decimo septimô Iosaphat, siue vigesimoprimo suò. Neque obstabit id quod prætẽditur ex illis verbis, in *anno tertio*, &c. scilicet videri hunc fuisse vltimum vitæ Achaz. Nam sicut iam præmonitum fuit, necesse non est annum illum fœderis, fuisse postremum vel circiter postremum Achab. Potuit enim esse remotior. Quoniam ea quæ continentur in illo capite toto, videlicet, inuisio Achab per Iosaphat, quam volunt authores, etsi breuiter ibi narratam; nihilominùs includere vel significare plures inuisiones per Iosaphat, nonnullásq; reciprocas per Achab: itémque apparatus belli per vtrumque regem dispositos: hæc, inquam, inuoluunt atque inferunt non pauca tempora, pluráque adeò quàm quæ patiantur annum illum tertium dici vel vltimum vel circiter vltimũ Achaz. Vnde & consequens erit bellum prius habitum inter Achab & Syriam assignandum esse talibus modis annũ tùm Iosaphat tùm Achab, qui non contradicant isti sententiæ. Quod etiam aduertendum erit in sententiis quæ tradentur § sequenti, quandò tractabitur de conciliatione difficultatum pertinẽtium ad istos reges, Iosaphat, Achab, vtrumq; Ioram, & istum Ochosiam.

Si qværas etiam in singulari, quare non fecerit Achaz regnare secum Ochosiam à tempore prioris belli?

Respondebitvr. Rationem indicari cap. 20. vers. 22. & 28. Quia videlicet Deus certò promiserat ei per prophetas suos victoriam de rege Syriæ. Propter hoc enim opus non erat, vt regnare faceret illum extunc. Contrà vero tempore posterioris belli, quia comminationem audierat sibi factam per Eliam. Et propterea, timendus erat ipsi non solùm euentus belli, sed quicumque alius, quales innumeri præuidentur & non præuidentur humani.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd non sit vllomodo probabile, Scripturam sacram voluisse ex vnâ parte — Reijcitur. 1.

computare

computare 2 2. annos in Achab, & ex aliâ rursus eorum duos in Ochozia. Imprimis, quia sicut iam sæpiùs est annotatum, non solùm in Regulis generalibus, sed etiã post in singularibus quibusdam difficultatibus, nec Scriptura sacra, nec Politica, solent annos vllis in aliquâ serie tribuere, quorum saltem aliqui non sint pro chronologiâ computandi. Deinde, quia nec solet Scriptura sacra numerare annos quibus filij regnarunt cum patribus: quod patebit infrà variis exemplis, vt §. sequenti in Iosaphat, in Ioram filio eius, & in Ochozia filio huius Ioram, regibus Iuda: necnon tandem in Ioram filio Achab rege Israël. Specialiter autem in Ioathan patre Achaz, cui 4. Regum 15. vers. 33. & 2. Par. 27. vers. 1. Scriptura numerat tantùm 16. annos regni: cùm tamen ibidẽ ostendat eum regnasse cum patre leproso, & præsertim Reg. vers. 30. regnasse annos 20. quia nimirũ, vt probabiliùs æstimabimus suô locô, 4. istorum 20. regnauit cum filio suo Achaz. Patebit hoc etiam in Iechonia filio Iosiæ, cui Scriptura tribuit tantùm 3. menses, & 10. dies, 4. Reg. 24. vers. 8. & 2. Par. vlt. vers. 9. cùm tamẽ ex iisdem locis certum sit, aut certum esse debeat, eum regnasse cum patre 10. annos, vt etiam probabitur suô locô. At semel hoc pro omnibus iam patet in Salomone, qui cum regnauerit cum patre, non tamen abinde computantur anni regni eius.

a. FACIT II. & omninò. Quòd nisi anni 2. istius Ochoziæ filij Achab sint chronologici, non quadrabunt annorum numeri iam veriùs stabiliti pro regibus, tàm Iuda, quàm Israël, ab initiis eorum vsque ad Athaliam & Iehu: deficerent enim 2. de cæterò nulla ratio valida potest afferri, præsertim ex Scripturâ sacrâ, propter quam nec omnes reliqui v.g. vtriusque Ioram, & Ochosiæ regis Iuda, sint computandi, nec speciatim isti Ochosiæ sint vel in se, vel censendi, chronologici.

2. & probabilior Sent. Achab, & Ochosiæ filij eius, anni omnes chronologici.

II. SENTENTIA. & probabilior, dicit, Ochoziam filium Achab regis Israël, regnasse quidem aliquot annos cum patre: veruntamen etiam regnasse 2. post patrem; consequenter iam 2. ipsius, quàm 2 2. Achab sui patris, esse computandos integros, siue chronologicos in serie regum Israël.

Ità Genebrardus, & quicumque volunt omnes annos regum Iuda computandos esse pro chronologiâ. Hi namque in chronologiâ regum Israël vsque ad Iehu, demunt tantùm vltimos Ieroboam, Nadab, & Baasa, reliquos autem computant.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ, quãtùm ad I. eius partem, scilicet Ochoziam regnasse cum patre, non aliæ esse possunt, quàm probationes sententiæ præcedentis. Quantùm autem ad 2. partem ex Regulis generalibus traditis §. 66. supponẽdo simùl, sic annos Ioram fratris Ochoziæ & filij Achab, & annos tùm Iosaphat, tum Ioram filij ipsius, tùm Ochoziæ filij Ioram, ità conuenienter esse componendos in difficultatibus proximè sequentibus, vt nulla ex eis valida hìc afferri possit obiectio.

HAC SENTENTIA sic stabilitâ, sequitur Ochoziam filium Achab fratrem Ioram, incœpisse regnare annô decimoseptimô Iosaphat propriè dictô, simùl cum patre Achab: regnasse verò post Achab per 2. annos integros, incipiendo vel à decimonono, vel meliùs à vigesimo eiusdem Iosaphat, propriè dicto; sicque annos eorum esse cum annis Iosaphat componendos, vt sicut primus Iosaphat incipiens in quatto Achab, incurrit per aliquam sui partem in quintum eiusdem Achab: ità vigesimus secundus Achab, incurrat & finiat in decimumnonum Iosaphat, proindéque primus propriè dictus Ochosiæ filij Achab, incipiat vel in eodem decimonono Iosaphat, vel meliùs, si decimusnonus ille cogitetur, vt par est, longiùs extensus per vigesimumtertium incœptum Achab, quin & totus in eo cõsumptus, in vigesimo ipsius Iosaphat. Vbi tamen aduertendum, quòd si primus incipit in vigesimo, proindéque participat de vigesimoprimo, & secũdus in vigesimoprimo, proindéque participat de vigesimosecundo, secundùm hæc erit proportionaliter assignandus primus Ioram fratris Ochosiæ propriè dictus. Sed de hoc suô locô. Non omittendum etiam aduertere, quòd quamuis omnia hæc reponenda sint inferiùs in exemplari prout poterit commodiùs: tamen possibile non erit annos omnes inuicem è regione totaliter adæquare, propter fracturas eorum tales, vt vnus potuerit incipere prorsus in fine, alter verò in initio vel in medio alterius oppositi è regione illius. Quod iterùm monemus valdè notandum esse pro sequentibus, ne cui forsan videatur, exemplar nostrum esse diuersum à resolutis difficultatibus, vel aliquem annũ notari dupliciter vbi notari debuerit tantùm semel: vel denique deficere, vbi nullus deficere debuerit. Simili namque hallucinatione compertio, quosdam authores reprehendere Torniellũ, vbi non est reprehendendus, quasi in suis positionibus fecerit quosdã annos vnius regnãtis incipere in quodam certo alterius regnãtis: & tamen in tabulis suis annos illos sic incipientes, posuerit non è regione anni alterius illius regnantis in quô incœperunt, sed è regione sequentis. Non enim satis attenderunt authores illi, quomodò non possit aliter commodè fieri, quandò anni non expanduntur secundùm menses suos: cùm pos- Nota.

ſibile non ſit è regione vnius numeri ſimplicis aliam diſtinctionem facere, v g. quandò annus primus cuiuſdam regnantis incœ-

A pit in anno vltimo regnantis præc[illegible]entis, ad vltimum forſan menſem, aut etiam diem protracto. Sed hæc ſuffecerit iteraſſe.

## X. DIFFICVLTAS. CIRCA IORAM FILIVM Ioſaphat, regem Iuda, & Ioram filium Achab, fratrem Ochoziæ, regem Iſraël: An omnes anni regni eorum, ſint chronologici: Et quomodò ſint cum Ioſaphat, cum Achab, & Ochozia, & adinuicem, componendi?

§. 75.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, ſeu Difficultas ipſamet, eſt multiplex. Et

1. I. quidem aſſeritur 4. [illegible] vers. 1. fin. Ioram filium Achab regnaſſe 12. annis: & cap. 8. verſ. 17. Ioram filium Ioſaphat regnaſſe 8. Hos autem omnes poſſe & non poſſe, intelligi chronologicos, vt. etiam oſtendi ex his locis. 3. Reg. vlt. verſ. 50 & 2. Par. 21. verſ. 1. *Dormiuitque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid patris ſui: regnauitque Ioram filius eius pro eo.* Poſt hæc dicitur 4. Reg. 1. verſ. 17. *Mortuus eſt ergo* ( Ochozias filius Achab ) *iuxta ſermonem Domini, quem locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Ioram fily Ioſaphat regis Iuda: non enim habebat filium.* & cap. 3. verſ. 1. *Ioram vero filius Achab* (frater Ocho[illegible]æ) *regnauit ſuper Iſraël in Samaria, anno decimooctauo Ioſaphat regis Iuda. Regnauitque 12. annis.* Nam

Per hæc videtur ex vna parte, Ioram filiũ Ioſaphat, cœpiſſe regnare poſt mortem patris. Siquidem regnum eius narratur poſt narratam mortem patris. Conſequenter Ioram filium Achab fratrem Ochoziæ, regnare cœpiſſe poſt mortem eiuſdem Ioſaphat. Nam ſi Ioram filius Achab regnauit annô ſecundô Ioram filij Ioſaphat, & hic Ioram filius Ioſaphat regnare cœpit poſt mortem patris ſui Ioſaphat: vtique videtur, quod etiã ille Ioram filius Achab regnauit poſt mortẽ Ioſaphat: adeóque annus vtriuſque Ioram cenſendos eſſe chronologicos. Imò videtur annos 12. Ioram filij Achab, incipiendos eſſe 2. annis poſt mortem Ioſaphat. Nam ſi 8. anni Ioram filij Ioſaphat incipiunt poſt mortem patris, & Ioram filius Achab incœpit regnare annô ſecundò Ioram filij Ioſaphat. vtique videtur Ioram filium Achab regnare cœpiſſe ſaltem annô ſecundò poſt mortem Ioſaphat. Atque ità dabitur interregnum 5. aut 6. annorum inter Ochoziam filium A-

B chab, & Ioram fratrem eius.

Ex alia autem parte, videtur vtrumque Ioram incœpiſſe regnare antè mortem Ioſaphat. Si enim, vt expreſsè affirmatur 4. Reg. 3. verſ. 1. Ioram filius Achab regnauit annô decimooctauô Ioſaphat, & hoc annô ſecundô Ioram filij Ioſaphat: vtique manifeſtum videtur, Ioram filium Achab incœpiſſe regnare viuente Ioſaphat. Conſequenter Ioram filium Ioſaphat incœpiſſe regnare 2. annis ante ipſum Ioram filiũ Achab: adeó-

C que annô patris decimoſextô, vel ad minùs decimoſeptimô: conſequẽter antè mortem eius. His modis, incipiendo annos eorum antè mortem Ioſaphat, ſcilicet annos Ioram filij Ioſaphat à decimoſexto, vel certè decimoſeptimo patris, & annos Iorã filij Achab à decimooctauo Ioſaphat, non erunt omnes anni eorum chronologici. Imò verò priori modô, nulli anni Ioram filij Ioſaphat erunt chronologici.

D II. 4. Reg. 8. verſ. 16. *Anno quinto Ioram fily Achab regis Iſraël, & Ioſaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda.* verſ. 17. fin. *Octo annis regnauit in Ieruſalem.* Hic multiplex rurſus difficultas. Nam 2.

Primò. Per hoc videtur Ioram filium Ioſaphat regnare cœpiſſe annô vigeſimoſecundô, vel certè vigeſimotertiò, patris ſui Ioſaphat. Nam ſi Iorã filius Ioſaphat regnauit annò quintò alterius Ioram filij Achab, hic vero Ioram filius Achab, annò decimooctauô Ioſaphat: compone 5. cum 18. regna-

E uerit Ioram filius Ioſaphat annò vigeſimoſecundô, vel certè vigeſimotertiò Ioſaphat.

Secundò. Per hoc videtur, eundem Ioram filium Ioſaphat, non ſolum regnaſſe vigeſimoſecundo, vel vigeſimotertio, nec ſolum à decimoſextò vel decimuſeptimò Ioſaphat: verum etiam longè antea, nimirum à quinto ſimpliciter eiuſdem Ioſaphat, qui regnare incœperat a quarto Achab, adeóq; ab octauo eiuſdẽ Achab. Nam hic Ioram filius Ioſaphat dicitur regnaſſe quintô *Ioram fily Achab regis Iſraël, & Ioſaphat regis Iuda*: quæ

duo sic copulatiuè posita videntur ex [illegible] re[illegible], *anno quinto*, æquè ad Iosaphat, ac ad Ioram filium Achab.

Tertiò. Per hoc etiam videtur, Ioram filium Achab regnasse longè ante [illegible] (quod) traditur a S. Scriptura [illegible] expressis [illegible], regnasse a[illegible] [illegible] septimo Iosaphat, & decimo Achab. Nam si Ioram filius Iosaphat regnauit anno primo patris, qui fuit octauus Achab, & Ioram filius Achab, regnauit anno secundo Ioram filij Iosaphat, qui fuit septimus Iosaphat, & decimus Achab. vtique regnauit [illegible] Iosaphat, & a decimo patr[illegible] [illegible] etiam antè decimum [illegible] Iosaphat, & an[illegible] [illegible].

Quartò. Si Ioram filius Achab [illegible] Ochoziæ, [illegible] Ioram filius Iosaphat [illegible] filius Iosaphat regnauit anno quinto [illegible] Ioram fratris O[illegible].

Quinto denique, si Ioram filius Achab regnauit anno decimo octauo Iosaphat & Ioram filius Iosaphat regnauit anno quinto Ioram filij Achab, ab illo decimo octauo Iosaphat computando, rursum illud confirmatur, & Ioram filium Iosaphat, regnasse ante mortem patris & [illegible] Ioram filij Achab regnasse [illegible] Achab, adeo que annos cor[illegible], alter, omnes, non esse chronologicos.

Hæc sunt quæ non parum videri debent difficilia: quæque non modicum facessunt authoribus negotium, tum [illegible] chronologiam aperiendam, quam maximè circa sacram Scripturam [illegible]dam. Vndè

SYMMA difficultatis est. Quomodò hæc omnia [illegible] contraria [illegible] conciliari, vt nec libera [illegible] Scripturæ fac[illegible] contro[illegible] [illegible] Iosaphat, Achab, & Ochozia, [illegible]

Porro quæstionem sequendam, [illegible] quibus [illegible] omnes auctores, omnes, vel [illegible], ye [illegible] uenire debent, vndè antequàm [illegible] ducantur diuersæ sententiæ circa annos [illegible] vsque Ioram chronologicos [illegible] videntur illa prius esse stabilienda. Itaque

QVANTVM AD IOSAPHAT, *in se* spectatum, vel etiam in ordine *ad Ioram filium Achab*. Certum videtur, aut videri debet, eum regnasse [illegible] regnandi modò, siue annos (in)regn[illegible] [illegible] [illegible] nouo modo, qui fuerit a[illegible] [illegible] simpliciter dictus [illegible] arte A[illegible] 3. Reg. vlt. vers. 41. Sed [illegible] quintus cum [illegible] dam Ioram filij Achab [illegible] [illegible] decimus septimus [illegible] decimus octauus vel decimus nonus [illegible] [illegible]

Probatur ex 4. Reg. 1 vers. 17. *Ioram autem f[illegible] lius Achab regnauit super Israel in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda*, & cap. 3 vers. 1. 6. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, & Iosaphat regis Iuda, regnauit [illegible] filius Iosaphat rex Iuda*. Priusquam autem [illegible] monstratio fiat, aduertendum est, posteriorem locum pati posse triplicem inter alias expositionem. I. Expositio est quam indicat Tostatus quæstione anceps, in 4. Reg. 8. [illegible] illa verba, *& Iosaphat regis Iuda*, videri mendosa: proindéque, quod [illegible] educitur, [illegible] regum. Constrastat, quod non habentur in quibusdam [illegible] sed neque in translatione Septuaginta Interpretum, neque in translatione latinâ S. Hieronymi super Hebræo. Verùm hæc explicatio, vel potius loci destinctio, non est admittenda. Imprimis, quoniam illa verba habentur expressè in Editione Vulgata correcta: proindéque ex hoc solo non sunt dicenda mendosa, secundum principia nostra stabilita iam a[illegible] [illegible] §. &c. sæpiúsque [illegible] repetita, vide [illegible] can. *S. ad Scripturas*, [illegible] Concilii Tridentini, & Declarationum eius. Deindè, quoniam habentur in textu Hebræo, in Paraphrasi Chaldaica, & in Græco Sixtino: proindeque corrupta dicenda sunt aliqua Biblia, [illegible] translationes mendosæ, potius hæc aliam mandum est de Bibliis non confusionibus [illegible], [illegible] de translationibus Septuaginta & S. Hieronymi, quàm de Vulgatis Romanis, ad[illegible] de Hebræo, [illegible] parte [illegible] Chaldaica. II. Expositio est, vt in illis verbis, *& Iosaphat regis Iuda*, non [illegible] supplendum aliquid, quantum [illegible] annum regni determinat[illegible], seu numeratum; sed solummodo quantum ad regnum: vt sit sensus totius loci, dum esset annus quintus Ioram regis Israël, & dum regnaret Iosaphat. Hanc [illegible] quidam [illegible] Tostatum eodem locô. III. Expositio [illegible] in illis verbis intelligatur supplendum [illegible] ex præcedentibus, *anno quinto* Iosaphat, vel hoc modò, *& quinto Iosaphat*. Hanc sequuntur chronologi communius. Alij quidem aliter exponunt, vt Vatablus, &c. sed congrue minus. Iuxtà expositionem, equidem certum non esset de Iosaphat id quod propositimus. Et sane non desunt [illegible] Hebraicæ, magis quoad [illegible] luræ, quæ tamen non relinquntur. Neque, quoniam 3. videtur ad litteram [illegible] eamque sequuntur chronologi communiter, propterea ne quasdam etiam difficultates effugere videamur, hôc eam locô recipiendam esse duximus. His potius aliud quiddam ponendum aut certè supponendum est, nimirum, annum illum quintum Ioram filij Achab, [illegible] non posse nisi vel de quodam regnandi modo, qui fuerit ab anno decimooctauo Iosaphat, vel de quodam qui fuerit ab eius vigesimo [illegible]. Nam quod [illegible] Ioram regnauerit antè [illegible]

mumoctauum Iosaphat, oullum prorsus in Scriptura vestigium. Quod autem regnauerit postea, si quod sit in Scriptura vestigium, non potest aliud indicare, nisi quod regnauerit a vigesimotertio eiusdem Iosaphat, de quo re expressius infra. Itaque si primus Ioram filij Achab, relatiuus ei suo quinto, qui memoratur 4. Reg. 8. vers. 16. dicatur idem qui reponitur in decimooctauo Iosaphat ibid. cap. 3. vers. 1. tunc primus non propriè dictus Iosaphat, erit dicendus incœpisse, vel in eodem suo decimooctauo propriè dicto, vel in decimoseptimo, vel in decimonono. Dixi, vel in decimoseptimo, vel in decimonono. Quia licet primus illius generis annus Ioram filij Achab, incœperit in decimooctauo Iosaphat: non tamen necesse est annum eiusdem generis primum Iosaphat, concurrere per sui totum cum illo primo Ioram filij Achab. Potuerit enim eum eo concurrere, vel per sui finem ad initium illius alterius, & sic incœperit in suo decimoseptimo. vel per sui initium ad finem illius alterius, & sic incœperit in suo decimonono: vel demq; per concurrentiam æqualem, & sic incœperit in suo decimooctauo. Si autem primus Ioram filij Achab, relatiuus ei suo quinto, qui memoratur 4. Reg. 8. vers. 16. diceretur alius, quàm qui reponitur in decimooctauo Iosaphat ibidem cap. 3. vers. 1. tunc nullus primus non propriè dictus, relatiuus ad quintū sibi correlatiuum Ioram filij Achab, tribuendus esset Iosaphat. Quia cùm (sicut nunc supponimus) ille primus Ioram tunc incipere haberet in vigesimotertio Iosaphat propriè dicto: Iosaphat autem regnauerit tantùm 25. propriè dictos: nullus quintus restaret ei Iosaphat dandus, qui concurreret cum illo quinto Ioram filij Achab; quia videlicet a vigesimotertio ad vigesimumquintum licet completum, siue ad vigesimumsextum incœptum, non potest reperiri quidam annus, qui dici possit ordine quintus. Hinc itaque patet, oon posse quæstionem esse de illo primo Iosaphat, correlatiuo simul primo Ioram, nisi is computetur ab eius decimoseptimo, decimooctauo, vel decimonono.

Hic habemus consentientes Hebræos, apud Tostatum in 4. Reg. 8. q. 27. Ipsummet Tostatum ibidem q. 28 & eos sequentem Torniellum an. 138. num. . cum faciunt annum illius generis primum Iosaphat, incipientem in suo decimooctauo.

QVANTVM AD IORAM filium Iosaphat, spectatum in ordine *ad patrem*. I. Certu supponimus nunc, quod postea probabimus, cum regnare cepisse certo quodam modo cum Iosaphat patre suo, annò quinto vel circiter, ipsius Iosaphat simpliciter dictò.

Sed inquam, exponenda esse verba illa 4. Reg. 8. vers. 17. *Triginta duorum annorum erat*

A *cùm regnare cepisset* de Ioram hoc loco potius supponimus quà probamus. Quia propositionis illius probatio, pendet ex resolutione grauissimæ difficultatis, oritur insuper ob illud tactum de annis Ochoziæ filij eius Ioram de quibus dicitur 4. Reg. 8. vers. 26. *Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cepisset* & 2. Par. 22. vers. 2. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cepisset*, de qua difficultate agetur ex professo infra. Ex his autem resoluendis nunc procerto supponimus Ochoziam

B filium Ioram regis Iuda, regnasse cum patre suo Ioram, & cum auo suo Iosaphat: tum Ioram filium Iosaphat regem Iuda, regnasse cum patre suo Iosaphat, antè Ochoziam filium suum: tum denique ipsum Iosaphat regem Iuda, regnasse etiam cum patre suo Asa; & Ochoziam quidem filium Ioram regem Iuda, annò aui sui Iosaphat decimoquartò propriè dictò; Ioram autem filium Iosaphat regem Iuda, annò eiusdem patris sui Iosaphat quintò propriè etiam dictò.

Hic habemus consentientem Gordonum, cap. 11 ad Period. 5. num 6. fin. dicentem: Quo fit, vt ceperit regnare annò quintò regni Iosaphat patris. & paulo ante. Viginti annis regnauit simùl cum patre Iosaphat.

II. Certum est, aut esse debet, eum regnasse vel regnare cœpisse certò quòdam regnandi modò, cum eodem Iosaphat patre suo, anno ipsius Iosaphat vigesimosecundò, vel vigesimotertiò propriè dictò.

Probatur. Ex 4. Reg 3. vers. 1. *Ioram verò filius Achab regnauit super Israël in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda.* & cap.

D 8 vers. 16. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israël, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda.* Diximus suprà, quinque illius generis annos Ioram filij Achab, eosdem esse qui regni ipsi assignati annò decimooctauò Iosaphat. Diximus item, quinq; similis generis annos Iosaphat, incipere annò ipsius decimoseptimò, decimooctauò vel decimononò propriè & simpliciter dictò. His positis, Ioram filium Iosaphat regnare cœpisse quòdam regnandi modo cum patre suo Iosaphat, annò ipsius Iosaphat vigesimosecundò, vel vigesi-

E motertiò, propriè dictò, ostenditur manifeste. Nam si primus Ioram filij Achab incipit annò decimooctauò Iosaphat, quintus eius incidit in vigesimumsecundum vel vigesimumtertium Iosaphat. Dixi quintum primo vel in vigesimumprimum Iosaphat si spectandus esset solum ex parte Iosaphat. Nam quintus aliquis Iosaphat concurrit cum illo quinto Ioram filij Achab, qui tamen quintus Iosaphat incipere potuit in anno suo propriè dicto decimoseptimo, decimooctauo, vel decimonono. At inde sequitur ex positis Ioram

filij Achab. Quia quintus ille suus non potest concurrere nisi cum vigesimosecundo vel vigesimotertio Iosaphat. Itaque si Ioram filius Iosaphat incipit regnare quintò illô, tum Ioram filij Achab, tum Iosaphat sui patris: manifestum est Ioram filium Iosaphat incœpisse regnare quôdam regnandi modò cum suo patre, annò ipsius patris vigesimosecundò, vel vigesimotertiò propriè dictò. Nam si illi diuersi quinque anni se habent ad inuicem, vt non anteuertant vigesimumsecundum, nec excedant vigesimumtertium Iosaphat. & tamen possint de vno vel de altero participare, cum necesse non sit, vt eorû quilibet per omnia simul concurrerent.

Hic habemus consentientem Torniellum an. 3143. num. 2. post med. vbi vult primum illum istius generis annum Ioram filij Iosaphat, venire in annum eius vigesimumsecundum.

III. Certum est, aut esse debet, eum regnasse, vel regnare cœpisse, certò quôdam aliô modò: non cum Iosaphat patrê suo: sed post mortem eius.

Probatur I. Ex 3 Reg. vlt. vers. 51. & 2. Par. 22. vers. 1. *Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Ioram filius eius pro eo.* Ex phrasi enim solita Scripturæ, hoc significat, eum regnasse pro eo, postquàm ille fuit mortuus.

II. Ex 2. Par. 21. vers. 4. *Surrexit ergò Ioram super regnum patris sui: cùmque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israël*, &c. vers. 12. *Allatæ sunt autem ei litteræ ab Elia propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda*, &c. Denique per totum cap. illud, & per reliquum cap Reg. manifestè patet, eum regnasse post patrem suum. Et hoc etiam necessum est ex Regulis generalibus.

Hic habemus consentiẽtes omnes quotquot de hac re scribunt, cum nimirum tribuunt aliquos annos regni Iorami, post mortem Iosaphat sui patris.

Quantum ad eũdem *Ioram filium Iosaphat*, spectatum in ordine ad *Ioram filium Achab fratrem Ochoziæ*.

I. Certum est, aut esse debet, eum regnasse, vel regnare cœpisse quôdam regnandi modò, vel quôdam annò, qui fuit vnò priusquàm iste Ioram filius Achab saltem aliquô certò modô regnaret: sic vt secundus quidam annus Ioram filij Iosaphat, concurrerent cum quodam primo Ioram filij Achab.

Probatur. Ex 4. Reg. 1. vers. 17. med. suprà relato, *Et regnauit Ioram frater eius* (Ochoziæ) *pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ.* Si Ioram filius Achab regnauit annô (saltem aliquô) secundô Ioram filij Iosaphat: manifestum est Ioram filium Iosaphat cœpisse regnare quôdam regnãdi modô, qui præcessit annô vnô prius, quàm Ioram filius Achab (saltem aliquô modô) regnaret: sic vt secundus quidam annus Ioram filij Iosaphat, concurrerit cum quodam primo Ioram filij Achab. Hoc per se clarum est.

Hic etiam habemus consentientes omnes quotquot de hac re scribunt, nec ad corruptionem textuum confugiunt. Quamuis equidem quoad assignationem sedis annorû illorum, non consentiant omnes, prout tractabitur ex professo sub quæstionibus infrà reponendis.

II. Certum est, aut esse debet, eum regnasse vel regnare cœpisse, etiam quôdam regnandi modô, cum eodem Ioram filio Achab, annô quôdam quintô eiusdem Ioram filij Achab.

Probatur. Ex 4 Reg. 8. vers. 16. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israël, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda.*

Et hic habemus etiam cõsentientes quotquot de hac re scribunt. Quamuis similiter quoad assignationem sedis annorum illorum, non consentiant omnes, prout item infrà tractabitur ex professo sub quæstionibus prædictis.

QVANTVM AD IORAM filium Achab, spectatum in ordine *ad Iosaphat*. Certum est, aut esse debet, eum regnare cœpisse, aliquô regnandi modô, annô eiusdem Iosaphat decimooctauô.

Probatur. Ex 4. Reg. 3. vers. 1. *Ioram verò filius Achab regnauit super Israël in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda.*

Hic habemus item consentientes omnes qui de hac re scribunt, nec ad corruptionem textuum confugiunt.

Quantum *ad eundem Ioram filium Achab*, spectatum in ordine *ad Ioram filium Iosaphat*. Certum est, aut esse debet, eum regnasse vel regnare cœpisse, aliquô regnandi modo, annô ipsius Ioram filij Iosaphat secundô.

Probatur. Ex 4. Reg. 3. vers. 17. med. *Et regnauit Ioram frater eius* (Ochoziæ filij Achab) *anno secũdo Iorã filij Iosaphat regis Iuda.*

Et hic habemus consentientes omnes qui de hac re scribunt, nec ad corruptionem textuum confugiunt. Quamuis quoad assignationem sedis annorum illorum, non consentiant omnes, prout etiam infrà tractabitur.

Quantum ad *eundem Ioram filium Achab*, spectatum in ordine *ad Achab suum patrem*. I. Certû est, aut esse debet, eum regnasse, vel regnare cœpisse, quôdam regnandi modô cum patre suo Achab, annô ipsius vigesimoprimô, vel vigesimosecundô.

Probatur. Ex 4. Reg. 3. vers. 1. *Ioram verò*

*filius Achab regnauit super Israel in Samaria*, A *anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda*. Atqui vigesimusprimus & vigesimussecundus Achab participant de anno decimooctauo Iosaphat, vt facilè colligere est ex initiis regni vtriusque regis. Ergo, &c.

Hic forte consentientes habemus Temporarium, & alios authores 1. sententiæ §. præcedentis, exceptô Torniellô. Nam si secundùm eos Ioram iste regnauit annô decimooctauô Iosaphat, & vigesimusprimus ac vigesimussecundus Achab non finitur ante illum decimumoctauum Iosaphat, sed post, vt facilè colligere est ex collatione annorum vtriusque regis: vtique Ioram iste regnauit cum Achab patre suo.

II. Certum est, aut esse debet, eum regnasse, vel regnare cœpisse, quôdam regnandi modô post mortem Achab patris sui.

Probatur. Ex eodem 4 Reg 3. vers. 5. *Cumque mortuus fuisset Achab, prauaricatus est fœdus* (Mesa Rex Moab) *quod habebat cum rege Israel.* vers. 6. *Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israël.* v. 7. *Misitque ad Iosaphat regem Iuda dicens. Rex Moab recessit à me, veni mecum contra eum ad prælium.*

Et hic consentientes habemus omnes: estque de se clarum.

Quantùm ad *eundem Ioram filium Achab*, spectatum in ordine *ad Ochoziam fratrem suum*. I. Certum est, aut esse debet, eum regnasse vel regnare cœpisse aliquô regnandi modô, cum eodem Ochozia fratre suo, aliquô regni eius secundô.

Probatur. Ex 3. Reg. vlt. vers. 52. *Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israël in Samaria, anno decimoseptimo Iosaphat regis Iuda.* Ochozias autem regnauit etiam vsque ad post mortem patris, vt dictum est § præcedenti. Ergò quidam secundus Ochoziæ venit in decimumoctauum Iosaphat. Atqui Ioram ille regnauit quôdam regnādi modô anno decimooctauo Iosaphat, 4. Reg. 3. v. 1. Ergò Ioram frater Ochoziæ regnauit quodā regnandi modô cum Ochosia fratre suo, nimirùm annô aliquo secundo regni ipsius Ochosiæ.

Hic habemus consentientes Lyranum, & Petrum Comestorem in Historia Scholasticam, volentes non solùm Ioram tunc regnasse hôdam annô istius Ochoziæ sed etiā duobus totis quibus Ochozias ille traditur regnasse, nimirum propter eius ægritudinem. Vide apud Tostatum supra q. 29.

II. Certum est, aut esse debet, eum regnasse, vel regnare cœpisse, quodā regnandi modô, post mortem eiusdem Ochoziæ.

Probatur. Ex 4. Reg. 1. vers. 17. *Mortuus est ergo Ochozias iuxta sermonem Domini, quem locutus erat Elias, & regnauit Ioram frater* B *eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda.* Imprimis enim narratur regnum Ioram filij Achab, post narrationem mortuum Ochoziam suum fratrem. Deinde, phrasis illa, *regnauit pro eo*, significare solet in Scripturâ, regnum post alterius mortem. Deniq; illud *non enim habebat filium*, omnino demonstrat ideò Ioram regnasse pro Ochozia fratre suo post mortem eius, quoniam Ochozias ipse non habebat filium, qui sibi mortuo succederet in regno.

Et in hoc habemus consentientes omnes qui de hac re scribunt: estque per se clarum. Quamuis differant in illo anno secundo Iorā filij Iosaphat, in quô regnauerit iste Ioram filius Achab.

HIS PRÆPOSITIS, quamuis ordo requirere videretur, vt priùs ageretur difficultas principalis, de annis vtriusque Ioram simpliciter dictis: tamen quoniam istam difficultas magis pendet ab aliis singularibus difficultatibus, circà singulos annos, tū istorū, tùm aliorum, cum quibus connectuntur; propterea magis est tractari primùm de singularibus illis. Hoc autem agemus non per modos præcipuarū quos solemus difficultatum, sed per modos communium quæstionum, quamuis ad eas pertinentium. Itaque

C I. QVÆSTIO se offert, circà Iosaphat spectatum in se, vel etiam in ordine ad Ioram filiū Achab. De anno suo quô regnauit, vel regnare cœpit ipse Iosaphat, modô quôdam nouô, seu non dictô propriè & simpliciter, a quo certè quidam quintus ipsius annus, concurrit cum anno quinto Ioram filij Achab. Nimirum, quônam ipsius Iosaphat anno propriè & simpliciter dictô, quintus ille alio suus incœperit: decimoseptimô, decimooctauô, an decimonono? Dixi, decimoseptimô. Nam quamuis nullos authores expertiam, qui vel eum assignent, vel eum assignari posse dicant. Iosaphat decimoseptimo Iosaphat anno. tamen & potest, & debet ratione speciali, venire cum aliis in quæstionem, prout patebit mox sub 2. sententiâ. 1. Quæstio. Vnde nouus regnādi modus Iosaphat sit incipiendus.

D *Prima Sententia* esse potest, Annum istius generis primū Iosaphat, incipiēdū esse ab anno suo propriè dicto decimoseptimo. 1. Sent.

E *Probatio* Huius Sententiæ supponit id quod ab omnibus textuum corruptiones nō admittentibus conceditur. Iosaphat annos regni sui nouo modô cōputasse, circa tempus quô societatem habuit belli cum Achab rege Israel, aduersus regem Syriæ. Quod vt habeatur, assumamus quæ Torniell. n. 3. 58. nu. 1. deducit in sanguine sequenti sententiæ ex 3. Reg. vlt. à v. 1. 31. & 2. Par. 18. à v. 1. 3. ac 19. a v. 1. hôc modô. Initò certamine, videntes Syriæ principes Iosaphat regio cultu indutum, cæteris omissis, aggressi sunt eum, putantes ipsum esse regem Israel. At ipse, vt vidit se in Probat.

arcto positū, exclamans ad Dominum, ab eo statum adiutus est. Siquidem agnitus a Syris, quod ipse non erat rex Israel, quem ipsi quærebant, Deo inspirante cessauerūt eum persequi, atq; ità de grauissimo vitæ periculo liberatus est. Ernn. 3 Iosaphat autem, de dicto prælio, in quo periculis fuerat Achab, cum salute rediens in domum suam, obuium habuit Iehu filium Hanani prophetam, à quo redargutus fuit, quod impio Achab præbuisset auxilium, subindéq; admonitus, quod hac quidem de causâ iram Domini commeruerat. Sed quia bona opera inuenta essent in ipso, nimirum abominatio & destructio idolorū, propterea diuinam consequutus fuerat misericordiam, ac de maximo vitæ periculo liberatus. Prosequitur. Itaque rex humiliter accepta prophetæ correptione, in recognitione tanti beneficij à Deo accepti, primò quidem voluit regni sui annos ab hoc deinceps esse numerandos, tanquā hôc signō palam protestari gestiens, tunc sibi vitam à Domino, regnúmque pariter fuisse restituta, vt ex 4. Reg. cap. 8. vers. 16. nos sub anno mūdi 3143. nu. 2. demonstrabimus. Hactenùs Torniellus. Porro cogitetur, iram quā Iosaphat meruerat, ipsum cōsiderasse secundùm tempus primum, à quo iam Deum offenderat ineundo societatē cum impio, propter quod & regnum & vitam extunc amittere promeruerat; abindè quoque cōsiderasse quomodò Deus vtrumque sibi misericorditer condonauerat, & propterea voluisse quasi tum vitam, ac tum maxime regnū quasi nouum computari. Tempus autem illud si habeat à Scriptura colligi, comperietur assignandum esse conuenientem annu suo decimoseptimo. Nam cum comperitur Achab regnare fecisse filium suum Ochoziam, annō decimoseptimū Iosaphat, ex 3 Reg. vlt. vers. 52. & illius ferratiu quæritur, hæc reddi solet, quoniam profecturus erat ad bellum illud. Sicut ergo decreuerat vel etiam sæpe præparauerat Achab ad illud bellum ab anno decimoseptimo Iosaphat, ita credibile est Iosaphat ab eo fuisse vocatum in auxilium, seque pariter ad illud bellum præparasse, eodem annō suō decimoseptimō.

Quod si dixeris, Annum huius generis primum Ioram filij Achab assignari non decimoseptimo Iosaphat, sed decimooctauo propriè dicto, 4. Reg. 8. ℣. 16. proindéque annum eiusdem generis primum Iosaphat, assignandū esse non decimoseptimo suo, sed decimooctauo propriè dicto, si quintus vterque habeat concurrere simùl, prout traduntur cōcurrentes simul ibidem 4. Reg. 8.

Respōdebitur. Quamuis vnus illorum incipiat a decimoseptimo, & alter a decimooctauo, non desinent tamen cōcurrere simùl, quoniam necesse non est vt concurrant toti per omnes sui partes, sed sufficit si concurrant per aliquam, quod hic intelligi facile potest, & superiùs fuit annotatum.

*Secunda Sententia* & probabilior, est omnium, corruptionem textuum non admittentium, & in singulari Hebræorū apud Tostatum in 4. Reg 8. q. 27. ipsiusmet Tostati cum eis, & Tornielli an. 3138. nu. 1. Annum huius generis primum Iosaphat, incipiendū esse ab anno suo propriè dicto, decimooctauō. 2. Vt probabilior Sententia Iosaphat regnat nouō modō, ab anno suo 18 propriè dicto.

*Probare* possunt, ex eo quod annus, quidam primus Ioram filij Achab, incipiat in anno decimooctauo Iosaphat, 4. Reg. 3. ℣. 1. & quintus quidam vtriusque, id est, Ioram filij Achab, & ipsius Iosaphat, concurrere habeat simul, 4. Reg. 8. ℣. 16. Vt igitur annus ille quintus Iosaphat, vel similis generis quintus vtriusque concordet: non potest cōuenientiùs assignari primus Iosaphat, quàm vni eidémque anno suo decimooctauo propriè dicto, in quo primus Ioram filij Achab incœpit iuxtà Scripturam. Probat.

*Declarauit* hanc Sententiā, seu rationē eius aut cōuenientiā reddidit suprà Torniellus sub sententia præcedenti. Potent ex illa peti. Declarat.

*Veruntamen* ratio hæc istius Sententiæ, quā dicitur Iosaphat annos suos numerasse post prælium, non potest subsistere, nobisue probari, si spectentur vera iam per nos stabilita principia. Quoniam vt ea statuatur, necessum est admittere, quod etiā facit Torniellus ibidē an. 3138. num. 1. annum vigesimum secūdum Achab non fuisse completū imo vix tantum inceptū. Vndè sic loquitur Torniellus: Itaq; Achab, vt dicebamus, vigesimumsecundū regni sui annū non solùm non impleuit, sed tantummodo attigit. Sic ille. Nam cùm ex annis Iosaphat & Achab rite collatis, pateat annum decimumoctauū Iosaphat, ita finiendum esse, vt si vigesimussecundus Achab exigatur completus, decimusoctauus Iosaphat, finiisset in eo, sed vno verbō finire habeat post vigesimūprimum Achab completum, aliunde verò Achab fuerit mortuus in illo prælio: si Achab ita mortē habeat, vt ab ipsius morte Iosaphat computauerit aliquem suum regnandi modum, vtique non potuerit illum cōputare, ab anno suo decimooctauo, nisi vigesimussecundus Achab finietur ante hunc decimumoctauum Iosaphat, proindéque non fuerit completus. At vigesimumsecundum Achab non fuisse completum, repugnat vsitatis sēper Scripturæ mudis, annos regiminum tradēdi procōpletis, nisi sui male aliquid tradat, vel intrinsecum alicui anno, ex quo velipsa conspici eum nō fuisse completum. Hoc autem nullatenus facit ergà hunc annū Achab vigesimumsecundum. Vndè nec sufficiet allegare necessitatem conciliandi Scripturam. Reiicitur. Declarat.

Nam assignari possunt aliæ viæ, quibus ipsa concilietur: & tamen modus eius adeo constanter vsitatus, proindéq; regulæ generales eò nitẽtes, absq; necessitate non destruãtur.

*Valere* quidem posset ista sententia, si locô anni decimioctaui Iosaphat, proponeretur decimusnonus. Neque tûc obstaret, primum Ioram filij Achab, incœpisse annô decimooctauô Iosaphat. Nã, vt superius annotatũ est, sic incipere potuit iste primus Ioram in decimooctauo, & annus illius generis primus Iosaphat in decimonono: vt tamen quintus vtriusque, à diuersis licet illis terminis incipiens, potuerit simûl concurrere secundum aliquam sui partem. Et tunc dicendum esset, Iosaphat computasse primũ suum illius generis annum, vel à correptione prophetæ, vel post reuersum suum à prælio, quæ proindè correptio, quíue reuersus, inciderint in decimumnonum ipsius annum. At deniquè, cùm vigesimussecundus Achab vt completus, finiat in decimumnonum Iosaphat, manifestum est, si primus ille annus Iosaphat sit à prælio computandus, ipsum incidere in suum decimumnonum. Verumtamẽ, hæc quamuis in se possibilia, non quadrarẽt per omnia reliquæ sententiæ Tornielli pro difficultatibus sequentibus.

*Valebit* igitur si dicatur conformiter primæ sententiæ, Iosaphat quidem computasse nouô modô regnum suum, ab anno suo decimooctauo, quoniam societatẽ belli habens cum Achab ab anno illo, vel potiùs proficiscens cum Achab ad bellum illô annô, iam Deum offenderat, iram eius, adeo qi vitæ ac regni priuationem meruerat, sed vtramque à Deo misericorditer obtinuerat. Non quod conseruatio à prælio, ad id non concurrerit, sed quoniam Iosaphat beneficij collationẽ altius repetierit, videlicet ab eomet tempore, quô se Deo infensum beneficióq; indignum per offensam suã præbuerat.

Quòd si dixeris. Annô illô primô Iosaphat sic à suo decimooctauo computatô, nõ posse quintũ eius assignari vigesimosecũdo propriè dicto, quod tamẽ cõtenditur infrà.

Respondebitur. Posse: & præsertim si primus ille concurrat totus, aut fere totus cum eodem decimooctauo. Sic enim à decimooctauo, 5. cõputatis, quintus eorum cõcurret cum vigesimosecundo. Idem dic de quinto simili Ioram filij Achab. Sed de his postea.

Obiect. *Obiici* potest contrà vtrãq. Sententiam, nullum de ipsis in Scriptura sacrà conspici vestigium.

Respons. *Respondetur.* Cùm propter necessitatẽ conciliandæ Scripturæ, concedendum sit aliquid accommodans tot eius diuersa loca, nec possit ad hanc conciliationẽ conuenientius aliquid afferri: propterea si vestigium

A quidem in eâ desit, non tamen deesse fundamentum sufficiens; quandoquidem in eâ traditur regnum Ochoziæ cum patre, prælium illud, offensa regis, & ab vtroque liberatio specialis facta per Deum.

II. QVÆSTIO. Circà *Ioram filium Iosaphat*, & ipsum Iosaphat patrem suum. De anno, quô Ioram iste regnauit, vel regnare cœpit, annô patris sui vigesimosecundô, vel vigesimotertiô propriè dictô. A quonã istorum anno Iosaphat, annus ille primus istius Ioram incœperit? 2. Quæstio Vnde quidam regnãdi modus Ioram filij Iosaphat cum patre, sit incipiẽdus.

B *Prima Sententia* esse potest, Annum huius generis primum Ioram filij Iosaphat, incipiendum esse ab anno patris sui Iosaphat vigesimotertio. 1. Sent.

*Probari* potest Hæc Sententia. Nam ex 4. Reg. 8. vers. 16. Annus ille huius generis primus Ioram filij Iosaphat, concurrit cum anno similis generis quinto, tùm ipsius Iosaphat, tùm Iorã filij Achab. Atqui ex 4. Reg. 3. vers. 1. annus similis generis primus Ioram filij Achab, incipit in decimooctauo Iosaphat. & à decimooctauo computa quinque annos, quintus incidit, saltem per aliquam sui partem, in vigesimumtertium. Nam secũdus non numeratur, nisi post primum cõpletum, & sic de reliquis conformiter: primus autem incipiens à decimooctauo, nõn completur nisi in decimonono: quintus ergò incidit saltem per aliquam sui partem in vigesimumtertium. Probat.

*Verum* Hæc Sententia reiici debet. Quia primus ille Ioram filij Iosaphat, est vnus & idem, qui primus relatiuus secundo cuidam sumptus, in quô cœperit Ioram filius Achab, 4. Reg. 1. v. 17. proùt probabilius demõstrabitur infrà. Hoc suppositô, nõ possent anni hac ex parte probè conuenire. Nam cùm primus Iorãm filij Achab propriè & simpliciter dictus, iuxtà veriora chronologiæ principia, incipere habeat in anno vigesimotertio Iosaphat: si primus iste Ioram filij Iosaphat, relatiuus antecedenter illi primo Iorã filij Achab, inciperet in vigesimotertio Iosaphat, tunc confunderetur cum secundo suo, a quo debet incipere primus ille Ioram filij Achab ei subsequenter relatiuus. Reiicitur.

*II. Sententia* & probabilior, est Tornielli an. 3143. num. 2. Annum huius generis primum Ioram filij Iosaphat, incipiendum esse ab anno Iosaphat vigesimosecundo. 2. & probabilior Sẽt. Ioram filium Iosaphat regnat modo quodam, anno 22. patris. Probat.

*Probatio* Huius Sentẽtiæ, non item est alia, quàm refutatio præcedentis: vel certè sequitur ex ea: & ex conuenientiori locorum conciliatione. Præter hæc tamen habet ista Sententia fundamentum aliquod, à quo probatur per Torniellum, scilicet, locum 2. Par. 21. vbi postquàm dictum est vers. 1. *Dormiuit autem Iosaphat cum patri-*

*busſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate D[avid]: regnauitque Ioram filius eius pro eo*, ad [...] per recapitulationem, omnibus ac de ſe no[...] ram, verſ. 2. *Qui* Ioram) *habuit fratres filios Ioſaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Mic[h]ael, & Saphatiam: omnes hi, filij Ioſaphat regis Iuda.* & v. ſ. 3. *De[ditque] que eis pater ſuus multa munera argenti, & auri, & penſitationes, cum ciuitatibus munitiſ[si]mis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram, eo quòd eſſet primogenitus.* Itaque hunc locum intelligit Torniellus de illo regnandi modo Ioram filij Ioſaphat.

*Declarat* autem [...] vel eius rationē ſeu conuenientiam reddit Torniellus, hoc modô: Nunc autem [cu]m iam ſenex eſſet Ioſaphat) & fortè etiam præ corporis debili[tate] iam non poſſet ſolus omnia regni negotia ſuſtinere, probabiliterque crederet, ſe non valdè diu ſuperſtitem fore: teſtamentum ſuum (dic, vel ſimilem diſpoſitionem) condidiſſe, & cæteris quidem filiis ſuis largitum eſſe munera, & penſitationes, necnon & aliquot ciuitates in Iuda (dic, atque extunc tradidit actu, ſicut Abraham filiis ſuis Gen. 25. verſ. 6.) regnum autem tradidiſſe ipſi Iorā (dic, atque etiam extunc actu, ſicut Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac. ibidem Gen. verſ. 5.) eò quòd eſſet primogenitus, quemadmodùm diſtinctè narratur 2. Par. cap. [21.] verſ. 2. & 3. Hactenùs Torniellus.

*Reddi* poteſt alia, petita vel ex eo quod Ioſaphat memor beneficij recepti, ſiue accēſus deuotione quâdam nouâ, voluerit [ali]quô modò regnum, quamuis ſibi reſtitutum, tamen à ſe prius demeritum, deponere: vel certè, & melius ad verba Scripturæ, quod Ioſaphat regnare fecerit eum, propter illam ex rationibus diuerſis cur patres regnare facerent filios ſecum, aſſignatis §. præcedenti, videlicet, vt regnum filio ſuo Ioram primogenito meliùs firmaret. Nam quòd Ioſaphat id fecerit propter ſenium (ſi nimium intelligatur iuxtà ſententiam Tornielli, credibile fieret nobis difficulter; cum 3. aut 4. annis prius, & aptus, & de facto profectus fuiſſet ad prælium. Quinimò credibile ſit, eum ad bellum fuiſſe profectum cum Ioram rege Iſraël, contra regem Moab, eô tempore quô tradidit regnum filio ſuo Ioram. Optimè haberet illa ratio Tornielli, ſi concederet, quod nos infra non improbabile putabimus, Ioſaphat tunc fuiſſe annorum 65. vel etiam plus. Interim ex his

*Reddi* poteſt alia ratio, quamuis ſupponens aliquam aut plures ex præcedentis, quia nimirum proficiſcebatur ad bellum cum rege Iſraël. Hæc autem ratio cogitari poteſt alterum è duobus habuiſſe motiuum. Vnum, quòd ſuſpicio non deeſſet, nùm

A propter eiuſmodi profectionem tanquàm Deo non ſatis gratam, in illo bello decederet. Quamuis enim non crederet profectionem iſtam ità Deo diſplicere, ſicut monitus fuerat à propheta diſplicuiſſe priorem: tamen ſuſpicio ſubeſſe poterat, num illa Deo forſitan aliqua ſaltem ex parte non ita grata. Alterum, quod ſuſpicio non deeſſet, non quidem ob illius profectionis, diſplicentiam aliquam Deo, ſed propter ſolitos euentus humanos, num in illo bello decederet: aliundè verò iam ſemel regnare fecis-
B ſet ſecum Ioram filium ſuum, verùmque, prout iam fuit præmonitum, Ochoziam nepotem ſuum: propterea vt omni modô conuenientius ſuis rebus conſuleret, regnum tradiderit Ioram tanquam primogenito, ſicut tradiderat aliis munera, penſitationes, atque ciuitates.

Quamuis autem dicturi ſimus, eum tunc fuiſſe natum annos circiter 62. vel 63. ſed nec improbabiliter plùs: nihilominùs ætas illa non erat bellis inepta: præſertim cùm eiuſmodi bella ducerentur in regionibus
C proximis, ſæpiùſque vnâ pugnâ perficerentur. Nec deſunt exempla ſimilia, vel potius difficiliora, poſterioráque longè, apud prophanos, vt Ageſilai apud Xenophontem libro de Laudibus eius, dicentem eum fuiſſe profectum ad bellum Ægyptiacum, natum circiter annos 80. apud Plutarchum autem in eo, & Gemiſtium Lib. 1. natum circiter 84. Non item apud Scripturam ſacram, vt videbitur infrà.

*Obiici* poteſt contrà hanc Sententiam, Obiect.
D videri repugnare hæc annis vtriuſque ſeriei, comparatis adinuicem. Nam ſi, prout iam concluſum eſt, decimus octauus Ioſaphat finit in vigeſimum ſecundum Achab, vtque vigeſimus ſecundus Achab finit in decimum nonum Ioſaphat. Si verò primus Ochoziæ filij Achab incipit decimonono Ioſaphat, & finit in vigeſimum, itemque ſecundus eiuſ[dem Oc]hoziæ, incipit in vigeſimo Ioſaphat, & finit in vigeſimum ſecundum eius: vtique primus Ioram filij Achab incipiet potius in vigeſimoſecundo Ioſaphat: ſicque & non
E incipiet in vigeſimotertio Ioſaphat, (quod tamen ſupponitur verum) & rurſus confundetur cum primo Ioram filij Ioſaphat, à cuius tamen ſecundo tantum incipere debet.

*Reſpondetur*. Quamuis vigeſimus ſecundus Achab finiat in decimumnonum Ioſaphat: tamen cogitandum eſſe, vigeſimumtertium eius inceptum, percurrere potuiſſe reliqua deciminoni Ioſaphat: itaut primus Ochoziæ filij Achab, inceperit tantū in vigeſimo Ioſaphat. Item quāuis hòc etiā modò, ſecundus Ochoziæ filij Achab, finierit in vigeſimôſecundo Ioſaphat: tamen cogitandú eſſe ſimiliter, tertium eius inceptum percur- Reſponſ.

rere potuisse reliqua vigesimisecundi Iosaphat. Hôc pactô primus Ioram filij Achab incœperit tantum in vigesimotertio Iosaphat. Atque ita omnia rectè quadrabunt.

*Quæstio 4. quibus nam annis Iosaphat, modi te gnandi vtriusque Ioram correlatiui, sint incipiendi.*

III. QVÆSTIO. Circà *vtrumque Ioram*, spectatos ad inuicem, & ad Iosaphat. De annis eorum, quorum vnus & primus Ioram filii Iosaphat relatiuus est antecedenter, ei primo Ioram filii Achab, quô dicitur regnasse annô secundô Ioram filij Iosaphat: consequenter alter & primus Ioram filij Achab, relatiuus est subsequenter, illi primo Ioram filij Iosaphat. In quonam anno Iosaphat, sedem habere debeant illi anni? Et vt proponantur omnes, & soli anni Iosaphat, in quibus sedem habere potuerint illi anni vtriusque Ioram: aduertantur hæc sequentia.

Quantum ad annum illum primum Ioram filij Iosaphat, quæstio versatur, vtrum incœperit annô decimoseptimô Iosaphat: an verò vigesimosecundô. Quòd enim annus ille primus Ioram filij Iosaphat assignari possit decimoseptimo Iosaphat, sequi videtur ex eo quod 4. Reg 3. vers. 17. Iorã filius Achab regnasse dicitur annô secundô Ioram filij Iosaphat, & cap. 3. vers. 1. regnasse annô decimooctauô Iosaphat. Ergo primus Iorã filij Iosaphat, præcedens illum secũdum Ioram filij Achab, cogitari potest incœpisse decimoseptimô Iosaphat. Quod etiam annus ille primus Ioram filij Iosaphat dici possit incœpisse vigesimosecundô Iosaphat, sequi videtur ex eo quod, iuxtà sententiam facientem omnes istos annos chronologicos, Ioram filius Achab regnare cœperit modô suô proprie dictô, sicut iam stabilitum est, annô vigesimotertiô Iosaphat. Hinc enim consequens est primum Ioram filij Iosaphat, relatiuum illi suo secũdo, quô cœpit Ioram filius Achab, dici posse incœpisse annô præcedenti, consequenter vigesimosecundô.

Quantùm ad annum primum Ioram filij Achab, relatiuum illi primo Ioram filij Iosaphat, quæstio versatur consequenter, vtrùm incœperit annô decimooctauô, vel vigesimotertiô Iosaphat. Nam annus ille Iorã filij Achab, de quô quæritur, incœpit in anno quodam secundo Ioram filij Iosaphat.

Quod autem quæstio versetur pro annis illis vtriusq; Ioram circa hos tantùm annos Iosaphat, manifestum est. Nam assignare illos alijs annis intrà vitam Iosaphat, vel esset inutile, vel esset impossibile, & in summa nõ haberet in Scriptura fundamẽtum. Assignare autem illos post mortem Iosaphat, destruit chronologiam, spectatam principaliter secundum regulas generales. Nam dato etiam quòd anni 8. quibus Ioram filius Iosaphat regnasse dicitur, incipiant immediatè post mortem patris: cùm Ioram filius Achab regnauerit 12. annis: hi 12. anni eius, incipere haberent à secundo anno Iorã filij Iosaphat, qui esset secundus post mortẽ eiusdem Iosaphat. Sic autem anni Ioram filij Achab tum excederent annos Ioram filij Iosaphat, annis 4. aut saltem, tùm relinquerẽt in regibus Israël interregnum plurium annorum. Atqui & anni vtriusque finire debent simul, secundùm concessionem omnium, quoniam Athalia regina Iuda, & Iehu rex Israël, immediatè succedentes illis, incipiunt regnare simul & non est admittẽdum interregnum in vlla serie regum istorũ, absque necessitate cogente, qualis hic est nulla.

*Prima Sententia* est Tostati 4. Reg. 1. q. 23. rursumque in cap. 8. q. 28. & 29. Genebrardi in Ioram fratre Ochoziæ, seu pag. 156. Serarij in 4 Reg 8 seu pag 304. & Tornielli anno 3137. num 1. & 3143. num 2. postmed. dicentium: Annum illum primum Ioram filij Iosaphat regis Iuda, sedem habere in anno patris sui Iosaphat decimoseptimo. Consequenter primum Ioram filij Achab regis Israël ei relatiuum, sedem habere, vel eundem esse, qui sedem habet, in anno eiusdẽ Iosaphat decimooctauo. Quamuis equidem authores illi differant in computandis reliquis istorum regum annis: sed hoc nihil ad præsentem sententiam. 1. Sent.

*Probari* potest hæc sententia procedendo per Ioram filium Achab. Nam 1. ex 4. Reg. 3. vers. 1. *Ioram filius Achab, &c. regnauit anno decimooctauo Iosaphat.* Hoc autem cap. 1. vers. 17. fin. *anno secundo Ioram filii Iosaphat.* Ergò primus Ioram filij Iosaphat, incipiebat decimoseptimô eiusdem Iosaphat. Sic argumentatur Torniellus priori loco. Probat. 1.

2. Ex 4. Reg 8. vers. 16. *Anno quinto Ioram filii Achab regis Israël, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iudæ.* Ostẽsum fuit sub q. 1. quintum illum annum Ioram filij Achab, cadere in vigesimumsecundum Iosaphat, seu in quintum quendam Iosaphat, quô pactô primus ille quidã vtriusque, id est, Ioram filij Achab, & Iosaphat, venit in decimumoctauum ipsius Iosaphat. Atqui dictum est sub eadem q. 1. quòd annô præcedenti Iosaphat destinauerat filium suum Ioram in regem. Ergo primus annus filij sui Ioram, incœpit annô suô decimoseptimô, & primus Ioram regis Israël idem est qui incœpit decimooctauô eiusdem. 2.

3. Ex ordine narrationis. Nam 4. Reg. 1. vers. 17. narratur primùm quomodò Ioram filius Achab *regnauit anno secundo Ioram filii Iosaphat.* Deinde, cap. 3. vers. 1. quomodo idem Ioram filius Achab *regnauit anno decimooctauo Iosaphat.* Iuxtà hũc ordinẽ, primus Ioram filii Iosaphat, qui denotatur per secũdum illum Ioram filij Achab, præcessit annum decimumoctauum Iosaphat. Ergò sedẽ 3.

habuit in eius decimo ep[t]imo.

*Declarat* hanc Sententiam Genebrardus, seu rationem aut conuenientiam eius reddit istô modô. Nempe, quia Ioram rex Iuda, à patre designatus est annô ipsius decimoseptimô, quando pater regi Achab auxilium ferebat contrà regem Syriæ, 2. Reg. 22. Nam hic mos erat aduersùs futuras seditiones, vt si quis regum in bellum profectur[u]s esset, prius significaret, quem regem post [s]e esse vellet, si ipse fortassis in prælio caderet. Hanc legem sequebantur Persæ ex Herodoto (videlicet, lib 7. init. &c. Hoc etiam sequebantur Romani, quando Imperatoribus dabant Cæsares. Hæc Genebrardus. Similia quædam Torniellus.

Reijcitur. *Verumtamen* hæc Sententia videtur nobis reijciêda, multis de rationibus. Et quidem quantum ad ea, quæ sunt singulatiter Tornielli, refutata manet ex præcedentibus. Quantùm autem a[d] alia, refutatur ex locis, in quibus ostêsum e[st], primum illum annum Ioram filij Achab, sedem habere post mortem Ochoziæ sui fratris (multóq; magis post mortem Achab sui patris) sed Ochosiæ regnantis post mortem Achab sui patris. Hôc enim positô, cùm tam Achab, quàm Ochozias, vixerint adhuc per totum annum decimumoctauû Iosaphat: non potest annus ille primus assignari decimooctauô Iosaphati, consequenter nec primus Ioram filij Iosaphat antecedenter ei relatiuus, assignari annô decimoseptimô Iosaphat sui patris. Annum, inquam, illum primum Ioram filij Achab, venisse post mortem Ochoziæ sui fratris, probatum fu[i]t §. præcedenti ex 4. Reg. 1. vers. 17. *Mortuus est ergo* (Ochozias filius Achab) *iuxta sermonem Domini quem loquutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ: nô enim habebat filium.* Ex phrasi namque solita Scripturæ, iam sæpe notata, tradendi coniunctim post mortem regum antecedêrium, regna regnantium pro illis, sed ex illâ ratione *non enim habebat filium*, manifestum est, regnum illu[d] Ioram filij Achab, proindéque primum eius annum, assignari post mortem Ochoziæ, consequenter annô secundô Ioram filij Iosaphat, qui extiterit post mortem eiusdem Ochoziæ. Ochoziam autem filium Achab regnasse post mortuum patrem, probatum item fuit §. præcedenti ex 3 Reg. vlt. vers. 40. *Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo,* & ex 4. Reg. 1. à vers. 1. *Præuaricatus est autem Moab in Israël, postquam mortuus est Achab,* vers. 2. *Cecidítque Ochozias per cancellos cœnaculi sui*, &c. rursúmque ex 3. Reg. vlt. à vers. 49. Ergò primus idem ille annus Ioram filij Achab, assignari debet tali anno secundo Ioram fi[l]ij Iosaphat, qui extiterit post mortê tù Achab, tùm Ochosiæ filii eius, [se]c O[chos]iæ qui regnauerit post mortê Achab sui patris. At tandem probatum fuit vtrumque, nimirùm, annum illum primum Ioram filij Achab, sedem habere & post mortê Achab & Ochosiæ filij Achab, & post mortê Ochosiæ qui regnauerit post Achab, quandò demonstratum fuit ibidem §. præcedenti, annos duos Ochosiæ filij Achab, censendos esse completos in chronologiâ regum Israel, scilicet ex Regulis generalibus §. 66. sæpè repetitis in se[q]uentibus, per quas semper hucúsq; constit[i]t, nullos annos a Scr[i]ptu[r]â memoratos esse reijciendos à chrono[l]og[i]a, quamdiù nihil c[o]gens, vel côuenientius suadês, reperitur in Scripturâ: quale quid repertû in eâ nô fuit, pro duobus annis Ochoziæ filij Achab.

1. Confirm. Refut. *Confirmatur* istaRefutatio ex eodem loco 4. Reg. 1. vers. 17. ad [s]imiles in Scripturâ comparato. Nam hic est modus Scripturæ vsitatus, vt quandò mentionem facit alicuius regnantis p[ost] mortem alterius, & regnantis pro eo, a[n]n[u]s [q]uô[q]ue [r]egnum istius regnantis post mortem alterius, alicuius anno cuiusdā alterius regnantis, annus ille cuiusdam alterius regnantis in quô reponitur iste denouo regnans, computatur post mortem illius alterius pro quo dicitur regnasse. Sic sæpè 3. Reg. 15. & 16. vt, cap. 15 vers. 28. *Interfecit ergo illû* (Nadab) *Baasa in anno tertio A[s]a regis Iudæ, & re[g]nauit pro eo.* Et vers 33. *Anno tertio Asa regis Iudæ regnauit Baas[a]*, &c. annus ille tertius Asæ, vel pars eius in quâ cœpit tunc Baasa, proindéque primus i[l]le Baasæ assignatus illi tertio anno Asæ manifestè cœpit post mortê Nadab. Simi[li]a prorsus vide cap. 16 vers. 6. & 8. in Ela, & vers [15] in Zamri, vt non sit opus ea f[u]sius de[d]ucere Similia multa reperientur in sequent[i]bus.

2. Confirm. Re[f]ut. *Confirmatur* iterùm. Nā longè probabilius est, Scripturam sacram, quandò tradit mortes regnantium, & re[g]na regnantiû pro ei[s], siue succedentium ipsis, ibi ligare chronologiam, siue côtinuationem regnaotium; quandò vero memorat aliquod aliud regnandi principium istorum succedentium, non ibi ligare chronologiam: sed hoc facere solum, vt ostendat eos regnasse modis vel vicibus alijs, quæ memorandæ sibi (Scripturæ) fuerunt. Hoc patebit in varijs exemplis, nô solùm in regibus Iuda, sed etiam in regibus Israë, vt in Zacharia, & in Osee. Sic ergò quādò di[x]it, Ochoziā fuisse mortuū, & regnasse Iorā fratrê eius pro eo, annô secūdô Iorā filij Iosaphat, ligauerit ibi chronologiā regnantiū inuicê sibi succedentiū, nimirū Iorā succedêtis Ochoziæ; quādò verò dixit cap. 3. Iorā filium Achab regnasse annô decimooctauô Iosaphat regis Iuda,

ceſumpſerit per recapitulationem quoddam aliud regnum vel regnandi principiũ eiuſdem Iotam filij Achab, nempè quòd incœperat cum patre & fratre, annô decimooctauô Ioſaphat.

1. Confirm. Refut.

*Confirmatur* denique. Quia positô primô annô Ioſaphat impropriè dictô, in ſuo decimooctauo proprie dicto, propter profectionem ad bellum cum Achab: non eſſet conueniens eum regnare feciſſe filium ſuum vnô annô antè illum decimumoctauum, ſed tantum in illo eodem decimooctauo.

Itaque his omnibus ſimùl, vel etiam eorum alterô, poſitis, non poteſt conuenienter annus ille primus Ioram regis Iſrael, quô dicitur regnaſſe poſt mortuum Ochoziam, annô ſecundô Ioram regis Iuda, ſedem habere in annô vel decimooctauô, vel vigeſimoſecundô Ioſaphat.

*Instabis* fortè. Poſtquam 4. Reg. 8. verſ. 1. ſcriptum ſuit Ioram filium Achab regnaſſe annô decimooctauô Ioſaphat, narrari plurima quæ fecit, vt quòd fecit malum coram Domino ſicut pater eius, quòd rege Moab rebellante perrexit aduersùs eum, & in auxilium accerſiuit ſibi Ioſaphat regem Iuda, &c. Sed, quod præcipuum, immediatè ſubiungi, *regnauitque 12. annis*, & per hæc inſinuari, regnum, quod ibi ſcribitur incœpiſſe ab anno decimooctauô, eſſe regnum eius ſimpliciter, à quo videlicet & deſcribantur eius acta, & ſummentur anni regni ipſius. Quod etiam confirmari poſſet à Sept. Interpret. Sixtinis. Sed de his ſub ſententia principali.

*Reſpondetur*. In illo loco & ſimilibus, manifeſtas eſſe varias recapitulationes & anticipationes. Et in iſto quidem patet ad oculum, quandò priùs dicitur eum regnaſſe 12. annis, poſtea verò deſcribuntur tot eius acta. Sic igitur cùm dicitur regnaſſe annô decimooctauô Ioſaphat, hoc fit per recapitulationem breuiſſimã, extrà ordinem narrationis. Et hoc eſſe verum patet, quoniam inter eius acta narratur quomodò perrexit aduersùs regem Moab, qui rebellauerat, quod tamen tantum abeſt vt euenire potuerit annô decimooctauô Ioſaphat, quô viuebat adhuc Achab, quin potius ac probabiliùs euenerit poſt mortem Ochoſiæ. Nam quamuis 4. Reg. 1. à verſ. 1. dicatur regem Moab rupiſſe fœdus; tamen ibidem deſcribitur caſus & mors Ochoſiæ, antequàm aliquid fiat contrà regem Moab. Vnde expeditio iſta Ioram, probabiliùs non eſt facta niſi poſt mortem eiuſdem Ochoſiæ. Et hæc hiſque ſimilia valde ſunt notanda pro ſequentibus: in quibus permulti ſunt hallucinati, quoniam non diſtinxerunt eiuſmodi recapitulationes & anticipationes, ad diuerſa reſpicientes.

2. & probabilior Sent. Iorã vtriuſque regnãs annis correlatiuis, anno 22. & 23. Ioſaphat.

*Secunda Sententia* & probabilior, eſt omnium reliquorum, præſertim eorum, qui ſine probationibus amplectuntur ſententiam Genebrardi de computandis omnibus annis regum Iuda pro chronologicis, Annũ illum primum Ioram filij Ioſaphat, habere ſedem in anno vigeſimoſecundo Ioſaphat: conſequenter annum primum Ioram regis Iſraël ei ſubſequenter relatiuum, ſedem habere in anno vigeſimotertiò Ioſaphat.

Probari poſſet ex Regulis generalibus, iam ſæpiùs ſtabilitis, per quas ſtatutum eſt inuiolabiliter, nullos annos quorumcumq; regum eſſe reijciendos à chronologia, niſi de quibus ità conſtiterit ex Scriptura, vt cõtrarium non poſſit ex ea probabilius demõſtrari. Sed quoniam probatio hæc eſt propria Difficultati ſequenti, propreteà non eam hic anticipandam eſſe duximus. Itaque

*Probatur* Hæc Sententia I.° & omninò, ex argumento refutationis ſententiæ præcedentis, procedendo per Ioram filium Achab. Nam 4. Reg. 1. verſ. 17. primus ille annus Ioram filij Achab, aſſignatus annô ſecundô Ioram filij Ioſaphat, reponitur à Scripturâ poſt mortem Ochoziæ ſui fratris: hæc autem mors Ochoziæ ſequuta eſt mortem Achab ſui patris: & vtraque annum decimumoctauum Ioſaphat: adeòque mors Ochoziæ non ſolum decimumoctauum, ſed etiam vigeſimumprimum, quin & probabilius vigeſimumſecũdum eiuſdem Ioſaphat. Ergò primus ille Ioram filij Achab incœpit longè poſt decimumoctauũ Ioſaphat, adeóque vigeſimotertiô eius. Hôc poſitô ſequitur, primum Ioram filij Ioſaphat antecedenter ei relatiuum, aſſignandum eſſe longè poſt decimumoctauum, adeóque vigeſimoſecundô patris ſui Ioſaphat. Probat. 1.

*Probatur* II. Ex illo loco 4. Reg. 8. verſ. 16. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſraël, & Ioſaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda*. Nam hic manifeſta fit mentio, iuxtà tertiam expoſitionem iſtius loci ſuperiùs traditam, cuiuſdam regni Ioram filij Ioſaphat, incipientis annô quintô Ioſaphat, qui probatus fuit incœpiſſe ab ipſius Ioſaphat decimooctauo propriè dictô: incipientis item, in quodam quinto Ioram filij Achab, correlatiuô cuidam illi quinto Ioſaphat. Atqui probatum fuit quintum illum Ioram filij Achab, incidere tantum in vigeſimumſecũdum Ioſaphat, adeóque primum illum Ioram filij Ioſaphat aſſignandum eidem vigeſimoſecundo Ioſaphat. Hôc poſitô conuenit omninò, pri- 2.

mum

mum illum Ioram filij Iosaphat, eundem esse qui relatiuus est antecedenter alij anno primo Ioram filij Achab, quàm illi qui cœperit decimooctauò Iosaphat. Cuius ratio est in hoc genere validissima, seu Scripturæ magis congruens, quòd Scriptura sacra nullibi formaliter memorat primum illum annū Iorā filij Iosaphat de quo agitur, nisi memoretillum hoc in loco. Vnde si qua fit aut prætenditur alicubi mentio eius, deducitur illa solummodò, vel potiùs prætenditur per aliquam solummodò consequentiā & ad libitū argumentantis, non autem habetur in Scriptura, vel formaliter vel virtualiter per consequentiam necessariam. Atqui longè conuenientius est, saltem in casu cōtrouersiæ, decidere difficultatē aliquam, per aliquid quod reperiatur formaliter apud Scripturā, & aduersiis quod nihil afferatur conuincēs, quàm per aliquid quod apud eam solùmmodo prętendatur per quandā consequentiam, sed cōsequētiam quæ maneat incerta, ne dicam ob alias rationes falsa. Est & alia similis generis ratio, quòd Scriptura sacra nullibi connectit formaliter primum illum annum Ioram filij Iosaphat de quo agitur, aut etiam secundum annum Ioram filij Achab ei relatiuum, cum aliquo anno Iosaphat, nisi cōnectat eum istō locō, quandò nimirum aliquem eius primū connectit formaliter cum quinto quodā, qui fuerit ipsius Iosaphat, necnō Iorā filij Achab, iuxtà meliorē quam notauimus expositionē. Vnde si qua cōnexio fit illius anni secūdi Ioram filij Iosaphat de quo agitur, cum aliquo alio, videlicet cum decimoseptimo Iosaphat, vel anni primi Iorā filij Achab illi primo Ioram filij Iosaphat subsequenter relatiuo, cum anno decimooctauo Iosaphat: hoc non fitā Scriptura sacra, sed ab authoribus pro libito, prout videre est in argumēto primo suę Sententię, videbitur iterū in eius refutatione. Atqui longè conueniētius est, saltem in casu cōtrouersiæ, connexionem aliquam assumere, quæ reperiatur formaliter apud Scripturam, & aduersiis quam nihil afferatur conuincens, quàm aliquam aliam, quę solùmodò prætendatur, & tantùm per quandā consequentiam, sed consequentiam quæ maneat incerta, ne dicam ob alias rationes falsa.

3. *Probatur* 3. Argumentō simili præcedenti ex 2. Par. 21. ℣. 3. & præsertim 3. fin. *Regnum autem tradidit Iorā eò quod esset primogenitus*. Richardus à S. Vict. in suo tract. de concord. reg. Israël & Iuda corregnantiū, & eum sequēs Torniellus anno 3143. num. 2. fin. cēsent hoc factum fuisse 3. aut circiter annis, antè mortem Iosaphat; estq; conueniēs ex narratione Scripturæ, sentire non fuisse hoc factum pluribus annis 3. antè mortē eius. Cùm ergò expressa fiat ibi mētio, de regno tradito Ioram per Iosaphat patrē suum, nullibi verò de tradito illi regno per eūdem Iosaphat patrem suum annò suō decimoseptimō: vtique conueniētius est, annum illum primū computandum esse ab illo tempore, non autem ab istō. Hic applica deductionem argumenti præcedentis.

*Dices* forsan. Illa verba significare posse, prout etiam Torniellus exposuit suprà, Iosaphat ità de regno suo tūc disposuisse per testamentum: proindéq; assumptionem regni sic traditi, non esse cogitādam nisi post mortem testatoris. *Obiect.*

*Respondetur*. Si testamentum sumatur, eò sensu qui obiicitur: aduersiis eum facere tàm illa verba, *regnum tradidit*, quàm circunstātias eōdem ℣. 3. *Deditq; eis pater suus multa munera argēti & auri, & pensitationes, cum ciuitatibus munitissimis in Iudæa*; hæ: enim dicūt traditiones actuales. Si verò testamētum sumatur non illô, sed aliô sensu, nihil hoc impedire, quin extūc Ioram regnum assumpserit. Quod comprobari potest, primùm à quodā simili (seruatā proportione) in Abraham, ergà filios suos, Gen. 25. à ℣. 5. *Deditq; Abrahā cuncta quæ possederat, Isaac*: ℣. 6. *filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dū adhuc ipse viueret*, &c. Deindè verò ac omninò quātùm ad regnum, ab exemplo Dauid ergà Salomonē, de quo vide quæ dicta sunt §. præcedēti, sub 1. sententiā, nimirùm ex 3. Reg. 1 & 1. Par. vlt. Deniq; à simili penès prophanos, Artaxerxis Mnemonis, ergà filium suum maiorem natu, nomine Darium, de quo vide Iustinū lib. 10. à ù initio. *Respons.*

*Confirmatur I.* Nam suppositō, quod probaturos nos diximus, Ioram filium Iosaphat, regnare cœpisse omninū primò cum patre, annō ipsius quintō propriè dictō: nō fuit opus patrem constituere illū suā vice regentem, quādò disposuit ire cum Achab in prælium; iam enim sufficienter ad id constitutus erat. Et propterea, quāuis aliàs si iam cōstitutus non fuisset, ità faciendū fuisset, quia tamē ex eo quòd iam in viceregē constitutus erat, non deuit id fieri, propterea, inquam, Scriptura conuenientius creditur de hac re nullā expressam facere voluisse mentionem; quia verò quandò Iosaphat tradidit illi regnum, hoc fecit actione & ratione speciali, videlicet eum constituendo de factō suum regnū actu gubernantem, etiam dùm prçsens adesset, & per hoc futurum successorē: propterea conuenientius etiam creditur Scriptura de tali constitutione specialem fecisse mentionem. Cùm ergò Scriptura 4. Reg 1. vers. 17. indicauit, sed non meminit, nec cum aliquo Iosaphat connexuit primum quendam annum Ioram filij Iosaphat, cuius secundū tradidit regnasse Ioram filium Achab: vtiq; conuenientius est, illum primū virtualiter tantùm ibi designatū, fuisse hôc locō formaliter me- *1. Confirm.*

moratum, proindéque esse vnum ac eundem, qui tantùm incœperit, ac incipere potuerit, annô vigesimosecundô Iosaphat.

2 Confirm. *Confirmatur II.* Nam quandò Ioram filius Achab profectus est ad bellum contrà regem Moab 4. Reg. 3. à vers. 6. & in auxilium accersiuit Iosaphat regem Iuda, proùt narratur ibidem vers. 7. *Misitq; ad Iosaphat regem Iuda, dicens: Rex Moab recessit à me, veni mecum contrà eum ad prælium. Qui respondit: Ascendam*: consequenter hæc inter decimumseptimum Iosaphat, quô fingitur Ioram filius eius constitutus vice ipsius rex per Iosaphat in prælium profecturum, & vigesimumsecundum quô Iosaphat tradidit ei regnum: debuisset Iosaphat iteratò constituere illum suâ vice regentem: vel rectè posset abindè computari primus ille annus Ioram filij sui de quo nunc agimus. At quoniam constitutionis illius in vice regem, aut etiam computationis annorū eius abindè, Scriptura sacra nullam formalem, aut etiam quæ clarè pateat, fecerit mentionem: nullus proindè author abinde facit illam: aut si qui faciunt apud Tostatum suprà 4. Reg. 8. q. 27. illico refutantur ab eodem Tostato: summa fit, authores, contrà quos agimus, nullam talis regni faciunt mentionem. Ergò, si valere debet eadem ratio, cum Scriptura sacra nullam formalem, aut etiam quæ clarè pateat, fecerit mentionem istius primi anni Ioram filij Iosaphat, de quo agitur, tanquàm incœperit ab anno decimoseptimo Iosaphat, sed tantùm ab eius anno vigesimosecundo: vtique non possunt conuenienter illum assignare prædictô, quem statuunt, anno Iosaphat decimoseptimo, sed debent eum assignare, si secum stent, anno eius vigesimosecundo: proindéque secundum Ioram filij Achab ei relatiuum, non anno Iosaphat decimooctauo, sed vigesimotertio. Et per hæc facilis est responsio ad argumenta. Nam

Ad 1. Arg. *Ad I. Argumentum* præcedentis Sententiæ. Respondetur, connexionem illam anni secundi Ioram filij Iosaphat, cum annô decimooctauô eiusdem Iosaphat, ad libitum fieri, nec vllum habere vestigium in Scriptura sacra. Contrarium autem fuisse meliùs probatum. Quare negandum est id quod assumitur, cùm dicitur, *Hoc autem cap. 1. vers. 17. fin.* &c.

Ad 2. *Ad II.* Respondetur, non constare, Iosaphat destinasse de nouo filium suum Ioram in regem, quandò perrexit ad bellum cum Achab; contrarium autem fuisse meliùs probatum. Quarè negandum item est id quod assumitur.

Ad 3. *Ad III.* Respondetur, ordinem nationis nihil concludere, quando commonstrantur in eo permixtas esse anticipationes & recapitulationes. Ostensum est autem, illud quod dicitur 4. Reg. 1. vers. 17. dictum ibi fuisse per anticipationem, & quod cap. 3. vers. 1. init. per recapitulationem.

IAM tandem accedendum est ad præcipuam difficultatem, nimirùm, an 8. anni qui tribuuntur Ioram filio Iosaphat, & 12. qui Ioram filio Achab, sint omnes chronologici?

I. SENTENTIA dicit, Tribuendos esse tantùm 4. aut 5. annos chronologicos Ioram filio Iosaphat, in serie regum Iuda, seu in ordine ad annos mundi: & 5. ad plùs Ioram filio Achab in ordine ad seriem mundi: quamuis debeant 11. dari huic in serie regū Israel. 1 Sent.

Ità Richardus à S. Victore, in suo Tract. de concordia regū Israel & Iuda corregnantium. Temporarius lib. 2. pag. 151. col. 1. Serarius in 4. Reg. 8. seu pag. 304. & Torniellus anno 3143. num. 3. Quorum Sententia *Quoad vtrumque Ioram*, debet sic declarari: quatenùs anni 8. Iorā filij Iosaphat, incipiāt tali modò ab annis Iosaphat, v. g. à vigesimoprimo vel vigesimosecundo, vt finiant immediatè antè regnum Athaliæ, & si quidē annus Ochoziæ regis Iuda non sit chronologicus, incipiant vigesimotertiô, numerandô proindè eius primô ab eodem vigesimotertio Iosaphat; si autem annus Ochoziæ regis Iuda sit chronologicus, incipiant vigesimosecundô, numerandô proinde eius primô completô ab eodem vigesimosecundô Iosaphat. Anni autem 12. Ioram filij Achab incipiāt tali modô ab annis Achab, vt finiant antè regnū Iehu, atq; ità simpliciter incipiant vigesimosecundô Achab, numerandô proindè eorum primô ab eodem vigesimosecundo eiusdem Achab: possunt enim anni primi quandoque numerari, etiam vt cōpleti, ab anno alterius, in quo incipiunt, sicut & possunt à seipsis. Et sic vltimi eorū, vel saltem anni Iorā regis Iuda, cū vnico Ochoziæ regis Iuda, si sit chronologicus, simul finiant. Itaq; Temporarius & Serarius faciunt annus Ioram regis Iuda 4. tantùm chronologicos: Torniellus 5.

PROBARI potest Hæc Sententia, duobus argumentis. Probat.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Procedit per *Ioram filium Iosaphat*. 4. Reg. 8. vers. 17. & 2. Par. 21. vers. 5 & 20. *Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpisset, & 8. annis regnauit in Ierusalem.* Ibi videntur anni eius 8. referri ad tempus quô regnare cœpit. Non possunt autem referri ad decimumseptimum Iosaphat: quia alioqui nulli eorum essent chronologici. Nam à 17. ad 25. impenduntur 8. ergò referri debent ad vigesimumsecundum, vel vigesimumtertium, quô traditum est ei regnum.

Declarat Torniellus locô suprà citatô: vbi

postquã dixit, Iosaphat annô suô vigesimotertiò (quem vult esse quintũ suum à prælio) tradidisse regnũ filio suo, & adduxit ista loca Scripturæ, hæc subdit: Proculdubiò ad hoc tempus referri debet, non autẽ ad illud quandò per occasionem regnare cœperat, donec rediret pater, neq; ad illud quandò regnare cœpit post mortẽ patris. Nam ab hoc anno quinto regni Ioram regis Israel, vsq; ad duodecimum eiusdẽ, in quo mortuus est Ioram rex Iuda, computatione, quam vocãt, inclusiua, subducũtur anni 8. quibus dictus rex Iuda regnasse dicitur, vt in tabulis digestum inuenies. Et hinc proditur lapsus Eusebij, Genebrardi, Lucidi, & aliorum, qui in suis annorũ Iuda supputationibus, ponũt prædictum Iorã regnasse 8 annos ab obitu patris sui Iosaphat: cùm tamen reuerà 5. duntaxàt annis patri superuixerit, vt etiam apparet in tabulis. Sic ille.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Procedit per *Ioram filiũ Achab*. 4. Reg. 1. ℣. 17. *Regnauit Ioram frater eius* (Ochosiæ, filij Achab) *pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda.* & cap. 3. ℣. 1. *Ioram vero filius Achab regnauit super Israël, anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda, regnauitque 12. annis.* Imprimis, si Ioram filius Achab regnauit annô decimooctauô Iosaphat, & hoc, annô aliquô secũdô Ioram filij Iosaphat, signum quod abindè computari debet eius regnũ. Ergò & anni eius. Deindè, cùm anni eius 12. computentur cum regno quod habuit annô decimooctauô Iosaphat, signum etiam est quòd anni eius 12. abindè sunt computandi. Cùm ergò anni 8. Ioram filij Iosaphat, & 12. Ioram filij Achab, simul finire debeant: vtique non omnes anni eorum possunt esse chronologici, sed sunt modô prædictô computandi.

Confirm. 2. Arg. CONFIRMARI potest à Translat. Sept. Interpr. Sixtina, & aliis, 4. Reg. 1. post verba Eliæ finientia ℣. 16. hæc habẽtibus, quæ Vulg. ℣. 18. *Et reliqua verborum Ochosiæ quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israël?* móxque hæc, quæ Vulg. & Hebr. cap. 3. vers. 1 *Et Ioram filius Achab regnat super Israël in Samaria annos 12. in anno octauo & decimo Iosaphat regis Iuda*: quæque reperiũt cap. 3 vers. 1. Signum quòd anni 12. Ioram regis Israël incipiunt ab anno decimooctauo Iosaphat: proindéq; non sunt omnes chronologici.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd Scripturam sacram noluisse recensere per modum summarum totalium, annos filiorum qui regnarunt à temporibus patrum viuentium, colligi potest à pluribus exemplis. Et imprimis, ex omnium consensu, in Salomone filio Dauid, qui vnctus est in regem patre viuente, necnon aliquantô tempore, seu duobus annis, regnarunt simul; nec tamen vllus chronologus computat annos regiminis eius à Scriptura memoratos, ab illo tempore. Vide suprà §. præced. sub 1. sent. Deindè, ex omnium etiam consensu, in Ioathan filio Oziæ, de quo dicitur 4. Reg. 15. à vers. 2. & 2. Par. 26. à vers. 21. *Percussit autem Dominus regem* (Oziam) *& fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsùm. Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ.* Ecce Ioathan rexit pro patre, & eô viuente; & tamen nullus chronologus recensei annos regni eius posteà per Scripturam summariè traditos, ab illo tempore, sed tantùm à morte patris. Idem videbitur in aliis plurimis, qui regnarunt cum patribus, præsertim in Iechonia, qui etiamsi regnauerit multis annis cum patre, tamen tribuuntur ei tantùm 3. menses regni; quia videlicet 3. tantùm menses regnauit solus. Sic ergò Scriptura tradens totam summam annorum, quibus regnauerit Ioram rex Israël, noluerit illam assignare tanquam incipiendam intrà annos, vel patris, vel fratris, regnantis: quod fecisset si eos ab anno decimooctauo Iosaphat incipiendos intellexisset. Consequenter primum Ioram regis Iosaphat relatiuum ei secundo quô regnauit Ioram rex Israel, noluerit assignare tanquàm incipiendum annô decimoseptimô patris sui Iosaphat. Idem facere potest, ex parte summæ totalis annorum, quibus Scriptura tradit Ioram regnauisse. Nam si traderet eos computandos, vel a decimoseptimo, vel etiam à vigesimosecundo patris sui Iosaphat: vtique non traderet illos summariè tanquam chronologicos.

Confirm. Refut. CONFIRMATVR hæc refutatio. Quia Scripturam etiam noluisse recensere annos patrum regnantium, quibus ipsis regnarunt cum filiis, si annos filiorum computare voluisset à temporibus patrum, colligi potest ab exemplo ipsiusmet Ioathan, & filij sui Achab. Nam ex 4. Reg. 15. vers. 30. vbi fit expressa mẽtio anni 20. Ioathan, concedi debet, (etiamsi non concedant aliqui) Ioathã ab initio regni sui, regnasse 20. annis, prout ostẽdetur suô locô. Atqui vers. 33. & 2. Par. 27. ℣. 1. & 6. tribuũtur ei tantùm sũmariè 16. anni regni. Ergò quia Achab filius eius regnare cœperat cũ ipso: & Scriptura noluit cõputare in Ioathã, sed in Achas, annos illos quibus Ioathan regnauerat cum filio. Itaq; si Scriptura voluisset recensere annos (summariè traditos intellige) vtriusque Ioram, à temporibus quibus patres eorum regnarunt cum ipsis: vtiq; tot à numero annorũ patrum dempsisset, quot filiis eorum tribuere voluisset. Cùm igitur annos patrũ illos non dempserit: signũ est eam noluisse tradere annos summarios regni filiorũ, quasi cõputan-

dos a temporibus patrum, sed potiùs à morte illorum. In summa noluerit qui nec decuerit, aliquos annos bis computare, videlicet in filio simul & in patre. In singulari autem contrà Torniellum facit, quòd annum regni qui per Scripturam sacram tribuitur Ochosię filij Iorā regis Iuda, remouet à chronologia. At hoc est reiiciendum ex regulis generalibus: iuxtà quas nullus annus à Scriptura summariè computatus, rationabiliter omitti debet, nisi constiterit ex eadem Scriptura quòd ille non fuerit in se completus. Hoc autem non esse de anno, quô regnauit iste Ochosias, demonstrabitur posteà. Facit etiam, quòd sententiam, seu declarationem suam, affirmat quidem, sed non probat: & quod apparere dicit in tabulis, nullam infert rationem probationis.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respōdetur, nullam ibi patere rationem, propter quam illa verba *cùm regnare cœpisset*, probata de Ioram filio Iosaphat, referri habeant potius ad initium quô regnare cœpit annô vigesimosecūdô Iosaphat, quàm ad initium quô regnare cœperit (iuxtà hanc sententiam) annô eius decimoseptimô, vel etiam quô regnare cœpit post mortuum patrem. Nos autem §. sequenti, probabimus ea esse referenda ad quoddam initium quô regnare cœperit cum patre, annô ipsius quintô propriè dictô. Porrò illa ratio, quarè potiùs verba hæc referenda sint ad annum vigesimumsecundum Iosaphat, quam ad decimumseptimum eius, quia alioqui nulli 8. annorum quos regnasse dicitur, essent chronologici, pugnat certè contrà hanc ipsammet sententiam. Nam si quidā annorum illorum censeri non debent chronologici, cur non omnes? aut si quidam ipsorum censeri debent chronologici, cur non omnes? Omnia potiùs ad libitum, quàm ad veram chronologiæ rationem.

Ad 2. AD II. Respondetur. Iam ad ipsum fuisse responsum in superioribus, nimirum, connexionē illam, per quam prætēditur secundū annum Ioram filij Iosaphat, quô regnare cœpit Ioram filius Achab 4 Reg. 1. vers. 17. assignandū esse annô decimooctauô Iosaphat ibidem cap. 3. vers. 1. non probari per Scripturam, sed proferri pro libito. Potius verò fuisse per Scripturam demonstratum ex antecedentibus & consequentibus illius loci 4. Reg. 1 vers. 17. secundum illum annum Ioram Iuda, incidere post mortem tùm Achab tum præsertim Ochosiæ filij eius: & hanc Ochosiæ mortem, tum post mortem Achaz, tum maximè post regnū duorum annorū ab eius morte: consequenter secundum illum annum Ioram Iuda, non incidere in eum qui prætenditur decimusoctauus Iosaphat, sed in longe posteriorem, nimirùm in eum qui vigesimustertius. Idem dic de 12. annis Ioram filij Achab, qui gratis numerantur ab anno decimooctauo Iosaphat, cum verius incipiant ab eius vigesimotertio.

AD CONFIRMATIONEM. Respondetur, manifestum esse translationem illam ità fuisse per aliquem sic opinantem accommodatam. Nam Vulg. Hebr Chald. Complut. & Biblia Regia habent alit. 2. Similiter nāque modô reperiuntur codices aliqui Græci habentes locô anni 18. 21. quia nempe sic opinati sunt qui translationes eiusmodi vitiarunt. Denique datô (non concessô) quod eiusmodi translatio viciata non esset: adhuc locus esset explicationi simili quę visa est vbi de annis Amri 12. coniunctim habitis cum anno trigesimoprimo Asæ, referendis tamen quantum ad initia sua ad vigesimumsextum eius, vel meliùs videndę in Ioas rege Israël, cuius anni 16 coniunguntur anno trigesimoseptimo Ioas regis Iuda 4. Reg. 13. vers. 10. referendi tamen ad trigesimumnonum, vel quadragesimum eius, proùt ostendetur §. 79. & in exemplari. Hoc autem probatent Vulg. Hebr. &c.

2 & probabilior Sēt. Anni vtriusque Ioram omnes chronologici. II. SENTENTIA. & probabilior, dicit, Annos vtriusque Ioram, in vtraque serie regum, & consequenter in ordine ad annos mundi, esse chronologicos: ità vt primus ex 8. Ioram regis Iuda, incipiat post vigesimumquintum Iosaphat: & primus ex 12. Ioram regis Israël, incipiat post duos chronologicos Ochosiæ sui fratris, adeóque vigesimotertiô Iosaphat.

Ita Eusebius, Tostatus, Genebrardus, Lucidus, Baradius, Gordonus, & alij innumeri, quorum nonnullos immeritò supra lapsos annotabat Torniellus.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia, ex Regulą generalissima superius stabilitą §. 66. sæpiúsq; in sequētibus confirmata, per quā stat, & stare debet, nullos annos regū à Scriptura summariè memoratos, esse à chronologia remouendos, nisi nonnullos quos constet ex eadem Scriptura non fuisse in se completos. Hoc autem de nullo regum istorū non solū vltimo, sed multo minùs alio, cōstare potest ex Scriptura. Quin potius demonstratum est contrarium in antecedentibus, præsertim ex eo quòd Scriptura sacra nec annos quibus filij regnarūt cum patribus summariè memoret, & annos patrum quibus regnarunt cum filijs, siquādo memoret, non tamen summariè memoret, sed potius annos filiorum cum patribus, quàm patrum cum filiis, proùt in singulari monitum fuit de Achaz & Ioathan patre eius.

Confirm. CONFIRMATVR Hæc Sententia. Quia his ità positis, primùm rectè quadrabit vtraque chronologia, regum Iuda & Israel, à Roboam ad Athaliam, & à Iero-

boam ad Iehu, prout in exemplo videbitur infra. Deinde, recte etiam componentur omnia regum illorum diuersa regnandi principia. Quæ quoniam præcipuas his locis mouerunt controuersias, propterea iuuerit ea hic paucis ordinare. Itaque pro regibus Iuda, Iosaphat computari voluit annos suos à tempore quô profectus vel proficisci paratus in auxilium Achab, videlicet ab anno suo decimooctauo. Iotam filius Iosaphat regnare cœpit omnium primo cum patre ab anno patris sui quinto propriè dicto. Deinde regnare cœpit ... patre ... anno ipsius vigesimo ... tandem regnauit solus mortuo patre ... annos 8. Pro regibus Israel, Ochozias ... Achab regnare cœpit cum patre, quando pater ipsius ... côtrà regem Syriæ, anno Iosaphat decimo septimo. Deinde regnauit mortuo patre, per duos annos. Ioram filius Achab, frater Ochoziæ, regnare cœpit cum patre & fratre, anno decimooctauo Iosaphat. Deinde regnauit fratre mortuô, per 12. annos. Reliqua connectamus. Hôc pactô quintus quidam Iosaphat, cuius primus incœpit à suo decimooctauo, & quintus quidam Ioram filij Achab, cuius primus incœpit eôdem decimooctauô Iosaphat, & primus quidam Iotam filij Iosaphat quô scilicet pater tradidit ei regnum suum, concurrunt simùl, tocurruntq; in annum vigesimumsecundum Iosaphat. Hôc etiam pactô, primus Ioram filij Achab, qui incipit post mortem fratris, éstque primus ex 12. chronologicis quos regnauit, côcurrit cum secundo Ioram filij Iosaphat, cuius primus antecedenter relatiuus fuit idem ille quô sibi traditũ fuit regnum per patrem. Consequenter quintus quidam annus Ioram filij Achab, computatus ab anno decimooctauo Iosaphat, est vltimus annorum illius generis, quibus ipse Ioram filius Achab regnauit partim cum patre, & partim cum fratre, finitque, vel inceptus cum vigesimosecundo Iosaphat, vel completus cum eius vigesimotertio: eique succedit primus suus propriè dictus, nimirum primus ex 12. quos regnauit, incipiens videlicet in vigesimotertio Iosaphat. Hæc, si non omnia, saltem eorum E præcipua, reponentur in exemplari quô poterit melius. Memorentur tamen, & scio, quæ iam non semel monuimus, in istis vt reponendis sic conferendis ... exemplaribus talis figuræ: nimirùm non esse possibile minuta singula lectorum ob oculos ita sufficienter producere, quin requiratur nonnullus lectorum labor, & aduertentia mentis, per quę possint ipsi tractata sub difficultatibus, supplere, vel applicare, prout fuerit opus.

1. Obiect. OBIICI potest contra hanc Sententiam. I. 4 Reg. 8. vers. 17. & 2. Par. 21. vers. 5. A & 20. *Triginta duorum annorum erat* (Ioram rex Iuda) *cum regnare cœpisset, & 8. annis regnauit in Ierusalem.* Ibi anni 8 regni, iunguntur cum tempore quô regnare cœpit. Ergo ab illo tempore sunt computandi.

RESPONDETVR. Ex Genebrardo, regnare simpliciter, & regnare incipere, diuersa esse. Quamuis autem aliquando recidant hæc in idem: attamen cum etiam ex circumstantiis aliud patet, habêda sunt pro diuersis. Quapropter illa prima verba, *Triginta duorum annorum erat, cùm regnare cœpisset*, referenda sunt ad tempus, quô primùm omnium regnauit cum patre, scilicet annô quem dicemus infra quintô vel circiter quintô, Iosaphat regis Iuda simpliciter dicto, illa verò posteriora, *& 8. annis regnauit in Ierusalem*, referendâ sunt ad tempus, quô regnauit post patrem. Huc vide quæ dicta sunt suprà in respons. ad 1. arg. 1. Sent. & §. præcedenti, sub 1. sententia, necnon sub regulis generalibus quæstione 4. & 5. Respons.

2. Obiect. OBIICI potest II. Videri tot modos regnandi cum patribus, vel etiam cum fratribus, gratis confingi. Nec esse probabile Scripturã C ità confudisse omnia tempora, nullum indicium vel declarationem dãdo, diuersorũ tot temporum, & regnandi modorum. Quin potiùs videri hoc repugnare narrationũ historicarum veritati, seriei, perspicuitati, & certitudini. Sic enim omnia confunderentur; & alioqui quot anni tradũtur, tot initia regnandi poterunt fingi. Proinde quę dicũt Hebræi, Tostatus, Genebrardus, Torniellus, & similes, videntur potiùs per ipsos somniata, quàm in Scriptura fundata: consequenter nullius breuitatis & conuenientiæ admittendum esse calculorum errores, in transcribendâ Scripturâ D sacrâ, vitio librariorum, vel aliorũ Scripturas transcribentium, aut etiam emũdantium à vitiis transcribẽtium, irrepsisse. Quod non putat inconueniens nonnulli graues authores, ... aliàs probe catholici, prout visum quandoque fuit in superioribus, videbitur iterum in inferioribus.

Confirm. 2 Obiect. IN CONFIRMATIONEM istius obiectionis, ne videatur leuiter, vel pro libito facta, prætermissis pronũc erroribus, qui manifestè prouenerunt ex vitio librariorũ, qualis est ille habitus in Bibliis Sixtinis & Clementinis, impress. Lugdun. sumptibus hæred. Gul. Rouill. 1.16 9. vbi 4. Reg. 23. vers. 33 locô *vinxitq; eum* (Ioachaz regẽ Iuda) *Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terrâ Emath, ne regnaret in Ierusalẽ, &c. & duxit in Aegyptum, & mortuus est ibi*, locô inquã, *vinxit*, habetur *vixit*: afferri potest alter ille habitus Gen. 36. vers. 25. de quodã *Ana*, & generationibus eius. Qui error vt faciliùs intelligatur, ac manifestè conspiciatur, aduertendum est, à vers. 20 narrari filios Seir Horræi, necnon singulo-

rum filiorum eius generationes: & filios illos
Seir, tradi 7. ab initio, sed in eorum posterâ
dinumeratione tradi 6. tantùm, & *Ana* qui
quartus erat, omitti, confundique cum quo-
dam alio Ana, filio tertij filij Seir. Ostenda-
mus, & in referendâ Scripturâ punctuatim
singula notemus. Vers. 20. *Isti sunt filij Seir
Horræi, habitatores terræ: Lotan*, hic est pri-
mus filius Seir, *& Sobal*, hic est secundus, *&
Sebeon*, hic est tertius, *& Ana*, hic est quar-
tus, vers. 21. *Dison*, hic est quintus, *& Eser*, hic
est sextus, *& Disan*, hic est septimus. *hi du-
ces Horræi, filij Seir, in terrâ Edom.* Atque ità
narrantur iisdem ordine & nominibus 1. Par.
vers. 38. *Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Ana,
Dison, Eser, Disan.* In Genesi posteà tradun-
tur generationes cuiusq; 7. illorum filiorum
Seir hôc modô, à vers. 22. *Facti sunt autem fi-
lij Lotan: Hori & Heman. erat autem soror
Lotan, Thamna.* Hi filij primi. vers. 23. *Et isti
filij Sobal: Aluan & Manahat & Ebal, &
Sepho & Onam.* Hi filij secundi. vers. 24. *Et
hi filij Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana qui in-
uenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asi-
nos Sebeon patris sui.* Hi filij tertij. Atque hôc
etiam modô traduntur 1. Par. 1. à vers. 39. *Fi-
lij Lotan: Hori, Homam. Soror autem Lotan
fuit Thamna.* vers. 40. *Filij Sobal: Alian, &
Manahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Se-
beon: Aia & Ana.* Hic iam aduertendus er-
ror scriptoris in Gen. Nam vers. 25. vbi habe-
batur, *Et habuit Ana filium Dison, & filiam
Oolibama*, ille scilicet Ana, qui filius erat
quartus Seir: proindéq; habebantur suô or-
dine filij ipsius, nempe Dison & Oolibama:
Scriptor putans istum Ana, eundem esse qui
alter Ana filius Sebeon, de quo sermo fuit
totô versu vigesimoquartô, sic textus seriem
conscripsit, vt versum vigesimumquartum
clauserit non per punctum, sed per duo pun-
cta tantùm: & versum vigesimumquintum
incœperit, non per litteram maiusculam, sed
minusculam: neque rursùs copulatiuam, *Et*,
initiô versus, sicut habetur in reliquis, appo-
suerit, sed post verbum actiuum reiecerit: &
denique vocabulum Ana suppresserit hôc
modô: vers. 25. *habuitque filium Dison, & fi-
liam Oolibama*; videlicet, vt daret intellige-
re, hos Dison & Oolibamam, traditos ibi
fuisse (prout putauit ipse) tanquàm filios
quidem Ana: sed non illius Ana, qui tradi-
tus fuerat filius quartus Seir, at illius Ana, qui
proximè traditus fuerat filius Sebeon. Ve-
rùm non esse hunc ordinem rectum, patet
imprimis, quia, Scriptura sacra sic pergit tra-
dere generationes reliquorum filiorum Seir,
vt manente hâc lectione, facilè conspiciatur
quartum omitti. Nam vers. 26. *Et isti filij Di-
son* (non quidem Dison ibi proximè memo-
rati, vers. 25. sed quinti filij Seir, memorati,
vers. 20.) *Hamdan, & Eseban, & Iethram, &*

A *Charan.* Hi filij quinti. vers. 27. *Hi quoque
filij Eser: Balaan, & Zauan, & Aran.* Hi fi-
lij sexti. vers. 28. *Habuit autem filios Disan:
Hus & Aram.* Hi filij septimi. Deindè re-
sumuntur iuxtà phrasim solitam Scripturæ,
cùm dicitur vers. 29. *Hi duces Horræorum:
dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,*
vers. 30. *dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti
duces Horræorum qui imperauerũt in terra Seir*:
vt nempè confirmetur generationes eorum
singulorum fuisse traditas in anterioribus.
Deindè patet manifestissimè 1. Par. 1. à vers.
B 40. vbi postquàm dictum fuit, *Filij Sebeon,
Aia & Ana*: subditur: *Filij Ana: Dison.* vers.
41. *Filij Dison Hamram, & Esceban, & Iethrã,
& Charan.* vers. 42. *Filij Eser, Balaan, & Za-
uan, & Iaran. Filij Disan, Hus & Aran.* De-
nique patet ab aliis lectionibus. Nam in He-
br. habetur vers. 25. *Et hi filij Ana.* In Chald.
*& hi filij Anæ.* In Sept. quidem habetur, *Hi
autem filij Enan.* Sed hoc nomen idem esse
quòd Ana, conijci potest ex germana pro-
nuntiatione: similia namque plurima videre
est passim in Scripturis sacris. Itaque locus il-
C le sic restituendus est. *Et hi filij Ana, Dison,
& Oolibama.* Ana videlicet non filij Sebeon,
sed Ana quarti filij Seir.

RESPONDETVR. Nobis non vi- Respons.
deri modos illos diuersos regnandi, gratis
confictos, quandò vel sola conciliatio loco-
rum Scripturæ diuersorum, aliàs incompati-
bilium, sic exigeret. Neque hoc alioqui ca-
rere fundamẽtis in ipsâmet Scripturâ. Nam
v.g. de Salomone constitit §. præcedenti ex
3. Reg. 1. & 1. Par. vlt. eum habuisse diuersum
modum, imo diuersos regnandi modos, vi-
delicet cum patre duos, & post patrem alte-
D rum. Quare dicere quòd eadem Scriptura sa-
cra hoc idem alibi præsliuerit, non est dicere
Scripturam tempora confudisse. Neque ve-
rò dici potest eam nullum indicium vel de-
clarationem dedisse, diuersorum tot tempo-
rum, & regnandi modorum. Siquidem se-
cundùm nos plusquàm sufficiens indicium
de his tradidit, quandò diuersis tot modis
locuta est, aliàs incompatibilibus, absque
modis illis. Quin potiùs, sicut ideò liber Pa-
ralipomenon expressè tradidit secũdam Sa-
E lomonis vnctionem, siue secundum regnan-
di modum, vt suppleret id quod omiserat li-
ber Regum: ità iidem libri tum Paralipome-
non, tum Regum, credendi sunt similes re-
gnandi modos suppleuisse quibusdam in lo-
cis, quos alter [illegible]um, vel vnus & idem li-
ber, non tradiderat in aliis. Et hoc clarissi-
mum est de filiis ergà patres ab exemplo Sa-
lomonis. De fratribus autem ergà fratres,
quod in vnico tantùm reperitur Ioram filio
Achab, idem indè sequitur. Et ratio similis
esse potest quibusdam rationibus tactis §
præcedenti, tangenda rursus de nepotibu

erga auos §. sequenti, præ ceteris qui a quamuis quidam pater regnare secum iam fecisset quendam ex filiis suis: tamen talis occasio nasci poterat, vt secum etiam regnare faceret quendam alium filium, v.g. vel quia secum ducebat ad bella filios iam ante regnantes, vt sic alter quidam pro regimine populorum, & vitandis seditionibus, domi maneret: vel quia filius iam regnans ad alias expeditiones mittendus esset: vel denique quia filius iam regnans ægrotaret. Non etiam dici potest hoc repugnare narrationum historicarum veritati, seriei, perspicuitati, & certitudini. Siquidem imprimis non semper Scriptura sacra narrationes suas historicas cum tantâ perspicuitate vel ordine seriei tradit, quin magnæ subsint ei difficultates in ipsis rectè conciliandis, prout iam visum fuit, postéaque videbitur in plurimis. Et S. Augustinus ideò nos monet, Scripturas sacras fuisse tot difficultatibus inuolutas, vt tùm eorũ maiestas venerationi haberetur, tùm ingenij nostri sagacitas exerceretur: quod tamen nihil obest ipsarum certitudini. Deinde, si de rectâ serie specialis quæstio sit, ipsa sufficienter patebit attendentia. Nam v.g. circa modum absolutum regnandi Ioram regis Israel, de quo tanta tamque grauis difficultas superius visa fuit: nonne traditus ille fuit in rectâ serie, quando fuit immediate cõiunctus morti Ochoziæ sui fratris, 4 Reg. 1. vers. 17. *Mortuus est ergo* (Ochozias) *iuxtà sermonem Domini quem locutus est Elias, & regnauit Iora frater eius pro eo?* Similiter circa modum absolutum regnandi Iotam regis Iuda, nunne traditus ille fuit in recta serie, quandò fuit immediate coniunctus morti Iosaphat sui patris, 3. Reg. vlt. vers. 51. *Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo?* Idem est de reliquis, v.g. de Ochozia rege Israel, ibidem vers. 40. *Dormiuit ergò Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo?* Quòd autem nihilominus Scriptura sacra voluerit, etiam tradere modos alios regnandi, fundamentum habetur sufficiens, præter ea quæ dicta sunt circa Salomonem, & ea quæ per Genebrardum notata circa Persas ex Herodot. lib. 7. sub init. qui Genebrardus insuper addet, vbi tractabitur de regibus Persicis, quandoque etiam fuisse tres aut ampliùs proreges, siue filios, siue alios, imprimis in expressissimis Scripturæ verbis tot in locis habitis, quæ constanter repetiuntur apud omnes omnino codices eius, videlicet Hebr. Chald. Septuag. S. Hieron. & Vulgatam Editionem tàm antiquam, quàm nouam, & hanc nouam, correctam. Deinde, in illis verbis, *regnare cœperat*, *cum regnare cœpisset*, &c. Consequenter in vtrisque simul iunctis: vt v.g. de Ochozia rege Israel,

A de quo postquam dictum fuit 3 Reg. vlt. vers. 40. ipsum regnauisse pro Achab patre suo mortuo: subditur paulò post vers. 52. *Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samariâ, anno decimoseptimo Iosaphat regis Iuda*, certè modus iste loquendi *regnare cœperat*, diuersum aliquid sonuit ab illo præcedenti, *regnauit*. Quod quamuis perpetuum non sit, prout etiam locum non habet ibidem vers. 41. *Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iuda, anno quarto Achab regis Israel*: tamen non etiam inde sequitur, nun-

B quàm habere locum; quin maximè sequitur tunc habere locum, quando verbis alijs coniungitur, ex quibus habere sic euidenter educitur. Insuper, quænam ratio, cur postquam Scriptura dixit de Iotam rege Israel 4. Reg. 1. vers. 17. quòd regnasset *anno secundo Ioram filij Iosaphat*: iterùm tamen cap. 3. vers. 1. memorat regnum eius *anno decimooctauo Iosaphat*, quod in alijs seruare non solet; nisi vt diuersum regnandi modum demonstret? Tunc enim recurri non potest ad corruptionem calculorum. Nam non solum traduntur diuersi calculorum numeri, sed etiam diuer-

C sæ personæ corregnantes, vt in priori loco *Ioram filius Iosaphat*, in posteriori verò *Iosaphat* ipsemet. Recurrere verò non solùm ad corruptionem calculorum, sed etiam personarum corregnantium, consequenter integrorum Scripturæ locorum: certe videretur horrendum. Non etiam dici potest, alioqui quot anni traduntur a Scripturâ, tot initia regnandi posse fingi. Quia non asseruntur plura, quam quæ vel à Scripturâ verbis expressis proferuntur, vel a verbis ab eâ traditis per consequẽtiam necessariam eruuntur.

D Dicere verò nun omnes illos annos, quibus aliqui regnasse dicuntur, intelligendos esse de regnorum initijs: non diffitemur: & in quibusdam sequentibus libenter amplectemur. Attamen hoc nihil aduersùs quosdam alios annos, in quibus initia quædam assignẽtur; quoniam & hi met anni qui non sint regnorum initia, necessariò supponũt quædam initia quæ fuerint sibi præcedentia. Proinde non debent vocari somnia, quæ de his tradunt Hebræi, Tostatus, & alij; cùm in Scripturâ sacrâ reperiantur fundati sufficien-

E ter. Et quamuis equidem non omnia quæcumque tradunt illi, speciale fundamentum habeant in eâ, v.g. quod Iotam filius Iosaphat fuerit de nouo regnans constitutus, quandò Iosaphat pater eius perrexit in auxilium Achab: vel etiam quòd Iosaphat ipse liberatus à prælio, voluerit annos suos aliquatenùs, abinde solùm, & non ante, proindéque ab anno suo decimooctauo, non autem a decimoseptimo computari: vel deniq; quòd ipsemet instituerit suos annos, sic vel sic, abindè vel abinde, computari, non autem

quod hoc ità factum fuerit ab alijs, vt à filio, vel à populo, vel à scriptore librorum illorum; tamen, cùm necesse fit, vel hæc, vel æquiualentia quędam, admittere: nihil autem in speciali commodius assignari possit, quàm quod partim assignant authores illi, partim nos & probabiliter magis assignauimus: profectò non debent censeri talia tanquàm simpliciter somniata. Denique calculorum errores in huiusmodi locis admittere, non est nobis vllatenùs recipiendum; tùm quia non soli calculi, sed etiam alia plurima Scripturæ verba, proùt notauimus, dicenda forent corrupta; tùm maximè propter principia nostra iam ab initio firmiter stabilita, sæpiúsque in similibus repetita, & confirmata, contra quæ nihil apud nos quicquam vnquam obtinebit, quantumcumque in oppositũ senserint, aut etiam nunc sentire possint, authores graues, & probè catholici. Quòd enim sint probè chotholici, quin & amplius in omni scientiarum genere peritissimi, hoc in eis veneramur summè: ne vlla quæ dicimus, nostra mens intendit ipsorum officere vel doctrinę vel pietati, credimus enim quòd se suaq; omnia pro debito libenter submittant Ecclesiæ. Quod tamen errores huiusmodi non inconuenienter admittendos arbitrentur: hoc nec probare possumus, nec amplecti. Sic enim putamus, authoritatem Scripturarum, in tot codicibus, & super omnia in Vulgatis, tot etiam in locis quot in difficultatibus eiusmodi visum iam fuit, videbitúrque in sequentibus, iacturæ committi. Stupenda sane (repetimus) nobis esset tanta Scripturarũ reuolutio. Sed vt nonnihil agamus ex conuenientia. Nonne magis incommodum est sacrarum Scripturarum corruptionem admittere, quam aliud quodcum que ad ... conciliationem adducere?

Ad Confir. AD CONFIRMATIONEM. Respondetur, prætermissis etiam librariorum erroribus, de quibus apud omnes aut patebit, aut non patere non poterit, qualis est ille 4. Reg. 23. vers. 33. errorem qui prætenditur Gen. 36. non esse huius vel alterius generis: sed prorsus nullum. Non enim est necessarium, illũ *Ana*, qui traditur 1. Par 1. vers. 40. fin. eum esse qui quartus filius Seir. Quin potius ex Gen. 36. concludendum esse veriùs, eum esse, qui proximè dictus fuit filius Sebeon. Nam neque etiam necessarium est, Scripturam eò loco voluisse tradere generationes omnium 7. filiorum Seir: sed sufficit quod generationes tradiderit, vel eorum qui generationes habuerunt, vel eorum quos ipsi placuerit Si ergitur loco quarti filij Seir, qui non ... habuerit generationem, tradiderit generationem Ana filij Sebeon, tùm fortasse propter similitudinẽ nominis, tùm maximè propter specialem aliquam rationem, vel

A similem plurimis quæ visæ fuerunt in superioribus difficultatibus. & præsertim §. 39. ad cap. 46. Gen. sub obiect. one 4. vel eam quæ habetur in textu mox dicendam, vel tandem quia fuerit soror Esau. Non denique necessarium est quandò resumuntur illi filij Seir à vers. 20. ideo fieri hoc, vt ostendatur eorum singulos suas speciales habuisse generationes: quin potius ex vocabulo *dux*, solo singulis ibi præposito, sequitur resumptionem illam fieri tantùm, vt ostenderetur singulos eorum fuisse duces Horræorum. Porro

B Lectio hæc Editionis Vulgatæ confirmatur à translationibus Sept. Interpretum, & S. Hieronymi. Nam Sept. Interpr. filium Seir vocant ... Ana: filium autem Sebeon ..., Enan. Sic enim aiunt ỳ. 2. . *Hi autẽ filij Seir Horræi, habitantis terram: Lotan, Sobal, Sebegon, Ana*, &c. Atuerò vers. 24. *Et hi filii Sebegon, Ea, & Enan.* vers. 24. *Hic Enan, qui inuenit Eamin in de... rto, quando inuenit subiugalia Sebegon patris sui.* Et denìq; vers. 25. *Hi autẽ filii Enan, Dison, & Elibemath, filia Enan.*

C Ibi manifestissimum est Sept. Interpr. per hunc Enan, non intellexisse filium Seir, sed filium Sebeon. Item, S. Hieron. super Hebr. habet vt Vulgata, vers. 24. *Et hi filii Sebeon, Ahia, & Ana. iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinas Sebeon patris sui.* vers. 25 *Habuitque filium Dison, & filiam Oolibama.* Fauet multum, quòd in omnibus codicibus, fit quædam interruptio modi soliti narrationis, & nota quædam obseruabilis tum personæ, tum actionis specialis istius Ana filij Sebeon, cum dicitur: *Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinos Sebeon patris sui.* Per hæc enim

D indicatur ibi fieri specialem quandam tractationem in fauorem illius Ana, proindéque mirandum non esse, si tradantur in consequenti generationes eius. Vndè si forsan inquireres quomodo Scriptura potius tradidisset generationẽ istius nepotis Seir, quàm aliorum. Respondèretur, id eam fecisse, sicut potius singularia quædã de illo tractauit, quã de alijs, nimirũ quòd inuenit aquas calidas, seu thermas aut balnea sulfurea, rem raram, & temporibus illis valdè pretiosam. Ex his

E concludendum est, Vulgatum Interpretem habuisse notissimum, siue ex interpretatione Septuag. siue ex alijs Historijs, hunc esse sensum orationis Hebraicæ, alias ambiguę, vt illud vocabulum, *Ana*, vers. 25. non designet filium Seir, sed filium Sebeon: ideóq; sic dispofuisse suæ translationis texturam, vt nullus de veritate sensus posset dubitare. Veritatem hanc sequuntur omnes Expositores istius loci, quos saltem conspicere nobis licuit. Nam quamuis eorum nullus dubitationem illam ex professo tractauerit: tamẽ ostendũt satis Lectionem Vulgatæ Editio-

nis tùm approbare, tum sequi, dùm textum eius in suis commentariis, ita conscribunt, vt habetur in codicibus Romanis. Vide Peterium, Cornelium à Lapide, &c. In particulari autem Marzilla, in sua Paraphr. in hunc locum, hæc habet: Omissô Ana quartô filiô (Seit) eò quòd liberis caruerit.

Replica. INSTABIS. Biblia sacra iam aliquas non repudiasse, sed suscepisse correctiones: vt inde non sit inconueniens, eandē Scripturam aliquos in futurū posse suscipere: præsertim autem in rebus parui momenti, quales sunt quæ per se non pertinent ad fidem & mores.

Respons. RESPONDETVR. Quamdiù Biblia sacra nullas susceperint ab Ecclesiâ correctiones, quæ suscipiendæ his locis prætenduntur, nobis potiùs argumentum esse sufficiens, ex eo quòd istas non susceperunt, non etiam fuisse suscipiendas. Siquidem credibile est quod si fuissent apponēdæ: iam fuissent per Ecclesiam appositæ. Cum ergo hoc per eam factum non fuerit, consequens est quòd nec faciendum ipsa iudicauit. In omni casu correctiones huiusmodi, nos vel aliū quemquam audere præstare, non immeritò dici potuerit esse summam eius authoritatē vsurpare. Neque verò dicatur aliquid in Scripturis sacris esse parui momenti. Nam aliud nos docuit Christus Dominus cùm dixit, *Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant*, & de facto patuit in Arriana hæresi quantùm vel vnicum iota ponderauit.

A Sed & quæ sint magni vel parui momenti, & quæ non ad fidem, si non per se & directè, saltem per accidens & indirectè pertinere, quis ausus fuerit determinare? Verùm esto, daretur (non conceditur) omnes illas corruptiones, quæ his locis prætenduntur, vel prætendi possunt ab aliquibus, in textus sacros irrepsisse, sicque destruerentur omnes vel aliqui diuersi regnandi modi, qui fuerunt prædictis regibus annotati; tamen adhuc fatendum esset, sic annos vtriusque Ioram esse componendos, si vellemus conuenientiùs

B statuere chronologiam, vt primus annorum 8. quibus regnasse dicitur Ioram filius Iosaphat, inciperet post annos 25. patris sui, & primus annorum 12. quibus regnasse dicitur Ioram filius Achab, inciperet post 22. Achab sui patris, & post 2. chronologicos Ochoziæ sui fratris, siue post vigesimū secundum Iosaphat, vel intrà vigesimumtertiū eius. ad hoc, vt adiunctô vnô annô, quô regnasse dicitur Ochozias filius Ioram & nepos Iosaphat

C ex parte regum Iuda, chronologia tum regum Iuda, tùm Israel, simùl in vnum conflueret, prout cōuenientiùs debere confluere concedendum est ex regulis generalibus, & ex eo quòd regnum Athaliæ, & regnum Iehu, quæ succedunt immediatè regibus istis, simùl ex æquo concurrant. Sic enim vtrimq; cōstitueretur optimè chronologia: quod hoc loco sufficeret, prout facilè conspicietur inferiùs in exemplari subiiciendo.

## XI. DIFFICVLTAS. CIRCA OCHOZIAM filium Ioram, regem Iuda: De anno quô, regnasse dicitur: An censendus sit chronologicus: Consequenter quomodò cum annis regni vtriusque Ioram componendus?

§. 76.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Postquàm dictum est 4. Reg. 8. vers. 24. *Et dormiuit Ioram* (filius Iosaphat) *cum patribus suis, sepultúsque est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo.* & 2. Par. 21. vers. 19. fin. *Mortuúsq; est* (idem Ioram) *in infirmitate pessima*, &c. & cap. 22. vers. 1. *Constituerunt autem habitatores Ierusalem, Ochoziam filium eius minimum regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda*: dicitur ibidem 4. Reg. 8. vers. 25. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israël, regnauit Ochozias filius Ioram regis Iuda.* ÿ. 26.

D *Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem.* & tamen cap. 9. vers. 29. *Anno vndecimo Ioram filij Achab regnauit Ochozias super Iuda.*

Per hæc ex vna parte videtur, Ochoziam regnasse annum illum vnum, post patrem suum Ioram. Nam regnum eius per illum annum, narratur post mortem patris. Ex alia autem parte videtur eum regnasse annum illum, saltem pro maiori parte, cum suo patre. Nam cùm annus ille participet de vndecimo & duodecimo Ioram regis Israel: & ex dictis octauus Ioram regis Iuda, cōcurrat cum vndecimo Ioram regis Israel: consequenter si octauus ille Ioram regis Iuda, censeatur prout censeri debet completus: nonus eius

incœptus incidet in duodecimum Ioram regis Israël: adeòque vnus ille Ochoziæ participabit de octauo, vel etiam de nono eius: ergò pro maiori parte concurret cum annis patris.

1. Sent.

I. SENTENTIA. dicit, Annum illum vnum Ochoziæ regis Iuda, non esse censendum chronologicum.

Ità Richardus à S. Vict. Tract. de concord. reg. Isr. & Iuda corregnantium. Ità Caietanus, & deniquè ità Torniell. an. 3138. fin. & 3149. num. 1. & 2. & in tabulis ad annum mundi 3149.

Probat.

PROBATIONES istius Sententiæ, petendæ sunt ex Sententiis authorum eius §. præcedenti, & ex fundamento difficultatis pro secunda eius parte.

& probabilior 2 Sent. Annus Ochoziæ regis Iuda, chronologicus.

II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Annum illum vnum Ochoziæ regis Iuda, censendum esse chronologicum.

Ità Genebrardus, & reliqui, quatenùs facientes semper omnes annos regum Iuda chronologicos.

Probat.

PROBATIONES huius Sententiæ, petendæ sunt ex regulis generalibus, & fundamento difficultatis pro prima eius parte. Summariè, quia regnum eius narratur post mortem patris: nihilque repugnat annum eius vnum censeri chronologicum, aut contrarium conuincit. Confirmare est ab exemplis similibus hucusq; tractatis, & præsertim §. præcedenti. Sed confirmare est prorsus à dicendis mox ad alterum punctum Difficultatis. Itaque

Ad Fundament. Diffic.

Quod affertur in fundamento difficultatis, de regno huius Ochozię, partim *anno vndecimo*, partim *anno duodecimo*. Ioram regis Israel, duplicē habere potest explicationem. I. Explicatio est, vt quando dicitur 4. Reg. 9. vers. 29. *Anno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochosias super Iudam*, indicetur principium regni eius simpliciter dictum: adeóque principium anni chronologici, quô regnasse summatur à Scriptura; sic nimirùm vt annus ille cœperit versùs finem anni vndecimi Ioram regis Israël, & concurrerit ferè totus cum eius anno duodecimo, cuius reliquum vsque ad Iehu vel Athaliam, repletum fuerit per initia secundi sui anni tantùm incœpti. Quandò verò dicitur 4. Reg. 8. vers. 23. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israël, regnauit Ochozias filius Iorā regis Iuda*, vel indicetur quidam alius eius regnandi modus: vel significetur solummodò, quòd tunc *regnabat*, & in sequentibus indicentur plurima quæ fecit, tanquàm ab illis temporibus incipientia. Sed hæc explicatio non est probabilis, vt patebit ex sequenti subiicienda. II. Explicatio & melior, est econtrariò, vt quando dicitur 4. Reg. 8. vers. 23. regnasse *anno duodecimo Ioram filij Achab*, indicetur principium re-

A gni eius simpliciter dicti, siue principium anni chronologici, quô regnasse summatur à Scriptura. Quandò verò cap. 9. vers. 29. dicitur regnasse *anno vndecimo Ioram filij Achab*, vel indicetur quoddam principiū regni eius non simpliciter dicti, sed secundùm quid, videlicet quô regnare cœpit cum patre, forsitàn quia pater eius ægrotabat pessimè, proùt narratur 2. Paral. 21. à vers. 15. vel, & melius iuxtà dicenda per nos inferiùs §. sequenti, vt significetur tantùm, quòd tunc *regnabat*, quamuis tali regnandi modô, qui iam principium anterius habuerat. Nam 2. Par. 21. à vers.

B 18. *Et super hæc omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili.* vers. 19. *Cúmq; diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, itaut egereret etiam viscera sua, langore pariter & vita caruit. Mortuúsque est in infirmitate pessima*, &c. & nos dicemus inferiùs eum regnare iàm incœpisse ab anno Iosaphat decimoquarto. Primum patet ex circunstantiis loci. Nam sic dicitur versu præce-

C denti seu 24. *Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultúsque est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo:* móxque subiicitur vers. 25. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochosias filius Ioram regis Iuda:* móxque item vers. 26. *Vigintiduorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel*, post quæ narrantur omnia quæ fecit, vsquè à vers. 27. *Et ambulauit in viis domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino sicut domus Achab*, &c. vers. 28. *Abiit quoque cum Ioram*

D *filio Achab, ad præliandum contrà Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad*, & deniquè cap. 9. per maximam eius partem, quomodò tandem occisus fuit à Iehu. Hic est autem solitus Scripturæ modus, sed ex rei natura manifestus, vt cùm narratur regnum alicuius istorum regum immediatè post mortem patris, intelligatur regnum eius simpliciter dictum. Confirmatur à 2. Paral. 21. vers. vlt. *& sepelierunt eum* (Ioram filium Iosaphat) *in ciuitate Dauid, veruntamen non in sepulchro regum.* cap. 22. à vers. 1. *Constituerunt autem ha-*

E *bitatores Ierusalem Ochosiam filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerāt latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitque Ochosias filius Ioram regis Iuda.* vers. 2. *Quadraginta-duorum annorum erat Ochosias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Athalia filia Amri.* vers. 3. *Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab*, &c. in sequentibus eadem narrantur quæ in lib. Reg. Ecce, constituitur rex, & regnat, post sepultum patrem suum: & regnum illud connectitur cum anno vno quô regnasse

dicitur, &c. Ergò quod dicitur 4. Reg. *anno duodecimo Ioram filij Achab regnâsse*, manifestè demonstratur intelligendum, de regno post patrem mortuum, adeoque simpliciter dictô. Secundum, patet quidem ex his. Specialiter tamen, quia 4. Reg. 9. postquàm dictum est vers. 29. *Anno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochozias super Iudam*, appositô commate solò sequitur vers. 30. *venitque Iehu in Iezrahel*, &c. abindéque describitur quomodò Iezabel occisa fuit per Iehu. Indè namque patet, hæc solùm dici per recapitulationem: vt nimirùm postquàm narratum fuit regnum Ioram filij Iosaphat B simpliciter dictum, vita, & mors eius, ab anno duodecimo Ioram filij Achab, resumatur quædam historia, quæ iam transacta fuerat antequàm Ochozias iste regnaret illô modô, nimirum, dum regnaret viuente patre, sed ægrotô. Confirmatur à similibus recapitulationibus habitis mox totô ferè cap. 10. vt à vers. 1. vbi describitur occisio 70. filiorum Achab, & 13. vbi describitur quomodo Iehu comprehendit & occidit fratres, id est, nepotes per fratres, istius Ochoziæ: quæ tamen ex 2. Paral. 22. manifestè patet acta ante mortem eiusdem Ochoziæ. Sic enim dicitur à vers. 8. *Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab,* C *inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos.* vers. 9. *Ipsum quoque perquirens Ochoziam comprehendit latitantem in Samaria: adductúmque ad se, occidit, & sepelierunt eum.* Atque ex his iterùm annotetur, quomodò iuxtà veram Scripturæ rationem, extiterunt plura regnandi principia quorundam regum, & quomodo regna cum patribus non computantur, aut vllatenùs summantur à Scriptura, pro chronologia; & deniq; quomodo qui reges erant iure hæreditariô, nihilominùs iterum constituuntur aliquomodò reges per populos. Vt ex hoc vel solo Scripturæ locô, si nullus alius esset, paterent hæc omnia: proindéque

A excluderentur recursus, quos frustrà nonnulli prætexunt, ad corruptiones textuum, ac deniquè nostri modi Scripturam sacram conciliandi, verè clarerent ab ea peti, proindè tandem ab omnibus essent recipiendi, qui nec meliores haberent, nec tamen eneruare vellent in quibusuis Vulgatæ Editionis authoritatem.

CÆTERVM, occasione loci illius 2. Par. 22. vers. 1. *Constituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum pro eo. omnes enim maiores natu, qui antè eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra:* Quæri potest quomodo hoc conueniat cum B his, quæ dicuntur de Iehu, 4. Reg. 10. vers. 13. *Inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos: quinam estis vos? qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus.* &c. vers. 14. *Qui ait: Comprehendite eos viuos. Quos cùm comprehendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxtà Cameram, quadragintaduos viros, & non reliquit ex eis quemquam,* &c. vers. 17. *Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria vsque ad vnum, iuxtà verbum Domini, quod locutus est per Eliam.* & cap. 11. vers. 1. *Athalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen* C *regium.*

RESPONDETVR. In lib. 2. Par. cap. 22. vers. 1. sermonē esse de fratribus *propriè* dictis: in lib. autem Reg. de fratribus dictis *impropriè*. Sic enim declaratur posteà in eodem lib. 2. Par. cap. 22. vers. 8. *Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos.* Similiter per reliquos de Achab intelligendi sunt eius filij, qui fuerant in Samaria, necnon principes eius, prout fusè describitur 4. Reg. 10. Deniquè per eos, quos occidit Athalia, intelligendi sunt filij Ochoziæ: inter quos à vers. 2. saluatus fuit Ioas. Respons.

## XII. DIFFICVLTAS. CIRCA EVNDEM Ochoziam filium Ioram, regem Iuda: Quomodò anni regni eius sint cum annis ætatis ipsius, & Ioram patris sui, componendi?

§. 77.

Fundam. Diffic. 1. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, seu Difficultas ipsamet, est duplex. I. Dicitur 4. Reg. 8. vers. 26. *Vigintiduorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem.* Et tamen 2. Par. D 22. vers. 2. *Quadragintaduorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem.* In vno loco dicitur 22. annorum, in altero 42.

II. Dicitur de Ioram patre eius ibidem 4. Reg. 8. vers. 17. & 2. Par. 21. vers. 5. & 20. *Trigintaduorum annorum erat cùm regnare cœ-* 2.

*pisset, & octo annis regnauit in Ierusalem.* Si fuit Ochozias 42. annorum quandò regnare cœpit, & proximè successit patri. sequitur eum seniorem fuisse 2. annis patre. Nam pater eius erat 32. annorum quandò regnare cœpit: & regnauit 8. hi faciunt 4… Si ergò Ochozias proximè illi successit, & succedendo natus fuit 42. vtique 2. annis fuit senior patre.

Difficultatem hanc Author libri qq. Hebr. in Par. tributi S. Hieronymo, vocat valdè perplexam & Caietanus in Par. insolubilem. Et quoniam secunda pēdet à prima: ideò incipiendum est ab ista.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Locum Par. vbi traditur Ochozias 42. annorum, esse corruptum, & in eo legendū sicut in libro Reg. 22. annorum.

Ità Massæus pag. 50. sub Ioachaz, qui idem est aliò nomine Ochozias. Vtrūque, inquit, verum non fuit, quomodocumque saluare coneris. Ce… te non potuit filius senior esse patre, qui iuxta Scripturæ fidem quadragenarius obiit, vel ad summum non transiit 44. & in fine pag. sic tandem respondet: Videtur ergò dicendum quud in Par. error inoleuerit typugraphorū negligentiâ. Ità & Caietanus dicens: Solutio quæstionis est, quòd littera errore Scriptoris corrupta est legendū enim est 22. annorū erat Ochozias, vt scribitur 4. lib. Reg. Et infra. Concluditur, quòd corrupta est Hebraica littera Paralipomenō. Ità Turcellinus cap. 5. chronol q. 15. Ità Scaliger, Capellus, aliique sectatij. Ita deniq;, & quod mirum, Torniellus, anno 3149. num. 3. post med. dicens: Patet igitur propositam quæstionem nullatenus solui posse, nisi cum Caietano concedamus, Sacrum illum textum 2. Par. 22. vers. 2. esse corruptum. Mirum dixi. Quia toties ipsemet in superioribus, vsus est contrà similes solutiones, argumentô illô ex S. August. Epist. 8 & 9. ad S. Hieron. seu ex can. *Si ad Scripturas*, dist. 9. quod si semel aliquem locum Scripturarum admittamus esse corruptum, reliquorum vacillabit authoritas; & infrà in difficultate prorsus simili circà Iechoniam, qui dicitur 4. Reg. 24. vers. 8. *Decem & octo annorum, cùm regnare cœpisset*, & tamen 2. Par. vlt. vers. 9. *octo annorum, cùm regnare cœpisset*, vtitur rursus eôdem argumento: tandémque solutionem istam adhibet, 8. *annorum erat cum regnare cœpisset*, scilicet cum Ioakim patre suo, & 1… & 8. *annorū, cùm regnare cœpisset*, scilicet solus post Ioackim patrem suum. Hoc autem dicere coactus fuit Torniellus istô locô, quia nullam vidit solutionem aliam, nec aliquam subesse cogitauit in annis Ioram: quam tamen optime Gordonus vidit & tradidit, vt videbitur infra. Et hinc colligi potest, Massæum, Caietanum, & similes, in similem scopulum impegisse. quia nullas alias viderunt solutiones suis locis, nec aliquas subesse cogitarunt in verbis illis Scripturæ, *cum regnare cœpisset*, aut in similibus, diuersos regnandi modos inuoluentibus. Quod iuuerit hic semel adnotasse.

Probat. PROBATIONEM quidem huius Sententiæ adhibet aliquam Torniellus, quòd codices Septuag. Interpretum annū salutis 1588. editi Romæ, qui satis magnæ sunt authoritatis, locô citatô habent Ochoziā tunc fuisse 20. annorum; & ibidem in annotationibus ad calcem adiectis, dicitur, aliquos textus loco 20. habere 22 annorum, quod præcisè conuenit cum textu 4. Reg. cap. 8. vers. 26. vbi prorsus idem asseritur. Concludit: Ideò nos, saluô semper iudiciò meliori, satis rationabiliter credimus, in hac parte præferendum esse textum Septuag. Interpretum textui Vulgato. At pace illius dixerimus, præferēdum esse textum Vulgatæ Editionis, quibuscumque aliis codicibus, & siquidem admitti deberet aliqua corruptio, potiùs admittendam esse pro textu Sept. Interpretum, quàm pro textu Vulg. Editionis. Sed tamen adhuc nihil impedire, quin illi Septuag. possint cum Vulgata conciliari, proùt infrà videbitur. Quarè

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM, Facit Regula notata. ex sacrosanctô Concilio Tridentino, & Declarationibus eius §. 2. & 3. necnon §. 5. ex can. *Si ad Scripturas* sæpissimè iam repetitis, nullum mendum in sacris Scripturis esse admittendum; alioqui non magis de veritate vnius, quàm aliorum omnium Scripturæ locorum hæsitare possimus. His iunge, codices reliquos constanter sic habere, vt Hebr. Chald. Com… … regios, & passim alia omnia. Nec quicquam valent quæ fusiùs super hoc respondet Torniellus num. 4. quæq; ideò vt nullatenus probanda, meritò relinquimus. Hoc solum obiter aduertentes, indè patere, non posse … mendum Librarij subesse hôc locô: quandoquidem omnes alij codices constanter ita habeant. Et hoc applicetur omnibus aliis locis, in quorum Lectione nullus variat codex.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, 42. annos, qui dantur Ochoziæ in lib. Par. non esse exponendos de annis ætatis, seu computandos ab ortu eius: sed à tempore quô viguit regnum Amri, siue à Samaria cōditâ; eò quòd Ochosiæ qui erat de semine Amri, Samariæ conditoris, ex parte matris, nempe Athaliæ, contigerit, vt occideretur cum Ioram rege Israël.

Ita Hebræi in sua Chronolog. cap. 17. & R. Leui apud Genebrardum in Ochozia rege Iuda, cuius postrema verba sunt hæc: Id apparet ex eo quòd post trigesimumprimum annum Asæ, regnauit Amri annis 6. in

vniuersum Israël 4. Reg. 16. (quod expone de regno pacato) & Achab filius eius 22. & Ochozias (filius Achab) 2. Ioram autem rex quoque Israël, erat in anno regni sui duodecimo. Vides 42. annis stetisse regnum Israël penès familiam Amri. Hæc ille Rabbi. Itâ Genebrardus in Amri rege Israël, seu pag. 154. sub init. Qui Rabbinum hunc imitans, hæc habet: Ab ea condita (Samaria) Æra siue principiû rationis 10. Tribuum deducta est, iuxtà quam Israëlitæ numerabant à Samaria condita, vt Romani à sua vrbe. Nam illud 2. Par. 22. 42. *annorum erat Ochozias rex Iuda, cùm regnare cœpisset, & regnauit anno vno in Ierusalem*, sic debet accipi: 42. annorum erat, siue quadragesimumsecundum annum attigerat; à Samaria condita, & Amri in eam migratione. Tot enim existunt à sexto Amri, siue à Samaria condita, ad Ioram regis Israël duodecimum, qui ætat Ochoziæ regis Iuda primus & vnicus. Alioquin 4. Reg. 8. vigesimotertiô ætatis Ochosias iste interiit. Suprà in regibus Iuda hanc difficultatem explicauimus, sed obscuriùs. Sic Genebrardus. Itâ & Serarius in 4. Reg. 9. seu pag. 308.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, A simili difficultate superiùs exposita, circà Asa regem Iuda: & Baasa regem Israël §. 68.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd expositio huiusmodi sit nimiû dura, extranea, & contrà solitum Scripturæ sensum de annis ætatû. Neq; verò similis est illa circà Asa, & Baasa. Nam in ea fit expressa mentio *regni*; hic autem non: sed solummodò, sicut in omnibus hucvsque ac deinceps relatis, 42. *annorum erat*, quod solet annos ætatis significare, nullatenùs autem annos alicuius regni.

3 Sent. III SENTENTIA. dicit, Ochoziam regnasse 20. annos cum patre suo Ioram, qui regnauerit 28. illósq; ipsi tribui, nô patri, quia pater in lâguore deduxerit eos: sicq; Ochoziam dici 22. annorum quandò regnare cœpit cum patre, 42. autem quâdò regnare cœpit post patrem. Vbi notandum, cùm dicitur regnasse 20. cum patre, iuxtà hanc sentêtiam intelligi 20. quos pater regnauerit suprà suos 8. proindéq; à finitis illis 8. computandos.

Itâ Aûtbor qq. Hebr. in 2. Par. sub nomine S. Hieronymi, dicens, Ioram filium Iosaphat vixisse quidem annos 40. & ex illis regnasse 28. Octo vtique antequàm occideret fratres, cúmque adhuc malus non esset, 20. autem post, sed qui tribuantur filio secum regnanti. *Viginti verò*, inquit, *anni, quibus regnauit, ideò à numero eius auferûtur, quia in lâgore, & in tribulatione deduxit eos: ideò filio eius tribuuntur, qui non ampliùs quàm vigintiduos annos habêt regnare perhibetur, ne de numerorum summâ remanentes, errorem indagini temporum facerent.* Sic ille author. Itâ ex parte cum eo Vatablus in 2. Par. 21. dicens Ioram regnasse 28. annos, sed eô viuente Ochoziam filium ipsius regnum administrasse per 20. annos.

Reijcitur 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. quòd annos chronologicos multiplicet per 20. absque necessitate, vel absque verbis Scripturæ cogentibus, aut conuenientiùs suadentibus: quinimò contrà simplicem verborum eius tenorem, adeóq; contra regulas generales, & consuetum morem atque in singulari hôc locô computationem omnium chronologorum. Nam Scriptura tradit nec semel expressis ac simplicissimis verbis, Ioram regnasse annis 8. & Ochoziam 1. nec eos assignat aliquibus annis alicuius regis, vel aliquorum regum, per quos prætendi possit, vel inter Iosaphat & Ioram, vel iuxtà hanc Sentêtiam, inter Iosaphat & Athaliam, intercessisse plures annos, quàm qui summantur ab ipsa.

2. FACIT II. quòd asserat Ioram in langore deduxisse 20. annos: Scriptura verò verbis expressis tradat solummodò duos, 2. Par. 21. vers. 18. *Et super hac omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili.* vers. 19. *Cúmque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ità vt egereret etiã viscera sua, languore pariter & vita caruit. Mortuúsq; est in infirmitate pessima*, &c.

3. FACIT III. quòd asserat Ioram post 8. annos, quibus malus non fuerit, interfecisse fratres suos: Scriptura verò non obscurè demôstret 2. Par. 21. à vers. 4. consentiantque omnes, eum innocenter non vixisse mortuò patre, statímq; illô mortuô fratres suos occidisse.

4. FACIT IV. quòd cùm probandum sit inferiùs, eum fuisse natum annô regni Asæ circiter decimotertiô, cœpisséq; regnare annô regni Iosaphat quintô, sequeretur eum vixisse circiter 81. annos, regnasséq; 48. At hæc pugnant tùm cum ætatibus temporum illorum, tùm maximè cum punitione, quâ Deus & vitam, & regnum eius breuiauit.

4. & probabilior Sent. Ochozias rex Iuda regnauit cum patre & 20 ecius annos 22 post patrem 42. IV. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Ochoziam regnasse quidem 20. annis cum patre suo Iuram, & tunc fuisse 22. annorum, regnasse autem 1. annum post patrem, & tunc fuisse 42. sed tamen 20. cum patre, non quos pater regnauerit post 8. suos, sed quos ipsemet regnauerit cum Iosaphat patre suo: proindeque Ochosias 29. cum patre simùl & auo.

Itâ ex parte Vatablus apud Tostat. in 4. Reg. 8. q. 39. Emanuel Sâ in 2. Par. Azorius to. 1. lib. 6. cap. 35. q. 4. Gordonus cap. 11. ad Period. 5. num. 6. & 7. seu pag. 217. post med. aliique multi, quô pactô rectè conciliantur loca Reg. & Par. super hac prima difficultate.

Ex hac autem reſoluta difficultate, facilè reſoluitur ſecunda, dicendo ſimiliter, Ioram filium Ioſaphat regnaſſe cum patre ſuo, annô vel circiter eius quintô propriè dictô: ſicque exponenda eſſe verba illa, *Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpiſſet*, ſcilicet, cum Ioſaphat patre ſuo: *& 8. annis regnauit in Ieruſalem*, ſcilicet poſt Ioſaphat patrem ſuum.

DICES. 3. Reg. vlt. verſ. 42. & 2. Par. 20. verſ. 31. dicitur Ioſaphat fuiſſe *annorum* 35. *cùm regnare cœpiſſet*. Si Ioram incipiens regnare annô regni ipſius quintô vel circiter propriè dictô, habebat annos 32. ſequitur Ioſaphat eum genuiſſe annô ætatis ſuæ circiter octauô. Siquidem Ioſaphat regnare cœpit poſt annos 40. regni patris. Intrà hos ſurſùm verſùs computa 35. quibus regnare cœpit, & quorum initiô natus fuerit, vtique natus fuerit annô quintô regni ſui patris. Ab eius quinto propriè dicto computa ſurſùm verſus 32. quibus Ioram filius eius regnare cœpit, & quorum initiô natus fuerit: vtique natus fuerit annô regni Aſæ decimotertiô. A quinto regni Aſæ, quô natus fuerit Ioſaphat, ad decimumtertium regni eiuſdem Aſæ, quô natus fuerit Ioram, ſunt tantùm 8. anni.

RESPONDETVR. Propterea dicendum eſſe cum Gordono, Ioſaphat ſimiliter regnare cœpiſſe cum patre ſuo Aſa: & tunc natum fuiſſe 35. annos; proindè natum non fuiſſe tantùm annô regni patris ſui Aſæ quintô vel circiter, ſed antecedenti aliquô, v. g. primô Abiæ aui ſui: quin & forſitan adhuc anteriori quodam, videlicet Roboam abaui ſui. Nam & ideo Septuaginta Interpretes habent de Ioſaphat 3. Reg. vlt. verſ. 42. *Quadragintaquinque annorum erat cum regnare cœpiſſet ipſe*: nimirum 35. quandò cum patre, & 45. quandò poſt patrem. Quô pactô natus fuerit ab ipſis temporibus Roboam: quod nullatenus inconueniens eſſe, facilè patebit intuenti annos Aſæ & Abiæ, conſtatque de ſimilibus plurimis.

1. Obiect. OBIICITVR contrà hanc Sententiam I. à Torniello, Non eſſe credibile, quòd Ioram viuente patre ſuô, rege admodùm religioſô & piô, auſus eſſet tanta mala perpetrare, aut pater talia permittere ac tolerare vnquam potuiſſet.

Reſponſ. RESPONDETVR. Ex 2. Par. 21. à verſ. 4 vbi *occidit omnes fratres ſuos*, & quoſdam de principibus Iſrael, ad vſque finem capitis, patere manifeſtè, eum nò in illa mala prorupiſſe, niſi poſt mortem patris: adeoque intra annos 8. quibus regnauit ſolus.

2. Obiect. OBIICI poteſt II. Omnes anticipationes regnorum in hac quæſtione propoſitas, videri fictitias, & improbabiles, & contrà morem Scripturæ, necnon Interpretum eius; & facere tandem reges, quandò regnant propriè, hoc eſt ſoli, valdè ſenes, & ad bella propter ſenium ineptos.

RESPONDETVR. Nobis non eſſe fictitias & improbabiles, anticipationes regnorum, ſine quibus non poſſunt Scripturæ ſacræ conciliari. Fictitias longè magis, & improbabiles, tot textuum quæ prætenderentur corruptiones abſque vllo vero fundamento. Cum potiùs anticipationes illæ deducantur ex codicibus omnibus (exceptis tranſlationibus Sept. & S. Hieron. vnico tantùm in loco deficientibus, videlicet 4. Reg. 8. verſ. 16.) earum fundamentum habentibus, itémque ex diuerſis regnandi modis, quorum exempla traduntur à Scripturâ, v. g. in Salomone, & in Ioatham filio Oziæ, vt omittamus nunc hiſtoriam prophanam, de quibus vide quæ diximus §§. 74. & 75. Quarè non etiam videri nobis eas eſſe contrà morem Scripturæ, ſed potiùs iuxtà morem eius; quandoquidem ſæpiùs indicat illas in fundamentis quæ tradit ipſa verbis expreſſis. Similiter nobis eas non eſſe contrà morem Interpretum Scripturæ ſacræ; quandoquidem tradunt ipſas tot authores, Scripturas tùm ex profeſſo commentantes, tùm in chronologiis ſuis exponentes. Porrò non faciunt anticipationes illæ reges omnes valdè ſenes, & ad bella propter ſenium ineptos, quandò regnarunt ſoli. Nam ſi hoc, quandò regnarunt ſoli, ſumatur per reſpectum ad ſuos patres: quandóque regnarunt illi cum patribus valdè iuuenes, vt Iechonias, qui dicitur fuiſſe tantùm annorum 8. quandò regnare cœpit cum patre; quod non minùs eſt incongruum in Iechonia, quàm in Ioas, de quo tractabitur mox, eúmque oſtendetur regnare cœpiſſe poſt patrem, cùm eſſet tantùm 7. aut circiter annorum, & in Ozia, quem prout etiam videbitur paulò poſt, fatiunt aliqui regnare cœpiſſe, ſiue cum patre, ſiue poſt patrem, ab annis ætatis ſuæ 4. Si autem ſumatur per reſpectum ad filios: nullum adhuc eſt incommodum. Nam vt ad ſingulos deſcendamus: Ioſaphat fuerit, ſicut Scriptura dicit, 35 annorum quandò regnare cœpit, & hoc intelligatur cum patre, regnauerit cum eo quot annos libuerit, & regnauerit poſt patrem 25. natus item fuerit annô primô Abiæ, vel denique ſuperiori quôdam Roboam, quô pactô genuerit annô 14. 15. vel 16. tunc non exceſſerit annos vitæ 65. 66. 67. aut circiter, atque ità, cum vltimum bellum ad quod perrexerit cum Ioram rege Iſrael, extiterit 4. aut 5. annos antè mortem ſuam, quid mirum quod ad bellum aliquod ſexagenarius vel paulò plùs profectus fuerit? Sed eſto, proceſſiſſet ad bellum adhuc ſenior: quodnam in hoc inconueniens? cùm non belligerarent in regionibus longinquis,

sed proximis, & non solent reges ad bella proficisci tàm ad pugnandum propriâ manu, quàm gratiâ cōductionis & animationis suorum exercituum, & vt etiā monuimus, exempla non desint apud prophanos, regum ad bella proficiscētium ætatis longè prouectioris, vt apud Lacedemones Agesilai, quem annos natum circiter 80. profectum in Ægyptum testatur Xenophon Lib. de Laudibus eius, natum 84. dicunt; Gemistius Lib. 1. & Plutarchus in eo; sed neque similia desint in ipsamet Scriptura Sacra, prout mox ostendetur. At denique, esto fuisset hoc incommodum ipsi Iosaphat propter senium, cuius tamen contrarium educitur conuenientiùs ex Scripturâ, quæ tradit eum fuisse profectū ad bellum, & regnum filio tradidisse; hoc vel ipsô non obstāte, nobis adhuc satis Scriptūra significaret, eum ad bellum voluisse proficisci, cùm describit ipsum tradidisse regnum filio suo Ioram, cæterisque filiis suis vrbes, pensitationes, & munera: cuius rei causam non esset tunc assignare magis accommodam, quàm senium, quod assignabat Torniellus suprà. Similiter Ioram filius Iosaphat, fuerit annorum 32. quandò regnare cœpit cum patre, & 52. quandò regnare cœpit post patrem (nam ab incœpto quinto Iosaphat, ad vigesimumquintum completum, sunt 20. qui iuncti 32. faciunt 52.) quodnam incōmodum, quòd regnare cœperit solus, annos natus 52. túneque vel circiter iuerit ad bellum contrà regem Moab, ac tandem annos tantùm natus 60. fuerit mortuus? Item, Ochozias filius Ioram regis Iuda, fuerit annorum 22. quandò regnare cœpit cum patre & auo, & 42. quandò regnare cœpit post patrem suum, tandémque mortuus annô quadragesimoquartô, nullum prorsùs incommodum. Et certè Roboam regnare cœpit ætatis annô quadragesimoprimô, regnauitque 17. annos; 3. Reg. 14 vers. 21. & tamen cap. 15. vers. 6. *Bellum fuit inter Roboam & Ieroboam, omni tempore vitæ eius.* Nec minus, imò plus annorum, credendus est vixisse Asa, ex tot gestis ab initio sui regni, qui tamen alias regnauit annos 41. 3. Reg. 15. vers. 10. Vnde dicitur vers. 24. & 2. Par. 16. vers. 12. *in tempore senectutis suæ doluit pedes:* & nihilominus Reg. vers. 16. *Bellum erat inter Asa & Baasa regem Israel, cunctis diebus eorum.*

3. Obiect. OBIICI potest III. Nullam esse probabilitatem, Ochoziam regem Iuda, regnasse cum patre & auo. Imprimis, quia habebat multos fratres seniores se (siquidem erat ipsorum minimus 2. Par. 22. vers. 1.) qui non fuerunt interfecti nisi post mortem Iosaphat aui sui, & regnante Ioram post Iosaphat in impietate sua, propter quam Deus immisit latrones Arabum in Iudam, qui eos interfecerunt, 2. Par. 21. a vers. 16. Deinde, ibidem

A Par. 22. vers. 1. *Constituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum regem eius pro eo,* &c. Ergò nondum fuerat rex constitutus à patre, vel ab auo. Denique, hic mos est insolitus Scripturæ sacræ, vel etiam historiis prophanis, vt nepotes regnent cum auis, adhuc viuentibus & regnantibus suis patribus.

RESPONDETVR. Improbabile non esse filium aliquem, etiamsi minimum, regnare. Cuius ratio multiplex esse potest, Respons.

B vt vel quia plus diligatur à patre, sicut notum est de Salomone præ Adonia, 3. Reg. 1. vel quia sit aptior ad regnum, sicut notum est de Abia, ex 2. Par. 11. fin. propter quæ concludunt Chronologi, primogenituram apud Hebræos non habuisse ius regni necessariò connexum; vel denique quia cæteri cum patre pergant ad bellum, sicut coniicere est de fratribus Ochoziæ 2. Par. 22. vers. 1. *Omnes enim maiores natu, qui antè eum fuerant, interfecerunt latrones Arabum, qui irruerunt in castra.* Quod autem populus constituerit Ochoziam regem post patrem, non impedit quin priùs regnasset cum patre; siquidem hic modus regnandi, varius erat à

C priori. Nec desunt exempla, quomodò qui iam rex sit vnô modô, nihiluminùs constituatur aliquô aliō modô, rex à populo. v. g. in Saül, de quô iam electô à Deo, & vnctô à Samuele, 1. Reg. 10. vers. 24. *Clamauit omnis populus, & ait: Viuat rex:* & nihilominùs dicit Samuel cap. 11. vers. 14. *Eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum:* & tàm de Samuele, quàm de populo, narratur vers. 15. *& perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saül coram Domino.* Item, in Salo-

D mone, de quo iam electo, vncto, & rege proclamato, 3. Reg. 1. nihilominùs dicitur 1. Par. vlt. vers. 22. *Et vnxerunt secundo Salomonem,* & reliqua quæ narrantur ibi longiùs, quæq; adducta vide §. 74. Item, in Roboam, de quo iam licet rege per successionem paternam: tamē narratur 3. Reg. 12. vers. 1. & 2. Par. 10 vers. 1. quomodò *congregatus erat vniuersus Israel ad constituendum eum regem.* Similia videbuntur in sequentibus. Proinde, quàuis per accidens non reperiantur in Scriptu-

E ris exempla multa, quibus nepotes regnauerint cum auis, viuentibus adhuc & regnantibus patribus: tamen hoc non est incōgruum per se, spectatâ ratione propter quam ipsimet filij regnarent cum patribus, nimirùm, quia patres & aui quandòque proficiscebantur simùl ad bella; vel patres licet iam regnantes cum suismet patribus, siue cum auis suorum filiorum, tamen aut ægrotabant, aut ab oneribus vacare volebant, aut aliqua tandem similis ratio postulabat, vt aliqui filij vel domi regnarent pro pace tuendâ, vel simùl designarentur tanquàm futuri patrum

& aliorum successores. Atque similia his habuisse locum apud Persas, aut etiam apud alios Orientales populos, vt persæpè plures, vel filij, vel alij, regnarent simul, dum quibusdam iam regnantibus in aliorum iam regnantium absentiâ, rursùm proficiscentibus ad expeditiones alias, alij vicibus eorum domi regnantes relinquebantur, notabit Genebrardus in Persarum historiis, infrà sub Periodo sextâ.

4. Obiect. OBIICI potest IV. Quòd si, quandò regnauit Ochozias post patrem, natus fuisset ipse 42. annos, Athalia mater eius fuisset admodum vetula. Nam genuisset alios, & fortè plurimos antè ipsum Ochoziam, adeóque fuisset annorum 60. vel etiam 70. Hæc autem ætas in mulieribus non est apta rebus gerundis, quales ipsa post mortem filij gessit. Nec tam facile fuisset ei seruos obsequentes habere & filios Ochoziæ iam natu grandes, quales habere potuisset Ochozias suprà annum vigesimum, si nempè mortuus fuisset Ochozias ipse annò quadragesimotertiò vel quadragesimoquartò ætatis suæ, comprehendere, omnésque interficere, prout fecit 4. Reg. 11. à vers. 1. & 2. Par. 22. a vers. 10. Quare videri probabilius locum 2. Par. 22. quò dicitur fuisse 42. annorum, esse corruptum.

Respons. RESPONDETVR. Inconuenientia huiusmodi non esse talia (veriùs nulla) pro quibus euitandis recurrendum sit ad longe maius inconueniens, quod est dicere sacrum textum, in omnibus suis codicibus, & præsertim in Editione Vulgat., fuisse corruptum. Et quidem non est necessarium, Athaliam quandò mortuus est Ochozias filius eius, ætatis fuisse prouectioris annorum 60. quinimò potuit esse minoris. Sed datô quòd fuerit tunc annorum 60. vel etiam plùs: non tamen propter hoc impar illa fuit regno, tótue aliis gerundis. Nam præterquam quod hoc de se non repugnat, suaderi potest ab exemplis, v. g. Deboræ iudicis, quæ rexit per annos 40. Iudic. 4. & 5. cùm tamen credibile sit, eam iudicare non cœpisse, quin attigisset annos 20. vel plùs ætatis. Athaliæ porrò difficile non fuisse habere seruos obsequentes, necnon filios Ochoziæ (dentur fuisse grandes) comprehendere, atque occidere, non diffitebitur quicumque scierit quid possint qui regnant. Nam & 42. similes fratres, id est, cognatos eiusdem Ochoziæ, fecit occidere Iehu, 4. Reg. 10. vers. 14. vt omittam quòd potuerint filij Ochoziæ, nonobstante ipsius ætate, non adhuc esse adeo grandes, vt commodiùs eos occidere valuerit Athalia, sicut idem Iehu eôdem cap. vers. 6. occidit 70. filios Achab, per optimates ciuitatis. Quod facilius adhuc efficere valuerit Athalia, per aliquos seruos, mercenarios, & iniquos, agendo de more fœminarum, insidiosè.

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israel. | |
|---|---|---|---|---|
| Roboam 17. completos. | 1 | 3055 | 1 | Ieroboam 22. incœpt. 21. cōplet. |
| | 2 | 6 | 2 | |
| | 3 | 7 | 3 | |
| | 4 | 8 | 4 | |
| | 5 | 9 | 5 | |
| | 6 | 60 | 6 | |
| | 7 | 1 | 7 | |
| | 8 | 2 | 8 | |
| | 9 | 3 | 9 | |
| | 10 | 4 | 10 | |
| | 11 | 5 | 11 | |
| | 12 | 6 | 12 | |
| | 13 | 7 | 13 | |
| | 14 | 8 | 14 | |
| | 15 | 9 | 15 | |
| | 16 | 70 | 16 | |
| | 17 | 1 | 17 | |
| Abia 3. incœptos, 2. cōplet. | 1 | 2 | 18 | |
| | 2 | 3 | 19 | |
| Asa 41. incœpt. 40. cōplet. | 3 | 4 | 20 | |
| | 2 | 5 | 21 | |
| | 3 | 6 | 22 | 1 Nadab 2. incœpt. 1. complet. |
| | 4 | 7 | 1 | 2 Baasa 24. incœpt. 23. cōplet. |
| | 5 | 8 | 2 | |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israël. | |
|---|---|---|---|---|
| | 6 | 9 | 3 | |
| | 7 | 80 | 4 | |
| | 8 | 1 | 5 | |
| | 9 | 2 | 6 | |
| | 10 | 3 | 7 | |
| | 11 | 4 | 8 | |
| | 12 | 5 | 9 | |
| | 13 | 6 | 10 | |
| | 14 | 7 | 11 | |
| | 15 | 8 | 12 | |
| | 16 | 9 | 13 | |
| | 17 | 90 | 14 | |
| | 18 | 1 | 15 | |
| | 19 | 2 | 16 | |
| | 20 | 3 | 17 | |
| | 21 | 4 | 18 | |
| | 22 | 5 | 19 | |
| | 23 | 6 | 20 | |
| | 24 | 7 | 21 | |
| | 25 | 8 | 22 | |
| | 26 | 9 | 23 | |
| | 27 | 3100 | 24 | 1 Ela 2. incœpt. 1. complet. |
| | 28 | 1 | 1 | 2 Zambri 7. dies. Amri 12. incœpt. 11. complet. |
| | 29 | 2 | 2 | |
| | 30 | 3 | 3 | |
| | 31 | 4 | 4 | |
| | 32 | 5 | 5 | |
| | 33 | 6 | 6 | |
| | 34 | 7 | 7 | |
| | 35 | 8 | 8 | |
| | 36 | 9 | 9 | |
| | 37 | 10 | 10 | |
| | 38 | 11 | 11 | |
| | 39 | 12 | 12 | 1 Achab 22, completos. |
| | 40 | 13 | 2 | |
| Iosaphat 25. completos. | 1 41 | 14 | 3 | |
| | 2 | 15 | 4 | |
| | 3 | 16 | 5 | |
| | 4 | 17 | 6 | |
| Ioram cum patre. | 5 | 18 | 7 | |
| | 6 | 19 | 8 | |
| | 7 | 20 | 9 | |
| | 8 | 1 | 10 | |
| | 9 | 2 | 11 | |
| | 10 | 3 | 12 | |
| | 11 | 4 | 13 | |
| | 12 | 5 | 14 | |
| | 13 | 6 | 15 | |
| Ochozias cum patre, & suo | 14 | 7 | 16 | |
| | 15 | 8 | 17 | |
| | 16 | 9 | 18 | |
| | 17 | 3 | 19 | Ochozias cum patre, annô 17. Iosaphat, 21 patris. Ioram cum patre, & fratre, annô 18. Iosaphat, 22. patris. |
| Iosaphat ... bellum cum Achab. | 18 | 1 | 20 | |
| | 19 | 2 | 21 | |
| | 20 | 3 | 22 | |
| | 21 | 4 | 1 | Ochozias 2. completos. |
| Ioram trad... per patrem euntem ad bellum cum Ioram rege Isr... | 22 | 5 | 2 | |
| | 23 | 6 | 1 | Ioram 12. completos. |
| | 24 | 7 | 2 | |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israël. |
|---|---|---|---|
| | 25 | 8 | 3 |
| Ioram 8. completos. | 1 | 9 | 4 |
| | 2 | 40 | 5 |
| | 3 | 1 | 6 |
| | 4 | 2 | 7 |
| | 5 | 3 | 8 |
| | 6 | 4 | 9 |
| | 7 | 5 | 10 |
| | 8 | 6 | 11 |
| Ochosias 1. completum | 1 | 7 | 12 |

## XIII. DIFFICVLTAS. CIRCA ATHALIAM reginam Iuda; Quot annis propriè regnauerit, aut regnasse dicenda sit?

§. 78.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ex 4. Reg. 11. vers. 3. *Eratq; cum ea (Ioas) 6. annis clam in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terram.* expressè verò 2. Par. 22. vers. vlt. *Fuit ergò cum eis in domo Dei absconditus 6. annis, quibus regnauit Athalia super terram:* patet ex vna parte, eam regnasse 6. annos. Ibidem autem 4. Reg. 11. vers. 4. *Anno autem septimo misit Ioiada, & assumens centuriones, & milites,* &c. & per totum cap. vbi tandem Ioiada regem constituit Ioas, & postea occiditur Athalia: videtur eam adhuc regnasse vnô annô.

Genebrardus in summis initio suæ Chronologiæ appositis, tribuit ei annos 7. quos ex A computatione summaria post collecta, [illegible] eum censere completos. Attamen in serie sub eadem Athalia, nempe pag. [illegible]25. col. 1. notat tantùm 6. & in textu [illegible] extinguit totam stirpem Salomonis, &c præter paruulum Ioas, &c indéque circiter 7. annos regnum tenuit.

Athalia regnat tantum annos 6. completos.

VERA SENTENTIA est, Athaliam regnasse per 6. annos integros tantùm B vel per 7. incœptos.

Ita reliqui moderni Chronologi, vt Gordonus in an. ex[illegible], & Tornellus an. 3151. num. 3. & an. 3[illegible]7 num. 1. Qui priori [illegible] refutat E[illegible] & alios tribuentes ei 7. propter quo[illegible] [illegible]es loco 6. habente 7. quos ex[illegible] incœptis. Hæc per se patent absque a[illegible] probatione.

## XIV. DIFFICVLTAS. CIRCA AMAZIAM regem Iuda, & Ioas filium Ioachaz regem Israël: Vnde computandi sint anni quibus regnasse dicuntur? Et quomodò inuicem componendi?

§. 79.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Postquam [illegible] est 4. Reg 13. vers. [illegible] *Dormiuitque I[illegible]chaz cum patribus suis [illegible] [illegible] eum in Samaria [illegible] [illegible] [illegible] eius pro eo [illegible] vers. 1[illegible] Anno tri[illegible]simo septimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria 16. annis* & post[illegible] [illegible] eodem 4. Reg. 12. vers. 2[illegible]. & 2. Par. C 24. à vers. 2[illegible] *[illegible]rexerunt autem serui eius & coniurauerunt inter se, [illegible] percusserunt que Ioas regem Iuda in domo Mel[illegible]* &c. vers. 2[illegible] med. *Percusserunt eum & mortuus est, & sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid: regnauitque Amasias filius eius [illegible]* [illegible] 14. vers. 1. *In anno secundo Ioas filij [illegible]chaz regis Israël, regnauit Amasias filius [illegible] regis Iuda.* vers. 2. & 2. Par. 25. vers. 1.) *Viginti quinque annorum erat [illegible] cum regnare cœ[illegible]*, [illegible].

*autem & 9. annis regnauit [illegible]*

Ex vna parte videtur annos regni Ioas regis Israel, computandos esse [illegible] tem Ioachaz patris [illegible]. Nam [illegible] ni regni eius [illegible] anno [illegible] Ioas regis Iuda. In [illegible] autem [illegible] gesimum [illegible] primum [illegible] decimusquintus tantum Ioachaz [illegible] gnauit [illegible]. Ergo anni [illegible] Ioas filij eius, & regis Israel incipiendi sunt a decimoquinto, aut ad plus decimosexto eius. Iste autem videntur [illegible] annos A[illegible] regis Iuda, incipiendos esse ab anno [illegible], aut ad plus a [illegible] seu [illegible] eius. Nam regnum & anni regni eius, [illegible] gnantur anno secundo Ioas filij Ioachaz [illegible] Israel. Si ergo primus Ioas regis Israel incipit trigesimoseptimo Ioas regis Iuda & consequenter decimoquinto, vel ad plus [illegible] cimosexto Ioachaz patris sui: cum Ioas pater Amasiæ [illegible] 40. annos, [illegible] quintus ac decimus [illegible] Ioachaz regis Israel, concurrant cum trigesimoseptimo & trigesimooctauo Ioas regis Iuda: consequenter primus & secundus Ioas regis Israel concurrant cum iisdem trigesimoseptimo & trigesimooctauo vel trigesimonono Ioas regis Iuda; manifestum est, primum Amasiæ debere incipere trigesimooctauo vel trigesimonono, vel ad plus quadragesimo, Ioas patris sui regis Iuda.

Ex altera autem parte videtur annos regni Amasiæ regis Iuda, computandos esse a morte Ioas patris sui. Nam regnum & anni regni eius, narrantur post narratam mortem patris. Similiter videtur annos Ioas Regis Israel computandos esse à morte Ioachaz patris sui. Nam regnum & anni regni eius, narrantur post narratam mortem patris.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Lo[illegible] lom. 4. Reg. 13. v. 10. *Anno trigesimo [illegible] mo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius I[illegible] super Israel*, [illegible] corruptum, & [illegible] esse [illegible], pro [illegible] primo.

Ita Tostatus in 4. Re[illegible] 3. q. 6. Quem [illegible] refutatur a Torniello an. [illegible] num. 1. fin. dicente [illegible]. Quod hic nullatenus [illegible] dum putamus, tùm quia in omnibus [illegible] editionum codicibus constanter legimus trigesimoseptimò, non autem [illegible], tum etiam quoniam bene ac [illegible] possumus & debemus [illegible] lectionem. Addendum quod [illegible]

[illegible] CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, Regula generalis [illegible] ex Concilio Tridentino & declarationibus eius [illegible] quam [illegible] nullum mendum in Scripturis [illegible] esse [illegible], quoniam [illegible] habitauit [illegible].

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit Anno[illegible] 16. Ioas regis Israel [illegible] 29 Amasiæ non esse a morte [illegible], sed ab eorum vita superstite computandos.

[illegible] Temporarius lib. 2. [illegible] col. [illegible] dicens: Ioas filios Ioachaz anno [illegible] Ioæ regis Iuda, regno potitur. Annus enim trig[illegible] Ioæ Israel, primus est regni Ioæ Israelitæ, quia huius anno secundo Amasias regnum init, anno regni patris trigesimonono regnauit annos [illegible]. sed 2. cum patre. & [illegible] ol. 1. init. Amasias Ioæ filius, anno [illegible] Ioæ Israelitæ patri successit, & [illegible] anno vno cum patre. [illegible] Ioas post mortem Ioiadæ [illegible] Zachariamque Prophetam [illegible], victus [illegible]. Tùm grauissimis [illegible] affectus, [illegible] habuit [illegible]. Tandem a [illegible] est. H[illegible] Tēporarius.

Probat. PROBATIO huius Sententiæ petenda est [illegible] in secunda parte.

Reiicitur 1. CONTRA HANC SENTENTIAM [illegible], I. Quod, [illegible] Fundamento [illegible] & anni regnorum [illegible] narrantur post [illegible] patrum [illegible].

RESPONDERI potest, hoc [illegible] in sacro eloquio frequenter [illegible].

AT hæc Responsio non est nobis probanda [illegible] loco [illegible] necessitate [illegible] gente. Supponimus enim [illegible] commode [illegible] sententia sequenti.

III. SENTENTIA [illegible] Annos 16. Ioas regis Israel, & consequenter annos 29. Amasiæ regis Iuda, computandos esse a morte patrum [illegible] Ioas rex Israel regnauit [illegible] patre.

[illegible] Bonfrerius [illegible].

[illegible] hanc esse [illegible] annos [illegible] cum patribus non esse [illegible]. Hoc autem [illegible] Ioas, [illegible] secundum [illegible] regnum [illegible] patre [illegible] summam suam capitis [illegible] complectit. Vide nostro [illegible] a Calvisio cap. 55. [illegible] 8.

Proba. PROBATIONES huius Sententiæ [illegible] sunt ex Fundamento [illegible] ex Regula generali [illegible] & ex [illegible] in [illegible] expositos [illegible] annos regni [illegible] computandos esse

à temporibus Patrum viuentium, demonstratur in [illegible] ab exemplo Salomonis, Ioatham [illegible], & Ochoziæ filij Ioram, regis Iuda &c.

Ex hac Sententia sequitur, exponenda esse verba illa, *Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria*, scilicet cum Ioachaz patre suo: & illa, 16. *annis*, scilicet post patrem suum. Similiter, vel illa, 25. *annorum erat Amasias cum regnare cœpisset*, scilicet cum Ioas patre suo: & illa, 29. *annis regnauit in Ierusalem*, scilicet post patrem suum; vel saltem illa, *In anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel, regnauit Amazias*, exponenda de anno secundo Ioas filij Ioachaz, ex quo regnare cœpit post patrem.

Vbi notandum est etiam, Torniellum num. [illegible] contendere, verba illa, *In anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel regnauit Amazias*, intelligenda esse de secundo ex quo regnare cœpit post patrem: consequenter illaturum, verba illa, 25. *annorum erat cum regnare cœpisset*, non exponenda esse viuo patre. Ex nullo enim, inquit, sacro textu apparet, Amaziam bis regnare inchoasse: quin potius tum ex 4. Reg. 12. fin. tum ex 2. Par. 24. fin. satis euidenter oppositum colligi potest. Vtrobique enim, post descriptam Ioas regis Iudæ internecionem, statim subiungitur, regnasse Amasiam filium eius pro eo; neque vllus ex sacris expositoribus, aliusue probatis authoribus, aut vlla ratio, cogit nos aliter sentire. Hæc ille, & probabilius. Quibus tamen adde, quod etsi, vel illi duo reges, vel eorum aliquis, regnassent cum patre, sicque intelligerentur priora Scripturæ verba, quæ primum eorum, vel alicuius, regnum sic assignarent intrà regnum præcedentium (vel etiam intrà regnum aliquorum [illegible] alicuius cum eisdem corregnantium vt essent intelligendi regnasse iam antè mortem præcedentium: tamen anni summatim per Scripturam eis tributi, proindéque regnum simpliciter dictum, assignari [illegible] post mortes præcedentium. Hæc enim sequuntur ex Regulis generalibus, & [illegible] exemplis huc [illegible] plenius expositis.

1. Obiect. [illegible] IICI potest contra hanc Sententiam: I. Ex 4. Reg. 13. vers. 10. *Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria 16. annis.* Hæc narratio, texens continuatà serie annos [illegible] quibus regnauit, cum anno [illegible] septimo quo [illegible] are cœpit, indicat oculatim annos illos [illegible] incipiendos esse ab illo trigesimo-septimo.

Confirm. CONFIRMATVR hæc Obiectio, a simili, eiusdem cap. vers. 1. *Anno vigesimotertio Ioas [illegible] Ochoziæ regis Iuda, regnauit Ioachaz [illegible] super Israel in Samaria 10. & 7. annis*: quod omnes exponunt de continuatâ serie, & annorum connexione.

Respons. RESPONDETVR. Quandóque phrasim illam Hebraicam talem esse vt [illegible] exponenda [illegible], prout patet 3. Reg. 16. vers. 23. *Anno trigesimo primo Asæ regis Iuda regnauit Amri super Israel 12. annis*. vbi repetendum est phrasi Hebraicâ, *& regnauit 12. annis*: intelligendum vero, quos 12. incœperit aliunde, nimirum a vigesimosexto Asæ seu post Ela, & Zambri, immediatè. Sunt ergò modò, hô loco repetendum de Ioas, *& regnauit 16. annis*, intelligendum verò, quos 16. incœperit aliundè, nimirum à morte patris.

QVOD SI dicas, circà Amri hoc colligi ex eadem Scriptura subiungente, *in Thersa regnauit 6. annis, emitque montem Samariæ*, &c.

RESPONDEBITVR. Idem colligi circà Ioas, ex secunda parte Fundamenti difficultatis: Regulis generalibus: & locis hucusque de modis regnandi regum post patres, sic expositis.

2. Obiect. OBIICITVR II. 4. Reg. 14. vers. 17. & 2. Par. 25. vers. 25. *Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel, 15. annis.* Si computes annos priores regni Amaziæ, ab annô secundô Ioas regis Israel, quem regnauerit à morte patris, reperies non possunt illi anni non solùm completi sed nec incœpti.

Respons. RESPONDETVR. Quoniam primus Amasiæ sic incipit in secundo Ioas, vt tamen totus fere concurrat cum eius tertio propterea reliquos suos annos procedere simili modo, vt [illegible], sic decimusquintus eius cum decimosexto seu vltimo Ioas, vt concurrat ferè totus cum primo Ieroboam successoris Ioas: quô pactô quidem primus ex illis 15. incipit intrà decimumquintum Amasiæ finitque in eius decimumsextum à quo debet numerari: proindéque reperirentur tantum anni 14 ad vsque intrà vigesimumnonum eius. Attamen tunc etiam cogitandum est, annum vltimum ex illis 15. incipere intrà vigesimumnonum, & currere per illum fere totum: tandémque compleri per trigesimum incœptum in quo Amasias obiit. Et hoc modô sufficiéter reperiri 15. annos, quos regnauerit Amasias post mortem Ioas regis Israel.

## XV. DIFFICVLTAS. CIRCA OZIAM, ALIO nomine dictum Azariam: Vnde computandi sint anni 52. quibus regnasse dicitur; Consequenter, quot annis regnauerit: Et an constituendum sit interregnum inter Amasiam, & ipsum: aut aliquis regnandi modus æquiualens aliquatenùs interregno?

§. 80.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ex vna parte videtur annos 52. qui tribuuntur regno Oziæ, computandos esse statim à morte patris. Nam postquàm dictum est 4. Reg. 14. ℣ſ. 19. *Factaq; est cõtrà eum* (Amasiã) *coniuratio in Ierusalem. at ille fugit in Lachis. Miseruntq; post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.* ℣ſ. 20. *Et asportauerũt in equis, sepultúsq; est in Ierusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid.* & 2. Par. 25. ℣ſ. 27. *Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cúmq; fugisset in Lachis, miserũt & interfecerũt eum ibi.* ℣ſ. 28. *Reportantesq; super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid*: dicitur immediatè post, Reg. ℣ſ. 21. *Tulit autẽ vniuersus populus Iudæ Azariã annos natũ sedecim, & cõstituerũt eum regẽ pro patre eius Amasia.* Item, immediatè post, Par. c. 26. ℣ſ. 1. *Omnis autem populus Iuda filiũ eius Oziã annorũ sedecim constituit regẽ pro Amasia patre suo.* Per hæc videtur manifestũ, eũ fuisse regẽ cõstitutũ, statim post mortuũ patrẽ suũ: adeóq; 52. annos quibus regnasse dicitur, inde esse computandos.

Ex alia autem parte videtur 52. annos qui tribuuntur regno ipsius, cõputandos esse solùm à 12. annis post mortẽ patris. Nam postquàm dictum fuit 4. Reg. 14. ℣ſ. 23. *Anno decimoquinto Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria, quadraginta & vno anno*: dicitur c. 15. ℣ſ. 1. *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israel, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.* ℣ſ. 2. *Sedecim annorum erat cùm regnare cœpisset, & quinquagintaduobus annis regnauit in Ierusalem.* & Par. vers. 3. *Sedecim annorũ erat Ozias cùm regnare cœpisset, & quinquagintaduobus annis regnauit in Ierusalem.* Per hæc videtur manifestũ, eum regnare cœpisse 12. tantum annis post mortem patris: indéq; computãdos esse annos 52. qui assignãtur regno eius. Nam si Ieroboam regnauit annô decimoquintô Amasiæ, & Ozias annô vigesimoseptimô Ieroboã: cùm Amasias regnauerit tantùm 29. & à decimoquintô Amasiæ quô cœperũt 41. Ieroboam, ad vigesimumseptimum eiusdem Ieroboam, completi sint reliqui Amaziæ, & insuper 12. videtur ex hac parte, vel statuendum esse interregnum 12. annorum inter Amaziam patrem eius, & ipsum: vel Oziam, si per 12. illos annos regnauit, regnasse aliquô solũ regnandi modò, qui æquiualeat aliquatenùs interregno. vtùt sit, addẽdos esse chronologiæ 12. annos, inter Amasiam & ipsum, supra 52. qui assignantur regno eius.

1. Sent.

I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Annos 52. quibus Ozias regnasse dicitur, incipiẽdos esse à 12. annis antè mortem patris: cõsequẽter non oẽs illos esse chronologicos.

Ita singulariter Caietanus, qui hanc suam sententiam declarans, duo facit initia regni Oziæ. Primum, 12. annorũ aut circiter, antè obitũ patris, quãdò Amasias pater eius fugit in Lachis. Putat enim, quod etiam putarunt Richardus, Masſæus, & alij, Amasiam fugisse in Lachis 12. annis antè obitum suum. Secundum, statim post mortem patris. In primo dicit Oziam fuisse 16. annorũ: in secundo circiter 28. A primo verò numerãdos esse annos eius 52. vt sic anni eius 52. incœperint circiter annis 12. antè mortẽ patris. Similiter 2. facit initia regni Ieroboam regis Israël. Primum, annorũ 12. cum patre. Secundum defunctô patre. His positis, dicit annũ vigesimũ septimũ Ieroboã non esse intelligendũ à secũdo initio regni eius, nẽpe post mortẽ patris: sed à primo, nẽpe quô regnauit cum patre. Similiter regnũ quô dicitur Ozias regnasse annô illô vigesimoseptimô Ieroboam, non esse intelligendũ de primo initio regni sui sub patre profugo in Lachis, sed de secũdo quô regnauit mortuô patre. Et nihilominùs annos eius 52. non abindè propterea computãdos, sed à primo regnãdi modo cum patre. Hôc pactô quidem, nullum dabitur interregnũ inter Amasiã & Oziã, nullúsue regnãdi modus interregni vices aliquas habens. Nam vigesimusseptimus Ieroboã sic expositus, incidit in decimũquintum sumpsius à morte patris dictũ: & primus Oziæ pro secundo regnandi modo computatus, incidit in illum decimumquintũ Ieroboam à morte patris dictum, & incipit post vigesimumnonum Amasiæ patris sui, seu annô primô à morte patris similiter dictô.

Probat.

PROBAT Hanc Sententiam Caietanus, ex eo quòd Ozias aliquandò regnauerit cum patre. Hoc enim contendit ostendi ex Scripturâ sacra, nimirùm ex 4. Reg. 14. vbi post illa verba habita vers. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum 16. & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia.* & 2. Par. 26. inter illa vers. 1. *Omnis autem populus Iuda filium eius Oziam*

*annorum 16. constituit regem pro Amasia patre suo*, & illa vers. 3. *16. annorum erat Ozias cùm regnare cœpisset, & 52. annis regnauit in Ierusalē*, habētur ista Reg. ℣s. 22. & Par. ℣s. 2. *Ipse ædificauit Aëlath, & restituit eam Iudæ, postquàm dormiuit rex cum patribus suis*. Cùm enim dicitur, *postquā dormiuit rex cum patribus suis*, indè manifestè sequi videtur, eū regnasse cū patre.

1. Confirm. CONFIRMARI potest I. Ex eo quòd Reg. ℣s. 17. quidam quodices Hebræi & Latini, quos etiam secuti sunt Richardus & Lyranus apud Torniellum an. 3196. num. 4. habent Amaziam (regem Iuda) vixisse postquàm mortuus est Ioas (rex Israël) 25. annis.

2. Cōfirm. CONFIRMARI potest II. A locis Scripturæ, in quibus modus ille loquēdi, annô tali regis talis, significat, nō annô regni talis regis simpliciter dicti; sed quô simùl cū patre regnauit. Vt 4. Reg. 1. vers. 17. fin. *Et regnauit Ioram frater eius* (Ochoziæ filij Achab) *anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ*. & cap. 8. ℣s. 16. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israël, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Iorā filius Iosaphat rex Iuda*. In quibus locis annus ille secundus Ioram filij Iosaphat, & quintus Ioram filij Achab, intelliguntur de annis quibus regnarunt seu regnare cœperunt cum patribus. Ità ergò cùm dicitur, *Anno vigesimoseptimo Ieroboā regnauit Ozias*, non intelligi debet de regno Ieroboā simpliciter dicto, sed quô regnauit cum patre. Item, à locis in quibus modus ille loquēdi, annô tali regis talis regnauit talis, significat, talem regnasse non annô regni sui, quô omniū primò regnauerit, sed annô regni, quô secundùm quid, seu aliquô nouô modô, regnauerit: & tamen anni quibus regnasse dicatur, incipiāt antè assignatum illum modum regnādi, seu tali modô loquēdi significatum. Vt 3. Reg. 16. vers. 23. *Anno trigesimoprimo Asa regis Iudā, regnauit Amri super Israel 12. annis*: vbi cōstat per illud, *regnauit*, significari nouum quēdam regnandi modum, scilicet pacatè: & tamē 12. annos incipiēdos esse antè illum regnandi modū. Ità ergò cùm dicitur, annô vigesimoseptimô Ieroboam regnauit Ozias, non intelligi debet de regno Oziæ omnium primo, sed de regno quô secundùm quid regnauit, nimirum pacatè, vel præclara aggrediēs, &c. & tamē anni eius 52. non abinde propreteà, sed à primo regnādi modò, scilicet cum patre, debent computari.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, quæ disputat Torniellus ann. 3225.
1. num. 2. & 5. nempe I. Sacram Scripturā nusquàm dicere, Amaziam exulasse annis 10. vel 12. in Lachis; cùm cōtrà manifestè pateat 4. Reg. 14. vers. 19. quòd quādo fugit in Lachis, coniurati statim *miserunt post eum* (hoc colligit ex illis verbis, *post eum*) qui occiderent eum, vt notauit Abulensis ibidem q. 5.

2. II. Scripturam Sacram nusquam dicere Oziam fuisse regem, nisi quandò post necem patris à populo factus est rex.

QVOD si dixeris, Refutationes istas procedere solum ab authoritate negatiua.

RESPONDERI poterit, authoritatem eiusmodi valere suô modô, quandò necessitas non vrget ad contrarium, & habentur quædam in Scriptura, quę saltem aliud insinuant, v. g. series narrationis, & deniq; quod præcipuum est, quādò reperiri potest alius modus Scripturam exponendi, stando modis apud eam solitis, iuxtà regulas §. 66. traditas, & communiores sententias authorum sequentium regulas illas. Vnde

III. Videri etiam nimis alienū à sacra Scripturâ, ponere Oziam fuisse 16. annorum, 12. annis antè obitū patris; cùm ipsa apertè dicat eundē fuisse 16. annorū, quandò post narratā necem patris à populo electus fuit in regem. 3.

QVOD si dixeris, In hoc peti principiū. Nec enim Scripturā id apertè dicere: sed solùmodò quidem tradere Oziam fuisse 16. annorū, postquàm tradidit patrē ipsius fuisse mortuū.

RESPONDERI poterit pro Torniello, seriē narrationis in huiusmodi materiis, cēseri tanquam vices subeuntem apertę affirmationis, quamdiù nihil cōuincens affertur in contrarium, & aliundè reperitur sufficiens modus Scripturam explicandi.

IV. Denique, positâ Caietani opinionę, 4.
vel frustrà Scriptura tribuisset Amasiæ 29. annos, vel frustrà Oziæ 52. Et vtrôuis modô deficerent in chronologia 12. anni ab annis à Scripturâ summatis.

QVOD si dixeris, in his etiam peti principiū. Nec enim probari, tunc Scripturā frustrà tribuisse 29. annos Amasiæ, vel 52. Osiæ.

RESPONDEBITVR. In hoc asserendo, supponi regulas generales superius appositas, seu modos magis solitos & conuenientes, quibus decet ità Scripturam intelligere, vt non tradiderit summatim aliquos regiminum annos, quin eos tradiderit tāquàm pro chronologia cōputandos. Quòd maximè cōcedi decet, quandò saltem nihil conuincens affertur in contrarium. In his siquidē non est putandum peremptorias demōstrationes prętēdi, sed solummodò conuenientiores, prout aliquandò monitum fuit. Quare his positis

AD ARGVMENTVM Huius Senten- Ad Arg. 1 Sent. 1. Respons.
tiæ, Respondet Torniellus nu. 5. fieri possē, vt Ozias, tametsi non fuerit rex viuente patre, nihilominùs tanquàm filius regis, cui debebatur successio in regno, aliqua ad regni augmentum gesserit, ad quorum differentiam dicatur ædificasse Aëlath post obitum patris.

RESPONDERI potest II. Ideò notari 2. Respons.
Oziam ędificasse Aëlath post obitum patris, non vt significetur eum viuente patre aliqua gessisse, ad quorum differentiam dicatur ædificasse Aëlath post obitum patris: sed potiùs vt significetur hoc ipsum non fuisse factum viuēte patre, id est, ne cogitaretur eum talia

quæ gessisse, vel ædificasse Aelath viuēte patre: quod aliàs potuisset aliquis cogitare. Nō est autē insolitum Scripturæ, similia notare prout simpliciter gesta sunt, nec aliō ordine putentur gesta, quàm quō gesta narrantur.

3 Respons. RESPONDERI potest III. Nihil obstare quin Ozias aliquomodò regnare cœperit, vel, in regem patri successurus destinatus fuerit, viuente patre: sed tamen anni regni ipsius assignati, non abindè sint computandi. Similia namque exempla multa traduntur in hac tota regum historia (iuxtà principia nostra de Scripturis incorruptis, quæ concuti nōn patimur) nec tamen de vllis conuincitur per Scripturā quòd anni regni ipsius, sint à tali regnandi modo computandi.

Ad 1. Confirm. AD I. CONFIRMATIONEM. Respondetur, summe Caietanum ibidem monere, codices illos proculdubiò esse corruptos. Quod confirmat Torniellus anno 3196. num. 4. ex codicibus Vulg. Edit. anni salutis 1593. & Sept. Interpr. annò 1588. Romæ excusis. Item ex codicibus Grecis, & Chaldaica Paraphrasi, prout videre est in Biblijs Regiis: & denique ex 2. Par. 25. vers. 25. omnibus omninò codicibus, vniformiter habentibus, Amasiam, postquàm mortuus est Ioas rex Israël, vixisse 15. annis, non autem 25.

Ad 2. Confirm. AD II. CONFIRMATIONEM. Respondetur, de talibus constare ex ipsamet Scriptura (quod intellige semper, stātibus nostris principiis de Scriptura non corrupta: quæ principia conuelli non patimur) nec tamen eiusmodi loquēdi modos quicquā ufficere summis annorum à Scriptura positis pro chronologia, prout conuenientius esse statuimus. In Sententia autem Caietani, contrà: proindè nobis non recipienda.

2. Sent. II. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Annos 52. Oſiæ, incipiendos essē à vigesimo septimo Ieroboāmi: & ideò constituendum esse interregnum 11. vel 12. annorum, inter eum, & Amasiam ipsius patrem.

Ita Temporarius lib. 1. in annis expansis pag. 65. & lib. 2. pag. 152. col. 1. Ità & Bucholcerus pag. 24. aliiq; quos nominibus tacitis notat Genebrardus in Ozia. Ità & Ribera, & Christophorus à Castro. Itàdeniq, Serarius Comment. ad 4. Reg. 15. init. seu pag. 329. qui quāuis interregni verbum expresse non apponat: attamen virtualiter illud apponit, cum ait: Necesse est fateamur, inter Oziæ principium, & Amasiæ patris mortem, interiectos annos 13. Nam dicendo, inter Oziæ principium, intelligo principium regnandi simpliciter dictum. Atq; ità de facto dixit ab initio, Regnauit annis 52. quasi omni modò regnauerit illis solis, & non plus.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex Fun-

A damento difficultatis, secundā eius parte, seu ex 4. Reg. 14. vers. 23. vbi Ieroboā regnat *annō decimoquintō Amasiæ*: & ex c. 15. ℣. 1. vbi Ozias *annō vigesimoseptimō Ieroboā*, Scripturæ verbis vtrobiq; ad rigorē litteræ sumptis. Vbi Bucholcerus ait: Hic omitti potuisset mētio anni vigesimi septimi (Ieroboam) si ab eius decimo quintō (quō obiit Amasias pater Oziæ) numerandi fuissent 52. Oziæ; nec vlla causa erat exprimēdi annū vigesimum septimū, nisi indè incipiēdi fuissent 52. anni Oziæ.

B Verum est quidem, rationem illam Bucholceri non satis cōuincere. Quia quantùm ad mentionem alterius cuiusdam anni, quàm regni simpliciter dicti, similia visa fuerunt plurima. Quantùm item ad expressionem alterius cuiusdam anni, quàm regni simpliciter dicti, nihilominùs verò subiunctionē summæ annorū quos aliquis regnauerit simpliciter, quāuis nō ab illo altero anno regni non simpliciter computandæ, simile visum est in Ioram filio Achab 4. Reg. 3. à vers. 1. necnon prius in Amri rege Israël: similia rursus videbuntur in Zacharia, & in Osee, regibus Israël. Attamē non videtur illa ratio contem-

C nenda; quia non semper cōcludunt exempla: neque hoc ità clarè deducitur ex Scriptura.

Confirm. CONFIRMATVR à similibus sæpè visis in superioribus: vbi colligationes tam annorum regnum Iuda & Israël inuicē, quàm singulorum cuiusq; regis ad seipsum, sumptæ sunt ad rigorem eiusmodi, vt initium regni eorum simpliciter dictum, assignatū fuerit anno alterius, quō notatum est in Scriptura: & anni quibus quisq; eorū dicitur regnasse, cōputati fuerint ab initio talis regni. Et quāuis, vt di-

D ctum est, non semper concludant exempla: concludunt tamen quandò sunt aliis principiis iuncta.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd illa verba Reg. ℣. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natū 16. & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia*, dicantur ibi per anticipationem. Hoc autem patet ex verbis illis habitis in Lib. Reg. & Par. *Ipse ædificauit Aelath, & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit rex cū patribus suis.* Per hoc enim ostēditur, omnia hæc ibi tradi, per modum breuis cuiusdā summarij, eorū quæ tùm

E circà eum gesta sunt, tū ipsemet posteà gessit.

1. Confirm. CONFIRMATVR I. ex Reg. ℣. 23. Nam ibi narrandum assumitur regnum Ieroboam regis Israël, tanquàm aliquid primū: & posteà traditis his quæ ad illum pertinent, assumitur cap. 15. regnū Oziæ, & assignatur vigesimoseptimo eiusdem Ieroboam. Ergò narrandū ibi pariter assumitur regnū Oziæ: proindéq; annō Ieroboam vigesimoseptimō.

2. Confirm. CONFIRMATVR II. Ex vtroq; Libro. Nam vtrobiq; post traditum numerum annorum, quō Ozias regnare cœpit, fit quoddam sum-

mariũm rerum eius, cùm dicitur, *Sedecim annorum erat Ozias cùm regnare cœpiſſet, & 52. annis regnauit in Ieruſalem.* Fit etiam quoddam ſummarium rerũ eius Reg. ℣ſ. 3. *Fecitq; quod erat placitum coram Domino, iuxtà omnia quæ fecit Amaſias pater eius.* ℣ſ. 4. *Veruntamen excelſa non eſt demolitus*, &c. & Paral. verſ. 4. *Fecítque quod erat rectum in oculis Domini, iuxtà omnia, quæ fecerat Amaſias pater eius.* verſ. 5. *Et exquiſiuit Dominũ in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum*, &c.

3.Confirm. CONFIRMATVR III. Ex eo quòd, quamuis in vtroque libro verſ. præcedenti tradatur mors Amaſiæ patris eius: attamen non additur ſicut in aliis regibus, *regnauítque Ozias pro eo.* Sed quãuis adderetur, dici tamẽ adhuc poſſet, hoc intelligendum eſſe dictum per anticipationem, ſicut illud 3. Reg. 15. verſ. 24. fin. *Regnauítque Ioſaphat filius eius pro eo.*

Verùm poſtrema hæc ratio non valet; quia quamuis quod dicitur ibi de Ioſaphat, dicatur quidem per anticipationem in ordine ad ſequentia, videlicet de regno Nadab, &c. non tamen in ordine ad regnum & mortem Aſa patris ſui: quin potiùs ideò de induſtria fuit ibi repoſitum, vt oſtendatur Ioſaphat immediatè ſucceſſiſſe patri, proindéque regnum ipſius propriè dictum, à morte patris eſſe deſumendum.

4.Confir. CONFIRMATVR IV. A Bucholcero, ex eo quòd cùm dicitur, *Anno vigeſimoſeptimo Ieroboam regnauit Ozias*, &c. *Sedecim annorum erat cùm regnare cœpiſſet*, doceatur 16. annos Oziæ qui dicti ſunt in verbis illis, *Tulit populus Oziam annos natum 16.* cõputandos eſſe cum vigeſimoſeptimo Ieroboam. Quod declarari poteſt ampliùs hôc modô. Nam cũ neceſſariò dicendum ſit alterutrum, vel illa verba *Tulit Azariã 16. annos natum*, referenda eſſe ad illa, *Anno vigeſimoſeptimo Ieroboã*: vel illa, *Sedecim annorũ erat cùm regnare cœpiſſet*, referenda eſſe ad illa, *Tulit autem populus*, &c. probabilius videtur priora referenda eſſe ad poſteriora, quàm contrà; quia poſteriora iunguntur immediatè verbis illis, *Anno vigeſimoſeptimo Ieroboam regnauit Azarias.*

Obiect. OBIICI poteſt contrà hanc Sententiam, ſeries narrationis apponens illa verba immediatè poſt mortem Amaſiæ.

Reſponſ. RESPONDETVR. Obiectionem hanc ſolui ſufficiẽter per ea quæ tractata ſunt ſub argumento ſecũdo: quin etiã ſub 1. Nam ſeries parùm aut nihil vrget, quãdò reperiuntur alia principia rigorem eius ſoluentia.

Reijcitur 2. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM quatenùs formaliter conſtituens interregnũ Facit, quòd etiamſi regnũ & anni Oziæ aſſignentur anno vigeſimoſeptimo Ieroboam: non tamẽ ſequatur proptereà conſtituẽdum eſſe interregnũ propriè dictum; quia Ozias à morte patris, fuit rex ſaltem iure hæreditario, quamdiù nẽpe alius vel non fuit in præiudicium ipſius electus, vel regnum penitùs non inuaſit. Hæc tamen diuerſitas non eſt apud Temporarium, Bucholcerũ, & Serariũ, niſi forſan ratione locutionis, éſtq; magis quæſtio de nomine quàm de re: præſertim in reſpectu ad initiũ annorũ 52. quibus dicitur regnaſſe. Propter hæc etiam vſi ſumus in titulo difficultatis, illis verbis, *aut aliquis regnãdi modus æquiualens aliquatenùs interregno*, ne diſceptatio ſit de vocibus.

III. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Annos 52. quibus Ozias regnaſſe dicitur, incipiendos eſſe ſtatim à morte patris: conſequenter nullum interregnũ conſtituendum eſſe inter Amaſiam patrem eius & ipſum. 3. Sent.

Ità Rabbini apud Genebrardum in Amazia rege Iuda, ſeu pag. 27. fin. Item, Ioſephus, Euſebius, S. Hieron, vel author in Tradit. Comeſtor, Lyranus, Caietanus, Toſtatus, Genebrardus, Gordonus, Samerius, Torniellus, aliíque, & ex Sectariis Funccius. Præſertim autem Genebrardus, hæc dicens: Quidam hic inter Amaziam & Oziam è ſuo cerebro interregnum 10. aut etiam 12. annorũ faciunt, citrà vllum Scripturæ veſtigium. Vnicà regum Iſraël & Iuda collatione nituntur. Atqui illa propter varios motus regni Iſraël eſt fallaciſſima, nec ſatis liquidò ſtare poteſt, ob hæreſim ſecum perpetuò magnas confuſiones trahentem. Hæc ille. An autem verum ſit quòd interregnum illud, aut aliquis regnandi modus aliquatenùs ei æquiualens, ſtatuatur citrà vllum Scripturæ veſtigium, viſum eſt in Fundamento difficultatis, necnon fusè in Sententia præcedenti. Porrò Authores huius Sententiæ tradunt eam diuersò valdè modô, & ratione.

I. MODVS eſt Rabbinorum, Kimchi, & Leui, exponẽtium locum illum 4. Reg. 15. verſ. 1. *Anno vigeſimoſeptimo Ieroboam regis Iſraël regnauit Azarias*, per numeros cardinales, non ordinales. Quamuis rursùs diuerſi ſint quoad obiectum formale; quod reſpiciant illi numeri cardinales. Siquidem 1. Modus.

R. Kimchi in 1. Par. 5. ſic interpretatur: Annis 27. (reliquis ſcilicet) Ieroboã regis Iſraël, regnauit Azarias. Quaſi dicat (inquit Genebrardus) non tantũ 14. ſuperiores Ieroboæ regnauit: verùm etiam 27. poſteriores: vt totùm regni eiũs curriculũ emenſus ſit. Regnum enim Ieroboæ fuit 14. & 27. id eſt, 41.

R. Leui interpretatur de 27. annis, quibus adhuc domus Iehu erat regnatura, nempe vſque ad cædem Zachariæ filij Ieroboam per Sellum factam (Zachariæ, & Selium, intellige reges Iſraël, de quibus poſteà) ſicut prædixerat Dominus. Hæc apud Genebrardum, pag. 127. fin. & ſequenti.

CONTRA HVNC MODVM Facit, quòd expoſitiones huiuſmodi adeò ſint ridi- Reijcitur.

culæ

culæ, vt non egeant refutatione, proindeq; videatur ridiculum contra illas disputare, vt mirum sit etiam Genebrardum eas vocasse subtiles.

2. Modus. II. MODVS est ipsius Genebrardi, insinuantis regnum Oziæ duplici modò considerari. Primò, quando regnare cœpit omnium primò, solus, & sanus. Secundò, quandò posteà regnauit lepra percussus. Et posteriori hôc modò intelligi, cùm dicitur regnasse *anno vigesimoseptimo Ieroboam.*

Probat. PROBAT Genebrardus exponendo Scripturam duplici viâ. Primùm, inquit, aliud est *regnare*, aliud *regnare incipere*. Per hoc dicere vult, illa verba, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Ozias*, non idem significare quòd, tunc primùm regnauit, sed solummodo quòd tunc regnauit aliquo regnandi modò, vel tunc regnabat. Confirmari posset à simili de Ochosia rege Iuda, de quo quamuis dictum fuerit 4. Reg. 8. vers. 25. *anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israël, regnauit Ochosias*, &c. tamen dicitur cap. 9. vers. 29. *anno vndecimo Ioram filij Achab regnauit Ochosias super Iudam*: quorum locorum postremum non significat principium aliquod regnandi, sed solummodo tempus intrà regnum, vt sit sensus, tunc *regnabat*, demonstratum fuit esse probabilius § 76. Secundum, inquit Genebrardus, esse hyperbaton 4. versuum hôc modò: *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israël, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.* Hinc parenthesis trium versuum (16. *annorum erat cùm regnare cœpisset*, &c.) *percussitque Dominus regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ.* Nam per hyperbaton, illud *anno vigesimoseptimo Ieroboam*, refertur ad sequentia, *percussitque*: hôc sensu, *vigesimoseptimo anno eius regnauit Azarias, percussitque illum Dominus*: siue vigesimoseptimò eius Azariam regnantem percussit. Non quòd Azarias tunc regnare cœperit, sed quod tunc leprâ percussus sit, nempe annô vigesimoseptimô Ieroboam, in quem incidebat Azariæ (seu Osiæ) decimustertius vsque ad finem vitæ suæ, id est, 52. regni sui. Tandiù enim leprosus fuit, nempe annos 38. &c. Ad hanc explanationem accedunt Talmudici, dùm scribunt, *Hinc deinceps* (id est, a vigesimoseptimo Ieroboam) *Azarias regnauit regnum lepra infectum.* Hactenus Genebrardus.

Confirm. CONFIRMARE potuisset, à 1. Reg. 13. vers. 1. *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpisset, 2. autem annis regnauit super Israël.* vers. 2. *Et elegit sibi Saul 3. millia de Israël*, &c. secundùm expositionem suam, quam attulimus §. 61.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM

1. Facit I. Quòd quamuis alias sensus ille videri posset verus, tamê hôc locô videatur multum coactus, & sine vera necessitate propositus, cùm nullum sit in Scriptura vestigium aut etiam fundamentum, ex quo possit ille vel inferri, vel necessariò proponi: aliundè verò possit Scriptura commodè conciliari, etiam verò iuxtà non dissolitos sui modos, absque sensu huiusmodi. Quin potiùs contrarium eius habere sit, ex sola vel inspectione totius loci. Nam post allata ista, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israël regnauit Azarias filius Amasiæ Regis Iuda* vers. 2. 16. *annorum erat cùm regnare cœpisset, & 52. annis regnauit in Ierusalem*: sequitur, *nomen matris eius Iechelia de Ierusalem.* vers. 3. *Fecitque quod erat placitum coram Domino, iuxtà omnia quæ fecit Amasias pater eius.* vers. 4. *Veruntamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.* vers. 5. *Percussit autem Dominus regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum. Ioathan verò filius regis gubernabat palatium & iudicabat populum terræ.* His attentis, & ritè collatis cum similibus passim in istis Reg. libris, in quibus narrari solêt regna regû, summari anni regni eorum, memorari nomina matrum eorum, & denique recenseri quomodò fecerunt aut non fecerunt quæ placita Deo, quis facilè probet hyperbatô illud à Genebrardo propositum?

Confirm. Refut. CONFIRMARI potest Hæc Refutatio, ex 2. Par. 26. vbi post versus 3. & 4. omninò similes versui 2. & 3. Reg. nempe v. 3. *Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, & 52. annis regnauit in Ierusalem, nomen matris eius Iechelia de Ierusalem*: & vers. 4. *Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, iuxtà omnia quæ fecerat Amasias pater eius*: incipiunt innumera de illo narrari à vers. 5. vsque ad vers. 16. quò incipit describi peccatum eius, & percussio lepræ propter peccatum: quæ consequenter intelligenda sunt omissa fuisse, & tamen esse reponenda, in lib. Reg inter versum 4. & 5. Quis autem in animum inducar, contineri tale hyperbaton inter versum 1. cap. Reg. & versum 16. cap. Paral. aut illa verba Reg. *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Azarias*, esse coniungenda post tot & talia facta interclusa verbis illis, *Percussit autem Dominus regem, & fuit leprosus*, &c.

QVOD SI DICAS. Sensus quosdam non minùs coactos, fuisse per nos aliósque in superioribus propositos.

RESPONDEBITVR. Nullos à nobis, vel ab aliis per nos amplexatis, fuisse propositos, ad quos non cogerent expressa Scripturæ verba, non aliter conciliabilia.

2. FACIT II. Quòd Oziam non fuisse tandiu Leprosum, videlicet per annos 40. vel 41. nonnihil habere sit à Scriptura Nam de annis & regno Ioathan filij eius, sic dicitur 4. Reg. 15. vers. 33. & 2. Par. 27. vers. 1. &

8. *Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem.* Illa verba, *cùm regnare cœpisset*, intelligenda sunt, vel a morte patris: vel antè mortem patris, cùm nimirùm pater ipsius incidit in lepram; aliud enim tempus non est a Scriptura denotatum. Nō primùm: quia cùm iuxtà hanc sententiam leprosus fuerit per annos 40. Ioathan fuisset ei natus à tempore quô fuit leprosus, & annis 15. postquàm fuit à Deo leprà percussus: quod est prorsùs incredibile. Non secundum: quia cùm iuxtà hanc sententiam leprosus fuerit factus annô suæ ætatis vigesimooctauô, vel ad plùs vigesimononô, si tunc Ioathan habuisset tantummodò 25. annos, certè natus ei fuisset annô ætatis suæ tertiô, vel ad plus quartô, quod est impossibile.

**Confirm. 2. Refut. 1** CONFIRMATVR hæc refutatio I. Quia credibile nōn est, Oziam potuisse tanta peragere, quanta de ipso describuntur 2. Par. 27. præsertim à vers. 6. vsque ad vers. 16. adeo modicô annorum spatiô, quale est 11. vel 12. annorum, quoadusque leprâ percuteretur.

**2.** CONFIRMATVR II. Ex hismet quæ Genebrardus locô citatô refert, ex Seder Olam, siue referat ea non ex sua, sed ex Rabbinorum, siue ac multò magis ex sua etiam sentētia: nimirùm, in illa maiori Chronologia Hebræorum, assignari lepræ Oziæ, tantum 25. annos. Quin & in Ozia, seu pag 129. siue rursùm non ex sua, sed ex Rabbinorum, siue ac multò magis ex sua etiam sententia, hæc habet: Postquam 27. annis regnasset, reliquis, id est, 25. ad vsque mortem leprosus fuit [illegible] regni administratione demandata, Seder Olam cap. 19. Kimchi tamē Ioathan putat patris locô regnum administrasse annis 38. 1. Par. 5. quasi tamdiu leprosus fuerit. Per quæ si Genebrardus eis aliquatenus adhæsit, ostendit satis se sententiam illam non æstimasse multum firmam.

**Ad Argumentum** Et per hæc patet responsio ad argumentum istius sententiæ.

**Ad Confirm.** AD CONFIRMATIONEM allatam pro Genebrardo. Respondetur, Nec eius Expositionem verborum illorum fuisse probatam suô locô.

**3. Modus.** III MODVS, est quorundam dicentium illa verba, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam*, exponenda esse de anno non regni, sed ætatis eius.

**Reiicitur** CONTRA HVNC MODVM Facit, quod in Scriptura, huiusque & deinceps sensus eiusmodi sit etiam apud omnes insolitus.

**4. Modus** IV. MODVS, est Tornielli num. 8. conuenientis in hoc cum Caietano, quòd Ieroboam duplex habuerit regnandi initium. Primum viuente patre, cum quo regnauerit 11. annis. Secundum defunctô patre, post quem regnauerit annis 41. verba autem illa *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Ozias*, intelligēda esse de anno vigesimoseptimo Ieroboam, ex quò regnauerat cum patre, non autem de vigesimoseptimo ex quò regnauit 41. post patrem. Hôc pactô, cum primùs simpliciter Oziæ, incipiat à morte patris, & concurrat cum vigesimoseptimo Ieroboam quò regnauerit cum patre: 52. anni Oziæ, & 41. Ieroboam, valebūt pro Chronologia, nullúmque interregnum vel aliquatenus æquiualens, erit admittendum inter Amasiam & Oziam.

PROBATIONEM aliam non adducit Torniellus, nisi, colligi posse Ieroboam habuisse duplex regnandi initium, ex collatione eorum quæ dicuntur 4. Reg. 14. vers. 17. cum his quæ traduntur ibidem cap. 15. vers. 1. Vt autem an id verum sit agnoscatur, loca illa videntur nobis adducenda. Itaque Reg. 14. vers. 17. *Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israël, 5. annis.* Cap. 15. vers. 1. *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israël, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.* In his locis, nescio an videre possit aliquis duplex initium regnandi pro Ieroboam. **Probat.**

MELIOREM fortè probationem adduxisset Torniellus, si dixisset, ad hunc modum nos cogi, propter necessitatem conciliandi Scripturam: cum vero suadet ia similibus suprà in vtroque Ioram.

CONTRA HVNC MODVM, **Reiicitur.** & contra proprium argumentum Tornielli, Facit, modus argumentandi quô contrà alios vti solitus est, necnon contra Tostatum vtetur idemmet infrà Torniellus: nimirum Ieroboam habuisse duplex initium regni, nullô Scripturæ vestigiô posse tradi: potiùs verò contrarium. Nam in prædictô loco Reg. vers. 16. *Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israël, & regnauit Ieroboam filius eius pro eo:* ecce, phrasi solitâ Scripturæ demonstratur Ieroboam regnare incœpisse post patrem. vers. 23. *Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria quadraginta & vno anno:* ecce, rursùs idem demonstratur. Nam decimusquintus Amasiæ cōcurrit cum decimosexto & vltimo Ioas patris Ieroboam. Ergò cum dicitur cap. 15. vers. 1. *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israel, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda*, exponendum est de vigesimoseptimo propriè dictô. Cæterum in his & huiusmodi refutationibus, supponimus semper, reperiri meliores explicationes Scripturarum. Videlicet, sub vltimis sententiis postea producendis. Eas tamē in huiusmodi, vel nunquam, vel vix adducimus, quia

quod vnicuique proprium est, hoc ei solùm apponimus.

AD MELIOREM autem probationem, quam adducere potuisset Torniellus, Respondetur, posse Scripturam ex vestigiis in ca habitis melius conciliari secundùm quòd illa tradit maiora vestigia sēsus alterius proùt infrà videbitur. Ad iuasionem autem ex similibus in vtroq; Ioram, Respondetur, expositiones illas haberi ex necessitate conciliandæ Scripturæ, quam aliter non conciliari nisi dicendo textus eius fuisse corruptos visum fuit: hanc autem non, proùt videbitur inferius.

5 Modus. V. MODUS, est Tostati 4. Reg. 15. q. 1. & latius q. 2. Riberæ in 1. Amos, & Gordoni cap. 11. ad Period. 5. num. 1. Duplex initiū regni Oziæ fuisse. Primum, a morte patris, cùm adhuc puerulus esset, & sub tutelā parentum. Secundum, post tutelam finitam, cùm ipse cœpit per se regnum administrare. Annos autem eius 52. sic esse numerandos, vt incipiant ab illo primo regni initio. Itaq; primum illud regni initium, incidere in annum dec[illegible]umquintum Ieroboam regis Isräel: secundum verò, in annum eius vigesimumseptimum.

Et Tostatus quidem putat, eum in primo regni initio fuisse natum circiter 4. annorū: fuisseque sub tutela per annos 12. & sic regnare cœpisse post tutelam, annò suæ ætatis decimosextò.

1. Obiect. OBIICIT contrà hunc modum Torniellus an. 3225. num. 7. I. Scripturam sacrā nusquàm ostendere Oziam fuisse puerulum, nedum 4. annorum, quandò immediatè successit patri, seu quandò simpliciter regnare cœpit. Quin potiùs expressissimè tradere, cū fuisse 16 annorum, quādò *tulit eum populus*, & constituit eum regem pro patre, siue post mortem patris: adeòque quandò describitur simpliciter regnare cœpisse, vt planè patebit legenti quæ dicuntur 4. Reg. 14. ℣. 21. & 15. ℣. 2. & 2. Par. 26. ℣. 1. & 3.

Respons. RESPONDERI potest, illa verba Reg. vers. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam*, &c. ibi dicta fuisse per anticipationem, & referenda esse ad illa cap. 15. ℣. 1. *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Azarias*: & nihilominus, annos eius 52. referendos esse ad immediatè post mortem patris: adeòque constitutionem eius in regē pro patre, intelligendam esse solum de confirmatione in regnum per populi electionem. Hoc enim pactò si a 16. quorum tunc erat Ozias, demas 12. qui intercesserunt à morte patris, restabunt 4. tantum tribuendi illi statim a morte patris.

REPLICARI potest aduersùs hanc Responsionem, Anticipationem illam esse gratis confictam. At etiam

RESPONDERI potest ad istam Replicam, nō deesse similes anticipationes in Scriptura: quinimò similitudinem verborum illorum, *Sexdecim annorum erat* cùm regnare cœpisset, quæ habentur vbi dicitur regnasse annò vigesimoseptimò Ieroboam, esse sufficiens fundamentum ad eam stabiliendam. Et quidem Obiectio illa Tornielli non refutatet satis hunc modum, si nihil aliud obstaret; siquidem ostensum jam fuit sub sententiā præcedenti, ostendetur iterum sub vltimā, anticipationem eiusmodi non immeritò posse concedi.

2. Obiect. OBIICIT II. Torniellus: Si Ozias tempore obitus patris, fuisset puerulus, non esset ad quid de ipso Scriptura diceret, *quod ædificauit Aelath post mortem patris*, cùm antè nihil præclarum aut rege dignum præ ipsa ætatis tenenitudine agere potuisset. Vult dicere, quod cùm Scriptura proferat eum restituisse Aelath post mortem patris: insinuet eum fuisse talis ætatis antè mortem patris, quā præclatum aliquid facere potuisset; ergò non puerulum, seu 4. annorum aut circiter.

1. Respons. RESPONDERI potest ad hāc Obiectionem I. Illud *postquam dormiuit rex*, superfluere, proùt similia multa solent in lingua Hebraica, & sicut solent ex eadem phrasi exponere illud 1. Cor. 11. ℣. 25. *Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens*: &c.

REPLICARI potest aduersùs istam Responsionem, eam non esse probabilem. Alioqui enim idem dici posset de verbis illis, *constituerunt eum regem pro patre*, quæ tamen ostendunt manifestè, significari aliquid specialiter factum à morte patris. At etiam

RESPONDERI potest ad istam Replicam, hoc indè non sequi: sed illa quidē, *postquā dormiuit rex*, superfluere: ista verò, non.

2. Respons. RESPONDERI potest ad eandem obiectionem II. Illud, *postquam dormiuit rex*, referri ad omnia præcedētia, *tulit eum populus*, &c. *ipse ædificauit*, &c. vt hæc omnia significentur facta post mortem patris.

REPLICARI potest aduersùs istā Responsionem, tunc ergò sequi, eum fuisse sublatum, & regem constitutum, statim à morte patris.

RESPONDERI potest, & hoc indè non sequi: sed significari solùm, eum non fuisse regem constitutum, adeòque nec ædificasse Aelath, antè mortem patris, seu dum adhuc viueret pater, & v.g. dum fugisset in Lachis: sed solummodò posteaquam occisus fuit; quamuis non mox posteaquàm fuit occisus; eò sensu qui declaratus fuit sub sententia præcedenti, ad argumentum 1. responsione 2.

REPLICARI potest & aduersùs istam Responsionem, eam esse improbabilem; quia versus ille debuisset connecti cum præcedenti per copulatiuam aliquam, vt *tulit*

*enim populus*, &c. *& ipse ædificauit Aelath*: vt A forer sensus, hæc omnia facta sunt post mortem patris, non quidem mox ab ea, sed eodem, aut circiter tempore, quò ipse ædificauit Ælath. At etiam

RESPONDERI potest, hoc necessariũ non fuisse; quoniam & electio sua in regem, & ædificatio Aelath, discretæ fuerunt tempore. Electionem ergò fuisse aliquot annis post mortuum patrem. Ædificationem vero rursus aliquot post electionem. Cæterùm illa verba, *ipse ædificauit Aelath*, fuisse obiter solùm inserta, vt sciretur, eam tẽpore ipsius B fuisse restitutam Israëli: qualia multa reperiuntur in Scriptura. Vndè

7. Respons. RESPONDERI potest ad eandem Obiectionẽ III. Verba quidem illa, *postquã dormiuit rex*, pertinere ad solum illum versũ, *ipse ædificauit Aelath*: sed apposita esse, non vt significaretur, eum talis fuisse ætatis antè mortem patris, quã præclari quicquam agere potuisset, sed solummodo vt ostẽderetur, cum non fuisse regem antè mortem patris, adeòque non id præstare potuisse ante, sed tantummodo post eam. Fortè etiam vt confirmetur, verba præcedentia, *Tulit enim populus*, non esse intelligẽda quasi mox post mortem patris, sed tanquam non ordine proprio dicta, siue per anticipationem vtiumq; adeo versum, ibi tanquam aliquod summarium actorum, tum eius, tum circà eum, anticipatè præpositum.

Confirm. 7. Respons. 1. CONFIRMARI potest hæc Responsio, I. Nam neque Ozias ante annum decimumsextum aptus fuisset aliquid tale agere, quod dicitur præclarum; & quamuis fuisset aptus ad aliquid tale, attamen illud pręclarum non D fuisset ipsi tributũ, sed patri, sub cuius nimirùm regno, vicẽque ipsius, illud egisset. Non ergò verba illa apposita fuerunt ad ostendendum, quòd aptus fuisset viuente patre præclari aliquid gerere: sed quòd extunc, id est, viuente patre non regnasset, eò modò quò alij multi traduntur intelligendi regnasse patribus viuentibus.

CONFIRMARI potest II. Nam si restituisset Aelath vjuẽte patre, quomodò non dictus fuisset regnasse cum patre: cùm hoc E fuerit dictum de tot alijs qui tamen præclari nihil egerunt: Sic ergo Scriptura non significauit eum regnasse cum patre: vtiq; signum non dedit, eam per hoc indicasse solummodo, Oziam non regnasse nec tale quid præclari præstitisse, viuente patre, sed post patrem tantummodò: quia post eum tãtummodo regnauerit. Hoc autem quandonam incœperit, non ibi voluerit Scriptura dicere, sed alibi, cum nempè expressius actura esset de regno eius. Cæterùm

Re ercul. Modus CONTRA HVNC MODVM facit, quòd cum is subsistere non possit, nisi admittendo omnia illa verba, *Tulit populus*, &c. ibi fuisse dicta per anticipationem, & esse referenda ad illa cap. sequentis, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam*, &c. tunc videatur non probabile multum, illa sola verba, *& 52. annis regnauit*, referenda esse ad immediatè post mortem patris.

QVOD SI dicas, simile quid fuisse visum in Amri rege Israel, qui dictos fuit regnasse 12. annis, & tamen regnum illud intellectum fuisse de tempore, non in quò incœperit 12. illi anni, sed in quò ipsummet regnum fuit assignatũ: & nihilominus annos ab alio antertore fuisse incœptos. Et confirmari à Ioas rege Israël, cuius regnum assignatum fuit cuidam anno Asæ, & tamen anni 16. licet traditi eadem serie, nihilominus ab alio posteriore fuerunt incœpti.

RESPONDEBITVR, expositiones eiusmodi fuisse ex Scriptura desumptas, v.g. De Amri, de quo iam dictũ fuerat quod anteà regnauerat, &c. istas autem ex ea non sumi.

SI INSTES, Expositionem hanc desumi, saltè à Regulis generalibus, in quibus dictũ C est, Scripturam voluisse tradere summas annorum cuiusq; regni. Ergò annos Oziæ connectendos esse immediatè cum annis patris.

RESPONDEBITVR. Ideò quidem modum hunc esse præcedentibus probabiliorẽ. Attamen non proptereà ex parte illius videri sententiam hanc esse magis probabilẽ præ alijs dicendis. Quia ostenderur in eis, illud in hac quæstione reperiri, quod appositum fuit Regulis generalib⁹: nẽpe regulariter ità esse sentiendum, nisi aliquid habitũ in Scriptura obstiterit. Videri autẽ obstare plurima, quæ traduntur ibi: præsertim expressa verba, quibus regnum Oziæ simpliciter assignatur annò vigesimoseptimo Ieroboam, anniq; quibus & natus erat, & regnauit, proximè illis coniunguntur, nec tamẽ ab alio tempore regnasse dicitur, quæ omnia confirmabuntur à similibus infra: nullam autem necessitatem cogere ad aliter explicandum.

VI. MODVS esse potest, Oziam habuisse duplicem regnãdi modum. Primum, simpliciter a morte patris, annò ætatis simpliciter decimosextò, sed vel aliquò modò sub tutelà, aut per principes, vel nondùm satis firmò & roboratò regnò adeòque nondùm præclara aliqua aggrediens. Secundum, longiùs post mortem patris, annò ætatis circiter vigesimoseptimò: non amplius sub tutelà aliquà, aut per principes: sed tunc firmò & roboratò regnò adeòq; præclara aliqua aggrediens & feliciter perficiẽs. De primo autem intelligi, quod *Tulit enim populus, & cõstituit regem* annos 16. natum. De secundo autem intelligi, quod *Annò vigesimoseptimò Ieroboam regnauit*: attamen annos 52. quibus regnauit, computandos esse ab illo 6. Modus.

primò regnandi modo statim à morte patris

Probat. PROBARI potest Hic Modus. I. Ex 2. Par. 26. vbi v. 4. & 5. narratur quomodo *Fecit quod erat rectum in oculis Domini, &c. Et exquisiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum. cumque requireret Dominum, direxit eum in omnibus*, & a v. 6. narrantur omnia quæ præclare gessit, *egressus est, & pugnauit contra Philisthiim, &c.* Denique v. 15. fin. *egressumque est nomen eius procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum.* vers. 16. *Sed cùm roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum* (id est, detrimentum) *& neglexit Dominum Deum suũ. ingressus que templum Domini, adolere voluit incensũ super altare thymiamatis. &c.* v. 19. med. *Statimque orta est lepra in fronte eius coram Sacerdotibus, &c.* v. 21. *Fuit igitur Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. Porro Ioathan filius eius rexit domum regis, & iudicabat populum terræ.* Ibi fit mentio duplicis, aut triplicis modi regnandi. Primi quò incœpit præclara gerere à vers. 6. Secundi quo roboratum regnum, & eleuatum cor ac commissum peccatũ. Tertij ab opposito, quò *fecit placitum coram Domino.* Itaque potest cogitari, quod sicut in lib. Par. ex professo notatur modus regnandi, quò cœpit eleuatò corde peccare, puniri, & per Ioathan filium regere; ità in libro Reg. ex professò notetur modus regnandi, quò cœpit præclara aggredi, & perficere, dum adhuc quæreret Dominum, adeòque regnaret solus: hócq; denotari in verbis illis, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Azarias, &c.*

II. A simili in Amri rege Israël, de quo ostensum fuit cùm dicitur 3. Reg. 16. v. 23. *Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel*, non tradi regnum eius simpliciter primum, sed roboratum, pacatum, & quando aggressus est condere Samariam: quo non obstante annos eius 12. referendos esse ad 6. antè notatum eius ibi regnum. Item, in Iosaphat rege Iuda, de quo ostensum fuit, regnum aliquod eius fuisse cõnotatum à tempore quò profectus fuerat ad prælium cum Achab. Denique, à similibus (in aliquo licet difficilioribus) in multis regibus, de quibus ostensum fuit, regna eorum sæpissimè tradi à temporibus, quibus regnarunt cum patribus, quò nil obstante anni eorum sunt computandi à temporibus seu regnis, quibus regnauerunt mortuis patribus. Si enim regna eorum computata sunt à regnis impropriè dictis, temporibus patrum: & tamen anni computati à regnis propriè dictis, temporibus à morte patrum: cur non possint regna aliquorum connotari à regnis impropriè dictis, têporibus quibus roborari vel præclara aggredi, cœperunt: & tamen anni computa-ri à regnis propriè dictis, cum simpliciter regnare cœperunt.

Obiic. OBIICI potest contrà Hunc Modum. Quantum ad prætensam Oziæ tutelam, probabile nõ esse regem aliquem natum annos 16. extitisse sub tutela: neque exemplum aliquod rei huius haberi in Scriptura. Sed & quamuis rex aliquis tot annos natus, adhuc fuisset sub tutela: non tamen esse probabile, nouum aliquod eius regnum fuisse per Scripturam memoratum à tempore quò desiisset esse sub tutela; cum potius exemplum habeamus contrarium In Ioas rege Iuda, constituto rege dùm adhuc esset septennis aut circiter tantummodo 3. Reg. 11. & 2. Par. 22. cuius tamen nullum aliud regnum memoratur à Scriptura. Quantum item ad regnum firmum, vel pacatum, probabile non esse, regem aliquem, quamuis aliquâ ratione cõfirmatum in regno, tamẽ habuisse per Scripturam nouum in hoc regnandi modum, nisi quando sic confirmatus fuit, postquàm regnum sibi fuerat prius ab aliquo contestatum. Nam exempla habemus varia, regum, modò quodam in regno confirmatorum, quorum tamen nulla propter hoc memorãtur regnandi principia, v.g. in Saule, 1. Reg. 14. vers. 47. in *Dauide*, 2. Reg. 5. vers. 12. in *Salomone*, 3. Reg. 2. v. 12. [illegible] 3. vers. 1. in *Roboam*, 2. Par. 11. vers. 17. & cap. 12. vers. 1. in *Abia*, ibidem cap. 13. vers. 21. in *Iosaphat*, ibidem cap. 17 vers. 5. in *Ioram* filio Iosaphat, ibidem cap. 21. vers. 4. Exempla vero habemus contraria, in *Amri* rege Israel, 3. Reg. 16. à vers. 16. de quo fuit actum suo loco, in *Zacharia*, & in *Osee* regibus Israel, saltem iuxtà quorundam expositionem & valdè probabilẽ, de quibus infrà suis etiam locis. Quantùm denique ad hoc, quod est præclara quædã aggredi, minus adhuc esse probabile; quoniam non solum nulla prorsus de his extant apud Scripturam exempla; sed etiam sequeretur inconueniens, tot nempe posse fingi regnandi principia, quot rex, aut reges aliqui, gessissent quædam præclara.

Respons. RESPONDERI potest, horum aliqua, vel etiam omnia, non esse adeo improbabilia, quin assumi possint ad meliorẽ Scripturæ conciliationem; neq; vero quarundã rerum exempla necessitatem imponere, quominus vel alia similia, vel etiam noua nonnulla, non possint ad id conuenienter afferri.

Reiicitur. CONTRA HVNC MODVM, Facit, aut facere prætendi potest, rigor verborum illorum, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Ochosias, & 52. annis regnauit in Ierusalem*, a quo rigore nihil recedere vel cogit, vel conuenientius suadet, in Scriptura; quique aliàs cõfirmari potest à similibus, sed videndis tantũ infrà, quoniã sunt præcipuum argumentum sequentis sententiæ. Quarè

4. Sent. IV. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, quasi media inter duas posteriores: vt anni quidem 52. Oziæ incipiant ab anno vigesimoseptimo Ieroboam, non tamen interregnum admittatur inter Amasiam & ipsum: sed Ozias regnauerit eô regnandi modô, qui solet absolute & simpliciter dici, ab illo anno vigesimoseptimo Ieroboam, alio autem quôdam regnandi modô regnasse censeatur à morte sui patris, qui non solet absolutè & simpliciter, sed solum modò secundùm quid dici.

Ita ferè Serarius ( & vnicus ) in illum locum, prout notabitur infrà sub Modo 2. fin.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ tota pendet ab expositione rigorosa verborum illorum, 4 Reg. 15. vers. 1. *Anno vigesimoseptimò Ieroboam regis Israel, regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.* vers. 2. *Sedecim annorum erat cùm regnare cœpisset, & 52 annis regnauit in Ierusalem.* Si enim verba hæc sumantur ad rigorem, initium regni Oziæ absolutè vel simpliciter à Scriptura dicti, computandum erit ab illo vigesimoseptimo Ieroboam: consequenter 52. anni, qui ei assignantur, abinde computandi. Nam quoad priorem partem, expressè sic affirmatur, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israel, regnauit Ozias filius Amasiæ.* Hoc autem regulariter significat regnasse modô regnandi, qui solet absolute & simpliciter dici. Quoad posteriorem autem partem, inde sequitur. Nam anni regno assignati, regulariter computantur à regno simpliciter dicto. Denique vtriusque coniunctio simul, rigorem litteræ magis imitatur. Quòd autem illa verba sint ad rigorem exponenda, suaderi potest quibusdam viis. 1. A Regula generali Scripturas litteraliter semper exponendas, quando nihil ad contrarium cogit. 2. A Refutatione sententiarum 1. & 3. quatenus huic contrariarum. 3. Consequenter à commodiori sic Scripturæ sacræ conciliatione.

Confirm. CONFIRMARI potest Hæc Sententia, ex eo quod posità expositione illa rigorosà, nihil ei contrarium, aut repugnans, potest adduci, prout videbitur in obiectionibus.

QVÆRES. Annon confirmari possit ista sententia, ab illo Loco 4. Reg. 14. vers. 17. & 2. Par. 25. vers. 25. secundum id quod habetur in quibusdam Biblijs, *Vixit autem Amasias filius Ioas regis Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel, 25. annis.* Si enim illi 25. anni finirent annô vigesimosextô Ieroboam, & 52. Oziæ simpliciter inciperent vigesimoseptimo eiusdem Ieroboam, [illegible] interregnum [illegible] autem inter [illegible] Oziæ regnantis post patrem.

RESPONDETVR. Non posse Sententiam illam inde confirmari, nisi fortè quatenus per hoc ostenderetur, eos qui Locum illum in illis Biblijs reposuerunt, Sententiam hanc amplexatos fuisse. Nam alioqui Locum illum fuisse corruptum constare debet. Quoniam 4. Reg. 14. vers. 1. & 2. Par. 25. vers. 1. dicitur tantum Amasiam regnasse 29. annis. Atque ita si valeret Locus ille de 25. annis post mortem Ioas regis Israel, regnasset Amasias annos 39. Dicere vero Loca hæc ipsa mendosa esse corrupta, legendumque 39. pro 29. esset incidere in Scyllam volendo vitare Charybdim.

Porrò, Probatione positâ huius Sententiæ, cogitari potest duplex Modus Sententiam ipsam declarandi.

I. MODVS esse potest, vt illa verba 4. Reg. 14. vers. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iuda Azariam annos natum 16. & constituerunt eum regem pro patre Amasia*: & illa 2. Par. 26. vers. 1. *Omnis autem populus Iuda filium eius Oziam annorum 16. constituit regem pro Amasia patre suo*, sic exponantur consequenter tertiæ sententiæ, vt totum illud intelligatur factum immediatè post mortem patris: & ad ea referantur illa alia cap. 15. vers. 2. & Par. vers. 3. *Sedecim annorum erat Ozias cùm regnare cœpisset*; ista autem, *Anno vigesimoseptimo Ieroboam regnauit Azarias*, & consequenter ista alia, *& 52. annis regnauit in Ierusalem*, intelligantur non de regno à morte patris incœpto, quô maneret adhuc sub tutela, vel quô nondùm prosperè, pacate, confirmate, aut certe præclara gerens, regnaret, & forsitan quô nondùm famosam illam Aelath restituisset: sed de regno quô regnauit prosperè, pacate, confirmate, aut certe præclara gerens, & forsitan quô famosam illam Aelath restituit. Quò faciant ea quæ fusius dicta fuerunt sub 2. sententia, 6. eius modô. Porro num primus ille regnandi modus vocari habeat simpliciter, aut secundum quid dictus, cum sit quidem in vocantis arbitrio. Veruntamen conuenientius videtur posteriorem vocandum esse simpliciter quia propriè & per se memoratur à Scriptura, cum nimirum dicitur regnasse tunc: animque per eam summatim regno illi sociantur; quod confirmabitur magis in fine disputationis illius.

1. Confirm. CONFIRMARI potest hic Modus, I. A simili postea quod prætendatur de Zacharia rege Israel. De quô nimirùm post quam dictum est 4. Reg. 14. vers. vlt. *Dormiuit Ieroboam* &c. additur, *& regnauit Zacharias filius eius pro eo.* cap. 15. vers. 8. *Anno trigesimooctauo Azariæ regis Iuda regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria 6. mensibus.* Vbi nota si non detur interregnum inter Amasiam, & Oziam, constare apud omnes inter mortem Ieroboam, & regnum Zachariæ filii eius, quô regnauit

anno trigesimooctauo Oziæ 6. mensibus, A aut ad minimum 11. annos. Si autem dentur inter regnum, vel regnum ab quatennis æquinale, inter Amasiam & Oziam, constare dati debere ad minus 22 annos. Hos autem 11. vel 22. communiùs dicunt fuisse interregnum inter Ieroboã, & Zachariam. nos autem probabilius putamus eos non fuisse interregnum propriè dicti, sed fuisse annos cuiusdam modi regnandi, propter illa verba, *& regnauit Zacharias pro eo*, immediatè mortui Ieroboam subiecta. Itaque exemplum in hoc stat, quod sicut Zachariæ regnum non vocatur eius regnum simpliciter à Scriptura, vel ab ea non memoratur aut sit omnino per expressa verba, nisi à tempore quò regnauit ipse post 11. vel 22. annos à morte patris, non autem ab eo quo regnauit statim à morte patris. consequenter tempus quod assignatur regno eius, non computatur ab illa morte patris, sed ab illo alio regnandi modo simpliciter dicto; ita regnum Oziæ non vocetur regnum eius simpliciter dictum, à tempore quò ipse regnauit statim à morte patris, sed à pluribus longe annis post mortem illam patris, nempe anno vigesimoseptimò Ieroboam. Consequenter anni qui assignantur regnò eius, non computentur ab illa morte patris, sed ab illo alio regnandi modo simpliciter dicto. Et hoc ipsum confirmatur nouo modò: nempe, si regnum Zachariæ, & tempus regni eius, assignantur à Scriptura simpliciter ab isto tempore posteriori cum tamen nulla causa tradatur à Scriptura, cur ista sic assignentur; quantò magis con uenientius dici poterit idem intelligi de regno & annis Oziæ assignatis annò vigesimoseptimò Ieroboam; cum assignationis eiusmodi causæ reperiantur in Scriptura, nempè regnum confirmatum, pacatum, quodque præclara gessit, &c.

QVOD SI dicas illa verba *Anno trigesimooctauo Asariæ regis Iuda regnauit Zacharias*, exponi posse non de nouo quodam ... [illegible] ... quadam notatione temporis, ... quod Zachar as regnauerit, ... quid fecerit aut ei acciderit, v.g. quod annò tali regis Iuda, ... non in fine propriij sui regni, *regnabat*, regnauit que adhuc ... mensibus, sed in quibus, vel à quorum initio, *fecit malum coram Domino*, prout dicitur versu sequenti & in quorum fine *Sellum percussit eum palam*, & *interfecit*, prout habetur post verbum sequens ... Neque ... *quod regnare cœperit*, ... summo ... [illegible] ... de Ochozia rege Iuda 4. Reg 9. v. 29.

RESPONDEBITVR. Sententiam ... illum posse dici validum. Veruntamen non ita videri probabilem, quin possit alter probabilior dici. Primò, quia non est frequens hic modus in Scriptura, sed frequentior alter tradendi regnorum principia. & ad hunc admittendum potiùs istô locô quàm alium, aliquid non cogit, aut etiam probabilius suadet. Deinde, non videtur ratio propter quã Scriptura notaret vel summatiè tempus 6. mensium, vel etiam potiùs illud quàm aliud. Nam quod malum fecerit, proût dicitur versu sequenti, non abinde tantùm cœpisse patet, cum dicitur, *& fecit malum coram Domino sicut fecerunt patres eius: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat*, &c. Si enim tunc solum incœpisset malum facere, verum esset quidam aliquando recessisset a peccatis Ieroboam. Quod autem percusserit eum Sellum, non coniungitur immediatè verbis illis, proindeque non est ratio propter quam potiùs ad id respiciatur, quàm ad aliquid aliud; & alias dixisset Scriptura sacra, percussit eum Sellum annò trigesimooctauo Azariæ, sicut dixit de Ela 3. Reg. 16. vers. 10. *Irruens ergò Zambri percussit & occidit eum anno vigesimoseptimo Asa regis Iuda.* Nihil igitur obest hac ex parte, cur exemplum illud non valeat ad confirmandum istum Modum.

CONFIRMARI potest II. Ab alio simili postea, quod etiam præteoditur de Osee vltimo rege Israel. De quo nimirùm dicitur 4. Reg. 15 vers. 30. *Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit, & regnauitque pro eo vigesimo anno Ioathan filij Oziæ.* & cap. 17. vers. 1. *Anno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel, 9. annis.* Vbi notandum est, vigesimum qui dicitur Ioathani, eundem esse qui quartus vel quintus Achaz, vt suò locò dicetur. Itaq; in hoc consistit similitudo ... quod ... expressè regnasse anno vigesimo Ioathani, quia erat quartus aut quintus Achaz: nihilominus rursum dicitur regnasse annò duodecimo Achaz, & tamen regnũ eius simpliciter dictũ, annique ei assignati, non computantur a Scriptura ab illo anno vigesimo Ioatham, seu quarto vel quinto Achaz, sed à duodecimo Achaz, adeoque non nisi pluribus annis post primum regnandi modum; ita etiam Ozias dicatur expressè regnasse à morte patris, cuius quoque annò vigesimoseptimò Ieroboam, tamen regnum eius simpliciter dictum, anniq; eius, non fuerint assignati à morte patris, sed anno vigesimoseptimo Ieroboam, seu alio regnandi modo, quò pluribus annis post, ipsemet Ozias regnauerit. I. Confirm.

QVOD SI dicas similiter illa verba *Anno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee*

sum posse non de quodam nouo vel etiam simplici regnandi modo, sed hoc solum sensu, *regnabat*, &c.

RESPONDEBITVR. Et hunc quidem sensum posse dici validum. Attamen similia reperiri locò illo, quæ faueant isti modo, sicut & fauerunt sub confirmatione præcedenti; præsertim autem quia summariè tribuuntur Oseę 9. anni, quandò talis notatio fit alicuius regni eius eodem locò. Verum quid de his difficultatibus, & præsertim circà Oseę, fusiùs infrà locis suis specialibus.

II. Modus. II. MODVS, est Serarij, vt illa verba Reg. *Tulit autem vniuersus populus*, &c. sic exponantur conformiter secundæ sententiæ, vt intelligatur ibi dicta per anticipationem, sintque referenda ad illa, *Anno vigesimo septimo Ieroboam regnauit Azarias*: consequenter ista, *Anno vigesimoseptimo Ieroboā regnauit Azarias*, intelligatur de initio regni, non solùm prospero, pacato, confirmato, vel quò solus, aut præclarè est aggressus: sed siue tali, siue non, quò ipse constitutus est rex per electionem populi, quódque ideò simpliciter à Scriptura sic vocatum fuerit eius regnum; consequenter illa verba, *Sedecim annorū erat cùm regnare cœpisset*, non sint referenda ad mortem patris: (siquidem positò quod illa Reg. *Tulit vniuersus populus Iuda Azariam 16. annos natum*, dicta fuerunt ibi per anticipationem, non possunt ista vtrobique habita, 16. *annorum erat cùm regnare cœpisset*, referri ad mortem patris) sed sint referenda ad idem regnum, quod incœpit annô vigelimo-septimô Ieroboam; consequenter denique illa verba, & 52. *annis regnauit*, referenda sint ad eam nominia proximè præcedentia: siue, sint ab illo regni simpliciter sic dicti, qui alias est vigesimusseptimus Ieroboam, computanda. Atque ità Serarius: Vnde, inquit, non dicitur vt alias, mortuus est Amasias, & regnauit Azarias filius eius pro eo: sed *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum 16. & constituit eum regem pro patre eius Amasiâ* quasi diceretur illi populus regem illum constituit, quando annorum factus it 16. cum ei anteà regnum deferri populo visum non fuisset.

Confirm. CONFIRMARI potest Hic Modus, A [illegible] postea de Ioachaz rege Iuda. De quo [illegible] dicitur 4. Reg. 23. vers. 30. & 2. Par. [illegible] vers. 2. *Tulit populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo* & vers. seq. *Vigintitrium annorum erat Ioachaz cùm regnare cœpisset, & 3. mensibus regnauit in Ierusalem.* [illegible] ita, id quod [illegible] non esse referendum ad illa, *Vigintitrium annorum erat cùm regnare cœpisset*, sed ad illa, *Tulit populus terræ*: consequenter illa verba, *Tulitque populus terræ*, ibi dicta fuisse per anticipatio-

nem. Hoc constat, & nos ostendemus expressius infrà §. 99. ex 3. Esdr. vbi dicitur v. 34. *Et assumentes qui erant ex gente Iechoniam* hic est qui aliò nomine dicitur in libris Reg. & Par. *Ioachaz, filium Iosiæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo, cùm esset annorum trigintatrium*. Nam locorum diuersitas ita conciliatur, vt Ioachaz ille regnare quidem cœperit viuente patre, tuncque fuerit 23. annorum: post mortem autem patris constitutus fuerit rex per populum, & tunc fuerit 30. annorum 33. Itaque similitudo exempli consistit in hoc, non quidem quod illa verba, *Sedecim annorum erat cùm regnare cœpisset*, aliò referātur quam ad immediatè præcedentia, sicut fit in Ioachaz: sed quò illa, *Tulit vniuersus populus Azariam*, intelligantur ibi dicta per anticipationem, sintque referenda ad aliud tempus, quàm ad illud quod aliàs ex serie narrationis intelligeretur immediatè significatum post mortem patris, nimirum ad illud quò regnare cœperit modò regnādi absolutò, siue simpliciter dictò; consequenter vt illa verba, & 52. *annis regnauit*, referantur non ad tempus, quò regnare cœperit modò regnādi secundum quid solummodò dictò, sed ad idem quò simpliciter regnauit, nimirùm quò fuit rex per electionem constitutus: seu ad vigesimumseptimum Ieroboam, adeóque 12. annis post mortem Amasiæ sui patris.

QVOD SI dixeris, ista duo Loca sic esse similia, videlicet hunc 4. Reg 14 vers. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam* (Oziam) annos natum sedecim & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia: & illum cap. 23. vers. 30. *Tulitq; populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & constituerūt eum regem pro patre suo* · vt sicut hic immediatè subiunctus morti Iosiæ, denotat 3 menses tributos Ioachaz, intelligendos esse statim a morte Iosiæ patris eius: ità ille subiunctus immediatè morti Amasiæ, denotet 52. annos tributos Oziæ, intelligendos esse statim à morte Amasiæ patris eius.

RESPONDEBITVR. Illa Loca, quamuis in aliquo similia, in pluribus tamen esse valdè dissimilia. Sunt enim in hoc similia, quod subiungūtur immediatè post narratas mortes regum præcedentium. At verò sunt in his dissimilia, quod in posteriori loco, subditur etiam mox anni tum ætatis tùm regni Ioachaz, nec vllum aliud traditur indicium, per quod cogitari posset locum illū ibi fuisse per anticipationem traditum: in priori verò contra. Quamuis enim in eo mentio nonnulla fiat [illegible] um ætatis eius tamen & hoc [illegible] antur · & anni regni eius non ibi mox subduntur, sed alio tradendi transferuntur · & ibidem mox subduntur aliqua, quæ denotant anticipationem, vt

quòd *ipse ædificauit Aelath, & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis:* sed, quod maximum est, ac tursus anticipationem illam confirmans, & regnum eius, & anni ætatis atq; regni, omnia hæc, inquam, simul coniuncta, traduntur simpliciter assignata non ibi mox post mortem patris, sed aliò longè locò, videlicet, *Anno vigesimoseptimò Ieroboam regis Israël,* qui vigesimusseptimus annus Ieroboam, non extitit nisi 12. annis post mortem Amasiæ. Imò vero ex ipsomet posteriori loco de Ioachaz, confirmatur ille prior de Ozia sumendus eô sensu qui nunc tractatur. Nam quia sub illo loco traduntur coniunctim & vna serie, tùm anni ætatis ac regni Iochaz, tùm reliqua summaric ad eum pertinentia, videlicet, *nomen matris eius Amital,* &c. *& fecit malum coram Domino,* &c. *Vinxitque eum Pharao Nechao,* &c. proptereà têpus regni eius, quod traditur fuisse 3. mensium, intelligitur a morte patris cui subiungitur: ita quia sub priori loco, similia de Ozia non traduntur ibidem coniunctim & vnâ serie, sed alibi, videlicet sub anno vigesimoseptimo Ieroboam, propterea non intelligenda sunt à morte patris, cui non subiunguntur, sed ab anno vigesimoseptimo Ieroboam, cui subnectuntur.

Porrò, præter differentias huius vtriusq; modi, de se iam ex dictis conspectu faciles: differunt amplius isti modi, primum in hoc, quod iuxtà primum, Scriptura sacra mentionem expressam fecerit primi modi regnandi Oziæ: iuxta secundum autem, expressam nullam, sed tãtummodo virtualem aliquam, quatenus scilicet, apud eam solent filij succedere patribus in regno iure naturali, nec sêper opus est eis electione populi, adhoc vt legitimè regnare cogitentur, prout patet in pluribus. Deinde, differunt in eo quòd iuxtà primum, Ozias fuerit 16. annorum, statim à morte patris: iuxtà secundum autem, 4. tantùm: adeòque aliquomodo sub tutela, vel parentum, vel principum regni, vel certe modò quòpiam, qui dici possit aliquatenus (si lubeat) æquiualens interregno.

QVOD si dixeris, iuxtà hunc secundum modum, illud regnum Oziæ primum, quò regnauerit statim a morte patris, non habere fundamentum in Scriptura: nimirùm, quia neque post traditam mortem eius additur, *regnauitque Ozias filius eius pro eo,* neq; verba illa, *Sex decim annorum erat cùm regnare cœpisset,* referuntur ad tempus mortis illius.

RESPONDEBITVR Regnum illud habere sufficiens in Scriptura fundamentum, per consequentiam rerum aliarum circa Oziam ibi extractarum. Sicut sufficiens habuerunt in ea fundamentum, regna quorundam filiorum viuentibus patribus incœpta, nimirùm Iosaphat, Ioram, Ochoziæ, Ioas, & Iechoniæ, regû Iuda, & Achab, Ochoziæ, & Ioram, regum Israël, quorum aliqua ostensa sunt ex professò in superioribus, aliqua verò sôltim per transennã, quæ nihilominùs ostêdentur fusiùs infrà suis locis expressioribus.

1. Obiect. OBIICI potest contrà Hanc Sententiam I. Iuxta eam tribui Oziæ regno, non solùm 52. annos, sed 64. chronologicos. Hoc autem esse contrà verã Scripturæ chronologiam, seu Regulas generales, per quas non deberet annorum plus alicui tribui, quàm memorentur à Scriptura.

Respons. RESPONDERI potest, veram Scripturæ chronologiã illam esse, quæ probabiliùs ab eà deducitur; nec Regulas generales esse tales, vt non plùs annorum alicui tribui possit, quàm à Scripturà memorentur: sed vt non plùs quidem regulariter eis tribuatur, quàm qui à Scriptura memorantur, nisi aliter ab ea constet, siue deducatur. Porrò plures quandoq; annos tribuendos esse alicui, quàm à Scriptura memorentur, constat ex dictis de natiuitate Abrahæ; & in subiecta materia nonnihil iam ex dictis de Zacharia, & de Osee regibus Israël; constabit iterùm ex infrà dicendis de iisdem, nimirùm de Zacharia §. sequenti, de Osee autem §. 84. & denique suô modô de Ioathan rege Iuda §. 82.

2. Obiect. OBIICI potest II. Regnum alicuius videri simpliciter dicêdum, non quô regnat non ampliùs sub tutela, vel pacatè, roboratè, agens aliqua præclarè, vel denique per populorum electionem: sed quô primùm omnium regnat per successionem: hæc enim videri potiùs vocanda regna secundû quid.

Respons. RESPONDETVR. Regnum quô aliquis incipit regnare non ampliùs sub tutela, seu quô incipit regnare, pacatè, roboratè, vel aliqua gerens præclarè, nô debere vocari regnum secundùm quid, patere satis in aliis, & infrà fusiùs afferendis exêplis, Zachariæ, & Osee regum Israël. Regnum etiam quô aliquis incipit regnare per electionê populi specialem, non debere vocari regnum secundum quid, patere in Saüle, Dauid, Roboam, & similibus: maximè autem in Dauid, qui pro rege computatur, anniq; eius in serie chronologica memorantur à Scriptura, simpliciter & solû à tempore, quô pro tali constitutus fuit per electionem populi, etiamsi anteà longè fuisset & à Deo rex designatus, & rursùm pro tali per Samuelem consecratus. Si tamen alicui non obstantibus his videretur, illos loquendi modos aliô sensu debere sumi, tunc esset quæstio de nomine.

Authoris resolutio. IN HAC diuersitate Sententiarum quid dicendum? Respondeo, quamuis aliquæ sententiæ, veluti secunda, & præsertim tertia sextô modô sumpta, sint probabiles: tamen quartam secundô modô sumptam, videri nobis probabiliorem.

## XVI. DIFFICVLTAS. CIRCA ZACHARIAM Filium Ieroboam, regem Israël: Vndè computandum sit regnum 6. mensium, quibus regnasse dicitur; Consequenter, an constituendum sit interregnum inter Ieroboam, & ipsum: aut aliquis regnandi modus æquiualens aliquatenùs interregno?

§. 81.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 4. Reg. 14. vers. vlt. *Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israël, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.* Per hoc videtur Zachariam incœpisse regnare statim post mortem patris.

Aliundè verò cap. 15. vers. 8. *Anno trigesimooctauo Azariæ regis Iuda regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israël in Samaria, 6. mensibus.* Per hoc videtur eum non regnasse, nisi ab anno illo trigesimooctauo Oziæ, adeóque constituendum esse interregnum inter ipsum & Ieroboam patrem suũ. Nam Ieroboam regnare cœpit annó decimoquintó Amasiæ, & regnauit annos 41. cap. 14. vers. 23. qui Amasias regnauit 29. eód. cap. 2. vndè 24. Ieroboam & 29. Amasiæ concurrunt simùl. Ozias autem regnauit 52. computandos vel à morte Amasiæ patris: vel ab anno vigesimoseptimo Ieroboam, vt visum est §. præcedenti. Si à morte patris, tunc trigesimusoctauus eius prætergreditur annum quadragesimumprimũ seu vltimum Ieroboam, 10. vel 11. annis. Si annô vigesimoseptimô Ieroboam, tunc trigesimusoctauus eius prætergreditur annum quadragesimumprimum seu vltimum Ieroboam, annis 22. Cum ergò Zacharias regnare cœperit annô trigesimooctauô Oziæ, necesse videtur admittere interregnum 11. vel 22. annorum inter Ieroboam & ipsum.

Dicere verò regnum 6. mensium, quibus Zacharias regnasse dicitur, incipiendum esse a tempore quò regnare cœperit statim à morte patris, non solueret difficultatem: nisi diceretur etiam trigesimum octauum Oziæ incidere cum anno illo quò Ieroboam mortuus est. Nam aliàs à 6. illis mensibus ad trigesimumoctauum Oziæ, constituendum esset ipsummet interregnum tot annorum: proindéque inter ipsum Zachariam, & regem Israël sequentem, scilicet Sellum. Cum autem alterutrum videatur necessariò admittendum, probabilius est interregnum esse potius constituendum inter Ieroboam & Zachariam, quàm inter Zachariam & Sellum; quia probabiliùs tunc esset, 6. menses Zachariæ assignandos esse ipsimet anno quô Zacharias regnasse dicitur, scilicet trigesimooctauo Oziæ, quàm cuicumque alteri anno.

1 Sent.

I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Regnum 6. mensium, quibus Zacharias regnasse dicitur, incipiendum esse statim à morte Jeroboam patris eius; consequenter nullum interregnum, aut regnandi modum æquiualentem aliquatenùs interregno, constituendum esse inter Ieroboam & ipsum: imò nec post, inter ipsum & Sellum.

Ità singulariter Caietanus, qui inhærens sententiæ à se traditæ in superiori difficultate de Ozia, dicit Zachariam regnasse quidẽ annô trigesimooctauô Oziæ: sed hôc annô Oziæ non computatô à morte patris, verùm à tempore quô regnare cœperat cum patre. Hôc positô vltimus annus Ieroboam, & trigesimusoctauus Oziæ, simùl, aut circiter, cõcurrunt statim à morte Amasiæ, & posteà reliqui reges Israël mutuò succedunt, & cum reliquis annis Oziæ ac successorum absque interruptione concurrunt, vt facilè perspicietur in exemplari.

Relicitur.

CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, ea quæ dicta sunt contrà præcedentem cui nititur. Improbatâ namque illa priori Sententiâ Caietani, improbatur & hæc, quæ nititur ei tanquam suô fundamentô. Certe nullum hucúsque visum fuit, aut in posterum videbitur exemplum, similis conciliationis, quod saltem reperiatur vel ab omnibus, vel à grauioribus authoribus approbatum, vndè non immeritò notanda videtur singularitatis.

2. Sent.

II. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Regnum 6. mensium, quibus Zacharias regnasse dicitur, non esse incipiendum statim à morte Ieroboam: sed longiùs aliquot annis post; ideóque constituendum esse interregnum aliquot annorum inter Ieroboam & ipsum: non tamen regnandi modum aliquem æquiualentem interregno.

Ita aliquomodo Genebrardus, post Ieroboam regem Israel, seu pag. 157. col. 1. & 2. sub init. Bucholcerus in Indice fol. 22. pag. 2. Gordonus cap. 11. ad Period. 5. num. 1. versus fin. seu pag. 216. col. 2. init. & in annis expansis 3196. Item, aliquomodo Tornie... an. 32. 3 Denique... Comment. in 4 Reg. 25 sub in... seu pag ... med.

Probat. PROBATIONES petendæ sunt ex Fundamento difficultatis, 2. eius parte. Hanc autem sententiam explicant authores eius diuersò modò seu ratione, quoad numerum annorum interregni.

1 Modus. I. MODVS, est Genebrardi, facientis interregnum illud 8. tantum annorum. Quod quomodo verum habeat non satis patefacit, sed solummodo notat à vigesimooctauo Oziæ, ad eius trigesimumseptimum. Verum de hoc non multùm est curandum.

2. Modus. II. MODVS, est Gordoni, & Tornielli, facientium interregnum illud 11. vel 12. annorum iuxta modum nempe, quo annos aliquorum regum inuicem componunt, completosque vel non completos intelligunt. Sed hæc differentia vnius anni est modica.

3 Modus. III. MODVS, est Temporarij, & Bucholceri, facientium interregnum illud annorum 22. iuxta modum suum quô §. præcedenti constituerunt interregnum annorum 11. inter Amasiam & Oziam. Tali namque interregnô constitutô, rursumque aliô datô inter Ieroboam & Zachariam, sequitur ex collatione annorum regni Israel ad annos Oziæ, & in speciali regni Zachariæ ad annum trigesimumoctauum Oziæ, constituendum esse hôc locô interregnum 22. annorum, vt patebit in Exemplari.

Reiicitur 2. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM, quatenùs formaliter constituit interregnum, nec admittit aliquem regnandi modum, adduci potest Fundamentum difficultatis in 1. sui parte. Nam 4. Reg. 14. vers. vlt. *Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.* Ibi regnum Zachariæ recensetur statim à morte patris. Nulla autem ratio cogit, ad explicandum hoc tanquam per anticipationem dictum.

3. & probabilior Sent. Zacharias regnauit quidem statim à morte patris, & tamen 6. mensibus aliundè. III. SENTENTIA CAPITALIS, & probabilior, dicit, Regnum 6. mensium, quibus Zacharias regnasse dicitur, non esse similiter incipiendum statim à morte Ieroboam: neque tamen proptereà constituendum esse interregnum propriè dictum, inter Ieroboam & ipsum, sed ad plùs admittendum esse quendam regnandi modum aliquatenus æquiualentem interregno.

Ità Tostatus & Ribera locis suprà notatis in §. præcedenti, & aliquomodò Genebrardus, cum ait: Interregnum debet constitui, etiamsi fuerit in paternum regnum successio. Item, aliquomodò Torniellus cum affert sub disiunctione opinionem Tostati.

Probat. PROBATIO HVIVS SENTENTIÆ, pendet ex Fundamento difficultatis, vtrâque eius parte inuicem conciliata. Nam si Zacharias regnauit statim à morte patris, & tamen regnauit solùm 6. mensibus annô trigesimooctauô Oziæ: vtique fuerit explicatio Scripturæ genuina magis, dicere, & eum regnasse statim à morte patris, & regnasse etiam annô trigesimooctauô Oziæ, mensibus solum 6. Atque ità Tostatus & Ribera tribuunt Zachariæ regnandi duplex initium. Alterum à morte patris, cùm esset puerulus sub tutela principum. Alterum longiùs post mortē patris, annô trigesimooctauô Oziæ. Explicari autem potest, cùm esset puerulus, vel sub tutela, vel solô iure hæreditariô. Alij dicunt eum regnasse à morte patris, sed non pacatè, regnasse verò annô trigesimooctauô Oseæ, pacatè per 6. menses.

Confirm. CONFIRMARI potest, à similibus regnandi modis suprà visis, in Amri: licet aliàs diuersis, quantùm ad tempora modis illis assignata. Porrò authores huius Sententiæ procedunt, aut certè procedere possunt in ea, diuersô modô & ratione.

1. Modus. I. MODVS, est Tostati, Riberæ, & aliquomodò Tornielli, dicentium Zachariam regnasse primô suô modô, siue à morte patris, per 12. annos solum. Cuius dicti rationes petendæ suot ex ipsorum sententia, vel modo, traditis §. præcedenti, sub 2. sententia, modô eius 5.

2. Modus, & probabilior. Zacharias regnauit à morte patris, annis 22. II. MODVS, & probabilior, esse potest. Zachariam regnasse primô suô modô, seu à morte patris, per annos 22. Cuius dicti rationes petendæ sunt ex dictis eodem §. sub 4. sententia, vtrôque eius modô, sed præsertim 2. tanquam ibi habitô probabiliori.

Obiect. OBIICIT contrà hanc Sententiam Torniellus an. 3225. num. 8. fin. Scripturam aduersari primæ parti huius Sententiæ, asserenti Zachariam regnasse 12. (dic 22.) annos, quæ conceptis verbis tradit ipsum regnasse 6. duntaxat mensibus.

Respons. RESPONDETVR. Scripturam sacram non dicere conceptis verbis, Zachariam regnasse duntaxat 6. mensibus: sed dicere solummodò, eum regnasse 6. mensibus, in regno quô regnauit annô trigesimooctauô Oziæ. At non negat, imò demonstrat per illa verba morti Ieroboam immediatè coniuncta, *regnauitque pro eo*, ipsum regnasse aliquô regnandi modô statim à morte patris. Cuius expositionis quoad

modum regnandi, visum est exemplum simile prorsus in Amri: vt omittamus exemplum Oziæ §. præcedenti. Quò facere potest documentum ipsiusmet Tornielli an. 3263. circà interregnum illud inter Ieroboam & Zachariam, dicentis: Nec refert quòd Scriptura sacra nullam dicti interregni expressam fecerit mentionem: sufficit enim quod ex antecedentibus & consequentibus satis perspicue illud indicauerit. Idem ergò, & à fortiori dicendum, de primo illo Zachariæ regnandi modò statim a morte Ieroboam, verbis illis *regnauitque pro eo*, sufficienter indicató.

## XVII. DIFFICVLTAS. CIRCA IOATHAN REgem Iuda: Quot annis regnauerit?

§. 82.

*Fundam. Diffic.*

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 4. Reg. 15. vers. 30. *Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo vigesimo anno Ioathan filij Oziæ.* Per hoc videtur manifestum Ioathan regnasse 20. annos. Aliundè verò Reg. vers. 32. *Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israël regnauit Ioathan filius Oziæ regis Iuda:* vers. 33. & 2. Par. 27. vers. 1. & 9. *Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & 16. annis regnauit in Ierusalem.* Per hoc videtur etiam manifestum eum regnasse solummodò 16. annos. Quomodo ergò 16. solùm, & tamen 20. Aliundè denique Reg. vers. 5. & 2. Par. 26. vers. 21. *Fuit leprosus* (Ozias) *vsque ad diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ.* Per hoc videtur, quòd neque 20. neque 16. eius anni censendi sunt omnes chronologici, cùm regnauerit aliquos tempore patris.

*1. Sent.*

I. SENTENTIA esse potest, Vigesimum annum illum Ioathan, quô dicitur Osee regnasse, non esse computandum à tempore, quò Ioathan regnauit 16. suos annos seorsim à patre: sed quo antè eos regnauit cum patre: quamuis equidem ille vigesimus & decimussextus eius, simul coincidant.

*Probat.*

PROBARI potest Hæc Sententia, ex 4. Reg. 16. vers. 21. fin. *Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ:* viuô scilicet patre, vt constat ex præcedentibus. Probabiliter autem putari potest, Oziam percussum fuisse leprâ 4. aut 5. tantùm annis antè obitum suum. Itaque alinde ad decimumsextum, quô regnauit Ioathan absque patre, erunt anni 20.

*Reiicitur*

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, prout optime demonstrat Tostatus in 4. Reg. 15. q. 33. notatque (etiam non exponat quomodò) Torniellus an. 3297. num. 1. sub initio, Quòd illa distinctio de annis, quibus Ioathan regnauerit cum patre, & à morte patris, nihil prorsus faciat ad rem. Quia annus ille vigesimus Ioathan, quô dicitur Osee regnasse, non potest esse idem qui decimussextus eiusdem Ioathan. Siquidem Phacee, qui occisus est annó vigesimó Ioathan, non fuit occisus nisi annis 4. post decimumsextum Ioathan. Ostenditur.

4. Reg. 15. vers. 27. *Anno quinquagesimosecundo Azariæ regis Iuda, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israël 20. annis.* Per hoc clarum est, Phacee regnare cœpisse à quinquagesimosecundo Oziæ, & regnasse 20. annis. vers. vlt. *Dormiuit Ioathan cùm patribus suis, & regnauit Achaz filius eius pro eo.* cap. 16. vers. 1. *Anno decimoseptimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda.* Per hoc manifestum est annos 16. Ioathan finitos fuisse annô illo decimoseptimò Phacee: adeòque si 20. qui assignantur Ioathan incipiendi sint à tempore patris, eos finire in eundem decimumseptimum Phacee. Cùm ergò Phacee regnauerit 20. annos, vtique superuixit annis illis 16. Ioathan, adeóque 20. qui dicuntur coincidere cum illis per 3. aut 4. annos; consequenter non est occisus nisi 3. aut 4. annis post illos 20. Ioathan, qui dicuntur incœpisse cùm patre, seu 16. quos inceperit à morte patris. Ergò hæc distinctio nihil facit ad rem.

*2. Sent.*

II. SENTENTIA. dicit, Vigesimum annum illum Ioathan, quô dicitur Osee regnasse, intelligendum esse, non quô de facto regnauerit ipse Ioathan: sed quô regnasset, si tandiù vixisset: quod idem ferè est ac vigesimum computatum ex quo regnare cœpit: seu vigesimum à morte Oziæ patris sui.

Ità Hebræi in Chronol. cap. 22. dicentes: Voluit Scriptura attribuere eos annos regi mortuo Ioatham, & non Achaz viuo, quòd esset impius. Ità Tostatus in 4. Reg. 15. q. 41.

Ità Genebrardus in [illegible] an re [illegible] a, [illegible] A pag. 4. [illegible] Annos [illegible] Ioathan n[illegible] 4 Reg. [illegible] qu[illegible] 4. Achaz [illegible] Scriptura [illegible] nominare. po[illegible] nominat, qui nonnisi [illegible] annos 16. & [illegible] regibus Israël pag. 158. [illegible]. Ab anno vigesimo Ioathan, qui fuit quartus Achaz 4. Reg. 15. Indignata [illegible] Scriptura [illegible] regem Achaz [illegible] nominare, mortuum [illegible] Ita & T[illegible] annos [illegible] Vigesimo [illegible] Scriptura [illegible] vivere B regnaret [illegible] Ioathan [illegible], quòd initium regni Osee, incidit [illegible] ante annô vigesimo ex quo cœperat regnare Ioathan, sive ex quo decesserat pater eius Ozias. Quod in idem incidit, ac si dicatum esset, Ipsum Osee regnare cœpisse anno regni Achaz quarto. Hæc ille: post [illegible] producit G[illegible] bratdum. Ita Buc[illegible] fol. a. pag. 2. tabulæ, & in indice Chronolog. ab an. 3197. ad an. 3219. [illegible] videtur Gotdonus annô expanso 3243. dicens. Annô vigesimo Ioathan regis Iuda, hoc est annô C quarto Achaz, qui [illegible] est vigesimus annus ab inchoato regno Ioathan. Ità denique videtur Se[illegible] commentat ad 4. Reg. 15. seu pa[illegible] (vbi & [illegible] Abul[illegible] dicens [illegible] quomodo d[illegible] p. 15. vers. 30. [illegible] Osee regis [illegible] Ioathan) annô vigesimo, cùm annos tantùm [illegible] regnauerit 16. Reg. q. 14. Abulensis [illegible] filij Achaz [illegible] regi [illegible] fuisset: Annô vigesimo a [illegible] primo hic vigesimus est [illegible] Achaz annus quartus, &c.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ, non est ab[illegible] penès [illegible] authores [illegible] vix fuiam [illegible] autem [illegible] Genebrardus. Suadere p[illegible] Tornie[illegible] & Gordonus a [illegible] Ab[illegible] dictum [illegible] annos regni eius quan[illegible] Scriptura [illegible] tio regni Iuda, [illegible] Roboam [illegible] Amri, seu in Ochozia rege I[illegible] tum est iuxtà sententiam [illegible] & Genebrardi annos ei 1542 [illegible] sumptos esse à regno Israël [illegible] ti deuolutō, sive à Samar[illegible] non respon[illegible] at annos [illegible] computan[illegible] tè natiu [illegible] us, neque repugnabit [illegible] alterius extens[illegible] post mortem [illegible].

CONFIRMARE possent. Nam non minùs inconueniens est, tribui [illegible] annos Ioathan, qui non fuerint [illegible] piè, quam tributos fuisse quo[illegible] Ot[illegible] nieli, qui propriè non fuerunt ipsius.

Refutat. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, aut certè facere non impro- babiliter [illegible] dici. [illegible] ex- positionem [illegible] Gene[illegible] Scri- ptura, quòd nullū de illis habeatur in Scriptura [illegible] exemplum. Et [illegible] ciali nulla videatur ratio cur potius Scriptura sacra [illegible] in loco fuisset dedignata nominare [illegible] prophanum Achaz, & propter eum [illegible] fuisset annos Ioathan extendere post [illegible] mortem: quàm eundem Achaz postea nominare, [illegible] 16. integros annos [illegible] recensere. Nam ad quid 4. illos annos [illegible], seorsim tribuere, videlicet memorando [illegible] Ioathan, & 16. Achaz: eùm facilius fuisset tribuere tantum 2. Achaz?

Confirm. Refut. CONFIRMARI potest hæc Refutatio. Nam cùm fuerint tot alij [illegible] vel etiam decem [illegible] res, mirum quomodo Scriptura nusquam in eorum aliquos annos reticuerit, & regibus melioribus tribuerit.

Q[illegible] diceris, pot[illegible] Scripturam [illegible] in loco nominare Achaz, in alio vero non: nec minus incommodum [illegible], si volue[illegible] ere quotô annô à primo Ioathan Phacee regnauerit, quàm si diceret quotô anno quotô annô à primo Dauid, vel Salomonis, vel Ioas, vel alterius regis, cœperit quis regnare in Israël, vel in Syria, vel alibi.

Respons. RESPONDEBITVR. Potuisse hoc Scripturam, non negari: sed Scripturam hoc fe[illegible] neque [illegible] authoribus probari, neque [illegible] s a[illegible] dum videri contra formalia ipsius Scripturæ verba, sine cogente necessitate, vel [illegible] que alio indicio: præsertim supponi [illegible] dari possit aliquis modus eam, [illegible] on destruendo rigorem verborum [illegible]. Nam & aliud est dicere quotô annô à primo Ioathan & quotô Ioathā ipsius. Hoc Scriptura dicit, illud no dicit. [illegible] si sensus [illegible] idem qui illius, & econuersò [illegible] annus qui dicitur Ioat[illegible], non annus [illegible] & annus non eius, qui dicitur [illegible] nus eius.

1. FACIT autem etiam f[illegible] non [illegible] babiliter potest [illegible] II Quod 4. Reg. [illegible] *In diebus Phacee regis Israel venit [illegible] a- th[illegible] rex A[illegible], & cœpit Aion, [illegible] Abel Domum, &c. & tr[illegible] eos in A[illegible]*. P[illegible] à vers. [illegible] pertinent ad [illegible], & [illegible] quomodo Osee qui [illegible] Phacee regnauit annô vigesimô Ioathan. Per hæc videtur, quòd Theglathphalasar venit in Israël, temporibus Phacee & Ioathan simul currentibus. Atqui cap. 16 à vers. 7. *Misit autem Achaz nuncios ad Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus & filius tuus ego sum: [illegible] ende, & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu [illegible] Israël, qui consurrexerunt [illegible] me &c. vers. 9. Qui & acquieuit voluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam: & transtulit habitatores eius Cyre-*

*nen, Rasin autem interfecit.* vers. [illegible] *Perrex[illegible] que rex Achaz in occursum* [illegible] *regis Assyriorum in Dam[illegible]cum,* &c. [illegible] Par. 28 vers. 16. *Tempore illo misit rex* [illegible] *ad regem Assyriorum postulans auxilium* [illegible] contra Phacee. &c. Per hæc patet [illegible] phalasar venisse etiam tempor[illegible]is Achaz. Cum ergo Theglathphalasar venerit etiam temporibus Achaz, per hoc videtur quod tempora Phacee, Ioathan, & Achaz, concurrant simul: quódque Phacee occisus fuerit per Osee, eódem tempore qu[illegible] Ra[illegible] per regem Assyriorum. Vnde amplius, cum [illegible] occisio Phacee dicatur facta annô vige[illegible] Ioathan, v[illegible]ue videtur Ioathan & Achaz simul in re[illegible]no v[illegible]x[illegible]

QVOD [illegible] dixeris, [illegible] 4. Reg. [illegible] 5. vers. [illegible] *In diebus Phacee* [illegible] *Theglathphalasar,* &c. ibi poni per a[illegible] nem Scripturæ frequentem.

RESPONDEBITVR. Ant[illegible] quidem esse Scripturæ frequente[illegible] sed aliquam hic esse concedendam, n[illegible]rium non est, [illegible] demonstre[illegible] ur al[illegible]

FACIT, vel etiam fa[illegible] n[illegible] improbabiliter potest dici, I[illegible]. Quod [illegible]dem 4. Reg. 15. vers. 37. *In diebus* [illegible] *cœpit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.* ve[illegible] 38. *Et dormiuit Ioathan cum patribus* [illegible], &c. Per quæ rursum videtur R[illegible]n reg[illegible] Syriæ, & Phacee regem I[illegible], b[illegible] mouisse contra Iudam, temporibus q[illegible]us a[illegible] viuebat Ioathan. Atqui postquam sub[illegible] [illegible]um est ibidem vers. 38. *fili*[illegible] *Achaz filius eius pro eo;* & cap. 16 a v[illegible] *A[illegible] decimo septimo Phacee,* [illegible] *Romeliæ re*[illegible] *Achaz filius Ioathan regis Iu*[illegible], &c. a[illegible] 5. *Tunc a*[illegible] *Rasin rex* [illegible] *&* [illegible] *lius Romeliæ rex Israel in Ieru*[illegible] *dum[illegible]cúmque o[illegible]siderent* [illegible] *valuerunt superare eum.* Per hæ[illegible] te[illegible] Ioathan co[illegible]curri[illegible]e cum te[illegible] Achaz.

QVOD SI dicas [illegible], quod Achaz non dicatur [illegible] p[illegible] Ioathan, cap. 15. ver[illegible]. *&* [illegible] *Ioathan* [illegible] *um patribus suis, & regnauit Achaz fi*[illegible] *pro* [illegible].

RE[illegible]ERI pote[illegible] quidem tradi solummodo [illegible]egnu[illegible] p[illegible]st mortem p[illegible]. At cap. seq. [illegible] *annorum erat Achaz cum regnare cœ*[illegible], in[illegible] modum alium regnandi, v[illegible] cum patre prout in[illegible] ve[illegible] atum fuit com[illegible] de reg[illegible]us a[illegible] in superioribus.

Ad Argu[illegible] PRO[illegible]TIONEM p[illegible] [illegible]x, R[illegible] [illegible]. Nam [illegible] L[illegible] *re*[illegible] *A*[illegible], h[illegible] a[illegible]m forma [illegible] *in* [illegible]. Ex[illegible] a[illegible]

A [illegible]

AL[illegible] CONFI[illegible]MATI[illegible] de O[illegible] niel[illegible] Ioathan [illegible] n al [illegible]

III. SENTEN[illegible]IA [illegible] [illegible]um[illegible] quo[illegible] O[illegible]ee [illegible] a[illegible] eius [illegible] amp[illegible] a[illegible] regi[illegible] Achaz [illegible] 16. qu[illegible] regnau[illegible] at per [illegible]

Ita P[illegible] S. Vict. in libro de [illegible] regn[illegible] Ita Ma[illegible] Isag. [illegible] Achaz, [illegible] & [illegible], re[illegible] c[illegible]p[illegible] ead[illegible] uente an[illegible]ò de[illegible] Phacee [illegible] It[illegible]el. & paulò post. Ann[illegible] o Achaz q[illegible] ad[illegible] c viuen[illegible] H[illegible]la percussit D[illegible] Phacee &c.

PRO[illegible]BA[illegible]I po[illegible]st Hæc Sen[illegible]tia, [illegible] Scripturæ [illegible] Nam Script[illegible] anno vigesimo Ioathan. Atqui Scriptura sacra debet ad litteram [illegible], quan[illegible] pugnans occu[illegible] hoc autem [illegible] pugnans occ[illegible]r[illegible]

CONFI[illegible]MARI [illegible]. Nam [illegible] anni fil[illegible] quan[illegible]que n[illegible]mora[illegible] sicut demon[illegible]atum e[illegible] v[illegible]que [illegible], & in I[illegible]as, [illegible] & t[illegible] non [illegible]ensentur in [illegible] memorentur a[illegible] [illegible]nt[illegible]

OBIICIT [illegible] contrà hanc Sententiam [illegible], I[illegible] 4. R[illegible] 7. [illegible] vers. 8 [illegible] Ioathan *cum* [illegible] *regnauit in Ieru*[illegible] [illegible] eum regnasse [illegible]

RE[illegible]NDERI po[illegible]st, Scrip[illegible] annu[illegible] I[illegible] antum [illegible] an[illegible] [illegible]oret annum eius [illegible] enderelat[illegible] eum [illegible]egnasse 20. [illegible] taffe tant[illegible] anno[illegible], [illegible] seu ann[illegible]us chr[illegible]

[illegible]IT II [illegible] [illegible]ius [illegible] S[illegible] tam [illegible] *filius* [illegible]. Q[illegible], in[illegible] aperte[illegible] a Ioathan non[illegible] asse [illegible] lio [illegible] ante[illegible]quam [illegible]us regnare cœ[illegible]at.

RESPONDE[illegible]I p[illegible]st, vi[illegible]n[illegible] [illegible] S[illegible]

verò ex Torniello circà Ieroboam huius nominis secundum (quem voluit regnasse viuente patre) non semper verba huiusmodi inferre filios regnasse solùm mox patribus mortuis, seu nõ excludere quin regnauerint antè cum iisdem patribus suis.

3. Obiect. OBIICI potest III. si Ioathan adhuc vixisset cum regnante filio, Scripturam monituram fuisse eum deposuisse principatum, & regnum tradidisse filio suo. vel si non deposuit illud, ea, quæ fuerunt gesta per filium tributuram patri, tanquàm principali regnãti, non autem filio. Cùm ergò tribuat Achaz non Ioathan, munera quæ missa sunt regi Assyriorum: signum esse quod tunc non viuebat Ioathan.

Respons. RESPONDERI potest. Necesse non esse Ioathã deposuisse principatum, adhoc vt filius suus secum regeret: sicut nõ deposuerunt tot alij quãdò filios suos in regni consortium assumpserunt. Quòd autem non tributa fuerit munerum missio Ioathan ipsi, sed Achaz, ideò potuisse fieri, quòd in hoc committebatur iniquitas, & vt omninò credibile fit, Ioathan insciò, qui probus alias hoc non permisisset. Quòd si dixeris, hoc æquè posse confictum dici, sicut conficta dicitur expositio Genebrardi. Responderi poterit, maius quoad hoc habeat fundamẽtum in Scriptura: quatenùs & illa verbis expressis memorat annum vigesimum Ioathan, & testatur ipsum Ioathan fuisse probũ, Achaz autem impium. In afferendis autem expositionibus similibus, illud censeri debet probabilius, quod maioribus fundatur indiciis expresse habitis in Scriptura.

4 Obiect. OBIICI potest IV. Si vigesimus ille Ioathan annus, sumatur ad litteram, non posse dici præcisè quot annos Ioathã regnauerit. Quòd enim vigesimum tantum eius annum Scriptura memorauerit, non infert nullum fuisse vlteriorem: cùm Scriptura nõ teneatur omnia dicere. Sic autem periculum suberit, quædam attribuere Ioathan viuenti, quæ non fuerint acta nisi ipsô mortuò.

Respons. RESPONDERI potest. Cùm Scriptura non curauerit alios si qui fuerint Ioathã annos memorare, nobis nec esse curandum illos inuestigare. Sufficere namque quod 20. nec pliũ illius memorauerit. Insuper tamen ex eo quòd 20. tantùm illos memorauerit, fieri credibile sufficienter, eum non plures regnauisse. Siquidem si plures regnauisset, credibile esse Scripturam eos indicaturam. Porrò per hoc non subesse periculum quod obiicitur. Nam ex circũstãtiis, vel natura rerum quæ colligẽtur factæ post mortem eius, haberi posse tales res non esse tribuendas tẽporibus ipsius. Quòd si nequeant illa sic colligi, manere indifferens quibusnam temporibus tribuantur.

Cæterùm, conuenit apud omnes, 16. illos annos Ioathan sæpiùs à Scriptura memoratos, non esse computandos à tempore quò gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ, seu quandò regnare cœpit cum patre suo Ozia: cuius veritatis fundamentum, sunt Regulæ generales, & omnia hucusque visa (secundùm nostram sententiam) regum exempla; adeòque annos illos 16. censendos esse chronologicos & completos. Et per hoc patet Responsio ad punctum vltimum fundamenti difficultatis.

QVÆRES. An rectè dici possit, Ioathã regnasse cum patre. Non enim tribuitur ei titulus regis patre viuente.

VERVM in hoc putamus quæstionem esse tantum de nomine. Probabilius tamen eum dici posse regnasse cum, vel pro patre. Si namq; plures dicti sunt regnasse cum patribus, etiam rerũ negotiis & bellis adhuc se personaliter immiscentibus, quantò magis de Ioathan cum patre, qui viuens separatus, non amplius se personaliter immiscebat eis: Deinde, gubernare palatium, & iudicare populum terræ, nonne erat aliquô modô regnare verè, seu verò illò modò quò filij dici possunt regnasse cum patribus?

IN HAC diuersitate Sententiarum quid dicendum? Respondeo, quamuis secunda Sententia non sit improbabilis, imò dici possit multùm probabilis: tamen tertiam videri nobis probabiliorem. Authoris resolutio.

## XVIII. DIFFICVLTAS. CIRCA ACHAZ REGEM Iuda: Vbinam incipiant anni regni eius: Et quomodò sint cum annis regni Ioathan componendi?

§. 83.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. In Difficultate præcedenti conclusum est, Ioathan regnasse 20. annis. Per hoc videtur dicendum Achaz non cœpisse regnare, nisi post eum. Nam Reg. 15. vers. vlt. & 2. Par. 27. vers. vlt. *Dormiuit Ioathan cum patribus suis, & regnauit Achaz filius eius pro eo.* Aliundè verò Reg. cap. 16. v. 1. *Anno*

*decimoseptimo Phacee* (regis Israël) *regnauit Achaz*. Atqui ex cap. 15. v. 27. *Anno quinquagesimosecundo Azariæ regis Iuda regnauit Phacee.* & vers. 32. *Anno secundo Phacee regnauit Ioathan*, manifestum est decimumseptimum Phacee concurrere cum decimosexto Ioathan. Per hoc videtur Achaz incœpisse regnare decimosextô vel saltem decimoseptimô Ioathan patris sui.

1. Sent. I. SENTENTIA, esse potest, Annos 16. Achaz incipiendos esse post vigesimum patris sui Ioathan.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ petendæ sunt ex Fundamento difficultatis, parte 1. Consequenter illa verba 4. Reg. 16. vers. 1. *Anno decimoseptimo Phacee regnauit Achaz*, erunt exponenda de regno, quô incœperit regnare cum patre suo Ioathan, & illa ibidem vers. 2. & 2. Par. 28. vers. 1. *Viginti annorum erat cùm regnare cœpisset*, referenda ad initium regni cum patre decimoseptimô Phacee; illa verò quæ vtrobique adduntur, *&* 16. *annis regnauit in Ierusalem*, intelligenda de regno, quô incœpit solus post patrem.

QVOD SI dixeris, hôc modô chronologiam augeri quibusdam annis, suprà numeros à Scriptura summatos.

RESPONDEBITVR, idem præstitum fuisse in superioribus circà Oziam regem Iuda, & Zachariam regem Israël, idémque indicatum circà Osee vltimum regem Israël: ideóque non repugnare præstari hic circà Achaz.

2. & probabilior Sent. Achaz regnat annos 16. solos post 16. patris. II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Annos 16. Achaz sumendos esse solùm post decimumsextum patris sui Ioathan.

Ità omnes omninò Chronologi, quamuis difficultatem hanc expressè non attingentes.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ debet esse, quòd supposità Regulà generali de annis summatis, qui soli censendi sunt chronologici, si nil aliud obstet, anni summati Ioathan sint tantùm 16. & quòd regnum Achaz, atque anni eius summati, quibus regnasse perhibetur purè & simpliciter, assignantur annò decimoseptimò Phacee: ergò abinde sint computandi.

Confirm. CONFIRMATVR. Nam sicut in Ozia propter eandem hanc rationem, quòd regnum eius, atque anni summati quibus regnasse perhibetur, assignantur simpliciter vigesimoseptimo Ieroboam regis Israël, & in Zacharia regnum eius, & menses summati quibus regnasse perhibetur, assignantur anno trigesimooctauo Oziæ, & infrà regnum Osee regis Israël, & anni summati quibus regnasse dicitur, assignabuntur anno vel circiter duodecimo Achaz, augetur in omnibus Chronologia, eò quod ab vltimis annis, quibus antecessores eorum regnare cessauerunt, ad initia quibus isti regnare incœpisse perhibentur, reperitur per annos regum alterius regni Iuda vel Israël oppositorum, transactos fuisse aliquot annos; ità hic in Achaz propter eandem rationem, quòd regnum eius, & anni quibus regnasse dicitur, assignātur simpliciter anno decimoseptimo Phacee, & ab vltimo Ioathan summato, seu à 16. eius, ad initium quô Achaz regnasse perhibetur, non reperitur per annos regni Phacee regis Israël oppositos, transactos fuisse aliquot annos; ideo Chronologia in eo non augetur.

DICES. Si valet hoc Argumentum à sensu rigoroso verborum eiusmodi, *Anno decimoseptimo Phacee regnauit Achaz*, valuisse debere circà vtrumque Ioram reges Iuda & Israël: & circà Ioachaz filium Ieroboam regem Israël.

RESPONDETVR. Argumentum quidem eiusmodi non semper valere solitariè sumptum: sed adiunctis circunstantiis textus, vel aliquibus ex Regulis generalibus: Atque hôc pactô non valuit circà vtrumque Ioram, propter eiusmodi modum loquendi sæpius ergà illos repertum, ac impossibilem vbique sic exponi: & propter Regulam generalem de annis à Scripturà summatis, regulariter, vbi nil reperitur obstans, chronologicè computandis. Hôc item pactô non valuit in Ioachaz rege Israël, propter Regulam illà de annis à Scripturà summatis. Valet autem nunc in Achaz, propter eandem Regulam, quam ideò inimò argumenti supposuimus; sicut & valuit in Ozia non quidem propter hanc Regulam, sed propter aliam, seu propter alias circunstantias, fusiùs circà eum declaratas.

(∴) (∴) (∴)

## XIX. DIFFICVLTAS. CIRCA OSEE REGEM Israël: Vbinam incipiat regnum eius: Adeóque an constituendum sit aliquod Interregnum inter Phacee & ipsum: aut aliquis regnandi modus æquiualens aliquatenùs interregno?

§. 84.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 4. Reg. 15. vers. 30. *Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela, contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo vigesimo annô Ioathan filii Oziæ.* Per huc videtur manifestum, Osee regnare cœpisse annô vigesimô Ioathan qui fuit tertius, quartus, vel quintus Achaz.

Aliundè autem cap. 7. vers. 1. *Anno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israël 9. annis.* Per hoc videtur manifestum, eum regnare cœpisse tantùm à duodecimo Achaz. Atqui à vigesimo Phacee, & tertio, quarto, vel quinto Achaz, ad duodecimum eiusdem Achaz, sunt 7 8. vel 9. anni. Ergò constituendum videtur Interregnum annorum inter Phacee & Osee. Confirmatur. Nam eódem cap. 17. ℣. 6. *Anno autem nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam, & trāstulit Israël in Assyrios.* Hunc autem annum nonum Osee, quô cepit rex Assyriorum Samariam, non posse cōputari nunum à vigesimo Ioathan, seu Phacee, constat ex eo quòd rex Assyriorum cepit Samariam annô sextò Ezechiæ & sextus ille Ezechiæ distet longius à vigesimo Ioathan, quam 9. annis. Ostenditur. Nam cap. 18. vers. 1. *Anno tertio Osee filii Ela regis Israël regnauit Ezechias filius Achaz regis Iudæ,* ℣. 2. *Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset, & 29. annis regnauit in Ierusalem.* Anni illi 29. Ezechiæ debent incipere iuxtà Regulas generales post decimūsextū Achaz, vel iuxtà quod secundùm aliquam sententiam infrà contendetur ex Scriptura, in anno ipsomet decimosexto Achaz. Item, vers. 9. *Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israël, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam,* ℣. 10. *& cepit. Nam post annos 3. anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Osee regis Israël, capta est Samaria.* ℣. 11. *Et transtulit rex Assyriorum Israël in Assyrios.* In his locis annus primus Ezechiæ confertur cū tertio Osee, & quartus Ezechiæ cum septimo Osee, & denique sextus Ezechiæ cū nono Osee. Hi omnes non possunt computari à vigesimo Ioathan, seu à tertio, quarto, vel quinto Achaz.

I. Sent. I. SENTENTIA esse potest, Osee regnare cœpisse simpliciter annô vigesimô Ioathan, seu post annum vigesimum Phacee: adeóque annô tertiô, quartô, vel quintô Achaz, qui fit talis à circiter decimosexto Ioathā: & annos 9. quibus dicitur regnasse, abindè esse computandos; verba autē illa *Anno duodecimo Achaz regnauit Osee*, exponenda esse de quodam regnandi modo, scilicet quô finaliter regnauit, quādo Samaria capta fuit, & cessauit penitùs regnum Israël. Consequenter illa verba, *Anno tertio Osee regnauit Ezechias, &, anno quarto Ezechiæ, &, anno sexto Ezechiæ*, exponenda esse non de annis 29. regni, quibus regnauerit Ezechias: sed de annis regni, quô regnare cœperit cum patre Achaz, annô sextô, vel septimô Achaz incipientibus.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, ex eo quòd assignatur initium regnandi Osee simpliciter primum, anno vigesimo Ioathā, qui idem est ac annus sequens vigesimum Phacee, solcāt autem anni regum à Scriptura summati, computari mox à morte regis præcedentis: neque hîc aliquid obstet, quominùs id ità possit fieri.

1. Confirm. CONFIRMARI potest, I. A simili prorsus exemplo in Amri, cuius etsi regnum assignatum fuerit anno trigesimoprimo Asa, & 12. anni fuerint immediatè coniuncti regno ibi assignato: attamen regnum eius simpliciter primum, fuit inceptum annô vigesimoseptimo Asa, & 12. eius anni, abindè computati.

2. Confirm. CONFIRMARI potest II. Nam suprà 4. Reg. 15. vers. 30. fin. *Regnauit pro eo vigesimo anno Ioathan filij Oziæ.* Ibi simpliciter affirmatur Ozee regnasse annô vigesimô Ioathan, qui idem est ac sequens vigesimum Phacee, à quo, vt dictum est, debeant computari 9. eius anni. Quandò autem regnum alicuius, & anni eius chronologici sunt alicubi assignati, & assignatur aliquod aliud initium regnandi, semper debet hoc aliud regnum de regno tantùm secundùm quid exponi. Hæc sane redderent Sententiam istam apud quosdam non prorsùs improbabilem, secundùm quam facillimè

possent componi simùl illi anni Ezechiæ & Osee, à Scriptura cum aliqua difficultate comparari. Attamen

Reiicitur

1.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, vel facere non improbabiliter potest dici, I. Quòd vix habeatur aliquod in Scriptura vestigium, Ezechiam regnasse cum patre Achaz, saltem pluribus annis: quin potius cõtrarium magis suadeatur ex ea. Nam cap. 16. vers. vlt. *Dormiuitque Achaz cum patribus suis*, &c. *& regnauit Ezechias filius eius pro eo.* & cap. 18. vers. 1. *Anno tertio Osee*, &c. *regnauit Ezechias*, &c. vers. 3. *Fecitque quod erat bonum coram Domino*, &c. vers. 4. *Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas*, &c. vers. 7. med. *Rebellauit quoque contrà regem Assyriorum, & non seruiuit ei.* ℣ers. 13. *Anno decimoquarto Ezechiæ ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas.* Item, 2. Par. 28. ℣ers. 27. *Dormiuitque Achaz cum patribus suis*, &c. *regnauitque Ezechias filius eius pro eo.* cap. 29. vers. 1. *Igitur Ezechias regnare cœpit cùm viginti quinque esset annorum, & 29. annis regnauit in Ierusalem*, &c. vers. 2. *Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini*, &c. vers. 3. *Ipse anno & mense primo regni sui, aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas.* vers. 4. *Adduxitque Sacerdotes & Leuitas*, &c. In quibus imprimis aduertendum est, omnia quæ narrantur de regno Ezechiæ, narrari post narratam mortem Achaz. Deindè, omnia quæ dicuntur de eo circà reges Assyriorum, vt, quòd *rebellauit* contrà eos, &c. & de pietate eius, vt, quòd *fecit bonum* coram Domino, *dissipauit excelsa*, &c. & deniquè, *Anno & mense primo regni sui* restaurauit seruitium Domini, longè diuersa esse ab iis, quæ narrantur de Achaz 4. Reg. 16. toto, & 2. Par. 28. in quibus locis narratur quomodò ipse Achaz non fecit quod erat placitum coram Domino, sed idola coluit, altare Dei destruxit, ad regem Assyriorum diuertit, & in summa Par. 28. à vers. 24. *Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem.* Quomodò autem esset credibile Ezechiam his adeò contraria præstare potuisse, viuente patre, saltem pluribus annis? Proindè quamuis regnum alicuius filij narratum post mortem patris, non semper excludat filium illum regnasse cum patre: quamuis item nonnunquàm illa vel similia verba, regnare cœpit cùm 25. esset annorum, vel 25. *annorum erat cum regnare cœpisset*, includant regnum cum patribus: tamẽ hôc locô nihil vrget ad talia, saltem pro pluribus annis: quin potiùs tot vel omnia narrata post narratam mortem patris, magis suadent contrarium.

QVOD SI dixeris, credibile esse Achaz tot infortuniis fractũ ac debilitatum, proindéque quasi regni pertæsum, maximam oneris partem in filium transtulisse, quô forsan experiretur num filius ductu fœlicior euaderet, atque ità cum regno permisisse filio cultum Dei; neque obstare quòd dicitur etiam in infortunio obduratus, & peius fecisse: hoc enim intelligi posse, per aliquod tẽpus, quousque inops consilij, nullámque habens amplius spem reliquam, omnia filio committeret.

RESPONDEBITVR. Hæc quidem & similia posse cogitari, non tamen ex Scriptura fulciri. Quin potius totam historiam Achab ab initio regni eius, adusque mortem ipsius, nihil aliud apud Scripturam sonare, quàm iniquitates & idololatriam eius. Vide 4. Reg. 16. & 2. Par. 28. per tot. præsertim autem 2. Par. 28. ℣ers. vlt. Vbi notatur quòd, *sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neq; enim receperunt eum in sepulchra regum Israel.* qui cùm aliàs dicatur 4. Reg. 16. vers. vlt. *Sepultus cum patribus suis in ciuitate Dauid*: vtique denotatur quòd cupierat sepeliri cum regibus Israël, cum quibus videlicet in idololatria ad mortem vsque perseuerauerat. In speciali verò, quod dicitur de cultu Dei per Ezechiam restaurato, non posse probabiliter intelligi viuente Achaz, videre est ibidem Par. vbi post narratam mortem Achaz illis verbis vers. vlt. *Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum*, &c. & traditum initium regni Ezechiæ verbis illis subiunctis, *Regnauitque Ezechias filius eius pro eo*: incipit cap. 29. vers. 1. *Igitur Ezechias regnare cœpit, cùm viginti quinque esset annorum, & 29. annis regnauit* &c. vers. 3. *Ipse anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas.* vers. 4. *adduxitque sacerdotes atque Leuitas, & cõgregauit eos in plateam Orientalem.* vers. 5. *Dixitque ad eos: Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnem immunditiam de Sanctuario.* vers. 6. *Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum: auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.* vers. 7. *Clauserunt ostia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensúmque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israël.* vers. 8. *Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris*, &c. Hæc enim ità narrata post mortem Achaz, necnon resumentia quæcunque fecerat Achaz, insinuant probabiliùs longè, cultum Dei fuisse restauratum, non eô viuente, sed mortuô.

FACIT, aut facere non improbabili-

ter potest dici II. Quòd 4. Reg. 16. vers. 2. & 2. Par. 28. vers. 1. *Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset:* & Reg. 18. vers. 2. ac Par. 29. vers. 1. *Viginti quinque annorum erat*, Ezechias, *cùm regnare cœpisset*. Si Ezechias regnare cœpit annô sextô regni Achaz, vtique consequens fuerit Achaz vnius tantum anni fuisse infantulum, quandò genuit Ezechiam.

QVOD SI dixeris, illa verba quibus dicitur Achaz regnare cœpisse, referenda esse ad tempus, quò regnauerit cum Ioathan suo patre, sicque Achaz potuisse gignere Ezechiam ætate competente, sicut de quibusdam similibus visum est in superioribus, v. g. in Iosaphat, Ioram, &c.

RESPONDEBITVR. Hoc posse quidem dici, sed absque necessitate pro conciliatione Scripturæ, qualis inerat in difficultatibus de Iosaphat, Ioram, &c.

FACIT, aut facere non improbabiliter potest dici III. Quòd, 4. Reg. 18. vers. 2. & 2. Par. 29. vers. 1. *Viginti quinque annorum erat*, Ezechias, *cùm regnare cœpisset*. Si Ezechias erat tantùm natus annos 25. quandò regnare cœpit, neque verò probabile sit eum fuisse natum patri, minori quàm 11. aut 12. annis: certè nullum restabit tēpus in 16 annis Achaz, quô potuerit Ezechias regnare cū ipso.

QVOD SI dixeris, verba quibus dicitur Ezechias regnare cœpisse, non esse referenda ad tempus cum patre, sed post patrem.

RESPONDEBITVR. Hunc modum exponendi similia verba, contrariari solitis hucusque Scripturæ modis, quibus quandocūque filius aliquis positus fuit regnasse cum patre, semper exposita fuerunt similia verba de regno cum patre, non autem de regno post patrem, nisi quandò reperta fuerunt bis prolata eum diuersitate quadam ad diuersam expositionem cogente, sicut in Ochosia rege Iuda, &c. quod tamen hîc non habet.

2. Sent. II. SENTENTIA dicit, Osee regnare cœpisse solum, annô duodecimô Achaz; adeóque constituendum esse Interregnum inter Phacee & ipsum.

Itâ ex parte, atque in hanc partem magis inclinans Genebrardus, sub regibus Israël, inter Phacee & Osee, seu pag. 158. ponens in serie interregnum 9 annorum & in contextu dicens: Interregnum 9. annorum ex 4. Reg 15. & 17. omninò hîc statuendum.

Probat. PROBAT hanc Sententiam Genebrardus, sic dicendo: Nam iste Phakeias (Phacee) regnare incipit annô quinquagesimo-secundô & vltimô Oziæ: desinit sub anno vigesimo Ioathan, qui erat quartus Achaz: à quo ad sextum Ezechiæ, quandò concidit illud regnum, supersunt anni 18. nempè 12. reliqui Achaz, & 6. Ezechiæ. Hôc pactô Osee secundum Genebrardum regnauerit tātùm 9. annos, & constituetur Interregnum 9. aliorum.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd Reg. 15. vers. 30. *Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Ela contrà Phacee filium Romeliæ, & percussit eum & interfecit, regnauitque pro eo vigesimo anno Ioathan filij Oziæ.* Hæc tali contextu traduntur, vt manifestum sit occisionē Phacee, & regnum Osee, euenisse eôdem annô vigesimô Ioathan. Ergò manifestum est Osee regnare cœpisse, saltem quôdam regnandi modô, iam tunc ab occisione Phacee, siue ab anno vigesimo Ioathan: proindéque non ibi debere constitui Interregnum propriè dictum. Reiicitur.

RESPONDERI potest, in verbis illis, *regnauitque pro eo*, esse intelligendam parenthesim, vel certè in præcedentibus hyperbaton, quô per anticipationem ibi dicta, referri habeant ad illa cap. 17. vers. 1. *Anno duodecimo Achaz regnauit Osee*, reliqua autem sic exponenda, *& percussit eum, & interfecit, anno vigesimo Ioathan.* Respons. ad Refut.

VERVM eiusmodi figuræ sunt prorsùs ibi violentæ: quippe nullâ existente circunstantiâ, vel necessitate ad eas cogente. Reiicitur.

QVOD SI dicas, similia ferè sic fuisse exposita suis modis: præsertim in Amri, & in Ioachaz regibus Israel. Cur non ergò hîc?

RESPONDEBITVR. Talia fuisse sic facta, proptereà quod textuum circunstantiæ, regulæ generales, & in summa cōciliatio Scripturæ commodior, aditâ faciendum omninò coegerint, prout suis locis demonstratum est. At hîc nihil tale.

III. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Osee regnare cœpisse statim à morte Phacee, seu annô vigesimô Ioathan; consequenter nullum Interregnum esse cōstituendum inter Phacee & Osee: sed solummodò quendam regnandi modum. Nimirùm, Osee duplex habuisse regnandi initium. Primum annô vigesimô Ioathan. Secundū annô duodecimô vel circiter Achaz. Primum non pacatè, stabilitè, seu absolutè, vel super omnem populi partem. Secundum contrà. 3. & probabilior Sent. Osee regnauit statim post Phacee.

Itâ sensisse videtur Massæus lib. 6. pag. 54. sub init. dicēs: Osee filius Ela percussit Dominū suum Phacee, voluitq; regnare pro eo, sed impeditus fuit fermè decēniô à Teglath & Salmanasar regibus Assyriorū. Itâ ex parte Genebrardus subiungens, suprà: Vel regnauit Oseas vltimus Israëlitarum rex, annos 18. 9. per tyrannidem, ab anno vigesimo Ioathan, qui fuit quartus Achaz, &c. 9. alios per ius, dū annô duodecimô Achaz rex est confirmatus, & receptus, 4. Reg. 17. Itâ Temporarius lib. 1. pag. 67. è regione

anni quarti Achaz, dicens: Osea regnum inuadit annos 7. & paulò post è regione anni duodecimi Achaz: Osea regnat 9. & lib. 5. pag 154. col. 1. & 2. annum quartum Achaz facit primum Osee. & col. 2. rursùm ait, Oseam regnum occupasse 7. annis. Ità Gordonus annô expan. 3251. dicens: Osee nunc fit legitimus princeps, & regnat deinceps annis 9. Ità denique Torniellus an. 3305. num. 1. dicens ad 4. Reg. 17. ℣. 1. & 2. (vbi scilicet habetur *Anno duodecimo Achaz regnauit Osee*, &c.) Hic necessariò debemus intelligere Osee nunc secũdò regnare cœpisse, & magis plenè atq; absolutè, quàm prius fecerat. Nã 9. annis anteà, hoc est, quandò occîdit Phacee filium Romeliæ regem, licet extunc regnare cœpisset, vt dicitur 4. Reg 15. vers. 30. credendum tamen est, ipsum non potuisse tunc plenè sibi subijcere regnum, obsistentibus fortè cognatis, & amicis, seu fautoribus ipsius Phacee ab ipso interfecti, vt sentiunt Lyranus, Abulensis, & alij: vel fortè etiam aliquâ ratione impeditus à Theglathphalasar Assyriorum rege, à cuius posteà filio factus est tributarius.

P. obat. PROBATIONES Huius sententiæ, petendæ sunt à Fundamento difficultatis. Refutatione Sentẽtiarum præcedẽtium: & similibus exẽplis in Amri pro sua parte, ac in Ozia & in Zacharia consimiliter prorsùs.

## XX. DIFFICVLTAS. CIRCA EVNDEM OSEE: Vbinam præcisè regnare cœperit: seu, Quomodò anni regni eius sint cum annis regni Achaz componendi; Consequenter quot annos regnauerit; Et deniquè an vltimus eius censendus sit inceptus vel completus?

§. 85.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. dicit, Osee regnasse tantùm 7. annis completis antè quàm regnauerit pacatè. Proindéque tribuit toti regno eius 16. tantùm annos.

Ità Temporarius, Lib. 2. pag. 154. col. 2. dicens: Osea Elæ filius Phaceam interimit, annô vigesimô Ioatham desinente, vt primus Osee sit quartus finiens Achaz, & regnũ occupat annis 7. Sed fit tributarius regis Assyriorum. Annô verò duodecimò Achaz, excussó iugô, regnô legitimè potitur, annos 9. 4. Reg. 15. 17. Sic ille.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia istô modô. Achaz incœpit decimoseptimô Phacee regis Israël: proindéque etiam aliquatenùs decimoseptimô Joathan, siue qui fuerit, siue qui fuisset si Ioathã tot annis regnasset. Hôc pactô vigesimus Ioathan, qui cum vigesimoprimo Phacee coincidit, erit quartus Achaz. A quarto Achaz, ad duodecimũ eius exclusiuè sumptũ, sunt tãtum 7. anni cõpleti, quãuis cum parte aliqua octaui. Vbi nota, 20. annos Phacee cẽsendos esse completos, itaùt vigesimusprimus eius esset incœptus, quia Ioathã incœperat solùm regnare annô secundô Phacee, atque adeò vigesimus Ioathan, quô Phacee est occisus, erat vigesimusprimus Phacee. Hinc ergò ad duodecimum Achaz exclusiuè, non sunt 8. anni completi.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd à vigesimo Ioathan, siue quarto Achaz, etiam iuxtà sententiam istam sumpto, siue deniquè à vigesimo Phacee completo, vsque ad tempus quó dicitur Osee regnasse annô duodecimô Achaz, rectè reperiri possint 8. anni completi. Cuius ratio est, quòd annus duodecimus Achaz, non sit ibi sumendus exclusiuè prorsùs. Siquidem cùm dicitur Osee regnasse annô duodecimô Achaz, per hoc ostenditur eum regnasse intrà duodecimum illum annum, proindéque partem quãdam anni illius duodecimi iamdùm fuisse transactam. Hôc positô rectè potest intelligi, quomodò ab intrà quartum, ad intrà duodecimum, agi potuerint 8. anni completi.

NEQVE obstabit dicere, vigesimum Phacee completum, subindicare vigesimumprimum eius fuisse cõsequenter incœptum, proindéque primum Osee, qui sequitur illum immediatè, non esse computandum nisi ab illo vigesimoprimo, vel etiam nisi vnô annô post completô.

NAM imprimis, tempus quô vigesimusprimus ille Phacee cogitari potest incœptus, potest etiam cogitari compensatum intrà duodecimum Achaz. Deinde, vigesimusprimus ille Phacee cogitari potest computatus à Scriptura pro parte anni primi Osee, tanquam minor parte non per se computatâ, sed per maiorem per se computandâ absorptâ. Vnde cũ annus quartus Achaz, sic

ſe habet ad annos Phacee, vt participet de vigeſimo & vigeſimoprimo eius: annus primus Oſee ſic poteſt & debet cogitari cœpiſſe in anno quarto Achaz, vt tamē immediatè ſequatur vigeſimum Phacee. Hôc autem pactô rectè reperiuntur 8. anni completi, abindè vſque ad intra duodecimum Achaz, prout facilè conſpicietur in exemplari.

a Sent. II. SENTENTIA. dicit, Oſee regnaſſe 9. annis completis antequàm regnaret pacatè. Proindéque tribuit toti regno eius 18. annos.

Ità ex parte ſētiret Genebrardus, ſi tenuiſſet Oſee regnaſſe ſtatim à morte Phacee, ſic enim ait in Oſee rege Iſrael, ſeu pag. 158. Duodecimò Achaz regnū conſequitur poſt octennem vel nouennē de regno cū familia Phacee dimicationē. Expreſſius autem paulò antè, dicens: Interregnum 9. annorum ex 4. Reg. 15. & 17. omninò hic conſtituendum. & col. 2. Interregnū 9. annorum. Ità autem expreſsiſsò Torniellus anno 3305. nu. 1. dum ſic ait. Nam 9 annis anteà, hoc eſt, quādò occidit Phacee filium Romeliæ regem, licet extunc regnare cœpiſſet, vt dicitur 4. Reg. 15. ℣ſ. 30. credendum tamen eſt, ipſum non potuiſſe tunc plenè ſubiicere ſibi regnum, &c.

Probat. PROBATIONES huius Sententiæ, nullas expreſſas reperire eſt apud ſuos authores. Poſſunt autem indè peti, vel quòd primus annus primi illius regnandi modi, quamuis non in ſe completus, quātumcumque etiam abſorbens vigeſimumprimum Phacee, tamen cenſeri habeat completus in reſpectu ad vigeſimum Ioathan, aut etiam Phacee, vel meliùs ad annos mundi, correſpondētes annis illis: ſi v. g. annus ille primus incipiens intra annum mundi 3305. reſpiciēdo ad Phacee, vel 3306. reſpiciendô ad Ioathan: nihilominus in fine illius anni mundi fuerit pro completo habitus, ad hoc vt eius reliqui poſſent ſimul cum ſequentibus annis mundi computari: vel quod annus nonus illorum Oſee, quamuis etiam in ſe non completus, tamen cēſeatur completus per initia primi ſequentis, quô regnauerit aliô regnādi modô, videlicet intrà duodecimum annum Achaz, ſicque reliqui cenſeantur cumpleti per initia ſuorum ſequentium.

Declarat. DECLARARI poteſt aliquò aliô modô. Demus, etiam ſecundum ſententiam aſſerentem primum Achaz incipere intrà decimumſextum Ioathan, demus, inquā, primum eiuſdem Achaz incipere, v. g. vltimâ die decimiſexti Ioathan, & ſecundùm eius vltimâ decimiſeptimi Ioathan, conſequenter tertium vltimâ decimioctaui, quartum vltimâ deciminoni, & quintum vltimâ vigeſimi. Hôc pactô primus Oſee potuerit incipere vigeſimô Ioathā, etiam intrà quartum Achaz, omni ſcilicet die quæ fuerit ante vltimam vigeſimi. Conſequenter duodecimus Achaz poterit cogitari ſic incidere in annum quendam, qui ſit octauus poſt Phacee, vt tamen concurrerit totus cum quodam nono, & ſic ex hac parte dari videbuntur 8. anni completi, & 9. incepti, etiam iuxtà ſententiam quæ ſtatuet decimumſextum Ioathan ſolummodò inceptum, & Oſee incepiſſe quartò Achaz. Hinc autem conſequenter poſitò decimoſextò Ioathan completô, & primò Achaz decimoſeptimō eius, ſequetur duodecimū Achaz venire in quendam annum nonum à vigeſimo Phacee, & concurrere ferè totum in decimum ab eodem. Hôc pactô primus quô Oſee regnauit pacatè, videri poterit incipere duodecimô illô Achaz, & tamen reperiri 9. completos à vigeſimo Phacee ad primum illum pacatū.

QVOD SI dicas, à quarto Achaz ad intrà duodecimū eius quācunque die ſumantur, impoſſibile eſſe reperiri 9. completos.

RESPONDERI poterit, non reperiri quidem completos in ſe: ſed tamen reperiri poſſe, vel ſaltem cenſeri poſſe completos pro chronologia, in reſpectu ad quoſdam annos fractos, vel alicuius regiminis, vel ipſius mundi.

SI VERO quæras, vbinam ſūmendi ſint anni illi fracti?

RESPONDERI poterit, vel in vigeſimo Ioathan, vel in vigeſimoprimo Phacee, vel in 3305. aut 3306. mundi, prout ſuprà dictum eſt. Quòd vt aliquomodò demōſtretur, reſpiciatur in exemplari ſubiecto inferiùs, & cogitetur primus Oſee non cōmpletus in ſe, ſeu pro completo habitus propter incompletum vigeſimum Ioathan, vel vigeſimumprimum Phacee: tunc incœperit in quarto Achaz: & etiamſi non fuerit in eo completus quoad ſe: tamen cenſeri poterit in eo completus quoad chronologiam, propter vigeſimum Ioathan, vel vigeſimumprimum Phacee incompletum, à Scriptura cum eo coniunctum. Poſthæc cogitetur rurſus ſecundus Oſee incipere etiam in eodem quarto Achaz, & tertius in quinto, ſicque de reliquis conſequenter: tunc inuenietur nonus Oſee incipere in it. Achaz & finire in eius duodecimo. Conſequēter primus Oſee pacatus incipere in duodecimo Achaz, & reliqui conformiter. Idem fieri poteſt proportionaliter in annis mūdi, in reſpectu ad quos primus ille recenſitus fuerit vt completus.

QVOD SI vrgeas. Si primus Oſee incipit in quarto Achaz, non computatur vnus inter quinto, idémque eſt ad annos mundi.

RESPONDERI poterit, hoc non habere in annis ad chronologiā accommodatis: & maximè ad annos alicuius alterius collimatis. Alioqui nulli anni primi cuiuſcumque vel generationis vel regiminis, cōputaren-

tur ab anno cui assignantur, sed computandi essent ab anno solùm sequenti, quod turbaret totam chronologiam. Itaque dici poterit, fieri posse vt vnus annus primus alicuius, etiamsi per paucos menses aut dies durauerit, tamen computetur pro completo in ratione chronologiæ, spectatô aliquô annô, vel mundi, vel alterius cuiuspiam vitæ, vel regiminis. Atque itá cogitandum esse de primo illo Osee: ità vt eô incœptô in anno quarto Achaz, nihilominùs & censeatur côpletus in respectu ad annum mundi currentem: & rursùs secundus eius incipiat eôdem annô quartô Achaz, licet in altero anno mundi. Verùm

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd censere quendam annum pro completo, per respectum ad alium quendam aut collateralem, aut antecedentem, meliùs ad annos mundi correspondentes annis illis, sit hactenùs inauditum, atque in se penitùs incôgruum. Nam alioqui multiplicari possent anni chronologiæ, per omnes primos annos cuiuscumque vel vitæ, vel regiminis, dùm ipsis censitis pro côpletis, sequentes rursùs quantumcumque incôpleti, præsertim autem vltimi, censeri possent similiter vt completi. Censere etiam quẽdam annum pro completo, per initium sequentis, sicque reliquos conformiter, fuerit in superioribus reiectũ. Vidè §.75. Quare statutô semel per hunc Modum quòd initium regni pacati Osee sit assignandùm intrà duodecimum annum Achaz, impossibile est reperiri plus 8. annos completos ab intrà quartum Achaz, proindéque ab intrà vigesimum Ioathan, vel à vigesimo Phacee completo, ad intra duodecimum eiusdem Achaz. Quicquid verò contrà hoc cogitetur, fuerit & gratis confictum, & veræ chronologiæ contrarium. Et propter hęc reijcitur Declaratio Modi istius superius apposita.

3. Sent. III. SENTENTIA. dicit, Osee regnasse tantùm 8. annis completis antequàm regnaret pacatè. Proindéque tribuit toti regno eius 17. tantùm annos.

Ità ex parte sentiret Genebrardus suprà, si tenuisset Osee regnasse statim à morte Phacee, tum videlicet ait: Duodecimò Achaz regnum consequitur post octennem vel nouennem de regno cum familia Phacee dimicationem. Ità autem Gordonus ab anno expanso 3242. ad an. 3251. vbi priori locô sic ait: Osee filius Ela, vnus ex ducibus militiæ, occisô Phaceia filiô Romeliæ vsurpat regnum Israël, annô vigesimô Ioathan regis Iuda, lib. 4. Reg. cap. 15. vers. 30. hoc est, annô quartô Achaz, &c. & posteriori. Osee filius Ela nunc fit legitimus rex Israël, annô regis Achaz duodecimô. Et regnat deinceps annis 9. &c. & in serie reponit annos tantũ 8.

Vbi tamen aduertendum est, Gordonum videri non satis certum esse de sua hac sententia, dùm posteà sub an. 3254. hæc ait: Exit annus 16. reg. Achaz. Et incipit regnare Ezechias filius, in Iuda, completô tertiô annô, legitimi regni Osee, seu quartô inchoato, vt ait Iosephus lib. 9. Antiq. c. 4. Et quamuis subdat: At tertius annus ponitur 4. Reg. 18. vers. 1. tamen nullibi difficultatem illam soluit. Verùm de illa §. sequenti, quandò tractabitur de Ezechia. Primo sit, quod iuxtà Gordonum, non videatur certum Osee cœpisse regnare pacatè, annô duodecimô Achaz, sed decimotertiô. Hôc autem pactô, reperirentur optimè 9. anni pro primo regnandi modo Osee: quibus additi 9. alij, fierent 18.

Probat. PROBATIONEM Huius Sententiæ non est aliam exquirere, quàm quæ tacta fuit sub Refutatione prima. Nã positô quòd Osee regnare cœperit ab anno quarto Achaz, iterúmque ab anno seu abintrà annum duodecimum eiusdem Achaz, non possunt inter vtrumque regnandi modum intercedere plus quam 8. anni completi.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM, afferri posset illa difficultas, quam insolutam Gordonus reliquit, de initio secundi modi regnãdi Osee, quônam propriè annô Achaz incœperit. Sed quoniam illa pẽdet ab alia difficultate graui de annis Ezechiæ præsertim ad hunc Osee comparatis, propterea remittenda videtur ad §. sequentem, in quo plenius de Ezechia tractabitur. Interim tamen

4. & probabilior: Sent. Osee regnat 19 annos. IV. SENTENTIA esse potest, & probabilior, Osee regnasse 10. annis antequàm regnaret pacatè. Proindéque tribuendos esse toti regno eius 19. annos.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, tota pendet à difficultate sequenti, sub qua probabilius ostendetur, annos 9. quibus Osee secundo regnauit, incipiendos esse non ab anno duodecimo Achaz, sed ab eius decimoquarto. Hôc autem pactô, tribuendos esse primo eius regnandi modo 10. annos, facillimum est computanti: manifestum erit in exemplari. His ita positis

QVÆRITVR. Vtrùm anni 9. Osee, quibus regnauit pacatè, fuerint, aut censendi sint, incœpti, vel completi.

RESPONDETVR. Eos fuisse quidem in se tantum incœptos: sed tamen non repugnare censendos esse pro chronologia completos. Quòd enim fuerint in se tantùm incœpti, habere est ex 4 Reg. 7. vers. 6. & 18. vers. 10. & regula generali tradita iam ab initio huius libri §.10. Nã sic dicitur 4. Reg. 7. vers. 6. *Anno nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israël in Assyrios.* & cap. 18. vers. 10. *Anno sexto Ezechiæ, id est, nono Osee capta est Samaria.* Re-

gula vero generali quam notauimus [illegible] huius [illegible] vt quandocumque [illegible] aliquid [illegible] vel [illegible] inceptus [illegible] in se [illegible] inceptus. Quod [illegible] a compl[illegible]-

tum, inde patet, quia [illegible] vltimus, cui nullus succedat [illegible] nullus obstans, quin pro comp[illegible] [illegible]it. Et quoniam hoc requiritur ad faciendum numerum annorum, quibus re[illegible] stetit, quadratum propterea vl[illegible] annum pro completo computabimus.

## XXI. DIFFICVLTAS. CIRCA EZECHIAM REgem Iuda: Vbinam incipiant anni regni eius 29. Et quomodo [illegible] cum annis regni Achaz & Osee componendi? & consequenter an regnauerit cum patre, vel non? Et an vltimus Achaz censendus sit inceptus vel completus? Et deniquein quem annum regni Achaz incipiant 9. anni Osee per Scripturam memorati?

§ 8[illegible]

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS [illegible] R[illegible] 17. [illegible] *In[illegible]* [illegible] ca[illegible] *Anno* [illegible] *filius* [illegible] *Ezechias*. Per h[illegible] quod anni E[illegible] Achaz [illegible] per plures annos [illegible] primo Osee [illegible] tertio [illegible] Achaz [illegible] in de[illegible] eundem Achaz qui [illegible] annos [illegible] Ezechias [illegible] tertio Osee [illegible] incep[illegible] annos A[illegible] [illegible] Al[illegible] [illegible] *D*[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]

I. SENTENTIA CA[illegible]TATIS [illegible] esse [illegible] Achaz.

[illegible] Salian[illegible] C[illegible]

Probat. PROBATI [illegible] Re[illegible] [illegible] *[illegible]* [illegible]

[illegible] prim[illegible] in [illegible]decimo Achaz, & [illegible] tertio Osee, cum Achab regnauerit 16 annos, [illegible] est a 12. ad 16. esse plus 3 a[illegible] [illegible] Ezechiam [illegible] Osee [illegible] Achaz.

Confirm. CONFIRMATVR [illegible] [illegible] reges [illegible] vel cum [illegible] patre [illegible] Atqui [illegible] & 2 Par. 28. [illegible] bel[illegible] quod Phacee rex Israël, & Rasin rex Syriae [illegible] Achaz. Est ergo credibile [illegible] designasse Ezechiam filium [illegible] regno, v[illegible] [illegible] forsitan ipse [illegible] autem ab[illegible] [illegible] regni eius. Por[illegible] [illegible] esse du[illegible]

I. Modus. I. MODVS, est quorundam ex praedictis authoribus, volentium vt primus annus Ezechiae incipiat ab in[illegible] decimum [illegible] Achaz.

Probat. [illegible]ATIO Modi huius debet es[illegible] primus annorum 9. Osee per Scri[illegible] memoratorum, [illegible] annus duodecimo Achaz [illegible] cogitari potest assigna[illegible] anno duodecimo Achaz, vt totus [illegible] eo, consequen[illegible] [illegible] aut fere totus cum [illegible] & [illegible] aut fere to[illegible] [illegible] certe si non co[illegible] [illegible] totus ille primus [illegible] [illegible] decimo Achaz, sed fortasse [illegible] conformi [illegible]

primus Ezechiæ concurrat [illegible] aut [illegible] Osee cui assignatur [illegible] quæ semper incipit in decimoquarto Achaz.

Iuxta hunc Modum, indifferens est, vtrum [illegible] anno [illegible] 16. Achaz fuerit incœptus tantum, an completus. Quia tunc [illegible] [illegible] eum non solùm nō [illegible] in ea computandus; sed neque decimusquintus, neque decimusquintus [illegible]; aut si [illegible] in ea computandus, computandi non [illegible] anni priores Ezechiæ posterioribus Achaz [illegible] ponentes. Sic igitur componendi erunt anni regum istorum, vt primus 9. Osee per [illegible] ipsum annumeratorum incipiat [illegible] intra decimumquintum Achaz, & [illegible] consequenter intra decimumquintum eiusdem Achaz primus 29. Ezechiæ incipiat intra decimumquintum Achaz, & conformiter [illegible], consequenter Ezechias incœperit regnare cum patre per aliquos suos annos à Scriptura summatos.

S[illegible]IAS contrà hunc Modum, id quod [illegible] tota [illegible] Tornellus an. 3[illegible]8. num. 1. fin. non posse [illegible] Ezechiam regnare cœpisse ante obitum patris, ipso forsan Achaz tunc ægrotante; quia oppositum colligi potest [illegible] Par. 29. vers. 3. *Ipse anno & mense [illegible] aperuit valuas domus Domini [illegible]* [illegible] procul dubio inquit Tornellus, [illegible] fecisset ausus, si tunc [illegible] pater eius qui eas clauserat, [illegible] cap. 2[illegible] vers. 20.

R[illegible]NDERI potest, [illegible] regnare E[illegible] vivente [illegible], nempe [illegible] ægrotante, vel [illegible] bus prostrato, [illegible] notatum [illegible].

VERVM, [illegible] fuit [illegible], probabilius esse contrarium.

Reicitur. CONTRA hunc Modum facit vel facere probabi[illegible] dicit, quod annos chronologicos, hic per Scripturam summatos, aut in A[illegible], aut in Ezechia plurimos minuat, absque [illegible] ante proindéq; destruat Regulas generales iam stabilitas §. 66. Quod maximè vitandum est supp[illegible] hanc [illegible] posse con[illegible] præsertim non [illegible] modis aliis quibus iam in Scriptura sacra [illegible] tentis.

Modus 2. II. MODVS esse potest, vt primus annus Ezechiæ incipiat ab initio decimumquintum Achaz.

Probat. PROBATIO [illegible] Osee [illegible] & [illegible] Achaz [illegible] [illegible] &

A [illegible] decimoquarto, [illegible] tertius cum [illegible] decimoquin[illegible] a F[illegible] primus [illegible] annus [illegible] autem [illegible] ratio [illegible] potest, quod [illegible] [illegible] obstat, [illegible] ab [illegible] a fine annorum illorum [illegible] fuit colliganitur. Sic igitur primus [illegible] in fi[illegible] Osee [illegible] A[illegible]

Iuxta hunc Modum, [illegible] vel completus [illegible] anno [illegible] 16. Achaz [illegible] incœptus tantum, an completus, [illegible] tamen [illegible] Par [illegible] vers. 3. *I[illegible] anno & [illegible] aperuit [illegible] mus Domini, & [illegible]* [illegible] quæ [illegible] euenisse mortem [illegible] pro[illegible] necesse est dicere decimumsextum Achaz non [illegible] annum [illegible] esse [illegible] Osee [illegible] mens[illegible]um [illegible] finem eius [illegible] numeretur [illegible] Achaz eiam circà finem [illegible], primus Ezechiæ incipiat a fine tertij Osee, [illegible] a fine decimiquinti Achaz, & [illegible] cum sequenti [illegible] ex parte sua [illegible] Achaz [illegible] pto, ex [illegible] sua parte [illegible] post [illegible] Achaz [illegible] At [illegible]

C [illegible]

S[illegible]AS contra hunc Modum. [illegible] verba 2. Par. 29 vers. *Ipse anno & mense primo [illegible] aperuit valuas domus Domini* [illegible] quæ [illegible] esse per E[illegible] facta post mortem p[illegible].

RESPON[illegible] potest, [illegible] ver[illegible] hinc Anno primo regni [illegible] anni [illegible]. Nam p[illegible] insolitæ Scripturæ [illegible] prout [illegible] §. 75. [illegible] de verbis illis 4. Reg. 8. vers. [illegible] *Anno [illegible] Ioram filij [illegible] Iudæ, &c.* [illegible] sunt [illegible] neque [illegible] propterea

R[illegible] E[illegible] & [illegible] a[illegible] A[illegible] pæ[illegible] Quo pacto eodem anno [illegible] Achaz, non facit p[illegible] regnum, [illegible]

CONTRA

[Rejicitur.] CONTRA HVNC MODVM Facit, vel facere probabiliter potest dici, quòd annum vltimum Achaz vult inceptum tantùm, & per paucos adeo dies: siue, annum primum Ezechiæ confundit in vnum cum illo vltimo Achaz, cuius tamen rei non habeatur in Scriptura vestigium, quo nimirum significetur eum in se non fuisse completum, sicut significatum fuit suis locis de annis vltimis Abia & Asa regum Iuda. Vnde pugnat hic modus absq; necessitate cogente cum Regulis generalibus stabilitis §. 66. circa chronologiam regum Iuda, per quas, & per reliquum difficultatum, patuit nullum annum eximendum esse ab annis regum Iuda, nisi quando constiterit ex Scriptura, quendam eorum non fuisse in se completum, sed intrinsecè tantùm inceptum. Hoc enim adeo fuit necessarium, vt absque ipso nunquam rectè potuissent conciliari sortes vtriusque regni Iuda & Israel, à Roboam & Ieroboam, ad Athaliam & Iehu. Ex quo consequens est idem esse seruandum in sequentibus, si menti Scripturæ stare velimus. Atque ità

[Rejicitur tota Sententia.] CONTRA TOTAM SENTENTIAM Facit, quòd annos chronologicos regum Iuda, vel plures, vel vnum, minuat, deficiatque à Regulis generalibus §. 66. absque necessitate cogente. Supponitur aliam posse reperiri Scripturæ conciliationem, præsertim non difformem modis aliquibus in Scriptura iam visis, prout monitum est sub Refutatione Modi præcedentis.

[2. & probabilior Sent. Annos 29. Ezech. incipi post mortem Achaz] II. SENTENTIA CAPITALIS & probabilior, dicit, Annos 29. Ezechiæ incipiendos esse post mortem Achaz, adeoq; post 16. annos eius.

Ità Iosephus Lib. 9. Antiq. cap. 4. Genebrardus in Ezechia, & Osee Gordonus annô expansô 3254. & Tornielius an. 33[illegible]8. ac præsertim in tabulis.

[Probat.] PROBARI potest hæc Sententia ex 4. Reg. 16. vers. vlt. & 2. Par. 28. vers. vlt. *Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.* Item, ex 2. Par. 29. vers. 3. *Ipse anno & mense primo regni sui, aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas,* vers. 4. *adduxitque sacerdotes & Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem.* vers. 5. *Dixitque ad eos. Audite me Leuitæ & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario,* & reliqua per totum illud ac sequentia capita, quæ non solùm narrantur post narratam mortem Achaz, sed etiam probabilius omnino fuerunt facta post eandem mortem Achaz, prout iam notatum est §. 84. Porrò Modus istius Sententiæ potest esse triplex.

[1. Modus.] I. MODVS, est Tornielli, non quidem Sententiam suam probantis, aut Scripturam sacram exponentis, sed tamen sic vtramque tradentis, vt imprimis velit, annum primum 9. Osee per Scripturam memoratorum, tanquàm assignatum per eam anno duodecimo Achaz propriè & intrinsecè sumpto, incipere etiam propriè & intrinsecè intrà duodecimum illum annum Achaz. Deindè, annum tertium Osee, quô dicitur Ezechias regnasse, sumendum etiam esse propriè & intrinsecè, vt intrà ipsum cœperit intrinsecè primus ex 29. Ezechiæ. Quibus positis sequatur annum decimumsextum Achaz non fuisse in se, adeóq; nec censendum esse, completum. Ex his autem, annos istorum regum ità componat, vt Ezechias regnare cœperit, non cum patre, sed post patrem: adeòque post annum eius decimumsextum, at decimumsextum neq; in se, neque pro chronologia cōpletum: proindè sic incœperit annô tertiô Osee, vt iste tertius annus Osee computatus à duodecimo Achaz, veniat per aliquam sui partem nimirum per suum finem, post illum decimumsextum Achaz non completum.

[Rejicitur 1.] CONTRA HVNC MODVM Facit, I. & omninò, quòd positis iis quæ Tornielus posuit, nēpe Osee incepisse primum sui annum, quô pacatè regnauit annô duodecimô Achaz propriè dictô, id est, intrà duodecimum eius annum, impossibile sit tertium annum Osee venire per aliquid sui post annum decimumsextum Achaz quantumcumque incompletum. Ostenditur. Cœperit primus Osee intra annum duodecimum Achaz, etiam verò ad vltimā diem productū: necesse est eum fuisse finitum antè finitum decimumtertium Achaz. Consequenter necesse est secundum Osee incepisse intrà decimumtertium Achaz ad plùs vltimâ eius die, & fuisse [illegible]um antè finitū decimumquartum Achaz. Consequenter necesse est tertium Osee incepisse intrà decimūquartū Achaz ad plus vltimâ eius die, & fuisse finitum antè finem decimumquintum eiusdem Achaz. Hinc porrò manifestum est tertium Osee non potuisse intrare in decimumsextum Achaz, ne per vnam diem solùm. Ergo primus Ezechiæ, qui dicitur incœpisse intrà tertium Osee, non potuit venire post decimumsextum Achaz, etiam per vnam diem incompletum. Et propterea Tornielus in tabulis suis turbare cogitur verum ordinem annorum adinuicem componendorum.

VIDIT aliquomodo difficultates istas Tornielus an. 3308. initiô, vbi postquam dixit hæc: Annô tertiô Osee filij Ela regis Israël credimus decessisse Achaz regem Iuda siquidem hôc annô regnare pro eo cœpisse Ezechiam filium eius, expressè habemus 4. Reg. 8. vers. 1. & idem indicatum fuerat in calce capitis 16. obiicit sibi: Nec obstat quòd

Achaz dicitur regnasse annos 16. iste autem sit annus regni eius decimusquintus, vt conspicitur in tabulis. Soluit: Quia primus annus regni Achaz, licet pro maiori parte concurrat cum anno regni Phacee decimooctauo: attamen participat etiam aliquid de decimoseptimo qui erat vltimus regni Ioatham patris sui, quemadmodum in eisdem tabulis annotatum inuenies. & infrà. Vnde quod diximus Ezechiam regnare cepisse annô regni Osee tertiô, debet intelligi circà finem anni: ità vt primus annus regni Ezechiæ fere totus concurrat cum quarto regni Osee. Hæc ille.

VERVM, nullomodò difficultatem soluit, propter sedes annorum assignatas à Scriptura. Nam vbicumque collocet ut primus Achaz: quantumcumque etiam dicatur participare de vltimo Ioatham, impertinens est ad præsentem quæstionem; cùm quæstio sit hæc: Si primus Osee incipit in duodecimo Achaz, & primus Ezechiæ in tertio Osee: eùm 3. anni qui tantum incipiant intrà 12. finiant prorsùs intra 15. qui modò fieri potest, vt quidam annus incipiat intra 3. illos, adeòque intra decimumquintum, & tamen non participet de decimosexto. Breuiùs, & clarius: Quomodò fieri potest, vt primus Ezechiæ veniens in tertium Osee, qui tertius Osee finit in decimum quintum Achaz, consequenter primus ille Ezechiæ participans de illo decimoquinto Achaz, non participet de decimosexto Achaz cum sequente?

2\. FACIT II. Quòd annum decimumsextum Achaz faciat tantum incœptum: quod fuit sub præcedenti Sententia reiectum.

2\. Modus II. MODVS est Iosephi, & Gordoni, pariter quidem volentium, annum primum 9. Osee per Scripturam memoratorum, tanquam assignatum per eam anno duodecimo Achaz propriè & intrinsecè sumpto, incipere etiam propriè & intrinsecè intra duodecimum illum annum Achaz: sed tamen annum tertium Osee quo dicitur Ezechias regnasse non esse sumendum propriè & intrinsecè de tertio Osee, sed de eo completo, siue de quarto incœpto: proindéque primum Ezechiæ, non incœpisse intra tertium illum Osee propriè & intrinsecè sed impropriè & extrinsecè sumptum, id est intra quartum eius propriè dictum. Et Gordonus quidem sic ait: Exit annus decimussextus regis Achaz & incipit regnare Ezechias filius in Iuda, completô tertiô annô legitimi regni Osee, seu quartô inchoatô, vt ait Iosephus 9. Ant c. 4. Similé. Qui tamen posteà subdit: At tertius annus ponitur 4. Reg. 18. vers. 1. Nullibi tamen difficultatem illam soluit: supponens forte notum esse debere ex prioribus suis dictis, tertium illum annum qui ponitur 4. Reg. 18. esse istô modò exponendum. Proinde iuxta hunc Modum annus decimussextus Achaz intelligendus est in se completus; sicque anni Ezechiæ componendi cum aliis, vt regnauerit, non cum patre, sed post patrem, & annô Osee ex 9. à Scriptura memoratis quartô, qui veniat secundum aliquam sui partem, post annum decimumsextum Achaz in se completum.

Reijcitur. 1. CONTRA HVNC MODVM Facit, I. Et omnino, quod positis similiter ijs, quæ posuerunt authores isti, nempè Osee incœpisse primum sui annum, quô pacatè regnauit, annô duodecimô Achaz propriè dictô, id est, intrà duodecimum eius annum, impossibile est quartum annum Osee venire per aliquid sui post decimumsextum Achaz completum. Ostenditur. Cœperit primus Osee intrà annum duodecimum Achaz, etiam verò ad vltimam diem productum, necesse est eum fuisse finitum antè finitum decimumtertium Achaz. Consequenter necesse est secundum Osee incœpisse intra decimumtertium Achaz, ad plùs vltimâ eius die, & fuisse finitum antè finitum decimumquartum Achaz. Consequenter necesse est tertium Osee incœpisse intrà decimumquartum Achaz, ad plùs vltimâ eius die, & fuisse finitum antè finitum decimumquintum Achaz. Consequenter denique necesse est quartum Osee incœpisse intrà decimumquintum Achaz, & fuisse finitum ante finitum decimumsextum Achaz. Hôc pactô manifestum est, quartum Osee non potuisse venire secundum aliquam sui partem post decimumsextum Achaz, ne per vnum diem solum: adeoque primum Ezechiæ non potuisse incipere intra quartum illum Osee, post decimumsextum Achaz completum.

FACIT II. vel facere probabiliter potest dici quòd expositio hæc annorum, quibus aliquid euenit, de completis, & non de incœptis tantum, hucusque non fuerit per Scripturam recepta: quicquid contrarium censuerint aliqui de sexcentesimo & sexcentesimoprimo annis vitæ Noë: sententiâque in plurimis Tostatus, quandò premunt ipsum difficultates ait, quæ Vide quæ diximus §. 1. & §. 66. Et quamuis non repugnet ex se hunc tenorem loquendi quibusdam locis: tamen quia nec à similibus vsque fuit in vsu, nec est modus vsitatus tam in Scriptura sacris, quàm in negotiis politicis, sed ad plus in locutionibus scholasticis, ita cum modestate verborum, & de quo Scriptura possit aliter concipiari, secundum etiam aliquos modo sibi iam vsitatos: proptereà non videtur ille sensus admittendus hîc magis, quam in præcedentibus.

Confirm. 1. Refut. 1. CONFIRMATVR hæc Refutatio, 1. Nam

... poterant multa, ne dicam omnia ... sic exponi; quæ tamen vel totam chronologiam turbassent, vel pro libito magis quam ex ratione propria, vni loco potius quàm alteri coaptata fuissent.

CONFIRMATVR II. Nam in speciali poterat annus duodecimus Achaz quô dicitur Osee regnasse, exponi de duodecimo completo, siue de ... tertio inceepto. Hôc autem pactô, vel tertius non fuisset sic exponendus, & hoc absque ratione, sed tantùm pro libito: vel vterque fuisset sic exponendus.

QVOD SI dicas. Positô quod vterque fuerat sic exponendus, nonne rectè conciliabitur tota difficultas?

RESPONDEBITVR. Conciliari quidem. Sed tunc fieri gratis & ad libitum, non autem ex ratione speciali, siue ex Scripturæ vestigio. Dicere vero conciliationem Scripturæ sic exigere, non recipitur hôc locô, sicut nec in superioribus plurimis; quoniam habentur in ea modi alij, non autem iste modus eam sic explicandi.

3. Modus, & probabilior An. 1. Osee incipiunt anno 14. Achaz. III. MODVS esse potest, & probabilior, vt primus annus ex 9. Osee per Scripturam memoratis, seu quibus regnarit pacatè, non incipiat annô duodecimô siue propriè siue impropriè dictô Achaz, sed aliquô aliô, nimirùm annô eius decimoquartô.

Probat. PROBARI potest hic Modus ex eo quòd positis omnibus annis Achaz & Ezechiæ per Scripturam summatis, tanquàm verè Chronologicis, iuxtà Regulas generales stabilitas §. 66. necnon vbiq; seruatas in sequentibus, vel positis Refutationibus tùm ptimæ Sententiæ, tùm priorum Modorum illius secundæ, impossibile sit annos 9. Osee suum Initium sumere intrà duodecimum annum Achaz, incongruum quoque sit eum exponere de duodecimo completo, sicut & tertium Osee de tertio completo. Consequenter necesse sit recurrere ad talem expositionem illius loci, 4. Reg. 17. vers. 1. *Anno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israël nouem annis*, quæ disiungat sensum istorum verborum *nouem annis*; ab immediata consecutione præcedentiū, dicâtque subintelligendum aut supplendum esse, & regnauit 9. annis, sed aliùde quàm ab illo duodecimo desumendis, nimirùm à decimoquarto Achaz.

1. Confirm. CONFIRMARI potest I. A similiiam in Scriptura viso, de Ioas filio Ioachaz regis Israel, de quo cùm dictum fuit 4. Reg. 13. vers. 10. *Anno trigesimoseptimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria, 16. annis*, ista verba, 16. *annis*, disiuncta fuerunt a præcedentibus, hôc sensu, *& regnauit 16. annis*, sed aliunde quàm à trigesimoseptimo Ioas regis Iuda desumendis, nimirum duobus aut tribus annis post. Vide §. 79.

2. Confirm. CONFIRMARI potest II. A quodam simili, dissimili quidem quantum ad materiam, simili tamen quantum ad consequentiam, videlicet, cùm dictum fuit 3. Reg. 16. vers. 23. *Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit Amri super Israël, duodecim annis*, ostensum fuit illa verba, *duodecim annis*, non esse quoad sensum coniungenda cum præcedentibus, sed aliò referenda, nempè ad annum Asæ vigesimumseptimum. Itaque si quandoque regnum aliquod assignatur cuidam anno alterius regis, & tamen anni chronologici, seu per Scripturam summati, quâuis eidem anno quoad verba coniuncti, nihilominus sunt ab antè annum illum quendam alterius regis computandi: cur non regnum Osee pacatum assignatum fuerit anno duodecimo Achaz, & tamen 9. eius anni per Scripturam summati, quamuis eidem anno quoad verba coniuncti, nihilominùs sint à post annum illum duodecimum computandi?

3. Confirm. CONFIRMARI potest III. A quodam simili quod extitisset, si prioribus verbis similibus summa quædam annorum apposita fuisset. Nimirùm quādo dictū fuit 4. Reg. 9. vers. 29. *Anno vndecimo Ioram filij Achab, regnauit Ochosias super Iudam*. & tamen cap. 8. vers. 25. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israël, regnauit Ochosias filius Ioram regis Iuda*: vers. 26. *viginti duorum annorum erat Ochosias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem*. Si priori, inquam, locô repositus fuisset annus ille vnus: certissimum esset (iuxtà nostra principia corruptiones textuum semper auersantia) annū illum vnum ibi non fore coniungendum quoad sensum, cum anno vndecimo Ioram filij Achab: sicut neque posteriori coniungēdum esse cum viginti duobus annis quibus regnasse dicitur, constat ex 2. Par. 22. vbi dicitur vers. 2. *Quadraginta duorum annorum erat Ochosias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem*, quamuis sit eadem phrasis; sed referendum esse ad aliquod tempus posterum, videlicet ad duodecimum annum eiusdem Ioram filij Achab, qui profertur eôdem posteriori locô. Vide §. 76. & 77. Deniquè

4. Confirm. CONFIRMARI potest IV. A regnis filiorum assignatis temporibus patrum, quorum tamen anni chronologici, seu per Scripturam summati, quamuis iisdem temporibus patrum quoad verba coniuncti, nihilominus non sunt, nec vsquam in anterioribus apud veriores chronologos fuerunt cōputati, nisi post mortem patrum. His nempè modis & exemplis ritè spectatis, non est difforme, conforme potius & magis secundùm

visitatum Scripturæ modum, annos omnes Achaz computari completos, ideòque tertium Osee propriè dictum, quò cœpit Ezechias, venire per aliquam sui partem post 16. illos Achaz quod cùm sit incōpatibile cum assignatione primi 9. annorū Osee per Scripturam memoratorum, anno duodecimo Achaz propriè dicto, consequens sit eum esse assignādum alteri eius anno, videlicet, anno decimoquarto Et per hæc patet Responsio ad Fundamentum Difficultatis.

Ad Fundam. Diffic.

QVOD SI dicas, Expositionē eiusmodi videri duram: aliam verò, quæ annum duodecimum Achaz, quò regnauerit Osee, & tertium Osee, quo regnauerit Ezechias, intelligit de completis, videri magis cōmmodam.

RESPONDEBITVR. Expositionem non deberi dici duram, vel non ideò non esse recipiendam, quādò similes iam habet in Scriptura, similes verò non habet alia. Nam alioqui longè sunt duriores visæ in ea, quas vel receperunt omnes aut plures authores, vel recipere debuerūt, propter Scripturā non aliter aut cōmodius explicandam: quod & nos iam monuimus §. 43. super Difficultate de annis, quibus filij Israel manserunt in Ægypto.

QVÆRES I. Annon dici possit, Ezechiam regnasse cum patre, & post patrem: & priori modò sumi debere cùm dicitur regnasse *anno tertio Osee*: posteriori verò, cum dicitur regnasse 29. *annis*; item priori modò cum dicitur 4. Reg. 18. vers. 2. *Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset*, & 2. Par. 29. ẏ. 1. *Igitur Ezechias regnare cœpit, cum viginti quinque esset annorum*: posteriori verò, cùm dicitur vtrobique, *& viginti nouem annis regnauit in Ierusalem*?

RESPONDETVR. Ostensum iam fuisse fusè §. 84. Ezechiā non regnasse cum patre, præsertim ex illis verbis 2. Par. 28. fin. *Dormiuitque Achaz*, &c. *Regnauitque Ezechias filius eius pro eo*. cap. 29. vers. 1. *Igitur Ezechias regnare cœpit cum viginti quinq; esset annorū*, &c. vbi nēpe variatur phrasis, nec dicitur, viginti quinq; annorū erat cùm regnare cœpisset, ad hoc vt hęc eadem habita 4. Reg. 18. ẏ. 2. *Viginti quinq; annorū erat cum regnare cœpisset*, intelligi non debeant eò sensu quò quædā in superioribus similia. Speciatim autem obstat quominus illa verba 4. Reg. 18. vers. 1. *Anno tertio Osee regnauit Ezechias*, sumātur de regno cum patre, quòd ibidem 4. Reg. 18. vers. 9. *Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat septimus Osee*, &c. ascendit Salmanasar, &c. & ẏ. 10. *Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Osee*, &c. *capta est Samaria*, & vers. 13. *Anno quartodecimo Ezechiæ ascendit Sennacherib*, &c. Hæ numerationes, continuationes, & colligationes annorum vtriusque, præsertim autem Ezechiæ, manifestè significant, ibi fieri mētionem annorū vtriusque, & præsertim Ezechiæ, chronologicorum. Huiusmodi autem nūquàm incipiunt cum patribus.

QVÆRES II. Quomodo concilianda sint istæc loca 4. Reg. 18. a vers. 1. *Anno quarto Ezechiæ, qui erat septimus Osee*, &c. *ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samaria, & oppugnauit eam*, vers. 10. *& cœpit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est, nono Osee, capta est Samaria*: quæres inquam, si quartò Ezechiæ, & septimò Osee, & si sextò Ezechiæ, & nonò Osee, quomodo possit dici *post 3. annos* (obsidionis): cum à quarto ad sextum, & à septimo ad nonum, non sint 3. anni finiti?

RESPONDETVR. Vel 3. illos obsidionis annos intelligi debere non cōpletos, sed tantum incompletos: quò pactò à quarto ad sextū, & à septimo ad nonum, possunt reperiri 3. anni; vel illa verba, *post annos* 3. non esse exponenda de annis obsidionis, sed de tempore, quò Salmanazar egressus est de Assyria, vt aggrederetur illam obsidionem: cui simile videbitur infrà in Nabuchodonosor ex 2. Par. 32. vers. 1. & 4. Reg. 18. vers. 17. & in Nabusardan ex 4. Reg. 25. vers. 8. & Ierem. 52. vers. 12. sed & in Sennacherib. §. 88.

QVÆRES III. Quomodò quartus Ezechiæ sit septimus Osee; cum dictum fuerit primum Ezechiæ esse tertium Osee; consequenter quomodo sextus Ezechiæ sit nonus Osee? Nam si primus Ezechiæ respondet tertio Osee, secundus Ezechiæ respondebit quarto Osee: & sic deinceps tertius quinto, quartus sexto, quintus septimo, sextus octauo, & septimus nono.

RESPONDETVR. Quia ex dictis, primus Ezechiæ sic incipit tertiò Osee, vt tamen intret, imò ferè totus concurrat, in quartum Osee: & ità deinceps secundus in quintum, tertius in sextum, quartus in septimum, quintus in octauum, & sextus in nonum. Sic ergò dici potuit, Ezechiæ quartum, esse septimum Osee.

CÆTERVM, antequam exemplar subiiciamus, visum est aliquid annotare de discordia authorum circa annorū summam quā stetit regnum Israel: & aliquam adderes omnes obiectionem, petitam ex Isaia, dissoluere.

## COLLECTIO ANNORVM REGNI ISRAEL, tàm secundùm varios authores, quàm secundùm rei veritatem.

§. 87.

IOSEPHVS 9. Antiquitatum vltimò, tribuit regno Israël annos 240. Eusebius in Chron. 250. Torniellus 254. & in fine quintæ ætatis 255. nimirùm siue incœptos, siue completos. Genebrardus sub Ezechia, & in fine historiæ regũ Israel, 258. Sed dicere debuit 260. Nam tot reperiuntur iuxtà computum ipsius in annis regum Iuda, ad quos contendit adaptandos esse annos regum Israel, numerando à primo Roboam ad sextũ Ezechiæ, ideóque debuit tribuere Osee regi Israël plus quàm 18. annos: sed vel 19. vel etiam 20. Nos autem iuxtà computum nostrum & rei veritatẽ, quantum in his haberi potest historica fides ex Scriptura, putamus tribuendos esse regno Israël annos completos, vsq; ad 9. annos Osee per Scripturam memoratos, vel aliàs totos eius 19. inclusiue sumptos, 270.

*Isa 7 à vers. 1. exponitur.*

OBIICITVR contrà has aliásque omnes computationes, Locus Isa 7. à vers. 1. *Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, ascẽdit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalem, ad præliandum contrà eam*, &c. vers. 7. *Hæc dicit Dominus Deus: Non stabit, & non erit istud:* vers. 8. *Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus*: Vbi sub nomine, *Ephraim*, prædicitur interitus populi Israël tici necnon Samariæ quæ erat Metropolis regni eius, futurus post 65. annos. Nam vers. seq. siue 9. *& caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ.* Et Chald. pro Ephraim vertit *regnum domus Israël.* Et pleniùs videre est Amos 5. fin. & 6. totô, de quo dicetur mox. Vide etiam Isa. 9. à vers. 8. Hos autem 65. annos impossibile est inueniri à diebus Achaz, quibus vaticinatur Isaias. Neque enim à primo Achaz, ad destructionem regni Israel, sunt anni suprà 22. Et propterea

Missum facimus Pagninum, intelligentem particulam, *adhuc*, de temporibus posterioribus, & addentem ei ad ingerendum istum sensum, *remanent*. Hoc enim est reddere prophetiam falsam, proindéque addere ad Scripturam.

*1. Exposit.*

I. RESPONSIO, est Hebræorum, S. Hieronymi, Lyrani, & Hectoris Pinti, in Is. 7. Massæi lib. 6. pag. 54. sin fine sub Ezechia. Gordoni an. expan. 3240. & Tornielli 3248. num. 1. & 3314. num. 1. Annos illos 65. numerandos esse à vaticinio Amos facto in diebus Oziæ, ad quod respexerit Isaias: & computandos ab anno vigesimotertio, vigesimoquarto, vel vigesimoquinto, regis Oziæ. Quod Torniellus priori locô sic exponit: Ac si Isaias dicere voluisset, non erit nunc quod cogitant Syri, & Israelitæ, aduersus Iudam, vt scilicet destruant eum: quin potiùs ipsi Israëlitæ priùs destruendi sunt, quia adhuc inconcussa manet diuina præordinatio destruẽdi Israeliticum populum post 65. annos, ex quo eius interitum prænuntiauit Amos: qui anni adhuc non sunt impleti.

*2. Exposit.*

II. RESPONSIO, est etiam S. Hieronymi, & Lyrani, ibidem: necnon Gordoni locô citatô, & annô expans. 3222 Isaiam Prophetam vaticinari cœpisse de his 65. annis temporibus Oziæ: & eos hic memorare, tanquàm à se longe antè prædictos. Et quidem Isaiam vaticinatum fuisse à temporibus Oziæ, patet cap. 1. vers. 1. & cap. 6. vers. 1. Sicut ergò vaticinatus est à temporibus Oziæ: ità potuit à temporibus eiusdem prædicere 65. annos, post quos destruendum erat regnum Israeliticum: & hîc annos illos ita memorare, vt computandos intelligi voluerit à temporibus Oziæ, quibus de illis fuerat vaticinatus.

*Confirm.*

CONFIRMARI possunt istæ Responsiones à Translat. Sept. Interpretum, & Paraphasi Chaldaica, iunctis phrasibus similibus in Scriptura sacra sæpe visis, per quas non significatur aliquid duraturum per totum numerum summatum, sed tantùm intrà illum de quibus consule §. 43. sub 6. Sent. Nam Sept. Interpretes habent: *Sed in sexagintaquinque annis deficiet regnum Ephraim à populo.* Et Chald. *Et in fine sexaginta & quinque annorum, cessabit regnum domus Israël.* Ex quibus recentiores inferunt sensum esse, 65. illos annos iamdiù prædictos, iamdiù quoque incœptos & in fluxu esse, nondùmque adhuc effluxisse, vt illa vox *adhuc*, quæ habetur in Vulg. & Hebr. iuncta numero 65. *annorum*, dicat expectandum adhuc esse quousque fluere desierint.

CÆTERVM, quomodò Hebræi numerent illos annos, refert S. Hieronymus his verbis: *Volunt autem annum fuisse vigesimumquintum Oziæ, quando hæc acciderunt, cuius reliqui anni sunt 27. Ozias enim regnauit annos 52. Post eum regnauit Ioatham filius eius annis*

16. *& huius filius Achaz annis alijs 16. post quem regnauit Ezechias, cuius sexto imperij anno capta est Samaria, atque ità effici simul annos* 65. Possent etiã numerari per reges Israël: sicut numerat Vatablus, & approbat Leo Castrius. Sed quoniam non ità conuenit aut ferè conuenit apud omnes de regno siue de annis regũni Israel, & cuilibet est facile secundum chronologiam quam sequetur, an- A nos illos assignare: propterea supersedemus ab eiusmodi computatione.

Sunt equidem nonnulli, qui 65. hos annos nolunt esse, quos prædixerint vel Amos, vel Isaias, sed quosdam alios. At satius est stare sententiis allatis, propter authores suos: & per aliquam illarum, Scripturam sacram conciliare.

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israel. | |
|---|---|---|---|---|
| Athalia 6. | 1 | 8 | 1 | Iehu 28. |
| | 2 | 9 | 2 | |
| | 3 | 50 | 3 | |
| | 4 | 1 | 4 | |
| | 5 | 2 | 5 | |
| | 6 | 3 | 6 | |
| Ioas 40. | 1 | 4 | 7 | |
| | 2 | 5 | 8 | |
| | 3 | 6 | 9 | |
| | 4 | 7 | 10 | |
| | 5 | 8 | 11 | |
| | 6 | 9 | 12 | |
| | 7 | 60 | 13 | |
| | 8 | 1 | 14 | |
| | 9 | 2 | 15 | |
| | 10 | 3 | 16 | |
| | 11 | 4 | 17 | |
| | 12 | 5 | 18 | |
| | 13 | 6 | 19 | |
| | 14 | 7 | 20 | |
| | 15 | 8 | 21 | |
| | 16 | 9 | 22 | |
| | 17 | 70 | 23 | |
| | 18 | 1 | 24 | |
| | 19 | 2 | 25 | |
| | 20 | 3 | 26 | |
| | 21 | 4 | 27 | |
| | 22 | 5 | 28 | |
| | 23 | 6 | 1 | Ioachaz 17. |
| | 24 | 7 | 2 | |
| | 25 | 8 | 3 | |
| | 26 | 9 | 4 | |
| | 27 | 80 | 5 | |
| | 28 | 1 | 6 | |
| | 29 | 2 | 7 | |
| | 30 | 3 | 8 | |
| | 31 | 4 | 9 | |
| | 32 | 5 | 10 | |
| | 33 | 6 | 11 | |
| | 34 | 7 | 12 | |
| | 35 | 8 | 13 | |
| | 36 | 9 | 14 | |
| | 37 | 90 | 15 | |
| | 38 | 1 | 16 | |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israël. | |
|---|---|---|---|---|
| | 39 | 2 | 17 | |
| | 40 | 3 | 1 | Ioas 16. |
| Amasias 29. | 1 | 4 | 2 | |
| | 2 | 5 | 3 | |
| | 3 | 6 | 4 | |
| | 4 | 7 | 5 | |
| | 5 | 8 | 6 | |
| | 6 | 9 | 7 | |
| | 7 | 3200 | 8 | |
| | 8 | 1 | 9 | |
| | 9 | 2 | 10 | |
| | 10 | 3 | 11 | |
| | 11 | 4 | 12 | |
| | 12 | 5 | 13 | |
| | 13 | 6 | 14 | |
| | 14 | 7 | 15 | |
| | 15 | 8 | 16 | |
| | 16 | 9 | 1 | Ieroboam 41. |
| | 17 | 10 | 2 | |
| | 18 | 11 | 3 | |
| | 19 | 12 | 4 | |
| | 20 | 13 | 5 | |
| | 21 | 14 | 6 | |
| | 22 | 15 | 7 | |
| | 23 | 16 | 8 | |
| | 24 | 17 | 9 | |
| | 25 | 18 | 10 | |
| | 26 | 19 | 11 | |
| | 27 | 20 | 12 | |
| | 28 | 1 | 13 | |
| | 29 | 2 | 14 | |
| Ozias antè electionem. | 1 | 3 | 15 | |
| | 2 | 4 | 16 | |
| | 3 | 5 | 17 | |
| | 4 | 6 | 18 | |
| | 5 | 7 | 19 | |
| | 6 | 8 | 20 | |
| | 7 | 9 | 21 | |
| | 8 | 30 | 22 | |
| | 9 | 1 | 23 | |
| | 10 | 2 | 24 | |
| | 11 | 3 | 25 | |
| | 12 | 4 | 26 | |
| Ozias 52. | 1 | 5 | 27 | |
| | 2 | 6 | 28 | |
| | 3 | 7 | 29 | |
| | 4 | 8 | 30 | |
| | 5 | 9 | 31 | |
| | 6 | 40 | 32 | |
| | 7 | 1 | 33 | |
| | 8 | 2 | 34 | |
| | 9 | 3 | 35 | |
| | 10 | 4 | 36 | |
| | 11 | 5 | 37 | |
| | 12 | 6 | 38 | |
| | 13 | [illegible] | 39 | |
| | 14 | [illegible] | 40 | |
| | 15 | | 41 | |
| | 16 | | 1 | Zacharias incipit. |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israel. | |
|---|---|---|---|---|
| Ozias. | 17 | 1 | 2 | |
| | 18 | 2 | 3 | |
| | 19 | 3 | 4 | |
| | 20 | 4 | 5 | |
| | 21 | 5 | 6 | |
| | 22 | 6 | 7 | |
| | 23 | 7 | 8 | |
| | 24 | 8 | 9 | |
| | 25 | 9 | 10 | |
| | 26 | 60 | 11 | |
| | 27 | 1 | 12 | |
| | 28 | 2 | 13 | |
| | 29 | 3 | 14 | |
| | 30 | 4 | 15 | |
| | 31 | 5 | 16 | |
| | 32 | 6 | 17 | |
| | 33 | 7 | 18 | |
| | 34 | 8 | 19 | |
| | 35 | 9 | 20 | |
| | 36 | 70 | 21 | |
| | 37 | 1 | 22 | |
| | 38 | 2 | 1 | Zacharias 6. menses. |
| | 39 | 3 | 1 | Sellum 1. mensem. |
| | 40 | 4 | 1 | Manahen 10. |
| | 41 | 5 | 2 | |
| | 42 | 6 | 3 | |
| | 43 | 7 | 4 | |
| | 44 | 8 | 5 | |
| | 45 | 9 | 6 | |
| | 46 | 80 | 7 | |
| | 47 | 1 | 8 | |
| | 48 | 2 | 9 | |
| | 49 | 3 | 10 | |
| | 50 | 4 | 1 | Phaceia 2. |
| | 51 | 5 | 2 | |
| | 52 | 6 | 1 | Phacee 20. |
| Ioathan 16. | 1 | 7 | 2 | |
| | 2 | 8 | 3 | |
| | 3 | 9 | 4 | |
| | 4 | 90 | 5 | |
| | 5 | 1 | 6 | |
| | 6 | 2 | 7 | |
| | 7 | 3 | 8 | |
| | 8 | 4 | 9 | |
| | 9 | 5 | 10 | |
| | 10 | 6 | 11 | |
| | 11 | 7 | 12 | |
| | 12 | 8 | 13 | |
| | 13 | 9 | 14 | |
| | 14 | 3300 | 15 | |
| | 15 | 1 | 16 | |
| | 16 | 2 | 17 | |
| Achaz 16. | 1 17 | 3 | 18 | |
| | 2 18 | 4 | 19 | |
| | 3 19 | 5 | 20 | |
| | 4 20 | 6 | 1 | Osee incipit. |
| | 5 | 7 | 2 | |
| | 6 | 8 | 3 | |
| | 7 | 9 | 4 | |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Israel. | |
|---|---|---|---|---|
| Achaz. | 8 | 10 | 5 | Osee. |
| | 9 | 11 | 6 | |
| | 10 | 12 | 7 | |
| | 11 | 13 | 8 | |
| | 12 | 14 | 9 | |
| | 13 | 15 | 10 | |
| | 14 | 16 | 1 | Osee pacatè 9. |
| | 15 | 17 | 2 | |
| | 16 | 18 | 3 | |
| Ezechias 29. | 1 | 19 | 4 | |
| | 2 | 20 | 5 | |
| | 3 | 1 | 6 | |
| | 4 | 2 | 7 | |
| | 5 | 3 | 8 | |
| | 6 | 4 | 9 | Regnum Israël stetit annis 270. |

Regnum Israël stetit annis 270.

## XXII. DIFFICVLTAS. CIRCA EZECHIAM regem Iuda: An 29. anni regni eius, censendi sint incœpti, vel completi?

§. 88.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 4. Reg. 18. vers. 13. Et Isa. 36. vers. 5. *Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas; & cepit eas.* vers. 14. *Tunc misit Ezechias rex Iuda nuncios ad regem Assyriorum in Lachis*, &c. vers. 17. *Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Rabsaris, & Rabsacen, de Lachis ad regem Ezechiam, cum manu valida, Ierusalem.* Per hæc manifestum est Sennacherib ascendisse, aliaq; ibi dicta facta esse, intrà annum decimúquartum Ezechiæ non completum, sed tantùm incœptum. & Confirmatur. Nam illa verba, *Ascendit super omnes ciuitates, & cepit eas*, videntur intelligi, non de termino à quo incœpit ascendere, scilicet ab Assyria, sed de termino quô appulit in ciuitates Iuda, & eas cepit. Reg. 20. vers. 1. & Isa. 38. vers. 1. *In diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem.* vers. 6. *Et addam diebus tuis 15. annos, sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem istam*, &c. Per hæc videtur annos 15. vitæ, promissos fuisse Ezechiæ, vel antequàm ascendisset Sennacherib, vel certe mox cùm iam ascendisset. Nam promittitur simùl cum eis liberatio ab illo. Itaque copulentur 15. completi, cum 14. incœptis, non fiunt nisi 29. incœpti.

Tornellus ann. 3337. num. 1. sentire videtur annum Ezechiæ 29. non fuisse completum in se, cùm dicit: Annô regni sui vigesimonono, ætatis verò suæ quinquagesimotertiô circiter completis, necesse est Ezechiam regem Iuda ex humanis excessisse. Nihilominùs computat eum, tanquàm censendum completum: cùm anno insequenti 3338. initiô hæc dicit: Annô qui sequebatur circiter ineunte, regnauit Manasses.

Annus 29 Ezechiæ, completus.

VERA SENTENTIA est, Annum vigesimumnonum Ezechiæ, fuisse completum in se, & ideò censendum esse completum in chronologia.

Probat.

PROBATIO huius Sententiæ non potest esse alia, quàm ex Regulis generalibus chronologiæ, omnes annos esse, vel censendos esse, completos, quandò nihil aliundè repugnat. Item, quia verba illa, *Ascendit Sennacherib*, ex vsu Scripturæ frequentiori, vt specialiter infrà patebit 2. Par. 32. vers. 1. & 4. Reg. 18. vers. 17. & inferiùs circà Nabuzardam §. 95. denotant terminum à quo ascenditur. Hòc autem locô, tùm ex libro Reg. tùm maximè ex Par. 32. constat, tot negotia non perfici potuisse in reliqua parte anni iam incœpti. Nam 2. Par. 32. vers. 1. *post quæ & huiuscemodi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere.* vers. 2. *Quod cùm vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contrà Ierusalem*, vers. 3. *inito cum principibus consilio*, &c vers. 4. *Et obturauerunt cunctos fontes, &*

A *riuum qui fluebat in medio terræ.* vers. 5. *Ædificauit quoq; agens industriè, omnem murum, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum: instaurauitq; Mello in ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos,* &c. Deniq;, post hæc intelligenda sunt, quæ habentur 4. Reg. 18. vers. 13. fin. *& cepit eas,* scilicet, *ciuitates munitas.* Item, quod additur vers. 14. *Tunc misit Ezechias rex Iuda nuncios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui, recede à me, & omne, quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.* vers. 15. *Deditq; Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis,* &c. Post quæ intelligenda ea, quæ à vers. 17. *Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Rabsaris, & Rabsacen, de Lachis* (2. Par. 32. vers. 9. med. *Ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis*) *ad regem Ezechiam cum manu valida Ierusalem: qui cum ascendissent, venerunt Ierusalem,* & cætera quæ ibi reliquo cap. & 19. & 2. Par. 32. & Isa. 38. Et per hæc patet solutio ad Fundamentum difficultatis.

## XXIII. DIFFICVLTAS. CIRCA IOSIAM regem Iuda: An 31. anni regni eius, censendi sint incœpti, vel completi?

§. 89.

Fundam. Diffic. TORNIELLVS anno 3425. num. 1. apertè sentit Annum trigesimumprimum Iosiæ, non fuisse completum in se, cùm dicit: Annô regni sui trigesimoprimô; vitæ verò trigesimononô, mēse circiter nōnô (scilicet regni, ex num. 4.) &c. audiens Iosias quòd Pharao Nechao rex Ægypti, transiret cum valido exercitu per terram Israël, &c. exercitu comparatô processit obuiam ei, &c. atq; in primo conflictu à sagittariis vulneratus, iussit se transponi in alterum currum, & duci in Ierusalem. Veruntamen in via, vt arbitror, mortuus est. Hæc ibi. & num. 4. Eôdem tempore, nimirùm sub finem prædicti mensis noni eiusdem anni, tulit populus Ioachaz filium Iosiæ, constituítque eum regem pro Iosia patre suo, in Ierusalem. Deniqùe expressissimè num. 5. vbi nihilominùs cēset eum pro completo adiunctis tribus mensibus, quibus regnauit Ioachaz filius eius.

Annus 31. Iosiæ, completus. VERA SENTENTIA est, Annum trigesimumprimum Iosiæ, non solùm censendum esse completum, sed etiam fuisse talem in se.

Probat. PROBATVR hæc Sententia, ex Ierem. D 25. vers. 1. *Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda,* &c. vers. 3. *A tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda vsque ad diem hanc, iste est tertius & vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me,* &c. Hic supponimus illud, *A tertiodecimo anno* exponendum esse de incœpto, ex cap. 1. vers. 2. *quod factū est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ,* &c. *in tertiodecimo annô regni eius.* Illud item, *anno quarto Ioakim,* exponendum esse de incœpto, ex more solito computandi. Illud deniq; *iste*

B *est tertius & vigesimus annus,* exponendum esse similiter de vigesimotertio incœpto, ex eodem more. Hôc positô, vt à decimotertio Iosiæ incepto, ad quartum Ioakim inceptum, repetiantur 23. anni, etiam tantum incepti, necesse est omninò trigesimumprimum Iosiæ censeri completum. Nam si non censeatur completus, à decimotertio eius ad quartum Ioakim, inclusis vtrisq; terminantibus, erunt tantùm 22. anni. Atqui hîc mentio fit de vigesimotertio. Ergò trigesimusprimus Iosiæ, est in eis addendus.

DICES pro Torniellio, trigesimumprimum Iosiæ, addendum quidem esse vt com- C pletum: sed nonnisi per 3. menses Ioachaz completos.

RESPONDEBITVR. Cùm hoc ex nullo probabili fundamento sciri possit: melius esse, fateatur Regulæ generali, annos omnes integros computanti, cùm nihil repugnans obstiterit.

OBIICIT Torniellus nu. 5. Si Iosias expleuisset annum regni sui trigesimumprimū, & illi 3. mēses, quibus regnauit Ioachaz filius eius, in annum insequentem referēdi essent, proculdubiò sequeretur, Ioakim Iosiæ filiū, D qui post prædictum Ioachaz fratrē suum dicitur regnasse 11. annis, non potuisse attingere annum regni vndecimū. Quod sic probatur. Nam certissimum est, quòd ab anno decimotertio regni Iosiæ, ad quartum Ioakim, in quo, vt infra patebit, incidit annus primus regni Nabuchodonosor, simùl computatis vtrisq; terminis, & pariter inclusis 3. mensibus regni Ioachaz, numerantur anni 23. Ierem. 25. vers. 3. nimirùm ferè 18. & 9. qui reliqui erant de regno Iosiæ, & Ioachaz, & 4. anni Ioakim. Et item ex dicendis constabit, ipsum Ioakim captum fuisse Obiect.

sub finem anni septimi regni Nabuchodonosor, & post Ioakim regnasse Iechoniam filium eius 3. mensibus, quibus elapsis, nimirùm anno dicti Nabuchodonosor octauo incipiente, etiam ipse Iechonias factus est captiuus a prefato rege Babylonis. Igitur oportet ipsum Ioakim à quarto regni sui anno inclusiuè, 7. duntaxàt annis regnasse, qui 3 præcedentibus iuncti, faciūt summam annorum eius 10. Ergò nihil attigit de vndecimo.

Respons. RESPONDETVR. Obiectionem hanc tangere conciliationem annorum Ioakim & Nabuchodonosor: de qua expressius infra suó locô. Quia tamen vis eius in hoc consistit, quòd Ioakim captus fuerit anno septimô Nabuchodonosor, ne hóc posito valeret obiectio. Nam vt ibidem respondet ibi Torniellus, annus primus regni Nabuchodonosor, non currit ex æquo cum quarto Ioakim, sed incipit intra cum aliquot mensibus. Hóc autem positò, annus septimus Nabuchodonosor potuit finire intra vndecimū Ioakim aliquot etiam mensibus: atque ità Ioakim à quarto suo secundum aliquid incluso ad septimum Nabuchodonosor, transisse 8 inceptos, siue 7. completos, qui iuncti 4. præcedentibus, faciunt 11.

Replica. INSTAT Torniellus ne sic illationem sequi. Nam septimum Nabuchodonosor terminasse in finem mensis quarti anni vndecimi Ioakim, & de toto hoc 10. annorum & 4. mensium tempore, quod fluxerit ab obitu Iosiæ, ad captiuitatem Iechoniæ, oportere detrahere 3. menses, quibus regnauit Ioakaz ante Ioakim, & totidem regni Iechoniç post ipsum Ioakim, quibus detractis, sequetur ipsum Ioakim non potuisse explere decimū sui regni annū, nedum vndecimū inchoare.

RESPONDETVR. Torniellum primo supponere, id quod dicit ibi de 4. mensibus: quod tamen nec constat; nec conceditur. Deindè, in hoc hallucinari, quòd dicit detrahendos 3. menses Ioachaz, à tempore 10. annorum & 4. mensium, quod fluxit ab obitu Iosiæ ad captiuitatem Iechoniæ. Nam vbicumque intrà trigesimumsecundum Iosiæ inceptum, adeóque post 3. menses Ioachaz, inceperit primus Ioakim, semper computatur vt completus: quod maxime verum habet si in fine vltimi anni reperiātur tot menses, quot detracti fuerint initio primi. Atqui detracti sunt ex sententia ipsius 3. tantùm ab initio, & reperiuntur 4 in fine ergo potuit vndecimus eius incipi saltem per mensem vnum. Deniquè, hallucinatur in hoc, quòd dicit detrahēdos à 10. illis annis & 4. mensibus, 3. mēses Iechoniæ. Nam hi 3. anni Iechoniæ sunt ibi impertinentes. Potuerunt enim consummari toti, vel fere toti, intrà octauum Nabuchodonosor. Hic autem agitur tantum de septimo eius: in cuius fine prorsùs terminatus fuerit vndecimus Ioakim inceptus.

HÆC dicimus secundum sententiam Tornielli. Nam qui dixerit, annum primum Nabuchodonosor cōcurrere ferè totū cum quinto Ioakim exempli causā per 11. menses aut etiam aliquos adhuc dies, dixerit etiā vndecimum Ioakim inceptum fuisse per 11. menses, aut etiam aliquos adhuc dies. An autem primus Nabuchodonosor potuerit ità concurrere cum quinto Ioakim, & in summa de his difficultatibus, videbitur suò loco.

## XXIV.ᵃ DIFFICVLTAS. CIRCA IOAKIM.

De anno regni eius quarto qui dicitur Ierem. 25. vers. 1. fuisse primus regni Nabuchodonosor: Et de tertio eiusdem quô dicitur ipse Dan. 1. a vers. 1. captiuus factus à Nabuchodonosor: An intelligendi sint quartus & tertius regni eius propriè dicti: Et quomodo ad captiuitates ipsius, & primum Nabuchodonosor, componendi?

§. 90.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Ea quæ dicuntur sic in genere 4. Reg. 24. ℣s. 1. *In diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioakim seruus tribus annis.* & 2. Par. 36. ℣s. 6. *Contra hunc ascendit Nabuchodonosor, & vinctum catenis duxit in Babylonem.* ℣s. 7. *Ad quam & vasa* [illegible] *transtulit, & posuit ea in templo* [illegible] 0. & 3. [illegible] ℣s. 14. *Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo perduxit in Babylonem.* ℣s. 41. *Et sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit en templo suo in Babylonia.* Hęc, inquam, possunt dici narrata sic in specie, Dan. 1. ℣s. 1. *Anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam:* vers. 2. *& tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda: & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar in domum Dei sui, & vasa intulit in domum Thesauri Dei sui.* Per hæc autem manifestum est, [illegible] Nabuchodonosor venisse in Ierusalem annô [illegible] Ioakim, & eôdem annô captiuum il-

Atqui Ierem. 25. vers. 1. *Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.) vers. 2. Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens: vers. 3. A tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda vsq; ad diem hanc: iste tertius & vigesimus annus.* Per hoc videtur Ioakim captiuum fuisse factum, non annò regni sui tertiò, sed quarto. Nam si primus Nabuchodonosor venit in quartum Ioakim: cùm primus ille Nabuchodonosor dicendus sit is, quò ipse captiuum fecit Ioakimum, vtique quartus Ioakim dicendus est is, in quo factus est ipse captiuus. In summa autem, quomodò annò tertiò, & quartò: vel quomodò Nabuchodonosor, si annus eius primus venit in quartum Ioakim Ierem. 25. venit tamen anno eius tertiò Dan. 1.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Annum quartum Ioakim, & primum Nabuchodonosor, qui dicuntur Ierem. 25. esse quidem intelligendos regnorum simpliciter dictorum: tertium autem Ioakim qui dicitur Dan. 1. non esse intelligendum tertium propriè dictum, sed tertium ab octauo propriè dicto, proindéque eundem esse qui vndecimus eius simpliciter dictus.

Ita putatur sensisse Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 7. vbi primum, ponit quidem primam expeditionem bellorum Nabuchodonosor eodem anno, quò ipse regnare cœperat, & hoc, anno quartò Ioakimi, quando ipse Nabuchodonosor conflixit cum Pharaone iuxta Euphratem in Charcamis, prout describitur Ierem. 46. vers. 2. Deinde verò, ponit primum aduentum Nabuchodonosor in Iudæam, anno suo quarto qui erat, inquit, regni Ioakim octauus. Quo pactò videtur quidem ponere primum annum Nabuchodonosor, & egressum eius de Babylonia, in anno quarto Ioakim [illegible] tamen aduentum eius in Iudæam [illegible] modo [illegible] vel 4 annis post, quibus 4. Reg. 24. vers. 1. tributarium fecerit Ioakimū. Hoc [illegible] pacto necesse est eum facere tertium annum Ioakimi qui dicitur Dan. 1. non tertium [illegible] simpliciter dictum, sed tertium secundum quid, scilicet tertium ab illo octauo in quo [illegible] fuerat in suo regno, & tributo [illegible] quasi annis [illegible] voluerit [illegible] [illegible]

[illegible] autem Lyranus, & Car[illegible] in D[illegible] & Ioannes Driedo lib. 3. de [illegible] Eccl. [illegible] 2. cap. 1 notatu à Tornielli ann. [illegible]88. num. 1. [illegible] hanc Sententiam [illegible] Iosephi.

Probat. PROBARI [illegible] hæc Sententia pluri[illegible]

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex Ierem. 25. à vers. 1. *Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.) vers. 2. Quod locutus est Ieremias ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens: vers. 3. A tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda vsque ad diem hanc: iste tertius & vigesimus annus: factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgēs, & loquens, & non audistis,* &c. vers. 8. *Propterea hæc dicit Dominus: pro eo quòd non audistis verba mea,* &c. vers. 9. *Ecce ego mittam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum & adducam eum super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu eius sunt,* &c. Hæc Ieremias annò quartò Ioakim, & primo Nabuchodonosor, commemorat quomodò à decimotertio Iosiæ ad illam vsq; diem, semper ipse commonuerat eos, vt reuerterentur à viis suis malis, illi verò semper in eis permanserant, & propterea Dominus adducturus erat Nabuchodonosor. Nondùm ergò adductus erat: proindéque non tam citò a conflictu facto in Charcamis in Iudæam venerat. Ergo tertius Ioakim qui dicitur Dan. 1. non potest intelligi de tertio regni eius propriè dicto.

Confirm. CONFIRMARI potest, 1. Ex cap. 45. à vers. 1. *Verbum quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda,* [illegible] vers. 2. *Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch:* vers. 3. *dixisti: Væ misero mihi,* &c. vers. 4. *Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum. Ecce quos ædificaui ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc,* & [illegible] destruam, euellam, &c. Nondum ergò venerat Nabuchodonosor, anno illo quartò.

2. Cōfirm. CONFIRMATVR II. Ex cap. 46. à vers. 1. *Quod factum est verbū Domini ad Ieremiam prophetam contra Gentes,* vers. 2. *ad Aegyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphratē, in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioakim filij Iosiæ regis Iuda.* vers. 3. *Præparate scutum, & clypeum, & procedite ad bellum,* &c. Vbi patet necdum anno quartò Ioakimi Ierusalem fuisse obsessam, quia nondum Pharao debellatus fuerat, cui subiectus erat Ioakim. Nullo autē post ostenderetur Ierusalem fuisse obsessam illò annò, vel Ioakimum captum, imò ne aliis annis post, vt ostenderetur in sequentibus argumentis, sed tantummodo factas ibi comminationes varias venturi Nabuchodonosoris.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex cap. 36. vers. 1. *Et factum est in anno quarto Ioakim filij*

*kim filij Iosiæ regis Iuda: factum est verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens:* vers. 2. *Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi aduersus Israël & Iudam, & aduersus omnes gentes, a die quâ locutus sum ad te, diebus Iosiæ vsque ad diem hanc:* &c. vers. 9. *Factum est autem in anno quinto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, in mense nono: prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem,* &c. & vers. 22. *Rex autem sedebat in domo hiemali, in mense nono: & posita erat arula coram eo plena prunis.* vers. 23. *Cúmque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem, qui erat super arulam,* &c. vers. 29. *Tu combussisti volumen illud, dicens: Quare scripsisti in eo annuncians: Festinus veniet Rex Babylonis,* &c. Ecce Ioakim non fuit captus antè annum suum quintum, etiam ad nonum mensem protractum. Consequenter rursùm tertius ille, qui dicitur Dan. 1. non potest intelligi de tertio regni eius propriè dicto.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ex cap. 52. vers. 28. *Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres.* Annus ille septimus non potest intelligi septimus Nabuchodonosor, sed septimus Ioakim. Nam non ibi dicitur, *in anno septimo Nabuchodonosor,* nec *de Ierusalem,* sicut dicitur vers. sequenti 29. *In anno octauodecimo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas* 832. & vers. 30. *In anno vigesimo-tertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ, animas Iudæorum septingentas quadragintaquinque.* Deinde, constat Ioakim captum fuisse bis tantùm. Et quidem secundâ vice annô suô circiter vndecimô, quando occisus est, & insepultus iuxtà prophetiam Ierem. 22. vers. 18. *Hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ regem Iuda: Non plangent eum,* &c. vers. 19. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extrà portas Ierusalem.* Primâ autem vice, quandò factus est ei seruus tribus annis 4. Reg. 24. vers. 1. quandò & rebellauit. Cùm ergò propter rebellionem illam rursùm captiuus fuerit & occisus, & à rebellione illa post 3. annos, transactum non fuerit multum temporis, nec plus vnô annô: consequens est primam eius captiuitatē euenisse annô ipsius circiter septimô, vel octauô, à quo transacti fuerint 3. anni seruitutis, & aliquod tempus rebellionis, ad vndecimum quò fuit occisus.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur à similibus. Nam Dan. cap. 2. vers. 1. *In anno secūdo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium,* &c. Annum secundum vocat, non regni simpliciter dicti, sed monarchiæ ipsius, ex consensu omnium, & ex dictis totô cap. 1. quique fuit vigesimustertius regni eius ex sententia meliori. Item, Ierem 28. vers. 1. principium regni Sedeciæ vocatur, quô solummodo fuit a Nabuchodonosor in regno suo cōfirmatus, qui aliàs erat quartus, prout hæc omnia demonstrabuntur suis locis inferius.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit nihilominus, Locus ille Dan. 1. vers. 1. *Anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam:* vers. 2. *& tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda, & partem vasorum domus Dei:* &c. In quo, *ascensus* Nabuchodonosor, terminus *ad quem, obsidio, & effectus* ex ea consecuti, ità inuicem vna textûs serie colligātur, vt manifestum sit aut esse debeat, omnia illa inuicem succedenter euenisse. Vbi & Peretius in Dan. 1. & post eum Torniellus an. 3428. num. 1. post med. notant nimis durum ac violentum videri, quem Daniel simpliciter & expresse dicit annum tertium Ioakim, eundem interpretari fuisse vndecimum, id est, non simpliciter tertiū ab initio regni, sed à primâ solutione tributi. Quod præsertim intellige, cùm ad hoc nihil cogat, & aliò modô Scriptura possit conciliari.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM huius Sententiæ Respondetur, comminationem illam respicere secundam in posterum Ioakim captiuitatem, vel futuram totius gentis, vrbis, & templi desolationem sub Sedecia, vt patet ex ibidem sequētibus: *& interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas.* vers. 10. *Perdámque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.* vers. 11. *Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis,* &c. & similia cap. sequentibus: necnon 45. & 46.

Ad 2. AD II. Respondetur eôdem modô. Vnde in eo loco sequitur, *& vastabit terram hanc & cessare faciet ex illa hominem, & iumentum.* vers. 30. *Propterea hæc dicit Dominus contrà Ioakim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem.* vers. 31. *Et visitabo contrà eum, & contrà semen eius, & contrà seruos eius, iniquitates suas; & adducam super eos, & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda, omne malum, quod locutus sum ad eos, & non audierunt.* Ex quibus sequitur hæc comminata fuisse post primam captiuitatem Ioakim, propter continuationem eius & populi in peccatis suis.

Ad 3. AD III. Respondetur, captiuitatem illam nullô modô posse tribui anno septimo vel octauo Ioakim; quia nullum de hoc habetur in Scriptura vestigium, nulli autem posse tribui, nisi vltimę ipsius captiuitati, quę coincidit anno vndecimo regni eius, & septimo vel etiam octauo Nabuchodonosor,

vt fusiùs dicetur infrà. Quod autem subiungitur ex 4. Reg. 23. *quando factus est ei seruus tribus annis*, vel non fuit propriè captiuitas, sed tantùm tributaria subiectio; vel si fuit quædam captiuitas, non tamen simpliciter prima: vndè ibidem dicitur, *& rursus rebellauit*. Ergò priùs fuerat captiuus & rebellis.

DICES. Non esse credibile, vltimam captiuitatem eius, à Ieremia seu Baruch, ibi potiùs fuisse memoratam, quàm captiuitatem Iechoniæ, quæ titulis immuneris fuit magis quàm illa notabilis, præsertim ob numerum & qualitatem captiuorum in ea ductorum, 4. Reg. 24. à vers. 14. *Et transtulit omnem Ierusalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus decem millia, in captiuitatem, & omnem artificem & clusorem: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.* vers. 15. *Transtulit quoquè Ioachim in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & Eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem.* vers. 16. *Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices, & clusores mille, omnes viros fortes, & bellatores*, &c.

RESPONDET Torniellus an. 3435. nu. 9. captiuitatem Iechoniæ reduci ad hanc per Baruch; quia ambæ fuerunt, adeò proximæ, & quodammodò inter se continuatæ, vt pro vna eademque reputari rectè potuerint, & dici factæ annò regni Nabuchodonosor septimò, quia sub finem illius prima fieri cœpit, & altera successiue inchoata annò regni eiusdem Nabuchodonosor octauò subsecuta est. Nec obstare diuersas summas captiuorum. Quia author historiæ lib. Reg. qui creditur fuisse Ieremias, intendebat ibi tradere numerum omnium cuiusuis generis captiuorum, cum Iechonia translatorum: author verò prædictæ repetitionis, nobiliores duntaxàt recensere voluisse credendus est: licet eos *populi* vocabulò nominauerit, fortassis quòd sine honore cum reliquo populo commixtim abducti sunt. Hæc Torniellus. Credibile Baruch memorasse tantùm hanc secundam Ioakimi, sicut & duas sequentes, quia captiuitas Iechoniæ (& sola) quoad numerationem captiuorum, habebatur fuse conscripta per Ieremiam in libro Regum: aliæ autem non. Reliqua argumenti in eius habebuntur in 3. Sententia.

Ad 4. AD IV. Respondetur, & Scripturam eò faciliùs hæc ità potuisse, quò regna eorum simpliciter dicta demonstrauerat anterius: & rursùm talia colligi manifestè ex aliis textibus. At ista deficiunt huic loco Danielis cap. 1. Quarè non est à proprio sensu remouendus.

2 Sent. II. SENTENTIA dicit, Annum quartum Ioakimi, qui dicitur Ierem. 25. & tertium qui Dan. 1. intelligendos esse regni eius propriè dicti; & annum primum Nabuchodonosor, qui dicitur Ierem. 25. intelligendum similiter regni eius propriè dicti: sed primum hunc Nabuchodonosor ità cum illis esse componendum, vt participet de vtroque.

Ità Eusebius in Chron. Genebrardus in Ioakim, seu pag. 146. post init.; Pererius lib. 1. in Dan. 1. ad prima verba capitis 1. & lib. 10. pag. 540. fin. & in præfat. Ribera in 2. Nah. Baradius tom. 1. lib. 5. cap. 17. §. *Efficitur*, aliique multi, dicentes sub disiunctione, captiuitatem primam Ioakim fuisse factam annò ipsius tertiò, vel quartò.

PROBATIO huius Sententiæ alia non est, nisi quòd Ierem. 25. annus primus Nabuchodonosor, componitur cum quarto Ioakim: & Dan. 1. dicitur Nabuchodonosor venisse in Ierusalem annò tertiò Ioakimi. Putant itaque annos illos sic esse componendos, vt annò tertiò Ioakimi, Nabuchodonosor egressus fuerit de Babylonia, vel ex alio loco, & venerit in Ierusalem vt obsideret eam: attamen capturam eius, seu Ioakimi regis, non incidisse nisi annò quartò eiusdem Ioakimi. Probat.

QVOD SI Obiicias, Dan. 1. *Anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam*, &c.

RESPONDEBITVR. Nabuchodonosor quidem venisse annò tertiò Ioakim, scilicet e Babylonia: sed interim antè quàm obsideret Ierusalem, habuisse bella quædam, vt illud aduersùs Pharaonem Nechao regem Ægypti, iuxtà fluuium Euphratem in Charcamis, annò quartò Ioakimi, Isa. 46. vers. 2. de quo etiam mentio fit 4. Reg. 24. vers. 7. *Et vltra non addidit rex Ægypti, vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis, à riuo Ægypti vsque ad fluuium Euphratem, omnia quæ fuerant regis Ægypti*: illa scilicet, de quibus dicitur cap. 23. vers. 29. *In diebus eius* (Iosiæ) *ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum, ad flumen Euphratem.* & 2. Par. 35 vers. 20. *Postquam instaurauerat Iosias templum, ascendit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charchamis iuxtà Euphratem.* & rursù 4. Reg. 23. vbi à vs. 33. *Vinxitq; eum* (Ioachaz filiù Iosiæ) *Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem: & imposuit mulctam terræ*, &c. vers. 34. *Regémque constituit Eliacim filium Iosiæ pro Iosia patre eius: vertitque nomen eius Ioakim: porrò Ioachas tulit & duxit in Aegyptum.* Deniq; multa alia bella contrà vicinas gentes.

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, ea quæ dicta sunt pro 1. Sententia sub argumentis eius præsertim prioribus, ex Ierem. 25. 36. 45. & 46. in quibus manifestum

est capturam Ioakimi, non fuisse factam annò ipsius quartò: imò ne vllam ipsius ad[illegible]q; annum quintum, mensem eius nonum.

3. Sententia. Annus 1. Nabuchodonosor non participat de 3. Ioakim

III. SENTENTIA. & probabilior. dicit similiter, Annum quidem quartum Ioakimi, qui dicitur Ierem. 25. & tertium qui Dan. 3. intelligendos esse regni eius propriè d[illegible]: non tamen annum primum Nabuchodonosor participare de tertio illo qui dicitur Dan. 1. sed solummodò de quarto qui Ierem. 25. & consequenter de quinto Ioakimi.

Ità Massæus lib. 6. pag. 57. fin. Ità & Torniellus an. 3428. à num. 2. & an. 3429. à num. 13. cuius probationes duas, habitas posteriori locò, [illegible] est commodiùs ordine reuersò proponere, & secundam ex priori loco fusiùs expositam apponere. Itaq

Probat.

PROBATVR Hæc Sententia tribus argumentis.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM. Petitur ex Ierem. 52. seu vlt. vers. 28 *Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor in anno septimo Iudeos 3000 & 23.* Hæc captiuitas, ait Torniellus, de nulla alia vid[illegible]r posse accipi, nisi de illa, quæ facta est quandò captus est ipse Ioakim, annò regni sui vndecimò. præsertim cum 4. Reg. 24. vers. 12. scriptum sit, eundem Nabuchodonosor, annò regni sui octauò suscepisse Iechoniam prædicti Ioakim filium, vltrò se suáq; omnia eidem tradentem: quæ post 3. circiter menses à capto Ioakimo contigisse, ex citato Reg. cap. vers. 8. certum est, & consequenter currente [illegible] translacto pariter vndecimo regni Ioakim annò. Ex quibus satis euidenter apparet, harum duarum captiuitatum primam accidisse (dic incœpisse) sub finem anni septimi regni Nabuchodonosor, alteram verò circa initia (di[illegible] vel circiter) anni eiusdem octaui. Igitur si vndecimus regni Ioakim concurrit partim cum septimo & partim cum octauo regni Nabuchodonosor, [illegible] oportet quintum [illegible] Ioakim [illegible] cum primo & secundo regni Nabuchodonosor. & consequenter primum regni eiusdem Nabuchodonosor incœpisse [illegible] annò quarto Ioakim, non autem tertiò.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. Petitur ex dictis Iosephi lib. 10. Antiq. cap. 7. superiùs allatis. Iosephus, inquit Torniellus, aperte ponit [illegible] regni Nabuchodonosor in anno regni Ioakim quarto, & quartum Nabuchodonosor in anno regni Ioakim octauo. Ergo necesse est saltem primum annum [illegible] Nabuchodonosor concurrisse partim cum quarto, partim cum quinto Ioakim. Alioquin si concurrisset vel totus cum quarto, vel ex parte cum tertio, & ex parte cum quarto procul dubio quartus Nabuchodonosor nullo modò potuisset concurrere cum octauo Ioakim: sed vel totus cum septimo, vel cum sexto & septimo. Hæc ibidem Torniellus. Quod vt [illegible] fiat oculatius, componendo primus Nabuchodonosor concurrat totus cum quarto Ioakim: tunc secundus concurret totus cum quinto: tertius cum sexto: quartus cum septimo; nullatenus ergo cum octauo. A fortiori primus concurrat ex parte cum tertio, & ex parte cum quarto, secundus concurret cum quarto & quinto, tertius cum quinto & sexto, quartus cum sexto & septimo, consequenter quartus ne concurret totus cum septimo. tantũ abest vt attingere possit octauũ.

3. Arg.

III. ARGVMENTVM, quod & Sententiam istam declarat, Petitur ab authoritate Berosi apud Iosephum lib. 1. contrà Appionem circa med. & clarius 10. Antiq. [illegible] finem. Nimirùm tradit ibi Berosus, Nobolassar, qui & Nabuchodonosor pater huius Nabuchodonosor de quo agimus, cum iam præ senectute non posset amplius militiæ labores sustinere, misisse Nabuchodonosor filiũ suum cum exercitu, aduersus quendam Satrapam rebellem, quem Aegypto, & Cœlesyriæ, Phœniciæq;, id est, quibusdam harum prouinciarũ ciuitatibus, ac locis, iã ab eo occupatis, præfecerat. Itaq; Nabuchodonosor filiũ, deuictò perduelle, recuperataq; regione sub regis imperio, cùm audisset patrem suũ interim vitâ functũ, compositis ibidẽ rebus, demandataq; amicis curâ captiuorũ Iudæorum, Syrorum, Phœnicum, & Aegyptiorũ in Babyloniam traducendorum, Babylone properasse, & susceptâ regni paterni administratione, quæ interea eidem à Chaldæorum primario asseruata fuerat, captiuos qui non multo post adducti sunt, per opportuna Babyloniæ loca in colonias distribuisse, ac de manubiis in bello partis Beli templum exornasse, &c. Itaq; ex dictis Berosi conijcere licet Nabuchodonosor post deuictũ Ioakim [illegible] nuncium de obitu patris, ac proinde properasse in Babylonem, captiuũ Ioakim nõ cõ secum duxisse, [illegible] patris regnum possessurus cũ Iudæis, ac restituisse Ioakim in regnum suum [illegible] sed [illegible] ab eo magnam vim pecuniarum, & partem vasorum domus Dei, ceterum misisse [illegible] captiuos, ac præcipue quosdam pueros de semine regio, vt Danielem, & socios, tanquam obsides, Dan. 1. Ex quibus consequens est, annum primum Nabuchodonosor non esse computandum a tertio Ioakim, sed tantum à quarto. Cùm vero dicitur Nabuchodonosor venisse annò tertio Ioakim, quô captiuum eum fecit, non esse intelligendum id fuisse annò regni sui primo, sed annò illô vltimô, quò pater [illegible] erat adhuc regnans, ipse vero vice eius bella quædam gerens: post eum tamen mortuum suscepturi regnum eius annò quarto Ioakim currente.

Confirm.

CONFIRMATVR. Nam Daniel eo locò numerans annum tertium Ioakim, nullum

A tamen memorat annum Nabuchodonosoris, cùm nihilominùs vbiq; memorare soleat annos regnantium, & in singulari cap. 2. vers. 1. memoret secundum annũ (monarchiæ) Nabuchodonosor. Ieremias autẽ annos vtriusq; memorat, videlicet quartũ Ioakimi, & in eo primum Nabuchodonosor. Signum quòd apud Danielem nondùm regnabat (solus) Nabuchodonosor: apud Ieremiam contrà.

MASSÆVS rem totam hanc breuiter declarat infra. Circa initium, inquit, regni Ioakim & Ioachin (id est, quô Ioachin regnabat cum patre) Nabuchodonosor adolescens missus à patre obsedit Ierusalem annô tertiô Ioakimi, cœpit eum cum aliis multis, inter quos erat & Daniel & socij eius, & quamcelerrimè potuit traxit in Babylonem. Intereà Nechao collecta m[illegible] Ægyptiorum, Lydorum, Æthiopum, & [illegible]orum, venit vindicaturus se de Chal[illegible] quod vectigales suos Assyrios abegissent in Babylonem. Annô igitur quartô Ioakim Babylonicâ ca[ptiuitate] detenti, commiss[illegible] apud [Carc]hamis, vbi rex vterque cecidit. Chaldæi verò superiores effecti [tu]lerunt ab Ægyptiis quicquid illi abstulerant Assyriis. Tunc restitutus est Ioakim regno suo. Et hic primus annus est regni Nabuchodonosor. Hæc ille. Probabilius tamen est, eum fuisse restitutum ab anno præcedente, siue tertio.

1. Obiect. OBIICI potest contra hanc Sententiam, I. Nabuchodonosor expressis verbis appellari regem, quando ascendit contra Ioakim annô eius tertiô. Nam 4. Reg. 24. vers. 1. *In diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis*, &c. vers. 7. *Tulerat enim rex Babylonis*, &c. 2. Par. vlt. vers. 6. *Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum*. 3. Esd. 1. vers. 40. *Post hunc ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis*. Dan. 1. vers. 1. *Anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem*. vers. 3. *Et ait rex Asphenez præposito Eunuchorum*, [illegible] *introduceret de filijs I*[illegible], &c. [illegible] *in palatio regis*. &c. vers. [illegible] [illegible] *annorum* [illegible] [illegible] *stabant in* [illegible]. Denique [illegible] caput vocatur rex. Atqui [illegible] dicitur [illegible] *rex B*[illegible], & annus eius primus concurrere [cum] quarto Ioakim [illegible] & quartus Ioakim [illegible] cum primo Nabuchodonosor, & primus Nabuchodonosor partim pars de tertio & q[uarto Ioakim]us.

Respons. RESPONDETVR. In [illegible] locis Nabuchodonosor vocatur rex, [illegible] vocatus est postea rex, sicut in vulgo [illegible] [illegible] cum S. Paulo [illegible] [illegible] desset [illegible] sancto [illegible] [illegible] vnde [illegible] est, [illegible] qui postea [illegible] san[illegible], &c. vel quia tunc regebat [illegible] [illegible] suum [illegible]. Neque verò minus est cõgruum, eum vocari regem tunc, quàm tot reges Iuda & Israel simpliciter dici regnasse, cùm tamen regnarent solùm cum patribus. In posterioribus autem locis vocari regem, quia regebat post patrem. Et per hæc patet responsio ad Fundamentum Difficultatis. Ad Fundam. Diffic.

2. Obiect. OBIICI potest II. Ex 4. Reg. 24. vers. 1. *In diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioakim seruus tribus annis: & rursum rebellauit contra eum.* Si factus
B est seruus tantum 3. annis, & posteà rebellis, moxq; à Nabuchodonosor punitus, hoc verò annô suô vndecimô: vtique captura eius facta fuerat annô ipsius octauô.

Respons. RESPONDERI potest. Ex Iosepho 10. Antiq. 7. Beda, Lyrano, Torniello, & aliis, primâ vice, quâ factus fuit seruus, intelligendam esse, anno tertiô eius: posteà verò eum tributarium fuisse factum annô suo octauô. Dein post 3. annos rebellem factum: tandem iterum fuisse captum, & denique occisum, prout fusius deducetur sub sequenti parte huius Periodi, vbi dicetur quid probabilius.

C QVOD si dicas, Videri hæc non consentire: quod factus fuerit seruus annô suô tertiô, necdùm tamen tributarius nisi octauô; cùm probabilius sit eum non fuisse factũ seruum, siue regno suo restitutum, quin simul factus fuerit tributarius. Nam & propterea Nechao bellum gessit cõtra Nabuchodonosor, quòd sibi tributarios inuasisset, proindéq; suos effecisset.

RESPONDEBITVR. Iosephum ibi rationem & modum reddere, quomodo tributarius fuerit solummodo factus annô suô octauô. Sed de hoc expressiùs sub Periodo sequenti, [sub] qua videbitur Nabuchodonosor fuisse contentũ illa primâ vice, ducere secũ obsides de se[mine] regi[o], videlicet Danielẽ & socios. Sed esto, concedatur eum fuisse factum tributariũ ab illo tẽpore, non enim hoc repugnat, imò multum est probabile: tamen nihil hoc obstat, quin à tributo soluendo posteà cessauerit, [d]eníq; ad illud soluendum coactus fuerit eo modô qui traditur per Iosephum, & de quo sub Periodo sequenti.

QVÆRES. Cum tota difficultas conciliationis annorũ [illegible] Ioakim & Nabuchodonosor, consistat in illo *primo* Nabuchodonosor: annon posset dici primus eius, non simpliciter, sed aliquũ modò secũdum quid primus?

TORNIELLVS. An. 3428. num. 1. tribuit Bedæ, quod voluerit lib. 1. de 6. ætat. Mundi, annum illum non fuisse primum regni, sed monarchiæ Nabuchodonosor.

VERVM sensus Bedæ non est eiusmodi. Sic enim solum ait. *A quarto Ioakimi anno, Scriptura [illegible] Nabuchodonosor computat, quia ex eo non solùm Chaldæis, & Iudæis, sed &*

*Assyriis, Aegyptiis, Moabitis, aliisque innumeris gentibus, incæpit regnare.* Sic ille. Quod alij aliter dicunt; quia tunc cœpit inquiunt, Iudæis dominari: ideò Iudæi primum eius annum abindè appellarunt. Sed quidquid sit, A hoc nihil facit contrà hanc Sententiam. Nam qualiscumque fuerit annus ille, non potest participare de anno tertio Ioakim, sed tantùm de quarto.

## XXV. DIFFICVLTAS. CIRCA EVNDEM Ioakim: An 11. anni regni eius, censendi sint incœpti, vel completi?

§. 91.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. B dicit, Annum Ioakim vndecimum, fuisse tantùm incœptum in se, & pro tali solùm esse censendum.

Ità Torniellus an. 3425. num. 5. & 3429. num 5. & 3435. num. 45. & in tabulis.

Probat. PROBATVR Hæc sententia tribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Apud Torniellū, idem quô probauit suprà trigesimum primum Iosiæ non fuisse in se completum.

Ad 1. Arg. VERVM Ad hoc argumentum Responsum fuit eôdem locô.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ex supposita sententia, quòd primus Nabuchodonosor C participauerit de tertio & quarto Ioakim.

Ad 2. VERVM Ad hoc argumentum Responsum fuit §. præcedenti.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à 4. Reg. 24. vers. 12. fin. *Et suscepit eum* (Iechoniam) *anno octauo regni sui.* A quarto Ioakimi, cum quo concurrit primus Nabuchodonosor, ad octauum eiusdem Nabuchodonosor, videtur vndecimum non posse compleri: præsertim deductis tribus mensibus, & 10. diebus Iechoniæ, & positâ eius captiuitate initiô anni octaui Nabuchodonosor. D

Ad 3. RESPONDETVR. Datô etiam quòd annus primus Nabuchodonosor, quamuis incipiens in quarto Ioakimi, tamen concurrerit ferè totus cum eius quinto, vndecimum Ioakimi posse compleri in eius octauo. Gratis autem asseri Iechoniam captiuum factum fuisse initiô anni eius octaui, potiùs quam in medio vel in fine. Sed esto captiuus fuerit in eius initio, tamen adhuc E vndecimum Ioakim in eo posse compleri, prout faciliùs videbitur in exemplari, necnon ex argumento sequenti.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Ierem. 52. vers. 28. captiuitas secunda Ioakim, incidit in septimum annum Nabuchodonosor. Ergò vndecimus Ioakim, non potest compleri intrà octauum Nabuchodonosor.

Ad 4. RESPONDETVR. Imprimis dici posse, cùm primus Nabuchodonosor non compleatur nisi intrà quintum Ioakimi, consequenter septimum eius posse cogitari, attingere ferè finem vndecimi Ioakimi: atque ità vndecimum illum Ioakimi facilè censeri posse pro cōpleto: præsertim additis 3. mensibus Iechoniæ. Deindè dici posse captiuitatem quidem illam Ioakim cœpisse annô septimô Nabuchodonosor, non tamen fuisse finitam in eo, sed in octauo, etiā quoad Ioakimū. Fauet ipsemet Torniellus anno 3445. num. 6. non renuens Ioakimum non fuisse quamcitò occisum, sed fortè etiā in Babylonem ductum, & posteà reductū ac occisum; id probans ex 2. Par vlt. vers. 6. *Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonē.* C Quibus iungi potest 3. Esdr. 1. vers. 40. *Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo perduxit in Babyloniā.* Cui similes sunt Sept. Interpr. 2. Par. vlt. vers. 6. *& ascendit contra eum Nabuchodonosor rex Babylonis, & ligauit eum in æreis cōpedibus, & abduxit eum in Babylonē.* Cùm ergò ex Ierem. 22. vbi dicitur vers. 19. *Sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extrà portas Ierusalem,* si reductus fuit è Babylonia in Ierusalem, ibiq; posteà occisus, sequitur mortem eius, adeòque finem annorum regni eius, incidere potuisse intra octauum Nabuchodonosor. D Veruntamen quia probabilius est illa verba 2. Par. & 3. Esdr. referenda esse ad Dan. 1. propter similitudinem verborum sequentium 2. Par. 36. vers. 6. & 3. Esdr. vers. 41. *Ad quem & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo:* ideò Probantur hæc meliùs à verbis illis 4. Reg 24. vers. 5. fin. *Et dormiuit Ioakim cum patribus suis:* vers. 6. *& regnauit Ioachim filius eius pro eo;* E & ab illis infrà, vers. 12. fin. *& suscepit eum* (Iechoniam) *rex Babyl. anno octauo regni sui.* Nam si Iechonias cōstitutus fuit rex post mortem Ioakimi, & post 3. menses susceptus annô Nabuchodonosor octauô, nec repugnat vndecimum annum Ioakim cēseri completum: ad hoc autem necesse sit eos intrasse in octauū Nabuchodonosor: cur non occisio eius, & regnū ac captiuitas Iechoniæ, non euenerint intrà octauum Nabuchodonosor?

CONFIRMATVR. Nam postquàm dictum Confirm. Refut.

est 2. Par. vlt. vers. 9. *tribus mẽsibus ac* 10. *diebus regnauit* (Iechonias) *in Ierusalem: fecitque malum in conspectu Domini*: subiungitur ỽ. 10. *Cùmque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem*, &c. Quod exponunt Septuaginta, *vertente anno*, & Caietan. ex Hebræo, *in reuersione anni*, exponi autem potest, *circà finem* anni, scilicet octaui Nabuchodonosor, seu septimi ex quo venerat contrà Ioakim. De qua re fusiùs §. 94. B

1. Arg. V. ARGVMENTVM. Iosephus & authores communiùs, vt Author lib. de mirabilibus Script. & Baradius cap. 16. post init. &c. dicunt Nabuchodonosor venisse rursùs contrà Ioakim annô eius vndecimô.

Ad 5. RESPONDETVR. Iosephum quandoque computare tali modò: & tamen intelligere de anno completo, vt patuit in Osee

A rege Israël de anno Achaz duodecimo. Quôcumque verò ille, vel alij, intellexerint, constare ex Responsione præcedẽti, non repugnare annum illum vndecimũ fuisse longius protractum, adeòq; completum intrà octauum Nabuchodonosor.

II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Annum vndecimum Ioakimi, vel fuisse in se, vel censendum esse pro Chronologia, completum. 2 & probabilior Sent. Annus 11. Ioakim, completus.

Ità reliqui omnes. Quorum probatio pendet ex Refutatione Sentẽtiæ præcedentis: & Regulis generalibus, vbi nil obuiat repugnãs, semper applicandis. Confirmari potest ab illa regula, quòd inter finem regni vnius, & initium regni alterius, quandoque intersunt tempora: quæ tamen reducuntur ad aliqua eorum regna.

## XXVI. DIFFICVLTAS. CIRCA IECHONIAM: Quomodò anni regni eius, sint cum annis ætatis suæ componendi?

§. 92.

Fundam. Diffic. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 4. Reg. 24. vers. 8. *Decem & octo annorum erat Ioachin* (hic est Iechonias) *cum regnare cæpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem*. & 3. Esdr. 1. vers. 43. post initium, *Cùm autem constitutus esset rex, erat annorum decem & octo*. vers. 44. *Regnauit autem menses* 3. *& dies* 10. *in Ierusalem*. At 2. Par. vlt. vers. 9. *Octo annorum erat Ioachin cùm regnare cæpisset, & tribus mensibus ac* 10. *diebus regnauit in Ierusalem*.

1 Sent. I. SENTENTIA. dicit, Locum illum 2. Par. vlt. vers. 9. vbi Iechonias dicitur 8. *annorum, cùm regnare cæpisset*, esse corruptum, esseque legendum, *decem & octo*, sicut in libro Regum.

Ità Caietanus in 2. Par. 36. & Melchior Canus de Loc. Theol. lib. 11. cap. 5. ad Argum. 12. Sed meritò refutantur a Torniello an. 42. post med. Vndè

Reijcitur CONTRA HANC SENTENTIAM Facit Regula toties in similibus allegata, ex Conc. Trid. & declarationibus eius, habita fusiùs §. 2. & 3. itẽq; Regula S. August. Epist. 9. ad Hieron. relata dist. 9. cap. *Si ad sacras Scripturas*, docens, quod si semel admiserimus mendum in sacra Scriptura, locorum reliquorum vacillabit authoritas. Vide quæ dicta sunt §. . & §. 75.

2 Sent. II. SENTENTIA. dicit, Annos Ie-

C choniæ sumi duplici sensu. Alterô, quos vixerat: alterô, quos regnabat à captiuitate sui patris. Et primô sensu debere sumi cum dicitur fuisse 18. annorum: secundô vero cùm dicitur fuisse 8.

Ità ex parte Genebrardus in Iechonia seu pag 149. fin. vbi sic ait: Respondeo, Decem & octo erat annorum Iechonias quandò regnare cœpit, ætatis videlicet. Nam tot reuerà erat natus. Octo verò captiuitatis, siue a captiuitate, siue à Nabuchodonosore, D cuius beneficio & permissu regnum inibat. Iam enim octauus Nabuchodonosoris & transmigrationis sub patre Ioakim cœptæ vertebatur. 4. Reg. 24. q. d. Recole miseram sortem principum illius temporis. Tum regnare cœpit quandò rerum potiebatur Nabuchodonosor iam annos octo: vt iam nõ sit quæstio de ineundo regno more maiorum, sed precariò & alteri obnoxio. Hinc numerat aliquandò Scriptura annos a Nabuchodonosore, siue ab illa prima transmigratione E vt Daniel. Hactenus Genebrardus.

CONTRA Hanc Sententiam facit, quòd hic modus annos alicuius exponendi, sit Scripturæ sacræ, necnon omnibus eius expositoribus, adeóq; omnibus receptis chronologis insolitus; proptereáque in simili casu de Ochozia rege Iuda reiectus. Neque verò simile est cum sermo fit de annis cuiusdã regis, qui secundum ipsam phrasim pateant intelligendi non personę, sed regni. Nam hic Reiicitur.

non dicitur, annô tali Iechoniæ, &c. sed dicitur, Iechunias erat tôt annorum, &c. quod de ætatis annis semper intelligitur in similibus locis.

§. & vera Sent. Iechonias bis regnauit. Cum patre, & post patrem.

III. SENTENTIA. & vera. dicit, Iechoniam bis regnare cœpisse, nimirùm cum patre, annô ætatis suæ octauô, & post patrem, annô ætatis suæ decimuoctauô: & ad hos diuersos regnandi modos referenda esse diuersa illa Scripturæ dicta.

Ità ex parte Geoebrardus suprà, dicens: Alij, Iechonias ætatis octauô regnauit cum patre per 10. annos. Posteà cum attigisser decimumoctauum solus regnauit mensibus tribus. Sic ibi. Quod non improbat Genebrardus. Ità & reliqui: præsertim Temporarius pag. 157. col. 1. initiô, dicens: Ioachin, qui & Iechonias, natus annos 18. succedit patri mẽsibus 3. Sed iam cum patre regnatat annos 10. Ità & Torniellus annô prędictô 3427. & rursits an. 3435. num. 4. Qui priori locô hæc addit: Cur iam citò Ioakim regnare fecerit secum filium suum Iechoniam adhuc puerulum, dicimus id quidem io sacris litteris expressum non haberi; veruntamen credẽdum esse, idipsum proculdubiò non sine aliqua rationabili causa, ne dicam necessaria, fecisse. Fortè enim probabiliter metuebat expectabátq; in Iudæam venturum Nabuchudono-

A for regem Babylonis, & propterea vt sic meliùs consuleret regno suo, & magis pacatam ordinatámq; redderet ciuitatẽ, si ipsi opus foret exire, & Babyloniorum exercitui occurrere, declarasse Iechoniam filium regem ac legitimum regni successorem, constituisséq; ei curatores, & qui res ciuitatis ac regni se absente ritè administrare posset. Hæc ille. Quibus addi potest, quia & ipse in regnum contentiosum veniebat, quod scilicet sibi præreptum iam fuerat à iuniore suo fratre Ioachaz, quem sustulit & captiuum abduxit rex Ægypti Pharao Necao. Ideò vt melius consuleret sibi, suæque posteritati, filiu quoq; suo

B iam ab initio regni sui Coronam imponi voluit in futuram successiooem.

Confirm.

CONFIRMARI potest ab exẽplis, in Iosaphat, vtroq; Ioram, vtroque Ochozia, &c. ex quibus constitit, quandoque exponenda esse verba illa Scripturæ; *cùm regnare cœpisset*, scilicet eum patre. In particulari autem in Ochozia rege Iuda, modô prorsits huic consimili: vt cùm hic dicitur, 8. *annorum erat cum regnare cœpisset*, exponatur viuente patre, sicut ibi cùm de Ochozia dictum est, 22. *annorum erat cùm regnare cœpisset*; & cùm hic dicitur, *& 3. mensibus regnauit in Ierusalem*, exponatur à morte patris, sicut ibi cùm de Ochozia dictum est, *& anno vno regnauit in Ierusalem.*

## XXVII. DIFFICVLTAS. CIRCA SEDECIAM: An 11. anni regni eius, fuerint, aut censendi sint, incœpti, vel completi?

§. 93.

1. Sent.

PRIMA SENTENTIA esse potest, Annũ vndecimũ Sedeciæ, non fuisse in se cõpletum. PROBARI potest Hæc Sentẽtia ex 4. Reg. 25. ỷs. 2. *Et clausa est ciuitas atq; vallata, vsq; ad vndecimum annum Sedeciæ*, vers. 3. *nona die mensis* (scilicet quarti, vt videbitur mox ex Ieremia): *præualuitq; fames in ciuitate*, &c. ỷs. 4. *& interrupta est ciuitas: & oẽs viri bellatores nocte fugerunt*, &c. *Fugit itaq; Sedecias*, &c. ỷs. 5. *Et persecutus est exercitus Chaldæorũ regem, cõprehenditq; eum in planitie Iericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum.* vers. 6. *Apprehẽsum ergò regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo iudicium.* vers. 7. *Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.* vers. 8. *Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babyloniũ: venit Nabuzardã princeps exercitus, seruus regis Babylonis, in Ierusalẽ.* vers. 9. *Et succendit domum Domini & domum regis*, &c. Ierem. 39. vers. 2. *Vndecimo autem an-*

C *no Sedeciæ, mense quarto, quinta mẽsis, aperta est ciuitas.* vers. 3. *Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis*, &c. & cap. 52. vers. 5. *Et fuit ciuitas obsessa vsq; ad vndecimum annum regis Sedeciæ.* vers. 6. *Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ.* vers. 7. *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exierúntq; de ciuitate nocte*, &c. ỷs. 8. *Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regẽ: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxtà Iericho.* & ỷs. 12. *in mense autem quinto, decima mensis, ipse est*

D *annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ*, &c. quæ in sequentibus, sicut & in lib. Reg. Per hæc manifestum est captiuitatem sub Sedecia, factam fuisse annô eius vndecimô, nôn autem duodecimô. Et siquidem menses illi quartus & quintus, essent intelligẽdi quartus & quintus non anni currentis, sed Sedeciæ, prout volunt Baradius, & alij multi, clarum esset captiuitatem fuisse factam & consummatam annô Sedeciæ vndecimô, ad mensem solummodò quartum & quin-

tum protractô. At hôc omissô, non desinit idem inferri ex verbis illis, *vndecimô annô*, ex phrasi namque solita Scripturæ, talia verba significant annô eius vndecimô tantum incœptô, non autem completô.

1. Confirm. CONFIRMATVR hæc Sententia 1. Ex Ierem. 1. vers. 3. *Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsq; ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto.* Ex phrasi simili suprà, *vsque ad vndecimũ annum Sedeciæ*, inferre est illud, *vsq;*, non dicere intrinsecè, sed extrinsecè, cõsummationem. Alioqui Ieremias dicere debuerat vel vsq; ad duodecimum, vel annô duodecimô, vel similia. Deindè, ex Sententia quam dicemus esse probabiliorem, 70. anni captiuitatis incipiunt à captiuitate sub Sedecia: consequenter primus eorum annus incipiẽdus est ab vndecimo Sedeciæ non completo. Maximè autem quia ab intrà annum illum vndecimum incipit noua Epocha, spectata siue ad annos Nabuchodonosor, à quibus Epocha deinceps incipiebat: siue ad annos Captiuitatis ipsius. Cuius simile quippiam visum fuit in anno quarto Salomonis. Ergò vndecimus Sedeciæ non fuit in se completus.

2. Confirm. CONFIRMATVR II. ex Ierem. 32. & 52. vbi dicitur cap. 32. vers. 1. *In anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimusoctauus Nabuchodonosor.* Ecce, annus decimusoctauus Nabuchodonosor coniũgitur anno decimo Sedeciæ. Atqui cap. 52. vers. 29. *In anno octauodecimo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas* 832. hęc captiuitas non potest dici alia, quàm Sedeciæ, idq; fatetur Torniellus an 3429. nu. 4. Cùm ergo annus decimusoctauus Nabuchodonosor, participet de decimo Sedeciæ, & in eodem decimo octauo facta sit captiuitas eius: vtique non potuit fieri annô eius vndecimô completô. Nam ab intrà decimũ, ad post vndecimum, non potest reperiri vnicus solus annus decimusoctauus. Quarè dicendum videtur Ieremiam suprà cap. 1. locutum esse de captiuitate completa per Nabuzardan, non autẽ de incœpta per Nabuchodonosor. Consequẽter etiamsi locutus esset de anno vndecimo Sedeciæ cõsummato: sequeretur eum locutum esse de illo, non vt chronologico, sed quamuis in se tantùm incœpto, tamen prout ferè transacto per tale tempus post primam eius captiuitatem.

Ex hac autem Sententia sic deducta, prætendi potest annum illum vndecimum Sedeciæ non etiam cẽsendum esse pro chronologia completum. Cuius prætẽsionis ratio specialis sit, quòd in eo fuerit incipienda noua Epocha, nimirũ vel imperij Babylonici, vel annorum septuaginta captiuitatis, secundũ quòd probabilior censebitur illa sententia, quæ captiuitatis annos 70. desumit à captiuitate sub Sedecia, siue à destructione ciuitatis. Sicut ergò in serie regũ Iuda currente, quandò quidã vltimus annus fuit in se non completus, non fuit in chronologia pro completo reputatus, prout visum fuit in Abia, & in Asa, quia nimirùm non poterant conuenienter illi anni compleri per initia sequentium, seu quia succedebãt eis noua regna, quorum anni primi debebant esse, vel cẽseri completi; sic in eadem serie deficiente, vltimus Sedeciæ non debet in chronologia pro completo reputari, quia non potest conuenienter cõpleri per initiũ sequentis, seu quia succedit ei nouum regnũ, vel Epocha noua, cuius annus primus debẽt esse, vel censeri cũpletus.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Annum vndecimum Sedeciæ, fuisse in se completum.

Ità omnes fere chronologi atque expositores, vt Genebrardus, Baradius, Gordonus, & alij, præsertim autem Torniellus an. 3429. num. 4. fin. & an. 3446. à num. 7. Reliquos adducere tædiosum esset nimis.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, pluribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ab Ezech. cap. 40. vers. 1. *In vigesimoquinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decimi mensis, quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas.* Ibi decimusquartus destructionis, componitur cum vigesimoquinto transmigrationis Ezechielis, quæ facta est sub Iechonia, priùs immediatè quàm regnaret Sedecias. Atqui nisi vndecimus Sedeciæ fuerit completus, non concurrent 14. à destructione, cum 25. à trãsmigratione. Ostẽditur dupliciter. Primò si iuxtà hanc cõpositionem Scripturæ componamus antecedentes annos ordine retrogradô, hôc modô. Si decimus quartus destructionis, fuit vigesimusquintus transmigrationis: decimustertius destructionis, fuit vigesimusquartus transmigrationis: & duodecimus destructionis, vigesimustertius transmigrationis: & vndecimus destructionis, vigesimussecundus transmigrationis: & decimus destructionis, vigesimusprimus transmigrationis: & nonus destructionis, vigesimus transmigrationis: & octauus destructionis, decimusnonus trãsmigrationis: & septimus destructionis, decimusoctauus transmigrationis: & sextus destructionis, decimusseptimus transmigrationis: & quintus destructionis, decimussextus transmigrationis: & quartus destructionis, decimusquintus transmigrationis: & tertius destructionis, decimusquartus transmigrationis: & secundus destructionis, decimustertius trãsmigrationis: & primus destructionis, duodecimus trãsmigrationis. Ecce restat vndecimus integer trãsmigrationis, sine vllo destructionis. Ergò quia trãsierũt vndecim integri, priusquam transmigratio fieret,

Hi autem sunt 11. illi Sedeciæ, de quibus [illegible]ritur. Nam per illos 11. durant transmigratio facta sub Iechonia. Secundo, iuxtà dictam compositionem, seu numerationem à primo Sedeciæ, siue a transmigratione Iechoniæ, vsque ad [illegible] quintũ eiusdem transmigrationis. C[illegible] one 11. cum 14. & 11 [illegible] intellige completos, erunt 25. non intelligere completos, non erunt 25. sed tantum 24. Vt ergo 24. à destructione, concurrant cum 25. à transmigratione sequitur vt 11. Sedeciæ fuerit [illegible].

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à Ierem. 1. ve[illegible] *factum est verbum in diebus Ioakim filij [illegible] regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto.* In his verbis quamuis dicatur verbum factum ad Ieremiam vsq; ad cōsummationem anni vndecimi Sedeciæ, & transmigrationem Ierusalem sub eodem Sedecia factâ, vtramq; sumendã extrinsece: tamen in eis etiam denotatur, quod quando facta fuit transmigratio Ierusalem intrinsece tunc etiam facta fuit consummatio anni vndecimi Sedeciæ intrinsece. Nam si verbum fuit factum vsque dum consummatio anni vndecimi Sedeciæ, & transmigratio complerētur intrinsece: ergò desiit quandò fuerunt intrinsecè completæ. Ergo vndecimus annus Sedeciæ fuit cōsummatus intrinsece, quando & ipsamet transmigratio fuit intrinsecè consummata.

Confirm. CONFIRMATVR omnino, & distinctissime, 4 Reg. 25. à vers. 8. & Ierem 52. à vers. 12. *Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis, in Ierusalem.* vers. 9. *Et succendit domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalem, omnemque domum combussit igni.* vers. 10. *Et murum Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum.* vers. 11. *Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ.* vers. 12. *Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas.* vers. 13. *Columnas autem æreas,* &c. abinde fusè narrantur omnia templi, quæ trãslata fuerũt in Babylonem; post quæ tandem Reg. 25. vers. 21. subducitur, *& translatus est Iuda de terra sua.* In his aduertere est primò, quam dixerat obscure Ieremias cap. 1. consummationem anni vndecimi Sedeciæ, & transmigrationem Ierusalem, mense quintô, hanc expressè describi his locis. Deindè, quamuis in prioribus verbis 4. Reg. 25. à vers. 1. & Ierem. 39. à vers. 2. & cap. 52 à vers. [illegible] facta sæpè fuerit mentio anni vndecimi Sedeciæ, necnon tali modò, qui significauerit illum tantùm vt inceptũ, v.g. Ierem. 39. vers. 2. *Vndecimo autem anno Sedeciæ,* &c. aperta est ciuitas: tamen, tanta narrari posteà, quæ plus supérque temporis significēt, per quod annus ille vndecimus, etsi tunc in se tantùm inceptus, nihilominùs postea fuerit plusquam completus. Præterea, captiuitatem sub Sedecia, non præcisè considerari, secundùm quod captus est ipsemet Sedecias, captiq; cum eo nonnulli alij sed secundum quod capti fuerant reliqui, templum & vrbs diruta, &c. tandémq, iam rex, & reliqui, quàm omnia quæ fuerunt templi, translata fuerunt in Babylonem. Propter hoc enim captiuitas illa propriè vocatur *Desolatio* 2. Par. vlt. & Dan. 9. *Percussio Ciuitatis* Ezech. 40. vers. 1. &, *Translatio Iudæ de terra sua* 4. Reg. 25. vers. 21. Consequẽter Epocha noua, siue imperij Babylonici, siue captiuitatis, desolationis, vel transmigrationis Sedecianæ, non necesse habuit cõputari mox à captura ciuitatis, regis, vel aliorum, sed ab illa tota vel victoria Nabuchodonosor, vel trãslatione populi, completis. Quapropter, datô rursùm, quòd annus Sedeciæ non fuerit prioribus illis temporibus interruptæ ciuitatis completus: fuerit tamen posterioribus destructionis, & translationis. Quod tandem confirmatur, quia quæ translatio facta dicitur Ierem. 52. vers. 29. *In anno octauodecimo Nabuchodonosor,* scilicet secundum initia sua, hæc eadem facta describitur 4. Reg. 25. à vers. 8. & Ierem. 39. à vers. 12. in anno *decimonono* eius. Sicut ergò completus fuit annus decimusoctauus Nabuchodonosor, intrà quàm compleretur illa captiuitas: ita & vndecimus Sedeciæ, completus fuit intrà quàm eadem captiuitas compleretur. Ex quibus etiam illud cōsequitur, quòd esto daretur annum vndecimum Sedeciæ non fuisse rigorosè cõpletum: nihilominus adhuc censendus esset completus pro chronologia: quoniam reperiũtur inter ipsum & Epocham nouam, tempora quæ plus quam sufficerent ad ipsum reputandum cõpletum. Et per hæc patere potest quid sit respondendum ad probationes vel obiectiones Sententiæ præcedentis.

IN HAC diuersitate Sententiarum quid dicendum? Respondeo, secundam sententiam omni modô videri nobis probabiliorem. Authoris resolutio

## XXVIII. DIFFICVLTAS. CIRCA IOACHAZ, & Iechoniam: An 3. menses quos vnusquisque regnasse dicitur, aut aliquod aliud tempus ad Iechoniam spectans, non possint efficere, vt aliquis alter annus, præter summatos & assignatos regibus à Scriptura, sit chronologiæ asciscendus?

### §. 94.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Postquàm dictum est 2. Par. vlt. vers. 9. Iechoniam regnasse 3. *mensibus, & 10. diebus*, additur vers. 10. *Cumque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex qui adduxerunt eum in Babylonem.* Vbi aduertit Caietanus habeti secundùm Hebræum, *in reuersione anni*. Aduerti etiam potest Septuag. Interpretes habere, *vertente anno*, & 3. Esdr. 1. v. 45. *Et post annum mittens Nabuchodonosor.* Quibus locis iungi possunt in confirmationem multa similia. vt Num. 28. vers. 14. fin. *Hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedant.* Iudic. 11. vers. 39. *Exinde mos increbuit in Israël, & consuetudo seruata est*, vers. 40. *vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel*, &c. 2. Reg. 11. vers. 1. *Factum est autem vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere.* 1. Par. 20. vers. 1. *Factum est autem post anni circulũ, eo tẽpore quo solent reges ad bella procedere*, &c. Esth. 9. v. 21. *vt quartamdecimam & quintamdecimam diem mensis Adar, pro festis susciperent, & reuertente semper anno solemni celebrarent honore.* His adde 3. menses Ioachaz, & tempus anni trigesimisecundi Iosiæ incœpti, efficietur vt annus primus Ioakim incipiat tardius. Item, dici potest, quòd sicut 3. mẽses Iechoniæ, qui habentur in libro Reg. reperiuntur fuisse 4. incepti in lib. Par. & 3. Esdr. ità 3. Ioachaz censeri possunt 4. incepti. Denique siue 3. incepti tantùm, siue completi, summa 6. mensium cum anno Iosiæ trigesimosecundo incœpto, & duodecimo Sedeciæ similiter incœpto, possunt merito cogitari cõplere talem aliquem annum incompletũ, qui significatus fuerit per illa verba *Cumque anni circulus volueretur*, &c.

1. Sent.

I. SENTENTIA. dicit, Addendum esse aliquem annũm chronologiæ præter annos summatos a Scriptura.

Ità Caietanus dicens per illa verba indicari reuolutum fuisse annum integrum a tempore quó venerat Nabuchodonosor contra Ioakim, ad illud in quo præceptò Ioakim substituit filium eius Iechoniam regem in Ierusalem. Proptereà inferens, ipsum Iechon iam non statim regnare cœpisse post necem patris sui Ioakim: sed inter eos extitisse interregnum multorum mensium, propter cladem quam fecerat Nabuchodonosor in Ierusalem post capturum Ioakim.

Reijcitur

CONTRA HANC SENTENTIAM, disputat quidem Tornielius an. 3435. num. 8. Sed quia procedit per principia iam à se posita, de captura Ioakim annò regni sui vndecimo recenter in thoarò, sub finem anni septimi Nabuchodonosor: propterea, reiecta refutatione per eiusmodi principium, sufficit contra hanc Sententiam facere Regulas generales, de annis a Scriptura summatis, à quibus nihil hôc locô cogit nos recedere.

Ad Fundam Diffic.

AD FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS, primam eius partem. Respondetur, illa verba non amplius significare, quàm *currente annô*, vel ad plus ad finem properante: vnde Hebr. ולתשובת & in cessando, vel in cessatione, desitione, &c. à rad. שָׁבַת cessare, desinere, quiescere, &c. & Sept. [illegible], *vertente*. Quod si [illegible] icatur, ea vel [illegible] aliqua, manifeste significare post annum. Respõdebitur, non tamen [illegible] denotare, vnde [illegible] cœperit ille annus. Si demum vrgeatur, ea vel [illegible] aliqua, etiam denotare vnde [illegible] cœperit ille annus. Respõdebitur, hoc verũ quidem habe[illegible] [illegible] sed tamen quomodo annus ille [illegible] [illegible] nullatenus dici. [illegible] non potest inde [illegible], sensum ibi esse [illegible] quid fuisse [illegible] anno [illegible] vndecimô S[illegible], magis quàm eôdem adhuc durante vndecimo.

2. Sent.

II. SENTENTIA esse potest, saltem vel [illegible] secundum Iosiæ, vel duodecimum Ioakimi, cẽsendum esse completum.

Probat.

PROBARI potest [illegible] Sententia argumentis [illegible], præter ea quæ habita sunt in Fundamento [illegible], petito ex 4. Reg 24. v[illegible] dictum est vers. 8 Iechoniam regnasse 3. mensibus, [illegible] vers. [illegible]. *Et fecit m[illegible] Domini* [illegible] quod 2. Par. vlt. v. 9. dicitur in eadem [illegible] vers[illegible]: & rursus in Reg. v. 10. *In tem[illegible] illo [illegible] venderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circundata est [illegible] munitionibus* vers. 11. *[illegible] Nabuchodonosor rex Babylonis in ciuitatem cum seruis suis vt oppugnarent eam.* vers. 12. *E[illegible], et Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis*, &c. In his videtur non pauca [illegible] fuisse [illegible], à 3. [illegible] bus Ioachin, ad deditionẽ

eius. Nam venerat exercitus Nabuchodonosor de Babylone contra Ioakim, & constitutò Iechonià rege pro eo, reuersus in Babylonem, rursùm venit contrà eum. Verum

Reiicitur.

CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, primùm Regulæ generales. Deindè in speciali, quòd quantùm ad trigesimumsecundum Iosiæ, & 3. menses Ioachaz, ostensum fuit eos terminatos fuisse cum vndecimo Ioakim intrà octauum Nabuchodonosor: vndè non possunt extendi ad posteriora. Quantùm autem ad 3. Iechoniæ, non est cur dicantur complere aliquem annum, cum ab octauo Nabuchodonosor ad decimum-octauum eius, quò cœpta est captiuitas Sedeciæ ex Ierem. 52. vers. 19. quique concurrit cum decimo Sedeciæ ex Ierem. 32. vers. 1. & cum vndecimo eiusdem Sedeciæ, ex 4. Reg. 25. vers. 3. & Ierem. 52. vers. 5. & denique, ad decimumnonum eiusdem quò completa est captiuitas, non possint reperiri tà completi. Cæterùm quæ dicuntur ibi de exercitu Nabuchodonosor, sic intelligenda sunt, vt manserit tantùm in eadem regione circà Rebla, &c. Ex Iosepho autem lib. 10. Antiq. 9. *cùm Nabuchodonosor pœnituisset tradidisse regnum Iechoniæ, veritus ne memor ocsis patrui, Iudaos ad defectionem impelleret, misit seruos suos in Ierusalem*, &c. Et tunc scilicet deditione receptus, ductus fuit in Babylonem.

III. SENTENTIA. & probabilior. Dicit, nullum admittendum esse aonum in chronologia, suprà summatos à Scriptura. | & probabilior Sent. Nullus aonus addendus annis à Scriptura summatis.

Ità Genebrardus, & reliqui. Quorum probationes aliæ non possunt esse, quàm Regulæ generales, & Refutationes Sententiarum præcedentium.

## XXIX. DIFFICVLTAS. CIRCA QVASDAM minutas metas, quorundam annorum, mensium, aut dierum, habitas in libris Regum, Paralipomenon, & Ieremiæ: Quomodò sint conciliandæ?

§. 95.

4. Reg. 24. vers. 12. & Ierem. 52. vers. 28 conciliantur.

PRIMA est hæc. 4. Reg. 24. vers. 12. *Et suscepit eum* (Iechoniam) *rex Babylonis anno octauo regni sui.* Et tamen Ierem. 52. vers. 28. fin. *In anno septimo* (transtulit) *Iudæos* 20:3. quam captiuorum translationem dictum est eandem fuisse quæ annò Nabuchodonosor octauò. Quomodo *septimo, & octauo?*

RESPONDETVR. Hanc fuisse solutam §. 90. Vbi dictum est translationem illam anni septimi, fuisse eandem, non quæ Iechoniæ, sed quæ Ioakimi; fuisséq; inceptam annò vndecimò Ioakimi, & cõpletam octauò Nabuchodonosor, atq; adeò duodecimò eiusdem Ioakimi, tàtùm videlicet incœptò.

4. Reg. 25. vers. 2. & 4. Ierem. 52. vers. 5. 6. & 7. & Ierem. 39. vers. 2. conciliantur.

SECVNDA. 4. Reg. 25. vers. 2. *Et clausa est ciuitas atque vallata vsque ad vndecimum annum Sedeciæ*, vers. 3. *nonà die mensis: præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ.* vers. 4. *Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt*, &c. & Ierem. 52. vers. 5. *Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ.* vers. 6. *Mense autem quarto, nonà mensis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ.* vers. 7. *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt*, &c. Et tamen Ierem. 39. vers. 2. *Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis, aperta est ciuitas. Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media*, &c. Quomodò ciuitas interrupta nonà die, vel post nonam diem, & tamen *quintà?* vel quomodò *clausa* ciuitas, vsque ad diem nonam, & tamen *aperta* die quintà?

I. RESPONSIO, est Emanuelis Sa, & à Castro, necnon ex parte Torniellii an 3446. num. 7. versùs fin. Corrigendum esse locum Ierem. 39. vers. 2. & loco *quintà*, legendum esse *nonà*. Probant authores priores, quia 4. Reg. 25. & Ierem. 52. constanter habetur in omnibus codicibus *nonà*, proùt etiam legit Iosephus lib. 10. Antiq. c. 11. Quinetiam inspiciendo loco Ierem. 39. habetur in Hebræo, Græco, & Chaldæo, *nonà*; proùt etiã legit Theodoretus, & denique eòdem locò Ierem. 39. in quibusdam codicibus Vulgatæ Editionis, necnon in Bibliis Regiis habetur *nonà*. Cum igitur in scribendo facilè committatur error circà numeros, & locus vnus potiùs sit corrigendus quam plures, præsertim si locus ille vnus non habeatur sic in pluribus linguis, sicut contrà habentur reliqui: conuenit omninò locum illum vnum esse restituendum, secundùm quod habetur apud reliqua.

VERVM, hæc Responsio nullatenùs est nobis probanda, si stemus principiis iam centies stabilitis, quæ nusquàm conuelli patiemur, nimirùm nullum vnquàm esse mendum admittendum in Bibliis correctis Vulgatæ Editionis. Quod maximè vitandum est, quandò non desunt cõmodæ locorũ in speciem pugnantiũ cõciliationes. Vndè si quæ loca sunt

corruptionis arguēda, corruptionis arguatur potius quęcūq; alia, quā Vulgatæ Editionis, quę fidem facit diuinam ex decreto sacrosancti Concilij Tridētini. Vide quæ diximus §. 1. 2. 5. & 75. confirmata vel applicata passim in similibus difficultatibus.

II. RESPONSIO est, ex parte Tornielli suprà, sed quam amplectitur potiùs quàm priorem, muri fracturam seu apertionem cœpisse fieri die quintâ, & nonnisi die nonâ fuisse completam, ità vt per eam eâdemmet die possent introire Chaldæi.

III. RESPONSIO habetur aliquatenùs apud Theodoretum in Sophon. 1. vers. 10. estque Tostati in 4. Reg. 25. quæst. 5. Chaldæos obtinuisse murum primū siue exteriorem, quintâ die: secūdum verò siue interiorē, nonâ. Quod tamen intelligendum est vtrobiq; simul, cum apertione portarū. Sed audiatur Theodoretus ad illa verba Sophon. 1. ℣. 10. *Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus.* Sic enim habet: *Propter has vestras iniquitates, cùm hostes murum perruperint, & portas aperuerint, clamorē edentes, & vociferantes, ad secundum murum confugietis, sed tamē nihilosecius & illius portâ hostibus patefactâ, vlulantes interficiemini, & tametsi quidam ex vobis montium fastigia occupauerint, in domósue altas ascēderint, tamen perdentur.* Ex his colligere est Chaldæos priùs obtinuisse murum primū ciuitatis, eiúsq; portas, seu portam quæ dicebatur piscium exercitui aperuisse, deinde verò obtinuisse murum secundum, eiúsq; portā, quæ dicebatur secunda iuxtà Sophoniam, siue media iuxta Ieremiā, similiter exercitui aperuisse. Facit quòd 2. Par. 32. à ℣. 5. *Ædificauit quoq; (Ezechias) agens industriè omnem murū, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecùs alterum murū,* &c. Vndè per allusionē 26. Isaiæ à ℣. 2. *Vrbs fortitudinis nostræ Siō saluator, ponetur in ea murus & antemurale.* Prorsùs autem Thren. 2. ℣. 8. *Luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est.*

VT AVTEM posteriores istæ Respōsiones pleniùs intelligātur, & Scriptura sacra ritè concilietur, aduertēdum est, videri quidē posse speciétenùs illa verba 4. Reg. 25. vers. 3. *nona die mensis: prævaluitq; fames,* &c. idem significare quòd *nona die mēsis prævaluit fames;* quia Ierem. 52. ℣. 7. *Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatē,* &c. Atq; ità cogitari posse Scripturæ conciliationem, vt quamuis quintâ die Chaldæi obtinuerint ciuitatem, attamen fames etiam obtinuerit adhuc eam vsq; ad nonam diem.

Veruntamen hoc rectè dici non potest, sensúsq; 4. Reg. 25. ℣. 3. alius est. Nam quamuis in illo Regū loco versus tertius fuerit annotatus ante verba hæc, *nona die.* tamē & so-

A lummodò disiungitur à versu præcedenti per vnum comma, & prima littera ipsius non est maiuscula, sed minuscula, & demq; verba sequentia, *prævaluitq; fames,* disiungūtur à præcedentibus illis, *nona die,* per duo pūcta. Hinc consequens est sensum illius loci 4. Reg. esse, ciuitatem verè mansisse clausam, vallatam, atq; obsessam, ad minùs quātùm ad secundū murum, & portas eius, vsq; ad vndecimum annum Sedeciæ, mēsem quartū, nonam eius diem. Consequens etiam, illa verba Ieremiæ 52. vers. 2. *& fuit ciuitas obsessa vsq; ad vndecimum*

B *mum annum regis Sedeciæ,* quamuis solitariè sic posita sine adiunctione diei nonæ mensis, sed potiùs cum disiunctione hâc vers. 6. *Mense quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem:* nihilominùs intelligi debere prorsùs eódem sensu, quô superiora libri 4. Regum, etiamsi per Ieremiam non expressō. Non quòd viceuersà non sit pariter intelligendum in libro Regum, præualuisse famē illa nonâ die mensis, sicut habetur apud Ieremiā. Sed quia non sic exprimitur apud illum librum Regum; sicut neq; apud Ieremiam exprimitur obsessio

C ciuitatis, eâdem nonâ die mensis, quæ tamen (obsessio) eousq; durasse describitur apud librum Regum. Scilicet, quòd mutuò per vnum Scriptorem factum fuit tacitum, per alium fuit expressè suppletum. Proindè verum est vtrumque: & famen inualuisse nonâ die quarti mensis: & ciuitatem fuisse clausam, vallatam, atque obsessam, vsque ad eandem nonam diem quarti mensis; quamuis intelligēda sint ista, quod spectat ad nonam diem, de clausura, vallatione, atque obsessione, non ciuitatis omnimodè, sed ciuitatis in se strictiùs spectatæ, siue quantùm ad murum

D suum proprium, non autem quantùm ad anteriorem.

Ex hoc itaque quòd *clausa* fuerit ciuitas etiam *nona die* quarti mensis, extat quidē difficultas, nec modica, quomodò verum sit, quòd mense quarto, *quintâ* mensis, *aperta* sit ciuitas? At præcipuum difficultatis est, quomodò verū sit id quod verbis istis Ierem. 39. vers. 2. habetur additum immediatè vers. 3. *Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Nereger, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares, Nereger, Sereser,*

E *Rebman, & omnes reliqui principes regis Babylonis.* Et vers. 4. *Cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerūt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam,* &c. Fugerunt: vtique cum vidissent illos intrà ciuitatem.

Ad hoc ni fallimur non plenè satisfaciunt Responsiones præcedentes. Nam quantumcúmque cogitetur, vel iuxtà Torniellum, fracturā muri fuisse quidē incœptam *quintâ* die, non completam autem nisi *nonâ*, vel iuxtà Theodoretum, & Tostatum, Chaldæos

obtinuisse

obtinuisse tãtummodo primum murum die *quintâ*, secundum verò, proindèque ciuitatem ipsam, *nonâ*: non tamen soluitur difficultas; quinimò videntur istæ Responsiones aduersari loco Ieremiæ 39. Siquidem ibi videtur etiam asseri manifestè, ciuitatem fuisse sic apertam *quinta* die, vt eâdem *quintâ* die principes omnes regis Babylonis ingressi sint eam, & Sedecias suique bellatores, visis principibus illis, consequenter militibus eos comitantibus, ingressis ciuitatem, portámque eius mediam obtinentibus, aufugerint.

Dicendum est igitur, vtramque Responsionem valere quidem posse, si tamen addatur, illa verba Ieremiæ 39. vers. 2. *aperta est ciuitas*, intelligi, vel de fractura prima muri, iuxta Tornellum, vel meliùs de fractura primi muri, iuxtà Theodoretum & Tostatum; illa autem vers. 3. *& ingressi sunt omnes principes* &c. non esse sic intelligenda, quasi principes illi fuerint ingressi ciuitatem eâdem *quintâ* die, quâ dicitur immediatè ante, *ciuitas aperta*: sed esse sensu disiungenda; videlicet, vt principes ingressi fuerint ciuitatẽ *aliâ* die, quàm quintâ, nimirùm, vel quâuis aliâ, quæ non præcesserit nonam, vel meliùs ipsâmet die *nonâ*. Proindè Ieremiam eô locô, scilicet cap. 39. subticuisse quæ tradidit aliò, scilicet cap. 52. quæque reperiuntur cõsimiliter tradita 4. Reg. cap. 26. Fauet ratio. Nam non solent capi ciuitates ab ipsamet die, quâ dirumpuntur earum muri; quoniam resistentiam aliquandiu faciunt bellatores inclusi. Sed hoc maximè verum habuit ergà Ierusalem, quam constat ex dictis fuisse circumdatam murô duplici.

Hic quæri potest. Quomodò Chaldæi obtinuerint murum secundum ciuitatis, an vi, vel astutia? Nam vix credibile fuerit, eos illum obtinuisse vi, spatiô trium tantùm dierum; cùm ne per vnum annum dirupissent murum primum.

Respondetur. Verba Scripturæ nos cogere ad dicendum, eos obtinuisse vi murum secundum. Nam 4. Reg. 25. vers. 4. *Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt*, &c. & Ieremiæ 52. vers. 7. *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt*, &c. Hoc autem cogitari potest adeò modicũ temporis spatiô factum, quia murus ille secundus non esset æquè validus ac primus, propter quod faciliùs fuerit ab arietibus concussus: nam & ideo forsitan ædificatus fuerat murus ille alius secundus: quò facit 2. Paralip. 32. vers. 5. *Aedificauit quoque* (Ezechias) *agens industriè, omnem murum, qui fuerat dissipatus* &c. *& forinsecùs alterum murum*; vel quia Chaldæi vsi sunt aduersùs illũ nouô quũdam aggrediendi modô, v. g. per cuniculos, &c. quibus forsitan fauebat magis commoditas soli; vel denique quia bellatores ciuitatis, *fracti bello, & tædijsque repulsi*, hòc est bello, fame, timore, &c. diminuti, non æquè valdè resistebant atque ante. Quare sensus loci Ieremiæ 39. vel etiam locorum omnium simùl, est hic: Ciuitas *aperta* fuit, per interruptionem violentam, quantùm ad priorem murum: consequenter quantum ad portas illius muri, *quinta* die mensis quarti. Post hæc iterùmque ciuitas *aperta* fuit, per aliam interruptionem violentam, quantum ad posteriorem murum: consequenter quãtùm ad portas, vel saltem portam aliquam eius, *nonâ* die, vel circiter nonâ die, mensis eiusdem. Et tunc, ipsamet *nona* die quarti mẽsis ingressi sunt ciuitatem omnes principes regis Babylonis. Hæc est sola veráque conciliatio locorum illorum, sanè non parum in speciem pugnantium.

TERTIA. 4. Reg. 25. vers. 8. *Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus seruus regis Babylonis, in Ierusalem. vers. 9. Et succendit domum Domini & domum regis: & domos Ierusalem, omnémque domum combussit igni.* Et tamen Ierem. 52. vers. 12. *In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem*, vers. 13. *Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igni combussit.* Quomodò *septima*, & *decima*? (4. Reg. 25. vers. 8. & 9. & Ierem. 52. vers. 12. & 13. conciliantur.)

I. RESPONSIO, est Tostati in 4. Reg. 25. quæst. 8. & ex parte Tornielli an. 3447, num. 1. init. Nabuzardan venisse quidem *septimâ* die: sed tamen incendium non cœpisse nisi *decima*.

VERVM, hæc Responsio non valet. Nam non dicitur solummodo Ierem. 52. *Et incendit domum Domini*, &c. sed dicitur separatim, *decima mensis*, &c. *venit*.

II. RESPONSIO, est Adrichomij in Chronol. Nabuzardan venisse quidem *septimâ* die, & eadem incendisse domum regis, domósque Ierusalem: sed *decima* tantùm incendisse Templum Dei.

VERVM neque hæc Responsio valet: tùm propter eandem rationem quâ præcedens: tùm quia non separatur, sed simul coniungitur incendium Templi, domus regis, & domorum Ierusalem; imo verò combustio Templi, præponitur combustioni domus regis, & domorum Ierusalem.

III. RESPONSIO, & melior, est ex parte Tornielli ibidem suprà, Nabuzardan egressum esse die *septima* (de Rebla videlicet, vbi degebat Nabuchodonosor) vt veniret in Ierusalem: & hôc modo, *venit*; peruenisse verò Ierusalem die *decima*: & hôc etiam modô, *venit*.

4. Reg. 25 vers. 8 & Ierem. 52 vers. 12 c[illegible] ciliantur.

QVARTA. Iisdem locis, *I[illegible]ecet in- nus nonusdecimus regis Babylonis.* Et tamen I[illegible] rem. 52. vers. 29. *In anno octauodecimo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas* 832. Hanc enim translationem fuisse factam, quādò Nabuzardan incendit Templum, probari videtur ex 2. Par. vlt. vers. 19. *Incenderūt hostes domum Dei*, &c. vers. 20. *Si quis eu[illegible] erat gladiū, ductus in Babylonem seruiuit regi*, &c. Quomodo *decimumoctauus, & decimumnonus*?

RESPONDETVR. Translationem quæ habetur Ierem. 52. vers. 29. esse diuersam ab ea, quæ vers. 12. & Reg. vers. 8. Illam enim esse, in qua Sedecias captus fuit: hanc autem esse, quæ post illam facta est mense quintó. illam, intrà annum *decimumoctauum* Nabuchodonosor: hanc intrà annum *decimumnonum* eius. Et de hac, non de illa, mentio fit 2. Par. vlt. vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi*, &c.

4 Reg. 25 vers. 8 Ierem 52 vers. 12. & Ierem 52 vers. 30. conciliantur.

QVINTA. Ibidem 4. Reg. & Ierem. 52. *Ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis: venit Nabuzardan*, &c. Et tamen ibidem Ierem. vers. 30. *In anno vigesimotertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iu[illegible]æorum* 745. Quomodò *decimonono, & vigesimotertio*?

RESPONDETVR. Translationem illam anni *vigesimitertij* animarum 745. esse a[illegible] ab omnibus præcedentibus, tam ibi, quam [illegible] lib. Reg. & Par. & euenisse longiùs post, n[illegible] annis 5. post capturam Sedeci[illegible] vel 4. post Templi combustionem. De hac fusius agens Torniellus an. 3451. num. 4. dicit [illegible]redibile esse eam fuisse factam in reditu Nabuchodonosor de Ægypto, quem euenisse anno eius vigesimotertió tradunt Iosephus 1[illegible]. Antiq. 1[illegible]. & S. Hieronymus super Thren. cap. 4. Iosephus tamen indicat Iudæos expeditionis illius captiuos, non ex Ierusalem, sed ex Ægypto fuisse deductos. Verumtamen nihil obstat, quin ex vtraque regione fuerint abducti nonnulli Iudæorum præcipui, de quibus dubitandum erat, num aliquid vel noui vel mali molirentur, eô modò, quô de quodam Ismaele regij seminis viro narratur 4. Reg. 25 à vers. 25. quomodò percusserit Godoliam constitutū à rege Babylonis illarum regionum ducem. Et propter hoc fortè, cùm dixisset Ieremias versu præcedenti, seu 29. *In anno octauodecimo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas* 832. in hoc versu 30. formam loquendi mutans non repoſuit vocem *de Ierusalem*: posuit autem *Iudæorum*, tanquàm magis generalem.

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. |
|---|---|---|
| Ezechias. | 7 | 5 |
| | 8 | 6 |
| | 9 | 7 |
| | 10 | 8 |
| | 11 | 9 |
| | 12 | 30 |
| | 13 | 1 |
| | 14 | 2 |
| | 15 | 3 |
| | 16 | 4 |
| | 17 | 5 |
| | 18 | 6 |
| | 19 | 7 |
| | 20 | 8 |
| | 21 | 9 |
| | 22 | 40 |
| | 23 | 1 |
| | 24 | 2 |
| | 25 | 3 |
| | 26 | 4 |
| | 27 | 5 |
| | 28 | 6 |
| | 29 | 7 |
| Manasses. 55. | 1 | 8 |
| | 2 | 9 |
| | 3 | 50 |
| | 4 | 1 |
| | 5 | 2 |
| | 6 | 3 |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. |
|---|---|---|
| Manasses 55. | 7 | 4 |
| | 8 | 5 |
| | 9 | 6 |
| | 10 | 7 |
| | 11 | 8 |
| | 12 | 9 |
| | 13 | 60 |
| | 14 | 1 |
| | 15 | 2 |
| | 16 | 3 |
| | 17 | 4 |
| | 18 | 5 |
| | 19 | 6 |
| | 20 | 7 |
| | 21 | 8 |
| | 22 | 9 |
| | 23 | 70 |
| | 24 | 1 |
| | 25 | 2 |
| | 26 | 3 |
| | 27 | 4 |
| | 28 | 5 |
| | 29 | 6 |
| | 30 | 7 |
| | 31 | 8 |
| | 32 | 9 |
| | 33 | 80 |
| | 34 | 1 |
| | 35 | 2 |
| | 36 | 3 |
| | 37 | 4 |
| | 38 | 5 |
| | 39 | 6 |
| | 40 | 7 |
| | 41 | 8 |
| | 42 | 9 |
| | 43 | 90 |
| | 44 | 1 |
| | 45 | 2 |
| | 46 | 3 |
| | 47 | 4 |
| | 48 | 5 |
| | 49 | 6 |
| | 50 | 7 |
| | 51 | 8 |
| | 52 | 9 |
| | 53 | 3400 |
| | 54 | 1 |
| | 55 | 2 |
| Amon 2. | 1 | 3 |
| | 2 | 4 |
| Iosias 31. | 1 | 5 |
| | 2 | 6 |
| | 3 | 7 |
| | 4 | 8 |
| | 5 | 9 |
| | 6 | 10 |
| | 7 | 11 |
| | 8 | 12 |

| | Regnum Iuda. | Anni Mundi. | Regnum Nabuchod. | |
|---|---|---|---|---|
| Iosias. | 9 | 13 | | |
| | 10 | 14 | | |
| | 11 | 15 | | |
| | 12 | 16 | | |
| | 13 | 17 | | |
| | 14 | 18 | | |
| | 15 | 19 | | |
| | 16 | 20 | | |
| | 17 | 1 | | |
| | 18 | 2 | | |
| | 19 | 3 | | |
| | 20 | 4 | | |
| | 21 | 5 | | |
| | 22 | 6 | | |
| | 23 | 7 | | |
| | 24 | 8 | | |
| | 25 | 9 | | |
| | 26 | 30 | | |
| | 27 | 1 | | |
| | 28 | 2 | | |
| | 29 | 3 | | |
| | 30 | 4 | | |
| | 31 | 5 | | |
| Ioachaz, 3. mensibus. | | | | |
| Ioakim. 11. | 1 | 6 | | |
| | 2 | 7 | | |
| | 3 | 8 | | |
| | 4 | 9 | | |
| | 5 | 40 | 1 | Nabuchodonosor. |
| | 6 | 1 | 2 | |
| | 7 | 2 | 3 | |
| | 8 | 3 | 4 | |
| | 9 | 4 | 5 | |
| | 10 | 5 | 6 | |
| | 11 | 6 | 7 | |
| Iechonias. 3. mensibus. | | | | |
| Sedecias 11. | 1 | 7 | 8 | |
| | 2 | 8 | 9 | |
| | 3 | 9 | 10 | |
| | 4 | 50 | 11 | |
| | 5 | 1 | 12 | |
| | 6 | 2 | 13 | |
| | 7 | 3 | 14 | |
| | 8 | 4 | 15 | |
| | 9 | 5 | 16 | |
| Regnum Iuda stetit annis | 10 | 6 | 17 | |
| completis 403. | 11. | 7. | 18 | Incipit Captivitas sub Sedecia. |

# COLLECTIO ANNORVM PRIMÆ PARTIS Quintæ Periodi: Et quarundam partium dependentium ex ea.

§. 96.

GENEBRARDVS in fine regum Iuda, numerat à fundato templo Salomonis, ad captiuitatem Iechoniæ annos 419. menses 6. dies 1. quia chronologicos facit 3. menses, quibus regnauit Ioachaz, & 3. menses, ac dies 10. quibus Iechonias. Item, numerat tot annos; quia chronologicos facit omnes regum annos, quos summat Scriptura sacra. Denique, non plus numerat quàm 419. quia 12. annos totelæ regis Oziæ non æstimat esse computandos.

Sed profectò Genebrardus non discussit, vt par erat, singulas difficultates, ratus esse satis, vt expeditius ageret, si annos, menses, & dies, prout repetiuntur in Scriptura numerati, computaret integros, atque ità summam in vnam redigeret. Sic etiam initiò chronologiæ computauit in 1. Periodo vel vsque ad 6. dies creationis. At nulli parumper attendenti non liquet, quòd quamuis impossibile sit pertingere ad veram summam omnium temporis particularum, quia nulli compertum esse potest euidenter, quis verè annus fuerit completus, & quis non, quot dies & menses exacti fuerint in incœptis, quos supra completos Scriptura reticuit: & in huiusmodi rebus perplexis, nec satis cognitis, illud est probabilius, quod ad Scripturam sacram est accommodatius; attamen nulli, inquam, non liquet, neque omnes omninò annos qui habentur in ea, esse pro completis computandos, neque solos etiam qui ab ea certò numerò traduntur, nec denique omnes aut solos menses & dies, qui in ea reperiuntur, esse numerandos. Instar sint, omnes anni incompleti primarum Periodòn a Scriptura taciti. Instar reliqui hactenus visi.

CONSEQVENTER, Genebrardus additis 11. annis Sedeciæ, statuet à Fundatione Templi, ad eius destructionem, annos 430. Ita hæc habet in contextu historiæ: His annis 420. (ibi, quos dixit 419. completos, vocat 420. computans eos vt incœptos numeri quadrati gratiâ) si addas annos 40. Dauidis, 4. Salomonis, & denique 11. Sedeciæ, reperies hue familiæ Dauidis regnum stetisse 475. subductis paucis mensibus & diebus, è quibus (hæc apud eum legêda sunt per parenthesin) Templum Salomonicum A vndecimò & vltimò Sedeciæ euersum, ste tisse ab Hebræis notatur, annis 410. cum 25. quibus nimirùm regnauit Saul, totum Iudæorum regnum 500. annos expler. Verùm in hoc etiam hallucinatur Genebrardus (ni forsan id dicat ex sententiâ Rabbinorum) quòd 25. annos tribuat Saüli, cùm manifestum sit ex 1. Reg. 7. à vers. 2. Saülem non potuisse regnare suprà 20. aut 22. annos.

B CONSEQVENTER suis dictis, statuet Genebrardus à regno Roboam, ad captiuitatem Iechoniæ, annos 383. ad captiuitatem Sedeciæ, 394.

DICES pro Genebrardo, consequenter & pro aliis eum imitantibus, frustra nos aliósue esse adeò anxios pro tota hac Periodo, seu Periodi huius parte, in seruandis omnibus numeris; cùm sufficeret summas annorum vniuscuiusque regis Iuda semper in- C tegras seruare, de cætero referendo numerosalios ad alias regnorum circumstantias; quia nihil hoc propriè facit ad chronologiam, dummodò cætera possint aliquâ ratione, siue magis siue minùs vsitatâ conciliari. Atque hôc pactô summa annorum regum Iuda à quarto Salomonis inclusiuè sumptô, ad vndecimum Sedeciæ pariter inclusiuè sumendum, erit annorum 430. prout facile potest quilibet summare, nihil aliud D disquirendo, quàm summas vniuscuiusque regis Iuda colligendo. Nam aut nihil, aut fere nihil faciunt, alij numeri ad chronologiam. Neque vero credibile est, alios numeros maiori curâ, diligentiâ, & fide, fuisse conseruatos quàm istos. Et denique omnes alij numeri, moraliter loquendo, nec recedendo longè ab aliquo commoni atque vsitato loquendi modo, possunt ad istos accommodari.

E CONFIRMARI potest. Quia si qua præcipua, vel vt plurimum, difficultas subest, maximè propter vocabulũ, *regnauit*, quemadmodùm in Amri; qui dicitur regnauisse annò trigesimoprimò Asa, & in Ozia, qui dicitur regnauisse annò vigesimoseptimò Ieroboam regis Israël, huius nominis secundi, & in aliis multis. Vbi notandum venit, cùm Hebræi habeant duntaxàt in verbis suis vnicum præteritum, quod ferè semper à Latinis explicatur per præteritum perfectum: tamen illud etiam ab Hebræis sumi pro præterito imperfecto,

ſit de anno primo Ezechiæ, de quo difficultatem quidem proponit annô expāsò 3254. nullibi verò ſoluit eam. Porro mirum illud eſt in eius methodo, quòd in annis expanſis quoſdam vltimos regum non facit completos, & tamen in computatione ſummaria pro completis eos ponit. Inſtar aliorum ſit decimusſextus Achaz: quem tamen, & primum Ezechiæ, eundem facit cum anno mundi 3254. & poſteà ſecundum Ezechiæ eundem cum anno mundi 3255. Quà ratione, nec competio, nec laborioſiùs quærendum puto.

TORNIELLVS in fine 5. ætatis mūdi, ſeu anno 3446. num. 7. numerat à Roboam, ad captiuitatem Iechoniæ, 376. ad captiuitatem Sedeciæ, 387. Conſequenter, additis 37. Salomonis, à templo cōputatur ad captiuitatem Iechoniæ, 413. ad captiuitatem Sedeciæ 424. Quibus ſi addas 3. Salomonis, & 40. Dauidis, habebis ſecundùm illum annos regni Iudaici in familia Dauid 467. Si 20. quos tribuit Sauli, annos regum Iudaicorum 487.

CÆTERVM, quantùm ad annos mundi Genebrardus numerat ab orbe condito ad captiuitatem Iechoniæ, 3569. Conſequenter ad captiuitatem Sedeciæ, 3580. Temporarius ab orbe condito, ad excidium templi, 3415. Gordonus, in an. expan. ad captiuitatem primam Ioakimi excluſiuè, 3373. ad captiuitatem Iechoniæ 3381. ad captiuitatem Sedeciæ 3392. Torniellus ad captiuitatem Iechoniæ, 3435. Sedeciæ, 3444. Alij aliter.

NOS autem iuxtà diſputationes noſtras, & chronologiam ex eis reſultantem, putamus, relictô quôlibet putare quid voluerit, annos ſic eſſe numerandos.

| | |
|---|---|
| A Roboam ad captiuitatem Iechoniæ, | 393. |
| A Roboam ad captiuitatem Sedeciæ, | 404. |
| A Templo ad captiuitatem Iechoniæ, | 429. |
| A Templo ad captiuitatem Sedeciæ, | 440. |
| A Dauide ad captiuitatem Sedeciæ, | 483. |
| A Saule ad eandem (additis 19.), | 502. |
| Ab Orbe ad captiuitatem Iechoniæ, | 3446. |
| Ab Orbe ad captiuitatem Sedeciæ, | 3457. |

## Summa Primæ Partis Quintæ Periodi.

## A iactis Templi Fundamentis, Ad Captiuitatem Babylonicam ſub Sedecia.

Anni Completi.

440.

Mundi.

3457.

# SECVNDA PARS
## QVINTÆ PERIODI.

## A Captiuitate Babylonica sub Sedecia, Ad reditum ab ea sub Cyro.

Annorum Completorum

70.

## EX II. PAR. I. ET II. ESDR. ISA. IEREM. BAR. DAN. AGGÆ. ET ZACHAR.

### II. PAR.
### CAP. VLT.

Vers. 11. *Viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem.* Vers. 12. *Fecitque malum in oculis domini Dei sui, nec erubuit faciem Ieremiæ Prophetæ, loquentis ad se ex ore Domini.* Vers. 13. *A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Israel.* Vers. 14. *Sed & vniuersi principes Sacerdotum, & populus, præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gentium, & polluerunt domum domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem.* Vers. 15. *Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, & quotidiè commonens: eò quòd parceret populo & habitaculo suo.* Vers. 16. *At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.* Vers. 17. *Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum, gladio in domo sanctuarij sui: non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius.* Vers. 18. *Vniuersaque vasa domus Domini, tam maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principum, transtulit in Babylonem.*

Verſ. 19. *Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxerúntque murum Ieruſalem, vniuerſas turres combuſſerunt, & quidquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt.* Verſ. 20. *Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum,* Verſ. 21. *& compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra ſabbatha ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit Sabbathum, vſque dum complerentur* 70. *anni.*

## ISA.

## CAP. XXIII.

Verſ. 15. *Et erit in die illa: In obliuione eris ô Tyre*

70. *annis, ſicut dies regis vnius: poſt*

70. *autem annos erit Tyro quaſi canticum meretricis.* Verſ. 16. *Sume cytharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui ſit.* Verſ. 17. *Et erit poſt*

70. *annos: Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes ſuas: & rurſum fornicabitur cum vniuerſis regnis terræ ſuper faciem terræ.*

## IEREM.

## CAP. XXV.

Verſ. 1. *Verbum, quod factum eſt ad Ieremiam de omni populo Iuda,*

*In anno* 4. *Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda,*

(*ipſe eſt Annus* 1. *Nabuchodonoſor regis Babylonis.* Verſ. 2. *Quod locutus eſt Ieremias propheta ad omnem populũ Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalem, dicens:* Verſ. 3. *A tertiodecimo anno Ioſiæ filij Amon regis Iuda vſque ad diem hanc; iſte tertius & vigeſimus annus: factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad vos de nocte conſurgens, & loquens: & non audiſtis.* Verſ. 4. *Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque: & non audiſtis, neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis,* Verſ. 5. *cum diceret: Reuertimini vnuſquiſque à via ſua, mala,* &c. Verſ. 7. *Et non audiſtis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum veſtrarum, in malum veſtrum.*

Verſ. 8. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audiſtis verba mea:* Verſ. 9. *ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas.* Verſ. 10. *Perdámque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.* Verſ. 11. *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem: & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis*

70. *annis.* Vers. 12. *Cúmque impleti fuerint*
70. *anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas.*

CAP. XXIX.

Vers. 1. *Et hæc sunt verba libri, quem misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem:* Vers. 2. *postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda & Ierusalem, & faber & inclusor de Ierusalem: in manu Elasa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens:* Vers. 4. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël omni transmigrationi, quam transtuli de Ierusalem in Babylonem:* Vers. 5. *Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum.* Vers. 6. *Accipite vxores, & generate filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero* Vers. 7. *Et quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace eius erit pax vobis.* Vers. 8. *Hoc enim dicit Dominus exercituum Deus Israël: Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrûm, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis:* Vers. 9. *quia falsò ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misit eos, dicit Dominus.*

Vers. 10. *Quia hæc dicit Dominus: Cùm cœperint impleri in Babylone*
70. *anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum vt reducam vos ad locum istum.*

BARVCH.

CAP. VI.

Init. seu præfat. *Exemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis secundùm quod præceptum est illi à Deo.* Vers. 1. PROPTER *peccata, quæ peccastis antè Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum.* Vers. 2. *Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis,*

*Vsq; ad generationes* 7. *post hoc autem educam vos inde cum pace.*

II. PAR.

CAP. VLT.

Vers. 22. *Anno autē* 1. CYRI *regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens:* Vers. 3. *Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in*

*Iudæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.*

I. ESDR.

CAP. I.

Verf. 1. *In anno* 1. CYRI *regis Persarum, vt copleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturã, dicens:* Verf. 2. *Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa.* Verf. 3. *Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Ierusalem.*

CAP. V.

Verf. 12. *Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem.*

Verf. 13. *Anno autẽ* 1. CYRI *regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei hæc ædificaretur,* &c.

CAP. VI.

Verf. 1. *Tunc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone,* Verf. 2. *& inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius.*

Verf. 3. *Anno* 1. CYRI *regis: Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem,* &c.

CAP. VII.

Verf. 1. *Post hæc autem verba, in regno* ARTAXERXIS *regis Persarũ, Esdras filius Saraiæ,* &c. Verf. 6. *Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israẽl: & dedit ei rex, secundùm manum domini Dei eius super eum, omnem petitionem eius.* Verf. 7. *Et ascenderunt de filiis Israël, & de filiis Sacerdotum,* &c. *in Ierusalem,*

*Anno* 7. ARTAXERXIS *regis.* Verf. 8. *Et venerunt in Ierusalem*

*Mense* 5. *ipse est*
*Annus* 7. *regis.*

II. ESDR.

CAP. I.

Verf. 1. *Verba Nehemiæ filij Helciæ. Et factum est*
*In mense Casleu,*
*Anno* 20. *Et ego eram in Susis castro.* Verf. 2. *Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse & viri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis, qui remanserant & supererant de captiuitate, &*

*Ierusalem.* Vers. 3. *Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, & relicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni.* Vers. 4. *Cúmque audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis: ieiunabam & orabam ante faciem Dei cœli.* Vers. 5. *Et dixi: Quæso Domine,* &c. Vers. 11. fin. *& dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. Ego verò eram pincerna regis.*

## CAP. II.

Vers. 1. *Factum est autem*
*In mense Nisan*
*Anno* 20. ARTAXERXIS *regis: & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem eius.* &c. Vers. 4. *Et ait mihi rex: Pro quâ re postulas? Et oraui Deum cœli,* Vers. 5. *& dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam, ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam,* &c. Vers. 6. fin. *Et placuit ante vultum regis, & misit me:* &c.

## CAP. XIII.

Vers. 6. *In omnibus autem his, non fui in Jerusalem, quia*
*Anno* 32. ARTAXERXIS *regis Babylonis, veni ad regem, & in fine dierum rogaui regem. Et veni in Ierusalem, & intellexi malum, quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei.*

## DAN.

## CAP. IX.

Vers. 1. *In anno* 1. DARII *filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum:*
Vers. 2. *Anno* VNO *regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur Desolationis Ierusalem*
70. *anni.*

## AGGÆ.

## CAP. I.

Vers. 1. *Jn anno* 2. DARII *regis,*
*In Mense* 6. *in die vna mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Iesum, filium Iosedec, sacerdotem magnum, dicens:* Vers. 2. *Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ,* &c. Vers. 8. *Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit: & glorificabor, dicit Dominus.*

## CAP. II.

Verſ. 1. *In die vigeſima & quarta menſis,*

*In* 6. *Menſe,*

*In anno* 2. DARII *regis.*

*In* 7. *Menſe, vigeſima & prima menſis, factum eſt verbum Domini in manu Aggei prophetæ, dicens:* Verſ. 3. *Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec Sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens:* Verſ. 4. *Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris?* Verſ. 5. *Et nunc confortare Zorobabel,* &c.

## ZACHAR.

## CAP. I.

Verſ. 1. *In Menſe* 8.

*In Anno* 2. DARII *regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ filij Addo, prophetam, dicens:* &c. Verſ. 7. *In die vigeſima & quarta*

11. *Menſis Sabath,*

*In Anno* 2. DARII, *factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ,* &c. Verſ. 12. *Et reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte iam*

70. *Annus eſt.* Verſ. 13. *Et reſpondit Dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria,* &c. Verſ. 16. *Propterea hæc dicit Dominus: Reuertar ad Ieruſalem in miſericordiis: & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem.*

## CAP. VII. *Et factum eſt*

*In anno* 4. DARII *regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, in quarta*

*Menſis* 9. *qui eſt Caſleu.* Verſ. 2. *Et miſerunt ad domũ Dei, Saraſar, & Rogommelech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini;* Verſ. 3. *vt dicerent ſacerdotibus domus Domini exercituum, & prophetis, loquentes: Nunquid flendum eſt mihi in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo, ſicut iam feci multis annis?* Verſ. 4. *Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens:* Verſ. 5. *Loquere ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens: Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos*

70. *Annos? nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi?* &c.

A HI SVNT textus, in quibus mentio fit annorum huius ſecundæ partis quintæ Periodi. In eis autem manifeſtum eſt, 70. illos annos, pertinere ad aliquam Captiuitatem Babylonicam: vel aliquam Captiuitatem Babylonicam duraſſe per 70. annos. Attamen non ità clarè conſtat, ad quam captiuitatem pertineant. Conſequenter vbinam 70 illi anni incipiant, & vbi finiant. Imò ne an anni, qui ſolent dici 70. Captiuitatis, non ſint adhuc plures. Itaque de his omnibus quærendum eſt.

*da. Non plangent eum: Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte.* vers. 19. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Quia nempè in illa secunda, fuit simùl occisus.

Vers. 24. Aggreditur eam, quæ fuit *Iechoniæ. Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.* vers. 25. *Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.* vers. 26. *Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini:* &c.

Cap. xxiv. à vers. 1. rursùm tractat eam quæ *Iechoniæ*, & eam quæ *Sedeciæ*, sub symbolo duorum calathorum ficubus plenorum: siue duplicis generis ficuum, bonarum, & malarum.

Quia autem illa captiuitas quæ *Ioachaz*, non fuit Babylonica, sed Ægyptiaca: præcipuum autem eius intentum est loqui de Babylonicis: ideò rursùm cap. 25. & sequentibus aggreditur atque exprofessò tractat omnes captiuitates, quæ propriè dicuntur Babylonicæ. Itaque

Cap. xxv. à vers. 1. tractat secundùm quosdam, eam quæ fuit prima Ioakim, quæ incœpta quidem fuit, vt volunt, annò ipsius tertio, cum dicitur Nabuchodonosor venisse in Ierusalem, Dan. 1. vers. 1. confecta verò annò eius quartò: probabiliùs autem, secundùm alios, tractat solummodo, vel eas, quæ secunda *Ioakim*, quæ *Iechoniæ*, & quæ *Sedeciæ*, vel solam quæ *Sedeciæ*. Hæc autem sub verbis illis vers. 9. *Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis*, &c. quasi, inquiunt, hæc captiuitas prima Ioakimi, fuerit initium reliquarum afflictionum, & desolationis, ibi prædictarum. Idémque dicent de cap. 26. & cap. 27. totis, in quibus Cap. 26. vers. 1. dicitur ordine non seruatô: *In principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud à Domino, dicens:* vers. 2. *Hæc dicit Dominus:* &c. vers. 4. *Si non audieritis me*, &c. vers. 6. *Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ*, &c. *Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator?* & Cap. 27. vers. 1. ordine etiam non seruatô: *In principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino, dicens*, vers. 2. *Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo.* vers. 3. *Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nunciorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda.* vers. 4. *Et præcipies eis vt ad dominos suos loquantur: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël*, &c. vers. 6. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei vt seruiant illi.* vers. 7. *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ, & reges magni.* vers. 8. *Gens autem & regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius*, &c. vers. 11. *Porrò gens, quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eã, & habitabit in ea.* vers. 12. *Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secundùm omnia verba hæc, dicens. Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis.* vers. 13. *Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem, quæ seruire noluerit regi Babylonis?* &c. vers. 17. *Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. Quare datur hæc ciuitas in solitudinem?* Vbi, inquiunt, quamuis agat etiam de Sedecia: tamen agit etiam de Ioakim, ad hoc nẽpè vt traderet se regi Babylonis; quod tamẽ negant alij, volentes agi tantùm de captiuitate futura sub Sedecia.

Cap. xxviii. prædicit eam quæ *Sedeciæ. Et factum est in anno isto, in principio regni Sedeciæ regis Iuda*, &c. Cap. 29. vtramque *Iechoniæ*, & *Sedeciæ*. & Cap. 32. vers. 1. *Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est decimus octauus Nabuchodonosor.* &c. vers. 3. *Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam.* vers. 4. *Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos eius videbunt.* vers. 5. *Et in Babylonem ducet Sedeciam*, &c. vers. 28. *Ecce ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capiet eam.* vers. 29. *Et venient Chaldæi prælïantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni, & comburent eam, & domos*, &c. Cap. 34. vers. 1. *Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus,*

*vniuersáque regna terræ, quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem*, &c. vers. 2. *Vade & loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni.* vers. 3. *Et tu non effugies de manu eius.* &c.

CAP. XXXV. rursùm vel eas quæ *Ioakimi*, vel cæteras quæ post eam. vers. 1. *Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda*, &c. vers. 17. *Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego adducam super Iuda, & super omnes habitatores Ierusalem, vniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersum illos: eò quòd locutus sum ad illos, & non audierunt:* &c.

CAP. XXXVI. rursùm secundùm quosdam primam *Ioakimi*, sed manifestè solùm secundam eius, & cæteras ab illa. A vers. 1. *Et factum est in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda: factum est verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens: Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi aduersum Israël & Iudam, & aduersum omnes gentes; à die quâ locutus sum ad te, diebus Iosiæ vsque ad diem hanc: Si forte audiente domo Iuda vniuersa mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima:* &c. vers. 9. *Factum est autem in anno quinto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, in mense nono: prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini, quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.* vers. 10. *Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo Domini*, &c. vers. 22. *Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono: & posita erat arula coram eo plena prunis.* vers. 23. *Cùmque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem, qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni*, &c. vers. 29. *Et ad Ioakim regem Iuda, dices: Hæc dicit Dominus: Tu combussisti volumen illud, dicens: Quare scripsisti in eo annuntians: Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex illa hominem, & iumentum.* vers. 30. *Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem.* vers. 31. *Et visitabo contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius, iniquitates suas; & adducam super eos, & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda omne malum, quod locutus sum ad eos, & non audierunt.*

CAP. XXXVII. rursùs eam quæ *Sedeciæ*. vers. 1. *Et regnauit rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioakim: quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda.* &c. vers. 3. *Et misit rex Sedecias*, &c. *ad Ieremiam prophetam, dicens: Ora pro nobis Dominum Deum nostrum*, &c. vers. 5. *Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, dicens:* vers. 6. *Hæc dicit Dominus Deus Israel:* &c. *Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Ægyptum.* vers. 7. *Et redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc: & capient eam, & succendent eam igni.* &c. vers. 16. *Mittens autem Sedecias rex tulit eum, & interrogauit eum in domo sua absconditè, & dixit: Putásne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias: Est. & ait: In manus regis Babylonis traderis.*

CAP. XXXVIII. rursùs eam quæ *Sedeciæ*. vers. 17. *Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua.* vers. 18. *Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni: & tu non effugies manus eorum.* &c. vers. 21. *Quod si nolueris egredi: iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus:* vers. 22. *Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis:* &c. vers. 23. *Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni.*

CAP. XXXIX. & sequenti, tradit, quomodò de facto Ierusalem obsessa fuit, & capta: Sedecias captus: filij eius, & principes occisi: ipse vinctus, & ductus in Babylonem: domus eius, & aliæ, succensæ igni: & muri Ierusalem subuersi: reliquiæ populi, quæ remanserant in ciuitate, perfugæ qui transfugerant ad Nabuchodonosor, & superflui vulgi qui remanserant, translati in Babylonem. Deniquè

CAP. XLV. rursum mentionem facit de *anno quarto Ioakim*. Cap. 46. de eodem *anno quarto Ioakim*, conflictu Pharaonis in Charcamis, & victoria de illo reportata per Nabuchodonosor eodem annò quartò Ioakim. Cap. 49. vers. 34. de principio regni *Sedeciæ*. & tandem cap. 51. à vers. 59. rursum de *Sedecia* proficiscente Babylonem annò quartò regni sui, & Cap. 52. toto, rursum obsessionem, capturam, & combustionem ciuitatis, interimque capturam *Sedeciæ*, occisionem filiorum eius, & principum Iuda, abductionem & incarcerationem ipsius in Babylonem, & translationem reliquorum. Et à vers. 28. tres migrationes summarias Iudæorum, nempe

annô septimô, decimooctauô, & vigesimotertiô, Nabuchodonosor, notatas sæpiùs suprà in præcedenti parte huius Periodi, & in fine Periodi præcedentis.

Hæc itaque sunt, quæ habentur apud Ieremiam prophetice, ordinéque non seruatô: quæque partim initium annorum 70. partim eorum finem, spectant, quamuis initium principaliter.

Quæ autem vtrumque historicè, id est, initium & finem 70. annorum spectant, quãuis principaliter finem: quæque apud alios authores tàm sacros, quàm non sacros, conscribuntur: hæc sunt. Et imprimis quæ ad initia.

EX IV. REG. XXIII. à vers. 29. 2. Par. 35. à vers. 20. & 3. Esdr. cap. 1. à vers. 20. *In diebus eius*, Iosiæ, *postquam instaurauerat templum, ascendit Pharao Nechao rex Aegypti, ad pugnandum in Charcamis iuxtà fluuium Euphratem, contra regem Assyriorum: & processit Iosias rex in occursum eius,* aduersùs ipsum. Pharao autem, *missis ad eum nuncijs ait: Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersùm te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinatò ire præcepit: desine aduersùm Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contrà eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao,* seu, *verbo prophetæ, ex ore Dei. Verùm perrexit vt dimicaret* contra eum *in campo Mageddo. Ibique vulneratus à sagittarijs, dixit pueris suis: Educite me de prælio, quia oppido vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio, & mortuus est ibi in campo Mageddo, & asportauerunt eum in Ierusalem, & sepultus est in mausoleo patrum suorum.*

EX EODEM 4. Reg. 23. à vers. 3. 2. Par. 36. à vers. 1. & 3. Esdr. 1. à vers. 34. *Tulit autem populus Ioachaz* (qui Sellum Ierem. 22. vers. 10.) *filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo in Ierusalem. Vigintitrium annorum erat cùm regnare cœpisset* (cum patre & auo intellige, nam 33. erat mortuô patre ex dicendis infrà §. 99.) *& tribus mensibus regnauit in Ierusalem,* &c. *& fecit malum coram Domino,* &c. Venit autem *Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terra Emath, & misit ac vinxit, & amouit eum, cùm venisset in Ierusalem, ne regnaret in Ierusalem: & condemnauit terram 100. talentis argenti, & talento auri?* Rediens, ait Torniellus an. 3426. num. 1. de memorato bello, cùm audisset Iudæos constituisse eum sibi regem, indignatus quòd se inconsultò, qui post occisum Iosiam supremum dominium in Iudæos sibi assumebat, (addendum, & partâ victoriâ contrà regem Assyriorum, vel ex Herodoro lib. 2. fin. contra Syros Assyriis tunc subditos) ausi essent id facere, siue ad instantiam Eliacim, qui fortassis ferre non valens prælatum sibi fuisse fratrem natu minorem, recursum habuerat ad ipsum Pharaonem, siue aliquâ aliâ de causâ accersitô ad se Ioachaz, vinxit eum ibi, &c. *Et constituit regem pro eo Eliacim fratrem eius, vertitque nomen eius Ioakim.* Hic est qui iuxtà S. Ambros. Lib. 3. in Luc. S. Epiph. Aug. Lib. 2. de consensu Euang. Euthym. in Matth. 1. Barad. cap. 18. Serar. in Libros Reg. pag. 372. & alios dicitur aliô nomine *Iechonias* Matth. 1. vers. 11. *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in trãsmigratione Babylonis.* Diuersus, iuxtà Massæ. lib. 6. pag. 58. post med. Perer. lib. 1. in Dan. cap. 1. vers. 1. Barad. & alios (quamuis dissentiant Maldonat. Serar. & alij apud eum) ab eo de quo dicitur vers. sequenti seu 12. *Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel,* contrà Genebrardum aliter sentientem. Ille enim fuit Ioakim; hic Ioachin. Ille communiùs dictus Ioakim; hic communius Iechonias simpliciter, sub quo propriè transmigratio facta. *Ipsum verò Ioachaz tulit secum, & abduxit in Aegyptum, & mortuus est ibi. Viginti quinque annorum erat Ioakim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem.*

EX DAN. 1. vers. 1. *Anno tertio regni Ioakim venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda, & partem vasorum domus Dei, & asportauit ea in terram Sennaar in d[illegible]m Dei sui, & vasa intulit in domum thesauri Dei sui.* Hæc iuxtà Baradium, Gordonum, & alios, incœpta sunt annô eius tertiô, completa verò quartô. At iuxtà Massæum, & Torniellum, colligentes ex Beroso, probabiliùs incœpta, & completa, vnô eodémque tertiô, nondùm Nabuchodonosor regnante, sed vices agente sui patris, annô eiusdem sui patris vltimô, post quem mortuum cœpit regnare annô quartô Ioakim. Et tunc volunt Baradius & alii, Ioakim iuxtà 2. Par. 36. v. 6. & 3. Esdr. 1. v. 40. *vinctum catenis*, seu, *alligatum in æreo vinculo*, fuisse perductũ in Babylonem. Volunt item eum *tunc* (sed improbabiliùs) 4. Reg. 24. vers. 1. fuisse factum *seruum*, id est, tributarium Nabuchodonosor 3. *annis*. Sed siue fuerit tunc solummodò factus subditus Nabuchodonosor, siue etiam simùl tributarius, tunc fuit per eundem Nabuchodonosor à vinculo liberatus, & in regnum suffectus retentis tanquàm obsidibus pueris de semine regio Daniele cum socijs: & hoc vel iuxtà Massæum annô suo quartô, post Nechao per Nabuchodonosor fusum, vel probabiliùs iuxtà Torniellũ ex Iosepho eòdẽ annô tertiô quô fuerat captus Dan. 3.

Ex IV. Reg. 24. vers. 1. *In diebus eius,* (Ioakim) *ascẽdit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioakim seruus tribus annis:* id est iuxtà Baradium & alios suprà, *tributarius,* & ab anno suo tertio quô fuerat captus, Dan. 1. Iuxtà Bedam autem, Lyranum, Torniellum, & alios, annô suo septimô, quô ex Ioseph. 10. Antiq. 7. non Nabuchodonosor ipsemet, sed sui pro eo voluerunt bellum inferre Iudæis, (quia fortè Ioakim rebellauerat, aut rebellare paratus erat) dira eis comminantes, ni, quemadmodùm reliqui Syriæ populi, regi Nabuchodonosor tributa penderent. Ibidem 4. Reg. *Et rursùm rebellauit contra eum,* id est contrà Nabuchodonosor. Quod volunt Baradius, & alij suprà, postquã tributarius fuerat factus annô suô tertiô: Iosephus autẽ & alij, postquã tributarius fuerat factus annô suô septimô. Hoc postremum indicare videtur particula, *rursùm.* Rebellauit autem iuxtà Iosephum 10. Antiq. 8. Ægyptiaci belli spe ductus, cũ audisset Ægyptios aduersùs Nabuchodonosor pugnaturos. Sed fefellit eum spes; non enim ausi sunt gerere bellum. Interim Reg. vers. 2. *Immisit ei Dominus latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum, iuxtà verbum Domini, quod locutus fuerat per seruos suos prophetas,* scilicet cap. 23. vers. 27. & & cap. 22. vers. 16.

Tunc, iuxtà Iosephum & reliquos, post 3. annos rebellionis ab anno suo septimo, & immissos huiusmodi latrunculos, venit aduersus illum Nabuchodonosor annô ipsius vndecimô: & iuxtà eundem Ioseph. in ciuitatem receptus, fortitudine ac specie præstantes iuuenes occidit. Hoc vult Torniellus an. 3436. nu. 5. & 6. significari per illa verba 2. Par. 36. vers. 6. & 3. Esdr. 1. vers. 40. *Contra hũc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem,* túncque Nabuchodonosor Ioakimum catenis vinctum perduci fecisse in Babylonem, & siue eousque ductum priùs, indéque reductum in Ierusalem, siue in ducendo Babylonem, occîdi fecisse, ac secundum prædictionem Ierem. cap. 22. vers. 19. *sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem,* & cap. 36. vers. 30. fin. *& cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem,* insepultum abiici iussisse. Sed improbabiliùs, propter verba sequentia 2. Par. 36. vers. 7. *Ad quam & vasa Domini trãstulit, & posuit ea in templo suo,* ad similia Dan. 1. vers. 2. comparata. Quicquid sit, tunc captus fuit iterùm, túncque occisus, & secundùm Ieremiæ prophetiam, insepultus. Ex quo notar potest obiter, secundam eius captiuitatem, consequenter & occisionem, non haberi memoratam in historia 4. Reg. & 2. Par. sed tantum apud Iosephum, & virtualiter apud Ieremiam.

Ex eodem 4. Reg. 24. vers. 6. 2. Par. 36. vers. 8. fin. 3. Esdr. 1. vers. 43. *Et regnauit Ioachin filius eius pro eo.* Iuxtà Iosephum, Baradium, & alios, à Nabuchodonosor in locum patris suffectus. Reg. vers. 7. *Et vltrà non addidit rex Aegypti, vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis, à riuo Aegypti vsque ad fluuium Euphratem, omnia quæ fuerant regis Aegypti.* Tulerat Nabuchodonosor, scilicet ab anno quarto Ioakim, quandò pugnauit contrà Nechao, & debellauit eum, Ierem. 46. à vers. 1. Item, quandò iuxtà Iosephum 10. Antiq. 7. superatô Euphrate, totam Syriam, Pelusium vsque subegerat; Iudæâ exceptâ: exceptâ, scilicet, iuxtà Torniellum an. 3429. num. 6. propter fœdus cũ Ioakim percussum annô præcedenti, tertiô videlicet Ioakim. Tũc ergò, id est, debellatô Ioakimô & occisô, non est ausus ampliùs rex Ægypti venire contrà Nabuchodonosor. *Decem & octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset, & 3. mensibus regnauit in Ierusalem.* Hic est qui nomine communiori dicitur *Iechonias,* & ex Massæo, Baradio, ac aliis suprà, contra Genebrardum, continetur in illis verbis Matth. 1. vers. 12. *Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel.* Alius consequenter ab eo, qui iuxtà S. Ambros. S. Epiph. S. Aug. Euthym. & reliquos suprà, contentus in illis verbis versus præcedentis, *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis.*

Ex eodem 4. Reg. 24. vers. 10. 2. Par. 26. vers. 10. & 3. Esdr. 1. vers. 41. *In tẽpore illo, cúmque anni circulus volueretur,* siue *post annum* eô sensu qui dictus est §. 94. Reg. vers. 10. *Ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circundata est vrbs munitionibus.* vers. 11. *Venitque Nabuchodonosor ad ciuitatem cum seruis suis, vt oppugnaret eam.* Iuxtà Iosephum 10. Antiq. 9. Baradium, & alios, cum pœnituisset tradidisse regnum Iechoniæ, veritus, ne memor occisi patris, Iudæos ad defectionem impelleret. vers. 12. *Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius: & eunuchi eius:* iuxtà Iosephũ suprà, cũ vxoribus & filiis, & omni cognatione, suâ sponte se tradens pro ciuitate sua, ne capta per obsidionem vastaretur. Iuxtà S. Hieronymũ in Ierem. 14. Authorẽ Hist. Scholast. 4. Reg. 39. & vt colligere est ex Ierem. 38. de consilio Ieremiæ prophetæ, necnon ex præcepto Dei. Iuxtà Torniellum ann. 3436. nu. 1. veritus ne Nabuchodonosor faceret ei, sicut fecerat patri suo. Eôdem vers. 12. *& suscepit eum rex Babylonis, anno octauo regni sui.*

Et 2. Par. 36. verſ. 10. miſit Nabuchodonoſor rex, qui *adduxerunt eum in Babylonem*, Reg. ℣ſ. 13. *Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ: & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſrael in tēplo Domini iuxtà verbū Domini.* ℣ſ. 14. *Et trāſtulit omnē Ieruſalem, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, &c.*

Et tunc abductus eſt Ezechiel. Vndè computat vt plurimùm annos ab illa captiuitate, vt cap. 1. verſ. 1. *Et factum eſt in trigeſimo anno, in quarto, in quinta menſis, cùm eſſem in medio captiuorum iuxtà fluuium Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei.* ℣ſ. 2. *In quinta menſis, ipſe eſt annus quintus trāſmigrationis regis Ioachin, &c.* & cap. 8. verſ. 1. *Et factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinta menſis*: &c. cap. 20. verſ. 1. *Et factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in decima menſis.* cap. 24. verſ. 1. *Et factum eſt verbum Domini ad me, in anno nono, in menſe decimo, decima die menſis.* cap. 26. verſ. 1. *Et factum eſt in vndecimo anno, prima menſis.* cap. 29. verſ. 1. *In anno decimo, decimo menſe, vndecima die menſis.* cap. 31. verſ. 1. *Et factum eſt in anno vndecimo, tertio menſe, vna menſis.* cap. 32. verſ. 1. *Et factum eſt, duodecimo anno, in menſe duodecimo, in vna menſis.* cap. 33. verſ. 21. *Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta mēſis.* cap. 40. verſ. 1. *In vigeſimoquinto anno transmigrationis noſtræ, in exordio anni, decima menſis, quartodecimo anno poſtquam percuſſa eſt ciuitas.*

Ex eodem 4. Reg. 24. verſ. 17. 2. Par. 36. verſ. 10. fin. & 3. Eſdr. 1. verſ. 46. *Et conſtituit Matthaniam patruum eius* (adeòque fratrem Ioakim, filium Ioſiæ, iuxta Baradium cap. 16. & ex 1. Par. 3. verſ. 15.) *pro eo: impoſuitque nomen ei Sedeciam, &c. Et fecit malum coram Domino, iuxtà omnia quæ fecerat Ioachin, &c.* Par. verſ. 12. *Nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad ſe ex ore Domini*, id eſt, ex Ierem. 37. verſ. 2. *& non obediuit ipſe, & ſerui eius, & populus terræ, verbis Domini, quæ locutus eſt in manu Ieremiæ prophetæ.* Reg. verſ. 20. fin. *Receſſitque Sedecias à rege Babylonis.* Par. ℣ſ. 13. *qui adiurauerat eum* (id eſt, iurare fecerat) *per Deum.* 3. Eſdr. verſ. 48. *& adiuratus à rege Nabuchodonoſor periurās diſceſſit*, id eſt, etiam rebellauit: nimirùm eâdem ſpe deceptus, quâ fuerat Ioakim, auditô ſcilicet, quod Ægyptij bellaturi erant aduersùs Nabuchodonoſor. Nam. Ierem. 37. verſ. 3. *Et miſit rex Sedecias, &c. ad Ieremiam prophetā dicens: Ora pro nobis Deum noſtrum, &c.* verſ. 4. fin. *Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de Aegypto: & audientes Chaldæi, qui obſidebant Ieruſalem, huiuſcemodi nuncium, receſſerunt ab Ieruſalem.* ℣ſ. 5. *Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam, &c.* verſ. 6. *Sic dicetis regi Iuda, &c. Ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt*

A *vobis in auxilium, reuertetur in terram ſuam in Aegyptum.* verſ. 7. *& redient Chaldæi, & bellabunt contrà ciuitatem hanc, &c.* Item, iuxta Ioſephum 10. Antiq. 9. deceptus ænigmate, quod non intelligens, fidem prophetis non adhibuit. Dixerat enim Ieremias ca. 34. verſ. 3. fin. *Oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis.* Ezechiel autem cap. 12. verſ. 13. *Adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipſam non videbit, & ibi morietur.* Putauit ergò Sedecias Ezechielem contradicere Ieremiæ, dicendo, *& ipſam non* B *videbit.* Non tamen contradicebat. Nam Ieremias non dixerat ipſum viſurum eam: ſed viſurum Nabuchodonoſorem. Ezechiel autem dicebat eum non viſurum eam: quia oculi eius erant effodiendi. Forſitan ergò, quia intellexerat prophetiam Ieremiæ, quod oculi ipſius viſuri eſſent Babyloniam.

Porro hæc rebellio, iuxtà Torniellum ann. 3439. num. 3. & 4. facta eſt (potius ſolùm machinata) poſtquàm Sedecias annô C quartô regni ſui profectus in Babylonem, vt ferret regi Nabuchodonoſor, qui conſtituerat eum regem, xenia, & munera, & ageret cum eo de negotiis regni, proùt colligunt expoſitores ex verbis illis Ieremiæ 51. verſ. 59. *Verbum, quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ, filij Maaſiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem in anno quarto regni eius*: ſollicitatus fuit ad defectionem per reges finitimos Iudæ, nempè reges Idumæorum, Moabitarum, Ammonitarum, Tyriôrum, & Sydoniorum, proùt etiam colligitur ex Ierem. à cap. 27. Nam verſ. 2. D *Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo.* verſ. 3. *Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sydonis: in manu nunciorum, qui venerunt Ieruſalem ad Sedeciam regem Iuda.* verſ. 4. *Et præcipies eis vt ad Dominos ſuos loquantur: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Hæc dicetis ad dominos veſtros*: verſ. 5. *Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitu-* E *dine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.* verſ. 6. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei*: & cætera quæ illô locô, quæque fuſiùs ſuprà retulimus. Itaque Ieremias præſentiens quòd illi nuncij ſpecie quidem ſalutandi Sedeciam in reditu ſuo, ſollicitabant tamen Sedeciam ad defectionem vnà cum ipſis à rege Babylonis, ſignificauit illis quòd proculdubio catenis vincti, & captiui, ducendi eſſent in Babylonem, ſi recederent à rege Babylonis.

Hæc autem eueniſſe annô quartô Sedeciæ, patet cap. 28. verſ. 10. *Et factum eſt in an-*

*no illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto*, &c. Per relatiuum *illo*, demonstratur intelligi, eôdem annô, quô facta fuerant ea, quæ tradita sunt cap. præcedenti. Per illa verba *In anno quarto*, demonstratur intelligi, quartô regni Sedeciæ, sicut cap. 51. vers. 59. dictum est expressè *in anno quarto regni eius*. Nec obstant ista, *In principio regni Sedeciæ*. Nam ideò exponenda sunt de regno eius, non simpliciter, sed confirmatò per Nabuchodonosor. Non obstant etiam illa cap. præcedenti vers. 1. *In principio regni Ioakim*. Nam ideò etiam, & ob ea quæ habentur totô illô cap. patet exponendum esse, quòd hæc reuelata sunt Ieremiæ à principio regni Ioakim: attamen pro ea parte, quæ respicit Sedeciam, & alios illos reges, non fuerunt executioni mandata, nisi tempore Sedeciæ, nempè annô quartô regni eius. Etenim talia fuisse executioni mandata tempore Sedeciæ, clarum est ex illis verbis, *in manu nuntiorum qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda*: & rursùm vers. 12. *Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens: Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis*, &c. Est autem credibile Ieremiam similia dixisse Ioakimo, propter quæ primâ vice dediderat se regi Babylonis: dixisse similiter ea Iechoniæ, propter quæ se quoque dedidit, vt dictum est suprà ex S. Hieronymo. Nisi fortè placeat opinio R. Salomonis, & Hebræorum, existimantium Ieremiam circà initium regni Ioakim fecisse sibi catenas, easdémque in collo gestasse vsque ad quartum regni Sedeciæ annum, spatiô scilicet, si credibile est quod dicunt, 14. annorum.

Quicquid sit, hæc rebellio vel facta est, vel certè habuit initia quoad machinationem, annô Sedeciæ quartò, forsan ad finem vergente, prout tractat fusè Torniellus annô suprà citatô, num 6. fine. Instrementa verò cœpit in cogitatione Sedeciæ, ex falsa illa prophetia Hananiæ, de qua cap. sequenti 28. Ierem. qui & mortuus dicitur vers. vlt. in anno illo, mense septimô: quique annus proindè fuit quintus Sedeciæ, per menses 2. aut 3. productus. Denique iuxtà Iosephum 10. Antiq. perfecta est prorsus cùm postquàm fuisset socius Babyloniorum per 8. annos, violatô fœdere & iuramentô recessit à Nabuchudonosor, sicut de hac defectione Torniellus an. 3444. num. 1. exponit illa verba Par. vers. 12. *nec erubuit faciem Ieremiæ*, consequenter indicat exponenda illa Ierem. 37. vers. 2. *& non obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis Domini, quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ*: qui nimirum ex ore Domini sæpissimè fuerat cōtestatus, & coram ipso rege, & audiente omni populô, ne recederent à rege Babylonis. Tandem igitur annô regni sui 7. 8. vel 9. iugum regis Babylonis excussit, & ad partes Ægyptiorum transiuit.

Ex eodem 4. Reg. 25. à vers. 1. & Ierem. 39. à vers. 1. ac 52. à vers. 4. *Anno nono regni eius* (Sedeciæ) *mēse decimo, decima die mēsis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones.* ℣. 2. *Et clausa est ciuitas atque vallata vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ.* Et primū *interrupta est ciuitas quintâ die mensis quarti*: rursúmque ac secundò interrupta, nonâ die mensis, vel post nonam eius diem: *& omnes viri bellatores noctè fugerunt. Et persecutus est exercitus Chaldæorum, regem, comprehenditque eum, & apprehensum duxerunt ad regem Babylonis in Reblata, qui locutus est cum eo iudicium: oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.* à vers. 8. *Mense* autem *quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps exercitus in Ierusalem, & succendit domum Domini, & domum regis: & domos Ierusalem, omnémque domum combussit igni.* ℣. 10. *Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum.* vers. 11. *Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan princeps militiæ.* vers. 12. *Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas.* vers. 13. *Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem.* vers. 14. *Ollas quoque æreas*, &c. Denique vers. 21. fine. *Et translatus est Iuda de terra sua.*

Hucusque ea, quæ pertinent ad initium annorum captiuitatum. Nunc accedendum est ad ea, quæ pertinent ad finem illorum.

EX I. ESDR. CAP. I. à vers. 1. & 3. Esdr. cap. 2. à vers. 1. *In anno I. CYRI regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per Scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israël, ipse est Deus qui est in Ierusalem*, &c.

Vers. 5. *Et surrexerunt principes patrum de Iuda, & Beniamin, & Sacerdotes, &*

*Leuitæ, & omnes cuius Deus suscitauit Spiritum, vt ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem.* Vers. 6. *Vniuersique qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis,* &c. vers. 7. *Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem,* &c. vers. 11. fin. *vniuersa tulit Sassabazar, cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.* Hunc Sassabazar vult Caluisius cap. 40 pag. 171. fuisse patruum Zorobabelis; alij Zorobabelem ipsum, & probabiliùs ex 1. Esdr. 5. à v. 14. præsertim autem vers. 16. vbi dicitur Sassabazar posuisse fundamenta templi, comparatò cum Zachar. 4. vers. 9. vbi dicitur, manus Zorobabelis fundasse templum idem.

Cap. II. vers. 1. *Hi sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudam, vnusquisque in ciuitatem suam.* vers. 2. *Qui venerunt cum Zorobabel, Iosuë, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan,* &c. *Numerus virorum populi Israël:* vers. 3. *Filij Pharos, 2172.* &c. Abindè numerantur quot ex singulis ciuitatibus: & Sacerdotes, Leuitæ, Cantores, &c. Qui summariè sic traduntur vers. 64. *Omnis multitudo quadraginta duo millia trecenti sexaginta:* vers. 65. *exceptis seruis eorum, & ancillis, qui erant 7337. & in ipsis cantores atque cantatrices 200.* Itaque summa tota 49897. (ferè quinquaginta millia.) v. 7. seu vlt. *Habitauerunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi, in vrbibus suis, vniuersusque Israël in ciuitatibus suis.*

Cap. III. vers. 1. *Iámque venerat Mensis 7. & erant filij Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir vnicus in Ierusalem.* vers. 2. *Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & ædificauerunt altare Dei Israël, vt offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei,* &c.

Vers. 6. *A. 1. die Mensis 7. cœperunt offerre holocaustum Domino: porro templum Dei nondum fundatum erat,* &c.

Vers. 8. *Anno autem 2. aduentus eorum ad templum Dei in Ierusalem, Mense 2. cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosuë filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem, & constituerunt Leuitas à viginti annis, & suprà, vt vrgerent opus Domini.* vers. 9. *Stetitque Iosuë & filij eius,* &c. *vt instarent super eos qui faciebant opus in templo Domini,* &c.

Vers. 18. *Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, steterunt Sacerdotes in ornamento suo cum tubis:* &c. vers. 11. fin. *Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset templum Domini:* vers. 12. *plurimi etiam de Sacerdotibus & Leuitis, & principes patrum, & Seniores, qui viderant templum priùs cùm fundatum esset,* (id est, cùm staret) *& hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem,* &c. Ecce Templum Fundatum.

Cap. IV. vers. 1. *Audierunt autem hostes Iudæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israël:* vers. 2. *& accedentes ad Zorobabel: & ad principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiscum,* &c. vers. 3. *Et dixit eis Zorobabel, & Iosuë, & reliqui principes patrum Israël: Non est vobis & nobis vt ædificemus domum Deo nostro; sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.*

Vers. 4. *Factum est igitur, vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando.* vers. 5. *Conduxerunt autem aduersùs eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus* Cyri *regis Persarum, & vsque ad regnum* Darii *regis Persarum.* Ecce, Templum impeditur, aut impediri cœpit ædificandum.

Vers. 6. *In regno autem*

ASSVERI, *in principio regni eius, scripserunt accusationem aduersùs habitatores Iudæ & Ierusalem.*

Vers. 7. & 3. Esdr. 2. vers. 16. *Et in diebus*

ARTAXERXIS *scripsit Beselam Mithridates, & Thabeel, & reliqui, qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro,* &c. vers. 12. *Notum sit regi, quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam, quam ædificant, extruentes muros eius, & parietes componentes.* vers. 13. *Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt,* &c. vers. 16. *Nuntiamus nos regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluuium non habebis,* &c. vers. 21. *Nunc ergò audite sententiam: Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si fortè à me iussum fuerit.* &c. vers. 23. fin. *Et abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.* vers. 24. *Tunc intermissum est opus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad Annum 2. regni* Darii *re-*

*gu Persarum.* Ecce, Templum continuatur impeditu.

Cap. v. à vers. 1. & 3. Esdr. 6. à vers. 1. *Prophetauerunt autem Aggæus Propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudaos, qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine Dei Israel* (scilicet *anno secundo Darij* Agg. 1. v. 1. & 2. vers. 1. & Zachar. vers. 1. & 7.) vers. 2. *Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis propheta Dei adiuuantes eos.*

B Vers. 3. *In ipso autem tempore venit ad eos Tathanai, qui erat dux trans Flumen, & Starbuzanai, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis?* &c. *Placuitque vt res ad Darium referretur,* &c.

Cap. vi. à vers. 1. & 3. Esdr. 6. à vers. 23. *Tunc*

DARIVS *rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum,* &c. v. 6. *Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans Flumen, Starbuzanai, & consiliarij vestri,* &c. *procul recedite ab illis,* vers. 7. *& dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum, & à senioribus eorum, vt domum Dei illam ædificent in loco suo,* &c.

Vers. 14. *Seniores autem Iudæorum ædificabant, & prosperabantur iuxtà prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum:* vers. 15. *Et compleuerunt domum Dei istam vsque ad diem tertium mensis Adar, qui est*

*Annus 6. regni* DARII *regis.* Ecce Templum permissum, ædificatum, & completum.

Cap. vii. à vers. 1. & 3. Esdr. 8. à vers. 1. *Post hæc autem verba,*

*In regno* ARTAXERXIS *regis Persarũ, Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ,* &c. vers. 6. *Ipse Esdras ascendit de Babylone,* &c. *& dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius super eum, omnem petitionem eius.* vers. 7. *Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis Sacerdotum,* &c.

*Anno 7.* ARTAXERXIS *regis,* vers. 8. *Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est*

*Annus 7. regis.*

Vers. 9. *Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Ierusalem,* &c. vers. 11. *Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ Sacerdoti,* &c.

A vers. 12. *Artaxerxes rex regum Esdræ Sacerdoti,* &c. vers. 13. *A me decretum est, vt cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de Sacerdotibus eius & de Leuitis, ire in Ierusalem, tecum vadat.* vers. 14. *A facie enim regis, & septem consiliariorum eius, missus es vt visites Iudæam & Ierusalem in lege Dei tui quæ est in manu tua:* &c. vers. 28. fin. *Et ego* (Esdras) *confortatus manu Domini Dei mei quæ erant in me, congregaui de Israel principes qui ascenderunt mecum.*

Cap. viii. vers. 1. *Hi sunt ergo princi-*
B *pes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.* vers. 2. *De filiis Phinees,* &c. vers. 15. *Congregaui autem eos ad fluuium, qui decurrit ab Ahaua,* &c. vers. 31. *Promouimus ergò à flumine Ahaua duodecimo die mensis primi vt pergeremus Ierusalem:* &c. vers. 32. *Et venimus Ierusalem, & mansimus ibi tribus diebus.* vers. 33. *Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri,* &c. vers. 35. *Sed & qui venerant de captiuitate filij transmigrationis, obtule-*
C *runt holocautomata Deo Israel,* &c. vers. 36. *Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans Flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.* Ecce alius reditus è Captiuitate.

EX II. ESDR. seu, LIBR. NEHEM. CAP. I. à vers. 1. *Verba Nehemiæ filij Helciæ. Et factum est in mense Casleu,*

*Anno 20.* (sc. ARTAXERXIS, ex cap. 2. vers. 1. infrà) *& ego eram in Susis castro.* vers. 2. *Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse & viri ex Iuda: & in-*
D *terrogaui eos de Iudæis, qui remanserant & superant de captiuitate & Ierusalem.* vers. 3. *Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, & relicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni.* vers. 4. *Cùmque audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis: ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cœli.* vers. 5. *Et dixi: Quæso Domine,* &c. vers. 8. *Memento verbi, quod mandasti Moy-*
E *si seruo tuo, dicens: Cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos:* vers. 9. *& si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea etiamsi abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum, quem elegi vt habitaret nomen meum ibi.* &c. vers. 11. fin. *& dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.*

Cap. ii. vers. 1. *Factum est autem in mense Nisan,*

Anno 20. ARTAXERXIS regis: & vinum erat antè eum, & leuaui vinū, & dedi regi: &c. verſ. 3. med. ciuitas domus ſepulchrorum patris mei deſerta eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni? verſ. 4. Et ait mihi rex: pro qua re poſtulas? Et oraui Deum cœli, verſ. 5. & dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam, ad ciuitatem ſepulchri patris mei, & ædificabo eam. &c. verſ. 6. fin. Et placuit ante vultum regis, & miſit me: & conſtitui ei tempus. verſ. 7. Et dixi regi: Si regi videtur bonum, epiſtolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam: verſ. 8. & epiſtolam ad Aſaph cuſtodem ſaltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere poſſim portas turris domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingreſſus fuero. Et dedit mihi rex, &c. verſ. 11. Et veni in Ieruſalem, & eram ibi tribus diebus, &c. verſ. 16. Magiſtratus autem neſciebant quo abiiſſem, aut quid ego facerem: ſed & Iudæis & ſacerdotibus, & optimatibus, & magiſtratibus & reliquis qui faciebant opus, vſque ad id loci nihil indicaueram. verſ. 17. Et dixi eis. Vos noſtis afflictionem in qua ſumus; quia Ieruſalem deſerta eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni: Venite, & ædificemus muros Ieruſalem, &c. verſ. 18. fin. Surgamus, & ædificemus. verſ. 20. fin. ſurgamus & ædificemus.

CAP. III. à verſ. 1. Et ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus, & fratres eius ſacerdotes, & ædificauerunt portam gregis: &c. & ſtatuerunt valuas eius, & vſque ad turrim centum cubitorum ſanctificauerunt eam, vſque ad turrim Hananeel. verſ. 2. Et iuxtà eum ædificauerunt viri Iericho: & iuxtà eum ædificauit Zachur filius Amri. Deniquè abindè vſque ad finem capitis narratur, quomodo innumeri ædificauerint muros, & portas.

CAP. IV. à verſ. 1. Factum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus eſt valdè: & motus nimis ſubſannauit Iudæos, &c. verſ. 6. Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vſque ad partem dimidiam: & prouocatum eſt cor populi ad operandum, verſ. 7. Factum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat, & Tobias, &c. quod obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalem, & quòd cœpiſſent interrupta concludi, irati ſunt nimis. &c. verſ. 10. fin. humus nimia eſt, & nos non poterimus ædificare murum, &c. verſ. 15. fin. Et reuerſi ſumus omnes ad muros, vnuſquiſque ad opus ſuum, &c.

CAP. VI. verſ. 1. Factum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat, & Tobias, &c. quòd ædificaſſem ego murum, & non eſſet in ipſo reſidua interruptio, &c. verſ. 15. Completus eſt autem murus vigeſimoquinto die menſis Elul, quinquagintaduobus diebus.

CAP. VII. à verſ. 1. Poſtquam autem ædificatus eſt murus, & poſui valuas, & recenſui ianitores, & cantores, & Leuitas, &c. verſ. 3. fin. & poſui cuſtodes de habitatoribus Ieruſalem, ſingulos per vices ſuas, & vnumquemque contra domum ſuam. verſ. 4. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. verſ. 5. Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magiſtratus, & vulgus, vt recenſerem eos. & inueni librū cenſus eorum, qui aſcenderant primùm, & inuentum eſt ſcriptum in eo. verſ. 6. Iſti filij prouinciæ, qui aſcenderunt de captiuitate migrantium, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, & reuerſi ſunt in Ieruſalem, & in Iudæam. vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. verſ. 7. Qui venerunt cum Zorobabel, Ioſue, Nehemias, &c. verſ. 73. Habitauerunt autem Sacerdotes, & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſraël in ciuitatibus ſuis.

CAP. VIII. à verſ. 1. Et venerat Menſis 7. filij autem Iſraël erant in ciuitatibus ſuis. Congregatúſque eſt omnis populus quaſi vir vnus, ad plateam quæ eſt antè portam aquarum: & dixerunt Eſdræ ſcribæ, vt afferret librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraëli. verſ. 2. Attulit ergò Eſdras Sacerdos legem coram multitudine, &c. verſ. 3. Et legit in eo apertè, &c. verſ. 14. Et inuenerunt ſcriptum in Lege præcepiſſe Dominum in manu Moyſis, vt habitent filij Iſraël in tabernaculis in die ſolemni, menſe ſeptimo: verſ. 15. & vt prædicent, & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis, & in Ieruſalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, &c. vt fiant tabernacula, ſicut ſcriptum eſt. verſ. 16. Et egreſſus eſt populus, & attulerunt. Feceruntque ſibi tabernacula vnuſquiſque in domate ſuo & in atriis ſuis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim.

CAP. XI. à verſ. 1. Habitauerunt autem principes populi in Ieruſalem: reliqua vero plebs miſit ſortem, vt tollerent vnam partem de decem, qui habitaturi eſſent in Ieruſalem ciuitate ſancta, nouem vero partes in ciuitatibus. verſ. 2. Benedixit autem populus omnibus viris qui ſe ſponte obtulerant vt habitarent in Ieruſalem. verſ. 3. Hi ſunt itaque principes prouinciæ, qui habitauerunt in Ieruſalem, &c. Deniquè abindè numerantur innumeri qui habitauerunt in Ieruſalem, &c. Ecce alius reditus, in quo muri & portæ Ieruſalem reædificatæ, & habitatio tàm in ea, quàm in aliis vrbibus, & regionibus eius. Hæc de fine annorum 70.

PORRO videntur adhuc nobis quædam hic non immeritò notanda, quæ habentur

in libro 3. Esdræ, quæque vel omninò non habentur in libris Canonicis, vel in aliquo dissentiunt ab eis. Itaque

III. ESDR. CAP. I. vers. 54. *Sed omnes traditi sunt in manus ipsorum:* &c. vers. 55. *& incenderunt domum Domini, & demoliserunt domos Ierusalem: & turres eius incenderunt igne,* vers. 5. *& consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.* vers. 57. *Et erant serui illius vsque dum regnarent Persæ, in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ: quousque benignè ageret terra sabbatha sua, omni tempore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione*

*Annorum 77.*

CAP. III. à vers. 1. *Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis,* vers. 2. *& omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo, ab India vsque Æthiopiam centum vigintiseptem Prouinciis,* &c.

CAP. IV. vers. 42. *Tunc rex ait illi,* (Zorobabeli) *Pete, si quid vis amplius, quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi,* &c. vers. 43. *Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die quâ regnum accepisti:* ℣. 44. *& omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.* vers. 45. *Et tu vouisti ædificare templum quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.* vers. 46. *Et nūc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hæc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cœli ex ore tuo.* vers. 47. *Tunc surgēs Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem.* vers. 48. *Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem.* &c. vers. 51. *& in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti vsque dum perædificaretur:* &c. vers. 53. *& omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem:* &c. vers. 55. *& Leuitis dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur:* vers. 56. *& omnibus custodientibus ciuitatem scripsit dari eis sortes & stipendia.* vers. 57. *Et dimisit omnia vasa quæcumque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcumque dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem,* &c. vers. 62. *& benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium,* vers. 63. *vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.*

CAP. V. à vers. 1. *Post hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum.* vers. 2. *Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace,* &c. vers. 4. *Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum.* vers. 5. *Sacerdotes: filij Phinees, filij Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda,* vers. 6. *qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos*

*In* 2. *Anno regni ipsius*

*Mense Nisan* 1. Et abindè numerantur, tùm qui reuersi fuerant sub Cyro, tùm qui reuersi sunt tunc sub Dario, quorum nonnullæ summæ sic ponuntur, vers. 27. *filij, & filiæ, & vxores, omnis computatio 40242.* & vers. 41. *Omnis autem Israël erat exceptis seruis & ancillis, 42340.* &c.

Vers. 47. *Instante autem septimo mēse, cùmque essent filij Israël vnusquisque in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat antè ianuam Orientalem.* vers. 48. *Et stantes Iesus filius Iosedec & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel & huius fratres, parauerunt altare,* vers. 49. *vt offerrent super illud holocautomata,* &c.

Vers. 56. *Et in* 2. *Anno venientes in templum Dei in Ierusalem, mense*

2. *inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem.* vers. 57. *& fundauerunt templum nouilunio*

2. *Mensis*

2. *Anni cùm venissent in Iudæam & Ierusalem.* &c. vers. 72. *Gentes autem terræ incumbentes his qui erant in Iudæa, & leuantes opus ædificationis in insidias, & populos adducentes prohibebant eos ædificare,* ℣. 73. *& aggressuras exercentes impedierunt, ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram.*

*Per* BIENNIVM *vsque ad Darij regnum.*

CAP. VI. vers. 1.

*In* 2. *autem Anno regni* DARII *prophetauit Aggæus & Zacharias filius Addin prophetæ apud Iudæam & Ierusalem in nomine Dei Israel super eos.* vers. 2. *Tūc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ est in Ierusalem:* &c. Itaque iuxtà hunc librum factus est reditus è captiuitate per Zorobabel sub Dario, alius ab eo qui factus fuerat per eundem Zorobabel sub Cyro.

CATIRVM,

CÆTERVM, his ita deductis, antequam rursus præcipuæ Difficultates huc pertinentes tractentur ex professo, videtur etiam commodum fore, si tangatur obiter, quinam fuerint *Nabuchodonosor*, de quo 4. Reg. 24. &c. *Euilmerodach*, de quo cap. 25. vers. 27. &c. *Baltasar*, de quo Dan. 5. vers. 1. &c. *Darius*, filius Assueri, de semine Medorum, eiúsque pater *Assuerus*, de quibus Dan. 5. &c. *Cyrus*, de quô 2. Par. vlt. vers. 21. &c. *Assuerus*, de quô 1. Esdr. 4. vers. 6. *Artaxerxes*, de quo ibid. vers. 7. &c. *Darius*, de quo ibid. & c. vlt. & cap. 5. & 6. &c. & *Artaxerxes*, de quo cap. 6. vers. 14. & cap. 7. vers. 1. & 2. Esdr. 2. ac deinceps.

Nabuchodonosor, quis?

NABVCHODONOSOR, secundùm omnes est primus ille rex Babylonis, siue Chaldæorum, simulque Assyriorum, qui dedit initium Monarchiæ magnæ Babylonis siue Imperio Chaldæorum: quod imperium aliàs apud Xenophontem, & Græcos, frequentius dicitur Assyriorum, propter famosissimum Assyriæ regnum illi adiunctum. Filius alterius Nabuchodonosor regis Babylonis, quem alio nomine volunt dictum Nabolassar, vel Nabonassar, à Beroso apud Iosephum: vel Nabopolassar, apud Ptolomæum in lib. Almagesti secundùm aliquas eius Editiones, nam secundùm alias dicitur Nabuchodonosor, vt notabitur vbi de Annis Nabonassar. Ad cuius etiam distinctionem, Nabuchodonosor iste filius eius, dictus est propter insignes ipsius victorias, & immensum imperium, Nabuchodonosor Magnus. Dicitur Monarchiæ magnæ siue Imperio Chaldæorum. Quia negari non potest regnum, vel dominationem Chaldæorum, iam ante longius incœpisse: quod regnum vel dominationem, nonnulli vocant etiam Imperium.

Euilmerodach, quis?

EVILMERODACH, secundùm fere omnes, sed ex Scriptura certissimè, filius est istius Nabuchodonosor cognominatô magni, proximúsque successor eius in Imperio Babylonis, siue Assyriorum dicti.

Balthasar, quis?

BALTASAR, secundum quosdam fuit nepos Euilmerodach. Veriùs tamen ex Ierem. 27. filius eius. Secundum quosdam etiam, non proximus eius successor: quia secundum eosdem antè eum regnauerunt Niglissar, & Labosardach. Veriùs tamen fuit proximus eius successor: saltem qui legitimè regnauerit iuxtà sacram Scripturam. Nam etsi probabiliter iuxtà prophanos scriptores, antè eum, vel potius cum eo, regnarunt Niglissar & Labosardach: non tamè regnarunt legitimè, sed per vim. Fuit etiam vltimus qui Babyloniorum Imperiû pro Chaldæis tenuit, quicquid contrarium dicat Scaliger. Varia sortitus nomina: sed de quibus, vt de reliquis ad istos Chaldæorum Imperatores pertinentibus, huc facientibus, expressè magis in fine huius Periodi.

Darius de semine Medorum, quis?

DARIVS filius Assueri de semine Medorum, varius apud varios, quos refert Pererius lib. 10. in Dan. seu à pag. 408. De hoc, quia non redibit sermo, dicendum est paulò fusiùs. Porrò authorum illorum qui referuntur à Pererio, aliorúmque qui non referuntur ab eo, sententias siue opiniones, hôc ordine referendas putauimus.

I. *Opinio*, dicit Darium istum fuisse auum Baltasaris: hunc nimirùm Baltasarem ex illius filia generatum. Et quia Baltasar filius non habebat: propterea naturaliter Darium eò intereo prò Chaldæorum regnum occupare.

Ità nonnulli, quos refert author Hist. Scholast. super Dan. cap. 8.

Verùm, inquit Pererius, quia nec author Historiæ Scholasticæ eam sententiam approbat: nec authores eius nominatim memorat: nec vlla eiusdem sententię probabilis ratio suppetit: idcircò eam quasi fictitiam reiicimus.

II. *Opinio*, dicit Darium istum regnasse 18. annis apud Chaldæos, quà tempestate apud Medos regnabat Astyages.

Ità Seuerus Sulpitius lib. 2. Historiæ sacræ.

Sed id, inquit Pererius, non consentaneû est rationi. Nam & hunc imperasse Medis, ex Dan cap. 6. constat: & Astyagem imperium Medorum tenuisse, omnes tradunt externi scriptores; sed fieri non potuit, vt eôdem tempore simul duo reges essent Medorum.

III. *Opinio* his proxima, quantùm spectat ad modum regnandi, dicit Darium istû esse eum qui ab antiquis vocatur Nabonidus.

Ita Scaliger lib. 6. de Emendat. Tempor. cap. de Regibus Babylonis & solutione capitis [illegible], seu à pag. [illegible] vbi tria dicit. I. Darium istum fuisse eum qui vocatur Nabonidus à Beroso apud Iosephum lib. 1. contra Apion. & ab Alexandro Polyhistore, & à Megasthene apud Eusebium lib. 9. de Præp. Euang. cap. vlt. quique vocatur ab Herodoto Labynetus. II. Nec eum venisse ad imperium armorum vi, sed procerum Babylonis suffragiis, occisò per eos Labosardachô, quem vult Scaliger fuisse Baltasarem. III. Denique, fuisse vltimum regem Chaldæorum, qui post 17. annos regni, & 79 ætatis à Cyro deuictus est, & iuxta Berosum in Carmaniam relegatus: vel quò regnante scribit Herodotus Babylonem esse a Cyro expugnatam. Plura alia habet de illo Scaliger, quæ videbuntur in refutationibus eius infrà. Similia Scaligero Caluisius cap. 40.

Verum optime Refutatur Scaliger a Pe-

tertio, à pag. 415. fin. I. in hoc quòd Scaliger supponit, Baltasarem, vel certè faciens hunc Darium eundem qui Nabonidus, cogitur facere Baltasarem, eum quem Berosus, Alex. Polyhistor, & Megasthenes, appellarunt Labosardachum, filium nempè reginæ Nitocridis, filiæ magni Nabuchodonosor. At hoc esse falsum patet, quia Berosus tradit Labosardachum regnasse puerum, & 9. tantùm menses: & quia improbis moribus esse videbatur, à suis esse interfectum. Hæc autem nequaquàm congruunt cum iis quæ de Baltasare scripsit Daniel: quippè in cap. 5. ea narrat de conuiuio eius, de conuiuarum multitudine ac dignitate, de ipsius vxoribus & concubinis, quæ puero minimè competunt. Nec Daniel obscurè indicat, eum, non à suis, sed ab hostibus, esse occisum. Deindè, cap. 8. vers. 1. nominat tertium annum regni eius. Sed illud fortius est argumentum: apud Ierem. cap. 27. legimus Deum promisisse daturum se regi Nabuchodonosor amplissimum imperium: nec tantùm ipsi, sed etiã filio ipsius, & prætereà filio filij. Post Nabuchodonosor filius eius Euilmerodach paternum tenuit imperium: cuius filium Baltasarem nos suprà docuimus, prætergressis duobus aliis regibus, vltimò locò paternum & auitum imperium obtinuisse. At secũdùm Scaligerum, qui hunc Baltasarem, seu Labosardachum, facit filium, non quidem Nabuchodonosor, sed filiæ eius, illud Dei oraculũ non esset impletum. Non enim filius filij Nabuchodonosor, imperium eius tenuisset.

II. In hoc quòd Scaliger facit Darium istum, eundem qui Nabonidus. Nam, principio, inquit Pererius, Darius fuit natione Medus, hoc est, Babyloniis alienigena & aduena. At secundùm Berosum, Nabonidus fuit Babylonius & superioribus Chaldæorum regibus gentilis. Posteà nullò modò est credibile, Babylonios detulisse imperium homini Medo, cùm eò tempore Chaldæi haberent Medos, non tantùm vt alios, sed etiam quia longè prolatò imperiò, in ditionem Chaldæorum imminebant, vt suspectos & formidabiles. Facit huic meæ opinioni fidem Herodotus qui lib. 1. scribit reginam Babylonis Nitocridem, cuius filiò Labynetò regnante, Babylon à Cyro capta est, nouis exquisitísque munimentis firmasse Babylonem aduersùs Medos: vtpote quorum potentiam in dies magis ac magis crescere non sine periculo Babylonis intelligebat. *Nitocris*, inquit Herodotus, *animaduertens imperium Medorum ingens & pacatum, subactáque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmuniuit se omnibus quam potuit maximè.* & paulo infrà: *Adhæc quacumque erat regio ad inuadendum opportuna & compendiaria ex Medis via, hanc interseptit, ne Medi commerciò Assyriorum, ipsius negotia cognoscerent.* Deindè, Darium illum Medum, priùs non fuisse hominem priuatum, vt censet Scaliger, sed regem Medorum & Persarum (Persarum etiam censet Pererius) & quidem antè Cyrum, patet ex cap. 6. (totó) Danielis. Alias refutationes abindè profert Pererius: sed quia non in eis per omnia cum ipso conuenimus, proptereà missas facimus.

Addi potest, constare Nabonidum esse eundem apud Berosum, qui Baltasar. Et quamuis Berosus velit eum fuisse non occisum, sed à Cyro in Carmaniam relegatũ: tamen in hoc erroris notatur ab omnibus, quia Dan. 5 Baltasar fuit occisus.

III. In hoc quòd Scaliger vult Darium Medum non per vim inuasisse Babylonicum Imperium. Contrarium enim ostendunt Isaias cap. 13. & Ierem. cap. 51. cùm de Babylonis euersione vaticinantes, euersores eius non alios, quàm Medos, & Medorum regem nominant, etiamuerò nullà Persarum factà mentione. Ex hoc patet, euersam esse Babylonem à rege Medorum, nequedùm Imperium fuisse per Cyrum ad Persas translatum. Quid? quòd Daniel interpretatus illud vocabulum, *Phares*, dixit Baltasari, *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* Ergò statim post cædem Baltasaris, regnum Babylonicum ad Medos & Persas deuolutum est: sed proximè post fuit penès hunc Darium Medum. Hactenus ex Pererio.

Horum occasione, præmonendum videtur hic, non in hoc solummodò Scaligerum à Scriptura, sed & à torrente reliquorum dissentire: verumetiam in aliis abhinc quàmplurimis: & sanè demùm tot in grauibus sua somnia voluisse intrudere, sapientior qui videretur cæteris, vt proptereà sæpiùs neglectum simus eum adducere, multò magis refutare: nisi forsan vbi tractabitur sacra Scriptura. Et ne quis hoc a nobis gratis dictum contrà tanti ingenij virum succenseat: instar sit, quòd lib. 6. de Emend. cap. de Regibus Babylonis, à pag. 274. contendit aduersùs omnes tam antiquos, quam modernos, annum Cyri primum à Scriptura toties memoratum, non fuisse primum aut regni, aut imperij eius: sed solummodò sic à Iudæis appellatum, quia primus erat solutæ captiuitatis eorum. At hoc quàm improbabiliter, pateat vel ex solo 1. Esdr. cap. 6. à vers. 1. *Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in Bibliotheca librorum qui erant repositi in Babylone* vers. 2. *Et inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius.* vers. 3. *Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit, vt domus Dei ædificaretur quæ est in Ierusalem, &c.* Eadem vide 3. Esdr. 6. à vers. 23. Nunquid,

enim Persæ, Babylonij, vel Cyrus ipse, annos computauerint sicut Iudæi, vel eos computauerint in fauorem ipsorum, & non potius in fauorem principis seu Monarchæ sui? Quæ de Scaligero dicimus, intellige de Calusio Scaligerum ferè sequentem in omnibus: & quæ de anno Cyri primo computando secundùm prætensam Iudæorum notationem, intellige cum annum illum faciunt eius vltimum, vel ferè vltimum.

IV. *Opinio*, proxima primæ quantùm spectat ad originem ipsius Darij, & secundæ quantùm ad modum eius regnandi, dicit Darium istum fuisse nepotem ex filia regis Nabuchodonosor, sicque matrem habuisse Chaldæam; sed quia patrem habuit Medum, propterea cognominatum esse nō Chaldæum, sed Medum; denique venisse ad imperium aliquô successionis titulô simul cum electione procerum Babylonis.

Ita Theodoretus orat. 6. in Dan.

Probat ex Ierem. 27. vbi promisit Deus daturum se regnum amplissimum regi Nabuchodonosor, & filio eius, & filio filii eius. Cùm igitur Baltasar fuerit filius Nabuchodonosor, vt ipse Theodoretus paulò superiùs dixerat, & Daniel significat cap. 5. vers. 2. *Præcepit ergò iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius*, &c. quò potuisset adduci Baruch. 1. vers. 11. *orate pro vitâ Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vitâ Baltasar filij eius*, &c. post Baltasarem autem proximè tenuerit regnum Chaldæorum hic Darius: ergò vt constet illud Dei promissum, necesse est hunc Darium nepotem fuisse regis Nabuchodonosor.

Sed enim, ait Pererius, minimè veram esse hanc opinionem arbitror, I. Quod sumit Theodoretus pro certo & probato, Baltasarem fuisse filium Nabuchodonosor, suprà super cap. 5. falsum esse ostendimus. Fuit enim Baltasar filius filii Nabuchodonosor. Vbi addendum est id patere ex Euilmerodach, qui regnauit post Nabuchodonosor, 4 Reg. 25. & Ierem. 52. Addendum & Balthasarem illum, de quo Baruch. 1. fuisse vel eundem Euilmerodach, tanquàm binominem: vel alium quendam Nabuchodonosor filium, sic vocatum; & denique Dan 5 per filium significari phrasi Scripturæ solita, nepotem. Quapropter, pergit Pererius, promissum illud Dei, quod est apud Ieremiam, in ipso completum est.

II. Illud vaticinium Hieremiæ, quô suam Theodoretus firmat sententiam, planè subuertit eam. Siquidem eô locô Dominus pollicetur se daturum regnum filio Nabuchodonosor, & filio filii. Atqui Darius, vt fatetur Theodoretus, non fuit filius filii Nabuchodonosor, sed tantum filius filiæ. Ergò non ad ipsum pertinebat illud Dei promissum.

Ad hanc refutationem Respondet Theodoretus, licet Darius esset filius filiæ, dictum tamen eô locô Ieremiæ filium filii, quòd consuetudo sit Scripturæ genealogias describere non per fœminas, sed per mares. Et sanè ità habet postremum hoc, vt vult Theodoretus; sed tamen, cùm id potest citrà veritatis iniuriam, non autem aliter. Quare

Contra hanc Responsionem addit Pererius. Vt autem, qui nullô modô est filius alicuius, dicatur simpliciter eius filius, nec soler, nec verè potest facere, Scriptura. Addendum, nisi fortè filium aliquô aliô modô vocaret, v. g. adoptiuum, seu legalem, &c. sed hæc sunt nimium remota.

III. Deus promisit se conseruaturum regnum Chaldaicum in illis tribus, Nabuchodonosor, filio eius, & filio filii eius, quod promissum pertinebat ad beneficium, & quandam veluti mercedem regis Nabuchodonosor. At Darius, tantum abest, vt regnū Chaldaicum conseruauerit in familia regis Nabuchodonosor, vt omnem familiā eius interfectô Balthasare penitùs extinxerit, regnúmque à Chaldæis, ad alienas gentes, Medos dico, & Persas, transtulerit. Atque hoc significauit Daniel suprà cap. 5. exponēs tertium vocabulum illius Scripturæ, *Phares*, & dicens: *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis*.

V. *Opinio*, dicit Darium istum Medum esse, quem externi Scriptores appellant Darium Hysdaspis, vel Hystaspis. Hydaspis, vel Hytaspis, quia nimirùm filius esset cuiusdam proceri Hysdaspis vocati.

Ita Porphyrius apud S. Hieron. in 9. Dan. Nec ab ea vidētur abhorruisse Tertullianus in lib. contrà Iudæos, & Cyrillus Hierosl. in Catech. 12. Ioannes item Annius secutus suum Metasthenem & Philonem, necnon & eius vestigia prosequentes Ioan. Lucidus de Emendat. Temp. Mercator in suâ Chronolog. & Driedo lib. 3. de sacris Script. cap. 5. par. t. 3. quibus addendus est Genebrardus lib. 2. pag. 240. col. 2. vbi hæc habet: Darius filius Hydaspis, siue Asuerī, de genere Medorum, Dan 9. Medus, socer. Cyri an. 2. Quàuis nonnihil dubitet pag. 147. post init. vbi post allatos Cambysem filium Cyri, & Smerdem, hæc habet: Darius autem Hydaspis, vel non alius fuit à superiore Dario, qui Cyrum antecedit, vel non nominatur, quia eô discedente ex regno, & abeunte in Scythiam & Græciam; necesse fuit alium regem nominari, &c.

Probant ex eo quòd externi scriptores, vt Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. tradunt Darium Hydaspem gessisse bellum cum Chaldæis, eósque Babylone expugnatâ sub-

iugasse. Atqui hoc ipsum de Dario Medo scripsit Daniel cap. 5.

Sed hæc opinio, ait Pererius, à vero longissimè remota est. Etenim inter Darium Medum, & Darium Hysdaspis, plurimùm differt. Primò ille fuit genere Medus, hic Persa: ille filius Assueri, id est, regis, vt habet infrà cap. 9. Dan. hic minimè: ille regnauit antè Cyrum, vt ex vltimis verbis huius capitis 6. colligi potest, hic verò regnauit apud Persas tertiò locô post Cyrum.

Ad Rationem autem, quæ in eam sententiam prædictos authores adduxit, Respondet, eam futilem esse, & ex inscitia historiæ profectam. Babylon enim bis capta est diuersis temporibus, & imperio Medorum ac Persarum subiecta. Primùm, à Dario Medo, Cyrô adiutore, qui regnum Chaldæorum ad Medos & Persas primus transtulit: quibus cùm aliquot annos paruissent Chaldæi, postcà rebellantes ab eorum imperio defecerunt. Aduersus eos bellum gessit Darius Hysdaspis, & expugnatâ Babylone iterùm ipsos sub iugum misit: quam historiam legere apud Herodotum & Iustinum supradictis locis cuiuis licet: maximè verò apud Herod. Lib. 3. fin. vbi dicit Darium Hydaspem, tunc diruisse portas & mœnia Babylonis, quod non fecerat Cyrus, qui primus eam cœperat.

VI. *Opinio*, dicit Darium istum Medum, eundem esse quem Græci appellant Cyrum.

Hanc, aut huic similem sententiam, videtur innuere Theodoretus, in principio 6. orationis super Danielem.

Probari potest ex eo quòd, quæ Daniel de hoc Dario Medo scribit, ipsum debellasse Chaldæos, & eorum imperium ad Medos & Persas traduxisse, eadem ipsi de Cyro Græci & Latini tradiderunt.

Sed refellitur tripliciter à Pererio. Ac I. quidem, inquit, Darius fuit Medus, & de semine Medorum, vt ait Daniel initiò capitis 9. Cyrus verò Persa fuit, & patre Persâ generatus.

II. Cùm Darius Medus euertit regnum Chaldæorum, natus erat annos 62. sicut docet Daniel extremis verbis cap. 5. Nec exindè regnauit nisi annô vnô, vt ostendit idem Pererius q. 2. super capite 9. Atqui Cyrus qui regnare cœpit post euersum imperium, 40. annos natus erat cùm accepit imperium, idque vel per 30. annos tenuit, vt vult Pererius, vel saltem per 6. integros, vt ostendemus nos inferiùs ex Scripturis sacris & Xenophonte.

III. Daniel in extremo cap. 6. satis apertè indicat, aliud fuisse regnum Darij, & regnum Cyri Persæ: vbi nimirum dicitur vers. vlt. *Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ.* id est, quandiù durauit regnum Darij, & quandiù regnum Cyri.

VII. *Opinio*, dicit Darium istum fuisse eundem quem Græci appellant Astyagem auum Cyri.

Ità nonnulli apud S. Hieron. in Dan. 5. Ità & sensisse videtur Eusebius in Chron. faciens Astyagem vltimum Medorum regem, post quem Cyrus proximè regnauerit.

Probatur hæc sententia ex Dan. 13. vers. vlt. *Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Cum igitur & hic Darius fuerit extremus rex Medorum, eique proximè in regno Cyrus successerit, his consequens est Darium hunc esse eum ipsum qui à Græcis dictus est Astyages.

Obiici potest contrà hanc sententiam, I. A nullo externorum Scriptorum esse traditum, Astyagem gessisse bellum cum Chaldæis, & Babylonem expugnâsse, atque Imperium Chaldæorum ad Medos & Persas transtulisse. Quæ tamen omnia de hoc Dario Medo traduntur in sacris litteris.

Ad hanc obiectionem Responderi potest; Astyagem quidem debellasse Chaldæos; sed quia Cyrus eius ex filia nepos (vt posteà dicetur) iuuenis fuit bellicosissimus, & egregiam in eo bello operam nauauit, quin belli prosperè conficiendi comparandæque victoriæ princeps fuit: ideò tàm Persas quàm Persis fauentes Græcos, omnem eius belli & victoriæ gloriam vni Cyro tribuisse.

Obiici potest II. Falsum esse Cyrum proximè regnasse post mortem Astyagis. Id enim neque si Xenophontem sequamur, neque si credamus Herodoto, verè à nobis dici potest. Xenophon namque post Astyagem regnare facit Cyaxarem eius filium: Post hunc verò Cyrum. Herodotus autem tradit, Cyrum, cum bellô petiisset vicissétque Astyagem, relegasse eum in Carmaniam, eóque viuô imperium sibi vendicasse. Antè mortem igitur Astyagis Cyrus regnare cœpit.

Ad hanc obiectionem Responderi potest, Cyrum, quoad vixit auus eius Astyages, non regnasse legitimè, sed per vim; post mortem autem Astyagis, iustè regnasse: quippe qui nepos eius erat, verúsque regni hæres. Et proptereà Scripturam iustum Cyri regnum tantummodò spectantem, exordium regni eius, non ex quo per vim, sed ex quo legitime regnare cœperat, æstimare & declarare voluisse. Hactenus ex Pererio. Qui & Sententiam hanc, & Responsiones istas non improbat. Imò posteà in cap. 13. hanc vltimam amplectitur de Dario Medo per Astyagem apud Danielem intellecto: est-

quæ valdè probabilis. Vndè

Nihil obstabit dicere, curnam Scriptura Darium toties hoc nomine Darij appellatum, vocasset hòc locò potius Astyagem quàm Darium?

Nam solitum est Scripturæ vnius eiusdémque personæ diuersa nomina vsurpare: sicut apud nos quandóque in vna vel altera Periodo contingit, Tostatum vocari modo Tostatum, & modò Abulensem.

VIII. *Opinio* & verior, dicit Darium istum fuisse filium Astyagis, & auunculum Cyri: esséque eum quem Xenophon in libris de Cyropædia, vocat Cyaxarem. Astyagem nempè habuisse hunc filium Cyaxarem, & filiam cui nomen erat Mandane, de quâ natus est Cyrus. Hunc igitur Darium, seu Cyaxarem, debellare cupientem Chaldæos, socium & adiutorem gerendi belli asciuisse Cyrum filium sororis. Cui etiam confectò bellò, vnicam filiam (carebat enim aliis liberis) despondit, & nómine dotis regnum reliquit. Vndè post obitum eius omne imperium ipsius Cyrus obtinuerit.

Ità colligitur ex libris Xenophontis, & censent Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 12. (licet ibi faciat Cyrum eius cognatum) S. Hieronymus in 5. & 9. Dan. Lyranus in 6. & 9. Dan. & alij multi. Quam & sententiam æquè probabilem ac præcedentem, censet Pererius. Vndè subdit

Sanè magna ex parte in hunc Darium quadrant, quæ Xenophon de Cyaxare in libris illis prodit, nec quicquam hæc sententia falsi vel absurdi continet; quin etiã pulchrè cum sacra historia externam & prophanam concordat.

Obiicitur contrà hanc sententiam, Herodotum lib. 1. Valer. Max lib. 1. cap. de somniis, Iustin. lib. 1. Seuer. Sulpit. lib. 2. aliósque complures, tàm Græcos, quàm Latinos, quasi rem veram certámque tradidisse, Astyagem caruisse filiis, & vnam tantùm filiam quæ Cyrum peperit, habuisse ; eique in regnum proxime Cyrum successisse.

Responderi potest I. Authorem Histor. Scholast. super librum Dan. cap. 16. affirmare Astyagem non habuisse filium, sed vnicam tantùm filiam. Cyaxarem verò seu Darium Medum, nõ fuisse naturâ filium Astyagis, sed consobrinum. Hinc dici potest Astyagem cùm bellò peteretur & premeretur à Cyro, odiò eius, scilicèt, ne ad ipsum aliquando regnum deuenires, filium sibi adoptasse Cyaxarem, regnique hæredẽ nuncupasse. Cyrum ergò deuictò Astyage, regnum quidem concessisse Cyaxari quoad vixit, vel contentum vindictâ aui, vel veritum ne si etiam Cyaxarem regnò pelleret, omnium contrà se Medorum odia & vires conciliaret. Sed hæc Responsiò nullum a-

A llium habet authorem. Propereà

Responderi potest II. Cùm Xenophon & Herodotus de Cyro & Astyage plurimũ inter se dissentiant, licitũ esse nobis, in eo, de quo nunc agimus, Herodoto præferre Xenophontem.

In quibus autem differant Herodotus, & Xenophon, in historia Cyri, & Astyagis, hæc sunt apud Pererium lib. 7. in Dan. à pag. 414. sin. 1. Herodotus Astyagem facit vltimum Medorum regem: Xenophon penul-

B timum. 2. Ille negat Astyagi fuisse filium, sed vnicam tantùm filiam: hoc negat Xenophon, filium eius appellans Cyaxarem. 3. Ille scribit Astyagem debellatum esse à Cyro, regnóque pulsum, & relegatum in Carmaniam, ibique obiisse. Xenophon tradit illum in regno suo admodum pueruló Cyrò, naturali morte decessisse, regnúmque filio Cyaxari reliquisse. 4. tradit Herodotus Cyrum obscurò natum patre, & humiliter educatum inter Pastores: contrà Xenophon ait Cyrum patre Persarum principe

C nomine Cambyse, quique genus duceret ex Perseo, generatum, & in aula patris atque aui educatum. 5. Herodotus ait, Cyrum nuperrimè in bello, quod gessit cum Thomyri Massagetarum regina, periisse: Xenophõ verò scribit illum domi suæ tranquillissimè ac fœlicissimè vitâ defunctum. 6. Herodotus prodidit Cyrum regnasse 29 annis, quos completos intellige: Xenophon autem dũtaxat 6. completos. Sed vltima hæc differentia, conciliabitur infrà, dicendo 29. annos completos, incipiẽdos esse à regno eius Persico, antè captam Babylonem: 6. autem in-

D telligendos esse in imperio post Babylonem captam. Addi possent alia multa: sed illud In his aduertatur maximè, quòd Herodotus lib. 1. narrans Babylonem à Cyro captã, de regis qui tunc regnabat, aut morte, aut conseruatione, nullum facit verbum. Alij quidem vt Alex. Polyhistor, Megasthenes, & Alphæus, apud Iosephum 1. Antiq. & cõtrà Appion. & apud Eusebiũ 9. Præp. Euãg. vlt. dicunt, eũ se Cyro dedidisse, & ab eo obtinuisse, non vitam modò, sed commodam etiam in Carmania habitationem, vbi ali-

E quantò tempore viuens naturali morte defunctus est: Xenophon autem lib. 7. Cyropæd. apertissimis verbis scribit, Regem Babylonis captâ vrbe, in suo palatio districtò acinace strenuè dimicantem, à militibus Cyri esse interemptum. Hoc autem magis est conforme iis quæ tradit Daniel cap. 5. vndè in similibus magis credendum est Xenophonti, quàm Herodoto, vel aliis, quandò contrarij reperiuntur.

Dices. Herodotus, & peruetus, & valdè grauis author est.

Respondetur. Xenophõtem paulò qui-

dem esse recentiorem: sed authoritate non inferiorem: quippe qui cum Cyro iuniore, regisque Artaxerxis Mnemonis fratre, Dux belli fuit in expeditione eius Persica. proindéque cui res Persicæ meliùs fuerunt notæ.

Instabis. Cicero in libro 1. epistolarum ad Q. fratrem, dicit Xenophontem libros illos de Cyro, non ad fidem historiæ, sed ad effigiem iusti Imperij, atque optimi principis, scripsisse.

Respondetur. Etsi multa in illis libris ad vberiorem & illustriorem Cyri laudem ficta fuerint à Xenophonte: non tamen propterea simplici eius historiæ derogandum esse. Sed & eundem Ciceronem lib. de Legibus dicere, apud Herodotum innumerabiles esse fabulas: vndè & apud omnes sere, vocatos est pater mendaciorum. Hactenùs ex Pererio. Quibus ab eo deductis fusius pro Dario Medo: iam pro reliquis, seu pro Persarum regibus, quia de illis redibit sermo, dicendum est breuius.

Cyrus, quis.

CYRVS, iuxtà Herodotum, & alios, fuit nepos Astyagis per filiam suam Mandanem. Consequenter iuxtà Xenophontem, & alios, nepos Darij Medi per sororē. Deniquè iuxtà Xenophōtem, & Thucydidem lib. 1. longiùs post init. filius cuiusdam Cambysis, qui iuxta Xenoph. fuit princeps aut etiam rex Persarū. Is ascitus à Dario Medo, vel certè vice eius bella gerens, Babylonem cœpit, tandémq; auo vnò annō post mortuo, succedens, Imperium à Medis ad Persas traustulit. Quàuis propter modicam temporis & regnorum distantiam, necnon rerum gestarum ac personarum conditionem, soleat Imperium illud dici tantùm ad Medos & Persas, seu pro vno sumi Imperium Medorum atque Persarum.

Assuerus qui 1. Esdr. 4. vers. 6. quis.

ASSVERVS, de quo lib. 1. Esdr. 4. vers. 6. iuxtà Scalig. 6. Emend. Cap. de Hebdomadibus Danielis, pag. 284. init. & Genebrardum lib. 2. seu pag. 146. putatur Xerxes, Genebrardo tertius, aliis quartus, aliis quintus Persarum rex, rursúmq; Genebrardo primus Darij filius vel nepos. Probabilius autem iuxtà Ioseph. lib. 11. Ant. S. Hyeron. in Dan. 7. Theodoret. orat. 9. in Dan. & reliquos, idem qui apud Herodotum lib. 1. 2. & 3. Xenophōtem, Thucydidē, & alios, &c. CAMBYSES, Cyri filius, eiúsque proximus successor in imperio Persico.

Artaxerxes qui 1. Esdr. 4. vers. 7. quis.

ARTAXERXES, de quo ibid. Esdr. 4. v. 6. & 3. Esdr. 2. v. 16. varius iuxtà variòs. Iuxtà quosdā apud Genebrardū pag. 246. idē qui Darius Hysdaspis, communiùs quartus Persarum rex. Iuxta Sulpitium lib. 2. Scaligerum 6. Emend. cap. de Hebdomadibus Danielis, pag. 283. fin. & Caluisiū cap. 40. seu pag. 166. fin. idē qui Artaxerxes seu Darius cognomētò Lōgimanus, Xerxis filius, cōmuniùs septimus Persarum rex. Iuxtà Rabbi Abraham Abbenezra apud Genebrardum pag. 243. aliusque Hebræos, Iosephum lib. 11. Antiq. cap. 2. & 3. Eusebium in Chron. Bedam de 6. Ætat. mundi, Massæum lib. 7. pag. 56. & Genebrardum idem qui Assuerus suprà vers. 5. Proindè iuxtà Genebrardū idem qui Xerxes: iuxtà alios non improbabiliter idē qui Cambyses: iuxtà S. Hieronymum in Dan. & reliquos, non etiā improbabiliter idem qui

SMERDES, ille Magus, quem reseruot Herodotus, lib. 3. & alij, ementitō nomine fratris Cābysis sic appellati, inuasisse imperiū, & per aliquos mēses tenuisse.

Darius qui 1. Esdr. 2. vers. vlt. & deinceps, quis.

DARIVS, de quo per anticipationem ibidem cap. 4. vers. vlt. & 3. Esdr. 2. vers. vlt. expressius autem 1. Esdr. 5. & 6. & 3. Esdr. 3. 4. & 5. & apud Aggæum cap. 1. & 2. & apud Zachariam cap. 1. & 7. iuxtà Genebrardum, pag. 249. idem qui Artaxerxes seu Darius Lōgimanus, Xerxis filius, quem vocat Artaxerxem secundum. Iuxtà Scaligerum suprà pag. 283. fin. & Caluisium suprà, idem qui Darius Nothus, communiter decimus rex Persarū. Probabiliùs iuxtà Iosephū Lib. 11. Antiq. S. Hier. in Dan. 7. Theodor. orat. 9. in Dan. ille qui apud Herodotū Lib. 1. sed fusissimè à lib. 3. vsque ad 7. post init. cognomētò HYSDASPIS, Hydaspis, Hystaspis, vel Hytaspis, filius nimirum cuiusdam proceri Magi, siue principis, cui nomen erat Hysdaspis. Is, occisò Smerde Imperij inuasore, ipsemet est Imperator creatus. Pater Xerxis, illius Imperatoris Persici, qui cognominatus fuit terror Græciæ.

Artaxerxes qui 1. Esdr. 7. quis.

ARTAXERXES, de quò cōd. lib. 1. Esdr. cap. 6. vers. 14. & cap. 7. tot. & 2. Esdr. 2. 101. & vlt. & 3. Esdr. 8. iuxta Iosephum 11. Antiq. 5. idem qui Xerxes. Iuxta Scaligerum & Caluisium suprà, idem qui Mnemō. Probabiliùs iuxtà S. Hieron. & alios, ille qui cognominatus est LONGIMANVS, nempè sic dictus, quia vel alterà manu longior erat: vel vtrôque brachiò sic sollidò plùs, vt erectus genua sua manibus comprehenderet. Filius Xerxis, proindéque non immediatus successor Darij Hysdaspis.

RELIQVA quæ ad istos, cæteròsque Persarum Imperatores spectare possunt huc facientia, videbuntur infrà sub sequenti Periodo. Iam ad difficultates præcipuas accedamus.

## XXX. DIFFICVLTAS. DE SEPTVAGINTA ANNIS, qui dici solent Captiuitatis Babylonicæ: Vbinam incipiant?

§. 97.

Fundam. Diffic. Captiuitates Iudaicæ plures.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Reperiuntur in Scriptura sacra permultæ captiuitates. I. Sub *Manasse*, in qua ipse captus est, & ductus in Babylonem 2. Par. 33. vers. 11. II. Sub *Ioachaz*, in quâ ipse captus est, & ductus in Ægyptum 4. Reg. 23. vers. 3. & 2. Par. 36. vers. 4. III. Sub *Ioakimo*, in qua primùm debellatus est à Nabuchodonosor, annô suô tertio Dan. 1. vers. 1. & ductus in Babylonem 2. Par. 36. vers. 6. IV. Sub eodem *Ioakimo*, quandò ipse rursum captus est, & occisus, Ierem. 22. vers. 19. 36. vers. 30. & 52. vers. 28. V. Sub *Iechonia*, quandò ipse tribus mensibus post occisum Ioakimum, captus est, & ductus in Babylonem, cum matre, principibus, &c. 4. Reg. 24. à vers. 12. & 2. Par. 36. vers. 10. VI. Sub *Sedecia*, quando ipse captus est, & occisus, 4. Reg. 25. à vers. 5. & Ierem. 39. à vers. 5. & 59. à vers. 8. VII. Sub eodem *Sedecia*, vel circà eundem, quandò Nabuzardan incendit templum & vrbem, 4. Reg. 25. à vers. 8. 2. Par. 36. à vers. 19. & Ierem. 39. à vers. 8. & 52. à vers. 12. VIII. Quandò idem Nabuzardan duxit captiuos 745. annò vigesimotertiò Nabuchodonosor, Ierem. 52. vers. 30.

PORRO, omitti solet in hac disputatione, ea, quæ fuit *Manasse*. Tàm quia non patet in Scripturâ, populum fuisse tunc in captiuitatem abductum; quàm quia de 70. annis non est habitus sermo temporibus eius; & denique quia in regnum reductus est: nec possunt assignari tempora, quibus seruirent *omnes gentes* Nabuchodonosor, sicut prædictum fuit: nec quibus finirentur illi 70. anni.

ITEM, omitti solet ea, quæ *Ioachaz*. Tàm quia similiter non patet in Scriptura populum fuisse tunc in captiuitatem abductum; quàm quia de 70. annis non est habitus sermo temporibus eius; & quia non possunt assignari tempora quibus seruierint *omnes gentes* Nabuchodonosor; & denique quia non in Babylonem, de cuius captiuitate loquitur Scriptura solùm, sed in Ægyptum est abductus.

ITEM, omitti solet ea, quæ secunda sub *Ioakimo*. Quia cùm proxima sit ei, quæ sub Iechonia, ità vt censeantur veluti pro vna: hæc verò quæ sub Iechonia fit magis celebris; ideò quoad metam temporis, attenditur potiùs hæc, quàm illa.

ITEM, omitti solet ea, quam nonnulli apud Eusebium, necnon Sulpitius lib. 2. Hystor. Lyranus, & Vatablus, faciunt sub eodem *Ioakimo*, annò ipsius octauò. Tùm quia authores illi exponunt improbabiliter annum eius tertium, vel quartum, decoctauo simpliciter dicto; tùm quia, etiamsi tunc aut certè factus fuerit vel primùm, vel iterùm tributarius, non tamen is propriè, vel populus eius, in captiuitatem Babylonicam abductus.

ITEM, omitti solet ea, quæ post captum Sedeciam, annò decimononò Nabuchodonosor, vel certè distingui non solent illa, quæ *Sedecia*, quandò captus, & occisus fuit, annò decimooctauò Nabuchodonosor, & illa, quæ *circà eundem* annum, videlicet decimononò eiusdem Nabuchodonosor, quandò Nabuzardan incendit templum & vrbem. Quia propriè non sunt nisi vna. Qui namque capti fuerunt in vtraque, ducti fuerunt simùl in Babylonem.

ITEM, omitti solet ea, quæ *post dirutum templum* annò vigesimotertiò Nabuchodonosor. Quia in ea propriè translatæ sunt tantummodò nonnullæ reliquiæ præcedentium aliarum captiuitatum magis principalium.

DENIQVE notandum, omitti solere *sententiam* quorundam apud Eusebium in Chron. quam tamen ex recentioribus amplexus est vnus Samerius, dicentium, 70. annos incipiendos esse sub *Iosia*, ab anno ipsius decimotertio. Quorum Probatio est, quia Ieremias cap. 28. suæ propheticæ initiò, dicit se prophetasse *ab anno Iosiæ decimotertio*. Nam I. 4. Reg. 22. vers. 19. Deus expressis verbis ei promittit, illa mala non esse ventura temporibus ipsius. II. Ierem. 25. patet mentionem non fieri temporum Iosiæ, nisi quatenùs abinde propheta munuit eos vt pœniterent, & malum illud futurum à se auerterent. III. Eòdem cap. 25. & cap. 27. sermo fit tantùm de captiuitate ventura temporibus, quibus *omnes gentes* essent seruituræ Nabuchodonosor. Hoc autem non fuit ex illo tempore,

4. deniquè, constat ab anno Iosiæ decimo-tertio, vsque ad finem regni eius, imò vsque ad tertium Ioakim, Iudæos & vicinas gentes non fuisse subiectas regibus Babylonis. Itaque tota quæstio est de captiuitate prima sub Ioakimo. de captiuitate sub Iechonia: & de captiuitate sub Sedecia.

1 Sent. I. SENTENTIA. dicit, Annos 70. qui dicuntur Captiuitatis Babylonicæ, incipiendos esse à prima captiuitate Ioakimi, annô ipsius Ioakimi tertiô, vel quartô.

Ità ex parte Hebræi, vel eorum aliqui apud Genebrardum ; in Ioakim, seu pag. 146. §. *Interim*, fin. & in Iechonia, seu pag. 150. col. 2. in fine summæ annorum regum Iuda. Quibus in locis dicit, Hebræos (aliquos intellige) eam captiuitatem 70 annorum, quæ prædicta est à Ieremia, ordiri à quarto Ioakim. Ità Theodoretus, in Danielis 9. Itémque nonnulli apud Eusebium in Chron. sumentes initium à tertio Ioakim. Ità Christophorus à Castro Commentar. in Ierem. 29. Ribera in primum Zachar. sumens à quarto Ioakim. Baradius lib. 5. cap. 17. §. *Mihi autem*, sumens à tertio vel quarto. Gordonus, cap. 13. ad Period. 6. num. 6. sumens à tertio vel quarto, sed præ[c]ipuè à quarto. Ità Denique Capellus, Beroaldus, & alij multi.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia, pluribus quidem argumentis. Sed non satis apud authores suos ordinatis: quæ tamen omnia reduci possunt sub quasi 2. capitalibus, in quorum vi sola, consistit vis omnium, quæ ex variis locis, aut variis modis, vel adducuntur, vel adduci queunt.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Procedit radicaliter, & tanquam per proprium sui medium, ex eo quòd Anni 70. Captiuitatis, sint iidem qui 70. Imperij Babylonici: primus autem Imperij Babylonici, prætendatur idem qui primus Nabuchodonosor per Ieremiam memoratus. Proindè, cùm primus ille Nabuchodonosor, veniat in quartum Ioakim, apud Ieremiam cap. 25. vel etiam prætendatur participare de tertio eiusdem Ioakim, apud Danielem cap. 1. consequens sit initium annorum 70. captiuitatis, qui sunt iidem ac 70. Imperij Babylonici, assignandum esse anno Ioakimi tertio vel quarto. Vel potius, ex hoc quòd Ieremias cap. 25. loquens *de 70. annis*, pro Imperio Babylonico, cõsequenter debuerit alicubi clarè tradere initiũ illius Imperij. Cùm verò nullibi clarè tradiderit illud nisi tradiderit annô primô Nabuchodonosor, consequẽs sit eum illud tradidisse annô illô primô Nabuchodonosor. Cùm verò rursus Anni 70. sint cõmunes tàm Imperio quàm Captiuitati: consequens sit eos vt Captiuitatis, incipiendos esse vbi incipiunt vt Imperij Babylonii: consequenter in anno primo Nabuchodonosor. Cum denique primus Nabuchodonosor, incipiat in tertio vel quarto Ioakimi, consequens sit & Captiuitatem, siue 70. annos eius; incipere in eodem tertio vel quarto Ioakimi. Potest autem argumentum sic construi, fortè secundùm mentem Baradij. Ieremias loquens de 70. annis pro Imperio Babylonico, voluerit simùl tradere durationem Imperij Babylonici. Ergò voluerit & tradere initium illius Imperij. Ergò & initium simul Captiuitatis, siue annorum 70. Captiuitatis quę duratura erat per totum illud Imperium. Atqui nullibi clare tradiderit initium illius Imperij, nisi in anno primo Nabuchodonosor, quẽ expressè memorauit: vel, quod idem est, clare tradidit initium illius Imperij tradendo primũ annum Nabuchodonosor; & hic annus primus Nabuchodonosor venit in annum tertium vel quartũ Ioakimi. Ergo initium illius Imperii, consequenter & 70. annorum Captiuitatis, quæ duratura erat per totum illud Imperium, assignandum est anno illi primo Nabuchodonosor: consequenter anno tertio vel quarto Ioakim, cum quibus concurrit primus ille Nabuchodonosor.

ANTECEDENS MAIORIS, videlicet, Quòd Ieremias loquens de 70. annis pro Imperio Babylonico, voluerit simùl tradere durationem illius Imperij, Probatur à tribus Scripturæ, seu Ieremiæ 3 locis.

I. LOCVS habetur cap. 25. vers. 11. *Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis, 70. annis.* Illud autem, *regi Babylonis*, intelligendum est, tàm in se, quàm in posteris, prout expressè declaratur cap. 27. vers. 7. *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius*; neque enim Nabuchodonosor regnauit 70. annis. Vers. 12. *Cúmque impleti fuerint 70. anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas.* Ecce, duratio Imperij Babylonici manifestè traditur intrà spatium annorum 70.

II. LOCVS habetur Cap. 27. vers. 6. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei vt seruiant illi.* vers. 7. *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius*: id est, ait Baradius, donec euertatur Imperium Chaldæorum: *& seruient ei gentes multæ, & reges magni*: nimirùm annis 70. superius dictis. Vbi Baradius. Quod hoc, inquit, cap. 27. dixit Dominus, *seruient ei omnes gentes & filio eius, & filio filij eius*, donec euertatur Imperium, aliis verbis dixit cap. 25. *Seruient*

*omnes gentes istæ regi Babylonis 70. annis. Cùmque impleti fuerint 70. anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ponam illam in solitudines sempiternas.* id est, inquit Baradius, euertam imperium. Vnus locus alteri lucem affert. Cùm ergò in hoc secundo definiat tempus regni Chaldæorum, definit etiam in primo, attribuens ei 70. annos. Hæc Baradius.

III. LOCVS habetur Cap. 29. verſ. 4. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël omni transmigrationi, quam transtuli de Ieruſalem in Babylonem,* verſ. 5. *Ædificate domos, & habitate: plantate hortos,* &c. verſ. 10. *Quia hæc dicit Dominus: Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum.* Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, id est, ait Baradius, cùm in Babylonio Imperio cœperint impleri 70. anni, quibus ipsum Imperium stabit, ex captiuitate vos liberabo.

I. CONSEQVENTIA MAIORIS, nempè, Quòd ergò Ieremias voluerit tradere initium Imperij Babylonici, Probatur primùm in genere. Nam si tradidit in illis locis durationem Imperij Babylonici: certè tradere voluerit, vt & debuerit, initium eius. Ad quid enim finem indicasset, nisi etiam indicasset & initium? Secundò in speciali. Nam Ieremiam in illis locis expressissimè tradidisse finem Imperij Babylonici, manifestum est ex verbis illis Cap. 25. v. 11. *Seruient omnes istæ gentes regi Babylonis 70. annis.* Item, ex illis verſ. 12. *Cùmque impleti fuerint 70. anni,* (vtique 70. qui dicti sunt versu præcedenti, proindéque quibus erant seruituræ gentes omnes illi regi) *visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ponam illam in solitudines sempiternas.* Item, ex illis cap. 29. verſ. 10. *Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni:* vtique quibus Imperium illud durabit. Atqui si Ieremias tradidit finem illius Imperij, vtique tradere voluerit, & debuerit, initium eiusdem Imperij. Ad quid enim finem indicasset, nisi etiam indicasset initium?

II. CONSEQVENTIA MAIORIS, nempè, Quòd ergò Ieremias voluerit tradere initium Captiuitatis, siue annorum 70. Captiuitatis, quæ duratura erat per totum illud Imperium, Probatur ab illis verbis Cap. 29. verſ. 10. *Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos, & reducam vos in istum locum.* In his patet Ieremiam facere vnum eundémque finem Imperij Babylonici, & Captiuitatis. Ergò voluerit, sed debuerit, & tradere simul initium eius cum initio Imperij, siue initium annorum 70. Captiuitatis quæ duratura erat per totum illud Imperium. Ad quid enim indicasset finem, nisi etiam indicasset initium? Confirmatur. Nam Anni 70. sunt communes Imperio & Captiuitati: siquidem vtrumque significatur simul duraturum. Ergò debent simul incipere. Ergò Ieremias indicans initium vnius, indicauit initium & alterius.

MINOR, videlicet, quòd Ieremias nullibi clarè tradiderit initium Imperij Babylonici, nisi tradiderit illud annò primò Nabuchodonosor: vel, quod idè est, quòd Ieremias clarè tradiderit initiū Imperij Babylonici, in anno primo Nabuchodonosor: & hic annus primus Nabuchodonusor veniat in tertium vel quartum Ioakimi, Probatur. Nam cap. 25. verſ. 1. *Verbum, quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Ioakimi filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis)* &c. Quorsùm, inquit Baradius annum primum Nabuchodonosor regis Babylonis memorauit? videlicet, nisi quia tempus Imperij Babylonici ab eo anno supputare volebat? Adde, quorsum & Ieremias computat annum hunc primum Nabuchodonosor ab anno quarto Ioakimi, nisi quia tempus Imperij illius ab eo anno supputare volebat? Adde deniquè, ex Dan. 1. Nabuchodonosor ascendisse in Ierusalem, eam obsedisse, tandémque Ioakimum captiuum dòxisse, annò tertiò eiusdem Ioakimi, vel certè captiuū duxisse eòdem quartò qui dicitur Ierem 25. atq; ità annū primum Nabuchodonosor de vtroque participare. His positis

CONCLVSIO manifesta manet: adeóque manifestum totum argumentum. Nam si Babylonicum Imperium, siue 70. anni quibus ipsum erat duraturum, incipiunt in anno primo Nabuchodonosor, qui participat de tertio & quarto Ioakimi; & Captiuitas, siue 70. anni quibus ipsa erat duratura, incipere debent vbi incipit idem Imperium Babylonicum; vtique Captiuitas, vel anni eius 70. incipere debent annò tertiò, vel quartò Ioakimi, adeóque in prima eius captiuitate, annò ipsius tertiò vel quartò.

II. ARGVMENTVM. Petitur ex hoc quòd Ieremias *vaticinatur* de Captiuitate illa, vel de annis eius 70. annò quarto Ioakimi, & primò Nabuchodonosoris. Potest autem argumentum sic construi. Anni 70. qui dicuntur Captiuitatis Babylonicæ, incipiendi sunt à tempore quò Ieremias vaticinatus est de illis. Atqui Ieremias vaticinatus est de illis ab anno quarto Ioakimi, & à primo Nabuchodonosor. Ergò, &c. 2. Arg.

MAIOR huius Argumenti, probari potest istâ ratione. Ieremias desig-

nans tempus à quo vaticinatur de annis 70. Captiuitatis, censeri debet velle annos illos 70. de quibus vaticinatur, incipiendos esse à tempore quô vaticinatur, seu à quo designat se vaticinari. Vbi consimiliter dici potest pro Baradio: Quorsùm enim memoraret tempus à quô vaticinatur, nisi quia vellet annos 70. de quibus vaticinatur, ab eodem esse tempore supputandos? Atque ità Baradius suprà, inter argumentum illud, inserit ista verba: Qui (70. anni) eô annô quô Ieremias primùm de iis 70. annis vaticiniũ edidit, initium sumebant annô quartô siue tertiô Ioakim regis Iuda. Et infrà. Efficitur ergò ex iis, annos 70. de quibus Ieremias est vaticinatus, incœpisse ab eo anno, in quo primùm de illis est vaticinatus (vt ratio postulat) non ab alio. Is autem annus fuit tertius siue quartus Ioakimi, & primus Nabuchodonosoris, &c. Et Gordonus num. 6. fin. Demùm ad probationem huius Sententiæ, ponendum est annos illos 70. (idem diceret de Imperio Babylonico) incœpisse ab eodem anno, quô de illis vaticinatus est. Itaque hoc ponunt quidem Baradius & Gordonus: non tamen probant. Probare autem non possunt nisi ratione prædictâ, quòd quia Ieremias vaticinatur de illis annô quartô Ioakimi, seu quia testatur se de illis vaticinari annô illô quartô Ioakimi: proptereà censendus sit velle, annos illos inchoari ab eo anno quô tradit se de illis vaticinari.

MINOR clara est. Nam Ieremias cap. 25. à vers. 1. tradit verbis expressis se vaticinari ab anno quarto Ioakimi, & à primo Nabuchodonosor. Ergò anni illi 70. de quibus vaticinatur, incipiendi sunt ab anno quarto Ioakimi, & primo Nabuchodonosor: proindéque à prima captiuitate eiusdem Ioakimi: quam proptereà dicendum est euenisse non annô Ioakimi præcisè tertiô, sed annô eius quartô, vel incœptam esse tertiô, finitam verò quartô.

HÆC sunt Argumenta, quibus probari potest ista Sententia. Quæ quidem, vt monuimus, non traduntur ab authoribus eius, aut hâc viâ scholasticâ, aut vllâ aliâ satis methodicâ vel clarâ: sed permixtâ passim, & confusâ. Ad ea autem, aut ad eorum vim, reduci habent quotquot, si quæ reperiuntur alia argumenta: seu quotquot, si qua aliorum vis tota.

Reiicitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd si per Imperium Babylonicum intelligunt authores eius, Monarchiam Nabuchodonosor, hæc sumi non possit ab illo anno, qui dicitur primus eius, Ierem. 25. Nam

Primò. Dan. 2. vers. 1. *In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium.* Annus ille secundus intelligitur ab omnibus, vt à S. Hieronymo in Dan. à Genebrardo in Nabuchodonosor, à Pererio in Dan. à Torniello an. 3453. num. 1. & 2. & aliis, annus secundus Monarchiæ eius. Atqui annus iste non potest esse secundus ab illo primo qui dicitur Ierem. 25. Nam Dan. 1. vers. 5. *vt enutriti tribus annis postea starent in conspectu eius.* & vers. 18. *Completis itaque diebus, post quos dixerat rex, vt introducerentur, introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor.* Per hæc ostenditur, Danielem, qui interpretatus est somnium, quíque fuerat abductus annô tertiô Ioakim, iam tunc fuisse in Babylone à pluribus annis. Vnde Torniellus suprà num. 1. contendit annum illum secundum monarchiæ, fuisse regni vigesimumquintum.

Secundò, Ierem. 27. Postquàm dictum est vers. 1. *Et regnauit Sedecias.* & vers. 2. *Et non obediuit ipse & serui eius, & populus terræ verbis Domini,* &c. dicitur vers. 4. *Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto,* & vers. 6. *Ecce exercitus Pharaonis qui egressus est vobis in auxilium.* Per hoc patet, Ægyptum nondùm fuisse à Nabuchodonosor subactam, regnante Sedeciâ. Ergò nec eum tunc adhuc fuisse Monarcham.

Tertiò. Ierem. 49 à vers. 34. *Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, aduersùs Aelam in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens:* vers. 35. *Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum, & summam fortitudinem eorum, & inducam super Aelam quatuor ventos à quatuor plagis cæli.* Per hoc patet, Aelam tempore Sedeciæ nondùm fuisse captam à Nabuchodonosor. Ergo nec eum tunc fuisse Monarcham.

Quartò. Ezech. 26. à vers. 3. *Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te Gentes multas,* &c. *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis,* &c. & cap. 27. ferè totô patet, Tyrum nondùm fuisse captam à Nabuchodonosor. Et hoc ex cap. 26. vers. 1. annô vndecimô à captiuitate Iechoniæ, adeóque vndecimô Sedeciæ. Ergò nec eum tunc fuisse Monarcham.

Quintò. Ex Iosepho lib. 1. contrà Appion. med. Nabuchodonosor incœpit obsidere Tyrum, annô regni sui septimô, &c. ex eodem 10. Antiq. 11. fin. obsidio illa obstinatione obsessorum, & obsidentium, durauit annis 13. Ergò necdum etiam erat Monarcha inter annum qui dicitur eius primus, & septimum illi respondentem.

Sextò. Ierem. 46. vbi fit mētio, quomodò

Nabuchodonosor, *percussit Pharaonem iuxta fluuium Euphratem, in Charcamis, in anno quarto Ioakim*, necnon in ipsomet cap. 25. Ierem. à vers. 15. *Super calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te*, &c. patet, innumeras regiones nondum fuisse subiectas Nabuchodonosor. Ergò necdum eum tunc fuisse Monarcham.

Si autem per Imperium intelligant, non quidem Monarchiam, sed Regnum, prout subiecit varias gentes, quæ erant in circuitu Iudææ, & quæ dicuntur vers. 9. med. *Omnes nationes quæ in circuitu illius sunt*, constat neque tunc nationes illas omnes fuisse subiectas à Nabuchodonosor, prout fusè describitur Ierem. 25. à vers. 15. imò neque longè post fuisse ab eo adiunctas regno suo. Atqui in capitibus illis, quibus nititur hæc Sententia, & præsertim 29. fit mentio de *futura* subiectione aliarum nationum. Ergò Imperium illud non potest censeri ab illo anno Ioakim quarto.

FACIT II. Quod Ioakimus nullomodò fuerit factus captiuus, annò suò quartò, prout is describitur à Ieremia; imò ne quintò sequenti, etiam ad mensem nonum protractò, prout fusè demonstratum fuit ex variis Scripturæ locis §. 90. Et denique nec abindè captus, nisi annò suò vndecimò, quò fuit & occisus. Ergò Ieremias non loquitur de captiuitate, quæ euenerit annò istò quartò, proindéque Nabuchodonosor primò.

DICENT forsan authores istius Sententiæ, captiuitatem illam fuisse factam initiò anni illius quarti, idque educi ex Dan. 1. vbi describitur incœpta annò Ioakimi tertiò.

AT hoc refutatum fuit ibidem §. 90. & vel ex hoc refutatur iterùm, primò, quòd Ieremias in illo suo cap. 25. imò in tota sua prophetia, ne verbum de hoc habeat. At quomodo credibile fuerit, Ieremiam voluisse captiuitatem adeò celebrem, imò verbis suis celebratam, incipiendam esse ab illo annò quarto quem memorat, & ne verbum de hoc fecisse? Deindè, cùm Ieremias non agat ibi nisi de captiuitate aliqua ventura, quam prædicit: nonnè ridiculum erit, velle illum prædicere captiuitatem iam paulò antè factam, imò eòdem annò quartò, & circà initia eius, vt vbicirur? Vndè

Confirm. & Refut. CONFIRMATVR omnino hæc Refutatio. Nam illa prophetia Ieremiæ, quæ fit annò quartò Ioakim, & primò Nabuchodonosor, manifestè non loquitur nisi de captiuitate ventura *de futuro*, prout fusiùs ostendetur infrà sub 3. sententia. Interim, v.g. cap. 25. vers. 9. *Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis, & adducam eos*, &c. vers. 11. *Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis*. cap. 27. vers. 7. *Et seruient ei omnes gentes*, &c. *& seruient ei gentes multæ, & reges magni*, &c. Atqui ex cap. 25. toto, & ex 36. vers. 1. 9. & reliquò cap. patet, Nabuchodonosor non venisse prorsùs in Iudæam annò quartò Ioakim, nec quintò eius etiam suprà mensem nonum protractò, prout fusiùs ostendimus §. 90. Ergò captiuitas de quâ loquitur Ieremias, non potest esse captiuitas illa Ioakimi, de qua fit sermo Dan. 1. Adeóque nec anni eius 70. incipere à tertio vel quarto Ioakimi, & primo Nabuchodonosor.

QVOD SI dicas. Nabuchodonosor pugnasse *in Charcamis* contrà Pharaonem annò Ioakim quartò ex Ierem. 46. & ex Ioseph. 10. Antiq. 7. *superatò Euphrate totam Syriam, vsque Pelusium* (quod est propè vel & infrà Ægyptum) *subegisse*. Consequenter venisse in Iudæam illò eòdem annò.

RESPONDEBITVR. Iosephum addere, *exceptâ Iudæâ*. Quia nempè Nabuchodonosor, qui annò præcedenti Ioakimum subegerat, eundem in regnum suum restituerat, prout ostendimus eòdem locò. Ergò ea quæ prophetat his locis Ieremias, ad minùs quoad Iudæam, intelligenda sunt, nō iam acta, sed agenda solùm in futuro. Ergò non de captiuitate iam facta sub Ioakimo, tertiò, vel quartò (quæ nulla fuit), eius annò.

FACIT III. Quòd etiamsi concederetur, captiuitatem illam euenisse annò Ioakimi quartò: attamen: & vnò verbò, quòd captiuitas eius, quæ euenit annò ipsius tertiò prout describitur Dan. 1. non debeat propriè dici captiuitas Babylonica. Hoc ostenditur

Primò, à Scripturâ. Quia nullibi apud eā captiuitas illa recensetur inter captiuitates Babylonicas: nec specialiter Ierem. 52 à vs. 28. vbi 3. memorantur, scilicet, quæ factæ sūt annò septimò, decimooctauò, & decimononò Nabuchodonosor.

Secundò, à Ratione. Quia in captiuitatibus illis nullus populus insinuatur captiuus ductus in Babylonem. Et quamuis Daniel, & socij eius, tunc abducti fuerint: tamen hoc potiùs factum fuit, vel vt illi haberentur tanquàm obsides, vel ad ostentationem gloriæ, vt qui essent de semine regio coram Nabuchodonosor sistēdi. Item, quāuis Ioakim ipse fuerit abductus: tamen mox in regnum suum fuit restitutus. Atqui in captiuitate de quâ communiter agitur, sensus omnium est, aut esse debet, vt sermo sit de captiuitate, quæ durauerit per 70. annos in Babylone, & post annos illos 70.

populus fuerit ab ea reductus. Quod nequaquam dici potest de Ioakimo, vel de suis, saltem quantum ad annum eius tertium vel quartum.

4. FACIT IV. Quoddam argumentum, Petitum ex Torniello an. 3429. num. 10. med. Si hos 70. annos ab anno Ioakimi quarto exordiri voluerimus, necessarium erit nullum regem Babyloniorum ponere inter Euilmerodach. & Balthasar: vel saltem admittere ipsum Balthasar tribus aut quatuor tantùm annis regnasse. Siquidem communior opinio est, Nabuchodonosor annis circiter 44. id est, 43. completis, regnasse, & immediatè post ipsum Euilmerodach, annis 23. Remanent igitur 4. duntaxat regni Balthasar, ad explendam summam annorum 70. Atqui Berosus, Chaldæus, Chaldaicarúmque rerum scriptor antiquissimus, apud Iosephum lib. 1. contra Apion. circa med. Alexander Polyhistor, Megasthenes, & Alphæus, apud Eusebium lib. 9. Præp. Euang. cap. 4. ipsemet Iosephus, & Eusebius, locis citatis, S. Hieronymus in Dan. 5. Bed. lib. de 6. ætat. mundi, Author Hist. Scholast. in Dan. 5. & multi alii, inter Euilmerodach. & Balthasar, duos alios recensent reges, scilicet *Niglissar*, & *Labosardach*: & saltem per multi authores, tùm ex istis, tùm alij, tribuūt annos regni Baltasar longe plures 4. Quibus nil obstat Ierem. 27. vers. 7. *& seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* Hæc enim aut non excludūt, intercessisse quosdā reges alios, vt ostendit ibi Torniellus. & nos suo loco referemus; aut si non fuerunt reges legitimi, proindéque anni eorum in serie non computandi, adhuc manebit Baltazatem non regnasse plus 4. annis, quod falsum est apud omnes.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respondetur, negando maiorem & minorem. Maiorē, imprimis quoad suum antecedens, eò sensu qui prætenditur. Sensus enim verborum illorum, tradere voluerit durationem illius Imperij, potest esse duplex. Alter, intrinsecus durationi Imperij. Alter, extrinsecus illi. Intrinsecus, id est, durationis in se per annos 70. Extrinsecus, id est, durationis ad aliquod aliud extrà 70. annos comparatæ. Primò sensu, conceditur Ieremiam loquentem de 70 annis tradere voluisse durationem Imperij per annos 70. consequenter initium, neque verò solum initium, sed & finē illius Imperij, & denique spatium inter vtrumque quō durauit ipsum Imperium. Nam impossibile est dicere spatium aliquod temporis, quin essentialiter includantur & tempus ipsum, & vtrumque extremum eius. Secundò sensu, negatur illa maior: sumpta videlicet, prout sumitur in argumento, quatenùs vult Ieremiam tradere voluisse durationem extrinsecam Imperij Babylonici in illis præcisè verbis quibus memorat durationem eius, siue annos 70. Consequenter negantur & eius consequentiæ. Et prima quidem. Nam nulla est hæc consequentia: Tradit Ieremias quōtnam annis intrinsecè duraturum sit Imperium Babylonicum, adeóque totum tempus & extrema quæ constituunt essentialiter annos quibus illud sit duraturum. Ergo itidem in iisdem verbis, quōnam anno vel mundi vel alicuius principis, incœpturum sit illud tempus, siue incœpturum primum extremum eius. Secunda verò consequenter. Nam si non tradit in illis verbis initium extrinsecū Imperij, siue annorum eius 70 nec que etiam tradit in illis initium extrinsecum Captiuitatis, siue annorum 70. quibus erat illa duratura simul cum Imperio. Minorem autem; quia Ieremias indicauit ibidem initium imperij Nabuchodonosor, adeóque Captiuitatis, & annorum 70. nō de præsenti, sed de futuro, in illis verbis, *Ecce ego mittam & assumam omnes vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam,* &c. ex quibus consequenter, *seruient omnes gentes istæ regi Babylonis 7 annis,* &c. Nondum ergò Deus adduxerat Nabuchodonosor, nondúmque omnes gentes illæ seruiebant ei. Non ergo designauit initium Imperij Babylonici, consequenter & Captiuitatis, esse desumendum in anno primo Nabuchodonosor, sed in alio tempore post secuturo.

D DICIS. Cap. 27. vers. 6. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor* &c. vers. 7. *Et seruient ei omnes gentes,* &c. Ibi significatur, iam traditas fuisse tales gentes regi Nabuchodonosor. Ergo & Imperium eius iam incœpisse. Vndè verba illa quæ habentur cap. 29. vers. 5. *Ædificate domos,* &c. *cum cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos,* &c. sunt eò referenda, vt incœpta cogitetur à tempore quō Deus dixerat, *& nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor,* &c.

E RESPONDETVR. Imprimis, sensum verborum illorum cap. 27. esse, *dedi*, non actu per possessionem, sed virtute per destinationem. vndè subditur paulò post, *& seruient ei gentes multæ, & reges magni.* Deindè, verba illa, tursúmque adeo promissionem illam, quam continent solum de futuro, non fuisse dicta annō quartō Ioakimi, sed quartò Sedeciæ, seu 11. annis post: quando nimirum reges Edom, Moab, Ammon, Tyri, & Sidonis, miserunt nuncios Ierusalem ad Sedeciam à vers. 3. Hoc patet cap. 28. vers. 1. *Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto,* vbi verba illa,

*in* [illegible] cipiu te[illegible] [illegible] netus fuit a Nab[illegible] decias [illegible] cap. 5. vers. [illegible]. *V*[illegible] *mias prophetæ* [illegible] *Mis-sia, cùm perveni*[illegible] *nem* [illegible] *anno quo*[illegible] lum an. 3419. num. 4 [illegible] cuntur cap. [illegible] prout [illegible] [illegible] *Ioakim*, [illegible] esse [illegible] da [illegible] latentur tamen [illegible] Ioakimi, nolim ad [illegible] qua[illegible].

A[illegible] ANTECEDENTI [illegible]NATORIS Responsio patet ex [illegible]. Nam [illegible] Ieremiam in [illegible] rationem introi[illegible] Imperij Babylonici per annos 70. Sed falsum [illegible] tradere [illegible] tunc in eius [illegible] adcu-[illegible] nem ad aliquem terminum [illegible]. Vnde

AD I. [illegible] Respondetur, negando [illegible] Nam [illegible] Ieremia [illegible] & debi[illegible] Imperij. Et h[illegible] eum [illegible] volui[illegible] sexin-[illegible]. An [illegible] Consequentia [illegible] argumenta [illegible]. Nam Ieremias [illegible] locis, non tradi[illegible] finem ext[illegible] secum [illegible] Imperij, neque enim [illegible] [illegible] Ie[illegible] Imperij.

A[illegible] CONSEQVENTIAM [illegible] Respondetur, [illegible] sensu [illegible] Nam [illegible] Ieremias [illegible] trinse[illegible] Imperij Babylonici & Captiuitatis [illegible] indicasse [illegible] quæ [illegible] indicant [illegible] dictum est [illegible] tradere [illegible] extrinsecum vtriusque. N[illegible] ut illud in alio, non tanquam de [illegible], sed tanquam de futuro. [illegible] præcise tempus illud, p[illegible] teste sub tertia sententia. [illegible] Responsio patet ad Confirmationem [illegible] Consequentiæ.

A[illegible] Respon[illegible] tantum [illegible] Ieremias al[illegible] tradidit [illegible] demon[illegible]ur postea: non autem in illo anno primo Nabuchodonosor, sicut per nullum verum argumentum potest probari. Quod enim memorauerit annum illum primum Nabuchodonosor, & consequenter quartum Ioacimi, cui copulat eum, non ideo fecit, vt ostenderet à quo tempore Babylonicum Imperium, mi[illegible]sque Captiuitas inciperet, [illegible]d tantum [illegible] ostenderet, a quo tempore verbum Domini, quod [illegible], fuit [illegible] factum. Similia namque innumera videre est in Scriptura, vt apud ipsum met Ieremiam cap. 1. vers. 2. cap. [illegible] vers. 1. cap. [illegible] 28. 32. 34. 35. 36. [illegible] 41. 45. & 46. verfibus [illegible]. Apud Ezech[illegible] cap. 1. vers. 1. cap. [illegible]. 20. [illegible] 4. 26. 29. 31. 3[illegible]. & 4[illegible]. versibus primis. & cap. [illegible] 9. vers. 17. & cap. 33. vers. 21. & d[illegible] apud reliquos prophetas, quos [illegible] superfluum esse.

Ad 2. AD II. ARGVMENTVM. Respon[illegible] ne[illegible] quippè quæ [illegible] Res quæ [illegible] computari debet à tempore quo prædicitur, vel [illegible] eam prædicta memoratur. At, quam inanis [illegible] eiusmodi ratio, nulli non obuium est. Aliàs enim sequeretur annos illos 70. [illegible] & omnia quæcumque sunt ibi dicta, in[illegible] da [illegible] ab antiquioribus longe temporibus, [illegible] prædicta [illegible] ante [illegible] longe. Nam v.g. dici [illegible] à temporibus *Manasse* [illegible] 4. Reg. [illegible] prædicta fuerunt [illegible] eius. Item, à [illegible] *Iosia*, [illegible] 4. Reg. 22. a vers. 1[illegible] Ierem. 1. à vers. [illegible] & 15. à [illegible] & hûc [illegible] cap. 25. vers. 3. prædicta fuerunt temporibus [illegible]. Item à temporibus *primis Ioa*-*cim* [illegible] Ierem. [illegible]7. à vers. [illegible] prædicta [illegible] principio regni [illegible]. Cum con-[illegible] prædicant [illegible] in Scriptura, quæ [illegible] tempore quo [illegible] com[illegible] prædictionis [illegible] quæ [illegible] aliquo tempore post illud [illegible] prædicuntur. Et [illegible] tot [illegible] Ezechiel [illegible] quid [illegible] Isa. cap. 23. [illegible] à vers. 15. [illegible] prædicitur [illegible] duratura *per* 70. *annos*. Atqui non possunt 70. illi anni incipere à tempore quo destructio illa, & 70. illi anni, prædicuntur. Nam Isaias [illegible] prophetias suas longè ante, nimirum cap. 1. vers. 1. *In diebus* [illegible], [illegible], *A-chaz*, *& Ezechiæ*, *regum Iuda*. [illegible]que [illegible] temporibus similibus quæ prædicuntur per [illegible] prophetiam [illegible] cap. 13. à vers. [illegible] *Onus Babylonis*, & cap. 14. à vers. 4. *Sumes parabolam istam contra regem*

*Babylonis, & dices: Quomodò cessauit exactor, quieuit tributum.* &c. cap. 15 à vers. 1. *Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab*, &c. cap. 17. à vers. 1. *Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas.* cap. 18. à vers. 1. *Onus Ægypti.* cap. 21. à vers. 1. *Onus deserti maris.* cap. 22. à vers. 1. *Onus vallis visionis.* denique, cap. 44. vers. 28. *Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Ædificaberis, & templ[illegible]: Fundaberis.* & cap. 45. vers. 1. *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes*, &c. Quæ postrema prophetia, etiam sub tempore tanquam præterito memorata, nihilominùs facta est ex omnium consensu 200. annis antequam veniret Cyrus. Vt omittam septuaginta hebdomades Danielis, reuelatas ei, vel ab eo memoratas, annò primò Darij Medi, proùt narratur Dan. 9. à vers. 1. quæ tamen ab authoribus huius Sententiæ non computantur, quoad illarum initia, nisi à plurimis annis & plus 170. post Darium illum Medum, seu post vnicum imperij eius annum.

CONFIRMATVR Hæc responsio. Nam illa prophetia continet quandam Dei sententiam, & punitionis latiuam aduersus Ierusalem, & executioni mandandam. Atqui omnis sententia iudicis punitiua, solet proferri & promulgari antequàm executioni mandetur, maximè quando punitio re[illegible] aliquam communitatem. Non ergò debuit ipsamet punitio computari à tempore quo fuit prolata vel promulgata.

Nabuch. Annus 1. Ierem. 25. quis. QVÆRES. Quisnam ergò fuerit annus ille primus Nabuchodonosor à Ieremia memoratus.

RESPONDETVR. Secundum quosdam, dici primum quô Nabuchodonosor Iudæis innotuit, tanquam bell[illegible], & fi[illegible]timas gentes, agere [illegible]. Verùm, quoniam ostensum [illegible] primum [illegible] annum [illegible] par[illegible]cipare de ter[illegible] Io[illegible] quo tamen Nab[illegible]hodonosor Ioa[illegible] iam debellauerat: & quoniam alij ci[illegible] anni hunc consequentes memorantur à Scriptura, vt octauus [illegible] decimus octauus, & [illegible]; pro[illegible] à ve[illegible] est primum [illegible], esse p[illegible] [illegible] succedens p[illegible], [illegible] simpli[illegible] in regno Babyl[illegible], [illegible] autem, quò gentes omnes Iudeæ finitimas subegit, nedum Ægyptum, Tyr[illegible], & alias, propter [illegible] tandem Monar[illegible]

2. Sent. II. SENTENTIA. di[illegible] qui dicunt captiuitatis Babylonicæ incipiendos esse à Captiuitate quæ facta est sub Iechonia anno octauô Nabuchodonosor.

Ita R. Salomon apud Lyranum in Esdr. 1. Caietanus ad fi[illegible] lib. 2. Par. Scaliger lib. 6. de Emendat. Tempor. cap. de Regib. Babylonis, & i[illegible] Can[illegible] [illegible] pag. 274. p[illegible] G[illegible]nebrardus in [illegible]nia, sup[illegible]tation[illegible] summar[illegible] apposita hinc pag. 1 0. col. 2. & in Eliacim seu Ioakim, pag. 146. col 1. p[illegible]ed. Azorius tom. 1. Moral. lib. 6. cap. 1[illegible]. & denique [illegible] alij. Inter quos Calu[illegible] [illegible] [illegible] g[illegible] cap. 2[illegible], pag. 112. antequàm ad pr[illegible] [illegible] es a[illegible]edat, non dub[illegible]tat tanquam ex oraculo Delphico proferre eos qui aliter sentiunt [illegible] atos, vel am Se[illegible] sententiam non videre, & interpre[illegible] ex suo sensu afferre, nun, vt [illegible]cbant, ex S[illegible] piu a[illegible]aurire. & pag. 1 4 n[illegible] acr[illegible] h[illegible] in eos ac præsertim qui initium [illegible]d [illegible] a[illegible] captiuitate quæ facta est sub Sedecia.

Probat. PROBATVR hæc Sententia pe[illegible] multis argumentis, q[illegible] vi[illegible] a[illegible] nobis modò h[illegible] & ordine ded[illegible]enda.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à Ierem. 24. vers. 1. *Ostendit mihi Dominus, & ecce duo calathi pleni ficu, positi ante templum Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & inclusorem de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem.* vers. 2. *Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis, & calathus vnus ficus habebat malas nimis quæ comedi non poterant, eo quòd essent malæ*, &c. vers. 5 *Hæc dicit Dominus Deus Israel*[illegible] *ficus hæ bonæ* [illegible] *transmigrationem Iuda, quam emisi de* [illegible] *in terram Chaldæorum, in bonum.* vers. 6. *Et ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc & ædificabo eos, & non* [illegible] *& plantabo eos, & non euellam*, &c. vers. 8. *Et sicut ficus pessimas, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ, hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac & qui habitant in terra Ægypti.* vers. 9. *Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ, in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos.* [illegible] 10. *Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.* Hic manifestum est agi de Captiuitate Iechoniæ, & Sedeciæ, sub symbolo ficuum bonarum, & malarum.

[illegible] hoc loco argumentatur Cal[illegible]us dicens, Hæc adducta esse à Ieremia, ne qui[illegible] in c[illegible] Ier[illegible]solymitano [illegible] Capt[illegible] [illegible]stituere posset & ibidem 70 ann[illegible] in [illegible]are. Cum nempe iis qui non abierant spon[illegible] in captiuitatem, adimit spem ref[illegible] [illegible] in patriam Subiungi[illegible]: Qu[illegible] in ill[illegible] a cer[illegible] figi pot[illegible]

Sunt contraria in adiecto, vt aliàs dicitur. In thesi igitur & antithesi, vbi initiũ Captiuitatis Babylonicæ statuendũ fit, Ieremias propheta huius determinati numeri de 70. annis, satis apertè indicat. Hæc ille. Vbi notandum, quòd quamuis argumentum videatur præcipuè structum contrà Sententiam, quæ annos 70. incipit à Captiuitate Sedeciæ: ideòque responsio quoad hoc, illuc remittenda; tamen facit ad probationem huius Sententiæ de Captiuitate sub Iechonia, per locum ab opposito. Quarè vis argumenti in hoc est, Ieremiam ostendere, initium illius Epochæ, sumendum esse, non à captiuitate cui non promittitur regressus, sed à captiuitate cui promittitur reditus ab ea. Hæc autem captiuitas est illa quæ sub Iechonia.

Ad 1 Arg. 1. Sent. VERVM, omissũ quòd Caluisiana verba redolent ibi calorem nouellorum, nec satis examinatè sunt adducta, Respondeti potest, argumentum ipsum, quã facilitate proponitur, eâdem & reiici. Nam

PRIMO. Quamuis Deus ademerit spem restitutionis aliquibus: non tamen ademit omnibus. Multi enim sub Sedecia translati sunt in Babylonem, vt patet. 4. Reg. 25. vers. 11. *Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis* (in Reblata) *& reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan princeps militiæ.* & 2. Par. 36. vers. 20. ac 1. Esdr. 1. vers. 55. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filys eius: donec imperaret rex Persarum.* & Ierem. 52. vers. 29. *In anno decimooctauo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas* 832. quibus eadem facultas reuertendi facta fuit, vt patet ex eodem lib. 2. Par. 36. à vers. 20. & ex libris Esdr. vbi Cyrus & alij Persarum reges, facultatem illam faciunt omnibus generalem.

SECVNDO. Cur non Epocha possit constitui in destructione ciuitatis, ità vt etiamsi spes restitutionis in patriam, facta fuisset solis captiuis sub Iechonia: nihilominus illa restitutio diceretur facienda post 70. annos, computandos à patriæ desolatione? Verùm neque Epocha illa mentionatur hôc locô à Ieremia, neque propriè & formaliter desumitur à spe restitutionis, sed ab imperio Babylonis, quod non incœpit à Iechonia.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à Ierem. 29. vers. 1. *Et hæc sunt verba libri, quem misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias Seniorum transmigrationis,* &c. vers. 2. *postquam egressus est Iechonias rex, & domina,* &c. *de Ierusalem:* &c. vers. 5. *Ædificate domos, & habitate, & plantate hortos,* &c. vers. 10. *Quia hæc dicit Dominus: Cùm*

A *cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum,* &c. vers. 16. *Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium Dauid,* &c. *ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem,* vers. 17. *Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem: & ponam eos, quasi ficus malas, quæ comedi non possunt eò quod pessimæ sint.* vers. 18. *Et persequar eos in gladio, & in fame,*

B *& in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ; in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis Gentibus ad quas eieci eos.* Similia multa iungi possent, in quibus fit promissio regressus iis qui sub Iechonia, & interitus iis qui sub Sedecia: maximè verò ipsi Sedeciæ, & suis; quia non erant audituri verba Dei, per Ieremiam præcipientis & suadentis, vt sponte se traderent Nabuchodonosor sicut fecerat Iechonias, totô cap. 21. præsertim vers. 7. & 9. cap. 27. præsertim vers. 12. & 17. cap. 32. vers. 4. cap. 34.

C vers. 2. & à vers. 17. vsque ad finem. cap. 37. vers. 7. cap. 38. vers. 2. & à 17. & à 23. cap. 42. vers. 10. & totô cap. 44. Addi possent loca in quibus describitur executio prædictorum.

EX HOC LOCO argumentatur similiter Caluisius, subiungens hæc: Qui diuersam sententiam tuentur, & captiuitatis annos ab excidio templi inchoant, diligentiùs perpendere debebant, & simùl cogitare, incolumitatem & interitum alicuius Reipub. non consistere in incolu-

D mitate, aut euersione ædificiorum, sed in salute aut interitu ciuium primariorum; atque adeò initium Captiuitatis Babylonicæ statuere debebant, quandò flos populi Iudaici abductus fuit, nec contrà mentem Scripturæ impiis præmium suæ impietatis, longiorem videlicet fœlicitatem in patria, & breuiorem seruitutem constituere: piis verò, eò quod in voluntariam seruitutem verbô Dei moti concesserant, pietatis pœnam, & diuturniorem seruitutem irrogare. Certè ex diametrô sacræ Scripturæ, &

E verbis prophetæ, repugnat, hoc velle: scilicet, piis & verbo Dei obedientibus, decennalis exilij prorogationem irrogare: impiis verò & verbo Dei repugnantibus & contradicentibus, decennalis exilij abrogationem, & leuationem, promittere. Ieremias benè sciebat discrimen inter 70. annos, & 80. & si captiuitas Iechoniæ, & cum eo abductorum, 80. annos, quod fit si ab excidio Ierosolymitano 70. anni sunt numerandi, duratura fuisset, eâdem facilitate 80. dicere potuisset, quã 70. dixit, nec causam habuit, cur suis pientissi-

mis auditoribus mentiretur. Hæc ille. Vbi notandum etiam, quòd quamuis argumentum, aut prima pars eius, videatur similiter præcipuè contrà sententiam, quæ annos 70. incipit à captiuitate Sedeciæ: idcóque responsio quoad hoc illuc remittenda; tamen facit similiter ad probationem huius sententiæ de captiuitate Iechoniæ, per locum ab opposito. Quare vis argumenti, seu partis illius primæ, in hoc est, quòd initium captiuitatis sumendum sit, non in destructione murorum, sed in abductione primatum. Hoc autem factum est in captiuitate Iechoniæ. Ergò 70. anni captiuitatis incipere debent ab ista Iechoniæ.

Ad 2. Arg. VERVM, omissâ pariter illâ consuetudine Nouatorum, asserendi mentem esse Scripturæ, quicquid voluerint esse suæ, & contrà quoscumq; dissentientes immoderatis inuehi concitamentis: Ad I. partem discursus eius, Responderi potest, propositionem illam, Incolumitas Reip. consistit in incolumitate, & interitus eius in interitu ciuium primariorum, vel istam, quæ ab ea deducitur, Initium captiuitatis sumendum est in abductione primariorum, si captiuitas conferatur cum muris vel ædificiis, veras quidem esse, sed hic inutiles. Non enim in Sententia contraria huic, agitur de destructione murorum, quasi destructio illa vocetur captiuitas, sed, vel de destructione murorum, tanquam sit aliquid notabile, in quo quidpiam futurum denotetur: vel certè de captiuitate coniuncta simul destructioni Vrbis & Templi, quatenus in his, vel ab horum temporibus, princeps aliquis, nempe Nabuchodonosor, cœpit dominari, seu imperare gentibus, & terris de illo prædictis. Hoc enim pactô destructio vrbis, vel certè captiuitas quædam in illa destructione facta, comparari potest alteri captiuitati, & in quanam illarum Epocha annorum 70. quibus durauerit illud imperium, reponi debeat, in dubium reuocari. Dicere autem, debere potiùs reponi in præcipua captiuitatum, quæ scilicet talis est ex parte ciuium primariorum, non solùm est petitio principij, & gratis assertum: sed etiam nullum prorsùs habet in Scriptura fundamentum. Sed de his vlterius ex professò.

AD II. partem, in qua dicitur, Impiis hôc modô tribui longiorem fœlicitatem, piis contrà. Respondetur, si pietatis aut impietatis, fœlicitatis aut infœlicitatis, aliqua ratio habenda sit: imprimis, Iechoniam & suos, etiam fuisse impios. De Iechonia constat ex 4. Reg. 24. vers. 9. & 2. Par. 36. vers. 9. *Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.* Vide & Ierem. 22. à vers. 24. Vndè ibidem dicitur moriturus in Babylone, nec in terram suam reuersurus: vocatur vir sterilis, vir qui in diebus non prosperabitur, &c. De populo autem eius, constat per totam ferè Ieremiæ prophetiam, præsertim cap. ipsômet 25. à vers. 3. & vel ex hoc solo, quòd in captiuitatem fuit abductus. Deinde, si Iechonias potiùs abductus fuit, nec occisus, quàm Sedecias: ratio non fuit, pietas, vel impietas; sed quia Christus per eum erat deriuandus; aut quia Sedecias peccatô aliquô singulari peccauit, quô non Iechonias: v.g. quia iuramentum fregit, & præceptum de vltroneè se reddendo non seruauit. Prætereà, neutri possunt propriè fœlices dici, cùm vtrique fuerint valdè infœlices: aut si admittatur Sedeciam & suos, in aliquo fuisse fœliciores; ideo scilicet, quia aliquandiù fuerunt minùs nequam: quando verò facti sunt deteriores, tunc etiam punitiones sustinuisse grauiores. Insuper, etiamsi ab initio fuissent magis impij: quid obstat, Deum voluisse illos diutiùs sustinere (quod imperitè vocat Caluisius, præmium suæ impietatis) vt tandem, prout non rarò solet, grauiùs illos puniret. Ampliùs, si valeret argumentum hoc, sequeretur eos, qui sub Sedecia, & post Sedeciam, fugerunt in Ægyptum, Ierem. 42. quamuis reliquis deteriores, fuisse tamen fœliciores. Denique, velit nolit Caluisius, cogetur fateri, de facto iuxtà suam sententiam, Sedeciam & suos longiorem habuisse in patria fœlicitatem, & eos qui sub eo ducti sunt captiui, breuiorem præ Iechonia & suis, habuisse seruitutem. Siquidem captiuitas eorum fuit tempore posterior, proindéque minùs diuturna. Quare ineptè asserit, hoc esse contrà mentem Scripturæ: éstque prorsus impertinens ad suam sententiam, quòd 70. anni incipiant potiùs à Iechonia, quàm à Sedecia. Siquidem, datô quòd incœperint à Iechonia, captiuitas Iechoniæ durauerit annis 70. aliorum verò 60. tantùm. Atque ita quantumcumque verbo Dei obedientibus, decennalis exilij prorogatio irrogatur; quantumcumque verò impiis & verbo Dei repugnantibus ac contradicentibus, decennalis exilij abrogatio & leuatio conceditur. Sic pereunt figmenta Caluisij.

AD III. partem, in quâ dicitur, Ieremiam, si captiuitas Iechoniæ 80. annos duratura fuisset, eâdem facilitate 80. dicere potuisse, quâ 70. Respondetur, Caluisium supponere, Ieremiam ibi voluisse tradere initium temporis, à quo Iechonias, & sui fuerant abducti: hoc autem est quod incumbit illi probandum; éstque sophisma puerile, procedens a petitione princi-

pij. Quarè stultè profert, stultéque magis infert, Ieremiam aliàs pientissimis suis auditoribus mentitum fore.

Dices poterit pro Caluisio: Nonnè Ieremias misit epistolam illam ad captiuos sub Iechonia, vt cōsolaretur eos in hoc, quòd essent reducendi post 70. annos? Ergò post 70. à tempore quô fuerant abducti.

Respondetur. Epistolam illam fuisse missam contrà falsos prophetas, qui prænuntiabant captiuitatem breui fore leuādam, vt videre est vers. 8. *Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum: & diuini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis.* vers. 9. *Quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo, & non misi eos dicit Dominus.* Post quæ subiungit immediatè vers. 10. *Quia hæc dicit Dominus: Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos,* &c. Itaq; potiùs missa fuit illa epistola, vt populus captiuus sciret se ibi longè commoraturum. Ereonfirmatur. Nam infrà vers. 27. *Et nunc quarè non increpasti Ieremiam Anathotitam, qui prophetat vobis.* vers. 28. *Quia super hoc misit in Babylonem ad nos dicens: Longum est: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos,* &c. Remittit ergò eos ad 70. annos de quibus fuerat illis vaticinatus. Vndè autem incipiant, ibi nōn dicit: nisi fortè in verbis illis, *in Babylone*, id est, ab Imperio Babylonis computandi. Consequenter remittit ad initium illius, quod antea fuerat vaticinatus. Hoc autem non à Iechonia, sed à seruitute omnium gentium ca. 25. à vers. 11. & cap. 27. à vers. 6. Quòd si consolationē aliquam eis afferre per illa verba voluit: vtique quatenùs solùm post 70. illos Imperij Babylonici, non post plures, essent reducendi. Quarè respondendo formaliter ad argumentum, concessô antecedente, neganda est consequentia.

3 Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à Baruch. 6. vbi postquàm dictum est initiô, seu præfat. *Exemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babylonem à rege Babyloniorum, vt annuntiaret illis, secundùm quod præceptum est illi à Deo:* additur vers. 1. *Propter peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum.* vers. 2. *Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vsque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.* Huius loci vim non explicāt authores istius Sententiæ: supponentes forsan, eam de se sufficienter patere. Nempè primùm, verba hæc dirigi ad captiuitatem quæ reducenda erat: hæc autem ex Ierem. 29. vers. 10. erat captiuitas Iechoniæ. Deinde, 7. generationes, idem ibi significare, quòd 7. decades: ideóque efficere 70. annos. Denique, hûc locum esse eundem qui Ierem. 29. prout etiā in Bibliis notatur in margine; vndè, sicut ibi dicitur, *cùm cœperint impleri 70. anni, visitabo vos:* ità hic dicitur, *post 7. generationes educam vos.* Sicut ergò ibi 70. anni directi ad captiuitatem Iechoniæ, ab ea sunt incipiendi; ità hîc.

VT RESPONDERETVR ad hoc argumentum, necesse esset exponere totum illum locum: itémq; disquirere, quônam tempore, & ad quos epistola illa directa fuit. Sed quia hoc præstabitur sub 3. sententia, prounc sufficiat, imprimis, illa verba, *7. generationes*, vel indefinitè sumi pro *multis annis*; & hôc modò argumentum nihil concludit, vel generatione significante *decem annos*, definitè sumi pro 70. annis: & tunc concludit quidem pro 70. annis; sed non vndè incipiāt. Deindè, conuenire communiter, epistolam illā fuisse missam, eô tempore, quô Sedecias abducebatur; & directam ad eos, qui tunc captiui ducebantur: de quâ re vide Tornellum an. 3447. num. 7. & ne hûc modò argumentum quicquam pro hac sententia, potiùs contrà eam, concludit. Nec obstabit similitudo loci Ierem. 29. Siquidem id quod dictum fuit captiuis sub Iechonia, potuit & rursùm dici captiuis sub Sedecia.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur à Zachar. 1. vbi postquàm dictum est vers. 1. & 7. *In anno secundo Darij*, & vers. 11. fin. *perambulauimus terrā, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit*: additur vers. 12. *Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, vsquequò tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est?* & cap 7. vers. 5. *Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos 70. annos? numquid ieiunium ieiunastis mihi?* Huius item loci vim non explicant authores istius Sententiæ. Supponere autem debent, 70. illos annos, esse eosdem, qui apud Ieremiam: & iisdē modis exponendos, nempè, vt intelligātur de captiuitate Iechoniæ, in quâ illi inccœperint.

VT RESPONDERETVR ad hoc argumentum, necesse similiter esset disquirere, an 70. illi anni, intelligendi sint ijdem qui apud Ieremiam. Sed quia hoc etiam præstabitur sub 3. Sententia, prounc sufficiat, imprimis, vel eos esse diuersos: vel eosdem. Si diuersi: argumentum non concludere. Si ijdem: concludere quidem pro 70. annis; sed non vndè incipiant. Deindè, qui diuersos illos faciunt, incipiunt ipsos, vel ab anno vigesimotertio Nabuchodonosor, Ierem. 52. vers. 30. & hôc modò nihil ad hanc Sententiam; vel à captiuitate Sedeciæ, vt Theodoretus in Dan. 9. & alij; & hôc modò faciunt aduersùs ipsam; nā tunc anni 70. non erunt incipiendi sub Iechonia. Ad 4.

5. Arg. V. ARGVMENTVM. Petitur à locis lib. Reg. Ierem. & Ezech. vbi computantur anni à captiuitate Iechoniæ tanquam ab Epocha.

Huic diuinæ promissioni, inquit Caluisius, ex ore Ieremiæ prolatæ, credidit etiam cum

aliis Eaechiel propheta, qui cum Iechonia abductus fuerat, & scrupulosè penè annos captiuitatis Babylonicæ, in multis suæ prophetiæ locis numerat, & ne eorundem annorum initium in ambiguo esset, alligat eos ad præcipuas, quæ tunc temporis habebantur Epochas. Vt statim

Cap. 1. vers. 1. *Et factum est in trigesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cùm essem in medio captiuorum, iuxtà fluuium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei.* vers. 2. *In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin.* vers. 3. *Factum est verbum Domini ad Ezechielem.* Quintum, ait Caluisius, captiuitatis Babylonicæ annum, alligat ad æram Chaldaicam tunc vsitatam, ad trigesimum videlicet Nabopolassaris.

Cap. 24. vers. 1. *Et factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens:* ℣. 2. *Fili hominis scribe tibi nomen diei huius, in qua cōfirmatus est rex Babylonis aduersùs Ierusalem hodie.* Nonum annū, inquit Caluisius, captiuitatis Babylonicæ confert in annum obsessæ Ierosolymæ à Nabuchodonosor, qui itidem fuit nonus Sedeciæ regis.

Cap. 40. vers. 1. *In vigesimoquinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Domini,* &c. Decimumquartum annum, inquit Caluisius, euersæ Ierosolymæ, conijcit in vigesimumquintum captiuitatis Babylonicæ. Addit: Omnes hæ alligationes, vnum idémque principium respiciunt, captiuitatem videlicet Iechoniæ, & voluit propheta hác frequenti annorum captiuitatis Babylonicæ alligatione, se & alios consolari, & spem excitare paulatim dilabentibus huius calamitatis annis multos superstites futuros, qui liberi cū magna gloria in patriam antiquam Ierosolymam essent reuersuri.

His locis iungi possunt alia, quorum omisit plurima Caluisius, continentia numerationes simplices ab illa Captiuitate tanquàm ab Epocha. cap. 8. vers. 1. *Et factum est in anno sexto, in sexto mense, quinta mensis, ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me.* cap. 20. vers. 1. *Et factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis, venerunt viri de senioribus Israel, vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me.* cap. 26. vers. 1. *Et factum est in vndecimo anno, prima mensis, factus est sermo Domini ad me.* cap. 29. vers. 1. *In anno decimo, decimo mense, decima die mensis, factum est verbum Domini ad me,* &c. vers. 17. *Et factum est in vigesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis, factum est verbum Domini ad me.* Hunc locum affert Caluisius, & dicit: Decimum annum eiusdem captiuitatis alligat ad vigesimumseptimum anni Iubilæi. cap. 31. vers. 1. *Et factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis factum est verbum Domini ad me.* cap. 32. vers. 1. *Et factum est duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem dicens, vastata est ciuitas.* Deniquè 4. Reg. 25. vers. 27. & Ierem. 52. vers. 31. *Factum est verò in anno trigesimoseptimo transmigrationis Ioachin regis Iuda, mense duodecimo, vigesimaseptima die mēsis subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.* Porrò

Huius argumenti vis duplex esse debet! seu, duo in quibus consistat, supponere. I. Quòd quia Ezechiel numerat, & toties, annos istius captiuitatis: ideò voluerit annos 70. ab eadem ista captiuitate computari. II. Quòd quia idē Ezechiel alligat annos eiusdem captiuitatis aliis epochis: ideò etiā voluerit annos 70. ab eadem captiuitate computari. Verum Ad 5.

Ad hoc argumentum Respondetur, ipsum esse nullum. Nam vndenam constat fuisse hanc Ezechielis intentionem? Et quis Caluisio reuelauit, id, quod tàm audenter pro solito promit, Ezechielem scrupulosè annos huius captiuitatis numerasse, & ad præcipuas Epochas, quæ tunc habebantur alligasse, *ne initium annorum 70. in ambiguo esset?* Mirùm sanè, si propheta tot in locis id voluerit, quomodò ne in vnico 70. illorum annorum mētionem fecerit? Quòd si valet argumentum Caluisij pro captiuitate sub Iechonia; cur non valebit pro captiuitate sub Sedecia? cuius epocham æquè notat Eaechiel c. 40. ℣. 1. *Quartodecimo anno postquàm percussa est ciuitas* & de quâ specialiter cap. 24. *Fili hominis, scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersùs Ierusalem hodie,* id est, in qua obsedit eam, vt capiat illam, prout fecit duobus annis post? Item, de qua Ieremias Thren. præfat. *Et factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est;* &, si libet, 4. Esdr. 3. *Anno trigesimo ruinæ ciuitatis. eram in Babylone?* Nam vndè magis constabit, alligationem captiuitatis Iechoniæ, fieri cum aliis epochis, vt ab illa computentur 70. anni: quàm alias epochas huic alligari vt anni 70. computentur ab eis? Aut vndè magis constabit captiuitatem Iechoniæ alligari, vt ab ea computentur 70. anni: quàm alias captiuitates, vt computentur ab illis? Quarè

Ad omnia Scripturæ loca Respondetur, in eorum nullo magis attendi ad 70. annos, quàm in alio: sed solummodò notari singulares epochas, prout in eis aliquid correspondens gestum est. De Epocha autem captiuitatis Iechoniæ frequentior mentio facta est ab Ezechiele, tùm quia ipse in ea, & ab ea propheta factus est; tùm quia præcessit illa captiuitatem Sedeciæ; tùm quia fuit ipsa præ reliquis rationibus multis considerabilis in genere captiuitatis; tùm denique quia Ezechiel in eadem inter captiuos abductus fuit.

VI. ARGVMENTVM addi potest petitum à quibusdam prærogatiuis, titulis, rationibus, vel considerationibus: in quibus captiuitas illa Iechoniæ, fuit præ aliis spectabilis.

6. Arg.

I. Quòd in ea rex, mater eius, primarij, tàm Sacerdotes, quàm alij, & in numero maiori, fuerũt abducti, proùt fusè describitur 4. Reg. 24. à vers. 14. & Ierem. 24. vers. 1. & 29. à vers. 1.

II. Quòd ea sæpissimè, & quasi per antonomasiam vocetur *Transmigratio, Captiuitas, Transmigratio Babylonis, Captiuitas Babylonis*, & similia, 4. Reg. 24. à vers. 14. 25. vers. 27. 1. Esdr. 1. vers. 11. 2. vers. 1. 3. vers. 8. 4. vers. 1. 5. vers. 12. 6. vers. 16. 20. & 21. 7. vers. 4. 8. vers. 1. & 35. 10. vers. 6. 7. 8. & 16. Ierem. 24. vers. 1. & 5. 27. vers. 20. 28. vers. 4. & 6. 29. vers. 1. 4. 7. 14. 16. 20. & 31. & denique Matt. 1. simpliciter vocatur Transmigratio Babylonis, vers. 11. *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis.* vers. 12. *Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel:* A quo loco præcipuè argumentatur Genebrardus pro sua Sententia.

III. Quòd ea fuerit maximè prædicta per Prophetas.

IV. Quòd ei promissio facta fuerit de reductione, & ad eam scriptũ, Ierem. 24. & 29. &c.

V. Quòd eius reductio executioni mandata fuerit prima: in qua nimirùm principes fuerint reducti 1. Esdr. 1. vers. 5. & 2. à vers. 1. & deinceps.

Huius argumenti vis in eo maximè consistit, quòd captiuitas Iechoniæ, ex tot titulis sit primaria captiuitas: ex quibus etiam solet ab omnibus simpliciter dici, captiuitas Babylonica: & 70. anni, vocari 70. anni captiuitatis Babylonicæ.

AD HOC argumentum Responderi potest, ipsum quidem concludere, captiuitatem Iechoniæ in aliquo esse spectabilem: & communiùs vocari captiuitatem Babylonicam: non tamen quòd ab eâ incipiãt anni 70.

Ad 6.

Ad I. Prærogatiuam. Respondetur, si in eiusmodi circumstantiis captiuitas Iechoniæ fuit magis spectabilis, quàm aliæ: econuersò captiuitatem Sedeciæ in aliis fuisse magis spectabilem quàm istam: nempè in destructione tẽpli & vrbis, & in Imperio Nabuchodonosor per totalem subiectionẽ nationis illius, ac reliquarum, quæ erant in circuitu eius, stabilito.

Ad II. Respondetur, illa nomina esse communia reliquis, aut omnibus, aut quædam aliquibus captiuitatibus; vt nomen *Transmigrationis*, ei quæ rediit sub Esdra sacerdote, & Artaxerxe Imperatore, 1. Esdr. 8. vers. 35. proùt de illa intelligendum videtur ex 3. Esdr. 8. vers. 66. de omnibus qui redierant cò vsque 1. Esdr. 10. vers. 7. & 8. Item, nomina *Captiuitatis, Transmigrationis, Abductionis*, & similia, 1. Esdr. 8. vers. 6. fin. 2. Esdr. 1. vers. 2. 3. & 9. 7. vers. 6. 8. vers. 17. Ierem. 52. à vers. 28. Idem est de adiuncto nomine *Babylonis*, vt 1. Esdr. 7. vers. 9. 8. vers. 1. &c. Specialiter autem id patet de captiuitate sub *Sedecia*, 4. Reg. 25. vers. 11. & præsertim vers. 21. *& translatus est Iuda de terra sua.* Ierem. 1. vers. 3. *Vsque ad consummationem anni vndecimi Sedeciæ, vsque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto.* cap. 31. vers. 5. 38. vers. 23. 39. vers. 7. & 9. 40. vers. 1. 52. vers. 15. & 29. & in præfat. Thren. *Et factum est postquam in captiuitatem reductus est Israel, & Ierusalem deserta est.*

Ad III. Respondetur, Captiuitatem Sedeciæ, priùs, sæpiùs, & pleniùs, fuisse prædictam; nempè à tẽporibus *Manasse*, 4. Reg. 21. à vers. 12. 2. Par. 33. à vers. 12. A temporibus *Iosiæ*, 4. Reg. 22. à vers. 16. & 23. à vers. 27. Ierem. 1. vers. 2. 25. 𝔳. 31. & 36. vers. 2. A tẽporibus *Ioakim*, Ierem. 25. à vers. 9. 26. à vers. 6. 35. à vers. 10. 36. à vers. 2. & 29. Deniquè vide Ierem. 1. vers. 3. 21. vers. 7. & 9. 24. à vers. 8. 26. à vers. 6. 9. & 20. 27. à vers. 2. 34. per totum, 37. à vers. 56. Sed de hoc rursùs sub 3. Sententia.

AD IV. Respondetur, Promissionem eidem esse factam de reductione, & ad eam scriptum, Ierem. 32. à vers. 36. 33. vers. 7. & 35. à vers. 7. & Baruch. ab initio. Deniquè promissiones reductionis, reædificationis templi, ciuitatis, &c. factas toti captiuitati, extendi æquè ad eos qui captiui fuerunt sub Sedecia, Isa. 45. & apud Aggæ. & Zachar. prophetas.

Ad V. Respondetur, Reductionis executionem omnibus esse communem. In speciali autẽ asseri de ea quæ sub *Sedecia*, 2. Par. 36. à 𝔳. 20. & 3. Esdr. 1. à 𝔳. 56. Et apud Ierem. promitti reductionẽ omnibus qui colla submisissent Nabuchodonosor, cap. 27. à 𝔳. 8. & 12.

III. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Annos 70. qui dicuntur Captiuitatis Babylonicæ, incipiendos esse à Captiuitate quæ facta est sub Sedecia: annô eius vndecimô, & decimooctauô Nabuchodonosor: cõsequenter perfecta, seu cõpleta in destructione Templi & Vrbis, eõdem annô vndecimô (exactô) Sedeciæ, & decimononô Nabuchodonosor.

3. Et probabilior Sent. Anni 70 captiuitatis, incipiũ sub Sedecia, anno eiusti.

Ità ex parte Hebræi, vel eorum aliqui, apud Genebrardum in Ioakim, seu pag. 146. & in Iechonia, seu pag. 150. col. 2. monentem ità videre esse apud Abenezram in 1. & 9. Dan. Ità Iosephus 10. Antiq. 11. & libr. 2. contrà Apionem. Hegesippus lib. 2. cap. 13. S. Ireneus lib. 3. cap. 25. Iulius Affricanus lib. 5. Annal. apud Eusebium, & Eusebius ipse, lib. 10. Præp. Euang. cap. vlt. & lib. 8. Demonstr. Euang. in Disputatione de 70. Hebdomadibus. Clemẽs Alex. 1. Strom. Lactantius lib. 4. Diu. Institut. cap. 5. aliquomodò S. Hieron in 4. Ezech. & in proem. super lib. Aggæi prophetæ. Cyrillus. Alex. lib. 8. contrà Iulian. Leontius Bizantius lib. de Sectis act. 2. 5. Isidorus lib. 5. Etymol. cap. vlt. Nicephorus lib. 1. cap. 6. Alter Nicephorus Ep. Constantinop. in Chro-

nolog. Beda lib. de 6. ætat. mundi. Sigonius cum Sulpit. lib. 2. init. Maſſ. lib. 6. pag. 58. fin. Toſtat. 4. Reg. 25. q. 10. Ex recētioribus Perer. lib. 10. in Dan. ſeu à pag. 541. Villapand. to. 3. 1. part. lib. 3. c. 1. Torniel. an. 3429. num. 9. & 3447. à nu. 2. Serar. cõment. in 4. Reg. 25. ſeu pag. 376. poſt med. aliíque multi Catholici. Inter quos vel ipſemet Baradius lib. 5. cap. 17. fin. loquens de tota materia hac, indicat ſententiam iſtam eſſe probabilem, cum ait: Hæc de iis eſſent ſatis, ſi certa eſſet antiqui temporis chronologia: ſed ea adeò apud ſcriptores eſt incerta, vt non careat etiam probabilitate ſententia Ioſephi, qui lib. 10. Antiq. cap. 11. 70. annos ab euerſione vrbis numerat, & lib. 2. contrà Apion. E Sectariis Mercator pag. 65. col. 1. Funccius lib. 1. ad an. 3356. Temporarius lib. 2. can. 5. ſeu pag. 163. Bucholcherus Iſag. fol. 5. pag. 1. med. multíque alij.

Probat. PROBATVR hæc Sententia plurimis & validiſſimis Argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à Ierem. 25. verſ. 4. *Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittén ſque: & non audiſtis,* &c. verſ. 7. *Et non audiſtis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis,* &c. verſ. 8. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audiſtis verba mea:* verſ. 9. *ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas.* v. 10. *Perdámq; ex eis vocem gaudij & vocẽ lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.* verſ. 11. *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem: & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis 70. annis.* verſ. 12. *Cúmque impleti fuerint 70. anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentẽ illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas.* verſ. 13. *Et adducam ſuper terram illam omnia verba mea, quæ locutus ſum contrà eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcumque prophetauit Ieremias aduerſùm omnes gentes,* & cætera, quæ abindè ſuſiùs.

HIC primò aduertendum eſt, nullam in Ieremia fieri mentionem aliarũ captiuitatum, ſed eius ſolius quæ facta fuit ſub Sedecia, & deſtructionis templi atque vrbis, ſiue deſolationis. In cuius cõfirmationem allegat prophetas; hi autem locuti ſunt de ſola deſolatione 4. Reg. 22. à verſ. 16. & 23. à verſ. 27. In illa item allegatione, ſeipſum Ieremias comprehẽdit; in locis verò, ad quæ remittit, locutus eſt de ſola captiuitate, quæ cõiuncta fuit cum deſolatione, nempè cap. 18. à verſ. 13. & præſertim verſ. 16. & cap. 19. à verſ. 3. & præſertim verſ. 8. & cap. 20. à verſ. 4. & hoc cap. 25. à verſ. 29. & cap. 26. à verſ. 4. & verſ. 20.

Secundò. Conſequenter ſeruitutem omnium gentium, adeóque Iudæorum, de quâ hic, regi Babylonis, id eſt, Nabuchodonoſor, aſſignari non aliis captiuitatibus, ſed illi ſoli quæ fuit ſub Sedecia.

Tertiò. Conſequenter impletionem annorum 70. aſſignari etiam, non aliis captiuitatibus, ſed huic ſoli quæ fuit ſub Sedecia, & imperio Babylonis, quod incœpit ab ea. Itaque

Huius argumenti vis in eo conſiſtit, quòd anni 70. à Ieremia hôc locô prædicti, copulentur ſoli captiuitati ſub Sedecia, deſtructioni templi & vrbis, ſiue deſolationi; inſuper verò, & ex profeſsò fusè, imperio Babylonis incipiendo per ſubiectionẽ omnium gẽtium, ab illa captiuitate ſub Sedecia, ſiue à deſolatione. Ergò anni illi 70. ſunt ſoli huic captiuitati tribuẽdi, ſiue intelligendi de illa ſola. Antecedens patet ex tota Scripturę cõtextura, in quâ, vt dictũ eſt, nulla fit mentio captiuitatis ſub Iechonia, ſed ſoli deſolationis, & Imperij Babylonis ab ea incipiendi. Cõſequẽtia clara eſt. Nã 70. ãni nõ poſsũt rationabiliter intelligi de captiuitate cuius ibi mẽtio nulla fiat.

Obiect. ad 1. Arg. AD HOC argumentum dicere quis poſſet, prophetiam illam ſic eſſe traditam, vt quamuis deſolatio ſcripta ſit ordine texturæ, prima, ſeruitus verò, ſecunda; nihilominùs, quoad ſenſum & ordinem rerum geſtarum, ſint diſiungendæ, ſeorſímq; concipiendæ: ac ſeruitus anterior, deſolatio verò poſterior, proùt etiam executioni poſteà ſunt mandatæ. v. g. verba illa verſ. 11. *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem,* exponãtur de deſolatione ſub Sedecia, tanquàm per anticipationem anteposita: illa autem, *& ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis 70. annis,* exponantur de ſeruitute incœpta ſub Iechonia, tanquàm per recapitulationem poſtpoſita. Nam deſolatio, quamuis in executione poſterior, tamen in prophetia potuit tradi prior, tanquàm aliquid per ſe notabile, propriúmq; magis ad terrorem; vndè & tradita reperitur à temporibus *Manaſſe, Ioſiæ, & Ioakim.*

Solutio. RESPONDETVR. Poſſe quidem id dici, ſed gratis & abſque fundamento. In huiuſmodi autem materiis, quæ res fidei non ſpectant, illud ſemper attẽdendum duximus, vt nihil abſque aliquo in Scriptura veſtigio aſſeratur, non ſolùm contra ordinem textus ipſius Scripturæ, ſed nedùm contrà circunſtantias textuum vndique comitantes. Atqui primùm, in toto hoc textu, ſeclusâ expoſitione eiuſmodi gratis confictâ, nullum habetur veſtigium captiuitatis ſub Iechonia. Deindè, copulatio deſolationis, cum ſeruitute & 70. eius annis, vel ſeruitutis & 70. eius annorum cum deſolatione, manifeſta eſt in contextu Scripturæ: diſiunctio autem earum, & præpoſitio vnius alteri per anticipationem, in nullã re poteſt apparere. Nam omiſſis verſibus

nonô, & decimô, ipse vel vndecimus & duodecimus sufficiunt sic contexti: *& erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis 70. annis. Cùmque impleti fuerint 70. anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas.* Ecce, desolatio terræ Iudæorum, seruitus omnium gentium illarum, 70. anni quibus illa seruitus dicitur duratura sub rege Babylonis, visitatiò regis & terræ Babylonis, vnô textu connectuntur, absque vestigio eiusmodi disiunctionis. Ergò in eum finem, vt 70. anni intelligantur incipere & finire in terminis ibi antè & post appositis. Confirmatur, & fit Prætereà, Desolatio quæ ibi promittitur terræ Chaldæorum post 70. annos, opposita desolationi terræ Iudæorum, videtur fieri tanquam in iustam & reciprocam punitionem, pro desolatione quam attulit: præsertim ex vers. 14. *Quia seruierunt eis cum essent gentes multæ, & reges magni: & reddam eis secundùm opera eorum, & secundum facta manuum suarum.* Ergò vt sicut 70. anni eius finire habēt per desolationem suam, ità incipere habeant per desolationem alterius. Quòd si dicas, desolationem terræ Chaldæorum, non fuisse factam in fine annorum 70. sed longè post, nempè sub Alexandro Magno. Respondebitur, vel per desolationem eius, intelligi destructionem Imperij Nabuchodonosor, vel sufficere quòd per illa verba, *Visitabo super regem Babylonis*, promittitur destructio imperij eius, saltem quoad Nabuchodonosor; seu filium eius, & filium filij eius, in fine annorum 70. propter destructionem regni Iudæorum in initio eorundem annorum 70. Deniquè illa verba, *Seruient omnes gentes istæ regi Babylonis 70. annis*, ostendunt manifestè 70. annos incipiendos esse, à tempore, quô omnes gentes illæ seruierunt regi Babylonis. Atqui omnes gentes illæ non seruierunt regi Babylonis à tempore captiuitatis Iechoniæ, sed sòlum à tempore captiuitatis Sedeciæ: quod manifestè patet eôdem locô à vers. 19. ad vers. 29. necnon reliquò cap. & cap. 17. à vers. 3. & deniquè capitibus multis allegatis suprà contra primam Sententiam sub obiectione prima.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à 2. Par. 36. vbi postquàm à vers. 11. sermo habitus est de *Sedecia* solùm, qui non obediuit Ieremiæ, scilicèt ex Ierem. 37. à vers. 2. & alibi sæpe, pro sua deditione: & de principibus Sacerdotum, & populo, qui vniuersi præuaricati sunt iniquè: & de subsannatione, quam fecerunt de Prophetis ad monentibus eos: subsumitur sic vers. 16. *Illudebántque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.* vers. 17. *Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum, gladio in domo sanctuarij sui: non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed tradidit in manibus eius.* vers. 18. *Vniuersáque vasa domus Domini, tàm maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principum transtulit in Babylonem.* vers. 19. *Incenderunt hostes Domum Dei, destruxerúntque murum Ierusalem, vniuersásque turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.* vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarum*, vers. 21. *& compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, vsque dum compleretur 70. anni.*

Hic primò, aduertendum est similiter, nullam fieri mentionem aliarum captiuitatum, sed eius solius, quæ facta fuit sub Sedecia, & destructionis templi ac vrbis, siue desolationis. In cuius confirmationem allegantur prophetæ; hi autem locuti sunt de sola desolatione 4. Reg. 27. à vers. 16. & 23. à vers. 27. In illa item allegatione, Ieremias comprehenditur; in locis verò ad quæ remittit, locutus est de sola desolatione, nempè cap. 18. à vers. 13. præsertim vers. 16. cap. 19. à vers. 3. præsertim vers. 8. & cap. 20. à vers. 4. & cap. 25. à vers. 4. præsertim vers. 8. 11. & 29. & ca. 26. à vers. 4. & vers. 20.

Secundò. Consequenter seruitutem Iudæorum de quâ hic, *regi & filijs eius*, id est, Nabuchodonosor & filio eius, & filio filij eius, donec imperaret rex Persarum, assignari, non alijs captiuitatibus, sed isti soli quæ fuit sub Sedecia.

Tertiò. Consequenter completionem annorum 70. prædictorum a Ieremia, etiam assignari, non alijs captiuitatibus, sed huic soli, quæ fuit sub Sedecia, & Imperio Babylonis, quod incœpit ab ea. Itaque

Huius argumenti vis in eo consistit, Quod 70. anni à Ieremia prædicti, copulantur soli captiuitati sub Sedecia, destructioni templi & vrbis, siue desolationi: non autem alijs captiuitatibus. Ergò anni illi 70. sunt soli huic captiuitati tribuendi, siue intelligēdi de illa sola. Antecedens patet ex tota Scripturæ contexturâ, in quâ, vt dictum est, nulla fit mentio captiuitatis sub Iechonia. Consequentia clara est. Nam 70. anni, non possunt rationabiliter intelligi de captiuitate, cuius ibi mentio nulla fit.

Confirm. 2. Arg. CONFIRMATVR. Nam in hoc textu, traditur finis extrinsecus annorum 70. & copulatur initio regni Persarum. Ergò in eodem textu debet & tradi (conuenientiùs)

initium eorundem 70. annorum. Atqui nullum in eo patet vestigium alicuius initij, cui possint attribui, nisi captiuitatis sub Sedecia, destructionis templi, & vrbis, siue desolationis. Ergò sunt (conuenientiùs) ab ea incipiendi.

Obiect. ad 2. Arg. AD HOC Argumentum, Respondet Baradius lib. 5. cap. 17. seu §. *Refellitur*, verba libri Paral. non esse intelligenda de desolatione, quæ per omnes 70. annos, sed per magnam illorum partem durauerit. *Cunctis enim diebus desolationis*, per annos 52. egit terra sabbatum, nec est culta, quousq; complerentur 70. anni, & redirent eius cultores.

Soluitur. VERVM Responsio hæc videtur hôc locô gratis conficta. Nam cùm in toto hoc Par. loco, nulla mentio habeatur de captiuitate Iechoniæ, ad quam dici possit in eo referri initium annorum 70. nulla etiam est ratio, cur ità exponatur hic locus, vt ad eam 70. anni referantur.

QVOD SI dicas pro Baradio, verba illa exponenda esse per Ieremiam, qui in eis allegatur.

RESPONDEBITVR. Neque id apud Ieremiam haberi, aut ex illo posse deduci: prout ostensum fuit sub argumento præcedenti.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur à Dan. 9. à vers. 1. *In anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum*: vers. 2. *Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem 70. anni*.

Huius Argumenti vis est manifesta. 1. In expositione quæ fit verborum Ieremiæ. 2. In copulatione annorum 70. cum desolatione. 3. In aliarum captiuitatum nullamentione. Quid enim volunt illa verba, *Desolationis 70. anni*: nisi idem prorsùs quòd, 70. anni quibus durauit desolatio? Quid item illa, *numerum annorum de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam*: nisi verba Ieremiæ sic esse intelligenda? Quid demùm, quòd nec de Ioakimo, nec de Iechonia, vlla mentio fit: nisi vt de illis nulla hic apponatur intelligentia? Nam nunquid voluerit 70. annos computandos esse à Ioakimo, vel Iechonia, de quibus nullum habet verbum? & noluerit computandos esse à desolatione, de quâ solum & expressum habet verbum. Denique, cùm exponit Ieremiam, nunquid voluerit Ioakimum, aut Iechoniam, pro 70. annis apud eum intelligi, de quibus tamen Ieremias pro annis eiusmodi nullum verbum facit?

Obiect. ad 3. Arg. AD HOC Argumentum, Respondet Baradius, verba Danielis similiter vt verba 2. Par. esse explananda, *vt complerentur*, inquit, *desolationis Ierusalem 70. anni*, id est, vt complerentur 70. anni in quibus, quamuis non in omnibus, sed in maiori parte, Ierusalem fuit deserta; vel, *vt complerentur desolationis Ierusalem 70. anni*. id est, vt complerentur 70. anni, & simùl cum illis desolatio compleretur ciuitatis.

Soluitur. VERVM, Responsio hæc videtur æquè hôc locô conficta gratis, atque præcedens. Nam cùm in toto hoc loco, sicut & in illo, nulla mentio habeatur de captiuitate Ioakimi, vel Iechoniæ, nulla ratio est cur in eo anni 70. referantur ad illam.

QVOD SI dicas pro Baradio, verba illa exponenda esse per Ieremiam, qui in eis allegatur.

RESPONDEBITVR. Neque id apud Ieremiam haberi, aut ex illo posse deduci, prout ostensum fuit sub argumento primo. Porrò quia simile argumentum habetur 3. Esdr. 1. ideò videtur nunc antè alia referendum, & reliqua quibus refutari potest expositio Baradij, deducenda. Itaque sit

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur à 3. Esdr. 1. à vers. 46. vbi postquàm sermo habitus est de Sedecia solum, qui non est veritus verba Ieremiæ, & periurus fuit Nabuchodonosori, necnon de principibus populi, qui multa impiè gesserunt, & de subsannatione quam fecerunt de prophetis admonentibus eos: subsumitur sic, vers. 51. fin. *Erant illudentes prophetis eius*. vers. 52. *Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gentem suam, propter irreligiositatem suam, & præcepit ascendere reges Chaldæorum*. vers. 53. *Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti*: vers. 54. *sed omnes traditi sunt in manus ipsorum: & omnia vasa sacra Domini, & regales apothecas resumentes, tulerunt in Babyloniam*, vers. 55. *& incenderunt domum Domini; & demolierunt muros Ierusalem: & turres eius incenderunt igne*, vers. 56. *& consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos de gladio duxerunt in Babylonem*. vers. 57. *Et erant serui illius vsque dum regnarent Persæ, in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ: quousque benignè ageret terra sabbata sua, omni tempore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione annorum septuaginta septem.*

Hîc aduertenda sunt eadem, quæ in ar-

gumentis præcedentibus, & præsertim argumento 2. quod est à 2. Par. 36. proindéq; non fuit deducenda; quamuis mentionem hic habeat de sola Captiuitate sub Sedecia, videatur adhuc manifestiùs magis. Sed omninò 70 annos intelligendos esse, de toto tepore desolationis; videtur ex postremis illis verbis, *omni tempore desolationis vacabat, vsque dum compleretur in applicatione annorum 77.*

Obiect. ad 4 Arg. Ad hoc Argumentum, Respondet Baradius, sicut ad illa 2. Par. 36. & Dan. 9.

Soluitur. Sed aqui [illegible] est dicendum, quod [illegible] fuit ad præcedentes soluper autem illud hoc loco non est omittendum, phrases istas: *Donec compleretur sermo vsquedum complerentur 70. anni vt cōplerentur desolationis Ierusalem 70. anni: donec imperaret rex Persarū: [illegible] dum regnarent Persæ, in repletione verbi Domini: donec celebraret terra sabbata sua: quousque benignè ageret terra sabbata sua* solere significare tēpus de quo agitur in locis similibus, v. g. Luc. 2. vers. 21. *Et postquam consummati sunt dies 8. vt circumcideretur puer.* V. s. 22. *& postquam impleti sunt dies purgationis eius.* Act. 2. vers. 1. *& cum complerentur dies Pentecostes.* Gen. 49. vers. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est.* Matth. 1. vers. 25. *Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum.* Luc. 21. v. s. 32. *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Deniq;, non contemnendum, tot argumenta hucvsq; adducta, seu tot Scripturæ loca iisdem modis & verbis procedentia, etiāsi sola forent, videri plusquàm sufficientia ad conuincendum pro hac Sententia: spectatò maximè quod rigor litteræ manifestus est pro ea, nullus autem reperiatur talis pro sententiis præcedentibus, vel nullus alius conuincens oppositum.

5. Arg. V ARGVMENTVM. Petitur a Baruch 6. ab initio, *Exemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam a rege Babyloniorum, vt annunciaret illis secundùm quod præceptum est illi à Deo.* vers. 1. *Propter peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui a Nabuchodonosor rege Babyloniorum.* vers. 2. *Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vsque ad generationes septem: post hæc autem educam vos inde cum pace.* Vt autem locus iste intelligatur

Qværendvm est I. Quò tempore missa fuerit hæc epistola.

Tornielus an. 3447. num. 7. contendit, eam fuisse missam tempore desolationis, non tamen clare satis hoc ostendit. Ostendi potest ex capitibus præcedentibus, vt cap. 1. à vers. 1. *Et hæc verba libri quæ scripsit Baruch,* &c. *in Babylonia.* vers. 2. *In anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quō ceperūt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni,* Vide à vers. 3. & vers. 8 hn. & vers. [illegible] *[illegible] Sedeciæ, postquam translatus est [illegible],* & cap. 2. à vers. 30. 3 à vers. 7. 4. à vers. [illegible] & 24. hæc enim omnia videntur conscripta tempore illius captiuitatis Sedeciæ. Cùm ergo hæc epistola ponatur post illa capita, videtur conscripta circà eadem tempora. Item, 2. Machab. 2. à vers. 1. *Inuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quod iussit eos ignem accipere, qui transmigrabant, vt significatum est, & vt mandauit transmigratis.* Vers. 2. *Et dedit eis legem, ne obliuiscerentur præcepta Domini & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea & argentea, & ornamenta eorum.* vers. 3. *Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent a corde suo.* De nullo alio loco vbi Ieremias dederit illis legem huiusmodi, potest rationabiliter cogitari, nisi de epistola illa Baruch 6. Ex præcedentibus autem verbis vers. 1. & ex sequentibus à vers. 4. manifestum est, hoc fuisse tantùm in transmigratione sub Sedecia. Hæc de tempore.

Qværendvm est II. Ad quos abducendos missa fuerit hæc Epistola?

Pererius in Dan. 9. dicit, Baruch referre, illam Ieremiæ Epistolam scriptam fuisse ad Iechoniam, & ad Iudæos, qui cum eo abducti fuerant. Sed pace tanti viri monet Tornielus hoc nullibi apparere: potiùs ex initio capitis, patere directam fuisse ad eos, qui ab ducebantur, vel qui mox abducendi erant, non autem ad eos qui iam abducti fuerant. Vnde subdit: Oportet igitur Pererium æquiuocasse, accepisséque epistolam, quæ habetur Ierem. 29. pro ea quæ refertur Baruch 6. Addit: Illa enim vere directa fuit Iechoniæ, & concaptiuis eius, hæc verò tradita fuit iis, quos traducebat Nabuzardan in Babylonem.

Dices. Ex Baruch. 1. vers. 1. Baruch erat *in Babylonia?*

Respondetvr. Baruch, vel tunc ab [illegible] fuisse, vel potius epistolam illam [illegible] cap. 6. habitam, [illegible] fuisse, antequàm iret in Babyloniam, & cùm fuit in Babylonia, scripsisse ea quæ habentur cap. 1.

Porro, statutò quòd illa epistola fuerit tradita tempore captiuitatis sub Sedecia, parum interest ad quosnam fuerit directa: quamuis ex hac ipsa temporis ratione, probabilius sit, eam fuisse directam ad captiuos sub Sedecia. Nam certum est, tempus denotatum in illis verbis, *eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vsque ad generationes 7.* esse abindè computandum. Vnde tota quæstio versatur in hoc, vt sciatur, quid significetur per generationes 7. Atque ità

Qværendvm est III. Quid significent illa verba, *vsque ad generationes 7.*

Inter multiplices expositiones verborum illorum, duæ sunt tantùm, quæ quadra-

re possunt huic loco. 1. Expositio est Pererij in Dan. 9. & Barradij supra, vt vox, *septem*, sumatur indefinitè, ac si dictum esset, *multis*, eo sensu quo Leuit. 23. vers. 28. *Corripiam vos septem plagis*, id est multis: & Prouerb. 24. vers. 16. *Septies in die cadit iustus*, id est, multoties; vóxque, *generatio*, sumatur, vel pro communiori hominis ætate, quæ plerúmque 70. vel 80. annis concluditur. Psalm. 89. vers. 10. vel iuxta S. August. in Psal. 104. pro eo ætatis tempore, quò quis communiter ad generandum aptus efficitur, quod vt minimùm annô vitæ decimoquarto seu decimoquintô, ordinariè autem circa vigesimum contingit: vel denique pro filiis genitis. 2. Expositio est eiusdem Baradij, vt vox, *septem*, sumatur propriè. & illa vox, *generatio*, pro 10. annis.

Primam expositionem sequuntur Baradius, Pererius, & Torniellus, hôc sensu: Eritis ibi multis annis, &c. & generabitis multos filios. Secundam non improbabilem iudicat Baradius cap. 17. §. *Ex dictis*, sic dicēs: Difficultatem pariunt non leuem, verba epistolæ scriptæ à Ieremia ad Iudæos Baruch 6.

Nobis autem videtur secunda probabilior. I. A simili Zachar. 7. vbi postquàm dictum est vers. 3. *Nunquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis?* declaratur vers. 5. *Cùm ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos 70. annos*. Ita ergò hic, postquàm dictum est, *eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis*, declaratur per sequentia, *vsque ad generationes 7.*

II. Ex comparatione huius loci, & circunstantiarum eius, cum 2. Par. 36. Ierem. 25. vers. 12. & 29. vers. 10. Dan. 9. & 1. Esdr. 1. Nam hôc locô post generationes illas subiungitur, *Post hoc autem educam vos inde cum pace*: hæc autem sunt similia verbis illis Ierem. 25. vers. 12. *Cùmque impleti fuerint 70. anni, visitabo super regem Babylonis*, scilicet, ad liberandum populum; & illis cap. 29. vers. 10. *Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos, &c. & reducam vos ad locum istum*. Item, in illis locis Ieremias loquitur: in hoc loco loquitur idem Ieremias; ibi loquitur Deus ad captiuitatem, quæ sub Iechonia: hic ad captiuitatem quæ sub Sedecia, ibi loquitur per Elasam & Gamariam, hic per Ieremiam. Ergò sicut ibi loquitur pro 70. annis: ita & hic pro iisdem, æquiualentibus verbis.

III. Ex Baradio suprà, hunc sensum sic declarante: *Eritis ibi vsque ad generationes 7.* id est, vsq. ad 70. annos, satis vobis notos. Nam 7. generationes, id est, 7. decades annorum, 70 annos efficiunt: & hic, inquit, genuinus sensus videtur, & facilis. Ex quibus docemus nos, sequi, 70. annos, de quibus Ieremias verba fecit ad captiuitatem Iechoniæ, res[illegible]los esse nihilominus ad captiuitatem Sedeciæ, seu ab ea [illegible] endos.

VI. ARGVMENTVM. Petitur à Zachar. 1. vers. 12. *Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, vsquequo non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est.* cap. 7. vers. 5. *Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos 70. annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi?* Vtro locus hic [illegible] gatur. (6. Arg.)

QVÆRITVR 1. An 70 anni in vtroq; illo loco de[illegible] intelligendi sint de 70. quos Ieremias memorat.

I. *Sententia* negat. Ita Eusebius in Chron. Theodoretus Dan. 9. Baradius supra §. *Restant*. Torniellus an. 3429. num. 8. & 4[illegible] num. 3. Omitto [illegible] aliorum ridicule dicentem, Zachariam non propriè annos numerare.

Porrò non omnes authores huius Sententiæ illam probant: sed nonnulli supponentes eam, putant se facere satis, si locum prout libet exponant. Atque ità Baradius 3. expositiones affert priori loco Zachariæ; quas posteà referemus. Vbi nota, Theodoretum & alios, sic diuersos facere annos 70. Ieremiæ, vt vocent eos Captiuitatis, & 70. Zachariæ, vt vocent eos Desolationis.

Torniellus autem probat eam. I. priori locô. Siquidem, inquit, anni quos memorat Zacharias, desierunt in *anno secundo Darij* regis Persarum, vt patet ex [illegible] cap. 1. Zachariæ vers. 1. & ex vers. 7. At 70. anni de quibus loquitur Ieremias, longe ante expleti sunt. nimirum anno primo monarchiæ Cyri. 2. Par. [illegible] 1. Esdr. 1. vers. 1. Ierem. 25. vers. 1[illegible] & Dan. 9. vers[illegible] & 2.

Verùm contra hoc argumentum facit, quòd Torniellus ibi supponat, id quod est contro[illegible]. Nam etiamsi apud Zachariam illa verba dicta fuerint *anno secundo Darij*: non tamen sequitur neque ex vllo Zachariæ loco probari potest, septuagesimum illum annum finire in anno secundo Darij. Alioqui 70. annos qui dicuntur cap. 7. vers. 5. debuisset Torniellus facere diuersos ab istis qui indicantur cap. 1. vers. 1[illegible]. Q[illegible] eodem cap. 7. vers. 1. patet, hæc [illegible] fuisse [illegible] *anno quarto Darij*. [illegible] Torniellus [illegible] locô [illegible] 70. [illegible] Ergo argumentum [illegible] petitum ab [illegible] *anno secundo* [illegible] non concludit.

Probat II. posteriori loco, vbi contendens 70. illos annos incipiendos esse a quadam captiuitate, quam factam putat anno [illegible] septimô transmigrationis Iechoniæ, & trigesimoquarto Nabuchodonosor, dicit, se ad hoc asserendum adduci, quia à [illegible] alio ex proxime præcedentibus aut subsequentibus

quentibus annis, vsque ad memoratum terminum, scilicet annum secundum Darij, haberi potest iste 70. annorum numerus.

Verùm contrà hoc argumentum facit iterùm, quòd Torniellus ibi supponat 70. illos annos desinere *anno secundo Darij*; præterea verò assumat inconueniens, quod quilibet alij prætendunt deficere in suis sententiis, vt videre est in Scaligero apud ipsummet Torniellum ibi, & apud Baradium §. suprà citatô, in fine eius: & videbitur infrà in probabiliori sententia, quæ est Genebrardi. Itaque

II. *Sententia*, & probabilior, affirmat annos illos 70. qui habentur apud Zachariam, eosdem esse, qui visi sunt apud Ieremiam. Ità Genebrardus, & alij.

Probatur I. Hâc ratione. Quia sermo est in illis locis, de his 70. annis, tanquàm iamdiù præteritis, ipsô fatente Baradiô; qui priori locô Scripturæ, 3. expositiones affert. 1. vt verba angeli per interrogationem legantur: quomodo biblia Louaniensia ediderunt, (necnon Latinæ versiones Septuag. Interpretum) *Iste septuagesimus annus est?* quasi dicat, inquit Baradius, Isténe est septuagesimus annus, quô promiseras Iudæos reuersuros in patriam, & Ierusalem exædificandam? Hæcne promissa sunt illius anni septuagesimi? 2. vt angelus significauerit, finem captiuitatis, ab anno septuagesimô quô prædictus fuerat. Quasi diceret: Iste iam septuagesimus annus est, hoc est, iamdiu finis captiuitatis aduenit: Iste iam libertatis annus est. 3. (quæ videtur eadem cum 2.) Genebrardi lib. 2. his verbis: Angelus precatur pro Ierusalem, & Iuda. Quibus, inquit, ô Domine irratus es his 70. annis iamdudùm exactis? Sic enim locus debet intelligi. Nam 70. captiuitatis anni, iampridem finierant, nempè Imperij Cyri principiô. Hæc Baradius. Adde Massæum, dicentem pag. 67. Frustrà dilationem causaretur (Angelus) si terminus præfixus nondùm præteriius esset.

Probatur II. Ex circunstantiis vtriusque loci. Nam cap. 1. additur vers. 3. *Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba cōsolatoria*, &c. ℣. 16. *Propterea hæc dicit Dominus: Reuertar ad Ierusalē in misericordiis: & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalem*. Ex hoc loco, & ex cap. 3. & ex Aggæ. 1. & 2. collatis cum 1. Esdr. 5. & 6. necnon cum 3. Esdr. 4. 5. & 6. patet manifeste, respectum illum haberi ad ædificationem templi, concessam per Cyrum 2. Par. 36. à vers. 22. 1. Esdr. 1. à vers. 1. & 3. Esdr. 2. à vers. 1. impeditam verò 1. Esdr. 4. & 6. 1010, & 3. Esdr. 2 à vers. 16. & 6. à vers. 3. respectū item haberi ad vrbis ædificationem. Ergò & ad eius destructionem. Item, cap. 7. (Zachar.) vers. 7. *Nunquid non sunt verba, quæ locutus est Dominus in manu prophetarum priorum, cùm adhuc Ierusalē habitaretur, & esset opulēta, ipsa, & vrbes in circuitu eius*, &c. vers. 12. fin. *& facta est indignatio magna à Domino exercituum*, &c. vers. 14. *& dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt: & terra desolata est ab eis, eò quod non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum*. Item, cap. 8. vers. 3. *Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalē*. &c. vers. 4. *Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalē*, &c. ℣. 5. *Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis*, &c. ℣. 6. *Si videbitur difficile in oculis reliquiarū populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit*, &c. vers. 9. *Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones illos per os prophetarum, in die qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur*, &c. vers. 11. *Nunc autem non iuxtà dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit Dominus exercituum*, vers. 12. *sed semē pacis erit*: &c. vers. 19. *Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in solemnitates præclaras*: &c. Ex hoc item loco, & ex aliis in præcedenti circunstantiis notatis, patet respectum similiter haberi ad ædificationem templi, concessam per Cyrum, & posteà impeditam: necnon ad vrbis ædificationem. Ergò & ad eius destructionem. Deniquè, ex verbis illis cap. 1. vers. 12. *quibus iratus es?* & illis cap. 7. vers. 3. *sicut iam feci multis annis*, & vers. 5. *cùm ieiunaretis, & plangeretis*, sed omninò ex Hebr. *quibus iratus es iam 70. annos*: & Chald. *super quibus adduxisti maledictionem istis 70. annis*, patet manifestè, annos illos 70. esse referendos ad tempus præteritum: non ergò ad tempus, quod ibi fuerit finitum. Ergò ad eosdem 70. annos, qui apud Ieremiam.

Cæterùm, in maiorem horum confirmationem, ostendemus suô locô, ab anno primo Cyri, quô liberam fecit captiuitatem, ad secundum illius Darij, non plùs exactos fuisse 15. annos, quicquid dicant alij. Hôc positô, non est opus propter nimiam temporum distantiam, diuersos facere 70. annos, qui habentur apud Zachariam, ab illis 70. qui habentur apud Ieremiam.

QVÆRITVR II. Vndenàm isti 70. anni debeant incipere?

Sed hoc est facile. Nam datô quòd hi anni, sint ijdem, qui apud Ieremiam: consequens est eos incipere ab eodem tempore, à quo illi. Atque ità iuxtà diuersas sententias, diuersa sument initia.

Lubet tamen hic repetere, Torniellum

ann. 3462. num. 3. dare illis initium in quadam captiuitate facta annô trigesimo-quartô Nabuchodonosor. Item, libet annotare, Theodoretum & Eusebium, etsi diuersus facientes illos à 70. annis Ieremiæ, nihilominùs initium illis dare in Captiuitate Sedeciæ, seu in euersione Ierusalem: quia nimirùm diuersos faciunt annos 70. Captiuitatis, & annos 70. Desolationis.

PORRO hâc 3. Sententia de 70. annis Ieremiæ, quæque est ipsiusmet Tornielli, superiùs à nobis stabilitâ: sequitur initium annorum 70. qui memorantur à Zacharia, constituendum esse in captiuitate Sedeciæ, seu in vrbis, templi, & regni Ierusalem desolatione.

CONFIRMATVR omninò, ex eòdem cap. 7. Zachariæ, vbi post allata peccata populi, & contemptum verborum, quæ Deus misit *per manum prophetarum priorum*, subiungitur: vers. 12. fin. *Et facta est indignatio magna à Domino exercituum.* & vers. 14. *Et dispersi eos per omnia regna quæ nesciunt, & terra desolata est ab eis, eò quod non esset transiens & reuertens, & posuerunt terram desiderabilem in desertum.* Ad quid enim memorasset hanc desolationem, nisi vt 70. anni de illa intelligantur?

7. Arg. VII. ARGVMENTVM. Petitur ab Isa. 23. vbi postquam dictum est vers. 1. *Onus Tyri. Vlulate naues maris; quia vastata est domus, vnde venire consueuerant*: &c. vers. 8. *Quis cogitauit hoc super Tyrum*, &c. vers. 9. *Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ*, &c. subiungitur vers. 15. *Et erit in die illa: In obliuione eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis*, &c. vers. 17. *Et erit post septuaginta annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: Et rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ*, &c. Vt hoc argumentum intelligatur

QVÆRITVR, à quo tempore intelligendi sint illi 70. anni?

Et forsan videri posset, eos intelligendos esse de temporibus Alexandri Magni. Nam vers. 1. additur. *De Terra Cethim reuelatum est eis.* Atqui 1. Machab 1 vers. 1. *Et factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum, & Medorum*, per terrâ Cethim intelligitur Thessalia, vel Macedonia, vel aliqua similis Græciæ regio. Atque ità S. Hieronymus in Ezech. 26. & 27. sub dubio proponit, Tyrum euersam fuisse à Nabuchodonosor, vel ab Alexandro Magno.

Verùm, dici potest, vel in illo quidem loco prædici vastationem Tyri futuram sub Alexandro, non tamen in locis inferiùs habitis: vel certè, verba illa, *de Terra Cethim*, referenda esse ad præcedentia, *vastata est domus, vndè venire consueuerant*: de terra Cethim, id est, vastata est Tyrus, ad quàm de terra Cethim nauigare consueuerant: & illa, *reuelatum est eis*, ad ista, *de terra Cethim*, cum distinctione aliqua, hôc sensu, reuelatum est, seu notificatum est, terræ Cethim, vastatam esse Tyrum: vel deniquè, omnia verba illa, *de terra Cethim reuelatum est eis*, referenda esse ad illa, *vlulate naues maris*, hôc sensu, de terra Cethim reuelatum est negotiatoribus maris, Tyrum vastatam esse. Nam vers. 12. *In Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.* Et vers. 13. *Ecce terra Chaldæorum*, &c. *in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam*, &c. Per hæc patet destructionem illam factam fuisse à Chaldæis. Quarè

ANNOS ILLOS 70. qui habentur apud Isaiam, pertinere ad tempora desolationis Ierusalem

Probari potest I. Ab eodem Isaia, pluribus modis. Imprimis, ex vers. 13. *Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam.* vers. 14. *Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra*: post quæ sequuntur: *Et erit in die illa, in obliuione eris ô Tyre 70. annis*, &c. Per hæc patet, destructionem illam, quæ prędicitur ab Isaia, intelligendam esse de destructione facta per Chaldæos, siue per Nabuchodonosor.

Deindè, ex vers. 15. *In obliuione eris ô Tyre 70. annis, sicut dies regis vnius.* Vbi verbis illis, *sicut dies regis vnius*, duplex sensus dari potest. Primus, vt fiat comparatio ad tempus, quô solet homo viuere, aut etiam vixit aliquis rex: quasi dicatur, tantô tempore, quantô solet homo, præsertim rex, qui solet viuere annis 70. Quô pactû dixit Dauid Psalm. 89. *Dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni*, &c. sicut etiam fuerunt anni Dauidis. Secundus, vt fiat comparatio annorum destructionis vnius regis Iudaici, nimirùm Sedeciæ, seu comparatio destructionis Tyri, & vltimi regis Iudaici: adeóque destructio vtriúsque regni, prædicatur eôdem tempore ventura.

Item, ex vers. 17. *Et erit post 70. annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas*, &c. Per hæc enim videtur comparationem fieri, restitutionis Tyri, ad restitutionem Ierusalem, adeóque sicut destructio vtriusque, eundem habuit finem, ità habuerit initium idem.

Deniquè, ex cap. sequenti totô, vbi traditur desolatio totius terræ, & speciatim

Iudaicæ. Nam à verſ. 1. *Ecce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & diſperget habitatores eius.* verſ. 2. *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & ſicut ſeruus, ſic Dominus eius:* &c. verſ. 3. *Diſſipatione diſſipabitur terra, & direptione prædabitur,* &c. *Et terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, & diſſipauerunt fœdus ſempiternum.* verſ. 6. *Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque inſanient cultores eius, & relinquentur homines pauci,* &c. verſ. 8. *Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ,* &c. verſ. 10. *Attrita eſt ciuitas vanitatis, clauſa eſt omnis domus nullo introeunte.* verſ. 11. &c. *deſerta eſt omnis letitia: tranſlatum eſt gaudium terræ.* Demum verſ. 12. *Relicta eſt in vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas.* Qui conferre voluerit prædictiones iſtas, cum prædictionibus Ieremiæ, & cum euentibus hiſtoriæ, præſertim vero iſta verba, *tranſgreſſi ſunt leges,* &c. *propter hoc maledictio vorabit terram,* &c cum illis Ierem. 25. à verſ. 8. *pro eo quod non audiſtis verba mea, ecce ego mittam, & aſſumam,* &c. *& adducam eos ſuper terram iſtam,* &c. *Et ponam eos in ſtuporem,* &c. Item, iſta: *ceſſauit gaudium tympanorum,* &c. cum illis Ieremiæ verſ. 10. *perdamque ex eis vocem gaudij,* &c. Item, iſta: *Ideoque inſanient cultores eius, & relinquentur homines pauci,* cum illis 4. Reg. 25. à verſ. 11. *& reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan, & de pauperibus terræ, reliquit vinitores & agricolas.* Item, iſta: *clauſa eſt omnis domus nullo introeunte,* cum illis Ierem. 52. verſ. 13. *& omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igni combuſſit.* Denique iſta verba, *attrita eſt ciuitas, relicta eſt in vrbe ſolitudo,* &c. cum locis 4. Reg. 25. à verſ. 9. 2. Par. 36. à verſ. 19. Ierem. 39. à verſ. 8. & 52. à verſ. 13. vbi deſcribitur vaſtatio vrbis: Non dubitabit, inquam, ea hîc prædici; adeóque deſolationem Tyri, & 70. eius annos, conferri in tempora deſolationis Ieruſalem, & 70. annorum eiuſdem.

Probari poteſt II. Ex Ierem. cap. 25. vbi promittuntur ſeruituræ omnes illæ gentes, & in particulari Tyrus, iiſdem 70. annis, quibus & Iudæi. Nam poſtquàm dictum eſt verſ. 11. *& ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis, 70. annis,* &c. paulò infrà dicitur, à verſ. 15. *Quia ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Super calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* verſ. 16. *Et bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos,* &c. & verſ. 19. *Pharaoni regi Ægypti, & ſeruis eius, & principibus eius,* verſ. 20. *& vniuerſis generaliter: cunctiſque regibus terræ Auſitidis, & cunctis regibus terræ Philiſthijm, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquijs Azoti,* verſ. 1. *& Idumeæ, & Moab, & filijs Ammon.* Denique, verſ. 22. *Et cunctis regibus Tyri, & vniuerſis regibus Sidonis,* &c.

Probari poteſt III. Ab Ezech. cap. 26. vſque ad cap. 30. vbi prædicitur ruina *Tyri,* & oſtenditur, eam circà tempora ruinæ Ieruſalem fuiſſe factam. Nam cap. 26. verſ. 1. *Et factum eſt in vndecimo anno,* (vndecimo ſcilicet à Captiuitate Iechoniæ, ſeu vndecimo regni Sedeciæ, vt viſum eſt in ſententia ſuperiori) *prima menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:* verſ. 2. *Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Ieruſalem: Euge confractæ ſunt portæ populorum, conuerſa eſt ad me: implebor, deſerta eſt:* verſ. 3. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciam ad te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans.* verſ. 4. *Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent turres eius:* &c. verſ. 8. *Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis ab Aquilone,* &c. Denique, abindè deſcribitur deſolatio eius, ſimilis deſolationi Ieruſalem, per interfectionem populi, deſtructionem murorum, & turrium, ceſſationem gaudij, &c. quæ vnô verbô reſumuntur ſic à verſ. 19. *Quia hæc dicit Dominus Deus: Cum dedero te vrbem deſolatam, ſicut ciuitates quæ non habitantur,* &c.

Quòd ſi dicas, verſ. 8. *Et circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum,* &c. per hæc denotari, obſidionem illam futurã longè poſt deſtructionem Ieruſalem; & Ioſephum 10. Antiq. 11. & 11. contrà Apionem, dicere, obſidionem illam Nabuchodonoſor, protractam fuiſſe per 13. annos. Et quamuis Ioſephus ibidem dicat, eam incœptam fuiſſe annô ſeptimô Nabuchodonoſor: tamen Temporarium lib. 2. ſub can. 6. ſeu pag. 161. fin. velle mendum in hoc eſſe apud Ioſephum, eluendum ex Clemente Alex. qui lib. 1. Strom. tradit, Nabuchodonoſorem eàdem expeditione Tyrum & Ieroſolymam cepiſſe.

Reſpondebitur. Propterea Torniellum an. 3435. nu. 1. ſupponentem cõtrà Temporarium, locum Ioſephi de obſidione incœpta annô ſeptimô Nabuchodonoſor, mendoſum non eſſe: commonere verba Ezechielis exponenda eſſe, non de obſidione Tyri, quandò primò omnium fuit incœpta: ſed quandò completa fuit per nouum exercitum eò adductum. Quibus addendum, & forſan per Nabuchodonoſor ipſum, debellatâ Iudæâ, præſentiorem ibi factum. Quòuis autem modò, id eſt, etiam ſecundum Ioſephum dicentem obſidionem illam 13. annorũ cœpiſſe annô ſeptimô Nabuchodo-

nosor: manifestum esse, desolationem illam A Tyri incidere circà, & ad plùs paulopost desolationem Ierusalem. Nam. 13. incipientes septimò, non excedunt vigesimum. At desolatio Ierusalem incœpta est annò decimooctauò Nabuchodonosor, & perfecta annò eius decimononò.

Probari potest IV. Ab eôdem Ezech. cap. 29. vbi, postquàm dictum est vers. 1. *In anno decimo, decimo mense, decima die mensis, factum est verbum Domini ad me,* &c. & abindè prædicta Ægypti desolatio: dicitur vers. 17. *Et factum est in vigesimo & se-*
B *ptimo anno, in primo, in vna mensis: Factum est verbum Domini ad me, dicens:* vers. 18. *Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersùs Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitus eius, de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersùs eam.* vers. 19. *Proptereà hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti: & accipiet multitudinem eius, & depræ-*
C *dabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitus illius,* vers. 20. *& operi, quo seruiuit aduersùs eam. dedi ei Terram Ægypti, pro eo quòd laborauerit mihi, dicit Dominus Deus.*

Quæritur I. Quis sit annus ille decimus, qui dicitur vers. 1.

Respondet Torniellus, an. 3445. num 6. esse decimum regni Sedeciæ, seu transmigrationis Iechoniæ. Non improbabiliter dici potest decimus ab aliqua alia meta nobis non nota; quandoquidem cap. 26. vers. 1. iam fecerat mentionem anni vndecimi;
D & cap. 31. vers. 1. mentionem facit rursùs eiusdem anni vndecimi; Et eôdem cap. 29. vers. 13. mentionem facit annorum 40. quorum meta non est ibi nota. Nihilominus, probabiliùs est omninò intelligendum esse de decimo Sedeciæ: ibíque annum illum decimum fuisse resumptum per recapitulationem; quia ab anno nonò, de quo fit mentio cap. 24. vers. 1. transierat propheta ad annum vndecimũ, de quo fit mentio cap. 26. vers. 1. intermissò annò hôc decimô.

Quæritur 2. Quis sit ille annus vigesimus-septimus, qui dicitur vers. 17.

E Torniellus an. 3462. dicit, esse vigesimum septimum à transmigratione Iechoniæ, seu ab initio regni Sedeciæ: subditque, direptionem Ægypti ibi prædictam, non esse intelligendam de prima, quam fecit Nabuchodonosor annò regni sui vigesimotertio, sed de alia, quam rursùs fecit annò regni sui trigesimoquartò.

Videbitur forsan alicui, hoc non esse satis probabile. Primò quia Ezechiel tàm in præcedentibus, quàm in sequentibus, exactè seruat ordinem annorum illius transmigrationis, capite autem 26. vers. 1. notauit vndecimum, & cap. 31. vers. 1. notat rursùs eundem vndecimum, & cap. ip[so] 29. vers. 1. secundùm ipsummet Torniellum, notat decimum, & secundùm eundem Torniellum 40. illi anni, qui dicuntur his verbis vers. 13. *Post finem 40. annorum congregabo Ægyptum,* sumendi sunt ab eadem transmigratione. Ergo non est credibile, Ezechielem voluisse ibi memorare per ordinem adeò turbatum, annum ab illa captiuitate Iechoniæ vigesimumseptimum.

Deindè, manifestè patet ex illis verbis. *Nabuchonosor seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersùs Tyrum, omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus,* sermonem ibi esse de longâ obsidione, quam Iosephus memorauit superiùs, & ipse Torniellus agnoscit an. 3435. num. 1. quæque tùm ex eodem Iosepho, tùm ex Clemente Alex. tùm denique ex eodem Torniello, finierit circà destructionem Ierusalem. Atqui cùm ex eodem Torniello Nabuchodonosor Ægyptum diripuerit annò regni sui vigesimotertiò, probabilius est, in illa direptione intelligendam esse mercedem esse factam exercitui eius pro obsidione Tyri, quàm in alia, annò ipsius vigesimoquartò.

Dices. Prophetas non semper, imò rarò, seruare annorum seriem. Et quamuis Tyrus proximis annis post, fuerit capta, necnon facta aliqua Ægypti direptio: hæc tamen non impedire quominus propheta respexerit ad pleniorem, & vltimam desolationem Ægypti factam annò vigesimò captiuitatis Iechoniæ, seu trigesimoquartò Nabuchodonosor. Et confirmari potest. Quia sicut in libro Ieremiæ permulta fuerunt mixtim, & absque ordine reposita: sic potuit hic locus inseri prophetiæ Ezechielis, quamuis non secundum verum ordinem.

Respondetur. Propter hæc quidem sententiam Tornielli non ita repudiari, quin possit admitti. Veruntamen non etiam tantâ probabilitate fulciri, quin possit reijci.

Caluisius putat annum illum vigesimumseptimum, esse annum Iubilæi.

Vtut sit, necessariò dicendum est, ex promissione illa de direptione Ægypti, pro obsidione Tyri, denotari captiuitatem Tyri euenisse circà destructionem Ierusalem.

Quòd si dicas, ex verbis illis Ezechielis videri captam fuisse Tyrum ab anno illo decimo Sedeciæ: quod contrariatur verbis Isaiæ, denotantibus manifeste, Tyrum non fuisse captam, nisi post destructionem Ierusalem.

Respondebitur, illa verba Ezechielis non fuisse dicta post captam Tyrum: vel, non denotare capturam Tyri iam esse factam; sed solummodo prædicere eam breui venturam, seu intra paucos annos, comparatiue ad obsidionis prætéritos; atque in eis agi de mercede ... iam breui, seu paucis aliis annis post eius capturam, reddenda Babylonius.

Probari potest V. ab authoritate antiquorum & recentium in hoc consentientium, quod Tyrus, vel capta, vel etiam euersa fuerit (quamquàm de euersione, saltem primâ, dubitetur) eôdem tempore, quò Ierusalem fuit deleta. Iosephus 10. Antiq. 11. & 1. contrà Appion. & post illum Pererius lib. 1. Dan. init. seu pag. 31. & Torniellus an. 3435. num. 1. dicunt, Nabuchodonosor cœpisse obsidere Tyrum annô regni sui septimò: & obsidionem, mirâ tùm obsessorum, tùm obsidentium obstinatione, per annos 13. protractam esse. Hi anni 13. computatis duôbus extremis, excurrunt à septimo Nabuchodonosor, ad decimumnonum eius, in quo completa est Captiuitas Sedeciæ, per desolationem Ierusalem. Nec obstat mendum in Iosepbo, de anno illo septimo Nabuchodonosor, a Temporario prætensum; nam contrarium manifeste patet à verbis Ezechielis, denotantibus longum tempus illius obsidionis. Item, Clemens Alexand. lib. 1. Strom. tradit, Nabuchodonosor eâdem expeditione Tyrum & Ierosolymam cœpisse. Item, Hebræi apud S. Hieron. in Ezech. 29. referunt capturam Tyri per Nabuchodonosor ad hæc eadem tempora. Denique Temporarius suprà, agnoscit obsessam Ierosolymam annô Sedeciæ nonô, Nabuchodonosoris decimoseptimô, trienniô post captam, annô Nabuchodonosor decimononô. Tyrum non minoris ei constitisse. Quamuis in hoc hallucinatus sit Temporarius, quòd dicat Ierosolymam captam esse annô Nabuchonosor decimononô. Nam ex dictis suo locô, capta est annô eius decimooctauo, quamuis destructa decimononô. Quicquid sit

Ex his omnibus manifestum est, annos 70. Isaiæ pertinere ad tempora desolationis Ierusalem, & esse eosdem, vel saltem concurrentes esse cum iisdem, qui apud Ieremiam. Hoc omninò consequens est, ex allatis argumentis; & præsertim ex I. ab eodem Isaia desumpto; ac denique, quia per ... eius cap. 24. denotatur, circà initium annorum illorum, vastandas esse omnes gentes Iudeæ circumuicinas: quod idem indicat Ierem. cap. 25. Ergo 70. anni Captiuitatis, incipiendi sunt a desolatione Ierusalem, circà quam omnes illæ gentes deuictæ sunt, & reductæ sub Imperio Babylonis.

VIII. ARGVMENTVM. Petitur à quibusdam prærogatiuis, aut rationibus, in quibus Captiuitas illa sub Sedecia, vel templi & vrbis desolatio, fuit præ aliis captiuitatibus spectabilis. Vt quòd ea fuerit, prius sæpius, & pleniùs, prædicta, atque descripta. Nam de illa sermo fit à temporibus *Manasse* 4. Reg. 21. à vers. 12. & 2. Par 33. à vers. 12. A temporibus *Iosiæ*, 4. Reg. 22. à vers. 16. & 23. à vers. 27. Ierem. 1. à vers. 2. 25. vers. 3. & 36. à vers. 2. Temporibus *Ioakim*, Ierem. 25. à vers. 9. 26. à vers. 6. & 20. 27 à vers. 1. 35. à vers. 17. 36. à vers. 29. 45. à vers. 4. Temporibus *Sedeciæ*, 21. à vers. 7. 24. à vers. 8. 27 à vers. 8. 29. à vers. 16. 32. à vers. 4. & vers. 28. 34. à vers. 2. 37. à vers. 7. Vide Ezech. à cap. 4. vsque ad 23. & 33. & 36. & 40. Item, in aliis specialibus locis Ierem. vt cap. 1. à vers. 14. 6. à vers. 21. 7. à vers. 14. & vers. 32. 8. à vers. 1. 9. à vers. 9. 10. à vers. 18. 11. à vers. 11. & 12. 12. à vers. 10. 13. à vers. 9. & 14. 14. à vers. 17. 15. totô, 16. à vers. 10. 17. à vers. 27. 18. à vers. 7. & 16. 19. à vers. 11. Denique specialissimè 4. Reg. vlt. Ierem. 39. & 52. vbi describitur illa plenissimè. — 8 Arg.

IX. ARGVMENTVM. Petitur à congruentia. Ex Ierem. 34. à vers. 8. vbi habetur, quoniam Sedecias, principes, & vniuersus populus, initò pactò cum Deo ad liberos dimittendos seruos & ancillas post 7. annos, iuxta præceptum habitum Exod. vers. 2. & Deuter. 15. vers. 12. nihilominus eô fracto, & retentis seruis & ancillis, grauiter peccauerunt: propter quod Deus comminatur iis desolationem; & hæc tempore obsidionis Ierusalem. Itaque punitio videtur in hoc conformis delicto: vt sicut præuaricati fuerant præceptum 7. annorum, ita desolarentur per 7. decades annorum, quæ faciunt annos 70. — 9 Arg.

OBIICI potest contrà hanc Sententiam, I. Si agatur de desolatione Ierusalem, quatenus regnum Babylonis in ea, vel ab ea subiecit gentes finitimas, ne quidem tunc annos 70. incœpturos. Nam Ierem. 25 à vers. 18. cum subiectione gentium illarum, prædicitur etiam desolatio earum. Neutrum autem, id est, neque subiectio, neque desolatio, euenit tunc, sed longè post: imo neque omnis prędicta desolatio Ierusalem tunc euenit. De aliis gentibus, constat ex Ierem. 25. vbi inter desolandos — 1 Obiect.

ponuntur Pharao rex Ægypti, serui, principes, & populus eius: hi autem non fuerunt desolati, nisi circà vigesimumtertium annum Nabuchodonosor, ex Ezech. 29. Ierem. 52. &c. De Ierusalem autem, constat ex Ezech. 23. vbi postquàm dictum est, vers. 21. *Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem dicens: Vastata est ciuitas*: dicitur vers. 28. *Et dabo terram in solitudinem, & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius, & desolabuntur montes Israel, eò quòd nullus sit, qui per eos transeat.* vers. 29. *Et scient quia ego Dominus cùm dedero terram eorum desolatam, & desertam, propter vniuersas abominationes suas, quas operati sunt.* Hæc vltima desolatio Iudæorum, creditur facta in illa captiuitate, anno vigesimotertiò Nabuchodonosor, quæ memoratur Ierem. 52. vers. 30.

Respons. RESPONDETVR. Quoad finitimas gentes, constare illas fuisse subiectas Nabuchodosor, tempore Sedeciæ, ex Ierem. 34. à vers. 1. *Quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersaque regna terræ, quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi, bellabant contrà Ierusalem, & contrà omnes vrbes eius.* Quod etiam confirmatur. Quia cùm à tempore Ioakim dicitur 4. Reg. 24. vers. 2. Deum immisisse contrà Iudam, *latrunculos Syriæ, Moab, & Ammon*, censetur communiùs, eos immissos fuisse ex parte Nabuchodonosor; atque ità iam earum aliquæ subiectæ fuerant ab illo. Item, vers. 7. *Tulerat rex Babylonis à riuo Ægypti, vsque ad fluuium Euphratem, omnia quæ fuerant regis Ægypti.* Tunc ergò quando tempore Sedeciæ dicuntur omnes populi bellasse contrà Ierusalem, comprehenduntur omnes populi finitimi. Cùm item tunc subiecta fuerit & Iudæa tota: sequitur prædictionem Ieremiæ de subiectione omnium illarum gentium, tunc fuisse completam. Quantùm autem ad desolationem illarum, aut etiam ad totalem subiectionem reliquarum, non est opus, vt euenerint eodem prorsus tempore, & annò: sed sufficit, quòd initium habuerint in aliqua principali, quæ fuit Iudaica, tanquàm magis principaliter à prophetis prædicta: reliquatum autem desolatio, propter rebellionem earum, & substractionem à subiectione iam præstita, venerit post; imò neque opus est, vt omnimoda Iudææ desolatio euenerit eodem tempore & annò: potuit enim aliqua fieri post præcipuam, vt illa quæ dicitur anni 23. Nabuchodonosor; sufficit verò quod principalis, euenerit tempore à prophetis prædicto.

Obiect. OBIICI potest II. 1. Esdr. 3. vers. 12. *Plurimi etiam de Sacerdotibus, & Leuitis, &* A *principes patrum, & seniores, qui viderant templum priùs cùm fundatum esset* (id est, stans) *& hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna*. 3. Esdr. 5. vers. 63. *Et venerunt ex Sacerdotibus, & Leuitis, & præsidentibus secundùm pagos senioribus, qui viderant pristinam domum*, vers. 64. *& ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno, &c.* Hoc autem ex 1. Esdr. 3 vers. 8. 3. Esdr. 5. vers. 56. & 57. dicitur factum *anno secundò*, postquam captiui primum reducti sub Cyro, aduenerunt in Ierusalem. Ergò circiter septuagesimotertiò annò à captiuitate inchoata. Imò B Aggæi 2. vers. 4. *Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc.* Hoc autem est vers. 1. & ex cap. 1. vers. 1. dictum fuit *anno secundo Darij*. Itaque, si captiuitas incœpit sub Sedecia, ij qui captiui fuerant sub Iechonia, tunc cùm primum fuerunt reducti tempore Cyri, transiissent in captiuitate annos circiter 82. quibus additi anni ætatis, facerent rem illam incredibilem. Omnino autem tempore Aggæi, transiissent suprà 120. C annos captiuitatis. Patet. Nam à Iechonia, ad Cyrum, essent 80. Cyrus regnauit 30. Cambyses 8. vel 9. Darius 2. sunt 120.

RESPONDETVR. Non dici per Scripturam, eos qui tunc viderant templum priùs, fuisse de captiuitate sub Iechonia. Si ergò fuerunt tantum de captiuitate sub Sedecia, res est facilis, vt transegerint 72. annos, & aliquot alios suæ ætatis. Sed esto, diceret Scriptura, eos fuisse de captiuitate sub Iechonia: transegerint 82. & prætereà quosdam alios ætatis: non est res incredibi- D lis. Quòd autem dicitur de tempore Aggæi, eandem patitur difficultatem pro captiuis sub Iechonia. Nam concessis 70. annis captiuitatis à Iechonia, 30. regni Cyri, 8. vel 9. Cambysis, 2. Darij, fiunt 110. quibus addendi essent anni ætatis. Sumantur autem anni 70. à captiuitate sub Sedecia, & seniores illi intelligantur de captiuis in ea, idem non amplior numerus eis tribuetur. Porrò, nos dicemus suò locò, Cyrum non regnasse à captiuitate soluta, amplius 6. annos completos: Cambysem non amplius 8. Iunge vnum Darij completum, & 70. captiuitatis: anni ab incœpta captiuitate, non E excedent 85. Hi additi nonnulli ætatis, non faciunt rem incredibilem. Mistium facimus dicere nunc, neque rem futuram incredibilem, si dicerent anni 120. & longe multi plus. Nam de his expressius cum agetur de regibus Persarum. Respons.

OBIICI potest III. Ab argumento 6 Sententiæ præcedentis. Cùm transmigratio, siue captiuitas sæpius intelligatur in Scripturis, & authoribus, de captiuitate sub Iechonia, communiusque captiuitas dicitur Obiect.

tur fuisse annorum 70. fore ex hac 3. Senten-
tia, vt error committatur in illa loquendi
formula: sitque dicendum, non 70. sed
80.

Respons. RESPONDETVR. Ad has, & similes prærogatiuas, seu nuncupationes, vtrique captiuitati, scilicet sub Iechonia, & sub Sedecia, communes, esse notanda quædam, pro loquendi formula, nimirùm I. illud quod ad argumentum speciale (quod est Genebrardi ex Matth. 1. de *Transmigratione Babylonis*. Respondet Torniellus annò 3429. num. 12. fin, Quia, inquit, cùm ibi Euangelistæ intentio esset, Saluatoris Genealogiam texere, quæ non per Sedeciam, sed per Iechoniam, deducenda erat: certè oportuit ipsum, Iechoniæ, non autem Sedeciæ, transmigrationis mentionem facere; & propterea nihil adiecit de 70. annis à Ieremia prophetatis: per hoc insinuans, se ibi non de illa locutum, sed de alia, quæ 80. annos, & amplius, perdurauit. Hæc ille. Adde, cum S. Matthæus dicit, *In transmigratione*, & *post transmigrationem*, id est, circà transmigrationem: non vocat eam transmigrationem Iechoniæ, sed *Babylonis*; quia, includit omnes eius partes, quæ præcipuè fuerunt illa Iechoniæ, & ea quæ Sedeciæ. Similiter ergò dic, quia Scriptura sacra semper texuit generationes, principatus, & captiuitates, per lineam genealogiæ Saluatoris: ideò in inulus commendauit captiuitatem Iechoniæ, magis quàm aliàs; sicut magis commendauit Abraham, Dauid, & similes: regna Salomonis, Asæ, Ioaphat, Iosiæ & similium; quia per eos texebatur generatio Saluatoris. Sed hæc nihil ad 77. annos.

II. Quandò in vsu communi loquentium fit sermo de Captiuitate Babylonica, & de annis eius, in genere tantum: intelligentiam esse, non de captiuitate singulari Iechoniæ, vel Sedeciæ seorsim, sed de vtrâque prout componentibus vnam; & propterea tunc numerum annorum, quibus durauerit, non specificari. Quando verò fit sermo de Captiuitate in genere, & de 70. annis in specie: tunc intelligentiam esse debere, de 70. annis, non quibus solum durauerit tota captiuitas, sed ad quos illa pertinuerit pro maiori sua parte. Quandò verò fit sermo de Captiuitate, & de 70. annis, in specie: distinguendum esse. Nam, vel fit sermo de captiuitate Iechoniæ in singulari: vel de captiuitate Sedeciæ in singulari. Si de captiuitate Sedeciæ, tunc ad rigorem intelligentiam ferri debere ad 70 annos in particulari. Si autem de captiuitate Iechoniæ; tunc synecdochicòs debere intelligentiam ferri, ad captiuitatem illam, tanquam pertinentem ad 70. annos pro parte sua maiori: id est, captiuitatem Iechoniæ durasse quidem per 70. annos communiter memoratos, sed non solum per illos, verùm per plures etiam aliquos. Alioquin annos 70. pertinere magis ad Imperium Babylonicum Nabuchodonosoris, & per illud ad desolationem templi & vrbis.

QVÆRES. Quid velint 77. anni, qui dicuntur 1. Esdr. cap. 1.

VERVM, specialis de his futura est difficultas §. 99. Ideo quæstio hæc illuc est remittenda.

## XXXI. DIFFICVLTAS. DE IISDEM ANNIS 70. qui dici solent Captiuitatis Babylonicæ: Vbinam finiant?

§. 98.

Fundam. diffícul. FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. Reperiuntur in Scriptura sacra permultæ metæ, in quibus partim ex Scriptura Canonica, partim ex alia, reperiuntur multi reditus à captiuitate: quæ metæ possunt dici finem dedisse 70. illis annis. I. Sub Cyro, annò (quem Monarchiæ dicemus) ipsius *primo*, quandò populus redijt duce Zorobabele. 2. Paral. 36. vers. 22. & 1. Esdr. 1. vers. 1. 5. vers. 11. 6. vers. 3. aliisque in locis. II. Sub Dario Hystaspe, anno ipsius *secundo*. Esdr. 4. & 5. & 1. Esdr 4. v. vlt. & cap. 5. & 6. Aggæ. 1. vers. 1. & 2. v. 2. & Zachar. 1. vers. 1. & 7. quando etiam populus redijt duce eôdem *Zorobabele*, 3. Esd. 4. & 5. III. *Sub Artaxerxe* Longimano, *anno* ipsius *septimo*: quandò etiam populus redit *duce Esdrâ* 1. Esdr. 7. IV. *Sub eodem Artaxerxe* Longimano, *annò* ipsius *vigesimo* 2. Esdr. 1. & 2.

PORRO, omitti solent Sententiæ, quæ sunt, aut esse possunt, annos illos 70. finiri anno septimô, aut vigesimô Artaxerxis Longimani, quandò redijt populus, *ducibus Esdra, & Nehemia*. Quia carent omni probabilitate, & ex aliis Sententiis mox agitandis, plus quam sufficienter refelluntur. Itaque

I. SENTENTIA dicit, Finem Annorum 70. qui dicuntur Captiuitatis, po- 1. Sent.

nendum esse sub *Dario Hydaspe, anno* ipsius *secundo.*

Ità Hebræi apud Genebrardum lib. 2. initiò, seu pag. 179. col. 2. propè med. vbi dicit: Hebræi sic ferè Hebdomadas 70. (Danielis) numerant. 70. sunt anni captiuitatis quos incipiunt ab vndecimo Sedeciæ, & terminant secundò annò Darij Longimani. Vbi seriò nota, eum dicere, *Longimani*; quia quem reliqui vocant Hysdaspis, ipse, vel etiam Hebræi, vocant Longimanum: prout videre est apud eum sub Assuero, seu pag. 245. fin. & sequenti. Ità Clem. Alex. 1. Strom. Aliquomodò Euseb. in Chronic. vbi citat Clementē, & lib. 10. Præpar. Euang. cap. vlt. & lib. 8. Demonstr. Euang. faciens annos quidē 70. captiuitatis finire annò primò Cyri, sed annos 70. desolationis finire annò secundò Darij Hysdaspis. Eòdē modò S. Hieronym. Præfat. in Aggæum, & in Zachar. 1. init. in Ezech. 4. ad illa verba, *Et tu dormies.* Ità S. August. 18. Ciuit. 26. alict Nicephorus Epile. Constant. in Chronolog. & S. Isidorus lib. 5. Etymol. cap. vltimò.

Probat. PROBATVR hæc Sententia tribus argumentis apud Pererium ea refellentem lib. 1. Dan. pag. 547. quamquàm nos eorum aliqua proponemus paulò aliter.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à ratione desolationis templi. Manifestum est enim illos annos 70. vocari à Scriptura sacra, annos desolationis: templi videlicet. Sed vsque ad secundum annum Darij, templum fuit desolatum. Ergò vsque ad eum annum tempus illius captiuitatis excurrit.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à locis Zachar. 1. & 7. in quibus fit mentio anni septuagesimi, & annorum 70. In his autem videtur apertissimè significari, secundum annum Darij fuisse annum septuagesimum Captiuitatis post quem promiserat Deus Iudæis per Ieremiam, non modò solutionem Captiuitatis, & redemptionem patriam, sed ingentem bonorum omnium copiam.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab historia Esther & Mardochæi. In cuius libri cap. 2. & 11. proditum est, Mardochæum fuisse de numero captiuorum, quos Nabuchodonosor cū rege Iechonia Babylonem abduxerat. Atqui Mardochæus vixit tempore Artaxerxis Mnemonis (aliàs Assueri) communiis mariti Esther: & ab anno primo Cyri, vsque ad Artaxerxem Mnemonem, fluxerunt ad minus anni 101. Atque ita si à Captiuitate ad Cyrum fluxissent anni 70. Mardochæus habuisset ad minus annos 171. Quibus addendi essent anni ætatis quos natus erat, cum abductus fuit. & anni aliqui regni Artaxerxi[...] ex cap. 3.

intrà quos Esther fuerit regina, &c. Sed & iuxta opinionem de 70. annis incipiendis à Sedecia, addēdi essent adhuc ad minus 10. Non ferebāt autem illa tempora tàm annosam ætatē; nec si tulissent, ea fuisset satis firma ad res eas gerendas, quas gessisse Mardochæum accepimus. Ne igitur in hoc incommodum incurratur, 70. anni Captiuitatis, vltra Cyrum extendendi, & in regno Darij terminandi sunt.

Reijcitur. 1. CONTRA HANC SETENTIAM faciunt, I. Ea quæ dicta sunt de his locis Zachar. §. præcedenti sub 3. sententia: nimirùm, 70. illos annos ità memorari apud Zachariam, vt manifestè ostendantur iam longè transacti fuisse antè annum illum secundum Darij. Quo valet omninò dictum illud Massæi pag. 67. Frustrà dilationem causaretur (angelus) si terminus præfixus, nondum præteritus esset.

2. FACIT II. Quod in Scriptura reperitur aliud tempus antecedens, in quo soluta fuit Captiuitas, iuxtà promissiones Dei; adeòque 70. Captiuitatis illius anni, nempe sub Cyro, prout ostendetur in sub ijcienda mox sententia. Itaque

2. & verior Sent. Anni 70. captiuitatis finiunt in 1. Cyri. II. SENTENTIA. & verior, dicit, Finem annorum 70. qui dicuntur captiuitatis, ponendum esse *sub Cyro, & annò ipsius primò.*

Ità reliqui omnes. Iosephus lib. 10. Antiq. 11. & lib. 20. & lib. 1. contrà Apion. Hegesippus Lib. 2. cap. 13. Iulius Africa. lib. 5. Annal. (apud Euseb.) Aliquomodò Euseb. in Chron. & lib. 10. Præp. Euang. faciens annos Captiuitatis finire in Cyri primo, quamuis desolationis in Darij Hysdaspis secundo. Lactantius lib. 4. cap. 5. S. Hieronymus eòdem modò quò Eusebius Præfat. in Aggæum & Zachariam, & in Ierem. 29. Cyrillus Alex. lib. 8. contrà Iulian[...] Theodoretus in Dan. 9. Seuerus Sulpi. l[...] Beda lib. de 6. ætat. Genebrardus lib. 1. pag. 164. Temporarius lib. 2. can 6 pag. 175. & can. 5. seu pag. 158. & in fine abaci Baradius lib. 5. cap. 17. Bucholcerus fol. 2. pag. 2. fin. Caluisius cap. 4[...] ferè med. seu pag. 169. Gordunus cap. 13. num. 8. seu pa[...] T[...]nellus an. 3517. Vbi notandum est, in hoc fine annorum [...] Captiuitatis v[...] constituendo, recent[...] res omnes conuenire, siue incipiant e[...] a Ioakimo, siue à Iechunia, vel à Sedecia.

Probat. PROBATVR hæc Sententia, sicutibus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur à Prophetia Isaiæ testante captiuitatem esse soluendam sub Cyro. Nam cap. 44. vers. 26. med. *Qui dico Ierusalem, Habitaberis. & ciuitatibus Iuda: ædificamini, & d[...] eius su[...]scitabo,* &c. vers. 28. *Qui dico Cyro [...]*

A *meus es, & omnem voluntatem meam comple bis. Qui dico Ierusalem, ædificaberis; & templo, Fundaberis*, & cap. 45. vers. 1. *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subyciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur*, &c. vers. 13. *ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus*, &c. Vbi obiter notabile venit primò, Isaiam hæc vaticinatum esse, etiam assignato propriò nomine Cyri, 200. ferè B annis, antequam res euenirent; nimirùm temporibus Ezechiæ, vt videre est à cap. 39. vers. 1. Notabile item, quod ex Iosepho 10. Antiq. 1. & Theodoreto Dan. 1. fin. memorant, Danielem ostendisse Cyro has Isaiæ prophetias, & ex earum lectura, Cyrum correptum cupiditate exequendi quę scripta legerat, Iudæis libertatẽ dedisse. Per hæc patet Captiuitatem fuisse solutam sub Cyro. Porrò solutam eam fuisse sub illo anno ipsius primo, constabit formaliter ex locis adducendis sub 3. argumento. Ergò fini annorum 70. Captiuitatis ponendi sunt sub eo, C annô ipsius primô.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à prophetia Ieremiæ, testante in locis, in quibus actum est de annis illis 70. ipsos esse finiendos in fine Imperij Babylonici. Nempè cap. 25. à vers. 11. *Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis 70. annis*. vers. 12. *Cùmque impleti fuerint 70. anni, visitabo super regem Babylonis*, &c & cap. 29. vers. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum*. Ex his locis dat Baradius istud argumentum cap. D 17. post med. Finis, inquit, 70. annorum fuit, cum Deus visitauit super regem Babylonis vltimum Baltazarem, Cyrique regis Persarum operâ Chaldæorum Imperio euersionẽ intulit. Initium 70. annorum fuit initiũ Imperij Caldæorum; finis 70. annorum, fuit finis eiusdem Imperij. Quòd si quis opponat Babylonicum Imperium stetisse plusquàm 70. annos, ibimus inficias. 70. enim annis stetisse indicant verba Ieremiæ. Hæc ex illo. Dic ergò, secundùm meliorem sententiam E suprà, Imperium Babylonicum cœpit annô vndecimô Sedeciæ, quandò gentes omnes, quæ erant in circuitu Ierusalem, factæ sunt illi subiectæ. Atqui euersum est à Cyro, qui post eius euersionem Iudæis concessit libertatem, annô suo primô. Ergo 70. anni qui incipiunt & finiunt cum Imperio Babylonico, finiunt annô primô Cyri. Porrò euersum fuisse Imperium Babylonicum à Cyro, constat ex Dan. 5. fin. vbi Darius Medus uccisp

A Balthasare, successit Imperio Babylonico, & historiis, in quibus refertur Cyrum fuisse Dario socium in illa expeditione. Solutam autem fuisse Iudæorum Captiuitatem annô Cyri primô, qui scilicet ex Dan. 6. vers. vlt. & 9. à vers. 1. successit Dario post annum vnũ regni eius, constat ex locis 2. Par. & 1. Esdr. quæ deducentur sub proximo argumento.

III. ARGVMENTVM. Petitur à locis, 3. Arg. in quibus formaliter describitur Solutio Captiuitatis Iudęorum facta per Cyrum, annô ipsius primô ad explenda verba Ieremiæ.

B I. Locvs habetur 2. Par. 36. vbi postquàm dictum est vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum*, vers. 21. *& compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ*, &c. dicitur vers. 22. *Annô autem primò Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens*: vers. 23. *Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem quæ est in Iu-* C *dæa: Quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.*

II. Locvs habetur 1. Esdr. 1. vers. 1. *In anno primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens*: vers. 2. *Hæc dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa*. vers. 3. *Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Ierusalem*, &c. vers. 5. *Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnis cuius Deus suscitauit spiritum, vt ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem*, cap. 2. vers. 1. *Hi autem sunt prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem, & E Iudam, vnusquisque in ciuitatem suam*. vers. 2. *Qui venerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemia*, &c. & ab inde dinumerantur fusè omnes qui tunc ascenderunt de captiuitate, quod repetitum inuenies 2. Esdr. 7. à vers. 6. & 3. Esdr. 5. à vers. 7. Item, vide cap. 3. vers. 7. fin. *Iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis*. cap. 4. vers. 3. fin. *ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum*. & vers. 5. *Vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum*, cap. 5. vers. 13. *Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus*

*rex proposuit edictum, vt domus Dei hæc ædificaretur.* cap. 6. vers. 3. *Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decreuit, vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem,* &c. & ℣. 14. fine. *Ædificauerunt & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro,* &c.

III. Locus habetur 3. Esdr. 2. à vers. 1. 5. ℣. 55. fin. & 71. fin. vbi mētio fit Cyri: præsertim verò cap. 6. vers. 17. vbi dicitur: *In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare,* &c. & vers. 24. ANNO *primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domum Domini quæ est in Ierusalem ædificare,* &c.

Ad 1. Arg. 1. Sent.

AD I. ARGVMENTVM Sententiæ præcedentis. Respondetur, Desolationem non sumi pro solâ ruina templi: neque 70. eius annos pro statu in quo, vel tēplum, vel vrbs ipsa, destructa remanerent, aut certè vsquequò desolatio ipsa penitùs sublata foret; sed pro tempore, in quo ab eorum destructione, populus maneret captiuus, sine redeundi facultate, vel etiam sine actuali reductione, vt patet Ierem. 25. & præsertim 29. vers. 10. Alioqui neque ipsômet annô secundò templum aut vrbs fuerunt totaliter reædificata; sed templum annô solummodò Darij sextô (vel etiam nonô iuxtà Iosephum) quoad aliqua, longiùs verò post, & sub Artaxerxe Longimano, quoad reliqua, prout videre est ex 1. Esdr. 6. vers. 14. & 15. & deinceps. Denique ipsa vrbs (quoad aliqua similiter) vsque solum ad tempora Artaxerxis, de quo 2. Esdr. à cap. 2.

Ad 2.

AD II. Responsio patet ex dictis suprà, circà loca illa Zachar. 1. & 7. intelligenda de 70. annis, longe ante transactis.

Ad 3.

AD III. Respondent aliqui, vt Pererius in Dan. & Scaliger 6. Emend. cap. de Hebdom. Dan. pag. 284. postined. Mardochæū non dici fuisse de numero captiuorū, quos transtulerat Nabuchodonosor cum Iechonia: & in verbis illis, *filij Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor transtulerat:* illud, *qui translatus fuerat,* non referri ad Mardochæum, sed ad proauum eius Cis, licet alterum illud relatiuum, *qui fuit nutritius Esther,* ad ipsum Mardochæum referatur. Obstare videbitur, quòd cap. 11. vers. 2. *Erat autem de eo numero captiuorum quos transtulerat Nabuchodonosor,* &c. referri constat ad Mardochæum. Sed hoc obstare negabunt: & Respondebunt, cùm dicitur Mardochæum fuisse *de numero* eorum, quos abduxit Nabuchodonosor, significari solummodò eum fuisse de stirpe translatorum tempore Iechoniæ: seu fuisse translatum in parentibus suis virtute non actu, cuius similia vide §. 39. sub vltima sententia, obiectione 4. Denique, Respondent alij, sic annos Regum Persarum esse componendos, vt non tot chronologicos regnauerint quot eis tribuuntur: & quamuis adhuc remaneat ætas longa tribuenda Mardochæo, non tamen ipsa repugnet. Hæc sufficiāt istô locô. Nam de his expressiùs vbi de Regibus Persarū sub sequenti Periodo.

## XXXII. DIFFICVLTAS. DE IISDEM ANNIS 70. an, aut quomodò dici possint 77. iuxtà 3. Esdr. 1. vers. 58.?

§. 99.

1. Sent.

PRIMA SENTENTIA esse potest, Annos 70. qui dici solēt Captiuitatis, fuisse hic expositos tanquàm alibi rotundô numerô dictos, per annos 77. ita vt vndecumque incœperit illa Captiuitas, vel vbicumq; finierit, tribuendi sint illi non 70. solum anni, sed 77. pro chronologia.

Probat.

PROBARI potest hęc Sententia permultis argumentis.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM. Petitur à more Scripturæ sacræ, & Politicorum. Non enim est insolitum, numerum rotūdum poni pro fracto, vt patet in exemplo de 72. Interpretibus, & 72. Discipulis, quos vocare solemus rotundô numerô 70. pro 72. Item, multi grauésque authores, vt S. Augustinus, cúmque secuti Pererius, Baradius, Torniellus, & alij, exponunt annos illos 400. qui dicuntur Gen. 15. Iudith. 5. & Act. 7. positos pro 405.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. Petitur à fide saltem historica istius libri 3. Esdræ, non ei hôc locô deneganda. Nam in hac materia, quæ ad fidem non spectat, non est insolitū aliquas desumi regulas ab extrà Scripturam canonicam. Vt primò, ab Edit. Septuaginta Interpretum, qualiter factum est in generatione & annis Cainam huius nominis secundi: & in expositione grauissimæ illius difficultatis de annis 430. qui dicuntur habitationis filiorū Israel in Ægypto Exod. 12. Vt omittā quod S. Lucas, & B. Stephanus, quędam ab eis sunt mutuati. Secundò, a Beroso, Iosepho, & alijs historicis qualiter

factum est, iuxtà Torniellum, in explicatione anni primi Nabuchodonosor, de quo Ierem. 25. & secundum quosdam Dan. 1. Tertiò, ab eodem Iosepho, ab Eusebio, Ptolomæo, &c. qualiter faciunt quotquot ferè authores, exceptis Hebræis, Clem. Alex. & Genebrardô, qui tractantes annos à 70. Captiuitatis ad Christum Dominum, seu à Captiuitate ad initium 70. Hebdomadum Danielis, putant eos incipere annô vigesimô Artaxerxis Longimani 2. Esdr. 2. in quibus computandis vtuntur æris Iphiti, seu Olympiadum, Palíliorum, seu Vrbis Conditæ, Nabonassaris, & similibus. Quartò, ab iisdem, & Herodoto, Diodoro Siculo, &c. qualiter faciunt in computandis annis regni Cyri, Cambysis, Darij Hystaspis, & aliorum. Cur non ergo ex hoc libro 3. Esdr. etiamsi non habito Canonico? Siquidem medium quoddam habet inter libros Canonicos & profanos.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab eadem fide historica libri huius, in aliis materiis. Nam in hoc eodem libro constat, numeros æquè ac historiam, in reliquis rebus ad vnguem respondere libris canonicis: & in eodem libro tradi reditum aliquem filiorum Israel ex captiuitate, qui fuit secundus sub Zorobabele, cap. 3. 4. & 5. quique non parum lucis affert iis, quæ traduntur 1. Esdr. 5. & 6. proùt de illo fusiùs agemus in sequenti Periodo. Neque verò credibile est, authorem illum, qui vidit & allegauit Ieremiam, quique vidit libros Regum, Par. & 1. ac 2. Esdr. neque adeò ignorare potuit annos Captiuitatis, vbique passim dici 70. voluisse nihilominùs inconsultò dicere illos 77.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd, Scriptura canonica non assignat ità clarè terminos inceptionis, durationis, & solutionis Captiuitatis, quandò loquitur de ipsa, captiuis, tùm abductis, tùm abducendis: quin facile dici possit, captiuos ipsos ignorasse præcisum initium, & finem annorum, quoad numerum. Et quidem

Quoad *initium* eorum, constat de se, & ex variis sententiis authorum circà illud. Siquidem alij putarunt illud assignandum esse temporibus Iosiæ, scilicet anno eius decimotertio. Alij anno tertio vel quarto Ioakim. Alij anno eiusdem Ioakimi vndecimo. Alij denique vndecimo Sedeciæ.

Quoad *finem*, quamuis quidem asseratur captiuis, suam captiuitatem esse reducendâ, cum completi forent 70. anni Imperij Babylonis. & visitaturus esset Deus super regem Babylonis, cum cœpturi forent impleri in Babylone 70. anni, & Deus reducturus Israelitas in locum suum, vnô verbô, post 70. annos: quamuis etiam constans fuerit ex euentu, solutam quidem fuisse Captiuitatem annô Cyri primô; tamen nullus ex tunc scire potuit, an illud, *post 70. annos*, intelligendum esset proximè & immediatè, an verò aliquot annis post. Et nunc nullus dicere potest, an non intercesserint anni aliqui inter 70. illos annos, & solutionem factam annô primô Cyri. Quid, quod Daniel ipse hoc ignorabat, vt patet ex eius cap. 9. vers. 2. nec est incongruum ex iis quæ tractat Pererius lib. 10. in Dan. pag. 601.

QVOD SI dicas, illa verba 2. Par. 1. & 3. Esdr. & Dan. *In repletione verbi Domini, vt compleretur sermo Domini*, numerum annorũ inferre videri repletionem immediatè post.

RESPONDEBITVR. Hoc ipsum esse quod petitur, an illa repletio, siue verborum Domini, siue annorum, intelligatur immediatè post, & de 70. annis præcisè tantùm: annon de aliquibus suprà illos, adeòque an 70. dicantur rotundô numerô pro 77.

SED ne in ipsa solutione Captiuitatis Iudæos satis intellexisse, an ibi præcisè finirent anni 70. prædicti, videtur inferri ex locis allatis prophetarum, Aggæi, & Zachar. Nam Aggæ. 1. vers. 2. *Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.* Vbi videntur Iudæi dubitasse, an 70. anni essent præcisè intelligendi de solutione Captiuitatis, an de ędificatione tẽpli: & hoc ex vers. 1. *anno secundo Darij*. Item, Zachar. 1. vers. 12. *Iste iam septuagesimus annus est*: & hoc etiam ex vers. 1. & 7. *anno secundo Darij*. Et cap. 7. à vers. 2. describitur quomodò quidã primarij consulunt prophetam, an adhuc ipsis esset *ieiunandum*, sicut iam fecerant *multis*, seu, 70. *annis* transactis: forsitan existimantes hoc requiri, ad obtinendam impletionem promissionum Dei: & hoc ex vers. 1. *anno quarto Darij*.

V. ARGVMENTVM. Petitur ab authoritate huius libri 3. Esdræ. Nam quamuis non sit ab Ecclesia habitus canonicus: attamen eum maioris æstimationis esse, quam quoscumque alios historicos profanos, vel non canonicos, constare potest ex his quæ habentur à Patribus apud Genebrardũ pag. 181. & 188. Vbi etiam non dubitat Genebrardus, quamuis audenter satis, proferre, libros huiusmodi esse canonicos. Sed vbi dicit tertium istum librum censeri canonicum (debebat dicere solummodò pium) ab Origene, Homiliâ 9. in Iosue, S. Athanasio lib. 3. contrà Arianos. S. Cypriano Epist. ad Pompeianum. S. Augustino lib. 18. Ciuit. cap. 3. Quamuis enim nec inde, nec propterea, constet eum esse Canonicum, Canonicos enim declarare libros ad solam Ecclesiam Catholicam, & non ad singulares quosque pertinet: tamen inde saltem constat eum non esse minoris, imò

maioris esse faciendum, quàm quoscumque alios huius generis non sacros, multò magis profanos. Idem, confirmari potest ex his quæ habentur apud Pererium lib. 15. in Dan. pag. 897. vbi notat Pererius, sententias aliquot lib. 4. Esdr. non solùm patres, sed etiam ipsam Ecclesiam vsurpare.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM. Petitur à conuenientia, ex Ieremiæ 34. à vers. 13. vbi, sicut puniti fuerunt ob transgressionem præcepti de seruis remittendis post annos 7. ità captiuitas eorum durauerit per 7. decades annorum, & septenatium eis superadditum.

1. Obiect. OBIICI potest contrà hanc Sententiam 1. Id quòd habet Torniellus an. 3425. num. 4. dici hoc in libro cap. 1. vers. 34. Ioachaz, quem aliô nomine vocat idem iste liber Iechoniam, filium Iosiæ, constitutum fuisse regem à populo, pro Iosia patre suo, cùm esset *annorum* 33. Quòd nequaquam, inquit Torniellus, verum esse potest, tùm quia hoc pugnat cum locis 4. Reg. 23. à vers. 30. vsque ad 33. & 2. Par. 36. vers. 1. & 2. vbi expresè dicitur quòd tunc erat 23. *annorum*: tùm etiam quia sequeretur ipsum natum esse annô sextô vel septimô vitæ patris sui, quod est impossibile. Diximus enim, ait Torniellus, Iosiam annô ætatis suæ trigesimononô fuisse interfectum. Hoc scilicet dixit sub eôdem annô num. 1. quia vidit haberi 4. Reg. 22. vers. 1. & 2. Par. 34. vers. 2. *octo annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit in Ierusalem.* Additis enim 8. ad 31. fiunt 39.

1. Respons. RESPONDERI potest. 1. Non esse difficile conciliare locum illum. Neque enim in libris Reg. & Par. dicitur quod affirmat Torniellus, Ioachaz tunc fuisse 23 annorum, quandò populus constituit eum regem: sed dicitur seorsim 4. Reg. 23. vers. 30. & 2. Par. 36. vers. 1. *Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo*: & seorsim Reg. vers. 31. & Par. vers. 2. 23. *annorum erat Ioachaz, cùm regnare cœpisset, & 3. mensibus regnauit in Ierusalem.* Atqui in similibus sæpè expositis, in vtroque Ioram, in Ochosia rege Iuda, imò verò in ipso Iosaphat, ostensũ est, hæc esse sic exponenda, 23. *annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset*, nimirùm cũ patre Iosia; *& 3. mensibus regnauit*, nimirum post patrem: & tunc, *tulit eum populus*, & natus erat 33. annos. Atque hunc esse sensum lib. 3. Esdr. manifestè patet ex inspectione verborum eius. Sic enim dicitur vers. 34. *Et assumentes qui erant ex gente, Iechoniam,* (hic est Ioachaz) *filium Iosiæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo, cùm esset annorum.* 33. vers. 35. *Et regnauit super Israel mensibus tribus.*

Quarè, ad illud inconueniens Tornielli, de annis Iosiæ, Responderur, cum plùs 39. vixisse, & illa verba, 8. *annorum erat cùm regnare cœpisset*, eôdem modô exponenda esse, scilicet cum patre, & auo. Quòd non est magis inconueniens, quàm Ochosiam regem Iuda filium Ioram, & nepotem Iosaphat, regnasse cum vtroque, proùt conclusum fuit suô locô.

QVOD SI dicas, colligi Ioachaz fuisse iuniorem Ioakim, ex eo quòd Ioachaz dicatur fuisse 23. annorum quandò regnare cœpit: Ioakim verò 25.

RESPONDEBITVR, Propterea non hoc inde colligi rectè per authores: sed colligendum esse tantùm ex eo quòd 1. Par. 3. vers. 15. *Filij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanam, secundus Ioakim, tertius Sedecias, quartus Sellum*; qui Sellum probatus fuit idem esse qui Ioachaz.

SI INSTES, huic loco 1. Par. contradicere locum 3. Esdr. per quem asseritur Ioachaz fuisse 33. annorum quandò regnare cœpit post patrem. Nam tribus tantùm mensibus post eum regnauit Ioakim: qui tamen asseritur fuisse tunc solummodò 25. annorum.

RESPONDEBITVR. Propterea quandò Ioakim dicitur 25. annorum cùm regnare cœpisset, exponendum esse hoc, cum regnare cœpisset cum patre: proindeque simul cum fratre. Quòd non magis est inconueniens, quàm Ioram filium Achab regem Israel regnasse, tam cum patre suo Achab, quàm cum fratre suo Ochosia, proùt etiam côclusum fuit suô locô. Nec deest ratio specialis præter generales: Vt sicut Iosias regnare voluit, tàm secum quàm post se, Ioachaz, quãtumuis fratrum suorũ minimum: ita voluerit Ioakim etiamsi non primogenitum, nihilominùs si Ioachaz absq; liberis decederet, regnare post ipsum; & propterea regnare fecerit eum cum Ioachaz secum.

VRGEBIS, 2. Par. 34. vers. 1. *Octo annorum erat Iosias cum regnare cœpisset*, &c. & vers. 3. *Octauo autem anno regni sui cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid*, &c. Per posteriorem locum, ostenditur priorem intelligendum esse de regno non cum patre, sed post patrem. Nam illa verba, *cùm adhuc esse puer*, optimè possunt intelligi, cùm esset octo annorum suprà octo quibus regnare cœperat post patrem, adeóque cùm esset annorum ętatis 15. vel 16. At non rectè de 24. 25. 26. vel circiter. Neque verò dicatur, illa verba, *Octauo autem anno regni sui*, &c. posse sumi de regno cum patre. Nam eôdem modô subiditur mox, *& duodecimo anno postquã regnare cœperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis & lucis*, &c. Et infrà vers. 8. *In anno octauodecimo*

*regni sui*, &c. & cap. seq. vers. 19. *Octauodecimo anno regni Iosiæ hoc Phase celebratum est*. quæ omnia manifestũ est intelligi de regno propriè dicto, siue de regno post patrẽ, qui alias fecerat malum coram Domino, &c.

RESPONDETVR. Imprimis nihil repugnare sensum verborum illorum esse de regno cũ patre & auo: cuius regni annus octauus incideret vel viuẽte, vel mortuô patre. Similes namq; locutiones vitæ sunt, vbi de vtroque Iorã, & vtroque Ochosia, sed & de ipsomet Iosaphat. Deinde, esto, illa verba sumantur de regno propriè dicto: quid repugnat eum vocari puerũ, etsi natũ 24. annos: cum hæc phrasis sit adeò Scripturæ frequẽs vt probatione non egeat: eiusque sit sensus, cùm adhuc esset iuuenis.

2. Respons. RESPONDERI potest II. Etiamsi cõcederetur, locum illum fuisse corruptum, quòd non: ne proptereà librum illum esse reiiciendum in hac materia, vel minoris faciendum, quàm translationem Septuag. Interpretum, aliósue authores tot in locis corruptos, aut etiam errantes. Vt omittam Caietanum, & alios, admittere libros ipsos canonicos, in similibus fuisse corruptos: omittam ipsummet Torniellum id admittentem circà annos Ochosiæ regis Iuda, qui 4. Reg. 8. vers. 26. dicuntur 22. & tamen 2. Par. 22. vers. 1. dicuntur 42.

2. Obiect. OBIICI potest II. In illo lib. 3. Esdr. haberi alium quendam errorem in chronologia, ex quo suspecta reddi possunt, quæ ille tradit de eadem materia. Nam cap. 5 postquã descripsit quomodò Iudęi qui ascenderant sub Cyro, impediti sunt ædificare templum: dicit v℣s. vlt. *Et aggressuras exercentes, impedierunt, ne consummaretur ædificium omni tẽpore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per bienniũ vsque ad Darij regnũ*. Si bienniũ illud iungas cum 2. annis, aut etiam vno tãtùm completo, qui transiit ab aduẽtu captiuorum in Ierusalem, vt ostenditur 1. Esdr. 3 v℣s. 8. & 3. Esdr. 5. v℣s. 56. & addas aliũ ad plùs annum, quem à primo Cyri insumpserũt in proficiscendo de Babylone, & denique annum primum Darij: non erunt a primo Cyri ad secũdum Darij, plus quàm 5. anni. Hoc autem erit contrà communem Chronologiam, quâ, Cyro tribuuntur, vel iuxtà Herodotum anni 29. & iuxtà alios, 30. vel iuxtà Xenophontem, 6. completi: & Cambysi filio eius tribuuntur 8 vel 9. prout 9. Menses quibus Smerdes regnauit post eum, solent regno ipsius attribui.

Discussio quidem plena Difficultatis istius, proprie pertinet ad Periodum sequentem, vbi tractabitur de regibus Persarum, & annis eorum. Vbi quidem ostendetur computationem illã 30. annorũ Cyri à primo solutæ captiuitatis non esse bonam. Inicium, non solũ eam negaret Genebrardus: sed etiã Cambysem regnâsse 10 annis seorsim post Cyrũ patrẽ. Verũ, his omissis, vt ad obiectionis verba directè accedamus

RESPONDETVR. I. Sẽsum *biennij* illius esse posse, nõ quod op⁹ protractũ fuerit per bienniũ illud solũ, sed quod gentes illę protraxerunt ipsum *per bienniũ*, quãtùm ad aggressuras: quibus nihilominus trãsactis, fuerit opus protractũ per longius adhuc tẽpus, scilicet vsq; ad Darij regnum. Nam sicut illa verba, *vsque ad Darij regnũ*, non excludunt, quin protractũ fuerit adhuc opus ad lõgius tẽpus, nimirũ ad annũ Darij secũdũ: ità verba illa, *per bienniũ*, non excludũt, quin opus protractũ fuerit ad tempus bienniô lõgius. Porro phrasim huiusmodi vsitatã esse Scripturæ, constat ex notione vocis, *donec*, apud eam, cui æquiualet sæpè illa, *vsq;*. Cui etiam non obstat, quòd hôc locô certus quidã numerus ei cõiũgatur. Nam numerus ille sic ei cõiungitur quoad textũ vt tamen sit ab ipso disiunctus quoad sensum. Authorem autem huius libri aliquas habere sententias, in quibus disiunctiones huiusmodi sunt intelligẽdæ, patet, cap. 8. v℣s. 6. *Anno septimo regnante Artaxerxe, in quinto mense, hic est annus septimus regis, exeũtes de Babylone, nouilunio quinti mensis*. vers. 7. *Venerunt Ierosolymã iuxtà præceptum illius, secundùm prosperitatem itineris à Domino ipsorum datam eis*. Illud enim, *in mẽse quinto, & nouilunio quinti mensis*, non esse coniungendum cum illis, *exeuntes de Babylonia*, sed cum illis, *venerunt Ierosolymam*, constat, tàm ex postremis illis verbis, *secundùm prosperitatem itineris*, quã maximè ex 1. Esdr. 7. vbi dicitur, *Et venerũt in Ierusalẽ mense quinto, ipse est annus septimus regis, quia in primo die mensis primi, cœpit ascẽdere de Babylone, & in prima die mensis quinti, venit in Ierusalem* (Esdras scilicet), *iuxta manum Dei sui bonam super se*. & ex cap. 8. vers. 31. *Promouimus ergò à flumine Ahaua duodecimo die mẽsis primi, vt pergeremus Ierusalem*, &c. Quæ sic referuntur eodem cap. 8. 3. Esdr. vers. 62. *Et promouimus à fluuio Thia, die duodecimo mẽsis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem*.

RESPONDETVR II. Sensum etiam esse posse, quẽ indicat Genebrard⁹ lib. 2. sub Dario Longimano, seu pag. 249. post med. non quidem quòd locus ille sit restituendus, prout ille vult: sed quòd phrasis hunc sensũ ferat, *& protraxerunt structurã vsq; ad secundum annum Darij regis*, seu, ad biennium intrà regnũ Darij: tanquàm si post particulam illam, *vsque*, apponatur cõma, *per bienniũ vsque*, vel si verba illa, *per biennium*, ibi sint per anticipationem posita, vt legatur sic, *& protraxerunt structuram vsque ad Darij regnum, per biennium*, scilicet intrà eius regnum. Qui sensus eruitur tùm ex primis verbis cap. sequentis, *in secundo autẽ anno regni Darij prophetauit Aggeus & Zacharias* &c. 2. Respons.

tùm ex 1. Esdr. 4. vers. 24 *Tunc intermissum est opus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.* cap. 5. ℣ 1. *Prophetauerunt autem Aggæus propheta, & Zacharias,* &c. Hæc enim loca debent esse prorsùs similia. Alioqui opus non fuerat dicere, *omni tempore vitæ Cyri*, si tempus illud à primo eius anno, contrahendum erat ad biennium tantùm.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd nulla Scripturæ sacræ loca, nulli hucusque authores, tulerint illum sensum, vt anni 70. Captiuitatis, computentur pro 77. chronologicis: proindè nullò modò videtur admittendus ille sensus.

2 Sent. II. SENTENTIA esse potest, Annos 70. qui dici solent Captiuitatis, fuisse quidem hic expositos, tanquàm rotundò numerò dictos per annos 77. non tamen ità vt illi 77. sint chronologici: sed ità vt initium illorum sumatur ab aliquibus 7. annis, ante initium illorum 70.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, in hoc consistere pòtest, quòd per annos 77. non computentur expressè anni Captiuitatis, sed anni Imperij Babylonis: & illa verba, *in applicatione annorum 77.* non exponantur de Captiuitate, vel Desolatione terræ, sed tantummodò de eodem Imperio Babylonis. Quod confirmari potest ex verbis illis, *vsquedum regnarent Persæ*, & illis 2. Par. 36. vers. 20. *donec imperaret rex Persarum.* Atque ità totus locus sic exponatur, *in applicatione annorum 77.* non quibus durauerit illa tota Captiuitas, aut Desolatio: sed per quos, intrà quos, vel per quorū præcipuam partem, Captiuitas, aut Desolatio, transacta fuerit. Eò modò quò Baradius in superioribus exposuit loca Par. 36. & Dan. 9. Atque ità huius sententiæ multiplex potest esse modus.

1. Modus. I. MODVS videri potest esse Genebrardi lib. 2. pag. 231. dicentis: Chaldæorum monarchia 78. annos continuauit, &c. Incœpit 8. annis antè captiuitatem Babylonicam. Nam primus Nabuchodonosor, incidit in finem tertij Ioakim, Dan. 1. hoc est, fuit quartus Ioakim, Ierem. 25. Et pag. 237. post med. Nabuchodonosor imperauit annis 45. quorum 8. primi non pertinent ad Babylonicam transmigrationem 70. annorum. Hæc ille. Vndè etiam tribuit Nabuchodonosor annos 45. Euilmerodach 23. Baltasar 10. Quamuis autem Genebrardus hæc asserere potuerit, ex illis locis solis Dan. 1. & Ierem. 25 in quibus annus primus Nabuchodonosor incœpisse ostenditur annò tertiò vel certè quartò Ioakim attamen cum annos Captiuitatis faciat 70. solumodò, & posteriores libros Esdræ censeat esse canonicos, credibile est, id etiam eum asseruisse, propter locum istum Esdræ in quo habentur anni 77.

2. Modus. II. MODVS esse potest, vt Imperium Babylonis incœperit annò tertiò vel quartò Sedeciæ, & abindè anni 77. computentur. Quod nonnihil suaderi posse videtur ex Ierem. 27. vbi reges *Edon, Moab, Ammon, Tyri, & Sidonis,* mittunt ad Sedeciam rebellandi causâ: & Deus ad eos per Ieremiam mittit, dicens, se dedisse omnes terras illas in manu Nabuchodonosor, &c. Quæ quidem dicuntur cap. 28. vers. 1. euenisse *in principio regni Sedeciæ.* Exponendum autem esse principium illud regni, de regno confirmato, & de anno quarto regni eius simpliciter dicti, monuimus sub textibus posterioribus huius Periodi in Ieremia.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod hucusque probatum fuit Imperium Babylonis, & Captiuitatem comprehendi in annis 70. Ieremiæ. Ergò & in annis minus 77. Quod etiam intelligi ab authore huius libri, videtur manifestum ex verbis illis, *& erant serui illius, vsquedum regnarent Persæ*: & ex illis, *In repletione verbi Domini in ore Ieremiæ, quousque beniguè ageret terra sabbata sua.* Nam illa particula, *vsquedum*, referens in initium regni Persarum finem Imperij Babylonici, & illa particula, *quousque*, referens finem sabbatizationis terræ, in impletionem verborum Ieremiæ, videntur inferre, quòd sicut ibi habetur ratio finis Imperij Babylonis, & Captiuitatis, ita & habetur ratio aliqua durationis vtriusque. Item, hucusque probatum est initium Imperij Babylonis, & initiū Captiuitatis seu desolationis, ex æquo concurrere. Denique, hucusque expositio illa synecdochica locorum Par. & Dan. fuit reiecta.

3 Sent. III. SENTENTIA esse potest, Annos 70. qui dicti sūt Desolationis, fuisse hic appositos, non tanquàm rotundò numerò dictos, neque ita vt sint censendi chronologici: sed tanquàm extensos ad tempora quædam, quibus post solutam Captiuitatem durauerit aliquò modò desolatio, siue terræ sabbatizatio, nimirùm per 7. annos, qui ab authore cum 70. comprehensi dicti fuerunt 77.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia, ex eo quod postquàm author libri illius seorsim numerauit seruitutem Iudæorum, *vsquedum regnarent Persæ in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ*, & seorsim ponit hæc verba, *omni tempore desolationis suæ sabbatizauit in applicatione annorum 77.* Quasi

verba illa; *omni tempore*, resumant aliquid plùs, quam tempora in anterioribus dicta verbis illis, *vsquedum regnarent Persæ*, & illis aliis, *quousque benignè ageret terra sabbata sua*, scilicet, inquantùm à Ieremia prædicta.

1. Confirm. CONFIRMARI potest I. Ex serie illa textuæ, absque discontinuatione, seu diiunctione, *omni tempore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione annorum 77.*

2. Confirm. CONFIRMARI potest II. Quia credibile est Iudæos, etiamsi reuersos, non tamen potuisse tam cito reducere terram suam in culturam antiquam, spectatis maximè tùm numerò paucò, quibus redierunt sub Cyro, non plùs nimirùm 50000. 1. Esdr. 2. vers. 64. & 65. & impedimentis ac bellis per gentes finitimas allatis, & per totam historiam descriptis, &c. Vndè Genebrardus pag. 183. med. dicit, eos non cœpisse colere agros antè secundum annum aduentus eorum; quia agri nondùm erant comparati & distributi. Atque ità diuersò sensu, in solutione captiuitatis per Cyrum, cessauit, & non cessauit desolatio, seu loquendo propriè magis, non penitùs cessauit terræ sabbatizatio. Et per hoc conciliantur verba libri huius cum illis 2. Par. 36. vers. 21. *cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum vsquedum complerentur 70. anni.*

Authoris resolutio. IN HAC diuersitate sententiarum, quid dicendum? Respondeo, cùm iuxtà Scripturam canonicam, & torrentem authorum, non sint admittendi anni Captiuitatis chronologici, plùs quàm 70. aliundè verò necesse sit annos 7. superadditos hîc, vel trahere ad anteriora, vel extendere ad posteriora: necessum esse approbari secundam vel tertiam sententiam. Nihilominùs, suppositâ sententiâ de 70. annis incipientibus à desolatione: tertiam videri probabiliorem.

## XXXIII. DIFFICVLTAS. DE IISDEM SEPTVAginta Annis, ad numerum Regum, siue Imperatorum Babylonicorum comparatis: seu, Quot Reges, vel Imperatores gubernarint in Imperio Babylonico, per annos illos 70.

§. 100.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA dicit, tres tantùm Imperatores rexisse Imperium Babylonicum, intrà 70. annos Captiuitatis: nempè *Nabuchodonosor, Euilmerodach, & Baltazar.*

Ità Hebræi apud Genebrardum lib. 2. pag. 237. post med. Lyranus in Dan. Genebrardus ipse pag. 231. dicens: Chaldæorum monarchia 78. annos continuauit & tantum habuit reges Ierem. 27. Baradius lib 5. cap. 17. à §. *Quod si quis*, præsertim verò §. sequenti vbi dicit: Alij his tribus regibus addunt alios reges: sed hos, Ieremiæ dicto adhærentes, reiicimus. Porrò Euilmerodach faciunt filium Nabuchodonosor: & Baltazar filium Euilmerodach, adeóque nepotem Nabuchodonosor.

Probat. PROBARI potest hæc Sententia, quia de tribus his solis fit mentio in Scriptura. De *Nabuchodonosor*, passim in libris Reg. & Paral. &c. De *Euilmerodach*, 4. Reg. 25. vers. 27. & Ierem. 52. vers. 31. De *Baltazar*, Dan. 5. 7. & 8. Et quidem probat eam Baradius ex Ierem. 27. vers. 7. *& seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tēpus terræ eius, & ipsius.* Vbi poterat addi, verba illa 2. Par. 36. vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum*, determinata per verba Ieremiæ, confirmare hanc Sententiam. Perspicuis verbis, inquit Baradius, numerantur tantùm 2. reges præter Nabuchodonosor: quorum etiam, & non aliorum fit in sacris litteris mentio. *Seruient ei*, scilicet Nabuchodonosor, *& filio eius*, Euilmerodach, *& filio filij eius*, vel nepoti, Baltazar. Et infrà: Si alij fuissent præter hos, Ieremias illos numerasset, vt scirent Iudæi, quot reges ex Chaldæis superessent. Hæc Baradius.

Obiect. OBIICITVR contrà hanc Sententiam Iosephum 10. Antiq. 12. & apud eum lib. 1. contrà Apion. versùs med. Berosum historiæ Chaldaicæ scriptorem antiquissimum, eiusdem historiæ lib. 3. Eusebium lib. 9. de præparat. Euang. cap. 4. & apud eundem ac Iosephum in vtroque loco, Alexandrum Polyhistorem, Alphæum, & Megastenem, etiam antiquissimos: S. Hieronymum in Dan. 5. & Bedam lib. de 6. ætat. mūdi, ponere duo alios, & dicere, post Euilmerodach regnasse *Niglissar*, & post Niglissar, *Labosardach*, post quem regnauit Baltazar.

1. Respons. RESPONDET Lyranus, duos illos

fuisse eosdem qui Euilmerodach, & Balthasar, sed diuersò nomine appellatos; nimirùm Euilmerodach appellatum fuisse etiam Niglissar: & Baltasar appellatum etiam fuisse Labosardach.

Reijcitur. VERUM contrà hanc Responsionem dicit Pererius lib. 6. in Dan. pag. 376. non satis se mirari, quemadmodùm hoc fingere & affirmare ausus sit Lyranus, cùm Berosus, Alexander Polyhistor, Megasthenes, & Alphæus, Niglissar & Labosardach diuersos fuisse reges, & diuersò tempore regnasse, quam Euilmerodach, & Baltasar, apertissimis verbis confirment.

Respons. RESPONDET Baradius §. *Hæc de iis.* fin. dicens: quemadmodùm in iis quæ de Nabonido (idem est qui Baltasar) scripsit Berosus, à veritate aberrauit: ità etiam in numero regum aberrare potuit.

Reijcitur potest. VERUM contrà hanc etiam Responsionem dici potest, non solùm Berosum, sed alios multos affirmare, reges illos fuisse plures tribus. Et quamuis Berosus aberrare potuerit in aliquibus historicis rebus, seu in gestis circa personas aliquas: non tamen sequitur, quòd aberrauerit circà personas simpliciter.

Ad Probat. 1. Sent. AD PROBATIONEM huius Sententiæ Responderi potest, eam procedere solùm à negatiua, quæ in rebus huiusmodi non concludit, quandò aliquid plùs reperitur in authoritate idonea. Alioqui, non plùs quàm 3. aut 4. extitissent reges Persarū; quia Scriptura non memorauit plures, quod tamen reijcitur ab omnibus. Et deniquè, quod ibi dicitur à Scriptura, ità potest conciliari, vt tamen sententia Iosephi non reijciatur. De quà re infrà.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Sex imperatores rexisse Imperium Babylonicum intrà 70. annos Captiuitatis: nempè, *Nabuchodonosor magnum, Nabuchodonosor secundum, Euilmerodach, Niglissar, Labosardach, & Baltasar.*

Ità Author Hist. Scholast. qui enarrans historias Dan. 5. dicit duos fuisse reges Chaldæorum, nominatos Nabuchodonosor. Et vnus quidem, inquit, fuit magnus Nabuchodonosor, qui captiuos duxit Babylonē Iudæos. Is duos reliquit filios, maiorem natu, nomine patris appellatum etiam Nabuchodonosor, qui patri in regnum proximè successit, & cuius egregia facta à Megasthene Beroso, Diocle, & aliis veteribus authoribus celebrata sunt. Alterum verò filium reliquit, minorem natu, dictum Euilmerodach, qui fratri succedens secūdò locò post magnū Nabuchodonosor, Chaldaicū rexit imperiū. Hic antè 3. habuit filios, hoc ordine Imperio succedētes. 1. Niglissar. 2. Labosardach. 3. Nabonidum, siue Baltazarem.

Relicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt quædam apud Pererium lib. 6. in Dan. à pag. 374 post med. dicente, hanc opinionē 4. de causis minimè probandam esse. Non quidē quòd duos facit reges Chaldæorum, appellatos Nabuchodonosor, cùm (vt vult Pererius) & sacra & profana historia, vnum duntaxat Nabuchodonosor regem Chaldæorum agnoscat; sed quòd inter filios magni Nabuchodonosor, nullus vel in sacris, vel in externis historiis, eò nomine appelletur. 1.

Deindè, quia præclara facinora, quæ à veteribus scriptoribus prædicantur, non magni Nabuchodonosor, qui Iudaicum euertit Imperium, sed filij eius fuisse arbitratur; cùm veteres regum Chaldaicarum scriptores, quos paulò suprà nominauimus, omninò contrà sentiant, vt videre licet apud Iosephum 10. Antiq. & priori lib. contrà Apion. necnon apud Euseb. lib. 9. de præp. Euang. 2.

Ad hæc, faciens Euilmerodach non proximè post magnum Nabuchodonosor, sed secundò locò regnare, contradicit omnibus tàm Ecclesiasticis, quàm externis scriptoribus, qui Euilmerodach proximum magno Nabuchodonosor in regno successorem faciunt. Contradicit etiam diuinæ Scripturæ: quippè in 4. lib. Reg. cap. 25. & apud Ieremiam cap. 52. in trigesimoseptimo anno transmigrationis Ioachin siue Iechoniæ, induciitur iam rex Babylonis Euilmerodach. Eò autē ipsò annò, vel proximè antè, mortuum fuisse magnum Nabuchodonosor, ex sacris literis concludi potest. Siquidem transmigratio Ioachin facta est octauò annò regni Nabuchodonosor, vt traditur in 4. lib. Reg cap. 24. Præterea, regnasse Nabuchodonosor 3. & 40. plenos atque integros annos, inconfessò est apud omnes. Quocircà finis regni Nabuchodonosor, vel attigit, vel propè attigit trigesimumseptimum annum transmigrationis Ioachin, in quo tamen iam regnasse Euilmerodach testatur sacra historia. Postremò, hic Scholasticus historicus in eo cunctis authoribus aduersatur, quòd Niglissar, & Labosardach, filios esse ait Euilmerodach, & fratres Baltasaris; cum vel neutrum ille cognatione contigerit: vel certè secundùm alios, Niglissar auus, Labosardach verò pater fuit Baltasaris. Hactenus Pererius.

3. Sent. III. SENTENTIA. dicit, Quinque imperatores rexisse imperium Babylonicum, intrà 70. annos: nempè *Nabuchodonosor, Euilmerodach, Niglissar, Labosardach, & Baltasar.*

Ità Berosus historiæ Chaldaicæ antiquissimus scriptor, eiusdem historiæ lib 3. apud Iosephum lib. 1. contrà Apion. versùs med.

Idémq; Iosephus tum ibi, tum lib. 10. Antiq. cap. 12. Item, Eusebius lib. 9. de Præp. Euang cap. 4. & apud eundem ac Iosephũ in vtroq; locô Alexander Polyhistor, Alphæus, & Megasthenes, etiam antiquissimi, S. Hieron. in Dan. 5. Beda lib. de 6. ætat. mũdi. Pererius lib. 6. in Dan. à pag. 370 med. Torniellus annô 3472. num. 4. & alij multi.

Probat. PROBATVR hæc Sententia duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. apud Pererium & Torniellum, Petitur ab authoritate tot grauium, qui eam tradiderunt. Quibus [illegible] prioribus, inquit Torniellus, meritò in hac parte maior quam quibusdam recentioribus habenda est fides.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. apud Pererium à pag. 377. dicentẽ, hoc ipsum nos sentire, ac dicere diuinam Scripturam cogere, quia nempè constituit 70. annos à captiuitate Iudæorum per Chaldæos factam, vsque ad eorum liberationem, & Chaldaici regni euersionem: incidere autem facit captiuitatem, in annum decimumnonum Nabuchodonosor, 4. Reg. 25. vers. 8. Hôc positô, quoniam Nabuchodonosor annos 3. & 4[illegible] vixit in Imperio, fit vt post captiuitatẽ 25. annis regnum tenuerit. Reliqui sunt igitur ad complendam 70. annorum summam, post mortem Nabuchodonosor, anni 45. Hos annos ex regno Euilmerodach, & Baltazaris, colligere non possumus. Etenim Baltasar concessu omniũ regnauit annis 17. Euilmerodach secundùm Polyhistorem, Alphæum, & Megasthenem, 2. tantùm annos regnauit (sed locum illum apud Iosephum, corruptum vult Torniellus an. 3472. nu. 5. secundùm Seuerum Sulpit. lib. 2. sacræ hist. D regnauit annos 12. Verũ nos sequamur Iosephum, qui longissimè omnium huic regi proro[illegible] Imperiũ annos ipsi 18. assignãs: qui anni simul cum illis 17. Baltazaris, non plures 35. conficiunt. Desiderãtur ergo prætereà 10. anni. Igitur necesse est confiteri præter Euilmerodach & Baltazarem, aliquos alios regnum Babylonicum administrasse. Hæc ex Pererio.

Porrò authores huius Sentẽtiæ diuersi sũt in modis assignandi generationes, aut etiam successiones Imperatorum illorum. Vndè

1. Modus. I. MODVS, est Iosephi, S. Hieronymi, E (siue ex sua, siue ex Iosephi sententia) & Bedæ, dicẽtium Niglissar fuisse filium Euilmerodach, & in regnum successisse post mortẽ patris, & Labosardach similiter fuisse filium Niglissar, & in regnum successisse post patris mortem: deniquẽ, Baltazar fuisse filium Lab[illegible]sardach, & in regnum successisse post mo[illegible] patris.

Reiicitur. [illegible]NTRA HVNC MODVM F [illegible]antùm videlicet ad generationes istorum regnantium) vt aduertit Pe[illegible]rius pag. 373. quod Ierem. 27. Deus pollicetur se daturum imperium regi Nabuchodonosor, & post ipsum filio eius, & filio filij eius, post quẽ euersum iri Chaldaicum imperium, ex quo loco liquidò intelligitur, post Nabuchodonosor, duos tantũ reges *ex posteris eius*, tenuisse imperiũ, hoc est filiũ, & nepotẽ ipsius.

II. MODVS, est Alexandri Polyhistoris, Alphæi, & Megasthenis, dicen[illegible]ium Euilmerodach fuisse quidem filium Nabuchodonosor; Niglissar autem non filium eius, B sed maritum sororis ipsius, & occidisse illũ ac re[illegible]nasse; post quem Labosardach filius Niglissar, regnum tenuit: quô tamẽ propter scelera inuisô & exosô, ob idque à Chaldæis [illegible]ccisô, suffragiô principum assumptus est ad regnum vnus de interfectoribus, e Babylone, & ex eadem gente, cui nomen erat Nabonidus: quô postmodùm à Cyro deuictô, finem habuit regnum Chaldæorum, Medis Persisque subiectum. — 2. Modus.

Licet autem nonnulli putauerint, hunc Nabonidum esse alium à Baltazar: meliùs C tamen Iosephus 10. Antiq. 13. & reliqui, censent non fuisse diuersum; quamuis Berosus quædã de illo referat, non cõsona Scripturæ sacræ. v. g. cum à Cyro fuisse victum extrà Babylonem, neque interfectum, sed in Carmania viuere permissum; cum tamen Scriptura sacra ostendat, eum fuisse occisum in Babylone, eã nẽpe nocte, qua Babylonia à Dario Medo, & à Cyro, simul pugnãtibus, fuit capta. Itaq; secũdùm istos, videtur Baltazar, non fuisse nepotẽ Nabuchodonosor.

CONTRA HVNC MODVM — Reiicitur. Faciunt, (quantùm videlicet ad eandem generationem istorum regnantium) & idem locus Ierem. 27. vbi promittitur imperium filio Nabuchodonosor, & filio filij eius, & Dan. 5. vers. 11. vbi Nabuchodonosor dicitur pater Baltazar: quod exponens S. Hieronymus, dicit, *Quod autem Nabuchodonosor, qui proauus fuit Baltazaris (auum intellige) hoc loco vocetur eius pater, non facit errorem scientibus sacræ Scripturæ consuetudinẽ, qua omnes proaui, omnesq; maiores appellantur patres.*

III. MODVS, & melior præcedentibus, est Pererij, Tornielli, & aliorum, dicentium, neque Niglissar, neque Labosardach, fuisse de progenie Nabuchodonosor: Baltazar autem contrà, fuisse nepotem eius, filium Euilmerodach. — 3. Modus.

PROBATVR hic Modus à locis Ierem. 27. & Dan. 5. ex quibus ostensum est in refutatione Sententiarum præcedentium, Euilmerodach fuisse filiũ Nabuchodonosor, & Baltazar fuisse filium Euilmerodach, sicque hos inuicem fuisse progenitores & progenitos, vt nulli alij sint inuicem tales, in serie istorum regum. — Probat.

Cvr autem Baltazar, inquit Pererius, qui nepus fuit Nabuchodonosor, non statim secundô locô post ipsum regnauerit, sed alij qui non erant de posteris Nabuchodonosor, ipsum Baltasarē in regno præcesserint, nec sacra Scriptura vsquam tradit, nec ab vllo scriptorum, quod ego sciam, proditum est. Verum si licet coniecturâ quasi diuinare, existimari posset, cùm Euilmerodach pater Baltazaris, à marito sororis Niglissar occisus est, vt tradunt authores, quos priori librô contrà Appionem citat Iosephus, fuisse tunc Baltazarem admodùm paruulum, & ab eius cognatis patrisque amicis, fuisse neci, ad quam filij Euilmerodach quærebantur, subductum, & ad tuta loca deductum, ibíque commoratum, quoad patris hostes regnauerunt; quibus ob scelera inuisis & exosis, ob ídque a principibus Chaldæorum interfectis (dicendum, vel alterô; nam Niglissarum Berosus facit non occisum) Baltazar principum suffragiô in paternum regnum est restitutus. Hæc Pererius.

Non omittendum, Niglissar, Labosardach, & Baltazar, alia nomina fuisse sortitos. Nam *Niglissar*, dictus etiam fuit *Nirsglissoroor*, & *Nerigliss oroor*, & apud Bedam *Egesar*. *Labosardach*, dictus est etiam *Laborosardoch*, & *Labosardach*. *Baltazar* deniquè, dictus est *Balsasar*, & a Polyhistore & Alphæo, *Nabonidus*, ab Herodoto lib. 1. *Labinitus*, ab aliis *Nabonedus*, & *Labinetus*, à Chaldæis *Naboandel*, apud Bedam *Naboan*, apud Genebrardum pag. 237. *Nebrindus*, apud Annium & Pererium, *Regnassar*, denique ex opinione Pererij pag. 362. fin. apud Ierem. 50. vers. 2. *Merodach*.

1 Obiect. OBIICITVR contrà hanc Sententiam I. Ierem. 27. vers. 7. *& seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius*, &c. vide Baradium sub 1. sententia.

Respons. RESPONDERI potest, argumentum à negatiuâ non semper concludere, proùt superius iam est dictum. Scripturam autem exponi posse de regibus legitimis, nec excludere, quin alij ab antiquis authoribus relati, regnauerint per vim, nefas, aut tyrannidem.

2. Obiect. OBIICITVR II. Eusebium in Chrôn. Seuerum Sulpit. lib. 2. sacræ Hist. & Theodoretum in 5. Danielis, dicere, Baltazarem non fuisse filium Euilmerodach sed fratrem natu minorem.

Respons. RESPONDET Pererius hanc opinionem manifestè esse falsam, vt perui... it ... d te... monium Ierem. 27. quô Deu pro... tit ... [illegible] regnum Nabuchodonosor ... post ipsum, *filio eius, & filio filij eius*.

3 Obiect. OBIICITVR III. Authorem Hist. Scholast. Dan. 5. dicere, Euilmerodach non fuisse filium, sed fratrem Nabuchodonosor.

Respons. RESPONDETVR. Hanc opinionem ... esse manifestè falsam, tum ex eodem Ieremiæ te... tum ex attestatione omnium omnino antiquorum. Vndè meritò inquit Torniell... num. 3. reiiciendum esse hunc Authorem Hist. Scholast. quia contra vniformem priscorum authorum attestationem ausus sit sine vllo asserere fundamento.

4. Obiect. OBIICITVR IV. Baruch. 1. vers. 11. *Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltazar filij eius, & vt sint dies eorum, sicut dies cœli super terram*: vers. 12. *Et vt det Dominus*, &c. *vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Baltazar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum*. Ibi videtur Baltazar fuisse primus filius Nabuchodonosor, & proximus eius in regno successor.

Respons. RESPONDET Pererius, ex dictis constare, hunc Baltazarem, fuisse alium ab illo vltimo Babylonis rege, per Darium & Cyrum occiso. Coniectat autem Pererius eum, vel fuisse eundem qui mortuô patre, sumpserit nomen *Euilmerodach*: vel fuisse primum filium Nabuchodonosor, ad quem ni mortuus fuisset, post mortem patris deuenisset Imperium.

4 Sent. IV. SENTENTIA esse potest, quasi media, vt tres tantùm Imperatores legitimi, rexerint Imperiũ Babylonicum intrà 70. annos Captiuitatis: Duo autem alij rexerint quidem cum eorum aliquo, sed quia rexerint per vim, propterea non sint in numero Imperatorum recensendi.

Probat. PROBATIO huius Sententiæ, pendet à Sententiis præcedentibus, & ab illa ratione, quæ nobis videtur hôc locô propter Ieremiam recipienda, vt quia locus est iuri hæreditario, nec Scriptura voluit alios memorare: propterea, qui per vim intrusi regnarunt, non sint in numero regnantium recensendi. Itaque propter antiquos authores consentientes Niglissar, & Labosardach, personas eorum non reiicimus: propter ius autem hæreditarium, à Scripturâ stabilitum, nec huiusmodi regnantes ab ea recensitos, qualitatem Imperatorum ab eis excludimus. Atque ita propriè loquendo, tres tantùm fuerunt Babylonis Imperatores.

Et per hæc soluitur Obiectio, quæ fieri posset, de quibusdam. v. g. de Abimelech Iudice, per vim & tyrannidem intruso. Nam quia ius illud habitum fuit non per hæreditatem successionum, sed per electionem actualem, aut virtualem, quæ pendet à populi potestate: & quia Scriptura nec-

morauit eum, propterea non illum annis cum numero reiecimus. Idem erit subsequenti Periodo, de quibusdam regibus Ægypti, & Syriæ, post Alexãdrum magnum, hac per vim intrusis. A

## XXXIV. DIFFICVLTAS. DE IISDEM ANNIS 70. ad numerum annorum cuiusque Regis, vel Imperatoris Babylonici, comparatis: seu, Quotnam annis quisque rex, vel Imperator, gubernauerit in imperio Babylonico, per illos 70. annos?

§. 101.

QVoniam hæc difficultas tractari potest simul de annis cuiusque Imperatoris, & in singulari Nabuchodonosor, tam intrà, quàm extrà 70. illos annos, multaque variæ sunt super tota difficultate hac authorum sententiæ: propterea videtur ponendum esse priùs id quod circà Nabuchodonosor certissimum est ex Scriptura sacra, posteà verò ad singulorum sententias, & singulos reges, descendendo. Itaque

QVANTVM ad *Nabuchodonosor*. Ierem. 25. vers. 1. 52. vers. 28. 4. Reg. 24. vers. 12. Ierem. 32. vers. 1. & 52. vers. 29. 4. Reg. 25. vers. 8. Ierem. 52. vers. 12. & 30. visum fuit, mentionem haberi anni primi, septimi octaui decimioctaui, deciminoni, & vigesimitertij, eius. Hæc autem intelligenda esse de annis regni simpliciter dicti, constiut. Porro 4 Reg. 24. vers. 12. Nabuchodonosor suscepit Iechoniam *anno octauo* regni sui huiusmodi simpliciter dicti. Dicitur autem cap. 25. vers. 27. & Ierem. 52. vers. 31. *Factum est vero in anno trigesimoseptimo trãsmigrationis Ioachin* (seu Iechoniæ) *regis Iuda, mense duodecimo, vigesimaseptima die mensis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere.* Ex his locis certissimum est, Nabuchodonosor non excessisse annos 45. Nam 8. sub quibus suscepit Iechoniam, & 37. sub quibus regnauit Euilmerodach, iuncti simul, non efficiunt plùs quam 45. Itaque D E

Eusebius in Chron. ponens obitum Nabuchodonosor, & initium regni Euilmerodach in anno a desolatione Ierusalem decimonono, & à transmigratione Iechoniæ trigesimo, consequentet non tribuit annos regni Nabuchodonosor, plùs quàm 36. vel 37.

Verum, ex locis Scripturæ allatis, manifestè patet Eusebium omninò fuisse illô locô hallucinatum.

Genebrardus lib. 2. initiô, seu pag. 231. col. 1. fin. & 233. versùs fin. & Batadius suprà §. *Alij*. & §. *Restant*, fin. tribuunt ei 45. B

Verùm immeritò refutat eos Torniellus an. 3471. num. 1. fin. Nam ab anno, inquit, Ioakim quarto, qui fuit primus Nabuchodonosor, vt expressè tradit Ieremias cap. 25. vers. 1. vsque ad annum transmigrationis Iechoniæ trigesimumseptimum, qui fuit primus Euilmerodach, non nisi 3. & 40. (adde, saltem non plùs 44.) inueniuntur.

C Communior quidem sententia est Berosi, ac ceterorum veterum, apud Iosephum & Eusebium; locis citatis, necnon post eos S. Hieronymi in 5. Dan. itemque Bedæ lib. de 6. ætat. mundi. Scaligeri lib. 5. Emendat. cap. de anno primo Euilmerodach, seu pag. 220 Pererij lib. 1. in Dan. pag. 32. & lib. 6 pag. 4-5. fin. Tornielli an. 3471. num. 4. & aliorum, *Nabuchodonosor* regnasse tantum *annos* 43. completos.

Nec obstare dicentur illa verba 4. Reg. 25. vers. 27. & Ierem. 52. vers. 31. *Mense duodecimo, vigesimaseptima die mensis*, ex quibus videri posset annum illum trigesimumseptimum transmigtationis Iechoniæ, fuisse ad dies propè tres completum.

Nam, vt monet Torniellus an. 3472. num. 1. hæc non referuntur ad annum primum Euilmerodach, quod de se patet in Scriptura: sed ad annum vel sacrum, (hunc non admittimus) vel mundi. Consequenter, non ad annum transmigrationis, quod etiam patet ex innumeris Scripturæ similibus locis: multò minùs ad Nabuchodonosor, de quo nullus ibi sermo.

Gordonus tamen, a reliquis deficiens cap. 13. ad Period. 7. seu pag. 226. num. 52. tribuit ei annos 44 pro cuius sententia subdit hæc Torniellus: Posset tamen admitti opinio illorum, qui eidem Nabuchodonosor tribuunt annos regni 44. si postremum non expleuisse, sed tantummodò attigisse concedant. At quia in chronologia computantur solùm anni completi: ideò tu hac Gordoni sententia dici posset aliud quiddam, videlicet anoum octauum Nabucho-

donosor, in quo suscepit Iechoniam, proindéque incompletum, & annũ trigesimum-septimum transmigrationis Iechoniæ, in quo Euilmerodach cœpit regnare, qui nihilominùs pro aliqua sui parte pertineat ad Nabuchodonosor, proindéque etiam incõpletum, simùl iunctos, efficere vnum completum. Sic enim 7. completi, quibus suscepit Iechoniam, 36. completi à transmigratione Iechoniæ, quibus Euilmerodach sublenauit eum, efficiẽt 43. Adde vnum completum ex duobus incompletis compositum, erunt 44. At quia etiam non videmus fundamentum sufficiens, pro duobus illis annis incompletis vnum completum annum conficientibus: propterea sententiam hanc aliter posse declarari censemus. Alterum videlicet de duobus. Aut annus octauus regni sui quô Nabuchodonosor suscepit Iechoniam, reputandus est fuisse tantùm in initio sui: aut reputandus est fuisse in sui fine. Si primum, cùm primus transmigrationis non computetur completus nisi initiô noni Nabuchodonosor, & relinquat antè se tantùm annos septem: tunc vsque ad trigesimumseptimum transmigrationis inceptum, erunt tantummodò 43. Nam 36. transmigrationis, & 7. antecedentes faciunt solummodo 43. Si secundum, cùm primus transmigrationis computetur completus in fine noni Nabuchodonosor, & relinquat antè se 8. fere completos, & octauus ille deperdi non debeat, sed computari pro completo, prout de facto fuit in se cõpletus, proindéque trigesimussextus transmigrationis cogitari possit completus intrà vltimũ Nabuchodonosor non completum propterea non immeritò reperiri poterunt 44. tribuendi Nabuchodonosor.

Nec obstabit, quod primus Euilmerodach incipiat in illo trigesimoseptimo transmigrationis.

Nam vtrumque verum esse potest, & quod primus Euilmerodach incœperit in trigesimoseptimo transmigrationis, scilicet per paucum tempus, quod etiam nonnihil indicatur, cùm dicitur Iechonias per eum liberatus annô quô regnare cœpit, hoc, inquam, credibiliter factũ est statim ab initio quo regnauit: & quod trigesimussextus trãsmigrationis fuerit completus in vltimo non completo Nabuchodonosor.

Et quoniam probabile est annum octauum Nabuchodonosor, quo suscepit Iechoniam, fuisse prope completum, quia videlicet Ioakim regnauit suos 11. cõpletos, proindéque 12. inceptos, & Iechonias insuper regnauit 3. menses & dies 10. & inter vtrumque non improbabiliter concedi potest aliquod tempus, saltem annus ille Nabuchodonosor octauus fuit pro magna parte protractus quandò facta vel completa est transmigratio: propterea sententiam istam meritò putabit aliquis probabiliorẽ, vt Nabuchodonosor regnauerit annos 44. cõpletos.

QVANTVM ad *Euilmerodach*, Berosus apud Iosephum lib. 1. contra Appiun. & *Polyhistor* apud Eusebium 9. Præp. Euang. tribuunt ei annos tantùm 2. At numerum illum esse corruptum meritò contẽdit Torniellus an. 3472 num. 5. Seuerus Sulpit. lib. 2. hist. tribuit ei 12. Iosephus 10. Antiq. dat ei annos 18 Sed numerus hic videtur Pererio pag. 406. init. (vide & 404.) ex Beda & Ruperto vitiosus. nimirum Beda lib. de 6. ætat. mundi in dubium reuocat nùm Iosephi codices sint corrupti. Corruptos autem esse constat, quia annos istorum Regum faciunt 100. Torniellus legendũm volens apud Berosum, annos 22. hũc numerum amplectitur. Denique Hebræi apud Genebrardum, & Baradium, necnon ipsimet Genebrardus pag. 237. & Baradius pag. 231. col. 2. B & permulti recẽtiores, tribuũt ei annos 23.

QVANTVM ad *Niglissar*, Berosus apud Iosephum, tribuit ei annos 4. Iosephus 10. Antiq. dat ei 40. Sed hunc numerũ Pererius suprà vult ex Beda & Ruperto, esse vitiatum. Torniellus adhęrens Beroso, dat ei 4. tantũ.

QVANTVM ad *Labosardach*, antiqui omnes, quibus adhærent reliqui, tribuunt ei tantùm 9. menses.

QVANTVM ad *Baltazar*, Berosus, cui adhærent Pererius, & Torniellus, tribuit ei 17. Genebrardus 10. Baradius 3.

Porrò, Pererius suprà, pag. 406. hæc habet: Quantùm ad Euilmerodach, & Niglissar: nos, vt constet summa 70. annorum, ab anno regni Nabuchodonosor decimooctauo vsque ad extremum regni Baltazaris, quẽ paulo suprà constituimus, cogimur regi Euilmerodach, & Niglissar simul tribuere annos 27. de quibus annis, quot vnicuiq; istorum duorum assignari conueniat, incompertum est.

Nos autem probabilius putamus, iuxtà sententiam nostram §. præcedenti propositã, relictis Niglissari, & Labosardacho, suis annis & mẽsibus, & Niglissari quidem probabilius 4 annis, Labosardach 9. mẽsibus: annos reliquos istius captiuitatis totos esse tribuendos Euilmerodacho, & Baltazari, tãquàm solis legitimis Imperatoribus. Vnde cùm ex Scripturà sactà constet, annos Nabuchodonosor restantes à desolatione Ierusalem, esse tantum 26. restẽntque 44. Euilmerodacho & Baltazari distribuendi: hi 44. possunt duobus istis Imperatoribus sic attribui, vt Euilmerodach, iuxtà chronologiam Hebræorum cap. 28. & recentiores, regnauerit annos 23. Baltazar verò reliquos, nimirum 21. *Sequens §. debuit poni post 99.*

## XXXIV. DIFFICULTAS. DE IISDEM SEPTUAginta Annis, ad Darium Medum comparatis; seu, An ratione Vnius anni Darij Medi, qui memoratur Dan. 9. vers. 1. addendus sit vnus annus ad Chronologiam, an non?

§. 101.

A Prætermissis, hòc loco Sententiis quotúdam tùm antiquorum, tum posteriorū, plures annos Dario Medo tribuentium a capta Babylone, Respondeo breuiter, iuxtà Recentiores omnes, nullum annum ad Chronologiam addendum esse ratione Darij Medi, siue ratione vnius illius anni Dan. 9. vers. 1. memorati.

B Ratio potest esse duplex. I. Vel quoniam Annus vltimus annorum 70. Captiuitatis non fuerit completus, quod sentiunt recentiorum quidam, vt Scaliger, &c. Et hoc nónihil colligere esset ex illis verbis Ierem. 29. vers. 10. *Cùm cœperint compleri in Babylone 70. anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locū istum*, tàm in se, spectatis, quàm comparatis ad similem phrasim Act. 2. vers. 1. *Et cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco*: ẏ. 2. *Et factus est repentè sonus*, &c. Nam phrasis prior, sonare videtur

C aliquid non completum: posterior autem manifestè, secūdum quòd constat apud omnes. II. Vel quoniam Annus ille vnus Darij Medi, Dan. 9. memoratus non fuerit completus. Et hoc nonnihil etiam colligere esset ex illis verbis vers. 1. *In anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnū Chaldæorum.* ẏ. 2. *Annô vno regni eius ego Daniel intellexi*, &c. Hæc enim phrasis hucusque semper significauit tantùm annum inceptum. Ex nullo autem loco Scripturæ probari vel coniici potest, annum illum fuisse completum. Et hæc Ratio videtur nobis melior; tùm quia probabilius est annos 70. Captiuitatis fuisse verè completos, nec obstare verba Ierem. 29. ẏ. 10. quoniam ad rigorem demōstrāt saltem eos mox implendos; tùm quia non plùs computantur per Scripturam, ab initio Captiuitatis, ad annum primum Cyri, quàm 70. Non ergò primus Darij Medi censendus est completus, siue ad Chronologiam addendus. Darij Medi annus 1 nō completus

Summa Secundæ Partis Quintæ Periodi.

A Captiuitate Babylonica sub Sedecia, Ad Reditum ab ea sub Cyro.

Anni Completi.

70.

# Totius Quintæ Periodi Summa.

A Iactis Templi Fundamentis, Ad Reditum è Captiuitate Babylonica, sub Cyro.

Anni Completi.

510.

Mundi

3527.

# SEXTA
## TEMPORIS PERIODVS.
## EX SCRIPTVRA SACRA.

## A Reditu è Captiuitate, sub Cyro, ad Natiuitatem Christi Domini Redemptoris Nostri.

Annorum Completorum.

473.

### EX DAN

DAN
CAP. IX.

Vers. 1. *In anno* 1. DARII *filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum:*
Vers. 2. *Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusal.m Septuaginta anni.* Vers. 3. *Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiuniis, sacco, & cinere.* Vers. 4. *Et oraui Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: Obsecro Domine Deus,* &c. Vers. 16. *Domine in omnem iustitiam tuam: auertatur obsecro ira tua, & furor tuus, à ciuitate tua Ierusalem, & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.* Vers. 17. *Nūc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter temetipsum.* Vers. 18. *Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum:* &c. Vers. 19. *Exaudi Domine,* &c. *quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum.*

&c. Verſ. 21. *Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificij verſpertini.* Verſ. 22. *Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitque: Daniel, nunc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres.* Verſ. 23. *Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu ergò animaduerte ſermonem, & intellige viſionem.*

Verſ. 24. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum.*

Verſ. 25. *Scito ergo: & animaduerte: Ab exitu ſermonis, vt iterùm ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexagintaduæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum.* Verſ. 26. *Et poſt hebdomades ſexagintaduas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.*

Verſ. 27. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.*

Porrò, antequàm proponantur præcipuæ Difficultates ad Chronologiam pertinentes, videntur præponenda breuiter A quædam ſpectantia ad huius textus expoſitionem.

### Verſ. 23. *Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni, vt indicarem tibi,* &c. *tu ergò animaduerte ſermonem, & intellige viſionem.*

Sermo Dan. 9 verſ. 23. quis?

QVÆRITVR. Quis ſit ille *ſermo*, de quo fit mentio verſu illo?

Reſpondetur. Eum qui dicendus erat, & dictus eſt paulò poſt Danieli, ab angelo: inquantum egreſſus erat à Deo in cœlo, & manifeſtatus Angelo, vt per eum reuelaretur Danieli. Hoc oſtendunt illa verba, *Ab exordio precum tuarum*: id eſt, à tempore quò Daniel orationi ſe applicauerat, vt obtineret à Deo notitiam eorum, quæ ventura erant ſuper populum ſuum, Deus annuens B deſiderijs eius, reuelauerat Angelo ea, quæ mox idem Angelus manifeſtauit Danieli. Item, hoc oſtendunt illa verba, *Ego autem veni vt indicarem tibi.* Item illa, *animaduerte ſermonem, & intellige viſionem*: vbi ſermo & viſio ſumuntur pro eodem. Deniquè, cùm incipitur mox: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt*, &c. oſtenditur manifeſtè, quòd hic erat ille ſermo, qui egreſſus fuerat, & ad quem indicandum Gabriel angelus venerat.

### Verſ. 24. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam,* &c.

Hebdomades Dan. quales.

QVÆRITVR I. *Quales* intelligendæ ſint *hebdomades* illæ: dierum, vel annorum?

Reſpondetur. Intelligendas eſſe hebdomades non dierum, ſed annorum.

Ità ferè omnes Hebræi, præſertim antiquiores, apud Suarrem to. 1. Diſput. 1. Sect. 2. C §. *Demonſtrauimus.* Ità ferè omnes antiqui Patres. Ex modernis Pererius in Dan. pag. 560. poſt init. Genebrardus pag. 164. poſt med. Suarres locò citatô. Gordonus cap. 15. ad Period. 7. num. 15. & innumeri alij. Cùm hòc locò, inquit Pererius, non poſſint intel-

ligi

ligi hebdomades dictum: etenim 70. hebdomades non includerent nisi 490. dies, quò temporis spatiò nihil contigit eorum, quæ prædixit Angelus euentura: necessariò concluditur significari hôc locò hebdomades annorum, &c. Dicet aliquis. Cur Angelus non clarè dixit 70. hebdomades annorum, &c. In eo seruauit Angelus morē prophetarum, consultò loquentium obscure, &c. Hæc Pererius.

Optimè Genebrardus confirmans ex 4. Esdr. 7. vers. 28. *Reuelabitur enim filius meus Iesus cum his qui cum eo sunt, & iucundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis.* vers. 29. *Et erit post annos hos, & morietur filius meus* CHRISTVS. Hæc dicit Esdras (saltem author libri) postquàm dixit cap. 3. vers. 1. *Anno trigesimo ruinæ ciuitatis, eram in Babylone,* &c. Cum enim dicitur Christus moriturus post 400. *annos*, ostenditur hebdomades illas, post quarum 62. dicitur occidendus Christus, non esse exponendas de hebdomadibus dierum, sed annorum.

Hebdomades Dan. quotnā annorum sint. QVÆRITVR II. Quotnam Annorum intelligi debeant Hebdomades illæ. Nam quamuis Hebdomas ex institutione prima dicat tantummodò septem, tamen reperiūtur qui per Hebdomadam intelligant vel septies septem, vel septem denarios, vel septem centenarios, vel etiam aliquam annorum summam non ampliùs habentem relationem ad numerum septenarium vt sic, sed ad eum quatenùs dicens aliquid perfectum, quò pactò videlicet æternitas ipsa vocatur Septimana, vel quod idem est, ac inualuit vsu, Sabbatum.

1. Sent. I. Sententia est Hebræorum quorundā apud Galatinum & ex eo Suarres suprà, qui dicere tentarunt, Hebdomadas istas comprehēdere septem denarios, vel etiam septē centenarios. Quibus aduertit ibidem Suarres non parùm consentire Origenem tract. 29. in Matth. vbi vnamquamque Hebdomadam facit annorum 70. Iungi posset Eusebius, quem Suarres ibidem longius post, videlicet §. *Ex his*, notat facere hebdomadam septuagesimam, annorum 70. Veruntamen post eiusmodi expositionem Eusebius addit hæc: *Sed nescio quomodò superiores hebdomadas 7. & 62. per 7. annos, & hanc vnam per denos, id est, 70. annis possumus accipere.* Sic refert eum S. Hieron. in Dan. 9. ad illa verba *Septuaginta hebdomades.*

Reiicitur. Contrà priores facit id quod ibidem subdit Suarres dicens: Proculdubiò falsò. Primùm, quia talis modus Hebdomadæ in Scriptura non legitur, & voluntariè coniectus est. Deindè, quia si hæc licentia conceditur, nihil certi continere potest hæc prophetia: poterit enim vnusquisque arbitriò suò facere hebdomadas 700. vel 7000. annorum, vt conuinci non possit, eas esse completas. Deniquè, quia ex iisdem verbis Angeli omninò cōstat, tempus illarum hebdomadum iam esse transactum, vtpotè cum hostia defecerit, & sacrificium Iudæorum, eorum denique ciuitas & sanctuariū vastata sint: quod transactis hebdomadis, vel earum finem fore prænunciarat. Vndè Origenes vt finem hebdomadum inueniret, earum initium ab ipsa creatione mundi desumpsit, extrà rem profectò, & contrà ipsiusmet verba prophetiæ, vt videbimus; neque adhuc quod intendit assequitur: cùm ab ipsa creatione mundi vsq; ad destructionem Ierusalem sub Tito factam non fluxerint vltra 4060. adhuc ergo deerant plusquàm 800. vt implerentur eius Hebdomadæ. Sic ibi Suarres aduersùs Hebræos illos, & Origenem. Similia ferè post, aduersùs Eusebium. Quia hebdumas, inquit, septuagenaria, nullum fundamētum habet in Scriptura, & voluntariè conficta est, & talis interpretatio ambiguam reddit prophetiam: quia vnusquisque suò arbitriò poterit augere vnam, vel plures Hebdomadas, vt pro sua voluntate illos accommodet. Deniquè incredibile est, eandem vocem æquiuocè sumi in eodem testimonio. Hactenùs Suarres.

II. & vera Sententia est, Hebdomades illas omnes intelligendas esse 7. annorum simplicium, adeòq; annos eiusdem rationis & æquales. 2. Sent. Hebdomades Dan. 9. annorū 7.

Ità reliqui omnes tàm antiqui quā Moderni. Antiqui Hebræi suprà apud Suarrem: Patres similiter omnes qui materiam istam attigerunt. Recentiores, ne vllô refragante.

Probat. Probationes huius Sententiæ petendæ sunt ex Rationibus quibus refutatæ sunt præcedentes. Earum tamen fundamentum tradit Suarres supra §. *Ex his*, hôc modô. Hoc omnino necessarium est, vt tempus illud sit certum, & præfixum, vt significatum est illô verbô, *abbreuiata*, seu, *concisa* (quod plenius hic declarabitur posteà). Quod etiā, vt prophetia certa sit, certúsque eius effectus omninò requiritur. Sic ille.

Huius generis Hebdomadū putat Gordonus cap. 15. ad Period. 7. num. 15 indicari Gen. 29. à vers. 27. cùm Iacob dicitur impleuisse *hebdomadem* pro Rachel. Sed deceptus est. Ibi namque verbis expressis dicitur, *imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi 7. annis aliis.* ỳ. 28. *Acquieuit placito, & hebdomada trāsacta Rachel duxit vxorem,* &c. ỳ. 30. *Seruiens apud eum 7. aliis annis.* Ex quibus manifestè patet, eam quæ dicitur *hebdomadam*, vocari non annorum, sed *dierum*: adeóque Iacob extunc post 7. dies duxisse Rachel: promissione tamen factā, seruiturū se 7. aliis annis: quos tandem de factò posteà

seruiuit pro Rachele iam ducta. Fit quidem ibi mentio sæpè 7. annorum, qui vocari possent hebdomas: non tamen vocabulum hoc applicatur annis eô loco: sed tantummodò diebus, *imple hebdomadam dierum*.

Meliùs Pererius pag. 560. sub init. Genebrardus, Suarres, Gordonus ipsemet, & alij, proferunt Leuiticum cap. 25. vers. 2. 3. 4. & 8. Exemplum, inquit Pererius, reperies in Leuitico, quô loco præcipit Deus numerari 7. hebdomades annorum (quæ faciunt annos 49.) & sequenti annô qui erat quinquagesimus celebrari Iubilæum. Sic ille. *Numerabis*, ait Scriptura ℣. 8. *quoque septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem*, &c. vide reliqua.

QVÆRITVR III. An omnes illæ 70. hebdomades, intelligendæ sint continuâ successione fluentes?

1. Sent. I. Sententia dicit, aliquas intelligendas esse non continuo fluxu succedentes.

Ità notat Origenem, Hyppolitum, Eusebium, & Apollinarem Laodicenum Suarres ex S. Hieronymo, dicentes Septuagesimam Hebdomadam non esse continuam præcedentibus, sed 60. vel 70. annis illis posteriorem.

Reijcitur. Contrà hos disputat Suarres ibidem, idque refutat ex dictis, Quia, inquit, voluntariè, & sine fundamento confictum est: quâ licentiâ disiungendi vnam Hebdomadam ab aliis, si vti liceret, pari ratione posset quis dicere, 7. primas hebdomadas multùm distare à 62. sequentibus, imo suô arbitriô augere distantiam vnius ab aliis: & Iudæi dicerent, illam septuagesimam hebdomadâ nôdum aduenisse, quæ omnia euidenter sunt contra certitudinem huius prophetiæ, atq; verborum vim. Perindè enim fuit Angelum dicere, intrà 70. hebdomadas hoc eueniet, ac dicere, intra 490. annos; sed in rigore sermonis, qui hôc modô numerat annos, intelligit talem numerum annorum cohærentium. Sic ibi Suarres. Itaque

2. Sent. Hebdomades 70. Dan. intelligêdæ fluxu côtinuô succedêtes. II. & vera Sententia est, omnes illas 70. Hebdomadas, intelligendas esse continuâ successione fluentes.

Probat. Probat eam Suarres eôdem modô quô præcedentem. Hoc, inquit, omninò necessarium est, vt tempus illud sit certum, & præfixum, vt significatum est illô verbô *abbreuiatæ* seu *concisæ sunt* (quod plenius declarabitur posteà). Quod etiam, vt prophetia certa sit, certúsque eius effectus omnino requiritur. Hæc ex illo.

Quæri etiam posset hôc locô, nùm Angelus fecerit mentionem plurium Hebdomadarum quàm 70.

Sed quoniam quæstio versatur solùm circa Hebdomadam quandam significatam per illa verba, *Côfirmabit autem pactû multis hebdomada vna*, & circà *dimidium* quoddâ significatum per illa verba, *& in dimidio hebdomadæ*, proptereà quæstionem hanc remittimus ad quæstionem expressam pro verbis illis suô locô subiiciendam.

Anni Hebdomadum Dan. 9. quales. QVÆRITVR IV. Quales intelligendi sint *Anni* 70. hebdomadum istarum, Lunares, an Solares?

1. Sent. I. Sententia dicit, Annos illos intelligendos esse Lunares. Lunares autem hic intellige, merè Lunares, & nullatenùs compositos ad Solares.

Ità vidêtur Suarri sensisse S. Ambros. Lib. 4. Hexam. cap. 4. in fin. & S. Basil. Hom. 6. Hexam. prope finem. Ità putatur communiter sensisse Iulius Affricanus Lib. 5. Annal. seu de Ratione temporû apud Euseb. 8. Demonstr. Euang. & S. Hieron. in Dan. 9. Sed non ità nobis videtur, prout eum adducemus ad longum sub sententia sequenti. Sic etiam putatur, saltem à Genebrardo, sensisse S. Augustinus ep. 78. vel etiam 79. & 80. Sed quoad ep. 78. & 79. nullatenùs. Nâ in vtraq; nihil aliud habet, nisi non posse hæc determinari, vel ad plùs Hebdomades Danielis, intelligendas non esse de secundo Redemptoris aduentu, sed de tempore suis temporibus preterito. In 80. verò contrà, proùt etiam ostendemus sub sententia sequenti. Ità citatur Hyppolitus Martyr in Temporû Canonibus. Ità etiam citantur ex parte Eusebius & S. Hieronymus locis citatis, dûm fortè referunt Iulium Affricanum nec eum improbant, sed hoc non indè sequitur. Et quidem Eusebius afferri solet in côtrarium. Ità autem Theodoretus in hunc locum. Beda Lib. 3. Commentar. in Esdr. siue in 2. Lib. Esdr. cap. 16. & in Lib. de Ratione Temp. cap. 7. Rupertus Lib. 1. in Dan. cap. 15. & 16. & Lib. 1. de Trinit. cap. 45. Historia Scholast. in Dan. 10. Zonaras tom. 1. Annal. Glossæ, Albertus, & Carthusianus in Dan. 9. Pererius ibidem ad illa verba *abbreuiatæ sunt*, seu pag. 564. med. & Gordonus cap. 15. nu. 6. & 12. Quô pactô 70. illi anni dicant annos solares, non 490. sed tantùm 475.

Probat. 1. Probationes aliquas affert Pererius. 1. Ipsô, inquit, vsu & more Hebræorum, qui vtebantur mensibus Lunaribus. Ex his autem lunares anni conficiuntur. Gabriel itaq; loquens cum Daniele Hebræo atque Hebraicarum consuetudinum scientissimo, vti voluit computatione annorum Lunarium Hebræis vsitatâ.

2. II. Hoc ipsum, inquit, confirmat vocabulum *abbreuiatæ*. Nam si fuissent annorum Solarium, longius tempus denotarent. Quoniam verò sunt annorû Lunarium, ob eam causam dicuntur abbreuiatæ.

3. Addi potest 3. Ex ratione prophetiæ, quæ solet obscura esse. Quia ergò Angel' loque-

batur propheticè, vt obſcura manerent ea quæ prædicebat, voluit intelligi annos Lunares, non Solares.

2 Sent. Anni Hebdom. Dan. 9. Solares.

II. Sĕtentia & probabilior dicit, Annos illos intelligĕdos eſſe Solares. Solares intellige, ſiue Solares per ſe, ſiue & meliùs Solares per compoſitionem, id eſt, Lunares per intercalationes ſuas compoſitos ad Solares.

Ità ſecundum nos Iulius Affric. Lib. 5. Annal. ſiue de Ratione tĕp. Qui quoniā putatur cōmuniter aliud ſenſiſſe, propterea videtur nobis ad longum referendus. Itaq; refertur apud Euſebium lib. 8. Demonſtr. Euang. & apud S. Hieronymum in Dan. 9. ad illa verba, *Septuaginta Hebdomades*, hòc modô. *Manſit itaque imperfectum opus vſque ad Nehemiā & viceſimum annum Artaxerxis: quo tempore regni Perſarum 115. anni fuerant euoluti: captiuitatis autem Ieruſalem 185. annus erat: & tunc primum Artaxerxes iuſſit muros extrui Ieruſalem: cui operi præfuit Nehemias, & ædificata eſt platea, & muri circumdati. Et ex illo tĕpore (ſi numerare velis) 70. hebdomadas vſque ad Chriſtum poteris inuenire. Quod ſi alterum principiū ab alio tempore volucrimus ſumere, & tempora non concurrent, & multa reperientur contraria. Nam ſi à Cyro, & prima eius indulgentia, qua Iudæorum eſt laxata captiuitas, 70. numerentur hebdomadæ: 100. & eo amplius inueniemus annos, qui ſtatutum 70. hebdomadum excedāt numerum: & multò plus, ſi ex qua die locutus eſt Danieli angelus: additúrque amplior numerus, ſi captiuitatis exordium volueris hebdomadum habere principium. Permanſit enim regnū Perſarum vſque ad initium Macedonum, annis 230. & ipſi Macedones regnarunt annis 300. atque exinde vſque ad annum 15 Tyberij Cæſaris quando paſſus eſt Chriſtus, numerantur anni 60. qui ſimul faciunt annos 590. ita vt 100. ſuperſint anni. A viceſimo autem anno Artaxerxis regis vſque ad Chriſtum, complentur Hebdomadæ Septuaginta, iuxta Lunarē Hebræorum ſupputationem qui menſes non iuxta ſolis, ſed iuxta Lunæ curſum numerant. Nam à centeſimo, & quintodecimo anno regni Perſarum, quādo Artaxerxes rex eiuſdem imperij viceſimū regni ſui habebat annum, & erat octogeſimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vſque ad ducenteſimamſecundam olympiadem, & ſecundum eiuſdem olympiadis annum, Tyberijque Cæſaris annum quintumdecimum colligūtur anni 475. qui faciunt annos Hebraicos 490. iuxtà lunares, vt diximus menſes. Qui ſecundum illorum ſupputationē poſſunt facere per ſingulos menſes dies viginti nouem & ſemis: ita vt ſolis circulus per annos 490. plus habeat dies 365. & quartā diei partem: & per duodecim menſes ſingulorum annorū, vndecim dies, & quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo annos trium menſiū ἐμβολισμοὺς faciunt. Si enim octies vndecim & quartam partem volueris ſupputare, nonaginta dies, hoc eſt, tres menſes efficies, & in 475. annis octonarij reperientur anni 59. & menſes 3. qui ſimul faciunt plus minuſue annos 15. quos ſi 475. annis volueris addere, Septuaginta annorum facies hebdomadas: hoc eſt, ſimul annos 490.* Hactenùs Affricanus. Vbi, ſicut videre quidem eſt eum annos Lunares tradere 490. qui faciant 475. Solares: ita etiam intercalationes adiungere, quæ faciant annos 15. ſolares, qui ſuperadditi 475. faciant ſimul annos ſolares 490. qui ſunt 70. hebdomades Danielis. Nec obſtat quòd conſtituit annum vigeſimū Artaxerxis in anno 4. olympiadis 83. & annum Tyberij 15. in quo dixit paſſum Chriſtum Dominum ponit in anno 2. olympiadis 202. ab olympiadis autem 83. anno 4. ad olympiadis 202. annum 2. ſint tantùm olympiades 118. & anni circiter 2. qui faciunt annos 474. vel etiam 475. Item quòd conſtituat à 20 Artaxerxis ad Macedones 115. Macedonum 300. & abindè ad Chriſtum paſſum 60. qui faciunt 475. Nam hæc non dicit ex ſua ſententia, ſed tantummodò ſecundum ſententiam nudā Hebræorum, vt computatis annis ad minùs ſecundùm illam, oſtendat initium hebdomadum non poſſe ſumi vel ab anno primo Cyri, vel, & multò minus, ab initio Captiuitatis. Quid autem ipſe ſenſerit magis, patet ex poſterioribus eius verbis.

Ità S. Auguſtinus ep. 8. inter init. & finem. vbi ſic ait. *Anni enim 490. ſunt in hebdomadibus 70. A natiuitate autem Domini hodie cōputantur anni fermè 420 à reſurrectione autem vel aſcenſione eius anni plus minus 390. Ac per hoc ſi ex quo natus eſt computentur* (70. hebdomades Danielis, aduersùs eos qui volebāt eas intelligi de aduĕtu Chriſti futuro ad iudiciū) *70. ſunt reliqui. Si ex quo paſſus eſt, circiter 100. remanent: intrà quos Danielis omnes hebdomades, ſi de nouiſſimo eius aduĕtu prophetatæ ſunt, implebuntur.* Ecce, iungis 70. cum 420. hi faciunt 490. rurſúmque 100. cum 390. & hi faciunt quoque 490. Hos autem computat eô modô quô computabatur ſuis temporibus, nullā factā mentione de puris Lunaribus. Atqui demonſtrauimus §. 11. ſub Sentĕtia 1. Modo eius 2. ex Lib. 15. Ciu. cap. 14. S. Auguſtinum ſenſiſſe pro annis non purè Lunaribus ſed ſi Lunaribus, vtique ad Solares compoſitis.

Ità Euſebius Lib. 8. Demonſtr. Euang S. Chryſoſtomus orat. 2. contrà Iulianū, alij ſqj antiqui expoſitores, prout aduertit Suarres locô citatô. Denique ita Lyranus in hūc locum Dan. Galatinus Lib. 4. cap. 14. Driedo Lib. 3. de Sacr. ſcript. cap. 5. part. 4. Lucidus Lib. 7. de Emĕd. Temp. Genebrardus, Suarres, Barradius, & alij recentiorū innumeri.

Vnô verbô dicit Suarres, hanc eſſe communiorem intelligĕtiam tàm Hebræorum,

quàm Græcorum,& Latinorum.

Porrò recentiorum argumenta refert Pererius suprà. Sed quia pars eorum respondet ad argumenta præcedentis sententiæ: propterea hîc ea solùm afferemus, quæ directè probant istam. Itaquè

Probatur ista Sententia hôc argumentô. In nullo Scripturæ sacræ loco, ab initio Geneseos adusque finem Bibliorum, vllus annus chronologicus exponitur aliter quàm Solaris. Et quidem à Genesi vsque huc, visû est in singulis Periodis: in quarum tamen aliquib⁹, si ratio prophetiæ aliud exigeret, ita debuissent exponi 400. anni Gen. 15. & 70. captiuitatis Ierem. 25. & 29. Abhinc autem vsque ad finem Bibliorum idem patet: maximè in libris Machabæorum, ac præsertim in exordio libri prioris, vbi cum dicitur *Alexander* Magnus regnasse *12.annis*, cûuenit in hoc Scriptura sacra cum externis authoribus, tàm Græcis, quàm Latinis. Aliùdè autem nullum habetur in Scriptura vestigium, quò insinuetur annos exponendos esse hôc locô aliter quàm Solares. Ergo rationabiliter hic debent de Solaribus intelligi, si modus similiter, vt par est, Scripturæ vsitatus, sit sequendus. Quarè

Ad 1. Arg. Ad 1. argumentum præcedentis sententiæ, Respondetur, cum potiùs Hebræi, quàuis vtentes mensibus Lunaribus (posterioribus temporibus) nihilominùs annos suos per intercalationem efficerent Solares: indè sequetur, Angelum voluisse loqui de Solaribus. Diceret autem, non obstante hôc Angelum intelligi voluisse annos Lunares, non Solares, gratis asseritur. Vndè enim id constat: Vel quodnam in Scripturà vestigium Angelum ità voluisse?

Ad 2. Ad II. Respondetur, id etiam asseri gratis. Vndè enim constat? Vel quodnam in Scripturà vestigium, Hebdomades ideo dici *abbreuiatas*, quoniam sunt annorum Lunarium, & non potiùs per respectum ad maiorem numerum annorum Solarium? Verû mox dicetur, verbum illud *abbreuiatæ*, idem esse ac *definitæ, determinatæ, paucæ*, &c. sicut Matth. 24. vers. 22. *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi*, id est, erunt *pauci*.

Ad 3. Ad III. Respondetur, id similiter asseri gratis, & absque vllo in Scriptura vestigio. Alioqui cum Abrahæ facta fuit prædictio 400. annorum Gen. 15. vers. 13. & cùm Ieremias prophetauit de 70. annis captiuitatis cap. 25. vers. 11. & 12. & cap. 29. vers. 10. debuerint anni illi de Lunaribus intelligi: quod tamen non concedunt authores illi. Sed nônne etiamsi anni isti intelligantur dè Solaribus, adhuc manet obscura prophetia? Imò in tantùm obscura, vt neque tûc, neq; nunc, vix vllus veram eius rationem sit assecutus.

A Itè, si prophetia illa debet esse obscura, quomodò possunt isti determinare annos in ea traditos, potiùs Lunares, quàm Solares esse exponendos? Etenim claritas eius à nullo fidei principio potest haberi; ergò manebit adhuc obscura. Quòd si dicant, haberi posse ab aliqua chronologia, videlicet à prophana, per Olympiadas, per annos Vrbis Conditæ, per annos regum Persarum, per annos Nabonassaris, &c. Imprimis, Respôdebitur, innumeros authores, quamuis sequentes chronologias Olympiadum, &c. nihilominùs annos istos censere Solares, eósq; cum

B chronologiis eiusmodi conciliare. Deindè, ostendemus nos ab authoribus fide dignis, sed ab ipsamet Scripturà sacra, chronologias istas, esse vel nullas, vel penitùs incertas. Vndè tandem respondebimus, prophanas ad Scripturam sacram reduci debere, nô contrà, has autem Scripturæ contrariari.

QVÆRITVR IV. Quid significent illa verba, *abbreuiatæ sunt*. Abbreuiatæ Dan. 9. exponitur. 1. Exposit.

1. Expositio est quorundam apud S. Au-

C gustinum epist. 80. quæ est ad Hesychium, opinantium, Deum quidem primò constituisse, vt tempus aduentus Messiæ in mundum, longiùs propagaretur, & tardius esset: posteà tamen propter lachrymas, preces, & vota prophetarum, ac seruorum suorum, breuiasse illud tempus, & statuisse vt maturiùs Christus veniret, quàm à primo constitutum fuerat. Atque huc applicant illud Psalm. 11. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus:* & Aggæ. 2. *Adhuc modicum*, &c. *& veniet*

D *desideratus cunctis gentibus*. Quoniam igitur citiùs primò suô decretô accelerauit tempus aduentus Messiæ: ideò Gabriel dixerit, *abbreuiatas* fuisse hebdomadas.

Confirmari potest ex illo loco Gen. 6. v. 3. *Eruntque dies illius 120. annorû*, expositô etiam per S. Hieronymum, & Hugonê Cardin. eô modô qui dictus est §. 30. Nec obstaret id quod obiter tangit Pererius de mutatione decreti, & voluntatis Dei; sicut non obstitit, quin Deus præceperit Abrahamo

E Gen. 22. vers. 2. vt offerret sibi Isaac in holocaustum: quod tamen impediuit vers. 12. Simile quid videre est apud Ionâ, de vrbe Niniuitarû, & apud Ezech. cap. 4. vers. 12. & 15. de quodam præcepto sibi facto, posteà verò commutato.

Contra hanc expositionem Facit, id quod ibidem habet S. Augustinus. *Quæro*, inquit, *secundùm quam veritatem breuius factum fuerit* (tempus aduentus Messiæ) *quam esse debeat?* Cuius argumentationis, ait Pererius, ea est sententia, & vis: Quærendum ex istis est, vndè cognouerint eam breuitatem, quam prædicât, id est, vndè compertum habuerint futurum fuisse longius tempus Messiæ ad- Reiicitur.

uentus? Oportuit enim id eos cognouisse, & probare, vel ex antiqua & certa traditione, vel ex doctrina & sententia Patrum. At nihil horum afferre possunt. Nullam igitur vel speciem probabilitatis suæ opinioni prætexere possunt. Legimus, inquit, S. Augustinus in lib. Gen. Deum primo statuisse hominibus ad resipiscendum, & agendam pœnitentiam, 120. annos vsque ad Diluuium: posteà tamen breuiasse id temporis, recisis ex eo numero 20. annis. Verùm, id colligi videtur ex ipsa Scriptura. Quod autem isti finxerunt, de breuiato tempore aduētus Messiæ, nullam ex Scripturà, nec sanè aliunde fidem habet. Hæc Pererius.

2. Expositio.

II. Expositio, est quæ dicebatur Iulij Africani, sed quæ est aliorum allatorum suprà q. præcedenti sub sent. 1. propterea dictas esse *abbreuiatas* Hebdomadas; quia intelligi debebant non annorum Solarium, sed Lunarium.

Reiicitur.

Contrà hanc expositionē faciunt, ea quę superiùs dicta sunt in quæstione præcedenti, contrà sententiam intelligentem annos Hebdomadum istarum de annis Lunaribus & non Solaribus.

3. Expositio. Abbreuiatæ, id est, determinatæ.

III. Expositio, & probabilior, reliquorũ: Peruulgata, inquit Pererius, multisque probata est, illud vocabulũ, *abbreuiata*, idē significare hôc locô, quòd constitutæ, definitæ, determinatæ, decretæ. Nam, vt refert idem Pererius, verbum Hebraicum, נֶחְתַּךְ, tàm Rabbini, quos citat Galatinus lib. 4. quàm Christiani linguæ Hebraicæ periti, quique verbum de verbo reddentes sacra Biblia in latinũ sermonem conuertere studuerũt, idē valere affirmant quòd, decisum, vel præcisum, præfinitum, seu determinatum: nimirũ à rad. חָתַךְ, incidere, præcidere, definire, determinare, apud Pagninum, notantem semel tantùm inueniri in Niphal hôc locô Dan. 9. vers. 24. Fauet Græcum Septuag. Interpretum *συνετμήθησαν*, quod interprete Theodoretô eandem vim & sententiam habet, atque vocabulum, constitutæ, seu definitæ, concisæ, prolatæ, &c. Atque ità Montanus vertit *concisæ*. Item, Latinus Interpres ferè vbicumque Septuag. Interpretes posuerunt verbum illud Græcum, significans concidere, concisum, vel concidens, vertit his vocibus, abbreuiare, abbreuiatum, vel abbreuians.

Dicet aliquis, apud Latinos breuiatũ, vel abbreuiatum, non significare constitutum, vel definitum: sed contractum, vel decurtatum, & quod ex longiore breue factum sit.

Respondetur, satis esse quòd latinè, & maximè apud Vulgatam Editionem abbreuiatum idem sit, quòd breue, vel paucum factum: sicut Matth. 24. *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, veruntamen breuiabuntur dies illi propter electos.* Nō enim hisce verbis significatur, futuros illos dies breuiores, quàm sint naturales; sed docetur paucos futuros dies illos: quasi diceretur, ni breue futurum esset tempus illius persecutionis, etiam electi casuri fuissent. Paucæ autem dici possunt *Septuaginta hebdomades*, in comparatione prioris temporis, quod effluxerat, ex quo datum fuerat hominibus promissum de aduentu Messiæ, hoc est, vel in ipso mundi exordio, cùm dictum est serpenti, fore vt semen mulieris contereret caput eius Gen. 3. vel potiùs cùm Deus promisit Abrahæ, daturum se illi semen, in quo benedicendæ essent omnes gentes. Hactenùs ferè ex Pererio. Addo vocabulum, *breuiatum*, etiam esse commune loquentium vsui, quādò sermo fit de tempore pauco restāte post longius aliquod actum. Nam v. g. cùm aliquis annos vitæ totos ferè peregit, paucique restant ei trāsigendi, solet dici, dies eius iam esse multùm breuiatos. Sic dicere potuit Angelus, annos restātes esse breuiatos, quia restabant pauci per comparationem ad alios mundi vel populi Iudaici præteritos.

QVÆRITVR V. Quid significent illa verba, *Super populum tuum, & super vrbem sanctam tuā, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus sanctorum.*

*Super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam.* Veteres Hebræi apud S. Hieronymum in Dan. Clemens Alex. 1. Strom. S. Chrysostomus orat. 2. contrà Iudæos, Scaliger lib. 6. Emendat. cap. de Hebdomadib. Danielis pag. 287. & Caluisius Isag. cap. 40. exponunt ea de excidio Ierusalem sub Tito & Vespasiano. Reliqui autem, & meliùs, volunt ea non esse intelligenda de excidio, sed de iisdem rebus, quæ significantur per verba sequentia, *vt consummetur præuaricatio*: quasi illud, *vt*, determinet finem, seu ad quid Hebdumades sint determinatæ. Quarè quærendum est, quid significent illa sequentia

Vt consummetur præuaricatio Dan. 9. exponitur.

*Vt consummetur præuaricatio.* 1. expositio, est Eusebij 8. Demonstr. Euang. S. Chrysostomi oratione 2. aduersùs Iudęos, & Theodoreti hic, exponentium, vt ad summũ seu finem perducatur iniquitas Iudæorum, qui Dominum occisuri sunt: eô sensu, quô Gen. 15. vers. 16. *necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, vsque ad præsens tempus.* 1. Reg. 20. vers. 7. *Scito quia completa est malitia eius.* Matth. 23. vers. 2. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* 1. Thessalon. 2. vers. 16. *vt impleāt peccata sua semper, peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem.*

1. Expositio.

Altera expositio & probabilior, est Tertulliani lib. aduersùs Iudæos, legentis *quoad*

2. Expositio, id est, deleatur peccatū.

illud, *vt respondeatur*, ait Pererius, non exposuit Theodoretus; sed eandem vim atque sententiam habere putandum est. Posset quis meritò putare, contineri ibi modum quo ædificatio illa proponetur, scilicet, ad petitionem alicuius: hanc verò petitionem esse, vel eam quam fecit Daniel in oratione sua, cui vt respondeatur, exiturus sit sermo: vel eam quæ Zorobabelis ad Dariū 3. Esdr. 4. vel eam quæ Esdræ 1. Esdr. 7. vel denique eam quæ Nehemiæ ad Artaxerxē, 2. Esdr. 2.

Quoad II Cogitari potest multipliciter 1. *à Deo* per os Ieremiæ, cap. 2. . quando facta fuit promissio captiuis, de reuersione post 70. annos. 2. *Ab eodem* per os angeli Gabrielis, quando prædictio, seu reuelatio facta est Danieli hûc locô. 3. *Ab ore Cyri* 2 Par. vlt. & 1. Esdr. 1. quando data est permissio captiuis reuertēdi in Ierusalem, & Templum reædificandi, annô eius primô. 4. *Ab ore Darij Hystaspis*, 1. Esdr. 6. & 3. Esdr. 4. & 5. quando permisit templum & ciuitatem reædificari, annò regni sui secundô. 5. *Ab ore Artaxerxis Longimani*, 1. Esdr. 7 quando concessit Esdræ, & aliis, ire in Ierusalem, ad templum decorandum, & seruiendum, annô regni sui septimô. 6. *Ab ore eiusdem Artaxerxis*, 2. Esdr. 2. quandò concessit Nehemiæ reparare muros, & portas Ierusalem, annô regni sui vigesimô.

Christus Dux Dan. 9. quis? QVÆRITVR II. Quis sit ille *Christus dux*, de quo ibi fit mentio?

Rabbinorū quidā apud Pereriū pag. 602. referētē ex Lyrano & Galatino, interpretati sunt *Cyrum*, quem Deus Isa. 44. & 45. vocat *seruū* suum, *pastorem* suum, *Christū* suum.

Sed vt alia omittam, inquit Suarres suprà, hoc stare non potest. Quia Christus dicitur futurus post 69. hebdomadas, Cyrus autem iamdiu præcesserat.

Rabbinorum alij, dixerūt esse *Iesum* pontificem: alij *Zorobabel* populi ducem: alij denique *Nehemiam*.

Sed neq; hæc stare possunt, propter eandem rationem.

Eusebi⁹ 8. Demōstr. Euāg. interpretatur vnô sensu *Hyrcanū*, vltimum (qui putatur) Iudaicę gentis pontificū legitimè electorū.

Miratur eum Suarres locô citatū. Primùm, inquit, omninò voluntariè, & contrà vim verborum. Quia *Christus dux* quasi per antonomasiam de Messia dicitur, iuxta illud Isa. 55. *Dedi te in lucem gentium, ducem ac præceptorem populis*. & Mich. 5. *Ex te enim exiet dux*, &c. & in Hebræo, vbi nos habemus, *vsque ad Christum ducem*, est vox significans *vsque ad Christum principalem*, quę est singularis appellatio veri Messiæ. Deinde, præcedentia verba non alium sensum patiuntur, & idem de sequentibus statim ostendemus. Vt omittam rationem & computationem temporum manifestè illi expositioni repugnare: vt ex sequentibus constabit. Hactenus Suarres. Refutationē ampliorem Rabbinorum, Eusebij, &c. vide apud Pererium.

Respondetur, secundùm reliquos Christum illum Ducem esse *Dominum nostrum Iesum Christum*, eundem qui paulò suprà dictus est *sanctus Sanctorū*, vel *sanctitas sanctitatū*, quiq; solet simpliciter vocari *Christus*, de quo Isa. 55. & ex Michæ. 5. Matth. 2.

QVÆRITVR III. Quale tempus Christi Domini denotatur per illam particulam *vsque*, cùm dicitur *vsque ad Christum ducem*: incarnationis eius, natiuitatis, prædicationis, mortis, aut similium temporum ad eum pertinentium? — Vsque ad Christum Ducē Dan. 9. ex. plicat.

1 Modus. I. Modus, est quorundam vt Origenis lib. 10. Strom. apud S. Hieronymū in Dan. assignātium tempus eius *conceptioni*, aut *natiuitati* eius. Probant ab illis verbis, *vt vngatur Sanctus sanctorum*. In conceptione enim humanitas eius vncta fuit, vnctione hypostaticæ vnionis ad verbum æternum, & vnctione omnium gratiarum ei debitarum ratione eiusdem vnionis, ac præcipuè gratiæ Capitis, siue Ducis: in Natiuitate autem, vnctio illa fuit exposita Ecclesiæ.

Reiicitur. Contrà hunc Modum facit quòd *Septuaginta Hebdomades* dictæ sint determinatæ, ad ea quæ Christus Dominus erat præstiturus. In speciali verò quòd hîc dicatur *Dux*. Per hoc enim magis propriè significatur non antè quàm ageret Ducem.

2. Modus. II. Modus, est ex parte Genebrardi lib. 1. fin. seu pag. 162. §. *vertente*, & inferiùs §. *In sexagintaduas*. & pag. 164. §. *Hebdomas sexagesima*, dicentis eius *necē*. Quod cōfirmare putet ab illis aliis verbis, *& post hebdomadas 62. occidetur Christus*. Vt sic, *vsque*, &, *post*, eandem necis metam significent.

Reiicitur. Contrà hunc Modum faciunt eadem quę contrà præcedentem.

3. Modus. III. Modus est Pererij pag. 605. sub init. & 631. post init. & Barradij §. *Hebdomadas*, dicētiū eius *manifestatione* præcisè, siue vsque ad tēpus quô *Baptizatus* fuit, palā apparuit, populoue cōcionari, necnon miracula patrare cœpit. Fuit enim tunc declaratus *Dux* populi Dei, per vocem illā patris de cœlo missā Matth. 3. ℣. 17. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui*, cui superadditū habetur Luc 9. ℣. 35. & 2. Petr. 1. ℣. 17. *Ipsum audite*.

Reiicitur. Contrà hunc Modū faciūt priora quæ cōtra præcedentes. Nā 70. hebdomades determinatę dicūtur ad omnia quæ Christus Dominus erat præstiturus: iuxta verò hūc Modum hebdomas septuagesima non cōpleretur in iis quæ pręstitit Christus Dominus.

4. Modus. IV. Modus & probabilior, est ex parte Genebrardi pag. 165. sub init. sed expressè Tornielli, aliorumque an. 3516. num. 7. & seqq. dicentium quidem etiam eius *manifestationem*, sed *non ità præcisè* quin intersit inter

hebdomadas 62. aliquod tēpus, nimirū tres annі cum dimidio. Sic nimirùm vult Torniellus hebdomadas 62. eò locô dici rotundô numerô pro 62. & dimidia. Declararent alij aliô modô, vt *vsque* sumatur negatiuè, quemadmodùm & *post* infrà, vt *vsque ad Christum ducem*, denotet, eum non antè venturum. Declararēt alij, vsque ad tempus vel vsque ad tempora Christi ducis, non determinando præcisè quam eorum partem, sed hæc relinquendo tanquàm ex aliis sui verbis colligenda.

Probatio Modi huius pendet à Refutatione præcedentium, ex Ratione 70. Hebdomadum determinatarū ad ea quæ Christus D. erat præstiturus. Sed de his rursum inferiùs, & præsertim sub præcipuis difficultatibus posteà tractandis.

Hebdomades 7 & 62. Dan. 9 exponuntur.

QVÆRITVR IV. An hebdomades 7. & hebdomades 62. debeant intelligi condistinctæ: an autem 62. includant 7. illas; vt solummodò, v.g. denotetur aliquid memorabile intra, vel in fine 7. Hebdomadum? & rursum aliquid intrà, vel in fine 62 quæ tamen includant 7. antè dictas.

Driedo lib. 3. de sacris Scrip. cap. 5. part. 4. videtur sentire 62. Hebdomadas, includere 7. alias, nec earum numerum multiplicare. Sed hoc est contrà primam Angeli propositionē de 70. hebdomadibus determinatis.

Reliqui probabiliùs contrà. Propterea reiicit Driedonem Pererius pag. 609. fin.

At, inquies, cur igitur angelus, non simpliciter & apertè dixit, 69. sed partitè ac præposterè 7. hebdomades, & 62. hebdomades?

Respondet S. Hieronymus apud Pereriū pag. 605. hoc esse factum ad obscuritatem, vt fiat intentus animus auditoris: vel *vt discipuli intrinsecùs audiant, ignobile vulgus, & foris positum, nesciat quid dicatur.*

Respondet Pererius I. Hanc esse phrasim Hebraicam, in sacris litteris frequētem, enuntiandi summam per partes, & minorem numerum maiori præponendi: quæ Latinis etiam est elegans. Exempla plurima videre licet apud eum ab illa pag. 605. fin. & seq.

Respondet II. ex Theodoreto, ita factum esse ad mysterium; quia in vtraque parte numeri quædam euenerunt memoranda, quæ fusiùs vide apud eum, etsi non ad nostram posteà sententiam de initio 70. hebdomadū penitùs accōmodata. Vide & Genebrardū pag. 162. quem referemus infrà.

Cæterùm, nota 7. hebdomadas dicere 49. annos: 62. hebdomadas dicere 434. 7. & 62. simùl iunctas dicere 483.

Et rursum ædificabitur platea, &c. Dan. 9. exponitur.

QVÆRITVR V. Quid significent illa verba, & quò tempore sint adimplenda: *& rursùm ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.*

Respondent Genebrardus, Pererius, & Torniellus, *plateam* pro plateis, singularem poni pro plurali: rursúmque *plateas* pro domibus, seu ciuitate Ierusalem. Conueniunt autem ferè omnes, hæc esse facienda circà initium 7 hebdomadum. Dici tamē potest, hoc non esse necessarium. Nam *in angustia temporum*, significare potest in fine temporum aliquorum. Deindè, hæc dici possunt à 70. hebdomadibus initiô seiuncta, &c.

Scaliger & Caluisius incipienda putant sub Dario Notho annô eius secundô. Antiquorum multi, recentiorum item, & inter eos Pererius, & Torniellus, incipiendos putant sub Artaxerxe Longimano, annô eius vigesimô. Antiquorum & modernorū alij, quos inter Funccius, & Bucholcerus sub eodem Longimano annô eius septimô. Antiquorum ac modernorū alij quos inter Driedo, & Iansenius, sub Dario Hystaspe annô eius secundô. Antiquorum item alij, & modernorum vnus Genebrardus sub Cyro, annô eius primô. De quâ re in Difficultatibus discutiendis inferius. Consequenter Pererius, & Torniellus, exponunt, *& muri in angustia temporum*, ea connectendo cum præcedentibus, *& rursùm ædificabitur platea*: cōfectáque simùl putāt, sub Nehemia, siue sub Artaxerxe, annô eius vigesimô, secundùm quod describitur 2. Esdr. à cap. 2. & illud, *in angustia temporum*, expônit Torniellus paucorum dierum interuallô, hoc est, 52. vt ibidem dicitur apud Esdram lib. 2. cap. 6. ℣. 15. Quidam autem exponunt illud, *in angustia temporum*, non de paucorum dierum interuallo, sed de tēporibus quibus populus angustiabitur ab inimicis circumstātibus, quales describuntur in vtroque Esdræ libro.

Nos autē putamus, optimè disiungi posse verba ista. Et quidem illa, *in angustia temporū*, coniungi solùm cum illis, *& muri*; quia in Edit. Vulg. includuntur intrà vnū comma, & per aliud disiunguntur præcedētia, nimirùm, *& rursùm ædificabitur platea*. Atque ità ædificationem platearum, & ædificationem murorum, posse ad diuersa tempora referri: sed & vtraque ad initium Hebdomadum posse non referri.

Vers. 26. *Et post hebdomades 62. occidetur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem sanctam & sanctuarium, dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas & post finem belli statuta desolatio.*

Post hebdomades 62. Dan. 9 exponitur.

QVÆRITVR I. An illud, *post*, intelligendum sit, immediatè post, an verò aliquô tempore post hebdomades 62.

Respondetur. Ex suprà dictis, posse qui-

dem vtrôque modô sumi. Secundò tamen modô probabilius. Sed de hoc infrà pleniùs.

Christus occidendus Dan 9. quis?

QVÆRITVR II. Quis sit ille *Christus* qui dicitur ibi occidendus? Vbi notâ Græc. *destruetur vnctio*. Qualiter etiâ legunt Tertullianus, & S. Augustinus apud Perer. pag. 607.init. Sed idê est sensus, abstractô positô pro côcreto. Idem est dicere, ait Pererius, *destruetur vnctio, vel vnctus*, atque *occidetur Christus*.

Rabbini apud Pererium ibidem intelligunt *Herodem Agrippam* seu Agrippam minorem, vltimum regem Iudæorum. Hunc enim volunt tempore belli, quod Iudæis intulerunt Titus & Vespasianus, fuisse à Romanis interfectum.

B

Sed refutat eos Pererius multis capitibus, itémq; Suarres locô superiùs notatô. Quorum illud ex propriis sufficiat aduersùs eos, Iosephum ipsorum historicum lib. 2. de bello Iud. cap. 16. Sed & Corneliũ Tacitũ lib. 5. historiarum, tradere, cum in bello, Iudæis relictis, stetisse à partibus Romanorum; rursúmque Iosephum in eo libro, quô vitam suam descripsit, tradere, Agrippam cladi illi Iudæorum multis annis fuisse superstitem. Apud nos sufficiat, quod addit Suarres locô suprà citatô: Licet hoc esset verum, tamen Christi appellatio non potest illi accommodari, quia neque gratiâ, neque oleô vnctus fuit, nec alia quæ continentur in illa prophetia eidem conuenire vllô modô possunt.

C

Theodoretus hôc locô, per Christum, intelligit *Hircanum*, vltimum legitimâ electione pontificem, quem Herodes occidit.

Verùm grauiter in hoc lapsum Theodoretum notat refutátque Suarres ibidem. Et imprimis, cùm aliàs Christum Ducem fateatur esse Messiam, hæc varietas, inquit Suarres, & multiplex eiusdem vocis significatio, in eodem contextu, voluntariè & sine fundamento confingitur. Deindè, inquit idem Suarres, gratis planè existimatur, mortem Hircani hôc locô ab Angelo prædictam esse, quòd nec postulent antecedentia verba, neque subsequentia: imò cùm nec illius mors aliquam vtilitatem attulerit, nô itâ multò ante prædicenda videbatur. Addi posset Refutatio ex annis Hebdomadum, sed hæc istô locô satis aduersùs Theodoretum.

D

Respondetur, ex omnibus circumstantiis, ac reliquis Doctoribus, intelligendum esse Dominum nostrum *Iesum Christum*.

QVÆRITVR. III. An 62. *hebdomades* hôc locô sint eædem quæ suprà. Consequenter includant aut non 7. memoratas præcedenter.

Respondetur, manifestum esse ex dictis ab initio, has easdem esse quæ 62. præcedentes.

E

Consequenter eas hôc locô (sicut neq; præcedenti) non includere 7. alias, sed ab eis esse discretas quoad numerum, quamuis continuas quoad spatium. Vnde Pererius pag. 611. duplicem rei huius explicationê habet. Vna est, hic suppleri debere primas 7. hebdomadas, quas nunc omiserit Angelus vel breuitatis, vel obscuritatis causâ. Altera cômodior, has 62. hebdomadas, non à primordio hebdomadum, aut ædificatione Ierusalem (comprehensa sub 7. primis) Angelum numerasse, sed à fine 7. hebdomadum, quas paulò antè primô locô memorauerat. Cùm enim 69. hebdomadas vsque ad Christum ducem futuras dispertiisset in 7. & in 62. & docuisset quidnam insigne, ac memorabile in illis 7. prioribus hebdomadis gerendum esset, dicens: *Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporum*: consequenter nûnc declarat quid post illas 62. hebdomadas euenturum esset subdens, *post 62. hebdomadas occidetur Christus*. Sic Pererius.

QVÆRITVR IV. Quid significent illa verba, *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est*. Hebr. habetur solummodô ואין לו *Et non ei*. — Et non erit populus eius, &c. Dan. 9. exponitur.

Septuaginta Interpretes hoc exposuerunt subintelligendo *iudicium*, & *iudicium non est in eo*. Quod Theodoretus exponens pro Hircano, dicit, hoc est, non erunt pontifices ex iudicio, sententia, & præscripto legis. Melius ad Septuag. Baradius, & alij, non erit iudicium in eo occidendo: vel aliter, quia verbum Græcum, κρίμα, condemnationem significat, nulla erit in eo damnatio, id est, vera damnationis causa.

S. Augustinus epist. 80. inter init. & med. legit, *Occidetur Christus, & non erit eius*: exponítque sic: *Id est, non erit eius ciuitatis, quoniam sic alienatus est à Iudæis, qui eum propterea Saluatorem Redemptorémque suum non esse crediderunt, quia occidere potuerunt.*

Rabbini apud Genebrardum, pag. 161. subaudiunt *vita*, vel *dominium*, vel *rex*. Non erit illi vita, dominiúmve. Non erit illi dominium, vel rex. Non erit illi ampliùs rex. Alij apud eundem subaudiunt, *adiutor*. Non erit illi adiutor.

Bucholcerus, fol. 27. pag. 1. med vertit, *& nihil ei*, vel, *nihil erit*. & fol 30. pag. 2 hæc dicit: Copulat Daniel synonima more Hebraicô, & idem repetit, & declarat aliâ phrasi, excidendi verbô mortem exprimit, vt Isaias verbô abscindendi. Sed cùm dicit, Messias nihil erit, genus mortis exprimit, & ex consequenti modum regni eius describit. Quasi dicat, perimetur Messias atroci suppliciô, & in hominum oculis nihil erit. Prorsùs reputabitur extinctus & redactus in nihilum. Hæc ille.

Genebrardus sic: Hoc rectè expressum A est à nostro Interprete, qui videbat angelum propter necis Dominicæ indignitatem, & ob luctuosam Iudæorum reiectionem, per *mihi* sententiam non absoluisse, sed vsum aposiopesi, &c. Et non erit eius populus, qui eum necaturus est, sic enim illic lego, nun negaturus. Sic Genebrardus.

Conformiter Baradius, dicens: *Et non ei*, his paucissimis verbis hic sensus inest, non erit ei populus Iudaicus, qui eum negauit. Quod Pererius in fine, paucis verbis, quasi B resumens ea quæ tractauit fusioribus ab initio, sic explicat: *Et non erit ei*, id est, vel Messiæ, vel Deo, supple tu, non erit, inquam, ei amplius in populũ peculiarẽ & dilectũ: sed ab ipso repudiabitur, & penitùs abiicietur.

Potest etiam exponi. *Et non ei*, vt sit idem quod & non sibi( Christo) id est, non pro se, sed pro hominibus, pro peccatis eorum, ad salutem ipsorum: eò modò quô S. Bernardus exponit illud Isa. 9. vers. 6. *Paruulus natus est nobis*: nobis, non sibi, id est, ad vtilitatem nostram, non ad suam.

Item exponi potest: *Et non ei*, intelligendo sententia, *& ciuitatem*, &c. prout Genebrardus intelligit, nõ copulatiue, sed aduersatiuè, ex phrasi Hebraica: sed ciuitatem perdet populus rom. cum duce venturo, vt sit sensus, non ei in punitionem, sed Iudæis ipsis, qui propterea vastabuntur.

QVÆRITVR IV. Quomodò verba illa, *& ciuitatem Sanctam & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas*, quæ omnes intelligunt de Tito & Vespasiano, ac eorum exercitu Romano, sint cum præcedentibus componẽda? Cum constet dissipationem & vastitatem illam, non euenisse nisi annis 40. vel 42. pòst Christi occisionem.

Respondet Genebrardus pag. 163. hôc modô: Quod interponitur de populo ducis venturi, &c. non pertinet ad 70. Hebdomades: sed per occasionem, quãdam veluti parenthesi inclusũ est, vt doceremur fontẽ calamitatis Iudæorũ è Christi nece proficisci.

## Vers. 27. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.*

Pactũ Dan. 9. exponitur.

QVÆRITVR I. De quo *pacto* sit ibi sermo? C

Respondent omnes, de doctrina, seu lege Euãgelica: per quam, quasi per pactũ quoddam, promisit Deus credituris in filium, & legem eius seruaturis, bona spiritualia, vitámque sempiternam.

Pacti confirmatio Dan. 9. exponitur.

QVÆRITVR II. De quâ *Confirmatione* pacti illius: per quos: vel quomodo?

Respondent communiter, de Confirmatione per prædicationem, miracula, Sacramenta, &c. Et hæc, siue per semetipsum, siue per Apostolos suos, siue per vtrumque, partim D per seipsum à tempore suæ manifestationis, partim per Apostolos post ipsius ascensum in cœlum. Probabilius autem per semetipsum. Sed de hoc plenius sub q. sequẽti. Dicunt aliqui vt Baradius §. *R-st at*, hoc fuisse factum maxime per proprium sanguinem, qui propterea vocatur in Euangelio, *Sanguis noui testamẽti*. Sed an hoc significetur istô locô, videbitur sub quæstione sequenti.

Pactũ multis confirmãdũ Dan. 9 exponitur.

QVÆRITVR III. Quid significet illud, E *multis*?

Pererius pag. 636. duas affert expositiones. Vna est, vt idem sit quod multis & variis argumentorum, seu probationum generibus. Sed huic expositioni obstat quod Hebr. לָרַבִּים & Græc πολλοῖς, in datiuo. Respondeti quidem potest, vnum eundémque sensum vtrobique esse posse. Verum iste sensus nõ videtur litteralis. Quarè altera expositio melior est, vt significetur multis *hominibus*, & his *Iudæis*.

Hebdomas vna Dan. 9. exponitur.

QVÆRITVR IV. De quâ Hebdomada intelligatur illud, *Hebdomada vna*. Nimirùm an de diuersâ quâdam à 70. præcedentibus, an de earum aliqua? Consequenter, siue diuersâ, siue eâdem, cuius generis hebdomadâ? Consequenter denique, quomodo cum præcedentibus accommodâda.

I. Sentẽtia dicit, vnâ illâ Hebdomadâ intelligendâ esse diuersam à 70. præcedẽtibus.

Probari potest ista sententia, quia Hebdomas illa traditur per diuersam narrationẽ à præcedẽtibus. Porrò modi eius sũt plures.

I. Modus, est quorundam facientium illam hebdomadam, hebdomadam dierũ per se multiplicatam, qui conficientes dies 49. designarent equidem plausibiliter tempus quô Christus Dominus post Resurrectionẽ suam cum discipulis conuersatus, & coram eis io cœlum eleuatus, tandem Spiritum sanctum Legis ac ipsorum confirmatorem misit eis in fine dierum illorum.

II. Modus est quorundam quos subindicare videtur S. Aug ep. 78. intelligẽtium per eam reliquum tempus mundi post mortem Christi.

III. Modus est authoris Hist. Scholast. Carthus. & notârer Tornielli. an. 3516. num. 9. & 10. quem modum non improbabilẽ putat Pererius lib. 11. in Dan. parte 2. seu pag. 734. (quamuis pag. 735. aliter intelligat Comestorem & Carthusianũ) quémq; declarat Tornellus nu. 10. per modũ paraphrasis & Angeli sub ea loquentis ad Danielẽ hic ver-

bis. Quod ſi etiã ſcire cupis, quænã etit hebdomada hæc, in qua tot mitabilia fore patranda iàm diximus: proculdubiò non erit tota ſeptuageſima; nec tota ſeptuageſima prima; ſed illa, quæ ex poſteriori medietate ſeptuageſimæ, & priori ſeptuageſimæ primę conficietur, oimirùm illa, in cuius dimidio, propter verum ac deo patri acceptiſſimum ſacrificium in ara crucis a Chriſto oblatum, ceſſabunt, quoad eorum valorem, omnia Moſaicæ legis ſacrificia, quæ illum ſignificabant. Congruum namque erit, vt adueniente figuratò, figuræ omnes antiquatæ intelligantur. Igitur, ſi vt dixi, in medio buius hebdomadis cõtinget paſſio Saluatoris, & eandem ſuptà diximus futuram in fine prædictarum 70. hebdomadarum; vtique ſequitur, hanc hebdomadam vnam, eſſe illam, quę, vt dictum eſt, ex media ſui parte erit ſeptuageſima, & ex altera erit ſeptuageſima prima. Etenim, vt iàm indicauimus, in poſtera medietate hebdomadis ſeptuageſimæ, hæc perficientur; baptiſmus, prædicatio, miracula, paſſio, mórſque noſtri Redemptoris: in priori autem medietate ſubſequentis hebdomadæ, eiuſdem Cbriſti reſurrectio, aſcẽſio, miſſio Spiritus ſancti, & Apoſtolis Euangelizantibus, doctrinámque ſuam mirabilibus ſignis confirmantibus, multorum præſertim Iudæorum, ad Chriſti fidem conuerſio. Hæc ibi Torniellus.

Probat. Probat num. præcedenti, dicens: Hæc intrà vnius ſeptennij tempus, nempè à Chriſti baptiſmate, ad nonum circiter menſem anni quarti poſt eius paſſionem acta fuiſſe, ex Euangelij Actorúmq; libris luculẽter ſatis conſtare poteſt. Probari poſſet pleniùs vel clariùs dicendo, *pactum* quod ibi dicitur confirmandum multis bebdomadâ vnà, primùm verè fuiſſe cõfirmatum per ipſum met Chriſtum Dominum Redemptorem, ſícq; debere de illo intelligi: quod tamen quia nõ egerit niſi per 3. annos & dimidium, non poteſt etiam de ipſo per plus temporis intelligi. Deindè, *pactum* idem verè etiam fuiſſe confirmatum per Apoſtolos, ſícque etiam debere de illis intelligi; quod tamen quia dicatur, confirmandum non omnibus, ſed *multis*, maximè verò cùm, *vnâ* tantùm *hebdomadà*, pro complẽda vero vna hebdomada non remaneant niſi 3. alij anni cum dimidio: proindè, ſicut debet de Apoſtolis intelligi, ſic non poteſt conuenientiùs pro illis exponi, quàm de 3. annis & dimidio poſt mortem Redemptoris. Atque ità ſumi debeat vna hæc Hebdomas à reliquis diſtincta, propter confirmationem *pacti* quod inceperit à *baptiſmate* Domini.

Reiicitur. Contrà hanc Sententiam Facit, quòd Angelus ab initio dixerit Septuaginta hebdomades fuiſſe determinatas, ſiue decretas, ad omnia quæ poſteà ſingulariter narraturus erat. Item ad omnia quæcumq; cogitari potuerunt de Chriſto Domino. Conſequẽter per boc oſtendere voluerit, ſe tanquàm per ſummatium præmiſiſſe, quæcumque dicturus erat ad eundem Cbriſtum Dominum pertinentia. Quòd ſi præter 70. hebdomades intendiſſet tradere quandam aliam ab eis diuerſam, aut ad Chriſtum Dominũ pertinentem: vtique diſcurſus eius primus non fuiſſet completus, ſed defectuoſus.

Confirm. Refut. Confirmatur. Nam alioqui per *dimidium hebdomadis*, quod poſt iſtam hebdomadam ſubiicitur, deberet etiam intelligi dimidium aliquod ſuprà 70. Hebdomades, & conſequenter ſuprà hebdomadam hanc vnam à 70. diuerſam: quod tamen non ponunt authores iſtius Sententiæ. Sicut ergò cùm ſubditur, *& in dimidio hebdomadis*, non aliquid noui dicitur quoad tempus, ſed tantum declaratur pars aliqua temporis præcedentis quoad aliqua noua ſeu non declarata priùs: ità par eſt intelligi, cum illa hebdomas vna proponitur poſt 70. Quarè

Reiicitur. 1. Modus. Contrà I. Modum facit tùm quòd naturam hebdomadum iſtarum variat, ſícque faciat diſcurſum Angeli nimis æquiuocum: tùm quòd faciat Chriſtum Dominum confirmantem pactum, non in hac vita degentem, ſed in altera, ſícque reddat iterùm Angeli diſcurſum nimis æquiuocum: tum denique, quod addat ad 70. hebdomadas initiò propoſitas, hebdomadam vnam, ſícque faciat propoſitionẽ Angeli defectiuã, vt quæ propoſuerit tantũ 70. diſtribuat verò 71. Et hęc omnia ſine fundamento vel neceſſitate.

Reiicitur 2. Modus. Contra II. Modũ Facit, tùm etiam quod naturam hebdomadum iſtarum variet, ſícque faciat diſcurſum Angeli nimis æquiuocum: tum item quòd addat ad 70. hebdomades initiò propoſitas, bebdomadam vnam, ſicque faciat propoſitionem Angeli defectiuam, vt quæ propoſuerit tantùm 70. diſtribuat verò 71. & hoc abſque fundamento vel neceſſitate.

Reiicitur. 3. Modus. Contra III. Modum Facit, quòd item propoſitionem Angeli reddat defectiuam, vt quæ propoſuerit tantùm 70. hebdomades, diſtribuat verò Septuaginta & dimidiã, vel propoſuerit 70. ſeorſim, rurſùm autem proponat vnam alteram ab illis, & hoc ſimiliter abſque fundamento vel neceſſitate.

Ad Probat. Ad Probationem eius Reſpondetur, non magis probari poſſe hæc acta fuiſſe poſt mortẽ Chriſti, quàm antè: neque magis per ſeptenniũ, quã per minùs temporis: & quod præcipuum eſt, non magis per ſeptennium, quam per reliquos annos quibus Apoſtoli prædicarunt: at neque magis per 3. annos & circiter 9. menſes (quod ponit Torniellus) poſt mortem Redemptoris: deniquè neque

quare Hebdomas illa constare habeat tantum 7. annis aut circiter plus, potiùs quàm pluribus temporibus, quippe quæ non inuoluatur in 70. primò dictis.

Quòd si replicetur quoad hebdomadam vnam intelligendam de 7. tantùm aut circiter annis, rigorem verborum illorum, *hebdomada vnâ*, sic indicare: quoad eam autem incipiendam à baptismate Christi, rigorem istorum, *Confirmabit autem pactum*, ita similiter indicare.

Respondebitur, si sermo sit de rigore, rigorem illorū, *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio*, &c. *& impleatur visio, & prophetia*, &c. indicare non plures 70. Hebdomadas esse ponēdas ad perfectionem omnium quæ per Angelum narrantur: rigorem item istorum, *Confirmabit autem pactum*, indicare hoc fuisse præstandum per ipsummet Redemptorem solum, non autem per alios post eum.

2. Sent. II. Sententia dicit, illam vnam Hebdomadam, non esse diuersam à præcedentibus, sed ex illis vnā, nimirum Septuagesimā.

Probationes istius sententiæ petendæ sūt à Refutationibus præcedentis. Breuiter, Angelus ab initio proposuit 70. hebdomades esse definitas ad omnia quæ narrantur postea: non ergò ponendæ sunt plures. Alioqui propositio facta per Angelum fuisset defectuosa. Confirmatur. Nam cùm subdit infrà dimidium hebdomadis, communius censetur non dimidium aliquod diuersum à tempore proposito, sed dimidium alicuius, & posterioris hebdomadæ per Angelū memoratæ. Idem ergò censeri debet de vna illa hebdomada. Modus autem istius sententiæ, triplex est. Missum hic facimus Apollinarem apud S. Hieron. in Dan. 9. reponentem illam in fine mundi.

1. Modus. I. Modus est Driedonis Lib. 3. de Script. cap. 5 part. 4. & Iansenij in Concord. Euág. cap. 122. & ex parte Genebrardi pag. 162. med fin. 164. fin. & 241. med. vt illa Hebdomas intelligatur à morte Christi Domini Redēptoris: & immediatè post hebdomades 62. ita vt per septenniū ab eius morte, Apostoli suâ prædicatione essent in Iudæa confirmaturi nouum testamentum, & ad illud Iudæorum reliquias, siue electos, copiose traducturi, donec transirent ad gentes seque per reliquum orbem dispergerent, prout describitur eos fecisse in Libro Actorum.

Probat. Probari potest iste Modus, ab illis verbis, *& post hebdomades 72. occidetur Christus*, particulâ *post* ad rigorem sumptâ: consequenter præcedentis illius *vsque* declaratiua.

Felicitur CONTRA HVNC MODVM Facit I. Quòd Angelus ab initio proposuit 70. hebdomadas, per quarum spatium sicut omnia præstanda prædicuntur quæ narrantur, ità quæ pertinent ad Christum Dominum prædicantur præstanda circum ipsum, vel per ipsum in se spectatū. In speciali verò si sermo sit de rigore verborum, *pactum* fuerit confirmandum per seipsum.

At, inquies, nonne dici posset, eum confirmasse pactum per seipsum, quandò pretiosum sanguinem suum fudit in cruce? Propter hoc enim vocatur in Euangelius, *sanguis noui testamenti*?

Respondetur primùm, Confirmationem illam esse quidem veram, sed non hoc locô significatam eô sensu quô prætēdit iste Modus. Nam prætendit pro parte valentiori, pactum illud fuisse confirmatum per vnam hebdomadam integram. Hoc autem non fuerit præstitum illô modô per Christum. Deinde, Confirmatio quæ hic memoratur, quamuis includat quidem tanquàm terminum aliquem vel tāquàm punctum aliquod sui, confirmationem factam per effusionem sanguinis illius pretiosi: tamen dicit magis principaliter confirmationem factam per miracula, per prædicationem, & similia. Nō enim hic dicitur, confirmabit *pro multis*, sicut dicitur in Euangeliis de Sanguine Christi, *qui pro multis effundetur*, sed dicitur, *confirmabit multis*, in datiuo casu. Quamuis autem dici possit, eundem sensum sub illis verbis contineri: non tamen ad litteram magis, sicut iam dictum fuit in superioribus.

Si dicas, Nonne cum dicit Angelus, *Ab exitu sermonis*, &c. *Vsque ad Christum Ducem, hebdomades 7. & hebdomades 62. erunt, & post hebdomades 62. occidetur Christus*: illud *vsque* specialiter etiam denotat, non plùs ad mortem Christi quàm 62. hebdomades extitisse. Non ergò septuagesimam incœpisse antè.

Respondetur, posse quidem exponi sic. Veruntamen, & non sic exponi per authores omnes Modi huius. & per quos sic exponitur, dicere strictius vsque ad eum mortuū: cum hoc autem pugnare tot dicta per Angelum de Christo Domino tanquàm in viuis agente.

Contrà eundem Modum Facit, II. Quòd secundùm illū deperdetur aliquid chronologicum in Angeli discursu pro temporibus antè priorem christianitatis Epochā. Quod vt intelligatur, nota duas extitisse principales Epochas, quas secuta fuit Christianitas. Prior incœpit olim à morte Redemptoris. Posterior incœpit ab eius Natiuitate. Sic autem se habent adinuicem, vt posterior statuta fuerit ex parte per priorem, quantùm ad numerum annorum suorū. Itaque si mors Christi ponitur immediatè post hebdomades 62. tota septima deperditur pro temporibus antè priorem Epocham. Hoc autem non est congruens, vel Angelico discursui,

vel Epochæ Christianitatis, & vnô verbô chronologiæ temporum antiquorum, con sequentèr & nouorum, quæ per istas hebdomas statuitur. Præstat enim longiùs, omnes 70. hebdomadas impendi rationi temporum antiquorum, Christi mortem antecedentium.

Ad probationem autem Modi huius, Respondetur, particulâ *post* non semper dicere consecutionē temporis immediatam. Proindè neque esse hôc locô declaratiuam præcedentis illius, *vsque*. Nam alioqui si pro rigore pugnetur, particula hæc, *vsque*, debet et exponi pro Cōceptione vel Natiuitate Redemptoris. Quod tamen nō faciunt authores illi. Sed de hoc iterùm inferiùs.

2. Modus. II. Modus, est Pererij pag. 605. & 631. & Baradij §. *Hebdomadæ*, vt illa Hebdomas incipiat tribus annis & semis ante mortem Christi, Domini: finiatque tribus alijs & semis post mortem eius, sic tamen vt inceperit immediatè post hebdomades 62. Hôc pactô volunt quidem pactum fuisse confirmatum per totam illam Hebdomada; sed partim, & tribus annis ac semis per Redēptorem ipsum: partim autē, & tribus alijs ānis ac semis per Apostolos post eius mortē.

Reijcitur. Contrà hunc modum facit, I. Quòd æquiuocum faciat illud verbum *confirmabit*, in Angeli discursu, sine necessitate. II. Quòd etiam deperdat aliquid, sicut & præcedens, pro chronologia temporum antiquorum, videlicet tres annos & semis.

3. Modus. III. Modus & probabilior est, Iul. Afric. Bed. Ruper. quos notat Perer. lib. 11. 3. part. seu pag. 734. fin. Lyrani, Burgēsis, Galatini, & Vatabli in Dan. ex parte Genebrardi pag. 165. sub init. quem etiam non improbabilem censet Pererius, Suarius locô sæpe citatô, Mercatoris in Demonstrationibus suæ chronologiæ præpositis, cap. 1. seu fol. 6. pag. 2. Bucholceri fol. 25. pag. 2. & Gordoni cap. 15. num. 22. citantis etiam Affricanum, Bedam, & Rupertum, vt illa Hebdomas finiat in morte Christi Domini.

Hôc modô Hebdomas illa cœperit quidem immediatè post 62. non tamen Christus Dominus, aut fuerit mortuus immedite post Hebdomades 62. sed tantum 7. annis post; aut pactum confirmauerit immmediatè post illas, sed tantummodò tribus annis & semis post: consequenter non per totam illam Hebdomadā, sed per dimidium eius postremum. Eritque sensus verborum illorum, *& post hebdomades 7. & 62. occidetur Christus*, Hebdomadā scilicet septuagesimâ, quæ finiat eum eius morte. Hôc consequenter modô confirmatio pacti fuerit tota facta per ipsummet. Hûc denique modô Hebdomas illa septuagesima cœperit tribus annis & dimidiô priusquàm baptizaretur seu manifestaretur.

Probari potest hic modus à sæpedictis

A superiùs de prima propositione quam fecit Angelus 70. Hebdomadum, quibus comprehenderit totum tempus antiquum, sed maxime quæcumque declaraturus erat ad Christum Dominum pertinentia, &c. Quæ nunc sunt hic fusiùs repetenda.

Obijci potest cōtra hunc Modum. I. Ex eo sequi Christum Dominum non confirmasse pactum per totam illam hebdomadam, quod tamen videtur contrarium illis verbis, *Hebdomada vnâ*. 1. Obiect.

B Responderi potest, iuxtà phrasim Scripturæ solitam, illud censeri fieri per aliquod tempus, siue per aliquam temporis summā, quod fit per aliquam eius partem. Hoc sæpe visum fuit. Et in singulari videri potest in hoc ipsomet loco. Nam cum dicitur initiô cap. 9. *In anno vno regni eius*, significatur tantùm intrà annum illum vnum, seu per aliquam eius partem. Idem est autem dicere *Hebdomadā vnâ*, &, *in hebdomada vna*. Respons.

Obijci possunt II. Illa verba, *Et post hebdomadas 62. occidetur Christus*, vel etiam antecedentia, *vsque ad Christum ducem hebdomades 7. & hebdomades 62.* præsertim autem particulâ *post* ad rigorem sumptâ. 2. Obiect.

C Responderi potest, iam sæpiùs fuisse dictum particulam *post*, non semper denotare cōsecutionem temporis, aut rerum, immediatam. Quod hoc in loco verum esse concludi potest probabiliùs à simili. Nam illa particula huic præcedens, *vsque*, non denotat immediatam temporis, seu rerum, proximitatem à parte ante, prout concedunt omnes aduersus Origenem; alioqui denotaret Conceptionem vel Natiuitatem Redemptoris: sed denotat solummodo tempora eius, nō determinando præcisè quam eorum partem. Quòd si hoc habet in particula *vsque*, cur non & multo magis in particula *post*, vt nimirùm non denotet immediatam tēporis proximitatem à parte post, siue immediatam temporis vel rerum consecutionem, sed solummodo tempora post 62. hebdomadas non determinando præcisè quam eorum partem: Confirmari potest, D à conuenientia. Nā credibile est Angelum dixisse hæc illo locô, vel istô locô sic repetijsse 7. & 62. hebdomadas, quia iam prius mysteriosè distinxerat eas. Cum enim essent repetendæ: certè decuit eas eôdē modô repeti, quô primum fuerāt prolatæ. Dici quoque potest, Angelum id dixisse post eas, non quatenùs putaretur Christum Dominū esse occidendum immediatè post illas, sed quaE tenus putaretur eum non esse occidendum antè ipsas. Idem dicendum est de particula *vsque*. Non enim referre potest præcisè mortem Redemptoris. Alioqui per eam destruerentur quæ dicta fuerunt anteà, septuaginta videlicet hebdomadas definitas fuisse vsque dùm idem Redemptor destrueret peccatum, quod non præstitit nisi mo-

triedo. Videri possunt quæ dixit Torniellus: & quæ nos cùm sententiam eius referemus super illa particula, *vsque.*

Dimidium Hebdomadis Dan. 9. exponitur. QVÆRITVR V. De quo *Dimidio hebdomadis* agatur versu illô. Nimirùm, an de diuerso quodam à 70. Hebdomadibus: an de illarum aliquo. Consequenter quomodò eum præcedentibus accommodando.

1. Sent. I. Sententia dicit *Dimidium* illud Hebdomadis, intelligendum esse diuersum à 70. Hebdomadibus.

Probat. Probari potest ista Sētentia, quia dimidiū illud tradatur per diuersā narrationē à præcedentibus. Porrò Modi eius sunt plures.

1. Modus. I. Modus, est eorum qui Hebdomadam vnam exposuerunt de reliquo, vel reliquo ter è tempore mundi post mortem Christi. Hi nempè dicunt *Dimidium* istud hebdomadis, intelligendum esse de temporibus Antichristi, consequenter referre debent *abominationem desolationis*, in eodem Angeli discursu, habitam ad idem tempus. Consequenter etiam illa verba, *Deficiet hostia & sacrificium*, exponere de sacrificio Eucharistiæ in Ecclesia, quod deficiet tunc, si non omninò, saltem quoad ad celebrationē publicam, vel etiā vniuersam vt nūc. Quid faciat contrà hunc modum dicemus posteà.

2. Modus. II. Modus, est Authoris Hist. Scholast. Chartus. & Tornielli, vt *Dimidiū* illud Hebdomadis sumatur pro dimidio primo illius vnius Hebdomadis quā includere fecerunt vltimum dimidium septuagesimæ, superaddere verò dimidium aliud. Quia nimirùm in illo dimidio defecerunt omnia sacrificia vetera, saltem quoad valorem, per institutionem Eucharistiæ. Quid etiam contrà hunc modum faciat dicemus posteà.

3. Modus. III. Modus, indicatur à Pererio lib. 11. 3. part. seu pag. 732. nimirùm, vt *Dimidium* illud intelligatur de quodam dimidio, siue de tribus annis & semis post mortem Redemptoris. Quô videlicet Apostoli per prædicationem, & per frequentationem Eucharistiæ, demonstrarunt abrogata esse vetera sacrificia, vel etiam abrogationē eorum per praxim executi fuerint. Sic non improbabile vult Pererius 70. Hebdomadas sumi posse rotundô numerô dictas pro 70 & dimidia. Quid etiam contrà hunc modum faciat dicemus mox.

Reiicitur 1. Sent. Contrà hāc Sententiam facit, quòd æquè vt Sententiæ priores quæstionis præcedentis, vel admittat nouam æquiuocationem in verbis Angeli: vel propositionem eius reddat defectiuam: absque fundamento vel necessitate. In singulari

Reiicitur 1. Modus. Contra I. modum facit, quod vtrūque simul inferat in narrationem Angeli. Videlicet & æquiuocationem, & deficientiam, absque necessitate.

Reiicitur 2. Modus. Contra II. modū facit, quòd propositionē Angeli reddit defectiuā absq; necessitate.

Cōtra III. modū facit, quòd similiter reddit propositionē Angeli defectiuam, absque necessitate.

2. Sent. II. Sententia, dicit *Dimidium* illud Hebdomadis intelligendum esse non diuersum à præcedētibus, sed dimidiū alicuius Hebdomadis memoratæ, nimirùm septuagesimæ.

Probat. Probatio huius Sententiæ petēda est ex probationibus secūdæ, quæ fuit quæstionis præcedentis. Quarū præcipua vis in eo consistit quod Angelus proferēs ab initio 70. hebdomades, proposuerit illas tanquā continētes, omnia quę posteà singulari narraturus erat. Modus autem istius Sententiæ triplex est.

1. Modus. I. Modus, est Driedonis, & Iansenij, necnon ex parte Genebrardi, vt dimidium illud intelligatur de postremo dimidio Hebdomadis illius septuagesimæ, secundū modum quem in præcedenti quæstione proposuerunt. Consequenter intelligatur de tribus annis & dimidio postremis hebdomadis, quā post mortem Redemptoris prædicarūt Apostoli. Quod declarat Genebrardus, quādo vel abrogarunt, vel abrogata declararunt, Moysis sacrificia, cęteraque figuralia per synodum publicam, Act. 15.

Reiicitur 1. Contrà hunc modum facit I. Quòd synodus illā fuerit celebrata longè pluribus quàm 7. annis, post mortem Christi: quem & decimum septimum esse fatetur placere quibusdam Genebrardus ibidem.

Respōdet quidem Genebrardus primùm, eos non animaduertere *inter eundem* passim in Scripturis. Deindè, nihil perire de vera septuagesimę intelligentia. Nam certū esse non longè post Christum Petro fuisse reuelatam per visum gentium vocationem, atque deinceps libertatem ab hominis atque auto lege, prædicatam. Act. 10.

At hōc adhuc modò terminus ille manet nimium incertus.

2. Facit II. Quòd non sit ratio, quarè potiùs abrogatio Legalium ponatur in postremo dimidio hebdomadis illius, quàm in ipsamet tota, vel in primo ipsius dimidio.

3. Facit III. Quòd sacrificia vetera maximè propriè defecerint, quādò Christus Dominus ipsemet per seipsum confirmauit pactum, & præcisim quandō sacrosanctum instituit Eucharistiæ sacramentum, & sacrificium. Ergò dimidium illud non est ad extra tempus eius referendum.

2. Modus. II. Modus, est Comestoris, Carthus. & Tornielli, itémq. ex parte Genebrardi, suis modis, vt dimidium illud intelligatur de primo dimidio Hebdomadis illius alterius, quā diuersam fecerūt authores primi, vel illius Septuagesimæ, quam ex parte septuagesimā fecit Genebrardus, secundùm diuersos modos quos in precedenti quęstione proposuerūt. Consequenter intelligatur de tribus annis & dimidio prioribus, quibus Redēptor ante mortem suam prædicauit, vel certè de parte dimidij, sub quā instituit sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum & sacrificium.

Reijcitur. Contrà hunc modum facit quòd partim diuersam faciat Hebdomadam vnam à 70. partim diuidit Hebdomadam septuagesimam in antè mortem Redemptoris, & in post illam. Hæc autem rejecta fuerunt in præcedentibus.

3. Modus. III. Modus est Iulij Africani, Bedæ, Ruperti, Lyrani, Burgensis, & aliorum sub præcedenti quæstione relatorum, quem etiam (modum) Genebrardus pag. 165. & Pererius pag. 735 probabilem censent, sed & in quem aliquomodo concurrunt Cnmest. Carthus. & Torniellus, quamuis aliô sensu: nimirùm, vt dimidium illud incipiat tribus annis & semis, antè mortem Christi, sitque adeò secundum dimidium septuagesimæ hebdomadis. Vt eius mediô, ait Genebrardus pag. 316. id est, tribus extremis annis & semis, procedat Christus, atque pactum de remissione peccatorum (dic & abrogatione legalium) promulget, donec occidatur. Quod tamen rursus exponitur dupliciter, vt aduertit Pererius pag. 735. quantum ad cessationem sacrificationis. 1. iuxtà Bedam, Ab ipsomet baptismo vel prædicatione Christi, quatenùs significabatur ea mox cessatura. 2. In morte sola Christi, saltem quoad valorem sacrificiorum illorum: & hoc probabilius. Atque hoc postremô sensu *deficiet in medio hebdomadis*, non dicit totum dimidium, sed vltimam eius partem, siue vltimum terminum dimidij, consequenter & vltimum ipsius septuagesimæ hebdomadis.

Abominatio desolationis &c. Dan. 9. exponitur. QVÆRITVR VI. Quid significent illa verba, *Et erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem, & finem, perseuerabit desolatio.*

1. Expos. *Abominatio desolationis*. S. Augustinus epist. 80. quæ est ad Hesychium, Caietanus in 24. Matth. Pererius, & Torniellus, per abominationem desolationis intelligunt *exercitum Romanorum*, vndique circundantē, & arctissimè obsidentem Ierusalē. Quia, inquit Pererius, quod Matth. 24. & Marc. 13. *Cùm videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto*, hoc ità tradit S. Lucas, cap. 21. *Cùm videritis circundari ab exercitu Ierusalem*. Vocatur, inquit, ille exercitus *abominatio*, quia constabat ex gentibus adorantibus & colentibus idola Iudæis abominata & execrata. *Desolationis*, quoniam tandem exercitus cepit, diripuit, incendit, ac desolauit vrbem & templum. Adde, quia desolare debebat ipsum templum, & totam gentem, prout fusius describitur apud S. Lucam.

Reijcitur aliquô sensu. Contrà hanc expositionem Facit, quòd hôc locô non est sermo de abominatione *circundante* Ierusalem, sed existente *in templo*, quod etiam dicitur Matth. 24. *Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta* A *est à Daniele propheta, stantem in loco sancto.* Propterea

1. Expos. Meliùs videbitur dici, Saluatorem nostrum ibi duo significasse, de exercitu illo. Vnum, quòd circundaturus esset Ierusalem. Alterum, quòd templum esset profanaturus. Hoc ostenditur in verbis S. Lucæ cap. 21. vers. 10. *Cùm videritis circundari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius.* Non igitur in hoc consistere debebat *desolatio*. Consequenter, nec *abominatio desolationis in templo*. Sequitur vers. B 21. *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam.* vers. 22. *Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt*, &c. vers. 24. *Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tēpora nationum.* Ecce in his consistit desolatio eius. Ergò in profanatione seu calcatione templi consistit abominatio desolationis. Confirmatur ex sequentibus.

C *Et vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio*. Hebr. *stillabit*, seu guttatim decidet. Vnde duplex sensus. Alter, vsquedùm ipse populus per obsidionem & capturam, ad exterminium vsque perductus fuerit; ex descriptione ibidem facta Luc. 21. ℣. 23. & Matth. 24. ℣. 19. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in diebus illis. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic*, &c. & Luc. 19. ℣. 43. *quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo*, &c. *& ad terrā prosternent te*, &c. *& non relinquent in te lapidem super lapidem.* Alter sensus, vsque ad cōsummationem sæculi, ex eodem loco Luc. ℣. D 24. *Donec impleantur tempora nationum.* & Matth. 24. à ℣. 20. *Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. Erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neq; fiet, & nisi breuiati fuissent dies illi* & cætera, quibus describitur finis mundi. Vterque sensus probabilis, & fortè literaliter etiam per Scripturam intentus: sed primariò, seu principaliter, primus.

QVÆRITVR VII. Quomodò postrema hæc ità se habeant, cùm cōiungantur immediatè verbis illis, *confirmabit autem pactū*: vel quęnam connexio harum omnium Periodorum?

E Respondetur, manifestum esse illa verba, *& rursùm ædificabitur platea, & muri in angustia temporum*, & illa, *& non erit eius populus, qui eum negaturus est*, &c. esse quasi extrà seriem eorum quæ dicuntur de Christo, vel si verba illa, *& non erit eius populus, qui eum negaturus est*, aut illa, *& ciuitatē & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo*, &c. dicta sint ex serie, tanquàm quędam consequentia ad mortē Christi, manifestum esse ista, *Confirmabit autē pactum*, &c. dici per pa-

rẽthesim; rursùm verò resumi in illis, *& erit in templo abominatio desolationis*, &c. ea quæ pertinent ad destructionẽ illius populi. Imò verò, si verba illa per parenthesim dicta, *confirmabit autem pactum*, &c. intelligantur facienda per illum ipsum, manifestum esse, ea non solùm dici tanquàm ad Christum pertinentia, sed etiam tanquàm referenda ad illa *vsque ad Christum ducem*, seu ad tempora precedentia mortem eius, quæ dicta fuit per illa verba, *& post hebdomades 62. occidetur Christus*.

CÆTERVM pro fine huius qualiscumque expositionis verborum angeli Gabrielis, videntur non omittenda, quæ notat Genebrardus de partitione, quam fecit Angelus 70. Hebdomadũ. In 3 partes, inquit, suas 70. hebdomadas, id est, annos 490. distribuit Angelus, quòd in earum singulis res notabiles essent euenturæ. In septem: in sexagintaduas: & in vnam.

In 7. id est, in annos 49. quòd tot septennia, siue anni plùs minùs (nam Scriptura sæpè negligit fractos) essent insumendi in perficienda totius vrbis, templi, & terræ, redintegratione, ob impedimenta hostium, & calamitates temporum, vt indè sequeretur veluti annus quinquagesimus siue Iubilæi, id est, perfectæ quietis terræ, & populi, Leuit. 25. Eò enim allusit Angelus in 7. hebdomadibus separatim constituendis.

In 62. verò, id est, annos 434. quòd deinceps Republicá Iudæorum constitutá, & statu patriæ firmiter ordinató, tantum temporis spatium vsque ad excisionem Christi esset fluxurum. Hoc vltimum dicit Genebrardus secundùm opinionem illam, quæ mortem Christi constituit immediatè post hebdomadas 62. Verùm, secundùm alteram, quàm dicemus probabiliorem, quæ terminat hebdomades 70. in ipsa morte Christi, dicendum est, quia tantum temporis spatium fluxurum esset vsque ad hebdomadam septuagesimam, in quâ Christus erat manifestandus, & occidendus.

In vnam denique, quòd in ea Christus Dominus erat seipsum per miracula, doctrinam, & sacramenta, manifestaturus: pactum multis confirmaturus: hostiam & sacrificiũ ad finem adducturus: & denique pro salute mundi moriturus.

Hanc autem septuagesimam hebdomadam diuidit, & de eius vltima medietate sermonem facit, quia Christus Dominus, non in prima eius medietate, sed in altera omnia hæc erat patraturus.

Non omittandum item quòd intrà hæc mentionem facit Angelus *de sermone* egresso, *vt ædificetur Ierusalem*, ad hoc, vt sciatur, saltem in genere, vndè sumendum sit initium illarum 70. Hebdomadum. Et quia difficultas hæc, nec modica, circà initium illud 70. Hebdomadum in ordine prima est; ideò nunc venit agitanda.

## I. DIFFICVLTAS. DE SEPTVAGINTA HEBDOMADIBUS annorum, quæ traduntur Danielis 9. vers. 24. seu de Annis 490. quas illæ constituunt: Vbinam incipiant?

### §. 103.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA dicit, Septuaginta Hebdomades annorum Danielis, incipiendas esse ab *anno vigesimo Artaxerxis*, Longimani, *sub Nehemia*, 2. Esdr. 2.

Missos facimus hic eos, qui Hebdomades referunt ad 2. aduentum Christi, quos nomine tacitô memorat simúlque refutat S. Augustinus Ep. 80. Vt enim inter alia sufficiat quod ibi notat S. Aug. tunc non vngetur Christus, &c. Missas facimus similes omnes, quæ v. g. Hebdomades referunt post mortem Christi, qualiter facit apud S. Hieron. in Dan. 9. Apollinaris Laodicenus, quem etiá ibidem reijcit vt errantem S. Hieronymus, & S. Augustinus Ep. 73. Nam conueniunt omnes alij, prophetiam angeli factam esse pro temporibus inter quæ loquebatur, & inter quæ Christus Dominus circiter nasceretur vel moreretur. His igitur relictis

Ità sensit ex antiquioribus Iulius Afric. lib. 5. Annal. apud S. Hieron. in Dan. 9. Item, ex parte Eusebius lib. 8. Demonstr. Euang. circà med. à nobis relatus ad longum sub expositionibus textus Danielis. Ita S. Chrisost. orat. 2. aduersùs Iudæos. Theodoret. in Dan. ex alijs Beda lib 3. Exposit. Esdr. cap. 16. & latiùs in libro de Ratione tempor. cap. 7. Carthusianus in 9. Dan. Rupertus in Dan. c. 15. Author Hist. Scholast. in historia Dan. cap. 10. Zonaras tom. 1. Annal. S. Antonin. 4. part. Chronic. tit. 3. cap. 8. Galatinus lib. 4. Arcan. cap. 16. Lucidus lib. 7. de Emendat. tempor. cap. vlt. Ex Modernis Temporarius lib. 3. pag. 226. Pererius lib. 10. in Dan. pag. 597. & lib. 11. pag.

732. Baradius lib. 3. cap. 18. seu pag 235. à col. 1. fin. Gordonus cap. 15. num. 17. seu pag. 237. incipiens eas, non in ipso anno vigesimo Artaxerxis, sed in vigesimoprimo. Torniellus ann. 3609. num. 4. His iungi posset Mercator: sed annum illum vigesimum Longimani desumit à tempore quô regnauit cum patre.

Probat. PROBARI debet hæc Sententia, argumentô quôdam, quod licet multiplex sit in se, tamen vnicum censeri debet in probatione. Petitô ex huc, quòd ab Artaxerxe Longimano, & ab eo solô, exierit sermo de reædificanda Ierusalem. Cum ergò Gabriel angelus docuerit Hebdomadas signandas esse à tempore, quô exiturus erat sermo de reædificanda Ierusalem: vtique à solo tempore, quò exiit permissio facta per Artaxerxem, annô eius vigesimô, sunt incipiendæ. Et quidem.

QVOD *ab Artaxerxe* Longimano exierit sermo, de reædificanda Ierusalem, annô ipsius vigesimô, manifeste patet 2. Esdr. 2. Vbi Nehemias sic loquitur à vers. 1. *Factum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis: & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi:* &c. vers. 3. *ciuitas domus sepulchrorũ patris mei deserta est, & portæ eius combustæ igni?* vers. 4. *Et ait mihi rex: pro qua re postulas? Et oraui Deum cæli*, vers. 5. *& dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam, ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam.* vers. 6. fin. *Et placuit ante vultum regis, & misit me:* &c. vers. 7. *Et dixi regi: Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam:* vers. 8. *& epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas turris domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxtà manum Dei mei bonam mecum.* Ecce concessio facta per Artaxerxem ædificandi Ierusalem, annô regni sui vigesimô.

QVOD *à solo Artaxerxe* Longimano, probat Pererius in refutatione aliarum sententiarum, ex eo quòd, etiamsi exierit sermo ab aliis regibus, vt à Cyro, annô suô primô, à Dario annô suô secundô, necnon etiam ab eodem Artaxerxe annô ipsius septimô, tamen in illis concessionibus fit mentio solùm de ædificando, complendo, vel ornando templo, non autem de ædificandâ ciuitate.

1. Confirm. CONFIRMATVR hoc argumentum tripliciter. I. Ex illis verbis angeli. *Et rursùm ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.* Illud, ait Pererius, *in angustia temporum*, bifariam intelligi potest. Nam angustia tẽporum potest significare magnam aliquam vexationem, & periculum, quô quis premitur & vrgetur: & hoc bellissimè congruit nostræ opinioni. Sicut enim traditur Nehem. 4. qui duce Nehemiâ muros extruebant, in tantum vexabãtur, & infestabantur à vicinis hostibus, vt etiam qui opus faciebant, cum armis esse, quasi parati ad pugnam, cogerẽtur. Vide à ℣. 16. Potest etiam illud, *in angustia temporum*, significare ædificationem platearum & murorum Ierusalẽ, angustissimô breuissimóque tẽpore esse absolutam: & hoc conuenit etiam. Nam cap. 6. ℣. 15. *Completus est autẽ murus vigesimaquinta die mensis Elul 52. diebus.* Quod de tali completione interruptorum intelligi, patet ex cap. 1. & 2. in quibus murus Ierusalem dicitur *dissipatus*; & cap. 4. vers. 6. & 7. & cap. 6. vers. 1. in quibus non restabat vlla murorum *interruptio*.

2. Confirm. II. Ex libro Ecclesiastici cap. 49. vbi postquàm dictum est ℣. 13. *Quomodo amplificemus Zorobabel? Nã & ipse quasi signum in dextera manu.* vers. 14. *Sic & Iesum filium Iosedech, qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam:* Additur vers. 15. *Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas, & seras, qui erexit domos nostras.* Ex hoc loco confirmant hanc sententiam Pererius, & Baradius. Et Pererius quidem, dicens, Scripturam sacram, quemadmodùm solum Artaxerxem memorat, à quo data fuerit potestas extruendi muros Ierusalem: ita soli Nehemiæ ædificatæ vrbis, extructorúmque murorum laudes attribuere.

3. Confirm. III. Ex 2. Esdr. 2. vers. 17. *Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus; quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem.* vers. 18. *Surgamus, & ædificemus*, &c. vers. 20. *Surgamus & ædificemus*, cap. 3. ℣. 1. *Et surrexit Eliasib Sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis*, reliquô cap. narratur fusissimè, quomodò ædificarunt singuli iuxtà singulos. Quod sæpè resumitur factum cap. 4. 5. 6. & 7. Et ne dicatur ædificationem fuisse murorum & portarum solummodò, patet etiam fuisse domorum, cap. 7. vers. 4. *Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.* & cap. 8. vers. 16. *Feceruntque sibi tabernacula vnusquisque in domate suo, & in atriis suis*, & cùm ex tunc fuerint domata & atria, in quibus fecerunt tabernacula pro festiuitate celebranda, anteà verò non fuissent domus: indicatur, quòd eâ tempestate fuerunt ædificatæ. Et confirmatur. Nam 4. Reg. 25. vers. 9. *Et succendit domum Domini, & domum*

*regis, & domos Ierusalem, omnémque domum combussit igni.* & Ierem. 52. vers. 13. *Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam combussit igni.*

HÆc sanè Sententia, sola esset amplectenda: si de proposito illo argumento constaret, quòd *à solo Artaxerxe* exiisset sermo, de ædificanda Ierusalem. Nam, missâ factâ consideratione, de executione sermonis illius, quippè quæ nihil facit ad verba angeli: certissimum esse debet in hac controuersia, abindè solùm esse Hebdomadas incipiendas, vndè primum constiterit sermonem exiisse de ędificanda Ierusalem; neque verò quemcumque sermonem, v.g. promissionis à Deo factæ per prophetas; sed facultatis factæ ad extruendum, siue à Deo, siue, quod probabilius putabitur, à principe aliquo. Atuerò

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM

1. Facit I. Quòd non à solo Artaxerxe, exijt sermo de ædificanda Ierusalem annô ipsius vigesimô: sed etiam vel ab eodem, annô ipsius septimô, vel potiùs ab aliis regibus longè ante Artaxerxem. Quod pleniùs demonstrare, quia pendet ex aliis sententiis: ideò pronunc sufficiat, id patere factum à Dario Hystaspe annô ipsius secundô, proùt fusè describitur lib. 3. Esdr. cap. 4. à vers. 43.

2. FACIT II. Id quod aduertit Bucholcerus fol. 27. pag. 2. fin. haberi in Hebr. לְהָשִׁיב, ad reducendum, siue ad captiuitatem reducendam, proùt expositum fuit suprà sub ℣. 25. Tunc autem populus nullus fuit per Nehemiam reductus: vel nulla de reducendo facultas facta per Artaxerxē.

3. FACIT III. Quòd in tota illa historia mentio fit solùm de *muris* reficiendis, & reædificatis, nulla autem de domibus: nisi fortè de vnica sola, de qua dicit Nehemias vers. 8. *vt tegere possim portas turris domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxtà manum Dei mei bonam mecum:* sed ex quo concluditur, concessionem non fuisse factam de vllis aliis; constet verò ex eadem historia, ædificatas fuisse domos, & in eis habitasse Iudæos, antè tempora illa Nehemiæ. Nam cap. 2. vers. 11. *Et veni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus*, &c. vers. 16. *Magistratus autem nesciebant, quo abyssem, aut quid ego facerem; sed & Iudæis & Sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram.* cap. 7. ℣. 3. fin. *Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem, singulos per vices suas, & vnumquemque contrà domum suam*, cap. 8. vers. 16. *Feceruntque sibi tabernacula vnusquisque in domate suo, & in atrys suis*, &c. Ecce habitatores & domos. Quid? quòd Pererius pag. 600. sub

A init. hæc ait: Equidem non abnuo fuisse ante Nehemiam multas domos, sparse dissipatéque circà templum, ad Iudæorum habitationem: quin etiam parietes instar mœnium, ad protectionem & defensionem habitantium constructos; sed ea ædificatio incondite atque inordinatè facta, nec ciuitatis formam & speciem habebat, nec admodùm cōmoda erat habitationi, nec firma propugnationi. Quocircà cùm vicinorum hostium incursiones atque impetus sustinere non posset, sæpenumerò fuerat ab illis prærupta, incensa, vastata, ob idque habitatoribus vacuata. Hæc Pererius. Quod pro-

B babile fit ex cap. 1. vers. 3. *Qui remanserunt & relicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magnâ sunt, & in opprobrium: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni.* vers. 4. *Cùmque audissem verba huiusmodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis*, &c. Non est credibile Ierusalē à tàm longo tempore fuisse habitatam, & tamen muros eius & portas in eo statu semper mā-

C sisse, & Nehemiam, aut antè ipsum Esdram, aut antè eos Zorobabelem, non fuisse de suis sollicitos; potiùs credibile, dissipationem muri, & exustionem portarum, de quâ tunc Nehemias fuit sollicitus, factas fuisse de nouo à gentibus, Iudæorum vicinis, & hostibus. Nam, vt ait Author Hist. Scholast. Iudith. 6. fitque credibile ex 2. Esdr. 4. vbi cogebantur arma gerere in ædificando, per dies sustinebant hostium impetus, & noctibus intrabant latrunculi, & implebant plateas cadaueribus occisorum. Deniquè nō est credibile Iudęos antè Nehemiā ædificasse muros & portas, absque princi-

D pis concessione. Vndè, quod subiungit Pererius dicens: Adde illud, quod huius rei caput est, eam ædificationem, qualiscumque fuit, non ex voluntate, mandato, edictóve, alicuius regis esse susceptum: hoc inquam aliter habere, non solum est credibile, sed etiam verum de facto fuisse ostenditur 3. Esdr. 4. & agetur inferiùs. Deniquè hęc videre est amplissimè apud Iosephum 11. Ant. 4. & 5. Quarè

AD PROBATIONEM, siue argumentum huius Sententiæ. Respondetur, non à solo Artaxerxe Longimano sermonem exisse de reædificanda Ierusalem: sed longè antè, minimùm à Dario Hystaspe. Ad Arg. 1. Sent.

E AD CONFIRMATIONES argumenti. Respondetur, in eis agi solum, vel de iteratâ reædificatione murorum; vel si domorum aliqua ex consequenti, certè de simplici executione, non autem de prima simpliciter ædificandi concessione. Ad Confirmationes.

II. SENTENTIA. dicit, Septuaginta Hebdomades annorum Danielis, incipiendas esse ab *anno septimo* eiusdem *Ar-* 2 Sent.

*taxerxis* Longimani, *sub Esdra*, 1. Esdr. 7.

Ità subindicat Eusebius lib. 8. Demonstr. Euang. post med. Ita censendus Cedrenus, incipiens eas ab octauo anno huius Artaxerxis, quippè qui septimum eius annum intellexerit completum. Ità demùm & expressissimè Funccius lib. 2. ad an. 3506. & post eum Bucholcerus fol. 24. pag. 2. post med. & fol. 27. pag. 2. init. præsertim verò 28. pag. 2. Quarè quod dicit Pererius nullum veterum aut recentiorum, ab eo tempore Hebdomadas inchoasse, deficit in illis omnibus.

Probat. PROBATVR hæc Sententia quibusdam argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM, apud Funccium & Bucholcerum. Angelus, inquit Funccius, docet à quo tempore, Septimanæ istæ sint incipiendæ: videlicet, à tempore quò concessum est Iudæis vt *habitarent*, & *ædificarent* Ierosolymam. Quod quidem primùm post captiuitatem factum est, cùm Esdras à Dario Longimano cum reliquis vasis templi Domini in Iudæam remitteretur. Tunc enim & hoc ei in mandatis præceptum est, vt libere per totam regionem Iudæorum ex suis constitueret iudices, ac præsides, témque publicam iterùm instaurarent, vtque populum secundùm leges Dei, quæ propriæ erant Iudæorum, viuere institueret, &c. Antè id tempus tantummodò permissum erat Iudæis ædificare templum, & sacra secundùm legem Domini administrare. Nunc autem cum Esras mittitur, accedit Reipublicæ confirmatio, & libertas sub propriis magistratibus viuendi, quæ mehercule vera vrbis ædificatio est. Nam si quædam his destituta erit, vtcumque sit vallô murôque munita, tamen vrbs dici meritò non potest. Sic Funccius.

Pleniùs tractat Bulcholcerus argumentum istud à fol. 27. pag. 1. fin. passim ipsum explanans à verbis habitis iuxtà Hebr. vers. 25. Ab exitu sermonis לְהָשִׁיב, quod Burgensis, Pagninus, & alij vertunt, *ad reducendum* (scilicet populum) vel vt habet interlinearis Pagnini, & Montani, *ad reuerti faciendum*, וְלִבְנוֹת *& ad ædificandum*, rursúmque תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה רְחוֹב, id est, *Redibis* (impersonaliter, seu reuertetur populus) *& ædificabitur platea*, &c. In quibus verbis duo quædam notabilia continentur simùl: scilicet & reductio populi, & facultas ad reædificandam vrbem. Iterùm, a verbis illis habitis paulò antè vers. 24. *Septuaginta Hebdomades* determinatæ sunt *super populum tuum*, & *super vrbem* sanctam tuam; in quibus vult, vt sicut vrbi conuenit ædificatio, ità populo conueniat reductio. Itaque contendit Bucholcerus, illa duo fuisse facta, & solùm facta, sub Artaxerxe Longimano, annô eius septimô, idque probat, saltem probare se putat, ab edicto Artaxerxis, quod ideò ad longum affert fol. 28. pag. 2. Post quod hæc subiungit: Quid quæso hic aliud facit Esdras, quàm vt enarret hæc duo verba Danielis; considera exitum verbi, seu promulgationem edicti, de reducendo populo, & ædificanda vrbe Ierusalem. Certè hoc demùm fuit ędificare vrbem, quòd Artaxerxes Esram sacerdotem priuilegiis amplissimis instructum, magnáque multitudine populi comitatum, in patriam dimisit; vrbem sanctam inhabitari, legem doceri, cultum Dei instaurari, & iudicia atq; Rempublicam constitui iussit; quódque μακρόχειρ ille (Longimanus) longâ beneficáque dextrâ suâ ad Ecclesiam Dei erigendam, fouendam & ornandam piè ac laudatissimè vsus est. Hactenùs Bucholcerus.

1. Confirm 1. Arg. CONFIRMARI potest à quadam probatione habita ex Scriptura sacra apud Pererium lib. 10. super illa vers. 25. *Scito ergo*, &c. Sent. 5. seu pag. 595. med. 1. Esdr. 7. vers. 6. fin. *Et dedit ei* (Esdræ) *rex secundùm nomen Domini Dei eius super eum, omnem petitionem eius*: post quæ per edictum suum dedit illi magnam pecuniæ copiam. Credibile est autem, Esdram imprimis postulasse potestatem *ædificandi* Ierusalem, saltem quoad muros eius. Nam sine firmis mœnibus, propter hostium vicinorum incursiones, nec habitatio tuta esse, nec in templo cultus Dei securè tractati potuisset. Credibile item, tantam pecuniæ vim ad vsum illum tanquàm magis vtilem, fuisse concessam. Atque ità Theoduretus non obscurè significat Esdram operam suam nauasse in extruendis mœnibus, ad hoc etiam missum ab Artaxerxe.

2. Confirm 1. Arg. CONFIRMAT Bucholcerus, ab illis verbis; *ædificabitur platea, & muri Ierusalem in angustia temporum*: prætendens quòd sicut ista manifestè sunt intelligenda fuisse facta sub Nehemia: ità & illa alia sub Esdra.

2. Arg. II. ARGVMENTVM, apud Bucholcerum à fol. 24. pag. 2. habetúrque etiã apud Pererium, Petitum ab Annis Olympiadum ità compositis cum anno septimo Longimani, & cum morte Christi Domini nostri, vt ab vnâ metâ ad alteram perfectè reperiantur anni 70 Hebdomadum 490. Deducendum est autem argumentum hôc modô.

Annus septimus Artaxerxis Longimani, quô missus est Esdras in Iudæam, pertinet ad annum tertium Olympiadis octogesimæ. Hoc ostenditur testimoniis veterum, Diodori Siculi, Thucydidis, Iulij Africani, & Eusebij. Nam

Diodorus Siculus refert obitum Xerxis, patris Artaxerxis Longimani, & initium regni Artaxerxis Longimani filij Xerxis, in annum primum olympiadis septuagesimæ-nonæ (olympias autem continet 4. annos). Procede ab anno primo olympiadis septuagesimænonæ, ad annum tertiū olympiadis octogesimæ, & attinges annum septimum Longimani. Nam olympias septuagesimanona facit annos 4. qui iuncti primis duobus annis olympiadis octogesimæ, faciunt 6. Itaque annus tertius olympiadis octogesimæ erit septimus Artaxerxis Longimani.

Item, Thucydides refert obitum Artaxerxis Longimani, ad annum septimum belli Peloponesiaci, id est, ad annum quartum olympiadis, octogesimæoctauæ. Testantur autem Diodorus, Tertullianus, Eusebius, Hieronymus, & alij, Artaxerxem Longimanum regnasse annis 40. A fine olympiadis octogesimæoctauæ, in quà Thucydides refert obitum Longimani, computa retrograde annos 40. & venies ad annum primum olympiadis septuagesimænonæ, in qua proinde regnare cœperit Longimanus. Nam ab initio olympiadis septuagesimænonæ, ad finem octogesimæoctauæ reperiuntur olympiades 10. quę faciunt annos 40.

Item, Iulius Africanus apud Eusebium lib. 8. Demonstr Euang. cap. 2. & apud S. Hieronymum in 9. Dan. refert annum vigesimum Longimani, ad annum quartum olympiadis octogesimætertia. Sume hunc vigesimum, & retrouersus progredere ab anno quarto olympiadis octogesimætertiæ, inuenies annum septimum Longimani recidere in annum tertiū olympiadis octogesimæ. Nā ab 83. inclusiuè (& retrograde) ad 80. exclusiuè, sunt 3. olympiades, quæ faciunt annos 12. A 20. detrahe 13. restant 7.

Deniquè, Eusebius lib. 10. Prępar. Euang. cap. 3. citat veteres chronographos Thallum, Castorem, Diodorum, Polybium, Phlegonem, atque ex eorum sententia refert primum annum Cyri ad annum primum olympiadis quinquagesimæquintæ. Tribuantur Cyro 30. anni, secundum Gręcorum annotationes, Cambysi 8. Dario 36. Xerxi 21. Artaxerxi 7. & applicentur olympiadibus, recidet 7. Artaxerxis in annum tertium olympiadis octogesimæ. Itaque ex testimoniis horum veterum, annus septimus Artaxerxis Longimani, venit in annum tertium olympiadis octogesimæ.

Annus item mortis Christi Domini, pertinet ad annum quartum olympiadis ducentesimęsecundæ. Hoc asserunt omnes veteres scriptores.

His ità positis, compone annos olympiadum, & annos Hebdomadum Danielis, & reperies à septimô Artaxerxis Longimani, ad mortem Christi Domini, annos 70. Hebdomadum, seu 490. plenos atque perfectos. Nam ab olympiade octogesima exclusâ, seu 81. inclusa, ad olympiadem ducentesimamsecundam inclusam, sunt olympiades 122. Multiplica 122. per 4. & erunt 488. His adde annum tertium, & quartum olympiadis octogesimæ, quę fuit exclusa, & habebis 490.

Idem est si per substractionem procedas. Aufer 80. olympiadas ab anno quarto olympiadis ducentesimæsecundæ, id est, ab ipso principio ducentesimætertiæ olympiadis (quia finis 202. & initium 203. olymp. concurrunt) deprehendes distantiam 123. olympiadum, id est annorum 492. Multiplica 123. per 4. prodibunt 492. Abijce primum biennium olympiadis octogesimæ (quia annò tertiò olympiadis octogesimæ incipiunt Hebdomades) produces 490.

3. Arg.

III. ARGVMENTVM. apud eundem Bulchocerum, Petitur ab annis Imperatorum Persicorum, ità compositis cum annis natalis & mortis Christi Domini, vt rursùm à septimo Artaxerxis Longimani, reperiantur anni 70. Hebdomadum, seu 490. Deducendum est autem hôc modò.

Cyrus regnauit in Imperio Babylonico 8. annis. Cambyses 8. Darius Hysdaspis 36. Xerxes 21. His adde 7. Artaxerxis Longimani, efficies 80. vel si excludas septimum eius, efficies 79. Itaque à monarchia Cyri, vel à soluta captiuitate, ad septimum Longimani, sunt anni 80. vel 79. A monarchia autem Cyri, vel a soluta captiuitate ad natalem Christi, ex veterum testimonio sunt anni 535. & ad mortem eius 569. Dicunt enim Cyrum regnasse olympiade quinquagesimaquintâ, & Christum mortuum esse olympiade ducentesimasecundâ, annô eius quartò. A quinquagesimaquinta, (inclusiuè sumenda) ad ducentesimamsecundam, annum eius vltimum, sunt olympiades 148. quæ faciunt annos 592. Ab his abijce 23. ex 30. Cyri, remanent 569. Porrò, hic numerus spatio 79. annorum superat 490. annos Danielis. Abijce ergò 79. qui intersunt inter monarchiam Cyri, seu captiuitatem Babylonicam, & annum septimum Longimani, & reperies ab illo septimo Longimani, vsque ad mortem Christi, 490. annos, qui sunt anni Hebdomadum Danielis. Hactenus argumenta præcipua, in discursu Bucholceri contenta, ordine & explicatione clariori deducta.

Reiicitur.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd in toto edicto Artaxerxis Longimani, ne verbum habeatur vnum de ędificanda Ierusalem. Imò per totam histo-

tiam habitam cap. 7. & vsque ad finem libri, patet, totam commissionem Esdræ tactam, fuisse factam in eum solummodò finem, vt populum debitis legibus & moribus instrueret, templúmque Dei diligenter excoleret. Quod autem dicitur de iudicibus, ac præsidibus, nihil ad rem: prout mox videbitur in solutionibus argumentorum. Itaque

Ad 1. Arg. 1. Sent. AD I. ARGVMENTVM. Respondetur, & ad id quidem, quod in eo minoris locum habet: expositionem illam quâ vrbis ædificatio intelligitur de magistratibus constitutis, detorquere sensum Scripturæ proprium, ad improprium, absque necessitate; sicut faceret qui, cùm mentio fit de ædificando templo in edictis anterioribus Cyri, & Darij, exponeret de Sacerdotum vel institutione, vel reparatione; & cùm apud Dan. dicitur, *& rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporum*, exponeret de ædificatione politica: quæ sanè essent perabsurda.

Ad 1. confirm. AD CONFIRMATIONEM, Respondetur, omnem illam petitionem, nil respicere amplius, quàm quæ sunt expressè tradita per Scripturam. Nullibi autem exprimitur, Esdram petisse, vel ei concessum fuisse, munus reædificandi vrbem. Quin potius, vt notat Sulpitius, & videre est à cap. 7. ad finem libri, præcipua Esdræ cura fuit, plebem corruptis moribus reformandi: totáque commissio Artaxerxis, pro templo colendo, & populo regolando. Quod mirum esse non debet, cùm, sicut præmonitum fuit suprà contrà 1. Sententiam, & expressius probabitur sub 4. permissio reædificandi vrbem, ipsáque reædificatio tàm vrbis, quàm mœnium, necessariò iam facta erat. Quod autem dicitur de tanta vi pecuniæ, constat totam fuisse concessam in vsus templi, à vers. 15. ad vers. 26. quorum summarium habetur vers. 23. *omne quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli: ne forte irascatur contrà regnum regis, & filiorum eius.* Simile fuerat iam præstitum per Darium Hysdaspem, cap. 6.

Ad 2. AD II. ARGVMENTVM. Respondetur, omissis quibusdam in eo non satis quadrantibus, v.g. quòd Cyrus regnauerit annos 30. cōpletos, cum Herodot. dicat 29. tantummodò, quod 8. in Imperio, cùm ex Xenophonte regnauerit 6. tantùm, &c. datò reperiri præcise tot annos à septimo Artaxerxis, ad mortem Christi: hoc prorsus esse per accidens; qualiter etiam per accidens est, cum Pererius lib. 11. pag. 726. ostendit, eundem numerum annorum 490. sed secundùm authores antiquos Iul. Afric. &c. Lunarium, plene atque perfectè

A reperiri, ab anno vigesimo eiusdem Artaxerxis Longimani, vsque ad annum quartum post mortem Christi, in quo vult finiri Hebdomades Danielis. Porrò chronologiam per olympiadas esse prorsus incertam: proût ostendetur suô locô; itaût non anni veri rerum gestarum fuerint ab antiquis ad olympiades compositi: sed olympiades ad annos rerum, quales eos probabilius veros putauerunt, compositæ.

Ad 3. AD III. Respondetur, chronologiam per annos Persarum, esse pariter ac olympiadas, imò magis adhuc incertam & fallacem: & in singulari de recensione eorum,

B quam facit Bucholcerus, patet, quòd is tribuat annos Cyro in monarchia 8. cùm tamen sententia communior, tribuat ei 30. qui dicuntur omnes regni eius: contrà quos rursùs Herodotus tribuit ei tantummodò 29. probabilior denique sententia sit aliorum, qui iuxtà Xenophontem lib. 8. Cyropæd. tribuit ipsius monarchiæ non plùs quà 6. completos.

3. Sent. III. SENTENTIA, dicit, Septuaginta

C Hebdomadas annorum Danielis, incipiendas esse ab *anno primo Cyri*, sub *Zorobabele*, 1. Esdr. 1. & sequentibus.

Ità ex antiquis ex parte Eusebius lib. 8. Demonstr. Euang. vbi inter 3. expositiones hebdomadum, hanc primam affert. Item Clemens Alex. lib. 1. Strom. quem etiam affert S. Hieron. in Dan. Sub quibus, reduci debent Origenes, Tertullianus, & Hebræi quos ibidē refert S. Hieronymus, initium Hebdomadarum posuisse in anno 1. Darij Medi, siue ab eadem die quò loquebatur Angelus Danieli. Ità ex Modernis, &

D forsan vnicus Genebrardus pag. 162. & pag. 163. fin.

Probat. PROBARI potest hęc Sententia pluribus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex locis, in quibus describitur solutio facta Captiuitatis *annô primô Cyri*, per edictum ab eo promulgatum, vt 2. Par. vlt. à vers. 22. 1. Esdr. 1. vers. 1. 5. vers. 13 6. vers. 3. & similibus 3. Esdr. à cap. 2. Per hæc enim insinuatur potestatem fuisse factam ad ædificandam Ierusalem.

1. Confirm. 1. Arg. CONFIRMARI potest hoc argumentum 1. dicendo, quamuis in edicto Cyri

E mentio habeatur solummodò de ædificatione templi; tamen ædificationem illam templi, non potuisse solitariè concedi: sed in eius concessione, tanquàm in aliquare principali, synecdochicas contineri concessionem ædificandæ vrbis. Ad quid enim soluta captiuitas? ad quid tot principes, sacerdotes, & familiæ reductæ, nisi vt templô constructô, ædificarent circùm, ad hoc

vt commodiùs Deo & templo suo vacarent?

1. Confirm. CONFIRMARI potest II. Ratione illâ, quam in superioribus tangebant Funccius & Bucholcerus, & longè antè Caluisius, ædificationem ciuitatis non consistere in murorum extructione, sed in ciuium primariorum reductione, ac in vnam Rempublicam coadunatione.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur à 1. Esdr. 4. vers. 12. *Notum sit regi, quia Iudæi, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem, & pessimam, quam ædificant, extruentes muros eius, & parietes componentes.* vers. 13. *Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus, non dabunt,* &c. vers. 16. *Nunciamus nos regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Flumen non habebis.* vers. 17. *Verbum misit rex* (Artaxerxes) &c. vers. 21. *Nunc ergò audite sententiam: Prohibeatis viros illos, & vrbs illa non ædificetur, donec si fortè à me iussum fuerit.*

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab Isa. 44. ℣. 6. med. *Qui dico Ierusalem: Habitaberis: & ciuitatibus Iuda: Ædificabimini, & deserta eius suscitabo,* &c. vers. 28. *Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meã complebis. Qui dico Ierusalem: Ædificaberis; & templo: Fundaberis.* & cap. 45. vers. 13. *Ego suscitaui eum* (Cyrum) *ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus exercituum.* Sanè hoc argumentum videri potest in specie fortissimum.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. Petitur à 4. Esdr. 7. vers. 28. *Reuelabitur enim Filius meus Iesus cum his qui cum eo sunt: & iucundabuntur qui relicti sunt in annis* 400. vers. 29. *Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus.* Ibi videtur ponere natiuitatem Christi Domini, post 400. annos. His si addas 33. vitæ Christi, fiunt 433. A 69. Hebdomadibus quæ faciunt 483. deme 433. restant 50. nempe fuit Esdras Daniele his annis 50. posterior. Ita Genebrardus pag. 164. Quem non intellige quòd Esdras fuerit posterior Daniele 50. annis, quantùm ad natiuitatem suam, sed quantum ad reuelationem Danieli factam de 70. Hebdomadibus, siue quantùm ad reuelationẽ illam sibimet factam. Itaque his ita collectis, nempè Esdram fuisse 50. annis posteriorem Daniele, componamus omnes istos annos 50. Esdræ. 400. prædictionis eius, vsque ad natiuitatem Christi, sunt 450. Adde 33. vitæ Christi, sunt 483. Hic numerus accedit ad 490. qui numerus est 70. Hebdomadum.

Quia tamen deficiunt anni 7. & forsan tota Septuagesima Hebdomas, & quod ait Genebrardus de 50. annis quibus Esdras fuerit tunc posterior Danieli, non satis demonstratur: propereà meliùs sic potest dici. Sumantur anni 400. à prædictione Esdræ, ad natiuitatem Christi. 33. vitæ Christi. Retrogrediamur. Darius Hysdaspis, secundum Herodotum lib. 7. Eusebium in Chronic. Sulpitium in lib. 2. & communiùs reliquos regnauit annis 36. Cambyses 8. Cyrus, secundum Xenophontem à captiuitate soluta, 6. Adde 7. (vel 6. completos) Artaxerxis, quorum mentionem facit Esdras libro suo 3. capitibus vltimis: erunt hi numeri collecti 490. Propter quod etiam educetur Esdram scripsisse quartum suum librum, saltē propheticam illam de reuelatione Christi Redemptoris, annò illo septimò Artaxerxis Longimani, & 57. annis post reuelationes factas Danieli. Quod non longè distat à 50. Genebrardi.

NEC OBSTAT illud, eodem lib. 4. cap. 3. vers. 1. *Anno trigesimo ruinæ ciuitatis, eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens,* &c. Ex quo videretur ex vna parte, Esdram fuisse valdè antiquum: ex altera autem, prædixisse hæc annò trigesimò ruinæ ciuitatis, à quo computari anni 400. non peruenirent ad natiuitatem Christi.

NAM imprimis, etiamsi vixerit Esdras annò trigesimò ruinæ ciuitatis, ætas eius nō patebit nimia tempore illius prædictionis. Siquidē collige à trigesimo ruinæ ciuitatis, ad septuagesimum captiuitatis, sunt 40. Adde 6. Cyri, 8. Cābysis, 36. Darij. 20. Xerxis. 6. Artaxerxis, erunt 116. Adde aliquos ætatis quos attigerat annò illò trigesimò ruinæ ciuitatis, v.g 14. erunt 130; 20. erunt 136. Hoc autem non est incredibile. Sed neque incredibiles fore longè plures annos ætatis eius, vt & aliorū, v.g Nehemiæ Mardochæi, &c. dicetur vbi de Regibus Persarum.

Deindè, quamuis cap. 3. dicatur *annô trigesimo ruinæ ciuitatis*: non tamen sequitur, reuelationem illam ei tunc fuisse factam: potuit enim fieri multis annis post.

5. Arg. V. ARGVMENTVM. Petitur à necessitate. Nam necessarium fuisse videtur Iudæis, vt muros haberent, vt eis muniti ciuitatem habitarent, tàm ad conseruandas templi diuitias, quàm ad tuendos se contra tot inimicos per circuitum infensos.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM. Petitur à conuenientia, apud Genebrardū pag. 164. init. Sese, inquit, debent consequi 7. anni captiuitatis, & 70. hebdomades annorum, &c. Et infrà, rationem hanc subdit: Adde, Danielem vel potiùs Angelum, in statuendis his 70. hebdomadibus, voluisse alludere ad 70. annos captiuitatis, quasi dicat, tot

ſuperſunt hebdomades annorum, ad plenam libertatem & redemptionem populi, quot anni fuêre captiuitatis. Quod videtur deſumptum ex Ruperto in eo lib. quem ſcripſit in Dan. cap. 16.

7. Arg. VII. ARGVMENTVM. Petitur ab authoritate Ioſephi, dicentis 11. Antiq. 1. Cyrum feciſſe facultatem Iudæis, etiam ad vrbem ædificandam. Idem dicit Euſebius lib. 8. Demonſtr. poſt med.

Obiect. OBIICI poteſt contrà totam hanc Sententiam, eam eſſe contrariam computationi per Olympiadas, per annos Vrbis Côditæ, per annos Nabonaſſaris, & ſimiles chronologias: atque ità deficere in ſpatio à Cyro ad natalem Chriſti, plus 100. annis.

Reſponſ. VERVM, iam monuimus, & oſtendemus infrà, computationem per Olympiadas, per annos Vrbis Conditæ, per annus regum Perſarum, per annos Nabonaſſaris, & ſimiles à profanis acceptas, eſſe prorſus fallaces. Quarè

Reijcitur. 3. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit ſolummodo, quòd nullum habet verum fundamentum, vel etiam, quod hic requiritur, veſtigium in Scriptura, neque etiã in alio teſtimonio ſufficienti, fidéque digno. De Scriptura conſtat. De alio teſtimonio fide digno, tale non hîc æſtimamus quod affertur de Ioſepho, vel etiam ex parte Euſebio; maximè contrà expreſſum aliud teſtimonium quod exponetur in ſequenti Sententia.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Reſpondent omnes authores contrariarũ Sententiarum, per negationem aſſumpti. Quod enim prętenditur, nullatenùs in eis inſinuatur. Atque ità Pererius lib. 10. pag. 594. med. hæc ait: Verùm Clemens (Alex.) non animaduertit, à Cyro factam eſſe quidem poteſtatem extruendi têplum, ſed non vrbem, vt indicat ipſius edictum memoratum ab Eſdra lib. 1. cap. 1. & deinceps. Et quidem nullum de illa verbum habetur in edicto Cyri.

Ad 1 Confirm. AD 1. CONFIRMATIONEM. Reſpondetur, ex nullo Scripturæ teſtimonio conuinci poſſe, ſynecdochen illam in edicto Cyri contineri: vndè conijcere illam eſſe potiùs diuinare. Quidni enim conijci poſſit, Cyrum eam noluiſſe concedere: ideóque in edicto ſuo nullam de hoc mentionem facere voluiſſe? Ad illud autem quod petitur: Ad quid enim ſoluta captiuitas? &c. Reſpondetur, ad libertatem conſequendam, ad templum ædificandum, ad in aliis ciuitatibus liberè commorandum, proùt ſpecificatur per totam hiſtoriam, & præſertim cap. 2. verſ. 70. denique, ad Deo liberiùs ſeruiendum in templo ſuo, ad quod præſtandum non fuit opus reædificari ciuitatem; ſiquidẽ illuc aliàs ab omnibus regionibus confluebatur. Poſſunt autem aſſignari rationes aliquæ, cur forſitan Cyrus nondum permiſerit ædificationem vrbis: ne rebellarêt interim dùm ipſe eſſet aliis expeditionibus bellicis occupandus, proùt côijcere eſt ex impedimentis mox allatis ſub ipſo, ſub Aſſuero, & Artaxerxe 1. Eſdr. 4. vel certè & meliùs quia vtrumq; volebat concedere ſeorſim, vt ita Iudæos ſibi magis deuinciret. Dici etiam poteſt eum vrbis ædificationem neque permiſiſſe, neq; prohibuiſſe: ſed hoc indifferens reliquiſſe: tamen nec eam etiam expreſsè conceſſiſſe, quia nolebat ad hoc impenſas è theſauris ſuis tribuere, ſed tantùm ad ædificationem templi.

Ad 2. Confirm. AD II. CONFIRMATIONEM. Reſpondetur, per ciuium coadunationem non intelligi, niſi *metaphoricè*, ciuitatis extructionem; in verbis autem Angeli, verba illa, *vt iterùm ædificetur Ieruſalem*, non eſſe retrahenda à propria ſignificatione abſque neceſſitate; alias enim, ſicut iam ſuprà dictum eſt, ſic exponenda eſſent ipſamet ædificatio templi, & platearum, & murorum, quod eſſet abſurdum.

Ad 2. AD II. ARGVMENTVM. Reſponderi poteſt, id quod indicat Torniellus an. 3609. num. 4. & 3524. num. 2. accuſationem illam fuiſſe falſam, & malitioſe confictam. Etenim ex antecedentibus verſ. 1. 2. & 3. & ex conſequentibus verſ. 24. videre eſt, ſolam quæſtionem fuiſſe inter eus: pro ædificatione templi, & non vrbis.

QVOD SI contendatur, Iudæos nihilominus cum templo ædificaſſe etiam ciuitatem.

RESPONDEBITVR, adhuc non ſequi, hoc eos feciſſe ex ſermone qui exierit a Cyro. Vnde Iulius Africanus apud S. Hieronymum in Dan. hæc dicit. *Templum & vrbem ædificare conati ſunt, prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus, quaſi hoc rex non iuſſiſſet.* Per hoc inſinuans nationes impediſſe templum, impediendo quidẽ vrbem, ſed illud propter hanc: tanquàm propter vnum prætexentes, neque aliud fuiſſe permiſſum.

QVOD SI VRGEATVR. Credibile eſſe Iudæos non fuiſſe auſos id attentare, niſi ex conceſſione Cyri.

RESPONDEBITVR. Hoc aſſeri quoque ſine Scriptura: cum oppoſiti ſuppetant rationes cogitatu faciles, & in ſuperioribus indicatæ. Sufficiat illa, quòd Cyrus neque hoc permiſit, neque etiam prohibuit: & quia non prohibuit, Iudæi potuerunt illud attentare, ſcientes Cyrum ex hoc offenſum non iri.

Ad 3. AD III. ARGVMENTVM. Reſpon-

1. Respons. deri poteſt I. illa verba cap. 45. verſ. 13. med. *Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet*, intelligenda eſſe, non de Cyro, ſed de Chriſto Domino. Fauere videntur ea quæ de illo dicuntur a verſ. 8. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iuſtitia orietur ſimul*, &c. Vnde incipit verſ. 13. *Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, & omnes vias eius dirigam*. Item, verbis illis, *ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet*, adiungitur, *non in pretio, neque in muneribus*: quod videri poteſt exponendum per illa cap. 55. verſ. 1. *Omnes ſitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite, abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac*, &c. Deniquè, per reliquum obiecti capitis 45. confirmari videtur, hæc fuiſſe dicta de Chriſto Domino.

VERVM, hæc non concludunt; quia remouenda non ſunt ea, quæ de Cyro prædicuntur, à ſuo ſenſu litterali ſiue hiſtorico.

2. Respons. RESPONDERI poteſt II. Id quod habet Torniellus an. 3609. num. 4. poſt initium, ibi vel ciuitatem pro templo vſurpatam eſſe: quod nobis quidem eſt improbabile, quia Iſaias manifeſtè nimis diſtinguit templum a ciuitate, & fundationē vnius, ab ædificatione alterius; vel prophetam non de materiali murorum ſtructura loqui, ſed de ciuili ædificatione, quæ fit per ciuium coadunationem, & cohabitationem, quod videri poteſt magis probabile, tum ratione propheticæ, tum maximè ex illis verbis, *ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet*, tanquàm ſi prius expoſitum fuerit per poſterius.

VERVM neque hæc concludunt; quia neque remouenda ſunt ea, quæ de Cyro dicuntur, à proprio ſuo ſenſu.

3. Respons. RESPONDERI poteſt III. & melius, Prophetas ſæpe multa prædicere ſimul, quæ tamen non ſunt præſtanda ſimul vno eodémque tempore. Atque ità Iſaiam prædixiſſe ſimul ædificationem vrbis, & fundationem templi, quas tamen conſtat non fuiſſe factas ſimul. Imò ſæpe prophetas in narrando quædam, antepon[illegible] ea, quæ nonniſi poſterius longe ſunt facienda. Atque ità Iſaias d[illegible] *qui dico Ieruſalem Habitaberis & ciuitatibus Iuda. Ædificabimini, & deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſalem: Ædificaberis; & templo: Fundaberis*. Vbi habitatio Ieruſalem, ædificatio ciuitatum Iuda, & ſuſcitatio deſertorum eius ponuntur antè Cyrum: & tamen certum eſt Cyrum illa omnia anteceſſiſſe. Item, ponitur ædificatio Ieruſalem, antè templi fundationem; & tamen certum eſt, fundationem templi, anteceſſiſſe ædificationem Ieruſalem. Similiter ità dixit, *Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet*; & tamen certum eſt, captiuitatem priùs fuiſſe dimiſſam, quàm ciuitatem ædificatā. Deniquè, ſæpe prophetæ prædicunt multa præſtanda per aliquem, quæ tamē non ſunt actu præſtanda niſi per alios: & nihilominùs ea tribuunt illi alicui, quia ſunt ab eo quòdam certò modò, virtualiter nimirum facienda. Hoc ſatis conſtat ex innumeris, quæ tribuuntur Chriſto; quæ tamen Chriſtus non erat facturus, niſi per Apoſtolos à ſe miſſos, vel per Eccleſiam a ſe gubernādam. Ita Iſaias dicit de Cyro, *omnem voluntatem meam complebis*, & tamen certum eſt Cyrum per ſe non omnem illam compleuiſſe actu, ſed tantùm virtute. Nàm non modo non ciuitatem ædificauit: ſed ne ipſum templum, quod non fuit ædificatū, niſi ſub Dario; nihilominus quia Cyrus incœpit illud, & Darius ipſum perfecit, tùm vt Cyri ſucceſſor in imperio, tùm ex vi edicti eius, propterea ædificatio templi tribuitur Cyro. Idem ergò eſt de ædificatione ciuitatis.

DICES. *Ædificabit*, ibi ſignificare, permittet ædificari, nimirùm per edictū ſuum, ſeu facultatem ad id factam.

RESPONDETVR. Expoſitionem illam, & gratis eſſe confictam; & nullatenùs haberi in edicto Cyri (prout patet illud legenti) nullatenùs item in alio Scripturæ, vel authoritatis idoneæ loco.

AD IV. ARGVMENTVM. Reſponderi poteſt, quod quamuis illa computatio ſit plauſibilis: quia tamen ex nullo principio conſtat, quônam tempore hæc Eſdras prædixerit vel à quo tempore computandos velit annos illos 490. vel etiam num fuerint rotundò numerò dicti, vel denique quanto tempore poſt annos illos 490 Chriſtus mori debuerit. propterea deductum ex iis argumentum non concludere. Ad 4.

AD V. ARGVMENTVM. Reſponderi poteſt, conuenientiam illam ſatis ſtare, quamuis 70. Hebdomades non incipiant immediate poſt 70. annos Captiuitatis, ſed a tempore per Angelum ſignificato Danieli, ſcilicet, *ab exitu ſermonis* de ædificanda Ieruſalem. Cuius rei non deſunt exēpla, vel poſitiones in Scriptura. Nam 1. ſicut Ieremias prædicens annos 70. Captiuitatis non tamen dedit illos incipiendos à tempore ſuæ prædictionis (quod etiā frequens eſt in aliis prophetis) ità potuit Angelus prædicere 70 Hebdomades annorum, & tamen non eos incipiendos dare à tempore ſuæ prædictionis. Nam aliàs prædictionem illam habuit annò primò Darij, Ad 5.

& tamen

& tamen hebdomadas incipiendas nonvult Genebrardus, nisi ab anno sequenti. Item, sicut Numer. 14. vers. 34. *Iuxta numerum 40 dierum, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur, & 40. annis recipietis iniquitates vestras*, non repugnauit annos illos 40. incipere duobus annis antè talem prædictionem, prout ostensum fuit §. 31. ità non repugnat 70. Hebdomadas incipiendas esse annis aliquot post prædictionem fuant.

Ad 6. AD VI. ARGVMENTVM. Responderi potest, Cyrum non putasse tunc id Iudæis necessarium, quia tantæ potestatis erat, vt nullus esset qui decreto suo contradicere vellet vel auderet. Porrò non tunc erat diuitiæ in templo. Nam neque vasa fuerunt tunc lata, neque denique templum ipsum fuit ædificatum. Et eâdem consequentiâ, non fuerunt muri necessarij Iudæis, tum quia non erant tunc inimici, tùm quia templum de facto non fuit ædificatum, adeòque nec vrbs populosè habitata.

Ad 7. AD VII. ARGVMENTVM. Responderi potest, Iosephum non esse tantæ authoritatis, vt in hoc fides ei habeatur, absque alio testimonio vel Scripturæ, vel alterius authoritatis idoneæ. Monuimus iam quanta aduersùs illum habeat Salianus. In speciali fit hôc locô, quòd idem Iosephus refert ibi quoddam Edictum Cyri pro permissione huiusmodi, quod sanè videtur ab ipsomet Iosepho confictum. Et confirmatur, quia idem Iosephus cap 4 post med. refert edictum Cyri, quod repertum est apud Ecbatana castrum Mediæ, in quo nulla mentio habetur vrbis ædificandæ. Eusebius similiter non est in hoc sequendus; tùm quia credibile est eum hoc desumpsisse ex Iosepho: tùm quia refert hoc tantùm ex parte.

4. Sent. IV. SENTENTIA dicit, Septuaginta Hebdomadas annorum Danielis, incipiendas esse ab *anno secundo Darij Hystaspis sub Zorobabele*, 1. Esdr. 6. vel Aggæ. 1. & 2. & Zach. 1. vel meliùs 3. Esdr. 4. & 5.

Ità ex parte Eusebius lib. 8. Præp. Euang. vbi afferens tres Hebdomadum interpretationes, hanc habet pro 3. Ità S. Cyrillus Ierosol. Catech. 12. Driedo lib. 3. de Sacr. Scrip. cap. 5. & Iansenius Concord. Euang. cap. 122.

1. Probat. PROBANT Hanc Sententiam authores eius primi, ex eo quòd à Dario Hystaspe exierit sermo 1. Esdr. 6. per edictum de ædificando templo, quod etiam fuit executioni mandatum. In quâ probatione, necesse est authores illos voluisse, edictum Darij inuoluere, vel instaurationem politiæ Iudaïcæ, & hanc vocari ciuitatis ædificationē: vel in ædificatione tēpli, virtualiter, aut Synecdochicè, ædificationem ciuitatis. Verùm

Reijcitur prima Probatio. CONTRA hanc probationem adduci potest idem argumentum, quod contra 2. & 3. Sententiam. Siquidem Darius per Edictum illud habitum 1. Esdr. 6. fecit solummodò facultatem, & ad templum ædificandum, in quo nil amplius habet quàm edictum Cyri (imò propriè renouat illud) & ad sumptus ex regia pecunia templo ac sacrificiis eius conferendos, in quo nil amplius habet quàm edictum primum Artaxerxis Longimani annô ipsius septimô.

QVOD SI dicatur, edictum Darij inuoluere instaurationem politiæ Iudaicæ.

RESPONDEBITVR. Hoc non habetur in eius edicto prout traditō 1. Esdr. 6. & instaurationem Reip. non vocari propriè, sed metaphoricè tantum, ciuitatis ædificationem.

QVOD SI etiam dicatur, edictum Darij continere virtualiter ciuitatis ædificationem, in ædificatione templi, tanquàm in aliquâ re principali.

RESPONDEBITVR. Idem fore concedendum priùr de edicto Cyri, renouato per edictum Darij.

2. Probatio. PROBARET Hanc Sententiam Caluisius, ex eo quòd à prophetis Aggæo, & Zacharia, exierit sermo, tandémque à Dario, *annô ipsius secundô*, ex 1. Esdr. 5. & 6. Aggæi 1. & 2. & Zachar. 1. pro instaurandis templo & politia Iudaïca. In quo necesse esse Caluisium idem voluisse ac inuoluisse, quod authores illi primi: & præterea, sermonem qui dictus fuerit exitutus pro ædificanda Ierusalem, intelligendum esse, qui exierit, non à principe solum facultatem præbente, sed etiam ab ipsomet Deo, prius, aut post illum, proferente.

Reijcitur 2. Probatio. CONTRA hanc probationem, & primam eius partem, dici potest, in hoc peti principium, cùm dicitur, necesse esse sermonem exire, non solum ab ore principis facultatem præbentis, sed etiam ex ore Dei, per se, vel per prophetas suos loquentis. Sed hoc esto: ergò incipiendæ erūt Hebdomades à Cyro. Nam edictum Cyri præcessit sermo, tùm per Isaiam, cap. 44. & 45. tùm per angelum Dan. 9. tùm deniquè per Danielem ipsum, qui referente Iosephô 10. Antiq. 1. & Theodoretô in Dan. 1. ostendit Cyro prophetiam illam Isaiæ, vndè Cyrus ipsemet verbum Dei allegat, dicens 2. Par. 36. vers. 23. & 1. Esdr. 1. vers. 2. *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa.* Quarè si hæc Sententia probationes alias non habeter: esset etiam vt 2. & 3. reijcienda, sólàque valeret prima. Verùm

1. Probatio

PROBATVR argumentó validissimò, habitò in lib. 3.Esdr. Vbi, post descriptam cœnam magnam, quam fecit rex Darius, & descriptos sermones trium illorum iuuenum corporis eius custodum, à cap. 3. ad cap. 4. vsque versum 42. & postquam dictum est illò cap.4. vers. 42. *Tunc rex ait illi* (Zorobabeli): *Pete si quid vis amplius, quam quæ scripta sunt, & dabo tibi*, &c. Subiungitur

Vers. 43. *Tunc ait* (Zorobabel)*regi: Memor esto* VOTI TVI, *quod vouisti* ÆDIFICARE IERVSALEM, *in die quâ regnum accepisti*: vers. 44. *& omnia vasa, quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.* vers. 45. *Et* TV VOVISTI ÆDIFICARE TEMPLVM, *quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.* vers. 46. *Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti regi cæli ex ore tuo.* vers. 47. TVNC *surgens* DARIVS *rex, osculatus est illum: &* SCRIPSIT EPISTOLAS *ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes* ÆDIFICARE IERVSALEM. vers. 48. *Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, in Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem*, VT ÆDIFICARENT *cum eis* CIVITATEM. vers. 49. *Et* SCRIPSIT OMNIBVS IVDÆIS *qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum*, vers. 50. *& omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum*, vers. 51. *& in structuram templi dare per singulos annos talenta 20. vsquedum perædificaretur*: vers. 52. *& super sacrarium holocautomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta 10. offerre per singulos annos*, vers. 53. *&* OMNIBVS QVI PROCEDVNT A BABYLONIA CONDERE CIVITATEM: *vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorũ, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt*, &c. ℣ers. 55. *& Leuitis scripsit dare præcepta, vsq; in diem quâ consummabitur domus &* IERVSALEM EXTRVATVR: ℣ers. 56. *& omnibus custodientibus ciuitatem scripsit dari eis sortes & stipendia.* vers. 57. *Et dimisit omnia vasa quæcunque separauerat Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem.* vers. 58. *Et cùm processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem cæli*, &c. vers. 61. *Et* ACCEPIT EPISTOLAS, ET PROFECTVS EST IN BABYLONIAM. *Et venit, & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia*: vers. 62. *& benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium*, vers. 63. VT ASCENDERENT ET ÆDIFICARENT IERVSALEM, ET TEMPLVM *vbi nominatum est nomen eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitiâ diebus septem.* Cap. 5. *Post hæc autem* ELECTI SVNT, VT ASCENDERENT PRINCIPES *pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum.* vers. 2. *Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis & cum tympanis, & tybiis.* vers. 3. *& omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis.* ℣ers. 4. *Et* HÆC SVNT NOMINA VIRORVM QVI ASCENDERVNT *per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum*, &c. Abindè deducuntur & numerãtur.

EX HOC LIBRO habetur quicquid desiderari potest, ad assignandum initium Septuaginta Hebdomadũ, iuxtà verba Angeli apud Danielem cap. 9. necnon iuxta Isaiæ cap. 44. & 45. Nam habetur EXITVS SERMONIS à Dario pro REDVCTIONE populi à Captiuitate, & pro ÆDIFICATIONE TEMPLI ET CIVITATIS: in quibus ea complentur actu, per vnum è successoribus Cyri, quæ prædicta fuerant facienda per ipsum. Quare immeritò valdè dixerint Pererius, Torniellus, & alij, facultatem ædificandi Ierusalem non fuisse factam ab isto Dario: vel si hoc intellexerunt quoad edictum eius habitum 1. Esdr. 6. immeritò tamen neglexerunt sermonem, qui ab eo prodiisse describitur hôc librô 3. Esdr. cap. 4.

PORRO, hæc omnia euenisse *anno secundò Darij* illius, patet. Nam quoad cœnam illam magnam, etiamsi dicat Iosephus 11. Antiq. 4. & post eam Torniellus an. 3532. num. 4. atque ex verbis 3. Esdr. 5 mox citandis colligi possit eam fuisse factam annô Darij primô: tamen concessionem ædificãdi ciuitatem fuisse factam annô eius secundô euidens est ex cap. 5. vers. 6. *qui* (Zorobabel) *locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius, mense Nisan primò.* Quoad reliqua, consequenter. Sed expressè 1. Esdr. 4. vers. vlt. iursúmque 3. Esdr. 5. vers. vlt. *Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum*: & Aggæ. 1. & 2. vers. 1. *In anno secundo Darij regis*, &c. & Zachar. 1. ℣ers. 1. & 7. *In anno secundo Darij regis*, &c. & rursùm 3. Esdr. 6. vers. 1. *In secundo autem anno regni Darij prophetauit Aggæus & Zacharias*, &c. ad quem annũ ex his patet referendũ esse quod dicitur 1. Esdr. 5. à ℣ers. 1. *Prophetauerũt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo*, &c.

1. Confirm. CONFIRMATVR hoc argumentum I. Ex quadam colligatione speciali, quã habet iste Liber 3. Esdræ cum Libro 1. canonico, per quandam singularem concessionem factam ab eodem Datio, quæ reperitur in vtroque Libro, quæque sic reperitur in Libro 1. memorata tanquàm iàm antè facta per Darium illum, vt tamen nun sit in tota Scriptura canonica reperire quandonam fuerit facta, reperiatur autem in isto Libro 3. Esdræ, nimirùm quandò Darius proposuit hoc edictum; & in summa reperitur cum hoc ipsomet edicto de reædificanda ciuitate & templo, coniuncta. Proponitur aliò modò. Quamuis edictum istud de ædificanda ciuitate, non habeatur in Scriptura Esdræ canonica: tamen habetur in ca tale quid, videlicet concessio quædam singularis, per quam Darius ostendit se de illo loqui: rursùs verò tale quid, simile cuipiã alteri quod habetur in hac Esdrę nõ canonica, videlicet eadem concessio singularis, vt manifestum sit, scripturam hanc Esdr. 3. quamuis non canonicam, tamen nihil aliud esse, quàm illius 1. Esdr. canonicæ declarationem ampliorem; & , quod omissum fuerit hoc edictum in illa canonica, simile quiddam esse cuipiam, quod fuit obseruatum in aliis canonicis, in quibus, quod prætermissum fuerat, suppletum fuit ab aliqua alia authoritate idonea, v. g. de Cainan secundo, vel certe de annis eius, & de interpretatione loci illius Exod. 12. circà habitationem filiorum Israel in Ægypto, quæ duo suppleta fuerunt à Septuaginta Interpretibus suis locis. Declaratur. Nam

In Libro canonico 1. Esdr. cap. 6. postquàm à vers. 3. Darius Hysdaspis retulit edictum Cyri, Ducibúsque impedientibus executionem eius, præcepit his verbis, vers. 6. *Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans Flumen, Starbuzanai, & consiliarij vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumen, procul recedite ab illis*, vers. 7. *& dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum, & à senioribus eorum, vt domum Dei illam ædificent in loco suo* : Subiungit hæc vers. 8. *Sed & à me præceptum est, quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans Flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus*. vers. 9. *Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hædos in holocaustum Deo cæli, frumentum, Sal, vinum, & oleum, secundùm ritum Sacerdotum, qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia*. vers. 10. *Et offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis, & filiorum eius*. Hoc idem, ac

A significantiùs traditur verbis istis in Libro 3. Esdr. cap. 6. à vers. 28. *Et ego quoque præcepi sic totum ædificare: & prospexi, vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudæorum, donec consummetur templum ædis Domini*: vers. 29. *& à vexatione tributorum Cœlesyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos*, vers. 30. *similiter autem & frumentum, sal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in*
B *Ierusalem, distauerunt consumi quotidie, sine vlla dilatione*, vers. 31. *vt offerantur libationes summo Deo pro rege & pueris eius, & orent pro eorum vita*: &c. Ecce vna eadémque singularis concessio per vtrumque librum memorata. Hæc autem est illamet quæ tradita fuit quandò Darius concessit ædificationem vrbis, siue quandò proposuit edictum pro construenda ciuitate simul & templo. Siquidem sic inter alia dixit cap. 4. vers. 51. *Et in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti vsque*
C *dum perædificaretur*: vers. 52. *& super sacrarium holocautomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem per singulos annos*, vers. 53. *& omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quam filijs eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt*. vers. 54. *Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent*, vers. 55. *& Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus*, &c.

Cùm ergò nullibi mentio fiat in Scriptura canonica, quandonàm facta fuerit
D illa concessio, quæ memoratur 1. Esdr. 6. vers. 8. *Sed & à me præceptum est*, &c. fiat autem in isto Libro 3. Esdræ, cap. 4. sanè dictat omnis ratio, recipiendam esse historiam istam, quæ declarat illam aliam: adcóque recipiendam eandem, quæ facit concessionem ædificandę vrbis & templi, vnam totalem concessionem cum illa alia 1. Esdr. 6.

CONFIRMATVR II. Ex quadam alia colligatione speciali, quam habet iste Liber 3. Esdræ cum aliis canonicis Pro- Cõfirm.
E phetarum Aggæi & Zachariæ. Nam Aggæus & Zacharias adhortantur Iudæos, vt restaurent antiquum Reip. statum 1. Esdr. 5. Aggæus librò suò vrget templum, *Zacharias vrbem* magis. Sic notat Genebrardus pag. 179. hn. DE TEMPLO patet Aggæi 1. vers. 2. *Hæc ait Dominus exercituum, dicens. Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*, &c. & vers. 8. *ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit* &c. Vide vers. 14. & cap. 2. à vers. 4.

De vrbe, Zachar. 1. vers. 12. *Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es?* &c. vers. 16. *Propterea hæc dicit Dominus: Revertar ad Ierusalem in misericordiis: & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalem*, &c. & cap. 8. vers. 3. *Hæc dicit Dominus exercituum: Reversus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem*, &c. vers. 4. *Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem: & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum*, vers. 5. *Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis, ludentibus in plateis eius*, &c.

Vbi primùm aduerte, per illa verba, *Reversus sum ad Sion*, &c. ostendi iam id fuisse factum, scilicet quoad permissionem. Deinde, sicut Aggæus ideò *templum* vrget, *annò illô Darij secundò*, quia iam ab eodē Dariò facta fuerat facultas *pro templo ædificando*: ità sequi Zachariam ideo vrgere *vrbem* eòdem *annò Darij secundò*, quia ab eodem Dario facta fuerat facultas *pro vrbe ædificanda*. Præterea, non esse credibile prophetas illos ad ædificationes eiusmodi fuisse ausos exhortari Iudæos, nisi Iudæis concessum ità fuisset per Regis edictum, præsertim spectatis impedimentis iam factis per edicta similia Regum. Atqui nullibi reperire est edictum eiusmodi pro ædificanda vrbe, nisi hôc Lib. 3. Esdr. cap. 4. Ergò recipienda est historia libri huius, quæ tradit edictū illiusmodi. Denique, facultates illas fuisse factas ab eodem Dario, & eatum vi Aggæum & Zachariam Iudæos excitasse patet; quia 3. Esdr. 5. vers. 6. datæ sunt facultates *anno secundo Darij, mense Nisan primo*. Aggæus autem excitare cœpit eodem *anno secundo Darij, in mense sexto, in vna die mensis*, vt dicitur apud eundem Aggæum, cap. 1. vers. 1. iterumq. *in die vigesima & quarta* (eiusdem mensis, scilicet *in sexto mense, in anno secundo Darij regis*, vt dicitur cap. 2. vers. 1. Zacharias autem *In mense octauo, in anno secundo Darij*, vt dicitur apud eum, cap. 1. vers. 1. rursumque *In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabath, in anno secundo Darij*, vt dicitur v. 7. & *in anno quarto Darij regis, in quarta mensis noni, qui est Casleu*, vt dicitur cap. 7. vers. 1. Et confirmatur ex 1. Esdr. 4. & 5. vbi postquàm dictum est cap. 4. vers. vlt. *Et non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum*, incipitur cap. 5. vers. 1. *Prophetauerunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iudæa & Ierusalem*, &c. & posteà cap. 6. vers. 1. *Tunc Darius rex præcepit*, &c. Cum autem non assignetur ibi quò tempore prophetauerint Aggæus, & Zacharias, non possunt illa melius declarari, quàm ex Aggæo cap. 1. & 2. & Zacharia cap. 1. & 7. hæc verò ex 3. Esdr. 4. 5. & 6. ex omnibus autem, annò secundò Darij Hysdaspis.

CONFIRMATVR III. Ab alia quadam colligatione simùl etiam omnimoda conformitate, quam habet iste liber 3. Esdræ, cum aliis libris canonicis, videlicet cum 4. Reg. 2. Par. & 1. Esdr. Nam ità conuenit cum illis canonicis, ab historia Pascatis per Iosiam regem Iuda celebrati 4. Reg. 23. & 2. Par. 34. vt & omnes eorum historias eòdem prorsùs modò habeat quantùm ad substantiam, & eis in aliquibus lucem non modicam afferat. Præsertim autem 1. Esdr. 4. in prophetationibus Aggæi & Zachariæ eò loco habitis, quarum tempora non esset habere secundùm proprium ordinem, nisi distinctim illa tradidisset, prout videbitur infrà sub obiectione 2. Vnde sicut translatio Septuaginta Interpretum, Hebræum, Chaldæum, & si qui codices similes, quandò lucem afferunt Editioni Vulgatæ, recipiuntur: ità hic tertius Esdræ liber afferens Scripturæ sacræ lucem in historiis istis, omninò recipi debet. Et sicut libri nulli recipiuntur contrà Codices illos, quando Vulgatæ Editioni lucem afferunt: ità par est, nullos alios recipi contrà librum istum, in his, per quæ lucem affert Scripturæ sacræ: præsertim cum alij nulli possint aduersùs ipsum proferri (saltem originaliter) nisi profani, de se non solum aliàs incerti, sed etiam inuicem pugnantes & contradictorij. 3. Confirm.

CONFIRMATVR IV. Specialiter à Iosepho lib. 11. Antiq. vbi post descriptum impedimentum sub Cambyse factum: sublatos deindè Magos, qui post eius obitum regnum occupauerant: & Darium Hysdaspis filium, per septem Persarum familias, communibus suffragiis regem declaratum: sic incipit cap. 4. *Is adhuc priuatus vouerat Deo, si regnum adipisceretur, quidquid sacrorum vasorum apud Babylonem esset, remissurum se in templum Ierosolyma. Et fortè fortunâ per illud tempus venerat ad eum è Ierosolymis Zorobabel, qui captiuorum Iudæorum dux declaratus fuerat. Nam erat vetus regis amicus. Quamobrem inter satellites cum aliis duobus assumptus speratum honorem consequutus est. Primo autem sui regni annô, Darius splendidò ac magnificò apparatu excepit tàm domesticos suos, quam Medorum ac Persarum satrapas, prouinciarúmque præsides, ab Indis vsque ad Aethiopas, & præfectos copiis per 127. satrapias.* Et post descriptam fusè trium ex corporis sui custodibus historiam, promissúmque Darij Zorobabeli factū, libenter se 4. Confirm.

concessurum quidquid postularet, hæc ait de Zurobabele. *His auditis admonuit eum voti, quo se obligauerat, si adipisceretur potestatem regiam. Id autem erat denuò condere Ierosolymis, & ibi Dei templum instaurare, ac deinde sacra vasa, olim per Nabuchodonosor inde sublata, & Babylonem perlata restituere*, &c. *Tunc Rex lætus assurgens excepit eum osculo, moxque scripsit Toparchis & Satrapis, iubens eos deducere Zorobabelem, eosque qui vna profecturi erant, ad substituendam & absoluendam templi fabricam. Mandauit etiam per literas Phœnices ac Syriæ magistratibus, vt materiam cedrinam in Libano excisam deportarent Ierosolymis, & instaurantem eam vrbem adiutarent. In quibus literis hoc quoque ascriptum erat, iubere & velle regem liberos esse omnes Iudæos quotquot ex captiuitate Ierosolymis postliminio redierint, & procuratores suos ac satrapas vetuit, quidquam in regios vsus à Iudæis exigere: & quantumque agrorum occupare valeant, permisit eos immunes à tributis colere. Idumæis etiam & Samaritis, atque Syriæ Caue habitatoribus imperauit, vt agros, qui aliquando Iudæorum iuris fuissent, antiquis possessoribus redderent. Atque insuper 50. talenta in fabricam templi conferrent. Ipsis autem iuxtà patrias leges sacra facere permisit, & quæ in hunc vsum essent necessaria, sacrásque vestes, in quibus Pontifex, & cæteri Sacerdotes rem diuinam faciunt, de suo præberi voluit, necnon etiam organa, quibus Leuitæ sacros hymnos accinunt, & custodibus vrbis atque templi, certas terræ portiones assignari iussit, ac in singulos annos pro alimentis, certam pecuniam. Denique & remittendis sacris vasis, deque Iudæorum restitutione, confirmauit omnia, quæ Cyrus priùs decreuerat.* Et post descriptum ascensum Zorobabelis, ac cum eo reliquorum, describens nouum impedimentum factum, hæc ait de impedientibus: *rogaueruntque Iudæos principes, cuius permissu templum sic ædificarent, vt arx potius quam fanum existimari posset: & cur tam firmis mœnibus & porticibus vrbem cinxissent.* Denique post Darium super his consultum, tandem describit quomodò Darius sustulit illud impedimentum. Qui contulerit hæc cum lib. 1. & 3. Esdræ, viderit ea esse conformia libro canonico, proindéque non posse rationabiliter reuci, sed esse recipienda.

Libet his adiungere, quæ habet idem Iosephus cap. 5. vbi licet historiam, tàm Esdræ, quàm maximè Nehemiæ, reponat sub Xerxe: tamen concessionem Nehemiæ factam habet de muris solummodò reficiendis, tanquàm antè iam reædificatis, & posteà destructis. Sic enim ait, inter med. & fin. *Rursùm sciscitatus est Nehemias quomodo se haberet ille populus, & caput eorum Ierosolyma. Quibus malè se habere dicentibus, quod eius mœnia diruta essent, & circumuicinæ gentes multa mala Iudæis inferrent, die noctéque agros excursionibus ac rapinis populantes, & multos ex ea regione, atque adeo ex vrbe ipsa, captiuos educentes, ita vt passim per vias reperiantur cadauera, fleuit Nehemias*, &c. *Qui possum, inquit, rex alium vultum sumere, aut mærorem è corde ponere, quando audio patriæ meæ Ierosolymorum, in qua extant sepulchra maiorum meorum ac monumenta, & portas incensas esse, & disiecta mœnia? Sed, oro, hanc vnam gratiam mihi concede; permitte mihi, vt profectus illo, muros eius extruam, & quod deest ad fabricam templi, suppleam. At rex petitioni eius annuit, simulque literas ad satrapas commendatitias, vt & honorem ei haberent, & præberent ei quidquid cuperet*, &c. *Sequenti verò die accitus, accepit literas regias, quas Sadæo Syriæ, Phœnices ac Samariæ præfecto redderet: in quibus mandabatur, de honore Nehemiæ habendo, & de præbendis ei, quibus ad ædificandum opus sit. Cùm igitur Babylonem venisset*, &c. *tandem peruenit Ierosolyma*, &c. *Conuocatò deinde Ierosolyma vniuersò populô, stans in medio templi sic eos est alloquutus*, &c. *& ecce illius fauore, nunc apud regem obtinui, vt mihi permitteret mœnia restituere, & quod superest ad absoluendum templum perficere. Quamobrem nunc ita faciendum censeo, vt quoniam non ignoratis, quam infensas habeamus gentes vicinas, & quod cognità vestra in ædificando diligentià, nihil non molientur, quo vestros conatus, quantùm in se erit impediant: primùm forti animo sitis, & omnem fiduciam collocetis in Deo, qui facile resistet illorum importunis inimicitiis, deinde nec die nec noctu operis structuram intermittatis sed omni cura id opus continuetis, quandoquidem nunc maximè tempestiuum est hoc facere. Hæc loquutus, continuo iussit magistratus dimetiri mœnia, & operas partiri in populum, attributo certo modo in singulos vicos, & oppida*, &c. *Nehemiam verò nihil horum ab instituto deterrere potuit, sed stipatus aliquot satellitibus, intrepidus pergebat, præ nimio studio, nullum laborem sentiens. Eam autem salutis propriæ curam non ideò habuit, quòd mortem timeret; sed quia certò sciebat se extinctò, ciues suos non reparaturos mœnia. Iussitque in posterum ædificatores accinctos opus facere. Et cæmentarius quidem non sine gladio erat, similiterque qui materiam ei suggerebat*, &c. *Tantum enim temporis elapsum est donec absoluerentur mœnia*, &c. *Permunità deindè vrbe, Nehemias & populus Deo sacrificauerunt*, &c. *Post hæc & alia multa honesta, & laude digna*

*operâ*, *Nehemias iam senex defunctus est, vir ad virtutem & iustitiam natus, & in populares suos beneficentissimus, relictô sempiterno sui monimento in Ierosolymorum mœnibus.* Hæc ex Iosepho. Quæ qui iuncta cum præcedentibus de Dario contulerit cum 2. Esdræ 2. & ad sententias, de 70. Hebdomadibus Danielis assignandis per initium, annô vigesimô longimani, vel annô secundô Darij Hystaspis, retulerit, meritô priorem refutatam, & posteriorem confirmatam esse, putauerit.

5. Confirm. CONFIRMATVR V. A variis authoribus aliis, partim id expressè, partim verò virtualiter, agnoscentibus, aut certè agnoscere debentibus.

Imprimis, alter Iosephus filius Gorionis lib. 1. cap. 12. tradit Zorobabelem petiisse & obtinuisse à Dario, anoô illô ipsius secundô, copiam restituendi templi & *vrbis*, vt notat Genebrardus Lib. 2. seu pag. 250. init.

Deindè, Hebræi apud eundem Genebrardum lib. 2. seu pag. 249. fin. dicunt, Esdram ascendisse *anno Darij secundô*, ob captam fortassè, ait Genebrardus, tum a Zorobabele huius rei facultatem. Hæc autem facultas quænam fuerit, patet 3. Esdr. 4.

Præterea, Pererius agnoscit, hunc Darium simul atque adeptus est regnum, fecisse *votum, se vrbem* & Templũ Ierosolymitanum Iudæis *ædificaturum*, ex 3. Esdr. 4. Cur ergò pariter non agnoscat concessionem eius de ædificanda ciuitate?

Insuper, Torniellus an. 3532. num. 4. agnoscit *cœnam illam*, quam fecit iste Darius, & proposita inter tres regis custodes problemata, in quibus cum prævaluisset Zorobabel, In præmiũ, inquit, illius victoriç impetrauit à rege, vt iuxtà *votum* quod ipsemet Darius vouerat, priusquàm regnô poti-retur, ædificaret templum Domini in Ierusalem. Addit, Itaque ad hoc postea missus est *Zorobabel* à rege in Ierusalem, cum magnâ equitum multitudine, & cum litteris fauorabilibus ad regios ministros in proximis regionibus existentes, quibus præcipiebatur vt omninò adiuuarent opus, quæ omnia latius descripta inuenies 3. Esdr. 3. 4. & 5. per totum, & apud Iosephum 11. Antiq. 4. Hæc ille. At mirum est, cur agnoscere noluerit idem *votum* de ædificanda *ciuitate*, habitum ibidem?

Deniquè, Genebrardus suprà pag. 179. agnoscebat Aggæum & Zachariam adhortatos esse Iudços, vt restaurarent antiquum Reip. statum 1. Esdr. 5. Aggæumque loco suô vrgere templum, Zachariam *vrbē* magis. At hoc vnde, nisi ex facta concessione per Darium Zorobabeli ipsorum duci, cui,

A & de quo, loquuntur prophetæ illi?

1. Obiect. OBIICIVNTVR contra hanc Sententiam, I. Ea omnia quæ contra Libros 3. & 4. Esdræ fuerunt obiecta §. 99.

Respons. VERVM, ad ea Responsum fuit ibidem. Ex quibus inibi dictis illud serio memorandum est, friuolam esse in hac materia obiectionem de ratione canonica huius libri 3. Esdræ. Cum non dubitent ipsimet authores obiicientes, regulas in ea sumere a Septuag. Interpretibus, a Beroso, Iosepho,

B Eusebio, Ptolomæo, & denique a tot aliis: maxime circà Olympiades, annos Vrbis Conditæ, annos Nabonassaris, & similes.

2. Obiect. OBIICITVR II. Non videri potuisse tot acta fieri, spatiô vnius eiusdemque *anni secundi Darij*, videlicet concessio templi & vrbis ædificandæ per epistolas: profectio Zorobabelis & ascensionum cum illo in Ierusalem incœpto ædificationis, impedimentum eius: reuersio Zorobabelis in Babyloniam edictum secundum Darij: regressus Zorobabelis in Ierusalem. & prophetatio Aggæi & Zachariæ, a mense sexto anni eius secundi.

Respons. RESPONDETVR. Historiam ità se habere. Zorobabel, qui ascenderat sub Cyro, videns impedimentum allatum *in anno secundo aduentus* sui in Ierusalem, & deinceps, 1. Esdr. 3. vers. 8. & cap. 4. totô, reuersus est in Babylonem. Ibi autem obtinuit à Dario facultatē ædificandi templi & vrbis, per epistolas *annô eius secũdo, mense Nisan primo*. Inde reuersus est cum ascendentibus è captiuitate in Ierusalem. Et tũc prophetauit Aggæus *mense sexto*, & Zacharias, vel cum eo, vel post eum, *mense octauo* pro

D ædificando templo: ad quorum excitationem rursus impediti, consultus fuit Darius, prout describitur 1. Esdr. 5 totô, Zorobabele remanente in Ierusalē. Et tunc Darius emisit edictum suum pro eodem templo ædificando, cõformiter edicto Cyri, prout describitur 1. Esdr. 6. & 3. Esdr 6. & 7. Et tunc prophetauit Zacharias pro ciuitate. Hæc autem facile fieri potuisse intra illum annum Darij secundum, non est qui non agnoscat.

E Agnosci nimirùm potest ex cosmographia: necnon ex 1. Esdr. 7. vers. 8. & 9. 8. vers. 15. & 31. & 3. Esdr. 8. vers. 6. 43. & 62. vbi Esdras profectus cum simili postea multitudine, *primo die mensis primi*, venit in Ierusalem *primô die mensis quinti*; itémq; ex Zachar. 1. vers. 1. vbi fit mentio *mensis octaui*, & vers. 7. *mensis vndecimi, ad diem* etiam *vigesimam-quartam* protracti. iunctô 3. Esdr. 5. vers. 6. vbi fit mentio *mensis Nisan primi*, & horum intra vnum eundémque annum secundum Darij. Ex quibus obiter infertur, annum

secundum Darij, concurrisse totum vel fere totum cum anno currente Mundi. Intra annum autem vnum et dimidium integrum, potuerunt facilè omnia illa perfici.

Replica. DICES. A 3. Esdr. 5 post profectionem Zorobabelis, & eorum qui ascenderunt cum illo, ad concessionem a Dario factam anno ipsius secundò, describitur a vers. 47. Quomodo, *Instante septimo mense, cumque essent filij Israël vnusquisque in suis rebus, conuenerūt vnanimes in atrium, quod erat antè ianuam Orientalem.* vers. 48. *Et stantes Iesus filius Iosedech & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel & huius fratres, parauerunt altare,* &c. vers. 50. Quomodo, *in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem, mense secundo, inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosuë filius Iosedech, & fratres ipsorum, & sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem,* vers. 57. *& fundauerunt templum Dei nouilunio secundi mensis*

B

*secundi anni cùm venissent in Iudæam & Ierusalem.* Hunc autem *mensem septimum, & annum secundum mense secundò* intelligendos esse de *aduentu* omnium primo quo *sub Cyro*

C

Zorobabel & sui exeuntes de Babylone, venerant in Ierusalem, manifestè patet, 1. Esdr. 3. à vers. 1. & à vers. 8. Dicere autem enumerationem illam quæ habetur 1. Esdr. 2. à vers. 1. *Hi sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudam, vnusquisque in ciuitatem suam.* vers. 2. *Qui venerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemia,* &c. intelligendam esse de profectione quæ habetur 3. Esdr. cap. 5. manifestum esset & contra Scripturæ texturam, & contra historiæ veritatem.

D

Respons. RESPONDETVR. In illo cap. 5. libri 3. Esdr. resumi per recapitulationem eos, qui ascenderant omnium primo cum Zorobabele *sub Cyro*, nempe his verbis a vers. 7. *Sūt autem hi, qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem.* & vers. 8. *Et requisiuit partem Iudæa vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel, & Iesu, Nehemia,* &c. Hoc patet, tum ex similitudine verborum illorum: tùm ex nominibus aliquorum

E

vtrobique similium, vt *Zorobabel, Iosue, Nehemiæ, Mardochæi,* &c. tùm denique ex prima numeratione vtrobique habita. Nā 1. Esdr. 2. à vers. 2. fin. *Numerus virorum populi Israël;* vers. 3. *Filij Phares duo millia centum septuaginta duo.* 3. Esdr. 5. vers. 9. *Et numerus à gentibus eorum, ex præpositis eorum filij Phares, duo millia centum septuaginta duo.* Et quamuis in sequentibus differāt multa nomina, multæque numerationes: nihilominus non propterea interri debet historiæ diuersitas, aut reuci liber ille. Nam hoc varias potest habere causas. Et prima quidem causa esse potest, quod multi fuerunt binomines, aut etiā trinomines; nonnulli etiam habuerunt nomina a Chaldæis Chaldaica vel Assyriaca sibi imposita, sicut apud multos 1. Esdr. 1. vers. 11. per *Sassabazar*, intelligitur Zorobabel, & 2. Esdr. 8. vers. 9. & cap. 10. vers. 1. per *Athersatha*, Nehemias, &c. Secunda causa esse potest, quod in lib. 3. Esdr. numerantur forsan cum iis qui ascenderunt *sub Cyro*, aliqui, vel omnes simul, qui ascenderunt *sub*

B

*Dario.* Tertia deniq; esse potest, quod vtrôuis modô, recensentur in illo tertio libro Esdræ plures, quàm in primo: atque ita plures in numerationibus resumuntur. Hoc autem non est inconueniens, tùm quia Libri illi recensent ibi personas per capita, seu *præpositos* tribuum aut familiarum: vnde dicitur 3. Esdr. 5. vers. 9. *Et numerus a gentibus eorum, ex præpositis eorum;* potuerit autem vnus Liber plures præpositos vnius generis assumere, quàm alius (simile quid visum est in

C

Ierem. cap. 52. vers. 28. comparato ad 4. Reg. 24. vers. 14.) tùm quia non solet Scriptura etiam canonica, seruare ad rigorem numerationes personarum, & collectiones summarum, in omnibus locis, vbi loquitur de illis, sicut iam notatum est §. 39. & videre est Gen. 46. à vers. 8. & vers. 27. Exod. 1. vers. 4. Deuter. 10. vers. 22. & Act. 7. vers. 14. Denique, id patet in his ipsis numerationibus, quæ habentur 1. Esdr. 2. totò. Sed & Iosephus suprà lib. 11. cap. 4. longe aliter recenset numeros reductorum illorum sub Dario. Vnde non mirum esse debet, haberi

D

similia 3. Esdr. 5. Itaque ea quæ narrantur cap. illo 5. 3. Esdr. a vers. 7. vsque ad cap. 8. resumpta sunt ibi per recapitulationem, secundum quòd habentur 1. Esdr. à cap. 2. vsque ad 7. Quod nullatenus mirum habebit qui viderit similia resumi per recapitulationem 2. Esdr. 7. a vers. 7. & cap 12 a vers. 1.

1. Obiect. OBICITVR III. Id quod per obiectionem etiam refertur apud Genebrardū pag. 25 . sub nomine Zorobabelem adolescente c[illegible] Dariô, qui minimum septuagesimum annum ageret. Siquidem fuit qui anno primo Cyri ad redu-

E

cendos Israëlitas dimissus est.

1. Respons. RESPONDET Genebrardus I. Satis esse per Synthesim, vt è tribus adolescentibus duo tales fuerint.

Refellitur. VERVM, respexit Genebrardus solùm ad illa verba cap. 3. vers. 4. *Tunc illi tres iuuenes corporis custodes*: non autem attendit ad illa cap. 4. vers. 58. *Et cùm processisset ille adolescens.*

2. Respons. RESPONDET II. Addo, inquit, בחור, bahur Hebr. non tam significare

adolescentem ætate, quàm vigore, id est, virum ætatis viridis, & florentis, quam qui sibi deligeret. q. electum. Accedit ibud R. Salomonis 1. Par. 22. vers. 5. Etiam filius 42. annorum vocatur נער, puer, Exod. 33. ỳ. 11. Constat enim tum Iosue fuisse 42. annorum, vel 56. iuxta Thalmudicos. Quod etiam de eodem Iosuè 42. annorum idem Genebrardus notauit ex eodem R. Salomone, pag. 83. fin. dicens: Pueros enim & iuuenes alicuius etiam grandes natu vocant, præsertim si seruiunt & ministrant, vt sint vocabula non ætatis, sed conditionis, vel vigoris, & firmæ valetudinis. Cùm ergò, pergit Genebrardus, pueri nomen tribuatur tam prouecto: iuuentus & adolescentia huiusmodi pueritiæ, incidet in sexagesimum, & septuagesimum multò magis.

Reiicitur. VERVM, hæc dicit Genebrardus, quia sentit cum alus, Cyrum à soluta captiuitate regnasse 30. annos. Hoc autem ostendemus suô locô (paulò infrà) etiam ex Scriptura sacra, non esse verum.

3. Respons. RESPONDETVR III. Suppositô quòd Cyrus a soluta captiuitate regnauerit tantum 6. annos, & Cambyses 8. prout mox demonstrabitur, si iungas 1. Darij: erunt tantùm 15. Hôc autem positô, nihil repugnat Zorobabelem vocatum fuisse adolescentem *annô secundô Darij*: : nec sequitur eum fuisse natum 70. annos; potuit enim habere 3 . 40. vel circiter tantùm.

4. Obiect. OBIICITVR IV. Si Darius iam aliquam concessionem fecisset *ædificandi* templum & *vrbem*, prout dicitur in illo libro 3. Esdr. cap. 4. idque intrà *annũ suum secundum*: quomodo, quandò appositum fuit impedimentum, Iudæi non allegassent Darij concessionem nouiter factam? & quandò recursum est ad eum, quomodò Darius non meminisset concessionis iam à se factæ? cur item Darius concessionem à se iam factam non allegasset? & denique, cur opus recurrere ad edictum Cyri

Respons. RESPONDETVR. Quamuis non haberetur scriptum Iudæos allegasse concessionem Darij nouiter factam: non tamen sequitur nullatenùs ità fuisse factum. Hoc tamen aliquatenùs colligere est ex 1. Esdr. 4. vers. 5. *Placuitque vt res ad Darium deferretur.* E Hinc enim coniici potest impeditores illos ideo rẽ ad Dariũ remisisse, quia per Iudæos etiam allegabatur. Sed esto nõ allegauerint Dariũ, ratio facile colligi potest ex Dan. 6. vers. 8. 12. & præsertim 15. *Lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari.* Hinc etiam Iosephus 11. Ant. 4. post allatum per Iudæos Cyri decretum, hæc ait *His auditis Sisines & sociis eo, noluerunt ædificationem inhibere inconsulto Dario, sed confestim ei de hac re*

A *scripserunt.* Iuncti potest quòd sicut apud Iosephum impeditores illi proposuerunt Dario Cambysis epistolam, per quam impedierat templum, ita forsan Iudæis allegauerant eam. Vt ergo Iudæi demonstrarent eã non esse debere prævalidam, propterea solũ edictum Cyri, tanquam ei anterius, allegarunt. Nam & inde quantumuis impeditores illi misetint ad Darium epistolam illam Cãbysis, tamen quamprimùm repertum fuit edictum Cyri, tam citò non obstante Cambysis prohibitione concessa fuit ædificatio B templi permissa priùs per Cyrum. Similiter quamuis non haberetur scriptum, Darium meminisse suæ concessionis, non tamen inde sequeretur ipsum illius non meminisse. Veruntamen Darium eius meminisse, quinimò cõcessionem suam allegasse, demonstratum fuit suprà sub probatione huius Sententiæ, confirm. 2. cum dixit 1. Esdr. 6. vers. 8. *Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri,* &c. & 3. Esdr. 6. vers. 28. *Et ego quoque præcepi in totum ædificare.* Deniquè esto concederetur Darium non meminisse tunc C *concessionis* à se factæ, quid mirum hoc esset, cum Imperatores huiusmodi, aut tot grauibus negotiis distraherentur, aut tantis deliciis absorberentur, vt non solùm Cyrus, per totum vitæ reliquum tempus non curauerit edictum suum executioni mãdari, ne etiam vasa sacra referri: sed ipsemet quoque Darius non meminerit *voti prius* à se facti, nec ab vno plùs anno 3. Esdr. 4. vers. 43.

Cæterum cur opus fuerit ad Edictum Cyri recurrere, rationes possunt esse plurimæ. I. Quia allegabatur à Iudæis 1. Esdr. 5. vers. 13. Debebat ergo videri, an verum aut falsum proponerêt. II. Quia hoc faciebat mul- D tum ad leuanda impedimenta, eousque, ac de nouo, à ducibus apposita: si videretur Cyrum, primum è gente Persarum Imperatorem, ità concessisse. III. Quia, vt dicitur Danielis 6. vers. 8. 12. & præsertim 15. *Lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari.* Et propterea Darius ipse in vtroque libro Esdr. nempe in 1. cap. 6. vers. 11. & in 3. cap. 6. vers. 32. *A me ergo* (inquit) *positum est decretum, vt omnis homo, qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignũ de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur,* &c. *Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.* Obiectiones huic similes habet Scaliger suprà. Sed ex hac Responsione possunt facile solui.

5. Obiect. OBIICI potest V. Computationem hanc non conuenire cum annis aliorum regum Persarum: cum annis Olympiadum: Vrbis conditæ. Nabonassaris: & similium computationum, atque Epocharum. Et in singulari cum authoribus profanis, annos,

vel suorum temporum, vel ipsarum Epocharum, tradentibus.

Respons. RESPONDETVR. Iam sæpius fuisse dictum, chronologiã per annos Epocharum eiusmodi, non esse bonam, sed fallacem: quod paulò post hæc ostendere aggrediemur. In singulari verò nullos authores profanos quidquam tradere, quod repugnet isti cõputationi, præter vnum Ctesiam, & ex eo Diodorum Siculũ, sed qui penitus fallaces sunt ac etiam fabulosi, proùt ostenderur vbi de Regibus Persarum. Quòd si qui alij simul quædam principia tradiderunt his contraria, v.g. fallaces illas Epochas Olympiadum, &c. vnò verbô, quamuis aliqui, siue pauci, siue multi, nonnulla tradiderint his contraria: non tamen eos esse præferendos huic authori, qui sicut historias suas tradit adeò conformiter libris canonicis, sic istas proindè habuit vel ex diuina reuelatione, vel ex historiis apud suos habitis, & omni fide dignis.

IN HAC Diuersitate sententiarum, quid dicendum? Respondeo, quartam sentẽtiam esse nobis probabiliorem, & prorsus amplectendam. Authoris resolutio.

## II. DIFFICVLTAS. DE IISDEM SEPTVAGINTA Hebdomadibus annorum Danielis: seu annis 490. quas illæ constituunt: Vbinam finiant?

§. 104.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. dicit, Septuaginta Hebdomadas annorum Danielis, finiendas esse in excidio Ierusalem *sub Tito & Vespasiano*: scilicet ex Iosepho, 40. vel aliàs 42. annis a morte Christi.

Ità veteres Hebræi apud S. Hieronymũ in Dan. 9. Clemens Alex. lib. 1. Stromat. S. Chrysostomus orat. 2. contrà Iudæos. Scaliger lib. 6. de Emend. temp. cap. de Hebdomadibus Danielis, pag. 287. post med. & in omnibus ferè Scaligero hærens Caluisius Isag. cap. 40. seu pag. 172.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, tota pendet ab expositione his conformi textus Danielis, quam in superioribus posuimus ad illa verba ℣. 24. *Super populũ tuum, & super vrbem sanctam tuam.* Et quidẽ Caluisius probat hanc sententiam, aliquot argumentis: sed quotum magna pars, nulla sũt prorsus; præcipuum autem est ab expositione præd: & textus.

I. Ab illis verbis, *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam.* Determinatæ, inquit, siue decisæ. Quod posteà sic exponit, vt sensum esse velit, hebdomadas esse mensuram temporis, quò duratura erat vrbs Sancta, siue politia Iudaica. Addere potuisset ex verbis illis, *vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum*, expositis de finali punitione peccati Iudæorum.

II. Ab illis verbis. *Et ciuitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio, &c. Et erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.*

Reijcitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt contraria, quæ dicta sunt in expositione textus, vbi demõstratum est in verbis illis, *super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam*, non contineri finem Hebdomadum intentum ab Angelo: sed in istis, *vt consummetur præuaricatio*, &c in quibus non significatur peccatorum punitio, sed remissio, ex illis sequentibus, *& adducatur iustitia sempiterna.* Addi potest & ostensum fuisse 70. Hebdomadas ea continere, quæ Christus Dominus erat per se facturus. vide loca. Porrò in illis similiter verbis, *& ciuitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo*, non contineri finem Hebdomadum intentum ab Angelo, de se patet ad hominem. Nam alioquin illa *desolatio* euenire debuerit, nun plus septẽnio post Redemptoris mortem, cùm Christus Dominus non fuerit occisus antè, sed *post 62. hebdomadas*: post illos autem non restet nisi septennium vnum, nimirùm Septuagesima Hebdomas.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Septuaginta Hebdomadas annorum Danielis, finiendas esse *septennio*, siue 7. annis, *post Christum mortuum.*

Ità Driedo lib. 3. de Sacr. Script. cap. 5. parte 4. & Iansenius in Concord. Euang. cap. 122. Quorum sententiam videtur amplecti Genebrardus pag. 162. fin. & 164. fin.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, petitur ab expositione textus tradita super ℣. 27. Danielis q. 4. sẽt. 2. modô t. quæ est, vt Christus intelligatur mortuᵘ immediatè *post hebdomadas 62.* & hebdomas illa vna seu septuagesima, quã confirmauerit pactum multis,

intelligatur de septuagesima, in quâ Apostoli post eius mortem confirmauerunt pactum prædicando Euangelium: & cessare fecerunt sacrificia, ostendendo saltem quòd valor eorum cessauerat.

Refelitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd illa verba, *Septuaginta Hebdomades abbreuiatæ sunt*, &c. *vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum*, distrahantur à propria sua significatione sine necessitate. Sic enim finire habet vbi deletum fuit peccatum. Hoc autem non post mortem Christi.

2. FACIT II. Quòd illa verba, *Confirmabit autem pactum*, retrahantur etiam a significatione propria. Vt quid enim exponere, hoc fuisse factum per alios; cùm optimè possit exponi factum per seipsum?

3. FACIT III. Quòd illa quoque verba, *Deficiet hostia & sacrificium*, retrahantur à significatione propria. Vt quid enim illa exponere, de declaratione facta per Apostolos; cum exponi rectè possint, de cessatione propria per Christum ipsúmet facta?

3. Sent. III. SENTENTIA. dicit, Septuaginta Hebdomadas annorum Danielis, finiendas esse semiseptennió post Christum mortuum, id est, in anno tertio & dimidio, adeóque in anno quarto post passionē eius.

Ita ex parte Eusebius lib. 8. Demonstr. Euang. vbi afferens 3. interpretationes Hebdomadum, hanc habet pro 2. Ità Theodoretus in Dan. 9. Zonaras to. 1. Annal. Lucidus 7. Emend. tempor. & Baradius lib. 3. ca. 6. Quorum sententiam non improbabilem putat Pererius lib. 11. in Dan. seu pag. 734.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, pendet ab expositione textus, tradita super vs. 25. q. 3. modó 3. quæ est, vt Christus appareret post hebdomadas 7. & 62. Itē, ab expositione habita super vers. 27. q. 4. sent. 2. modó 2. quæ est, vt Christus non intelligatur mortuus immediatè post hebdomadas 62. sed semiseptennió post; consequenter Hebdomas illa vna seu septuagesima, quâ confirmauerit pactum multis, incipiat immediatè post illas 62. seu tribus annis & dimidió ante mortem eius, & finiat tribus annis & dimidió post mortem ipsius; confirmatio autem pacti, vel facta fuerit per Christum solum in primo semiseptennio, atque ita de facto cessauerint legalia: vel simul per Apostolos in altero semiseptennio, atque ita declarata fuerint cessasse.

Reiicitur 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit æquè I. Quòd illa verba *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt, vt consummetur præuaricatio & finem accipiat peccatum*, distrahantur à significatione propria. Nam finire debent vbi deletum fuit peccatū. Hoc autē non post mortē Christi.

2. FACIT æquè II. quatenùs ex parte siue sub disiunctione dicit illa verba *confirmabit pactum*, intelligi post per Apostolos, quòd ea sic extendit ex parte ad æquiuocam significationem absque necessitate, nempè ad confirmationem factam non solùm per se, sed etiam per alios.

4. Sent. IV. SENTENTIA. dicit, Septuaginta Hebdomades annorum Danielis, finiendas esse *in Conceptione, vel Natiuitate Christi Domini*.

Ità Origenes lib. 10. Strom. vt refert S. Hieronymus in Dan. Aliū authorem istius Sententiæ non reperio.

Probat. PROBATIO Huius Sentētiæ pendet ab expositione verborum illorum tradita super versu 25. q. 3. mod. 1. *Vt vngatur Sāctus Sanctorum*: quæ sit, vt sumantur apposita, tanquàm finis, ad quem diriguntur hebdomades 70. Humanitas autem Redemptoris, intelligatur in sua cōceptione, vncta vnctione hypostaticæ vnionis ad verbum æternum; & vnctione omnium gratiarum ei debitarum ratione eiusdem vnionis: ac præcipue gratiæ capitis siue ducis; eadem verò humanitas, apparens in natiuitate, vnctionem illam exhiberit Ecclesiæ.

Reiicitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quòd omnes illi fines, non ità ponuntur ab Angelo, quasi in eis simul sumptis, & eódem tempore existentibus, finiātur 70. Hebdomades. Alioqui enim natiuitas & mors Christi, ponerentur simùl tempore. Nam *præuaricatio* consummata est, & *peccatum* deletum, in morte tantum eius. Sed ità intelligendi sunt, vt ponātur intrà 70. Hebdomades, cum distributione accommoda: vt scilicet *consummatio præuaricationis*, seu *finis peccati*, &c. intelligantur suô tempore; vnctio autem *Sancti Sanctorum*, etiam suô.

2. FACIT II. Quòd si explicatio *vnctionis Christi*, petatur à Scriptura, videatur potiùs intelligēda in eius *manifestatione*, quam in conceptione, aut natiuitate. Nam Isa. 61. & Luc. 4. vers. 18. *Spiritus Domini super me, eò quod vnxerit Dominus me: ad annuntiandū mansuetis misit me, vt mederer cōtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem*. Act. 10. vers. 38. *Iesum a Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos a Diabolo, quoniam Deus erat cum illo*.

5. & probabilior sent. vt Hebdomades Dan. finiātur in morte Christi. V. SENTENTIA. & probabilior, dicit, Septuaginta Hebdomadas annorū Danielis, finiendas esse in *morte Christi Domini Redemptoris*.

Ità Iulius Affricanus apud Eusebium 8. Demonstr. Euang. & apud S Hieronymum in Dan Lyranus, Burgensis, Vatablus, Galatinus, Funccius, Bucholcerus, Gordonus ci-

taos Bedam & Rupertum, & Torniellus an. 3515 num 9. & 10. quod etiam probabile putant Genebrardus pag. 165. & Pererius pag. 734 fin. & sequenti, vbi & Pererius citat etiã Dionysium Carthus. in comment. super 9. ca. Dan. & antè illum authorem Hist. Schol. in narratione hist. Dan. cap. 10.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, pendet ab expositione magis propria text⁹ Danielis. Et I. in illis verbis. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum*, &c. Hæc enim propriè præstita sunt *in morte Christi*. Vide expositionem ad vers. 24. q. 4.

2. II. In illis. *Confirmabit autem pactũ multis.* Hoc enim præstitit ille propriè per seipsum.

3. III. In illis, *hebdomada vna*. Hæc enim vna Hebdomas, vt primus discursus Angeli non sit defectuosus per omissionem alicuius hebdomadis, debet esse septuagesima in illa ergò debuit Christus confirmare pactũ per seipsum. Hoc porrò præstitit dupliciter. Primo prædicando, miracula patrando, sacramenta instituendo, &c. Deinde specialiter Eucharistiam instituendo, & pretiosum sanguinem suum fundẽdo. Ergò hebdomas illa septuagesima finire debet in morte eius.

4. IV. In illis. *Et in dimidio hebdomadis deficiat hostia & sacrificium.* Hoc autẽ propriè fuit factũ in institutione Eucharistiæ prout est sacrificium, & in morte Redemptoris. Ergò dimidium illud est sumendum pro dimidio secundo septuagesimæ hebdomadis. Ergò hæc finienda in morte eius. Vbi non negligẽdum id quod notat Funccius in Hebræo haberi ישבית; id est, intercidere faciet (vel melius quiescere faciet, rad. שָׁבַת sic autem exponuntur verba in coniugatione Hiphil) oblationem & sacrificium. Vtiq; ergò per semetipsum.

Alias probationes vide apud Bucholcer. vt fol. 29 pag. 2. à quibusdam Scripturis, in quibus Christus Dominus dicitur *finis legis*. Cum ergo 70. Hebdomades finem imponant temporibus legis: conueniens est vt Christus Dominus moriens, imponat finem vtrisq;. Item, fol. 25. pag. 2. per Olympiades quibusdam notis coniunctas, vt morti Alexandri, &c. apud Ptolomæum, Dionysium Halic. Solinum, Tacitum, Dionẽ, Censorinum, & denique Africanum, & Eusebium.

OBIICI possunt aliqua contrà hanc Sẽtentiam. Sed soluta sunt satis in expositionibus textuum.

CÆTERVM vt obiter hinc aliquid colligamus, hâc Sẽtentiâ tanquã probabiliori suppositâ, itémque altera suppositâ tanquam veriori Sententiâ de annis vitæ Christi, quã tradit Pererius lib. 11. in Dan. q. 7. seu à pag. 691. eos fuisse tantùm 32. integros: sequetur ab anno secundo Darij Hystaspis inclusiuè sumẽdo, ad Christi Domini Natiuitatẽ, esse annos completos 458. Nam à 490, quos statuimus computandos ab illo anno secundo Darij, ad Christi Domini mortem, detrahe 32. vitæ eius, restabunt 458.

## III. DIFFICVLTAS. DE ANNIS QVI INTERCESserunt inter 70. annos Captiuitatis, & 70. Hebdomadas annorum Danielis · Et primò, in respectu ad Cyrum: seu, Quot annis propriè regnauerit Cyrus à Captiuitate soluta?

§. 105.

HErodotus lib. 1. fin. tradit Annos quibus Cyrus regnauit, fuisse 29.

Dionysius, antiquissimus historiæ Persarum author, relatus à Cicerone lib. 1. de Diuinatione, tradit eos fuisse 30.

Hunc sequuntur Trogus Pompeius, siue Iustin⁹ eius abbreuiator lib. 1. Clemẽs Alex. lib. 1. Strom. Eusebius in Chronic. S. Hieronymus in Dan. 7. & in Zachar. 1. Orosius lib. 1. cap. 7. B. Nicephorus Constãtinop. Chronol. cap. 7. Beda lib. de 6. ætat. & deniq; omnes fermè recentiores.

Et quamuis videretur componenda hæc diuersitas, exponendo 29. Herodoti, de 29. *completis*, & 30. *incœptis*. 30. verò Dionysij de 30. solùm *incœptis*: nihilominùs omnes reliqui tribuunt ei 30. simpliciter *completos*.

Sulpitius autem lib. 1. Hist. sub init. tribuit ei annos 31.

Hôc notatô, præcipua difficultas est, an Cyr⁹ regnauerit 29. vel 30. illos annos à Captiuitate soluta: an autẽ incœperit eos antè; adeóq; an primus eius annus, qui dicitur 2. Par. 36. ℣. 21. & 1. Esdr. 1. ℣. 1. & 5. ℣. 13. & 6. ℣. 3. intelligendus sit de primo 29. vel 30. illorũ: an vero de primo quô post Darium Medũ monarcha fuit, siue regnauit in imperio Babylonico. Consequenter an tertius eiusdem Cyri, de quo fit mẽtio Dan. 10. ℣. 1. exponendus sit de tertio simpliciter: an de tertio solũ ab imperio Babylonico; & si exponẽdi sint de primo & tertio non simpliciter, sed ab imperio Babylonico: quotnã annos regnauerit ab eo. Omittimus autem hîc

A Scaligerũ, quem demõſtrauimus eſſe ſuper hac quæſtione ridiculum, Period. præced in fine rextuum, ſub Dario Medo.

1. Sent. I. SENTENTIA. dicit, Cyrum non regnaſſe antè imperium ſuũ Babylonicũ: ſed in eo regnaſſe totos annos ſuos 30.

Ità maxima pars recentiorum, vt Genebrardus ſub Cyro, ſeu pag. 242. Pererius lib. 10. in Dan. poſt init. & deinceps, ſeu à pag. 530. Caluiſius, Batadius, Gordonus, & alij innumeri.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ alias non habent, niſi quòd aliqui ità ſenſerunt: alios verò antiquiores ità ſenſiſſe B reliquos exiſtimarunt.

Relicitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. (quod etiam obiicit Scaliger) Locus ille 2. Par. 36. verſ. 23. & 1. Eſdr. 1. verſ. 2. *Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ieruſalem.* Non potuit Cyrus hæc dicere niſi poſt alia regna conquiſita.

1. Reſponſ. RESPONDET Pererius I. Hoc intelligi poſſe de regnis Babylonico, Medico, C & Perſico, in quibus ſucceſſit Dario Medo, vt particula, *omnia*, idem valeat, quòd plurima. Etenim ſi Daniel cap. 2. dixit Nabuchodonoſor regem Babylonis fuiſſe Dominum omnis terræ, nimirùm verſ. 37. *Tu rex regum es.* verſ. 38. *& omnia in quibus habitant filij hominum, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit*; cur non idem Cyrus, qui regnum eius cum imperio Medorum & Perſarum ſuſcepit?

2. Reſponſ. RESPONDET II. Hoc intelligi poſſe de regnis omnibus, non iam poſſeſſis: ſed à Deo in poſſeſſionem deſtinatis, ex ora- D culo Iſa. 45. quod demonſtratum fuiſſe Cyro à Iudæis tradit Ioſephus lib. 11. Antiq. cap. 1.

Reiiciũtur. VERVM Reſponſiones iſtæ non ſunt admittendæ. Nam in iiſdem illis locis 2. Par. 36. verſ. 2. & 21. & 1. Eſdr. 1. verſ. 1. & 2. Cyrus dicitur, ſeque ipſum dicit *regem Perſarum.* Non videtur autem ratio, cur potius ſe Perſarum regem appellaret, quàm *regem Medorum*, niſi iam antè fuiſſet de facto *rex Perſarum.* Dicere verò, id eum feciſſe ſolummodò quia Perſes erat natione, ſicut dicitur E Dan. 13. verſ. 65. *Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius*: gratuitum eſt. Nam aliàs, cùm de Dario eius prædeceſſore in regno Babylonico dicitur Dan. 9. verſ. 1. *In anno primo Darij filij Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum*, debuiſſet dici, *Darij regis Medorum.* & cap. 5. verſ. vlt. *Et Darius Medus ſucceſſit in regnum* (Baltaſar) *annos natus* 62. debuiſſet dici *Darius rex Medorum.* Nam Medus erat, quin & iam A anteà Medorum rex. Item, Iſa. 45. verſ. 1. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur*, & cætera quæ fuſiùs ibi, promittuntur antequàm dicatur verſ. 13. *Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet.* Ergò prius rex erat quàm captiuitatem ſolueret.

Reiicitur. 2. CONTRA eandem Sententiam Facit II. ad hominem, Aggæi 2. verſ. 4. *Quis* B *in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ità eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris?* Hoc autem ex cap. 1. & 2. verſ. 1. dictum fuiſſe patet *anno ſecundo Darij.* Per hoc verò fuiſſe tunc aliquos ſuperſtites, qui viderant templum antequàm deſtrueretur. Imò verò per hoc nonnihil indicatur, eos fuiſſe ſuperſtites etiam à tempore Iechoniæ. Nam tunc propriè dici poteſt ablata fuiſſe gloria illius templi, ex 4. Reg. 24. verſ. 13. *Et protulit inde omnes theſauros domus Domi-* C *ni, & theſauros domus regiæ, & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſraël, in templo Domini.* Itaque ſi Cyrus regnauit ab imperio Babylonico annos 30. Cambyſes verò iuxtà omnes, annos 8. poſt eum: quos ad minùs cenſendos eſſe completos conſtat ex 7. aut 9. menſibus, qui per Herodotum tribuuntur Smerdi proximo eius ſucceſſori adde primum Darij, iunge 70. a Sedecia, erunt 109. adde 10. à Iechonia, erunt 119. additis deniqúe annis ætatis quos egerunt ante hæc: incredibile fiet, ſecundùm quòd putant communiùs recentiores, D vt Scaliger, Pererius, Torniellus, &c. quorum loca notabimus vbi de regibus Perſarum, homines eâ tempeſtate vixiſſe tot annis.

1. Reſponſ. RESPONDENT Scaliger lib. 6. Emend. cap. de Hebdomadibus Danielis, ſeu pag. 289. poſt med. & Caluiſius cap. 40. fin. ſeu pag. 176. illa verba Aggæi, non eſſe ad literam ſumenda, ſed per ironiam, aut ſimilem figuram, dicta v. g. ô ſi quis ex vobis eſſet, inquiunt, &c.

Reijcitur. VERVM hæc Reſponſio multùm in- E ſulſa eſt: & iniuriam infert Deo. Refutatur autem ex ſimilibus locis 1. Eſdr. 3. verſ. 12 & 3. Eſdr. 5. verſ. 63. *Plurimi etiam de ſacerdotibus & Leuitis, & principes patrum, & ſeniores, qui viderant templum prius cum fundatum eſſet* (id eſt, ſtans) *& hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna*, &c. Vide ſimile Ierem. 29. verſ. 32.

2. Reſponſ. RESPONDERI poteſt, non eſſe impoſſibile, aliquem fuiſſe tunc inter tot alios repertum, qui annos exegiſſet 130. aut circiter. Siquidem nonnullos eiuſmodi fuiſ-

se repertos, etiam posterioribus sæculis, notant authores nonnulli.

Reiicitur. VERUM neque hæc Responsio videtur admittenda, saltem si credamus Iosepho. Quia Deus ibi non loquitur de re tanquàm rara & singulari, v. g. in homine aliquo: sed tanquam pluribus cōpetenti, ex verbis illis, *& quid vos videtis hanc nunc? nūquid non ita est quasi non sit in oculis vestris.* Atque ità Iosephus 11. Antiq. 4. sub Dario Hystaspe, &c. hęc ait. *Sacerdotes autem & Leuitæ cognationùmque principes ætate prouectiores, qui & illud prius templum videre meminerant magnum & opulentum, &c. crescens pro præsentium fortunarum tenuitate deterius fieri animaduertebant, reputantes quanta ab illa prisca fœlicitate abesset, oborta inde mæstitia temperare à lachrymis non poterant. Populus autem contentum erat præsenti templo, vt quod nulla priorum temporum comparatione seipsum cruciabat, nec vllum detrimentum factum quibat animaduertere.*

Quòd si hæc non placent, valeat quidem hæc Responsio: sed non apud authores saltem præcipuos istius Sententiæ.

Reiicitur. 3. CONTRA eandem Sententiam Facit III. Quòd Herodotus lib. 1. fin. & Berosus apud Iosephum lib. 1. contrà Appion. Xenophon in Cyropædia, Iustinus, & alij posteà citandi, manifestè tradunt, Cyrum multa alia bella confecisse, & terras sibi subiecisse, antequam Babyloniam subiceret. Deniq; in singulari quòd idem Xenophon Cyropædiæ lib. 8. manifestè docet ex quibusdam quæ de Cyro tradit quæque nos explicabimus infrà, Cyrum obiisse annò imperij sui Babylonici septimò.

AD Herodotum & Berosum, Respondet quidem Pererius falsam esse eorum chronologiam.

VERUM Hæc responsio non est admittenda. Nam si de rebus illis non aliam notitiam se habere profitetur Pererius, nisi ex antiquorum testimoniis: quomodò reiicere poterit antiquorum testimonia pro hac controuersia?

SED instat Pererius. Deficiunt, inquit, Herodotus, & Berosus, in multis alias, vt Herodotus in Nitocre matre Baltazaris, quā posteriorem Semiramidi facit tantū 5. ætatibus; cùm tamen posterior sit ei fere 1500. Quibus addere poterat quòd Herodotus vocari solet pater mendaciorum. Berosum autem quamuis afferat Iosephus: non tamen eum sequitur.

AT, quid tum? nùm ideò falsa sūt reliqua, quæ traduntur ab illis authoribus: Falsum ergò sit, quod tàm illi quàm alij eis nixi dicunt, Cyrum regnasse 30. annis: Sed, quis Herodotum repudiet pro Nitocre comparata Semiramidi: cùm Semiramidis historiā à Diodoro Siculo & aliis traditā, velint nec immeritò, multi, quoad rationem tēporū, esse fabulam? Quòd autē Herodotus dicitur pater mendaciorū, hoc solùm fit pronūc in cōparatione ad ea quæ tradūtur in Scriptura sacra, à quā cùm deficiant ror alij in aliquibus rebus, non tamen reiiciuntur in omnibus. Berosum deniquè sequitur etiam aliquando Iosephus: ergò non est, propter Iosephum reiiciendus; cùm aliàs in multis à veritate deficiat ipsemet Iosephus.

AD Xenophontem respondet Pererius pag. 790. eum errasse, refértque, quod etiam habet Genebrardus sub Cyro pag. 245. fin. Ciceronem dicere (lib. 1. Epistolarū ad Q. fratrem) eum scripsisse suam Cyropædiam non tàm ad historiæ veritatem, quā ad iusti & legitimi imperij, seu ad legitimam imperatoris imaginem.

AT, quid hoc obest, quin Xenophon, quamuis in multis cōmendabilibus adulans Cyro, nihilominùs in reliquis historiæ rebus, & in hac tēporis nota, dixerit verū? Imò Pererius lib. 7. à pag. 414. fin. in multis argumentis præfert eum Herodoto, & in margine hæc habet circa illa: *Potius tamen Xenophonti quā Herodoto credendum.* Quàuis enim vterq; vixerit temporibus regū Persarum, & Herodorus quidem tēpore Xerxis, Xenophon autem longiùs post, nimirùm tempore Artaxerxis Mnęmonis: attamē Herodotus longe aberat à rebus Persicis, Xenophon autē Dux belli fuit cum Cyro iuniore contra fratrem suum Artaxerxem (Mnemonem) regem Persarum belligerante: proindéque regum Persarum res melius ei quàm Herodoto supponi debent notæ. Deinde verò constat Xenophontem fuisse & philosophum & historicum, vnde vel et, vel nulli vnquam in his quæ rerum gestarum tradit, est credendum? Confirmatur hoc ex dictis sub Periodo præcedenti in fin. textuum sub Dario Medo, præsertim quòd lib. 7. tradit vltimum regem Babylonis, captā vrbe in suo palatio districtò acinace strenuē dimicantem, à militibus esse interemptum; hoc autem conformè sit Scripturæ sacræ apud Dan. cap. 5. agnoscente vel ipsomet Pererió. Cæterùm si iuxtà Ciceronem comparandus sit Xenophon cum Herodoto, adhuc Xenophon erit ei præferendus. Nam Cic. lib. de legibus, dicit apud Herodotum innumerabiles esse fabulas: & deniquè apud omnes vocatur pater mendaciorum: qualia de Xenophonte non est apud aliquos reperire.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Cyrum regnasse quidem antè Imperium suum Babylonicum: sed in eo regnasse annos 22.

Ità Annius Viterbiensis, vel certè sui Metasthenes, & Berosus. Ità Annium se-

cuti Driedo, Nauclerus, Valerius, Anselmus, Lucidus, Medina, Senensis, Canus, Vergara, multique alij nec ignobiles nostræ tempestatis Chronologi.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ non est alias reperire nisi forsan quoad primam eius partem, eas quæ partim iam allatæ sunt contrà præcedentem Sententiam, partim afferentur infrà sub 4. quoad aliam autem partem, ex Beroso & Metasthene relatis ab illo Annio Viterbiensi.

Reiicitur. Annij Viterbiensis Historia conficta. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd illa Historia Annij Viterbiensis, siue Berosus & Metasthenes, sicut & Manetho & Philo, quorum nominibus fucata & subornata est, nunc censeantur conficta; proindéque reiiciantur ab omnibus recentioribus. Vide inter alios Genebrardum lib. 2. pag. 261. fin. Mercatorem in præfat. ad Lectorem pag. 3. Temporarium lib. 3. à pag. 224. suse Pererium lib. 11. in Dan. à pag. 655. Baradium tom. 1. lib. 5. cap. 29. versùs fin. seu pag. 266. §. *Philo ille, & §. Imprimis*, refutantem eum ex Scriptura sacra. Denique Gordonum cap. 17. ad Period. 8. num. 6. seu pag. 250. fin.

Prodüt quidem annò Salutis 1621. Liber quidam gallicè conscriptus (Parisiis, in fol.) cui titulus, *Historia vniuersalis omnium Nationum*, &c. per Iacobum Chattoncum, cui præfixit author Apologiam pro Beroso, Metasthene, ac similibus, obiterque pro Annio Viterbiense, contrà plurimos authores, omnimodò Libros illos partim oppugnantes, partim reiicientes, præsertim autem aduersùs Obiectiones Varietij, Rhenani, Vignetij, Mercatoris, Goropij, &c. vt ostendat tùm Libros illos non esse supposititios in se, tùm non fuisse per Annium confictos.

An autem valeant defensiones eius, aliorum iudiciū esto. Certè tot scatet erroribus ille liber, dixeris si lubeat corruptionibus, vt minimùm recipi non debeant cōtrà meliores authores, antiquiores, & Scripturis sacris minus difformes.

3. Sent. III. SENTENTIA. dicit, Cyrum regnasse in Imperio Babylonico annos tantum 2. 3. aut 4.

Ita Hebræi apud Genebrard. Lib. 2. pag. 244. init. & post eos Iosephus lib. 1. contra Appion. Ita Lyranus in Dan. 9. Vatablus in Dan. 1. alique, tribuentes ei tantùm 3. incōpletos. Ita denique Finus Adrianus lib. 5. Flagelli cap. 5. referente Riberâ in Zachar. 1. tribuens ei 26. antè, & 4. post imperium Babylonicum.

Probat. PROBANT Hanc suam Sententiam Hebræi à Dan. 10. vers. 1. *Anno tertio Cyri regis Persarum*, & ex eo quòd in tota Scriptura sacra fiat hæc mentio solum anni eius tertij. Probent necesse est & alij suam ab eodem principio, exponendo annum eius tertium de incœpto vel completo.

Reiicitur. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quod in huiusmodi controuersiis, nūquàm argumentum a negatiua concludit, quando reperiuntur alia principia positiua plus aliquid exhibentia. Alioquin eadem essent aut similia dicenda: v. g. de Euilmerodach, & de Cambyse, quod nullos annos regnassent: de Dario Hystaspe, quòd 6. tantùm: de Artaxerxe Longimano, quòd 20. solum, &c. Quorum etsi nonnulla sic sumantur ab Hebræis: attamen & absque probatione sumuntur, & reiiciuntur à reliquis.

4. & probabilior Sent. Cyrus imperauit Babylone 6. tantùm annis. IV SENTENTIA. & probabilior. dicit, Cyrum ab Imperio Babylonico regnasse tantùm annos 6. completos.

Sub hac Sententia reponi possunt qui tribuunt ei 7. annos: vt Temporarius lib. 2. can. 6. pag. 1.. Torniellus an. 3404. toto, præsertim autem num. 5. & Serarius in Esth. 1. q. 1. seu pag. 294. post init. Reducendi quoque qui tribuunt ei non plus 8. vt Bucholcerus a nobis relatus §. penultimò, sub a. Sententia. Leunclauius in Appendice Xenophōtea siue breui chronologia reposita post opera Xenophontis, Impress. Francofurt. 1595. pag. 371. aliique, tribuentes ei annos 8. Sed omninò non sunt ei tribuendi plùs quàm 6. completi.

Probat. PROBATVR Hæc Sententia argumentò nitente duplici principiò, seu constante duplici parte. 1. Cyrū regnasse priusquā potiretur Imperiò Babylonicò: proindè 29. annos vel 30. regni, qui tribuuntur ei, non esse numerandos à tempore, quò consecutus est illud Imperium. 2. Cyru ab illo Imperio regnasse tantū per 7. annos incœptos, siue per 6. cōpletos, proindè plures chronologicos ei non esse tribuendos. Prima probabit ex parte hanc Sententiam indirectè: secunda probabit illam ex toto directè.

Cyrus regnauit antequam regnaret in Babylone. I. PARS, videlicet Cyrum regnasse prius quàm potiretur Imperiò Babylonicò, Probatur à Scriptura I. Ex locis, in quibus Cyrus vocatur rex Persarum, & vt talis imperasse dicitur in Babylone. 2. Par. 36. vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum*. In his verbis indicatur nō obscurè, Cyrum fuisse regem Persarum, antequàm imperaret in Babylone. Quid enim est, *donec imperaret rex Persarum*, nisi, donec imperium teneret, qui solùm tenebat regnū Persarum. vers. 22. & 23. & 1. Esdr. 1. vers. 1. & 3. *Anno autem primo Cyri regis Persarum, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum. Hæc dicit Cyrus rex Persarum*. & 1. Esdr. 1. vers. 8. & 3. vers. 7. & 4. vers. 3. & 5. *Cyrus rex Persarum*. Vide Dan. 1. vers. vlt.

& 10. vers. 1. Vide & quæ dicta sunt sub sententia 1. obiectione 1.

Confirmatur ex Dan. 9. *In anno 1. Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum.* Ibi verbum, *imperauit*, distinguit imperium à regno, prout fatentur omnes Darium illum Medum regnasse iam anteà non solum in Media, verum etiam in Perside: [illegible] quo volunt aliqui Cyrum fuisse tantummodo Persidis præfectum.

Ad hoc argumentum dici potest, ha[illegible]ri etiam 1. Esdr. 4. vers. 5. *Et vsque ad regnum Darij regis Persarum.* & vers. vlt. *vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.* & 5. vers. 14. *Iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum.* Et 7. vers. 1. *In regno Artaxerxis regis Persarum*, &c. Isti vocantur reges Persarum: nec tamen fuerunt tales, antequàm præessent Imperio Babyloniorum.

Responderi potest, istos & alios sic fuisse vocatos, propter ipsum Cyrum. Porrò hæc nihil obstare verbis illis, *donec imperaret rex Persarum.* Sensus enim est, donec *imperaret* ille, qui erat *rex Persarum.*

Probatur II. Ex 2. Par. 36. vers. 23. & 1. Esdr. 1. vers. 2. *Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem.* Ex his argumentatus est suprà Scaliger: argumentatur & Torniellus num. 4. hæc dicens, Non antè has tàm grandes regno suo accessiones, talia verba etiam per hyperbolem verè proferre potuisset. In quibus supponit Torniellus, Cyrum hæc retulisse ad tempora anteriora anno illi primo regni sui Babylonici.

Ad hoc argumentum respondebat suprà Pererius, illa verba exponenda esse vel de regnis Babylonico, Medico, & Persico simul assumptis, vel de aliis in futurum à Deo promissis.

Verùm contrà hanc responsionem dictum fuit, non videri rationem, cur potius se appellasset regem *Persarum*, quàm *Chaldæorum*, aut *Medorum*, &c. & denique videri possessionem regnorum illorum, fuisse collatam ei antè solutam captiuitatem Isa. 45.

Confirmatur hæc refutatio, rursùmque totum ipsummet argumentum. Nam Dan. 6. vers. 8. 12. & 15. vbi regna Mediæ & Persidis copulantur, semper nomen *Medorum* præcedit nomen *Persarum.* Item, cap. 9. vers. 1. regnum Darij, quamuis regnantis prius in Media, & Perside, attamen denominatur à regno *Chaldæorum.*

Probatur III. Ex 1. Esdr. 3. vers. 8. *Anno autem secundo aduentus eorum*, &c. vers. 10. *Fundato igitur à cæmentariis templo Domini*, &c. Habemus, inquit Torniellus num. 3. templum cœpisse fundari annô secundô aduentus Iudæorum in Ierusalem, qui erat annus secundus regni Cyri à captâ Babylone: & ex eiusdem libri cap. 4. à vers. 1. vsque ad vers. 6. (nimirùm, antè regnum Assueri, & Artaxerxis, seu Cambysis, vel etiam Smerdis successoris vel successorum Cyri) ædificium illud à finitimis gentibus hostibus Iudæorum, fuisse impeditum, & intermissum *omnibus diebus Cyri.* Quod etiam scribit Iosephus 11. Antiq. 2. dicens, quòd Iudæi eôdem annô Cyri secundô a Cuthæis (qui habitabant Samariam) impediti sunt ædificare templum Cyrô nesciente, vtpote inquit, in aliis negotiis distractô. Igitur si à prædicto anno aduentus Iudæorum in Ierusalem secundo superuixisset, regnassétque Cyrus, vsque ad annum trigesimum: quomodò potuisset tandiù Cuthæorum impedimenta nescire? aut quis credere valeat Iudæos illius ædificij erigendi adeò cupidos, desides extitisse, vt per annos 28. ad Cyrum ergà eos adeò beneuolum, & pro re sacra ab ipsomet impetrata, legatos mittere negligerent, etiamsi ad remotissimas orbis partes proficisci opus fuisset? Vel quis cogitare possit, Cyrum in expeditionibus bellicis vsque adcò fuisse occupatum, vt in tantorum annorum numero Iudæorum legationem admittere audiréve nunquàm potuerit? Hæc Torniellus. In quorum confirmationem facit, quòd Iosephus cap. 2. subindicet Cyrum non pluribus annis post impedimentum illud obiisse. Postquàm enim dixit, ædificationem templi fuisse impeditam Cyrô nesciente, *tempore distractô in alia negotia*, subdit, *Qui demum Massageticô bello periit.* Hoc autem quis credat intelligendum post annos 28.

Ad hoc argumentum dici potest I. non esse inconueniens Iudæos, id aut neglexisse, aut ausos non fuisse.

Verùm, hoc est improbabile. Nam cap. 5. si recurrerunt ad Darium: cur non etiam ad Cyrum? Quòd si dicas, quia Darius iam facultatem concesserat 3. Esdr. 4. Respondebitur, etiam Cyrum iam illam concessisse. Si dicas etiam, ex Iosepho Cyrum tunc impeditum fuisse bello Massagetico: ideóque propter pericula, Iudæos non potuisse mittere ad illum; nam, nec deerant pericula inter Babylonem ipsam & Iudæam, vt videre est 1. Esdr. 8. vers. 22. & 31. Respondebitur, cùm ex eodem Iosepho Cyrus perierit in illo bello: tunc sequetur eum non regnasse 30. annos.

Dici potest II. R. Salomonem, & alios apud Genebrardum Lib. 2. seu pag. 234. post med. scribere ex 1. Esdr. 4. *Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum*, Cyrum inductum per Rahum & alios consiliarios, edictum suum reuocasse, ædificationémque vrbis & templi impediuisse. Nec equidem inconueniens esse, Cyrum ab accusatoribus, iunctô forsan Cambyse filiô suô, quem Iosephus Lib. 11. Antiq. cap 3. notat alioqui fuisse natum ad malitiam, ità fuisse præuentum, vt etiamsi quod Deus iusserat concessisset, tamen quod prudentia politica dictabat, retractaret. Et confirmari potest à similibus de Sedecia, & suis, Ierem. 33. à vers. 8. singulariter autem de Nabuchodonosor in regnum reductô, Dan. 4. totô, qui tamen non obstante beneficiô illô, non curauit de populo Dei à captiuitate liberando.

Verùm, neque est probabile Cyrum tot beneficiis deuinctum, tantáque animi cupiditate actum exequendi voluntatem Dei, voluntatem suam mutasse, sed & tantâ potestate præditum, Iudæos pertimuisse. Quò monet suprà Genebrardus hanc R. Salomonis & aliorum assertionem non posse subsistere. Quoniam, inquit, Cyrus perpetuò fauit Iudæis, ac de eo insignia habet testimonia Isa. 45. eò etiam nominatô 200. annis, antequàm nasceretur, & alibi apud Ezram passim & prophetas. Sic ille. Vide Iosephum Lib. 11. Antiq. cap. 1.

Dici potest III. Hæc ipsamet inconuenientia, quæ Torniellus affert, aduersùs ipsummet, seu contrà spatium 7. annorum, pugnare. Nam si tot annis regnasset adhuc Cyrus: quomodò Iudæi non adiissent illum?

Et quidem propter hoc totus Tornielli discursus non satis vrget, prout apud eum habitus.

Nihilominùs conueniet; si hôc modô construatur, vt Cyrus dicatur tunc impeditus bellô, Massageticô, vel aliô, ob idque non potuisse Iudæos ipsum consulere, sed tantummodò filium eius Cambysem; & hoc inuolui sub illis verbis 1. Esdr. 4. vers. 5. *vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri.* Nam & sic opinatur Genebrardus Lib. 2. seu pag. 244. post med. His annis, inquit, absente Cyrô in bello Scythico, regnat filius Cambyses, impedit executionem edicti à patre, in gratiam Iudæorum sanciti. Sic ibi. Non quòd Cyrus non regnauerit post patrem, quod Genebrardus asserit, sed quod etiam domi regnauerit sub ipso, prout ille concedit.

Probatur IV. Ex Dan. 13. vers. vlt. *Et*
A *rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Hùc locô per *Astyagem*, intelligi *patrem* Darij Medi, contendit Torniellus an. 3493. num. 1. & 3494 num. 7. Quod supponens argumentatur, ibi non obscurè tradi, Cyrum statim mortuô Astyage regnare cœpisse. Hoc autem non posse dici factum, nisi antè captam Babylonem. Nam sequeretur Astyagem nonnisi tunc, tempore captæ Babylonis, obiisse, & consequenter non modò Cyrum, verumetiam nec Darium Medum (qui Astyagi successerunt, ille in regno Me-
B dorum, iste in Persarum) regnasse antè captam Babylonem; sed tunc solum quandò Balthasar est occisus Dan. 5. fin. quod parum habet probabilitatis.

Ad hoc argumentum dici potest, adhuc sub iudice litem esse, nùm *Astyages* ille sit *pater* Darij Medi, nùm verò sit *Darius* ipsemet Medus: & etiamsi fuisset pater eius, an ibi significetur, Cyrum immediatè suscepisse regnum Persicum, an solùm post Darium Medum mortuum. Sunt e-
C nim multa pro & contrà, opportuniori locô producenda. Vide Pererium lib. 7. in Dan. à pag. 408. fin. qui pag. 415. post med. probabilius putat, hunc *Astyagem* fuisse Darium ipsum Medum. Genebrardus etiam Lib. 2. pag. 242. init. putat Cyrum ei non tunc immediatè successisse, sed post.

Nihilominùs, probabile videtur etiam Astyagem illum fuisse regem alium à Dario Medo, tàm ex cap. 5. vers. 31. cap. 6. vers. 1. cap. 9. vers. 1. 11. vers. 1. vbi Darius Medus semper appellatur Darius, quàm ex eodem cap. 13. vbi narratur historia Su-
D sannæ facta in Babylone: cùm tamen Darius Medus in ea mansionem non faceret, sed in Media.

Probatur V. Ex Isa. 45. vers. 1. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur*, & cætera quæ fusiùs ibi. Promittuntur hæc, antequam dicatur vers. 13. *Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet.*

E Ad hoc argumentum, dici potest, fieri mentionem ædificationis templi & ciuitatis cap. 44. fin. & quamuis incipiendæ quidem per Cyri permissionem, tamen per hoc insinuari eum in fauorem talis permissionis constitucodum fore post Imperatorem omnium gentium. Deniquè ex ordine narrationis non satis conuinci rerum ordinem, quia sicut fusè suprà fuit demonstratum, permulta narrantur ibi non eôdem ordine quò gesta sunt.

Nihilominus, cum non afferri potuit manifeste contrarium ordini huiusmodi, sitque probabilius Deum voluisse Deum tradere Cyro regni multa prius, vt ex beneficiis eiusmodi facilius induceretur ad captiuitatem soluendam, & ædificandum templum propterea manet in illa vi[...] [...] gu[...]nium.

Probatur VI. à Tornielio num. 2. argumento [...] imò, necnon in huiusmodi materiis conuincente, Petitò ab antiquis au[...]s. Plures tamen quàm ille refert adducemus. Itaque

Herod. *Herodotus* lib. 1. versùs fin. sic ait. *Po[...] Cyrus [...] conti[...] vni[...] suæ [...] Assyriis bellum intulit. Assyriæ cum alias multa sint magna oppida, tum vero celeberrimi nominis, ac validi [...] Ba[...]* Quibus verbis, iste auctor, dum hic Babylonios inter Assyrios connumerat, quid aliud indicare videtur, nisi Cyrum tunc etiam contrà Babylonios pugnasse? Quod & ibidem [...] multo post ipsemet manifestius [...] Tornielius. Sed permultacum [...] Tornielius reliquit, tum antecedentia, tum sequentia, pertinentia ad côquisitam Asiam, & captam Babylonem per Cyrum, quæ quicunque legerit apud Herod. lib. 1. ab inter init. & med. rursúmque med. & fin. nullatenùs dubitabit Cyrum iuxta Herod. cœpisse Babylonem post deuictum Crœsum, Lydorum aliarúmque nationum regem, & maximam Asiæ partem tùm per se tùm per Harpagum occupatam.

Thucyd. *Thucydides* lib. 1. longiùs post init. hæc habet. *Cyrus cum regno Persidis, intulit bellum Ionis, & in seruitutem redegit omnes regione quæ [...] intra fluuium Halym, propè mare, & [...] quæ sunt in continenti, post vastatum Crœsum*, &c.

X-noph. *Xenophon* in Libris de Cyropædia seu de institutione Cyri hæc adeò clarè monstrat, vt non sit locus dubitationi. Refertur autem expressius pro 2. parte probationis.

Berof. *Berosus* apud Iosephum lib. 1. contra Apion. hæc habet. *Cyrus ex Perside profectus cum insigni copiis, vastatâ reliquâ omni Asiâ, Babyloniam adoritur.*

Iustin. *Iustinus* lib. 1. longiùs post init. postquam narrauit quomodo Cyrus Astyagem deuicit hæc habet. *In initio regni, Cyrus Sy[...] arem, quem iuxta nocturnum visum ex[...] rauerat, omnium que [...] torum in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit, sororemque ei in matrimonium dedit*, &c. *Domitu demùm [...], que, cùm aduersùs Babylonios bellum gereret, Crœsus*, &c. Quamuis autem Iustinus post hæc dicat Cyrum post captam Babylonem profectum fuisse contra Crœsum: tamen eum in hoc fuisse hallucinatum constat ex Herodoto. Sumpsit autem Iustinus [...] Cyri profectionem contra [...] propter eorum, dum Babylonem o[...] [...] electione pro prima, quâ Crœsum Babylonius fauentem aggressus fuerat, deuicerat, & captiuum fecerat.

Iofeph. *Iosephus* lib. 1. Antiq. cap. 12. sub init. hæc ait. *Huic (Baltasar) bellum intulerunt Cyrus Persarum rex, & Darius Medorum, à quibus dùm intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigiosa visio ei contigit.* Ecce Cyrum dicit Regem fuisse Persarum antè captam Babylonem. Vide & eodem cap. versùs med.

Orof. *Orosius* lib. 2. cap. 6. hæc habet ab initio. *Igitur eodem tempore Cyrus rex Persarum, quẽ superiùs explicandæ historiæ causâ commemorauerant, qui tunc [...] Scythiam, totamque Orientem armis peruagabatur, cum Tarquinius Superbus Vrbem [...] vel hostis aut seruitio premebat aut bello, Cyrus (vt dixi) [...] aduersùm quos ierat perdomitis, Assyrios & Babylonem petit, gentem, vrbémque [...] opulentiorem*, &c. Et quamuis Orosius eadem postea dicat, quæ Iustinus de Cyro profici[...] contra Crœsum: tamen in hoc pariter fuit hallucinatus, quoniam Iustinum ibi sicut in reliquis fere semper est secutus.

S. Hieron. S. *Hieronymus* in Dan. 5. ad versum 28. *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis*, hæc [...]: *Cyrus enim rex Persarum [...] sibi auunculo Dario subuertit imperium Chaldæorum.* [...] Cyrum regem Persarum ante Babylonem captam. Vbi [...] tendum [...] ibidem Hieronymus subdit in fine Commentar. dicens. *Quod autem vincente Cyro rege Persarum, & Dariò rege Medorum, solus Darius [...] ordo ætatis, & pro[...], seruatus est. Darius enim 62. anno[...] erat, & maius [...] num Medorum quam Persarum legimus: & auunculus erat. Quare qui prior erat iure naturæ successor regni, debuit numerari: vnde & in visione quæ contrà Babylonem legitur, tam in Isa. cap. 18. quàm in Ierem. cap. 15. animaduertere licet eos, qui Babylonem & regnum Chaldæorum euersuri erant, solos Medos, nulla Persarum factâ mentione nominari.*

Torniellus idem colligit partim ex Scaligero Lib. 6. de Emend. temp. cap. de Regibus Babylonis, partim per Olympiadas ex Eusebio in Chronic. & Solino cap. 6.

Confirmari potest, ex visione Nabuchodonosor Dan. 2. à vers. 32. vbi *duo brachia argentea*, quæ vers. 39. subuersura erant caput aureum, denotabant duos reges, Medorum & Persarum, destructuros Imperium Chaldæorum. Item, Isa. 21. & c. 7.

*Asser or asini, & ascensor cameli*, significant Darium Medum, & Cyrum Persam, qui erant destructuri Imperium Babylonicum.

Quare nec omittendum hic illud dictum Torniell. num. 2. fin. non esse quod quis hic nobis opponat (quod opposuit supra Pererius Herodotum in multis minus veracem inueniri; cùm hoc eius assertum, de quo nunc agimus, ab aliis quoque priscis authoribus proditum esse comperiatur.

B Ad hoc argumentum dici potest, Xenophontem referre, Cyaxarem Medorum regem (eundem nempe qui Darius) & Cyri auunculum, principem & authorem inferendi belli Babylonijs, ad id conficiendum acciuisse in auxilium Cyrum eo tempore Persis præfectum: non ergo Cyrum fuisse regem Persarum. Quod confirmari potest ex Dan. 6. toto: præsertim vers. 7. 8. 12. & 15. vbi ostenditur regnum *Medorum & Persarum* fuisse vnicum sub Dario.

C Nihilominus Respondeti potest, Xenophontē intelligere per præfectum, regē aliquo modo dependentem à Dario. Sic enim Cambysem quendam eiusdem Cyri patrem facit regem aut regulum Persarum sub Astyage: prout etiam aduertit Gordonus cap. 12. num. 14. Nam & Dan. 5. fin. vbi vers. 28. *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* & vers. 31. *Et Darius Medus successit in regnum annos natus 62.* necnon ex aliis tùm Scripturæ locis, tum authoribus supra citatis Dan. 6. non excluditur, quin fuerit duo regna simùl à duobus gubernata, Et hoc siue ab vtroque æqualiter, siue ut fuit Romanum Imperium multis temporibus a duobus gubernatum: siue vno ab altero dependente, sicut v. g. fuit Herodes rex sub Imperio Romanorum. Nam quare tot res distinctum nominarentur illa duo regna si fuissent tantùm vnum, & non duo? Quin potius cùm constet apud multos Darium & Cyrum inuicem illa diuisisse. Dario tanquam maiori cessisse regnum præcipuum, quod erat Medicum, Cyro verò tanquam inferiori cessisse Persicū: omnino probabilius manet Xenophontem non intendisse Cyrum iam non esse regem. Sed hoc aliunde satis patet apud illum. Quare quocunque modo, hæc non impediunt quominus ... vel 30. ... E ... Græcos, quam Persicos a quibus Græci mutuati sunt annos regum Persicorum. Nam & ... secut a ... Pererius lib. 6. a pag. 393. omnes fere ... Babylone ... Cyro ... nulla Darij Medi ... propterea quod Persa ... nem ... regi Cyro tanquam

A e Perside oriundo, vel in ea enutrito, ab eaque denominato, attribuerint; Græci autem ab eis anna es Persicos habuerint, eisque tandem, ut tradit Strabo lib. 15. fin. semper maxime fauerint, illorum res magnificantes, tum quod Græcorum aliqui, vt Iones, qui Asiam colebant, sub eorum ditione exstiterint, tùm quod ipsi etiam de Persis postea nobilissimas & gloriosissimas victorias retulerint. Facit non parum, quòd Xenophon dicat Darium siue Cyaxarem misso Cyro ad expugnationem Babylonis, in Media remansisse cum aliqua parte exercitus ad regni custodiam: si tamen hoc non contrariatur Dan. 5. *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis,* &c. *Et Darius Medus successit in regnum annos natus 62.* per quæ videtur Darium affuisse præsentem expugnationi Babylonis. Nam si remansit in Media ad custodiam regni, certe regni Medici tanquam sui præcipui.

C II. PARS, videlicet Cyrum regnasse tantùm in Imperio Babylonico 6. annos cōpletos, Probatur ex Xenophonte lib. 8. Cyropæd. Quem quidem referunt authores nonnulli, tradere Cyrum obijsse annò septimò regni sui: quod intelligendum dicunt regni in Imperio: nonnulli vero formaliter annò septimò Imperij sui. Sed neutri demonstrant in singulari, quomodo Xenophon id tradiderit, Nobis videtur ità demonstrandum. Xenophon lib. 8. inter medium & fin. tradens quibus in locis degere soleret Cyrus, hæc habet: *Hybernum tempus 7. mensium Babylone degebat, quòd illa regio tepida sit 3. vernos menses Susis ipsa æstate* D *vrgente menses 2.* Ecbatanis: paulo post hæc addit: *Postea quam hoc modo ad ætatem prouectiorem accessit, admodum senex vaga iam septima ex quo Imperium adeptus erat, in Persiam venit,* &c. post quæ describit quomodo tunc mortuus est. Itaque cùm Susæ essent in Persia, & singulis annis eò venire soleret, & iam vice septimâ illuc aduentasset, & vice illa septima mortuus fuerit: consequens est eum fuisse mortuum annô septimô ex quo Imperium adeptus erat. Cæterùm hæc phrasis sonat annum tantum incœptum, sicut iam non semel fuit demonstratum. Et non annos 7. completos, sed tantummodo 6.

E Confirmatur, probatio hæc à Scriptura. I. Ex locis, in quibus Cyrus vocatur *rex Babylonis*, & annus eius primus coniungitur huic titulo regis Babylonis. 1. Esdr. 5. vers. 13. *Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum, vt domus Dei ædificaretur.* 3. Esdr. 6. vers. 17 *In primo anno regnante Cyro rege Babylonia, ... Cyrus rex domum hanc ædificare.* & vers. 24. *Anno primo*

Cyrus regnauit in Babylone 6. tantùm annos cōpletos.

*regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domum Domini quæ est in Ierusalem ædificare.* In his locis manifestum est, annum Cyri primum ab Imperio Babylonico reputari. Cum igitur ex prima parte constet eum regnasse ante Imperium illud: consequens est omnia alia loca in quibus fit mentio de *anno primo* eius, & locum in quo fit mentio de *anno* eius *tertio*, intelligenda esse, non de regno simpliciter, sed de regno in Imperio Babylonico.

Confirmatur II. à simili Dan. 9. *In anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum, anno* B *uno regni eius.* Hôc locô primus, vel vnicus annus Darij, coniunctus regno, siue Imperio Chaldæorum, non sumitur de *anno primo* regni eius simpliciter dicti, sed de *anno imperij*, quô regnauit super imperium Chaldæorum. Siquidem prius regnabat in Media, & secundùm alios saltem aliquô modô, simûl etiam in Perside. Ergo valde probabile est eôdem modô exponenda esse loca, in quibus annus primus Cyri coniungitur regno ipsius in Babyloniâ.

Porrò quod obiicitur à Pererio contrà Xenophontem solutum fuit suprà sub I Sententia.

## IV. DIFFICVLTAS. DE ANNIS QVI INTERcesserunt inter Annos 70. Captiuitatis, & 70. Hebdomadas annorum Danielis, & Secundò in respectu ad Cambysem, aut etiam Smerdem, successores Cyri, vsque ad Darium Hysdaspem: seu, An aliquibus, & quot annis, Cambyses, aut etiam Smerdes, regnauerint?

### §. 106.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA. dicit, Cambysem, aut etiam Smerdem, non regnasse vllos annos seorsim à Cyro, vel abinuicem.

Ita Hebræi in maiori sua Chronologia apud Genebrardum pag. 244. fin. & apud Pererium pag. 788. ex Galatino lib. 4. cap. 15. necnon ipsemet Genebrardus eôdem locô.

Probat PROBARI potest hæc Sententia, ex 1. Esdr. 4. a vers. 6. & 7. & 3. Esdr. 2. a vers. 16. in quibus locis, vt demum in tota Scripturâ, nulli anni tribuuntur eis.

1. Confirm. CONFIRMARI potest I. Ab illis verbis ibi habitis vers. 5. *Vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darij regis Persarum.* Ibi enim ostendi videtur, dies Cyri extendi vsque ad Darium Hysdaspem.

2. Confirm. CONFIRMATVR II. Ab illa regula Herodoti lib. 7. init. quam allegat Genebrardus, non licuisse apud Persas regem extra regnum cum exercitu proficisci, nisi prius domi rege creatô. ex quo fiebat, vt duo reges essent vno & eôdem tempore, vnus domi, alter foris, id est, vnus qui foras progrederetur ad bella, alter qui domi interea remaneret, quasi vnus Augustus alter Cæsar. Imo inde fieri potuit vt plures duobus essent. Nam si secundus cogebatur etiam procedere ad bella, vt Cambyses aduersùs Ægyptum, hic etiam tenebatur alium creare, qui domi remaneret. Hanc regulam confirmat Genebrardus ex Dan. 10. volens Angelum dixisse se relictum fuisse apud *reges Persarum* diebus 21. cum tamen videatur tunc fuisse rex vnus, nempe Cyrus. Hîs enim annô tertiô hoc dicebatur, ex eodem cap. vers. 1. Sed Cambyses erat rex domesticus, Cyro absente. Hæc Genebrardus. Qui quod dicit Angelum relictum fuisse apud *reges Persarum*, mutuatus est ex Hebræo vers. 13. vbi habetur in plurali מַלְכֵי. Cæterum de hac regula quam ex Herodot. refert Genebrardus, sed & absque illa de pluribus simul regnantibus, agetur expressius vbi de regibus Persarum §. sequenti.

Reiicitur. 1. CONTRA HANC SENTENTIAM Facit I. Quod 1. Esdr. 4. vers. 6. *In regno autem Assueri, in principio regni eius, scripserunt accusationem, &c. Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, &c.* & 3. Esdr. 2. vers. 16. *In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei, &c.* & per illa tota capita *Artaxerxes* vocatur *rex Persarum*. Supponimus hîc, quod §. sequenti probabimus, per Assuerum [illegible] significari Cambysem, & per Artaxerxem, vel eundem Cambysem, vel etiam Smerdem. Hôc supposito, sic assumitur. Non solùm Scriptura loquitur modis illis de proregibus, seu de regibus, aut regum filiis, qui regnabant sub regibus præcipuis, sed tantùm de iis qui regnabant.

2. FACIT II. Quòd omnes quotquot antiquiores authores materiam illam atti-

gerunt, regnum Cambysis à regno Cyri sui patris quoad annos distinxerunt. Et Herodotus quidem ita plenè, vt nulli dubio testet locus. Idem facit Thucydides sæpius: & inter alia cùm lib. 1. longiùs post init. postquàm dixit, *sub imperio Cyri Iones aptasse nauales exercitus, & aliquandiu fuisse potitos mari Ionico*: subdit *Polycratem tyrannum insulæ Samos, sub Cambyse, potentem nauibus, inter alias insulas sibi subiecisse insulam Rheniam, quam dicauit Apollini Delio*. Et infrà, *Paulò ante bellum Medicum* (Medicum vocat Persatum sub Dario Hydaspe) *& mortem Darij, qui Persis imperauit post Cambysem*. Per hæc ostendit regnum Cambysis fuisse distinctum à regno Cyri sui patris. Idem expressissimè tradit Iosephus Lib. 11. Antiq. cap. 2. & 3. Idem omnes reliqui, de quibus exprofessò magis vbi de Persarum regibus.

Ad Probat. 1. Sent. AD PROBATIONEM Huius Sententiæ. Respondetur, eam, & procedere solum à negatiua, & falsum etiam assumere. Nam cum dicitur, *In regno Assueri, in principio regni eius*, denotatur aliquis annus, & saltem primus regni; in qua regnoo plus tribuitur Cyro in lib. 2. Par. & 1. Esdr. cùm dicitor de illo, *In anno primo Cyri*, & nil ampliùs in illis libris.

Ad 1. Confirm. AD I. CONFIRMATIONEM. Respondetur, eam etiam assumere falsum. Nam illa verba, *Et vsque ad regnum Darij regis Persarum*, sciunguntur à præcedentibus per copulatiuam &, vices disiunctiuæ subeûtem, ibique apponuntur per anticipationem vt constat ex vers. vlt. vbi post narratum impedimentum appositum ab Artaxerxe, dicitur, *Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum*. Vbi quoque constat ex eodem cap. per Darium intelligi *Hystaspem*: consequẽter, & ex cap. 7. ac 2. Esdr. toto, per *Artaxerxem*, intelligi *Longimanum*, qui regnauit post Hystaspem.

Ad 2. Confirm. AD II. CONFIRMATIONEM. Respondetur, regulam illam Herodoti lib. 7. (si fortè probet sufficienter intentum) eiúsque cõfirmationem ex Dan 1. vers. 13. non excludere quin eorum aliqui regnauerint seorsim sicut quòd in historiis regum quidam h. ij regnauerint cum patribus non exclusit, etiam apud ipsum Geochrardum, quin regnauerint seorsim à patribus.

2. Sent. II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, *Cambysem, & Smerdem*, seorsim regnasse, tùm à Cyro, tùm abinuicem.

Ità Herodotus lib. 3. Iosephus 11. Antiq ex parte quidam Hebræi in minori eorum Chronologia. Iustinus, Eusebius, Clemens Alex. S. Augustinus 18. ciu. 26. Theodoretus, Sulpitius, Beda, & denique omnes reliqui tam antiqui quàm moderni.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ, consistit, tum in refutatione præcedentis; tùm in assertione tot grauium authorum, & præsertim antiquorum.

Differunt tamen in annis regni, vtrique Cambysi, & Smerdi, vel ipsorum alteri, assignandis. Et quidem

CAMBYSI Herodotus lib. 3. dat annos 7. & menses 5. Iosephus 11 Antiq. 3. dat ei annos 6. tantùm. Sed lapsum fuisse Iosephum dicit Pererius pag. 791. Corruptum fortè diceret aliquis alius. Hoc tamen dixit vt cõcere est, quia Smerdi dat annum vnũ; qui simul faciunt 7. Sulpitius dat ei annos 9. Sed grauius eum lapsum addit ibidem Pererius. Idem diceret Pererius de Gordono, dante pariter ei 9. Chronologia minor Hebræorum dat ei 14. apud Genebrardum pag. 244. init. Grauius adhuc eos lapsos, diceret Pererius. Clemens Alex. dat ei 19. Sed eum multo grauius lapsum subdit ibidem Pererius. Denique Eusebius & Beda, computantes, vt æstimat, 5. menses anno octauo eius pro vno, dicunt eum regnasse annis 8. Et hos sequitur Pererius pag. 799. sequuntur & alij permulti. Sed computat Eusebius annos Cambysis seorsim. Vbi etiam nota, Eusebium in serie tribuere Cambysi annos 9. in textu tamen 8. tantum. Vide pag. 28. & pag. 128. editionis Scaligeranæ. Nobis videtur explicatiùs dicendum, Herodotum expressis verbis de vtroque sic loqui lib. 3. propè med. *Magus is est Smerdes) defuncto Cambyse, per simulationem Smerdis filij Cyri, qui ipsi fuerat cognominis, securus regnauit menses 7. qui reliqui erant ad implendum octauum annum regni Cambysis, per quos menses omne genus liberalitatis in subditos munificentiæque exhibuit*, &c. *Octauo autem mense, Mafnam esse, compertum est in hunc modum*, &c. Itaque quamuis Smerdes regnare iam cœpisset viuente Cambyse: tamen iuxtà Herodotum 7. menses computandi sunt solù à morte Cambysis: & hi 7. cum 5. Cambysis complent octauum annum regni Cambysis. Atque ita probabiliùs iuxta Herodotũ, Cambysi tribuendi sunt 8. anni.

DICES. Constat Cambysem regnasse cum patre. Nam lex Persarum erat, vt tradit Herodotus lib. 7. vt rex ad bellum iturus, successorem designaret, qui in eius absentia regnaret.

RESPONDETVR. Hóc nil obstare. Nã vel authores aliquos tradidisse solum annos, quibus regnauit solus, vt Herodotus, &c. vel alius tradidisse simul eos quos regnauit cum patre, vt Clemens Alexandrinus, & alij nonnulli, quisque diuersò quodam considerandi modo.

SMERDI dat Herodotus lib. 3. 7. menses. Theodoretus 10. Iosephus annum vnum integrum. Sed verius est, ait Pererius pag. 792. regnasse eum 7. menses, vt tradit Herodotus.

Authoris resolutio.

IN HAC authorum diuersitate quid dicendum? Equidem cùm Herodotus sit antiquior, & Persarum res fuerint ei notiores, meritò videtur reliquis præferendus. In hac tamen controuersia terminãda duplex modus seruari potest. I. vt *Cambysi* seorsim tribuantur anni sui, scilicet iuxta Herodotum 7. completi: & *Smerdi* seorsim suus, scilicet vnus incœptus, qui tamen cum octauo Cambysis incœpto reputetur completus. II. annus incœptus Smerdis, reducatur ad Cambysem; tum quia non est in se chronologicus, sed per paucos menses incœptus, tum quia Smerdes non fuit rex legitimus, sed per fraudem intrusus, & regnauit in illa intrusione ne vnò annò verò, sed tantum paucis mensibus. Vnde par ratio de illo haberi potest ac habita fuit de Niglissar, qui annos aliquot integros est emensus: vel potiùs par omnino cum Labosardacho qui regnauit solùm aliquot mensibus, & tamen tempora neutrius a nobis in chronologia sunt reposita, (suppositâ supple Scripturâ sacrâ lectem. 27.) quia non regnarunt legitimè. Porrò hic annus eius incœptus per menses 7. adiunctus anno octauo Cambysis per 5. menses incœpto, conficiens vnum integrum, efficiat vt octauus Cambysis reputetur completus.

Cambyses regnauit

His positis, Respondeo Secundum modum, quem secuti videntur Eusebius, Beda, Pererius, & alij, tribuentes Cambysi annos 8. consequenter Sententiam hanc tenētem, non plus 8. annos esse constituendos inter Cambysem & Darium Hysdaspem, esse probabiliorem.

annos quidem 7 ... attribui ... s.

Nec dici debet, non esse solitum ex annis fractis componi quosdam integros. Nam hoc verum habuit, quandò fracti non fuerunt præcise per menses suos assignati, & in respectu solùm ad Scripturam sacram, quæ probabiliùs putatur fractos cum integris tradidisse; sed apud profanos potest probabiliter aliud concludi nisi aliquid aliundè obstiterit: prout obstare videbitur in regibus Ægypti, & Syriæ, post Alexandrum magnum infrà. Hic autem nihil tale.

CÆTERVM, his rursum ita positis, vt iterum aliquid obiter colligamus, consequens est Periodum hanc, à reditu è Captiuitate sub Cyro, ad Christum Dominum Redemptorem natum, esse annorum completorum 473. Nam annis 458. quos per Hebdomadas ostendimus actos esse à secũdo Darij, ad natiuitatem Christi Domini, si addas 6. Cyri, 8. Cambysis, & 1. Darij, qui efficiunt 15. habebis 473. His verò si tursùm addas annos mundi iam statutos 3527: habebis ab Orbe Condito, ad natalem Redemptoris, annos præcisè 4000. completos. In qua totali summa conuenimus cum Gordono, & Tursellino, (vnò forsan exceptò vel alterò annò) quamuis aliâ viâ procedentibus. Nam Gordonus habet 4001 Tursellinus qui summas suas vt plurimùm ad *circiter* profert, habet Lib 4. *circiter* 4000.

V. DIFFICVLTAS. DE SEX ANNIS CYRI POST solutam Captiuitatem, 8. Cambysis post eum, & 1. Darij Hysdaspis post vtrumque, ad annos 46. per quos Templum dicitur ædificatum Ioan. 2. vers. 20. comparatis: seu, Quomodò sint illi 46. anni cum ista chronologia conciliandi?

§. 107.

Fundam. Diffic.

FVNDAMENTVM DIFFICVLTATIS est hoc. 1. Esdr. 3. vers. 8. & 10. & 3. Esdr. 5. vers. 56. & 57. Templum fundatum est *annò secundo aduentus* primi Zorobabelis in Ierusalem: & 1. Esdr. 6. vers. 15. & 3. Esdr. 7. vers. 5. completum est *anno sexto Dary*, quod intelligendum volũt Pererius lib. 3. in Dan. pag. 792. & Torniellus an. 3540. num. 1. de absolutione solummodò partis interioris, quæ propriè vocabatur templum, scilicet, in quod solos ingredi Sacerdotes fas erat, quia ex Iosepho 11. Antiq. 4. & post eum Eusebio 8. Demonstr. Euang. S. Hieronymo in Dan. 9. & aliis, ædificatio templi secundùm omnes partes tàm interiores, quàm exteriores, atria videlicet & porticus, aliáque templi ornamenta, perfecta sunt solùm annò nonò Darij. Itaque à secundo Cyri, ad nonum Darij, perfectum fuit templum.

Atqui Ioan. 2. vers. 20. *Dixerunt Iudæi*, ad Christum Dominum, *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc.* Hæc autem

verba non possuor intelligi de prima ædificatione sub Salomone. Nam 3. Reg. vers. 37. *Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio.* vers. 38. *Et in anno vndecimo mense Bul ( ipse est mensis octauus ) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauitque eam annis 7.* Non etiam de tertia eiusdem templi ædificatione sub Herode rege, quam fusè narrat Iosephus lib. 15. cap. 14. Nam idem Iosephus tradit, eam intrà decennium fuisse absolutam. Ergò intelligenda sunt de secunda ædificatione facta post reuersionem ex captiuitate Babylonica, secundùm Iosephum sub Dario Hysdaspe, annô eius nonô.

Nec quem quàm moueat, Iosephum lib. 11. cap. 4. dicere tunc templum intrà septennium fuisse absolutum.

Nam, vt aduertit Torniellus locô citatô, debet hoc intelligi ex quo iubente Dariô structura iampridem intermissa denuò resumpta fuerat annô regni ipsius secundô. Inde enim vsque ad nonum ipsius annum septennium hoc fluxit. Quod etiam planè indicant illa eiusdem Iosephi verba ibidem posita, *prophetantibus interea*, inquit, *Aggæo & Zacharia*; hos enim prophetare cœpisse annô Darij secundô patet ex Aggæi 1. & 2. vers. 1. & Zachar. 1. vers. 1. & 7.

Non moueat item, quòd 1. E[illegible] 6. vers. 14. & 3. Esdr. 7. vers. 4. *Et ædificauerunt, & construxerunt, iubente Deo Isr[illegible] & iubente Cyro, & Dario, & Artaxe[illegible] Persarum.* Vbi cùm per *Art*[illegible] [illegible]gatur Longimanus, & hic 2. Esdr. [illegible]itatem fecerit Nehemiæ annô regni sui vigesimô, additis 20. vel 21. *Xerxis*, intercederent anni 90. aut 91. vel si exponatur probabilius, de facultate ab eo facta Esdræ, annô regni sui septimô 1. Esdr. 7. & 3. Esdr. 8. adhuc essent anni 8.

Nam, vt ibidem aduertit Torniellus, templum verè fuit absolutum sub Dario, quantum spectat ad partes pro cultu Deo exhibendo necessarias. Sub *Artaxerxe* autem Longimano, multa eidem templo sunt addita tum ad maiorem eius ornatum, tum ad ipsius munimentum. Quod confirmari potest ex 3. Esdr. 7. vbi cùm habetur sermo de ædificatione sub Dario, dicitur quidem ℣. 5. *Et consummata est domus nostra vsque ad vigesimamtertiam diem mensis Adar, sexto annô Darij regis*, at verò cùm de ædificatione sub Artaxerxe Longimano, sic dicitur vers. 4. *Et consummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israël, & ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Persarum.* Vbi sub verbis illis, *Et consummauerunt omnia*, comprehenditur murus, quô fuit circumdatum, vt ibidem aduertit Torniellus.

1. Sent. I. SENTENTIA CAPITALIS.

dicit, Ioan. 2. agi de ædificatione templi, à temporibus Cyri ad tempora Darij Hysdaspis. Huius autem Sententiæ triplex est Modus.

I. MODVS, dicit Annos illos incipiendos esse ab anno secundo Cyri, finiendos annô secundô Darij. 1. Modus.

Ità Genebrardus Lib. 2. pag. 243. post med. & pag. 249. fin. Sic enim ait priori locô. Hinc Ioan. 2. Quinquaginta annis exstructum templum. Quod reperias a secundo Cyri, ad 2. Darij Longimani. Et posteriori locô. Huius autem impedimenti interuallum fuisse plus minus 46. annorum; rectè velut rem vulgò tritam Iudæi aiunt annô secundô. Nam tot existunt à Cyro ad secundum huius Darij; & Daniel 9. cap. septem hebdomades huic rei assignat. Sic Genebrardus.

CONTRA HVNC MODVM specialiter Facit I. Quòd annos illos 46. sumit pro circiter 46. tantùm, non autem præcisô numerô. Hoc autem est improbabile. Nam si nescissent Iudæi præcisum annorum numerum, faciliùs dixissent 40. vel 50. sicut aliô locô dixerunt Domino, *Quinquaginta annos nondum habes*, &c. Reiicitur. 1.

FACIT II. Quòd numerum priorum regum Persarum, tàm quoad personas, quàm quoad annos eorum variat & turbat à quacumque alia sententia reliquorum. Nam v.g. succedere facit Cyro, non Cambysem filium eius, sed Xerxem: & Cambysem expungit si non quoad personam, tamen quoad chronologiam; volens eum regnasse tantùm cum Patre. Similiter Darium quem communiter dicunt Hysdaspem expungit quandoque quoad personam, prorsùs autem quoad chronologiam. Hunc denique vult esse Longimanum. Quis autem aliquid certi constituat ad expositionem Scripturæ super eiusmodi singularitate? Sed de hoc plenius vbi de Persarum regibus §. sequenti. 2.

II. MODVS, dicit Annos illos 46. incipiendos esse ab anno secundo Cyri, finiendos annô nonô Darij, quem communiter dicunt Hysdaspis. 2. Modus.

Ità Eusebius lib. 8. Demonstr. circa med. Pererius lib. 13. in Dan. pag. 793. & Gordonus in ann exp. annô 3474. & cap. 14. num. 21. & 22. Vbi Pererius: Loquebantur, inquit, de secunda ædificatione templi, facta post reuersionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica sub Dario quarto Persarum rege, quam cap. 6. refert Esdras. Verùm illorum 46. annorum sumi debet initium, ab *anno secundo* regis Cyri, nempe quô annô iacta primo sunt à Iudæis templi fundamenta: terminum verò eorum annorum ponere conuenit in anno Darij nono, quô nimirùm

omnem templi ædificationem fuisse diximus vsquequaque consummatam. Si igitur 29. annos Cyri, iungas cum 8. Cambysis, & Magorum (id est Smerdis, & fratrum) & itē eum 9. annis Darij, reperies illum 46. numerum à Iudæis definitum. Sic Pererius. Eusebius autem ponit terminum eorum, in anno Darij sexto, quod quomodò quadret non ostendit.

3. Modus. III. MODVS, dicit Annos quidem illos intelligendos esse de temporibus Cyri, & Darij: sed Iudæos in asserendo templum ædificatum fuisse totannis præcise videlicet) verum non dixisse.

Ità Echius in responsione de Septuagenario, in fine cap. 1. Aggæi, & Origenes ac Lyranus allegati à Ribera in Zachar. 1. nu. 46. dicentes Iudæos falsum enuntiasse, siue propter ipsorum ignorantiam, erant enim mercatores & plebeij, quos de templo Dominus eiiciebat: siue quia scienter mentiti sunt, vt vel sic ostenderent minus possibile esse quod dixerat Dominus, *& in triduo excitabo illud*. Hanc sententiam non improbabilem iudicans Torniellus num. 2. additneque verò propterea mendacij sanctum arguimus Euangelistam; sed credimus fatemúrque ipsum rem gestam fideliter scripsisse, ac Iudæorum verba, prout ab ipsis prolata fuerant, retulisse.

Reiicitur. CONTRA HVNC MODVM specialiter Facit, id quod habet Cardinalis Baronius to. 1. Annal. sub anno Christi 31. Iudæos cum de rebus palam notis agerent, & eo argumentô Christi assertionem refellere vellent, nullam posse esse suspicionem, tam nota atque patentia locutos esse mendacia. Etenim non solùm à Christo Domino, & à discipulis eius, sed etiam à quoquam de vulgo homine, redargui erroris potuisset.

Reiicitur 2. Sent. CONTRA TOTAM SENTENTIAM Facit, Quòd stabilita hucusque verior Sententia, non patiatur tot annos à secundo Cyri, ad secundum vel nonum Darij. Non enim existunt à primo ad vltimum plus 21.

3. & probabilior Sēt. II. SENTENTIA CAPITALIS, & probabilior, dicit, Ioan. 2. non agi de ædificatione templi à temporibus Cyri sed de ædificatione eius ab Herode.

Ità Cardinalis Baronius in suis Annal. to. 1. annô Christi 31. & Torniellus locô citatô, dicens, re verà hanc Iudæorum responsionem de 46. quidquid expositores dixerint, non esse referendam ad durationem fabricæ templi sub regibus Persarum ædificati; sed eius quod tunc Iudæi præ oculis habebant, quódque Herodes, vetere à fundamentis sublatô, ædificare curauerat.

PROBATVR Hæc Sententia Baronio. Nam si dictum, inquit, Redemptoris *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud*, intellexerant Iudæi de templo illo, quod erat eis antè oculos positum: quis dubitet de eodem quoque illos respondisse? Alioquin impertinens, & inepta nimis videri posset eorum responsio.

QVOD SI dicas, quomodò dici potest Herodem ædificasse templum illud annis 46. cum Iosephus 15. Antiq. 14. testetur, Herodem exteriora quidem templi omnibus patentia, 8. annis, interiora verò solis sacerdotibus peruia sesquiannô insuper absoluisse: & ab inchoato illo adhuc eo, vix superuixerit annos 23. Obiect.

RESPONDET Baronius, Iosephum errasse in historia. Quod contendit pluribus argumentis. 1. Respons.

AT Torniellus an. 4032. à num. 4. vindicans Iosephum, tandem Respondet num. 6. 2. Respons. Herodem 9. ann. sescum dimidio omnes templi partes essentiales extruxisse, itavt iam in ipso commodè possent offerri sacrificia, & solita sacra ad Dei cultum peragi. Exinde verò segniùs in his quæ restabant perficiendis progressum fuisse (expone partim per Herodem, partim post eum) vsque ad annum Christi Domini vigesimumseptimum circiter expletum, hoc est, vsque ad complementum 46. annorum, ex quo fabrica hæc fuerat ab Herode inchoata.

Quod vt intelligatur, notandum est, Herodem à captâ Ierosolyma, seu à regni possessione, vixisse & regnasse annos 34. completos, & templum inchoasse annô ab eadem captâ Ierosolyma decimoquintô. Ab hoc ergo decimoquinto, ad trigesimumquartum completum, reperies 19. completos, vel inceptos 20. His si addas 27. Redemptoris, erunt 46.

Notandum item, Torniellum per hoc supponere, sermonem illorum Iudæorum, etsi factum annô Christi Domini trigesimoprimô, tamen esse de templo iam completo ab annô qui correspondebat vigesimoseptimo Christi.

Denique notandum, Torniellum etiam supponere Herodem obiisse annô ipsô Natiuitatis Christi, prout expressè tradit an. 4051. num. 31. consequenter annô trigesimoquintô incepto à captâ Ierosolyma, à quâ annus regni sui aliquô modô computabat, & non solùm ab eo tempore quô tribus antè Ierosolymam captam, Romæ fuerat rex declaratus.

His addi debet ratio, Iudæos ineptè locutos, ni sermonem facerent de ædificatione continuata. Hęc autem sola sub Herode. Nam sub Cambyse prorsùs cessauit.

## VI. DIFFICVLTAS. DE ANNIS HVIVS PERIODI, Ad Reges Persarum, Annósque regni eorum, comparatis.

§. 108.

Persarum Reges quot extiterint.

QVÆRITVR I. Quot extiterint reges Persarũ, quoad stetit eorum Monarchia. Porrò quæstionem istã hôc loeô, similésque posteà similibus locis, tractabimus primùm, secundùm quòd reperiuntur apud authores varios: resolutionem earum in posteriora reseruantes: quàmuis interim aliqua veriora confirmantes. Pererius lib. 13. in Dan. à pag. 788. quæstionem eaodem exprofcsso tractans, refert diuersas authorum sententias: quas & nos etiam adducendas putauimus, eòdem ferè modô, quô deducuntur apud illum. Itaquè

Rabbini quidam, apud Galatioum nominati lib. 4. Arcan. cap. 15. dixerunt 3. tantùm extitisse Reges in Perside. Cyrum, qui primus Persa Persidis tenuit Imperium: Assuerum, de quo fit mentio 1. Esdr. 4. vers. 6. quem volunt fuisse maritum Esther: & Darium, qui victus ab Alexandro Magno, perdidit Imperium, quem eorum nonnulli volunt Artaxerxem illum esse, cuius fit mẽtio 1. Esdr. 7. totô, & 2. Esdr. 2. & vlt. proùt notauit Genebrardus lib. 2. seu pag. 251. post med. consequenter & 1. Esdr. 6. vers. 14. 3. Esdr. 7. vers. 4. & 8. à vers. 1. & deinceps.

R. Salomon, & Lyranus, his tribus regibus vnum addunt, inter Cyrum & Assuerum: nempè Cambysem Cyri filium. Et hanc opinionem fuisse peruetustam, testis est sãctus Hieronymus in Dan. cap. 7. ad illa verba: *& ecce bestia alia similis vrso*, & cap. 11 ad illa: *Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside*; vbi refert quosdam existimasse non plures 4. regibus post Cyrum apud Persas regnasse. Voleores forsao 3. tantùm extitisse post Cyrum, vel 4. ipsô inelusô.

Tertullianus lib. aduersùs Iudæos, 5. tantùm Persarum reges commemorat. Nempe, Darium, quem nonnulli volũt esse apud eum, Hysdaspem, coniicere tamen est esse Medum: Artaxerxem, quem coniicere est esse Mnemooem: Ochum, qui & aliô nomioe Cyrus apud eum: Argum: & Darium, quem Tertullianus Melam, alij vocant Codomanum, ab Alexandro Magno deuictum.

Genebrardus, lib. 2. à pag. 240. & pag. 259. ponit 6. reges Persarum, inclusô Dariô Medô. Primus apud eum est Darius filius Assueri (Hysdaspis etiam cognominati) de genere Medorum Dan. 9. dictus communiter Medus. Secundus, Cyrus, qui satis per se notus. Tertius, Xerxes de quo mentionem vult fieri, sub nomine Assuerii. Esdr. 2. vers. 6. & sub alio nomine Artaxerxis, ibidem vers. 7. Quem, inquit, nostri Xerxem vocãnt, Chaldæi Artaxerxem primum, Darij Medi filium. Quartus, Darius cognomentô Longimanus, de quo vult mentionem fieri sub nomine Darij 1. Esdr. 4. vers. vlt. & cap. 5. & 6. totô, & sub oomine Artaxerxis cap. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. Artaxerxes, inquit, 2. cuius annus trigesimus secundus Nehem. seu 2. Esdr. 13. vers. videlicet 6. memoratur. Quintus, Artaxerxes cognomentô Mnemon. Artaxerxes, inquit, tertius, regnasse dicitur. Eum autem Mnemonem esse apud Genebrardum, videre est, ex dictis eius sub illo, quamuis equidem dubiè dictis. Sextus, cognomentô Codomanus, Arsami filius, quem vicit Alexander Macedo: de quo vult mentionem fieri 2. Esdr. vers. 22. Porrò non sic intelligendus est Genebrardus, quasi nullos alios Persarum reges admittat; & in singulari, Cambysem Cyri filium: &c. Sed hos 6. tantùm admittit, tanquàm in serie chronologiæ reputandos; reliquos autem, vel tanquàm simùl regnantes, vt Cambysem cum patre Cyro, similésque alios sub aliis: vel tanquàm non legitimos, sed per vim intrusos. Cæterùm, de his Genebrardus loquitur multùm confusè, parúmque securè, proùt maximè videre est pag. 241. post init. 247 post init. & 255 post init. Sed de Genebrardo redibit sermo, præsertim sub 2. Sententia capitali post præuias aliquot quæstiones subiicienda.

S. Isidorus lib. 5. Etymolog. & Metasthenes, ac Philo, quos fictitios commuoiter volunt apud Ioannem Annium Viterbiensem, licet adhæreant ei pro chronologia Ioannes Driedo, Ioannes Lucidus, alíique non pauci, nec obscuri postremorum temporum scriptores, numerant 8. reges Persarũ. Nempè, Darium, sub quo soluta captiuitas: Xerxem: Artaxerxem, qui Longimanus: Darium, qui Nothus. Artaxerxem, qui Mnemon: Artaxerxem qui Ochus: Xerxem, & Darium. Vbi per primum Darium, an intelligat S. Isidorus eum qui Medus, an qui Hysdaspis communiùs, non satis ibi liquet. Vltimum autem esse, qui Codomanus,

quemque deuicit Alexander, notum melius apud eum.

Scaliger, lib. 6. de Emend. Temp. cap. de Hebdomadibus Danielis, pag. 285. numerat 9. reges Persarum. Cyrum: Cambysem: Darium Hysdaspem: Xerxem: Artaxerxem Longimanum: Darium Nothum: Artaxerxem Mnemonem: Ochum (quem vocat Achum): & Darium Codomanum.

Victorinus Strigelius (sectarius) Commentar. in Iustin. Impress. Argentorat. an 1613. (in 8.) præsertim pag. 63. numerat ro. Cyrum: Cambysem: Darium Hysdaspem: Xerxem: Artaxerxem Longimanum: Darium Nothum: Artaxerxem Mnemonem: Ochum: Arsamen: & Darium vltimum, seu Codomanum. Et hunc numerum notat Genebrardus pag. 259. post init. reperiri iuxtà profanos. Sed de hoc posteà.

Caluisius, Isag. cap. 40. pag. 174. nominat quidem solummodò 10. Attamen virtualiter numerat 11. cùm inter Cambysem, & Darium Hysdaspem, reponit Interregnum Magorum: per quod videlicet, secundum Herodotum, Iosephum, Eusebium, S. Hieronymum, & alios (posteà citandos) regnauit Smerdes Magus, tertiò post Cyrum.

Pererius, loco præcitatò, demonstrat primùm ex sacra Scriptura, 6. Persarum reges colligi posse, quor[um nos obiter 5, su]periùs annotauimus [...] textuum Periodi præcedentis. At etiam dici possunt 7. (in Scriptura supple nimirùm, Primus fuit Cyrus. Secundus, Assuerus, siue Cambyses Cyri filius. Tertius, Artaxerxes, siue Smerdes Magus. Quartus, Darius cognominatus Hysdaspis. Quintus, Artaxerxes cognominatus Longimanus. Sextus, Assuerus [...] sors [...] sus est à Longimano [...] de quo in [...] lib. Esther, qui & aliò [...] Artaxerxes, [...] cap. 11. 13. & 15. & a Septuag. Interpretibus initio libri, necnon sæpissime deinceps ab Ethnicis, vt plurimi volunt, cognominatus Mnemo, siue Memor, [...] ingenti memoriâ pollet. Septimus, videri potest fuisse Darius, apud Ethnicos cognominatus Codomanus, de quo mentio fiat in lib. Nehemiæ, siue 2. Esdr. cap. 12. vers. 22. Vbi communiter [...] fuisse Darium, quem Al[...] quia mentio fiat ibidem [...] Iosephus autem lib. [...] & 8. manifestè tradat hunc [...] pontificatum g[...] eò tempore quo venit Alexander Magnus Ierosolymam, à quo etiam præter opinionem omnium mirè honoratus est, Darius autem [...] vltimus rex Persarum, extiterit eodem tempore, quò regnauit Alexander Magnus, imò regnare simul inceperint, si verum scribit Diodorus lib. 7. Adde si reliqui vera scribunt, vt Trogus Pompeius, siue abbreuiator eius Iustinus, Eusebius, S. Hieronymus, Orosius, aliique innumeri.

Verumtamen, inquit Pererius, præter hos 6. fuisse alios 8. vt in summa quicumque à Cyro (incluso) vsque ad Alexandrum Persico præfuerunt Imperio, 14. fuerint, quemadmodum hi[c] id est, in tr. Dan. & super cap. 7. sed & aliquatenus in Ezech. 4.) confirmat S. Hieronymus, manifestis argumentis probari potest.

Principiò, Herodotus, & Thucydides, qui vixerunt cum maxime floruit Imperium, omnes reges, qui apud Persas regnarunt à Cyro vsque ad suam ætatem, nominatim expressèque commemorarunt.

Herodotus quidem, Cyrum, Cambysem, Magos (id est dicendum, expressè Smerdem & Darium quem expressè nominat Hysdaspem) & Xerxem. Addendum, & obiter Artaxerxem filium Xerxis, lib. 6. inter med. & fin. eum proindè, quem communiùs faciunt Longimanum.

Thucydides autem, Artabanum, Artaxerxem Longimanum, Xerxem secundum, Sogdianum, & Darium Nothum.

Hoc dicit Pererius. Dicunt & aliqui post eum, in manuscriptis quas è pulpito dictitarunt Chronologis.

Verumtamen de Artabano, de Xerxe secundo, deque Sogdiano, non vidimos quicquam scriptum apud Thucydidem. Vidimus quidem cum lib. 1. longe post init. memorantem in vna eademque pagina, Cyrum, Cambysem, Darium, & Xerxem. Item, iterum [...] seq. Cyrum, & Darium. Item, iterum lib. 4. inter init. & med. & lib. 6. post med. Darium. Item, iterum lib. 1. longius post init. & inter init. & med. & lib. 3. versus med. Xerxem. Vidimus & eum lib. 1. inter med. & fin. sæpius, & lib. 4. inter init. & med. memorantem Artaxerxem. Vidimus & lib. 8. longius post init. ac deinceps, memorantem alium quendam Darium. Ex circunstantiis autem rerum narratarum, notum est, primum quem memorat Darium, esse Darium Hystaspem: Xerxem, esse Darii huius filium: Artaxerxem, esse Longimanum: & secundum quem memorat Darium, esse Darium Nothū. Ex iisdem etiam circunstantiis, notum est hos omnes apud eum extitisse reges Persarum. Vidimus & eum lib. 1. inter init. & med. nō semel, & lib. 2. post med. memorantem Artabazum, sub

Xerxe. Sed hunc, non esse Artabanum, de quo fit quæstio, patet à diuersitate, tum nominis, tum maximè genitoris. Nam Artabazi patrem, dicit Thucydides Pharnacem. Artabani verò patrem, dicit Herodotus Hysdaspem: vndè & eundem Artabanum facit patruum Xerxis. Hunc item Artabazum, non fuisse regem apud Thucydidem, patet primò, quia priori locô lib. 1. facit eum solummodò præfectum per Xerxem Dascylitæ, locô Megabisi per eundem Xerxem reuocati; nullibi verò regem: quod tamen æquè de illo præstitisset, ac de aliis, nec minus regnum eius, quàm præfecturam memurasset, si quandoque ipsum fuisse regem agnouisset. Deinde, quia sicut lib. 1. post Cyrum regnare facit Cambysem, & post Cambysem Darium, & post Darium Xerxem, & lib. 4. ac 8. post Artaxerxem alterum quendam Darium: ità lib. 1. post Xerxem regnare facit Artaxerxem. Hos autem omnes ità regnasse, vt vnus alteri successerit immediate, protsus intelligendum est apud Thucydidem; quandoquidem nullum indicium facit alicuius regni præter hæc intermedij. Quod omninò patet ex Herodoto lib. 6. suprà. Siquidem expresse facit reges illos immediatè consequentes, dùm sic ait: *Nam sub Dario Hysdaspu, & Xerxe Darij, & Artaxerxe Xerxu filio, tribus his deincepi ætatibus* (habent alij *generationibus*) *plùs malorum passa est Græcia, quàm 20. aliis antè Darium ætatibus.*

Herodot.

Reliquos 4. Artaxerxem Mnemonem, Ochum, Arsem, & Darium Arses (siue Codomanum) tradiderunt Ctesias Gnidius, apud Diodorum lib. 2. Diodorus ipse, Strabo, Trogus Pompeius, seu ex eo Iustinus Historicus, Iulius Affricanus in Annalibus (apud Eusebium, Lib. 8. Demonstr. Euang. & S. Hieron. in Dan. 9.) Clemens Alex. in lib. 1. Strom. Eusebius in Chron. S. Hieronymus super 7. & 11. Danielis, Seuerus Sulpitius lib. 2. Sacræ Historiæ, Orosius in sua Historia, & Beda in lib. de 6. ætatibus mundi. Hæc autem intellige, partim apud aliquos, partim apud alios, vel omnes apud aliquos. Nam habentur tantùm virtualiter apud quosdam, dùm summant durationem Monarchiæ Persarum per tot annos, quibus alij distribuunt tot reges. v. g. Iulius Africanus, non illos quidem numerat, aut nominat: sed tamen cùm durationem Monarchiæ Persicæ facit annorum 230. credendus est, tot reges per illos annos, quot alij numerant, supposuisse. Item, Iustinus, & Orosius quosdam eorum nesciunt, vt Arsem, &c. Poterat Ctesius, ad Artaxerxem, qui dictus est Mnemon, notare Xenophontem in libro de Expeditione Cyri (dicti iunioris, qui fuit frater istius Artaxerxis) & in Libris Rerum Græcarum, siue Græcarum Historiarum, aliàs de Bellis Græcis: in quibus nempè Libris, sæpissimam facit illius Artaxerxis mentionem. Poterat etiam, vt his aliqua conciliaretur authoritas, notare quo modò Ctesias ille Gnidius, magno fuit in honore habitus ab eodem Artaxerxe Mnemone Persarum rege. Nimirùm, medicus fuit, & comitatus Cyrum in expeditione, quâ mouit aduersus fratrem suum, in eadem fuit captus, tandémque ab Artaxerxe Persicis bibliothecis præfectus: ex quibus etiam bibliothecis fatetur historiam, quam ipse descripsit, fuisse depromptam. Ab hoc siquidem Ctesiâ, sumpsit ea Diodorus, quæ scripsit de Persarum regibus: à Diodoro verò, quæ de regibus iisdem tradiderunt & cæteri. Verumtamen, sitne propterea fide dignus Ctesias ille, sitne per eum Diodorus, sintne denique per Diodorum cæteri, dicetur sub obiectionibus.

Interim, pro regibus Persarum, instarque cæterorum authorum audiatur S. Hieronymus in Dan. 7. hæc dicens: *Nos verò cùm post Cyrum, qui regnauit annis 30. sciamus apud Persas regnasse Cambysem filium eius: & fratres Magos: & deinceps Darium, cuius secundô annô cœptum est ædificari templum in Ierusalem: quintum, Xerxem filium Darij: sextum, Artabanum: septimum, Artaxerxem, qui μακρόχειρ, id est, Longimanus cognominatus est: octauum, Xerxem: nonum, Sogdianum: decimum, Darium cognomentô νόθον: vndecimum, Artaxerxem, qui appellatus est μνήμων, id est, recordans: duodecimum, alium Artaxerxem, qui & ipse cognominatus est Ochus: tertiumdecimum, Arsem Ochi filium: quartumdecimum, Darium Arsami filium, qui ab Alexandro Macedonum rege superatus est: quomodò 3. reges Persarum fuisse dicemus: nisi fortè legamus aliquos sæuissimos, quos ex historiis reperire non possumus.* Horum nonnullos eôdem ordine numerat in Ezech. 4. nimirùm à Dario Hysdaspe ad Artaxerxem Mnemonem, inclusiuè. Referentur eius verba sub sequenti quæstiune. Porrò Dan. 11. pro Magis, quos ponit istô locô cap. 9. reponit expressè nominátque Smerdem, prout refertur posteà (post 5. Regem) cùm adducentur verba Scripturæ capitis illius 11. pro 3. vel 4. primis Regibus Persidis. Quô venit etiam obiter notandum, authores vti modo nomine Magorum, modo nomine Smerdis, quia videlicet, & Smerdes inuaserat Imperium, & tamen ipse cum fratre regebat il-

S.Hieron.

lud, vndè & per Darium Hyſdaſpem alióſque primarios, vtérque ſimul occiſus fuit.

Pergit Pererius. Nonnullos autem prædictorum regum, quidam in hiſtoria regum Perſidis tacitos prætererunt: tùm quòd non legitimè, ſed per vim, tùm etiam quòd breuiſſimò tempore, Imperium tenuerunt. Addi debet, neque Scripturam ſacram omnes numeraſſe, præſertim in libris Eſdræ, quia non faciebant ad eius propoſitum. Sed neque etiam omnes numerat Danielis 11. vbi dicitur à verſ. 2. *Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes*, &c. Rationem ſubdit S. Hieronymus, dicens: *Et* (S. Hieron.) *notandum quod 4. poſt Cyrum regibus Perſarum enumeratis, nouem præterierit, & tranſierit ad Alexandrum. Nonenim curæ fuit ſpiritui prophetali hiſtoriæ ordinem ſequi, ſed præclara quæque perſtringere.*

His, aut ferè his præmiſſis, procedit Pererius ad ſtrictim declarandum, ſi quid in ſingulis iſtorum Regum memorabile fuit, & Lectori ad intelligentiam ſacrorum Librorum aliquò modò profuturum. Nobis autem videtur, ſuppoſitis iis quæ iam de quibuſdam dicta fuerunt, ſic eos proponere, vt illorum ſolummodò numerum, & regnum, quorundam etiam originem, poſteà verò quot quiſque annos regnauerit, vel certè regnaſſe memoretur deducamus. Itaque

I. Rex, ſiue Imperator Perſarum, fuit (Cyrus.)

## CYRVS.

Hunc Thucydides Lib. 1. longè poſt init. & Xenophon Lib. 8. Cyropædiæ, ſiue Inſtitutionis Cyri, longiùs poſt med. faciunt filium cuiuſdam principis, aut etiam regis Perſarum, cui nomen erat Cambyſes. Rurſùs, eum Herodotus facit, Aſtyagis, vltimi Medorum regis antè tranſlatum per Darium Medum à Chaldæis ad Medos Imperium, nepotem per filiam cui nomen erat Mandane. Rurſum, refertur is à Genebrardo Lib. 2. pag. 240. & 242. generillius Darij Medi. Et quidem dicitur à Xenophonte, vxorem duxiſſe filiam Cyaxaris: Cyaxarem autem cenſent omnes, éſtque patens apud Xenophontem, fuiſſe Darium illum Medum; hoc autem intelligi debet ex Scriptura Danielis, & Xenophonte, ritè collatis, poſt mortem eiuſdem Darij Medi.

Eum putarunt ſuprà §. 105. Pererius & alij, non fuiſſe regem Perſarum antè ſuſceptum Babylonicum Imperium poſt Darium Medum. At ibidem oſtenſum fuit, ex Scripturis ſacris, Herodoto, Xenophonte, A Beroſo, pluribúſque aliis, eum fuiſſe regem Perſarum antè deuictam Babylonem, ſaltem vel cum patre, vel ſub auunculo ſuo Dario Medo.

II. Rex ſiue Imperator Perſarum, fuit

## CAMBYSES, Cyri (Cambyſes.)

filius.

Hunc ſignificatum volunt communiùs 10 Lib. 1. Eſdr. cap. 4. Quamuis diuerſimodè. Nam

B Nonnulli volunt eum ibi ſignificari per duo nomina, videlicet, tùm *Aſſueri* verſ. 6. tùm *Artaxerxis* verſ. 7. Sic Hebræi quidam apud Ioſephum, & Ioſephus ipſemet, lib. 11. Antiq. cap. 2. & 3. Euſebius in Chronic. Theodoretus orat. 9. in Dan. Beda de 6. ætat. Mundi, Maſſæus lib. 7. pag. 66. Pererius, & alij multi. Fauere poteſt quòd accuſatores Iudæorum, ſic loquútur Artaxerxi 1. Eſdræ 4. verſ. 12. *Notum ſit regi quia Iudæi, qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Ieruſalem*, &c. Quamuis enim exponi hæc poſſint, qui aſcenderunt à regno tuo, videlicet C Babylone: tamen propiùs indicare videntur Cambyſem, eò quòd ſub eius patre Cyro, cum quo vixerat ipſe, Iudæi rediſſent in Ieruſalem.

Et quidem ſiue rex ille fuerit Cambyſes, ſiue quidam alius, per nomen *Aſſueri* ſubindicatus: vtique per eadem illa duo nomina ſignificari tantùm vnicum hominem, ſentiunt R. Abraham apud Genebrardum lib. 2. ſeu pag. 243. fin. Genebrardus ipſe, multique alij. Quibus fauere poteſt S. Hierony- D mus, in tranſlatione ſua Latina ſuper Hebræo, cùm vbi 1. Eſdræ 4. verſ. 6. Hebræum habet ſolummodò ſicut & Vulgata & Septuaginta Interpretes, *In regno autem Aſſueri, in principio regni eius*: ſic ipſe habet, *In regno autem Aſſueri, ipſe eſt Artaxerxes, in principio regni eius.* Poteſt etiam illis fauere liber 3. Eſdræ cap. 2. verſ. 6. nullam faciens mentionem Aſſueri, ſed ſolius *Artaxerxis*. Item, id quod ſubdit Genebrardus ſuprà, poſt allatum R. Abraham: Quaſi vtraque, inquit tenocatio ab eodem facta ſit. Quin & E fortaſſis duæ illæ, quæ dicuntur, accuſationes ſunt vnica, vt poſterius more Hebraico ſit prioris explicatio. Sic ibi Genebrardus.

Nonnulli autem volunt & probabiliùs eum tantùm ſignificari per nomen *Aſſueri*: ſicut & Smerdem ſiue regem ſequentem per nomē *Artaxerxis*. Ita reliqui iam antiqui quàm moderni, præſertim S. Hieronymus ſuprà relatus in Dan. 7. atque infrà referendus in cap. 11.

Et quidem ſiue rex ille fuerit Cambyſes ſiue quidam alius, per nomen *Aſſueri*

subindicatus: vtrique per eadem illa duo nomina significari duos homines sentiunt in particulari Scaliger & Caluisius.

Neque de contrario conuincit translatio S. Hieronymi. Nam nomen Artaxerxis, nomen commune fuit, potuitque conuenire tùm Cambysi, cum nomine simul Assueri, tùm iterum alicui regi proximè post ipsum regnanti. Non conuincunt etiam pro contrario reliqua superius habita. Sed de his iterùm sub rege sequenti.

Porrò Genebrardus, Scaliger, & Caluisius dissentientes à reliquis, volunt per nomen Assueri significari, non Cambysem, sed Xerxem. Quamuis diuersimodè. Nam Genebrardus lib. 2. præsertim pag. 244. & 246. ita vult per hunc Assuerum significari Xerxem, vt Xerxes proximè successerit Cyro: non quòd Cambyses non extiterit, aut etiam aliquomodò regnauerit, sed quòd regnauerit tantummodo cum patre. Scaliger autem lib. 6. de Emend. Temp. cap. de Hebdomadibus Danielis pag. 283. & Caluisius cap. 40. sic volunt per eum intelligi Xerxem, vt tamen non regnauerit immediatè post Cyrum, sed inter extiterint Cambyses, & Darius Hystaspis, quibus interserit Caluisius & Smerdem cum reliquis. Conueniunt tamen quòd volunt eum vnum & eundem esse qui Assuerus Esther.

At per Assuerum non significari Xerxem, quamuis propriè pertineat ad materiam de Xerxe de quô postea: obiter tamen Probatur imprimis contrà Genebrardum, ex libro Esther. Nam Assuerus ille hæc ait cap. 16. vers. 16. *Cuius* ( Dei ) *beneficio, & patribus nostris, & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur.* Atqui Xerxes non potuisset hæc dicere, si fuisset immediatus Cyri successor: cùm regnum non fuisset traditum à Deo *patribus suis*. Consequenter non suæ familiæ custoditum, eô modô qui significatur per illa verba *vsque hodie*. Quòd si dixeris, Genebrardum facere Darium Medum patrem Xerxis: & illa verba *patribus nostris*, exponi posse de plurali posito pro singulari. Respondebitur, imprimis expositionem hanc pluralis pro singulari, & esse gratuitam, & non compati eum illis aliis *vsque hodie*, quæ denotant generationes plurimas, & tempora multa. Deindè, Genebrardum in hoc hallucinari, quòd Darium patrem Xerxis putet Darium illum Medum, de quo Dan. 5. 6. 9. & 11. cùm fuerit Darius alter cognomentô Hystaspis de quo 1. Esdr. 4. 5. & 6. consequenter 3. Esdr. 2. 3. 4. 5. & 6. & Aggæ. 1. & 2. & Zachar. 1. & 7. Deniquè, esto Darius Medus fuisset pater Xerxis, hoc ipsum

A pugnaret contrà Genebrardum. Nam Assuerus Esther nominat vers. 14. regnum sui *regnum Persarum*: tanquam Imperij sui præcipuum. Quod etiam confirmant omnes historiæ, cùm Xerxem faciunt & nominant regem seu Imperatorem Persarum. Confirmat & Dan. 11. vers. 2. *Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis super omnes: & cum inualuerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersus regnum Græciæ*: hoc intelligunt omnes, & ipsemet Genebrardus de Xerxe, qui iuxtà historias profanas muuit stupendô modô contrà Græ-
B ciam. At Darius Medus nunquàm fuit vocatus Rex Persarum, vel regnum suum regnum Persarum tanquam Imperij sui præcipuum: sed rex siue Imperator Medorum & regnum suum regnum Medorum tanquam præcipuum, prout videre est Dan. 6. totô. Hæc satis aduersus Genebrardum. Nam de illo redibit sermo plenior, sub sententia 2. capitali post quæstiones subiicienda.

Probatur & obiter contrà Scaligerum ac Caluisium. Et imprimis ab eadem ratione
C quâ contrà Genebrardum. Nam sicut Genebrardus volt Xerxem fuisse filium Darij Medi: sic Scaliger & Caluisius volunt eum reliquis, eum fuisse filium Darij Hystaspis. Darius autem Hystaspis diuersæ familiæ fuit à familia Cyri, prout notum est apud omnes. Sicut ergò non potuisset Assuerus Esther illa dicere, quæ cap. 16. vers. 16. si fuisset filius Darij Medi: sic non potuerit eadem dicere, si fuit filius Darij Hystaspis. Nam eadem ratio formalis vtrobique pugnat: nimirùm regnum non fuisse traditum *patribus*
D Xerxis, & pluribus temporibus per illa verba *vsque hodie* significatis. Deinde probatur à Scriptura, ex forma historiæ sacræ, siue sacri contextus. Nam cap. 4. vers. 5. *Conduxerunt autem aduersùs eos, consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darij regis Persarum.* Quis sit ille Darius, & quomodò templum sub eo permissum, narratur cap. 5. & 6. Sicut autem cùm post illa verba cap. 5. vers. 5. *Conduxerunt autem*, &c. *omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darij re-*
E *gis Persarum*, subiunguntur ista, vers. 6. *In regno autē Assueri, in principio regni eius scripserunt accusationem*, ad hoc vt ostendatur, ea resumi, quæ facta sunt inter Cyrum & Dariū illum: ità par est, eadem ista verba, *In regno autem Assueri, in principio regni eius scripserunt accusationem*, sic *immediatè* subiungi post Cyrum, ad hoc vt ostendatur, ea resumi, quæ facta sunt *immediatè* post eum. Cur enim in illis verbis vers. 5. Scriptura memorasset singulariter Cyrum & non alios qui rexerunt inter eum & Darium. nisi

quia r f mete volebat eos, qui proxime rexerant p t ipsum quorumque temporibus impeditum æquè fuerat templum. Atqui si per Assuerum illum 1. Esdr. 4. signi are voluisset, non Cambysem, sed Xerxem: vtique plurimos intermedios reticuisset, nimirum Cambysem, Smerdem, & Darium Hystaspem: quorum tamen temporibus æquè fuerat opus accusatione, ad impediendum templum, ac opus fuerat temporibus Cyri. Summa sit: Nulla ratio traditur a Scaligero, tradiue potest à quoquam alio, cur transitus fuerit per Scripturam factus à Cyro, potius ad Xerxem, quam ad Cambysem. Contrà vero ratio redditur valida, cur factus fuerit transitus à Cyro, potiùs ad Cambysem, quàm ad Xerxem; quia scilicet narrandum erat totum impedimentum factum a Cyri temporibus, ad tempora Darij. Narrandum igitur erat illud impedimentum, quatenus etiam factum intrà tēpora Cambysis. Confirmatur. Nàm post narratam accusationem sub Artaxerxe, dicitur vers. 24. *Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem; & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.* Sanè per hæc, & per antecedentia similia, significatur, totum impedimentum templi construendi, fuisse temporibus duorum vel trium illorum regum, Cyri, Assueri, & Artaxerxis, cōsummatum intrà tempora, quæ transierunt à regno Cyri, ad regnum illius Darij, videlicet ad annum eius secundum. Consequenter per Assuerum non significari Xerxem, sed Cambysem. Et per hoc reijcitur obiter sententia Scaligeri, de prædicto Dario subintelligēdo, non Hystaspe, sed Notho. Quoniam narrandum æquè fuisset impedimentum factum temporibus Darij Hystaspis, patris, proximique successoris eius, quem Scaliger vult, Xerxis. Sed de hoc posteà sub quarto rege Persarum. Denique probatur ab Authoritate. Et imprimis ex Iosepho, qui lib. 11. Antiq. cap. 1. tradit expressissimè primum impedimentum fuisse factum sub Cyro, deinde sub Cambyse, posteà regnasse Smerdem siue Magos, post hos Darium Hystaspē, sub quo permissum ædificatumque templum. Demùm ex S. Hieronymo, Theodoreto, ac reliquis. Hæc certe, cùm eorum contrarium ex alia nulla monstretur authoritate, validáue fulciatur probatione, præstant omnibus quæ dicuntur per Scaligerum, & sectatorem eius Caluisium.

Obijcit Scaliger, primùm, contrà statuentes vnicam eandémque personam, sub duobus illis nominibus, his verbis pag. 585. Quam venusti sunt qui monstrum geminum ex duobus Regibus, Assuero & Artaxerxe composuerunt, vt subito in Cyri throno collocatu sit Assuerus Artaxerxes. Id acutum commentum ex commatibus 7, 11, 1. Esdræ fabricatum: cùm ibi clare scribatur, primum à Samaritis, Syris, & indigenis opus templi interpellatum, commate 4. Cum tamen nihilominus Zorobabel opus continuaturus esset, & indigenarum conatus eluderet, aliò confugerunt hostes Iudæorum. Aulicos subornarunt, qui Iudæos apud Cyrum accusarent. Quarè interim cessatum ab opere, adhuc imperante Cyrô, commate 5. Cum neque satis esse putarent, eos ab aulicis apud Reges accusari, ipsi vltrò accusationi subscripserunt: & nomen Iudæum Ahaschvvero (Assuero) siue Oxyaræ, hoc est Xerxi, qui tunc primùm ad Imperium accesserat, deferunt, commate 6. Eò mortuo, apud Artaxestem, qui Xerxi successit, iterùm Iudæos & eorum proceres accusarunt, commate 7. Vndè opus templi à reditu Iudæorum & fundamentis iactis, ad secundum Darij Nothi (hunc vult esse Darium illum de quo 1. Esdr. 4. 5. & 6. & 3. Esdr. 2. 3. 4. 5. & Aggæ. 1. & 2. & Zachar. 1. & 7. prout etiam plenius videbitur postea) intermissum per 1 7. annos. Sed Chronologi quid designarunt? Ex Ahaschvvero sexti commatis, & Artaxeste septimi, monstrum illud bicorpor compegerunt, Assuerum Artaxerxem. Hæc primùm Scaliger.

At nihil conuincunt ista quæ stylo pungente, plurimùm sibi familiari, longiùs deducit Scaliger. Quid enim obstat, accusationem fuisse factam à diuersis, quin & ab ijsdem, sub vnico eodémque rege? Quid item vnicum eundémque regem fuisse varijs nominibus appellatum, quamuis intrà paucos seriei versus, eò modô quô notabamus, vnicum eundémque Tostatum, nunc vocari Tostatum, nunc Abulensem: vel sicut 2. Esdr. 8. vers. 9. *Dixerunt autem Nehemias, ipse est Athersatha*: vel sicut plurimi volūt 1. Esdr. 1. vers. 8 & vers. 11. siue vltimô, vocari *Sassabazar*, eum qui mox cap. 2. vers. 2. vocatur *Zorobabel*, quod etiam probabile videri potest ex cap. 5. vers. 16. & Zachar. 4. vers. 9. vel denique sicut aliqui voluot vt Geoebrardus, vnum eundémque Longimanum significari per nomen Darij 1. Esdr. 5. & 6. & per nomen Artaxerxis 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. Potuit enim qui dicebatur Assuerus, aliud nomen imperij sumpsisse, videlicet Artaxerxes, & vno in loco significari per nomen prius, alio vero per posterius? Sic nempe dixerit S. Hieronymus, *In regno autem Assueri, ipse est Artaxerxes.* Certè 3. Esdr. 2. qui dicuntur impedimentum fecisse sub Artaxerxe, dicuntur etiam habitantes in Samaria. versu 16. *In Artaxerxis autem regis Persarum*

*temporibus, scripserunt ei de his, qui habitabant in Iudæa, & Ierusalem, Bal amus, & Mithridates, & Sabellius, & Rathimus, Balthemius Samelius scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam Epistolam regi Artaxerxi.* Ecce, qui 2. Esdr. 4. memorantur separatim, hîc simùl omnes coniunguntur. Signum non modicum, vnicam eandemque accusationem, vel si diuersam, vnico tamen eidémque regi fuisse factam. Similia non desunt in Libro Esther, vbi Rex modò vocatus Assuerus, modo vocatur Artaxerxes. Porrò merito magis vocetur mōstrum chronologia Scaligeri, qua templum non vult ædificatum nisi 107. annis post primam concessionem illud ædificandi per Cyrum factam.

Obiicit deinde Scaliger, contrà statuentes Cambysem, aut etiam Smerdem sub illis nominibus contineri: non significari per primum nomen Assueri Cambysem, sed Xerxem: neque per secundum nomen Artaxerxis, vel eundem Cambysem, vel Smerdem, sed Artaxerxem Longimanum.

Verum de his expressius infrà sub quinto & sexto rege Persarum.

Cæterum, Hunc, etiamsi Cambysem, volunt tamen aliqui designatum quoq; in lib. Esther per nomen Assueri: consequenter & Artaxerxis in eodem Libro sæpius habiti.

At contra hos facit imprimis eadem ratio prima quæ contra Genebrardum, Scaligerum, & Caluisium suprà. Deinde quòd Cambyses regnauit tantùm 8. annis apud Herodotum, ac probabiliùs vt iam stabditum est. Assuerus autem ille, non minùs 12. annis Esther cap. 3. vers. 7. Quòd si replicetur, 12. illos annos, censeri posse computandos ab annis, quibus regnauit cum patre. Contra faciēt probabilius ista quæ narrantur ab initio Libri, vers. 1. *In diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque Æthiopiam, super centum vigintiseptem prouincias*: vers. 2. *quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit.* vers. 3. *Tertio igitur anno imperij sui, fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se,* vers. 4. *vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ,* &c. Non enim hæc redolent regnum alicuius sub altero. Faciet maximè, quòd Assuerus 1. Esdr. 4. fuerit Iudæis infensus, templúmque omnibus suis temporibus impedierit: Assuerus autem lib. Esther amicissimus eis fuerit saltem posterioribus suis tēporibus, prout narratur a cap. 8. Quod si denique replicetur id quod alias sub Xerxe habet Genebrardus, hunc fuisse quidē prius Iudæis infensum, sed posteaquàm Esther duxit vxorem, fuisse factum illis amicissimum: sicque priùs impedisse templum: postea vero permisisse. Respondebitur, imprimis hoc asseri gratis & absque fundamento vel authoritate. Deinde, potius esse credibile, si Cambyses, vel etiam Assuerus ille Esther quisquis fuerit, priùs impedisset templum, & postea permisisset illud, Librum Esther aliquam vtriusque mentionem facturum, sicut & fecit de commissa Iudæorum omnium cæde, déque condonata post eis vita, &c. Denique contrariatur hoc Scripturæ sacræ, quæ docet 1. Esdr. 4. templum fuisse per Assuerum & Artaxerxem impeditum vsque ad regnum Darij regis illos sequentis. Sed de hoc iterum in sequentibus.

III. Rex siue Imperator Persarum, fuit

## SMERDES Magus. Smerdes.

Hunc non improbabiliter significatum volunt plurimi velléque censendus est S. Hieronymus in Dan. 7. per nomen illud Artaxerxis, habitum 1. Esdr. 4. vers. 7. & 3. Esdr. 2. vers. 16. Quod proponitur primò contrà negantes per illa duo nomina tùm Assueri tùm Artaxerxis, significari posse duos homines. Oppositum enim est absque probationibus obuium. Siquidem sunt diuersa duo nomina quoad voces; sunt & diuersæ duæ quoad texturam narrationes. Item, de primo dicitur, *In regno Assueri in principio regni eius*: de secundo, *& in diebus Artaxerxis.* Hæc plusquam sufficiunt, quādiu non conuincitur de contrario. Neque valebit dicere, Smerdem paucis nimiùm mensibus regnasse, nimirum 7. tantùm, vt & consuleretur, & ab eo responsio haberetur. Non enim ità distabat à Iudæa, quin facilè consuli posset, & eius responsio haberi, per menses quibus regnauit. Nam & vsus veredatiorum extabat iam à temporibus Cyri, testante Xenophonte in Cyropædia; & historia tùm Zorobabelis, secundùm quòd habetur (collecta fuit suô locô) ex Lib. 1. & 3. Esdr. tùm Esdræ, 1. Esdr. 7. ac 3. Esdr. 8. intentum probat, etiam secundùm communem itinerandi modum; & testatur Herodotus Smerdem paucô tēpore quô regnauit remotiores etiam regiones suis beneficentiis mirum in modum captasse. Sed & quamuis necessarium fuisset plus temporis: adhuc testatur Herodotus, eum non solùm gubernasse per 7. menses chronologicos, qui tribuuntur ei, sed etiam per aliquos alios adhuc vidente Cambyse. Proponitur secundò contrà Sulpitium, Scaligerum, & Caluisium, quatenùs volentes per Artaxerxem eô locô significari regem, qui communiter dicitur Artaxerxes seu Darius Longimanus. Quò faciunt dicta sub rege præcedente, non hic repetenda: facient & dicenda

sub se[q]uentibus.

Hi[s] S[m]e[r]des a[b]sente Cambyse bell[a] que in Ægypto ge[r]ente, tandemq[u]e mo[rtuo], per fraudem occupauit Imperium, [simul]ans se fratrem esse Cambysis sibi cognomi[nem], quem nocturno visu deceptus Cambyses, necari iusserat. Vide ampliorem eius historiam apud Her[o]dotum.

## IV. Rex siue Imperator Persarum, fuit

Darius Hy[s]daspis.

## DARIVS HYSDASPIS.

Cur ità cognominatus, diximus suprà sub Periodo præcedenti, sub finem textuum. Hic diuersæ famil[i]æ fuit à familia Cyri, vnúsque de septem Per[s]arum princi[p]ibus, qui facta cõ[n]iuratione, Smerdem Magum regno vitaque priuarun[t]: & mox euentu quodam industriò per hinnitum equi, præ cæteris imperiò [d]onatus. Vide regnum eius apud Herodot. lib. 3. (sque ad librum 7. post init.

Eum esse de quo sæpissimè fit in Scriptura sacra mentio, nimirum in libris Esdræ 1. cap. 4. 5. & 6. & Esdr. 3. cap. 2. 3. 4. 5. & 6. & Aggæ. cap. 1. 2. ac Zachar. cap. 2. & 7. censent Iosephus 11. Antiq. 3. & 4. Eusebius in Chronic. S. Hieronymus in Dan. 7. & in Ezech. 4. Theodoretus orat. 9. in Dan. & reliqui historici relati superiùs. Quod fit contrà Scaligerum, & Caluisium, volentes eum de quo fit mentio his libris, esse Darium Nothum, qui numerabitur infrà decimus rex Persarum. Missum facimus hôc locô Genebrardum volentem eum esse Longimanum. Nam de Genebrardo post hæc ex professo. Sed

Obiicit Scaliger lib. 6. de Emend. c. p. de Hebdomadibus Danielis, à pag. 283. fin. his verbis. Darius Nothus stipatus est duobus Artaxerxis, Longimanô, & Memore. Si igitur ex sacris libris pr[o]uuero, Darium quendam successisse Artaxerxe, Dario item Artaxerxam alterum: dubium nullum relinquetur, quín medius Darius sit is, qui Nothus dictus est, quòd ex pellice natus esset: Artaxerxa autem eum præcedens, sit is, qui [illegible] (Longimanus) dictus sit: Artaxerxa verò alter, is, qui [illegible] (M[ne]mor) cognominatus est. Quô concesso sequitur rursùs, vt qui præcessit Artaxerxem, is sit Xerxes ille celeberrimus hostis Græciæ. Legimus itaque apud Esdram, cap. 4. commate 6. (lib. 1.) *Regnante Oxyare, initio regni eiusdem accusationem instituerunt in eos qui Iudæam & Ierosolyma habitabant. Regnante verò Artaxerxe* (Scriptura non habet eô locô, *Regnante*, &c. sed *In diebus autem Artaxerxis*) *Mithrydates, Tabeel, & alij, per* [illegible] *factiones scripserunt regi Artaxerxæ.* Vide reli[qua]. Ecce duo Reges o[ctauo] [illegible] ces, Oxyares, vel [illegible] [illegible] nr, Ahasuerus ve[rò], [illegible] Artaxerxes. Mox in sequentibus [s]itur Artaxerxi [illegible] Darius quidam successisse, cuius D[arij] anno [secundo] intermissum opus templi repetitum, & continuatum. Cui r[e]x Artaxerxes deinde successit ille, qui Nehemiam & Esdram in Iudæam misit. Perspicue ergò Darius, cuius annò secundò opus templi repetitum, is est Darius Nothus, stipatus duobus Artaxerxis, Mnemo[n]e & Ma[c]rochire. Hæc Scaliger. Cuius, vt facile conspicitur, tota probatio consi[st]it in hoc, quod Darius Nothus apud profanos, sit inter duos Artaxerxes, Longimanum & Mnemonem; Darius autem ille memoratus 1. Esdr. 5. & 6. reperiatur item inter duos Artaxerxes. Scaligerum sequitur Caluisius cap. 40. notans insuper, Oxyarem apud Q. Curtium & alios memorari: volénsque cum Scaligero, idem esse nomen Oxyaris, quod Hebræi pronuntiant per Ahaschvverum, siue Assuerum.

At contrà Scaligerum faciunt I. Ea quæ iam notata fuerunt sub Cambyse. Nam cum 1. Esdr. 4. vers. 4. narretur summariè, fu[isse] totum impedimentum templi con[str]uendi, completum intrà tempora Cyri & Darij: & à vers. 5. resumatur idem impedimentum, tanquàm singulatim narrandum, per tempora tum Assueri, tum Artaxerxis: tandémque sub temporibus Artaxerxis concludatur si[c] vers. 24. *Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum Darij regis Persarum*; vtique longè probabilius est, nullos Reges fuisse prætermissos, quorum temporibus impedimentum illud durauerit. Confirmatur primo. Nam sicut mortuô Cyrô, Iudæi, quamuis temporibus eius impediti, tamen ag[g]ressi sunt templum ædificare, sub Rege s[eq]uenter narrato, videlicet Assuero: rursúmque, quamuis temporibus istius impediti, tamen aggressi sunt illud sub altero sequenter narrato, videlicet Artaxerxe; quare non illud pariter aggressi fuissent sub regibus sequentibus: & si quæ similiter sub eis app[o]sita fuissent impedimenta, Scriptura sacra non [ill]a memor[ass]et? Confirmatur secundo. Nam cum Scriptura bis memoret Darium i[st]um, adusque cuius secundum annum impeditum fuit templum, posteáque narret quomodo sub ipso concessum fuerit ædificandum, nullius autem circà hæc alterius Darij faciat mentionem: quis nisi gratis velit, ibi potius intelligi Darium Nothum, quàm Darium Hystaspem: Denique confirmant hæc Iosephus, Eusebius, S. Hieronymus, Theodoretus, & reliqui historici, notati superius.

Nihil autem obstant vociludia Scaligeri, circà duo nomina, quibus Darius ille stipatus reperitur. Imprimis quia Darium Hysdaspem etiam extitisse inter duos Artaxerxes, prætendi potest, partim ad hominem, & partim aliter, istô modô. Xerxes qui filius fuit Hysdaspis, quiq; fuerit Assuerus, siue Oxyares, vt vult Scaliger, fuerit etiam appellatus secundum eundem Scaligerum Artaxerxes. Nam in lib. Esther, ille rex qui sæpè dicitur Assuerus, quémque vult Scaliger esse Xerxem, dicitur quoque ac sæpe sæpius, etiam agnoscente Scaligerô pag. 286. lin. 17. Artaxerxes. Vt apud Vulgatam editionem, cap. 11. vers. 2 cap. 13. vers. 1. & cap. 15. vers. 1. Apud Septuaginta Interpretes cap. 1. vers. 1. bis. cap. 2. vers. 17. cap. 3 vers. 1. 6 8 12. & 13. cap. 6. vers. 2. cap 8. vers. 1. & 12. cap. 9. vers. 20. cap. 10. v. 3. cap. 11. v. 2. cap 12. v. 2. cap. 13. vers. 1. & c. 16. v. 1. Denique Genebrardus volens per Assuerum, & Artaxerxem 1. Esdr. 4. v. 5. & 6. vnicum significari Xerxem, vtique comprobat Xerxem etiam fuisse vocatum Artaxerxem. Sed maneat hoc secundùm Scaligerum, Xerxem, qui memoratur apud Esther, appellari quoque Artaxerxem. Ante Darium illum, de quo fit mentio 1. Esdr. 5. & 6. memoratur etiam quidam Artaxerxes cap. 4. vers. 7. Ecce duos Artaxerxes. Iam supponatur Dariũ illum, de quo fit mẽtio, 1. Esdr. vers. 6. & 5. fuisse Darium Hysdaspem, seu patrem Xerxis, cuius contrarium nec conuincit Scaliger, nec conuincere quisquam alius potest: manebit Darius ille stipatus æque duobus Artaxerxis, ac Darius Nothus, nimirùm Xerxe filiô suô aliàs appellatô Artaxerxe, suo successore, & aliô quodam Artaxerxe prædecessore suô. Quòd si dicat Scaliger, suppositionem illam per quam assumitur Darium de quo fit mentio 1. Esdr 4. 5. & 6. esse Darium Hysdaspem, non probari. Respondebitur, neque magis probari per Scaligerum, Darium illum fuisse Nothum. Nam ratio stipationis per duos Artaxerxes, est ipsamet quæ in hac quæstione controuertitur. Vndè non debet in probationem sumi potiùs ab vna parte, quàm ab alia, si nihil aliud magis probans, aut conuincens possit adduci. Sed neque probat Scaliger, alterum Artaxerxem, quem subsequi facit suum Darium Nothum 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. immediate rexisse post Darium illum, cum potiùs authores reliqui præmittant ei quendam alium, nempè Xerxem ipsum. Dicere verò Scripturam sacram eis nullum alium interserere: neque valet mihi, quippe cum sit argumentum à me a negatione singularis authoritatis: neque valet apud ipsummet Scaligerum, quippè qui supponat in sua sententia, quantùmuis Scriptura sacra nullum regem interseruerit inter Cyrum & Assuerum illum, quem ipse Xerxem facit tamen plures alios apud eam esse supplendos, nimirum Cambysem (debet & Smerdem) & Darium Hysdaspem Xerxis patrem proximúmque prædecessorem. Deinde qui secundùm aliquos Cambyses fuit Assuerus qui lib. Esther, adeoque vocatus etiam Artaxerxes secundùm Scaligerum & alios, Xerxes vocatus etiam fuit Artaxerxes: secundùm omnes Darius Hysdaspis extitit inter Cambysem & Xerxem. Ergo Darius Hysdaspis stipatus etiam fuit duobus Artaxerxis. Concidunt igitur probationes quas ex Scriptura sacra prætendebat Scaliger.

Non obstabit etiam dicere pro Scaligero, quòd habeatur 1. Esdr. 8. vers. 1. *Et post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras*, &c. Ex quo videri posset, Artaxerxem qui 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. regnasse immediatè post Darium illum. Nam sensus verborum istorum non est immediatus: sicut patet 1. Esdr. 7. vers. 1. *Post hæc autem verba* (id est, post istas res) *in regno Artaxerxis regis Persarum*, &c. Solùm ergò significatur, post regnum, & post acta sub regno Darij illius, in regno cuiusdam alterius regis, cui nomen Artaxerxes, Esdram accessisse, &c. sed non in regno quòd immediatè secutum fuerit præcedens.

Non obstabit item dicere pro Scaligero quòd habeatur 1. Esdr. 6. vers. 14. *Et ædificauerunt, & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum*: & 3. Esdr. 7. vers. 4 *Et consummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri & Darij, & Artaxerxis regis Persarum*: vbi reponitur Artaxerxes immediatè post Darium. Nam sicut ex eo quòd Darius ibi reponitur immediatè post Cyrum, non sequitur, etiam in opinione Scaligeri, Darium regnasse proximè post Cyrum: ità neque ex eo quòd Artaxerxes cap. 7. reponitur immediatè post Darium, sequitur Artaxerxem regnasse proximè post Darium. Quod etiam locum habet apud eundem Scaligerum penès Assuerum, quem ipse vult esse Xerxem 1. Esdr. 4. vers. 6. Non enim propterea quòd ibi reponitur immediatè post Cyrum, censet Scaliger eum regnasse proximè post illum, proùt videre est pag. 285. post init. vbi post Cyrum reponit Cambysem & Darium Hysdaspem.

Contra Scaligerum facit II. Quòd ætates Salathiel & Zorobabel, vel certe generationes eorum, rursumq; ætas Zorobabel non patiantur Darium illum esse Nothum. Nam Matth. 1. vers. 12. *Et post transmigratio-*

*nem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.* Pòst transmigrationem, exponunt circùm illam factam. Et Torniellus quidem an. 3461. opinatur Iechoniam genuisse Salathielem annô suô quadragesimoquartô, qui non plus esset à sua captiuitate quàm vigesimussextus, à captiuitate Sedeciæ decimusquintus. Siquidem natus erat annos 18. quando captiuus ductus est 4. Reg. 24. vers. 8. Non potest autem rationabiliter dici genuisse Salathiel suprà quinquagesimum aut circiter ætatis suæ annum: proindéque suprà vigesimum aut circiter à captiuitate Sedeciæ. Sed exponatur locus ille de generatione Salathiel, post liberationem Iechoniæ de carcere factam per Euilmerodach annô transmigrationis trigesimoseptimô, 4. Reg 25. vers. 27. & Ierem. 52. vers. 31. adeóque annò ætatis Iechôniæ quinquagesimoquintô. Zorobabel sub Dario, quem Nothum vult Scaliger, erat iuuenis, 2. Esdr. 3. vers. 4. & adolescens cap. 4. vers. 58. Collige reliquos captiuitatis 23. vel melius 35. post hos 30. vel 6. Cyri, quos regnauerit post solutam captiuitatem, 8. Cambysis, 36. Darij Hysdaspis, 20. vel 22. quos Scaliger tribuit Xerxi, 40. Longimani, & 1. Darij quem vult Nothi. Habebis 170. vel ad minus 146. Quis concedat tot annos fuisse transactos in generatione Salathiel & Zorobabel per suos patres, & in adolescẽtia Zorobabel? Oporteret enim Salathiel genuisse Zorobabel annô circiter ætatis 140. vel ad minus 116. Nã à 170. deme 30. vel circiter, quos importãt iuuentus & adolescentia, vel à 146. eosdem 30. remanebunt 140. vel 116. Sed & pone Iechoniã genuisse Salathiel annô suô sexagesimô, quinimò septuagesimô vel circiter: adhuc manet res impossibilis. Nam Salathiel genuerit Zorobabel annô circiter ætatis suæ 135. 125. vel ad minùs 111. aut 101. Confirmatur omninò. Nam 1. Esdr. vers. 2. inter redeuntes è captiuitate sub Cyro, primóque ipsius annô, primus recensetur Zorobabel; quod etiam vide 2. Esdr. 11. vers. 1 & 3 Esdr. 5. vers. 5. Viuit idem Zorobabel vsque ad Darium, quem vult Scaliger esse Nothum, vt videre est in libris 1. & 3. Esdr. in Aggæ. cap. 1. & 2. & in Zachar. cap. 1. 4. & 7. Et adhuc iuuenis, & adolescens annô primô illius Darij 3. Esdr. 3. & 4. Collige 30. vel 6. Cyri, Cambysis 8. Darij Hysdaspis 36 Xerxis 22. quos Scaliger tribuit ei, Longimani 40. & Darij 1. Et erunt 117. vel adminùs 93. Sanè mirabilis esset adolescens eiusmodi. Sed agamus ad hominem, esto ne fuisset Zorobabel tunc adolescens: tamen non potuisset tandiu viuere, secundùm mentem Scaligeri de annis ætatum illius tempestatis, quos ad summum concedit paulò plus 120. proùt apud ipsum mox tractabitur, & interim videre est pag. 284. & 286. fin. Nam adde ad prænumeratos annos, 5. vel 6. alios eiusdem Darij, qui numerandi sunt, cùm memoratur eius sextus in libris Esdræ & Zachariæ, & apud Iosephum lib. 11. cap. 4. dicitur templum absolutum intrà septennium inceptô templô sub annum 2. Darij, quin & computa 3. adhuc qui numerandi sunt, cùm Iosephus ibidem memorat eius nonum, in quibus nimirum viuebat Zorobabel ædificans templum. Habebis 143. vel ad minùs 119. quibus addendi sunt quos natus erat Zorobabel quando rediit è captiuitate, quósque ad minùs concedere est 14. Sed concedendi plus, tàm propter ætatem quâ non rationabiliter maiori 60. genuerit illum Iechonias, quàm propter dignitatem quam habuit Ducis, & inmixtionem Reipublicæ negotiis: & erunt plus 160. vel ad minus 140. Quòd si dicatur Scaligerũ nullos aut ferè nullos annos concedere Cyro, post solutam captiuitatem. Respondebitur, hoc ad libitum poni per Scaligerum, vt singulares suas sententias quadrare faciat; at neque propter eas quadrare. Nam adhuc remanebunt anni plùs quam secundùm ipsum conueniat ætatibus illius temporis. Ad plus enim erunt à numero 140. minuendi 6. sicque restabat 136.

Contrà Scaligerum facit III. ad hominem, quòd neque ætas Esdræ patiatur Darium illum esse Nothum. Nam Esdras fuit etiam è reducibus sub Cyro 2. Esdr. 12. *Hi autem sunt sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras,* &c. Vide etiam vers. 13. Quinimò natus fuit, aut saltem in vtero conceptus, ab ipsa captiuitate sub Sedecia? Fuit enim filius Saraiæ summi Sacerdotis quem occidit Nabuchodonosor in illa captiuitate. Siquidem 1. Esdr. 7. vers. 1. *Post hæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ,* &c. *filij Aaron Sacerdotis ab initio.* Et 4. Esdr. 1. vers. 1. *Liber Esdræ Prophetæ secundus, filij Sarai, filij Azarei, filij Helciæ,* &c. *filij Aarõ ex tribu Leui.* Ecce, Esdras fuit filius Saraiæ. Porrò 4. Reg. 25. vers. 18. *Tulit quoque princeps militiæ Saraiam Sacerdotem primum & Sophoniam Sacerdotem secundum,* &c. vers. 21. *Percussitque eos Rex Babylonis, & interfecit eos in Reblata,* &c. Ecce, Saraias fuit interfectus in captiuitate Sedeciæ. Si Saraïas pater Esdræ fuit tũc interfectus: certè non potuit Esdrã posteà generare: sed debuit illũ generasse saltem in vtero matris in illa captiuitate. Aliundè verò, iuxtà Scaligerum ipsum facientem Artaxerxem de quo 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. non Longimanum, sed

Mnemonem, quem etiam constat fuisse A successorem Darij Nothi, rursúmque iuxtà eundem Scaligerum facientem Mnemonem illum regnasse suos annos post Darium Nothum mortuum: sanè vixerit Esdras temporibus Mnemonis prout videre est per totum ferè Librum 2. Esdræ præsertim autem cap. 8 & 12. vixeritque ad minus annô vigesimô regni eius memoratô 2. Esdr. 2. vers. 1. Hôc positô, collige 30. vel 6. Cyri, 8. Cambysis, 36. Hysdaspis, 22. quos Scaliger vult Xerxis, 40. Longimani, 19. Nothi, & 20. Mnemonis; reperies 245. & B ad minùs 221. quos Esdras vixerit. Quinetiam ponatur captiuitas in Iechonia, dicaturque Cyrum à soluta captiuitate non vixisse nisi circiter vnum annum, dicatur vixisse nullum, iuxtà quòd insinuat Scaliger, in hoc dissentiens à reliquis; adhuc erunt anni 204. Atqui Scaliger non tam annosam concedit temporibus illis ætatem. Hoc specialiter videre est apud eum pag. 284. vbi reprehendit Aonium dantem Mardochæo annos vitæ 198. & pag. 286. fin. vbi summam vitæ durationem quam concedere potest Zorobabeli, & Nehemiæ, dat circiter aut paulò plus annorum 120. Hoc Ar- C gumentum iterabitur, & longiùs infrà, sub 1. Sententia Capitali, subijcienda post quæstiones istas, vbi si quid contrà hæc ab aliis obijciatur, soluetur. Interim conuincunt prorsùs ad hominem, aduersùs Scaligerum.

Instat quidem Scaliger pag. 286. hôc modô. Nehemias annô vigesimô Artaxerxis Memoris, scribit, se diù inuestigasse Librum Genealogiæ eorum, qui cum Zorobabele redierant, cúmque post longam inuestigationem tandem sese reperisse. Quô sanè indicatur, γενεὰν (generationem) aut D ampliùs à reditu Hebræorum ad tempus Memoris transijsse. Saltem hôc factô probatur, neminem eorum, qui redierant, tunc superstitem fuisse. Neque tam diligenti Genealogiarum inquisitione opus fuisset, si illi, quorum Genealogiæ in Libro scriptæ erât, aut eorum filij, superfuissent, qui interrogari meliùs de suo ipsi genere possent, & quorum de seipsis maior fides, quàm Libro haberi poterat. Id certiùs colligitur ex Esdra, apud quem Darius Nothus iubet Bibliothecas, & Archiuorum forulos diligen- E ter excuti, vt edictum Cyri de reditu Iudæorum reperiatur. Sanè hoc omnino indicat, rem vetustissimam fuisse edictum illud, & antè memoriam eorum hominum, qui tunc viuebant, emissum, vtpotè cùm eius rei testes nulli superessent in rebus humanis. Hæc eô locô Scaliger.

At futiles sunt istæ rationes, tantis licet inuolutæ circunstantiis quantis potuit putauitque Scaliger fauturas positionibus suis. Ad I. instantiam Respondetur, verum quidem esse Nehemiam Libri sui cap. 7. à vers. 5. & 61. testari, se requisijsse, quinam essent, & non essent, de semine Israel: quosdámque reperisse, qui non potuerunt ostendere, se de illo esse: proinde quorum aliquos à sacerdotio depulit. Sic enim ait vers. 5. *Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem eos: & inueni Librum census eorum, qui ascenderant primùm, & inuentum est scriptum in eo.* vers. 6. *Isti sunt filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulit Nabuchodonosor*, &c. Et vers. 61. *Hi sunt autẽ qui ascenderũt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrùm ex Israël essent.* vers. 62. *Filij Dalaia, filij Thobia, filij Necoda, 642.* vers. 63. *Et de sacerdotibus, filij Habia, filij Haccos, filij Berzellai*, &c. vers. 64. *Hi quæsierunt Scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de Sacerdotio.* Hæc sunt verissima: quæ pariter vide 3. Esdr. 5. à vers. 7. & 36. At falsum est Nehemiam scribere, se diù inuestigasse librum illum, eúmque post longam inuestigationem tandem sese reperisse. Falsũ item est, hôc factô probari, neminem eorum qui redierant, tunc superstitem fuisse. Nam imprimis, si multi fuerunt superstites, temporibus Darij, quem Scaliger vult Nothi, prout patet in singulari de Zorobabel, & de Iosue, 1. Esdr. 4. 5. & 6. & 3. Esdr. 2. 3. 4. & 6. cur non temporibus Artaxerxis sequentis, non plus 32. annis post tempora, quæ Scaliger concedit, nimirùm reliquis Darij 13. ab eius sexto qui memoratur 1. Esdr. 6. vers. 15. & completis 19. Artaxerxis regis sequentis. Deindè, Nehemiam fuisse tunc superstitem à reductione captiuitatis factâ sub Cyro, patet ex 1. Esdr. 2. vers. 2. & 2. Esdr. 7. vers. 7. & 3. Esdr. 5. vers. 7. *Qui venerunt cum Zorobabel & Iosue, Nehemias*, &c. Quid? quòd nonnullos fuisse superstites à longioribus multò temporibus, quàm de quibus est quæstio, videlicet à captiuitate sub Sedecia, seu ab vrbis & tẽpli desolatione, (ni forsan & à captiuitate sub Iechonia prout monuimus §. 105.) vsq; ad annum secundum illius Darij, quem Scaliger vult esse Nothum, probare est ex Aggæi cap. 2. vbi postquàm dictum est vers. 1. *in anno secundo Darij*: subijcitur inferiùs à vers. 2. *factum est verbum Domini ad me dicens*: vers. 3. *Loquere ad Zorobabel filium Salatiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris.* vers. 5. *Et nunc confortare Zorobabel dicit*

*Dominus. & confortare Iesu fily Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiscum sum dicit Dominus exercituum)* vers. 6. *verbum quod pepigi vobiscum*, &c. Eccè, manifestè patet, aliquos, qui translati fuerant sub Nabuchodonosor, adhuc fuisse superstites ab annis antè Cyrum plùs 70. Quod etiam videre plenius est apud Iosephum lib. 11. Antiq. ca. 4. relatum à nobis ibidē §. 1 5. Neque his obstant quæ Scaliger & Caluisiùs non solùm elusoriè, sed etiam ridiculè, respondent: quæ vide sub eodem §. Deniquè falsum assumit Scaliger, cùm dicit, aliquos meliùs interrogari potuisse, quorum & de seipsis, maior fides quàm libro haberi poterat. Quis enim non videt potiùs oppositum? cùm non soleat in huiusmodi rebus credi verborum relationi, sed librorum attestationi? Certè repulsi non fuissent illi, quos repulsos Nehemias profert: nisi verbis proprijs se esse de semine Israel, ipsimet per se fuissent mentiti. Ad II. Instantiam respondetur, falsum penitùs in ea concludi. Nam testes ad id non requirebantur, sed scriptum; quoniam sicut dicitur Dan. 6. vers. 7. 8. 12. & præsertim 15. *Lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit Rex, non liceat immutare.* Et Esth. 1. vers. 19. *Egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est.* Sic nimirùm proponunt accusatores 1. Esdr. 5. vers. vlt. *Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrumnàm à Cyro rege iussum fuerit* (per scriptum videlicet) *vt ædificaretur domus Dei, in Ierusalem*, &c. & cap. 6. à vers. 1. *Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius:* vers. 3. *Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem*, &c. Sed quæso, nonnè Zorobabel & Iosue, multíque alij cū eis 1. Esdr. 5. totô testabantur id quod viderant ipsimet? Sic enim dicitur à vers. 2. *Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salatiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt ædificare templum in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos.* vers. 3. *In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trās Flumen, & Stharbuzanai, & consiliarij eorum, sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis?* vers. 4. *Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius.* vers. 5. *Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad Darium referretur. Et tunc satisfacerent aduersus accusationem illam.* vers.

A *6. Exemplar Epistolæ, quam misit Thathanai*
*dux regionis trans Flumen, & Starbuzanai, &*
*consiliatores eius*, &c. vers. 7. *Sermo quem mi-*
*rant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omni*
vers. 8. *Notum sit regi, ysse nos ad Iudæam pro-*
*uinciam*, &c. vers. 9. *Interrogauimus ergo sen-*
*illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis pote-*
*statē vt domum hanc ædificaretis, & muros ho-*
*instauraretis? Sed & nomina eorum quæsiuimu-*
*ab eis, vt nuntiaremus tibi: scripsimúsque nomi-*
*na eorum virorū qui sunt principes in eis.* vers.
11. *Huiuscemodi autem sermonem responderun-*
*nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cœli & ter-*
B *ræ, & ædificamus templum quod erat extructum*
*ante hos annos multos*, &c. vers. 12. *Postquam*
*autem ad iracundiam prouocauerunt patres no-*
*stri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabucho-*
*donosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque*
*hanc destruxit, & populum eius transtulit in*
*Babylonem.* vers. 13. *Anno autem primo Cyri*
*regis Babylonis, Cyrus proposuit edictum vt do-*
*mus Dei hæc ædificaretur*, &c. Atqui ex cap. 1
toto & cap. 2. init. notum est, Zorobabelem
Iosue, plurimósque alios cum eis, ascendisse
de Babylone, tunc cùm Cyrus proposuit
edictum illum. Igitur & notum esse debet
C Zorobabelem, Iosue, plurimósque similes
sed & speciatim quosdam qui tunc erant se-
nes, cùm tamen Zorobabel nondùm senex
esset ex 3. Esdr. 3. vers. 4. & 4. vers. 58. testatos
ea fuisse quæ viderant ipsimet: proindéque
testari potuisse quædam quæ his longiùs ad-
huc essent anteriora. Cur non ergò possent
æquè plurimi superstites esse de partibus Ba-
byloniæ, qui testarētur eadē quæ Zorobabel
& sui? & nonnè qui vel ab ipsis temporibus
Cyri, quique temporibus etiam regum se-
quentium, impediebant templum, & vt lo-
D quamur pressiùs, nonnè Cyrus ipsemet, vel
meliùs reges proximè sequentes, nouerant
id, quod tamen ipsimet impediebant? Sed vi-
de pleniora quæ diximus §. 105. quæq; sub re-
futatione præcedenti: sed quæ dicemus sub
rege sequenti, necnon amplius sub 1. Senten-
tia Capitali posthæc subijcienda, videlicet in
refutationibus eius.

V. Rex seu Imperator Persarum, fuit

XERXES, Darij Hysdaspis filius. Bellò quod aduersùs Græcos gessit, valdè memorabilis. Hic enim cum innumerabili exercitu Græciam debellare aggressus est. Sed quam fuit gloriosus & formidabilis eius in Græciam ingressus, tàm fuit reditus seu fuga pauoris & ignominiæ plena. Vide fusiùs Herodotum lib. 7. & sequentibus.

Hunc scribit Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 5. fuisse regem illum, qui primus Esdram misit Hierosolymam 1. Esdr. 7. deindè Nehe-

natam 2. Esdr. 2. appellatum ab eis Artaxerxem.

Sed falsus est Iosephus, inquit, Pererius lib. 11. in Dan. pag. 673. Nemo enim veterum vltrà 21. annos Xerxem regnasse tradit, ... dic, ad plùs 26. Clem. Alexand.) At trigesimumsecundum annum Artaxerxis ipse Nehemias in Libro suo cap. 13. nominauit. Quin Iosephus in historia Nehemiæ quædam scribit Sacris libris planè contraria. Ait, Nehemiam venisse Iudæam vigesimoquintò annò illius regis; cum expresse Scriptura notet eius aduentum in anno vigesimo Artaxerxis. Ait præterea, ædificationem mœnium spatio 2. annorum, & 3. mensium esse perfectam, cùm ipsemet Nehemias scribat muros refectos esse 52. diebus. Hæc ibi Pererius contrà Iosephum.

Sed postremum hoc non incommodum putant aliqui sumptum quòdam sensu. Quinimò scribit Eusebius ne muros illos perfectos nisi annò trigesimosecundò regis illius cap. 13. Vide Calusium cap. 40.

Quod si dicatur pro Iosepho, Xerxem quidem regnasse solum, siue post parrent mortuum, 22. annos, sed ex quo viuente patre designatus est regni hæres & successor, regnasse plùs 30.

Respondet Pererius lib. 13. pag. 794. Herodotum lib. 7. (sub init.) scribere Xerxem fuisse à patre Dario successorem regni declaratum, 2. annis ante suum obitum. Quo fit, vt etiamsi principatum Xerxis ab eo tempore placet numerare: omne tamen regni eius tempus, 24. annos non excedat.

Sed neq, hoc conuincit. Potuit enim Xerxes, & diù regnasse eum patre, & iterùm eius successor declarari. Regnasse, videlicet patre bel... aduersus Scythas aut alios occupatò, necnon fratre, cum eo profectò successor declarari, videlicet patre reuersô, nouámque expeditionem parante contrà Græcos, cuius tempore dissidium inter fratres pro futura regni successione natùm Herodotus describit locò citatò. Similia namque visa fuerunt in historia Regum Iudæorum, & singulariter in Ioram filio Iosaphat.

Faciunt quidem contrà Iosephum, quæ habet de vigesimoquintò annò, quod ex quadam computatione qua postea numerum illum reiterat, & cum alio coniungit, patet eum, ut ... scripsisse per semetipsum &c. At etiam dici potest eum quædam Artaxerxis Longimani tribuisse Xerxi, quia facta sint per Artaxerxem regnantem sub eo. Sed de hoc posteà.

Hunc etiam vult Scaliger pag. 284. eum esse qui memoratur 1. Esdr. 4. vers. 6. Sic enim locum illum refert *Regnante Oxyare, initio regni eius, &c. ... ...*

*...es, qui Iudæam & Hierosolyma habitabant:* atque posticà. Qui autem præcedit Longimanum, is, nisi bardi sumus, est Xerxes, quem Oxyarem vocat Scriptura, nomine ... et, quò priuatus vocabatur. אחשורוש ..., vel vt Hebræi Masoreta, אחשורש Ahaschvveros, quod parum refert. Is ... tur, siue ..., siue Ahaschvveros est omninò Xerxes magnus terror Græciæ, vir Esther Hebrææ. Primum considera opes eius initio Libri Esther, in hæc verba. Ipse est AHASCHVVEROS, qui ab India ad Æthiopiam vsque centum & septemdecim Prouinciis (dicendum 127.) imperabat. Hoc testatur Herodotus, cùm Mardonium ita cum Xerxe loquentem inducit: Græcum affert Scaliger, cuius Latinum sic habet, Lib. 7. longe post init. *Etenim res indigna est si Sacas, & Indos, & Æthiopes, & Assyrios, aliasque multas ac grandes nationes, quæ nihil Persas læserunt, tamen potentia prolatandæ gratia in prouinciis redigimus Græcos qui nos ... iniuria inceperunt, non vlciscemur?* Rursus considera interuallum a Nabuchodonosor ad illum. Kis (Cis) Beniamita ... est Babylonem cum rege Iechonia. Huius filius Semei. Illius Iairus, pater Mardochæi. Mardochæus verò erat patruelis Esther. En tres ... generationes à Nabuchodonosor, ad Esther Reginam. Et sanè à captò Iechonia ad ... expeditionem Xerxis) putantur anni 120. Nam quod Annius ille Viterbiensis sub nomine Philonis non veretur 198. annos Mardochæo attribuere, id eiusmodi est, vt non aliter quam ab homine otioso confictû, & ab indocto grauè interpretatû accipiamus. Nam ... 2, *... a rege Babyloniæ abductus est*, (Esther 2. vers. 6.) perperàm refert non ad Mardochæi proauum Kis, sed ad Mardochæum ipsum. Sed quid tergiuersamur? Xerxes est quartus à Cyro, & proximus antè Artaxerxem, Esdr. 4, 6, 7. Ergò Oxyares est Xerxes, qui Axeste, & Xeste ... debebat, vt iam disputauimus ex 19. 12. ארתחשסתא ... Omnibus verò ad Imperium accedentibus nomen mutari moris esse, supra in nominibus Chaldaicis disputatum est, &c. Sed quid dicam de Regina vxore Xerxis? Ea vocabatur ..., vel vt alibi reperio, ... הם אסתר ex 14. 7. filiis compositio numinis הכרת quomodò pater Aman vocatus ex 14. 9. An dubitatur eam esse Reginam Esther? Sanè idem nomen, quæ ita vocata, cum ad thalamum regis venisset cum antea Hadassa vocaretur. Ea, inquam est Esther, siue Amestris Regina, quæ populares suos Iudæos ab infidiis Aman vindicauit. &c. Hactenus Scaliger.

Respon-

Respondetur. Imprimis quæ de nomine Oxyatis differit Scaliger, gratuitè dici. Sed esto vnus idémque sit Oxyaris & Assuerus, quòd is asseritur Xerxes, gratis item dici.

Primum autem argumentum Scaligeri, vt sic, nihil concludit. Nam vt omittam Mercatorem tribuentem opes & prouincias illas Astyagi, patri Darij Medi, & auo materno Cyri, quod etiam non respuunt Melchior Canus, & Vatablus: qui voluerit eas tribuere Dario Medo, prout tribuunt Cedrenus & Canus, non minori ratione tribuet eas illi atque Xerxi. Hic enim & potentissimus fuit, & omnes prouincias quæ per Cyrum cōquisitæ fuerunt, tanquàm rex primarius subegit: & de illo dicitur Dan. 6. vers. 1. *Constituit super regnum Satrapas 120. vt essent in toto regno suo*. Nec obstabit numerus 120. discrepās a 127. Nā dici poterūt aut fuisse tùm 120. tùm 127. diuersò respectu: aut initiò 120. posteàq; 127. Qui voluerit etiā illas tribuere Cyro, nō minori quoq; ratione tribuet & illas ei. Nam & successit Imperio Darij Medi, & illud etiam adhuc auxit. Vnde si tribui potuerunt Dario Medo, multò magis ipsi Cyro. Qui voluerit etiam illas tribuere Cambysi, prout faciunt Hebræi, Genebrardus, & Lyranus, non minori ratione tribuet illas ei. Nam & multas etiam subegit nationes, quæ defecerant à regno patris. Et certè Mardonius non ea narrabat quæ referuntur ex Herodoto, tanquàm à Xerxe præstita. Hic enim vnicam rebellem Ægyptum subegerat, sed tanquam à Cyro priùs facta. Nam Cyrus solus tantas gentes subegerat. Ergò temporibus ipsius Cambysis, omnes illæ gentes Babylonico parebant imperio. Qui voluerit etiā eas tribuere Dario siue Artaxerxi Ocho, prout tribuunt, Serarius, Gordonus, Tornellus & alij, non minori ratione tribuet illas ei. Nam & potentissimus fuit, & bellicosissimus, qui rebelles multas prouincias reduxit. Sed & ijsdem ac alijs de rationibus tribuunt eas cōmuniùs Artaxerxi Mnemoni, qui varias etiā subegit aut reduxit nationes, quę defecerant ab imperio patris. Qui voluerit etiam eas tribuere Dario Hysdaspi, prout tribuunt Samerius, Ioan. Benedict. Funccius & alij, non minori ratione tribuet illas ei. Nam Esth. 10. vers. 1. *Rex vero Assuerus omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias*. Hic autē si creditur Herodoto lib. 3 post med. prim' inter Persarum reges tributum imposuit suis prouincijs, cùm ante sub Cyro filioq. eius Cambyse, nulla tributa penderent regiones eis subiectæ, sed tantummodo munera quædam afferrent, & dona gratuita. Item Esth. 1. vers. 1. & 8. vers. 9. & 9. vers. 30 & 11. vers. 1. & 16. vers. 1. *qui regnauit ab India vsque Aethiopiam, super centum viginti septem prouincias*. Et denique cap. 1. cœnam magnam fecit. Hæc autem de Dario hoc totidem ferè verbis habentur 3. Esdr. 3. vers. 1. *Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus*, &c. *ab India vsque Aethiopiam, centum viginti septem prouincijs*. Deniq; possunt & tribui specialiter Artaxerxi Longimano prout tribuūt Iosephus, Sulpitius, Bellarminus & alij, propter illa verba Esther 13. vers. 1. *Rex maximus Artaxerxes*. & 16. vers. 1. *Rex magnus Artaxerxes*. & illa 1. Esdr. 7. vers. 12. *Artaxerxes rex regum*. Item, propter illa 1. Esdr. 7. vers. 14. *A facie regis & septem consiliariorum eius*, &c. quorum similia vide Esth. 1. à vers. 13. Sed & propter similia plurima de quibus alibi.

Secundum argumentum Scaligeri, & in hoc quod ait de Mardochæo nihil facit ad rem, & in hoc quod dicit à capto Iechonia ad Διαβάσιν Ξέρξου, ānos esse (tantū) 120. supponit falsum si stetur communi Persarum chronologiæ, quam in reliquis regibus sequitur ipse Scaliger exceptis annis solutæ Captiuitatis, & Cyri, sed quos ille reprobat imperitè. Nam à Iechonia capto, computa 81. totius captiuitatis: 30. vel 6. Cyri: 8. Cambysis: 36. Hysdaspis: 5. vel 6. Διάβασιν Xerxis (ex Herodoto lib. 7.) habebis 160. vel 136.

Tertium argumentum Scaligeri, friuolum est, & merum ludiuocabulum. Insuper autem iniuriam facit Estheri. Merum est, inquam, ludiuocabulum. Nam Herodot. lib. 7. inter init. & med. scribit Othanem fuisse patrem vxoris Xerxis; patrem autem Othanis habuisse nomen Amestris. Proindè Xerxis vxor nomen suum Amestris habuit ab auo. Porrò Othanes ille fuit vnus è 7. qui occiderunt Smerdem Magum, adeóq; vel Persa, vel Medus. Quod etiam fert ipsum nomen. Nam & Plutarchus in Artaxerxe, dicit Artaxerxi Mnemoni filium fuisse huius nominis. Ergò vxor Xerxis Meda vel Perses fuit, non Iudæa. Cæterū similia passim videre est apud Herodotū, Thucydidē, Xenophōtem, &c. v.g. Cyrus auum habuit nomine Cyrū: & Cambyses auum nomine Cambysem. Iniuriam, inquam, facit Estheri. Nam Herodotus ibidem propè med. dicit Amestrem vxorem Xerxis factam valdè vetulam 14. iuuenes nobilissimos Persas viuos in terram defodisse, in sacrificium Deo qui dicebatur sub terra degere. Quis talia de Esther comminiscatur, quæ Deum vnicum cœli colens, fuit adeò deuota, ieiunijs & orationibus vacans, &c. per totum eius librum? At verò

Contrà Scaligerum in quātum Assuerum illum 1. Esdr. 4. vers. 6. vult esse maritū Esther, Facit quoddam argumentum, quod habet Pererius sub Dario Notho pag. 669. his verbis. Scaliger, inquit, existimat Xerxem terrorem Græciæ, fuisse Assuerum illum maritum Esther, & a quo Esdras cap. 4. narrat Iudæos ab ædificando templo fuisse prohibitos. At.

qui non est verissimi e reginam E her, & Mardochæum, qui apud eum regem beneuolentià, gratià, & authoritate plurimum valebant, & à quo rege multo maiora impetrauerant, fuisse passuros, vt tem lum Hierosolymitanum, impe eius æ ificationem e ret: ac non potiùs quoq ò modo e ecturos, vt sublatô regis interdictô, opus templi procederet, & quamprimum absolueretur. Hæc Pererius. Confirmatur. Nam Scriptura non solummodò tradit impedimētum illud fuisse factum sub initiis regni eius, sed etiam indicat ipsum durasse per totum eius regnum, quinimò per totum regis sequentis, quem Scaliger vult esse distinctum ab isto, esséque Longimanum, vsq; nimirùm ad regnum Darij sequentis, & annum eius secundum. Totô verô Librô Esther, Assuerum illum paulò post initia sui regni tnt tantisque beneficiis prosecutum fuisse Esther & Mardochæum, & propter eos totam gentem Iudæorum, ità vt etiam rescinderet decretum à se priùs emissum. At quî fit credibile, vel Esther vel Mardochæum oblitos aut non ausos postulare rescisionem decreti facti contrà tēplum ædificandū, vel si petierunt, Xerxem tamen dedignatum hoc eis concedere? Cōfirmatur ampliùs. Nam si Artaxerxes quem Scaliger vult esse Mnemonē 1. Esdr. 7. fuit in tantum affectus Iudæis, sed & ipsemet Darius quem idem Scaliger vult esse Nothum, adeò facilis, vt concesserint, iste Zorobabeli & Iosue, ille Esdræ, quidquid postularunt, & vt in singulari dicitur 1. Esdr. 7. ℣. 6. *& dedit ei rex, omnem petitionem eius*, cùm tamē non pateat in his ratio tanta, vel etiam vlla in Artaxerxe illo, quanta reperitur in eo, quem Xerxem vult Scaliger: quî fit credibile Xerxem fuisse minùs facilem & affectum, ad concedēdum ædificationem templi, cùm maiora his longè concessisset? Neque dicatur eum prohibuisse quidem templum initiô regni sui, postcaquàm autem Esther duxisset vxorem, illud cōcessisse. Nam sicut diximus sub Cambyse, non est credibile, si rex ille templum impedisset priùs, posteà verò concessisset, librum Esther, mentionem horum non facturum, sicut fecit de commissa priùs omnium Iudæorum nece concessa verò post eis vita. Deinde verò contrariatur hoc Scripturæ sacræ testāti templū impeditū vsq; ad regnum Darij qui regnauit post illum Artaxerxem.

Facit & quoddam aliud argumentum, iam factum in superioribus, petitū ex verbis illius Assueri lib. Esther. cap. 16. vers. 16. *nius* (Dei) *beneficio & patribus nostris & nobis regnū est traditum, & vsq; hodie custoditur.* Hæc autem non potuit dicere Xerxes, cùm filius esset Darij Hystaspis qui primus suæ familiæ fuerat rex. Sed de his iterum & fu e sub 2. Sentē ia c. ta, Modo eius primo, cùm age r

A contrà Genebrardum. V de quæ diximus sub Cambyse.

# DE HIS V. REGIBVS

siue Imperatoribus Persarum, manifesta mētio fit apud Danielem cap. 11. vbi Angelus ait a vers. 1. *Ego autē ab anno primo Darij Medi, &c.* vers. 2. *& nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes: & cum inualuerit diuitijs suis, concitabit omnes aduersus regnum Græciæ.* Vbi per vocabulum, *adhuc*,
B notat Pererius lib. 13. pag. 786. idem significari quod, *post*, sicut Ioann. 3. vers. 4. *Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur.* Adde simile Gen. 7. vers. 4. *Adhuc enim, & post dies septem ego pluam*, &c. Sic etiam, inquit Pererius, hôc locô *Adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opib.* nimijs, id est, post 3. reges, &c. erit quartus rex super oēs ditissim.

Potest autem illa dinumeratio quatuor regum, sumi duplici sensu, siue modô. Primô modô, vt Cyrus tunc regnans (hæc enim loquebatur Angelus *annô tertiô Cyri*, cap. 10.
C vers. 1) includatur. Et hôc modô, primus rex significatur Cyrus; secundus, Cambyses: tertius, Darius: quartus, Xerxes. Quòd si dicas, tunc Smerdem prætermitti. Responderi poterit, ideò prætermitti, quia vel nō legitimè, vel non diù regnauerit. Propter hoc enim est etiam credibile, Thucydidem, cum vt Artabanum & alios prætermisisse.

Secundô modô, vt Cyrus tunc regnans excludatur. Et hôc modô primus rex, post Cyrum, significatur Cambyses: secundus, Smerdes: tertius, Darius: quartus, Xerxes:
D qui cum Cyro, faciunt quinque. Quòd si dicas, tunc Smerdem inter reges recēseri. Respondebitur eum ideò hic esse recēsitum, aut quia, quamuis intrusus per fraudem, tamen non erat tunc legitimus alter, qui censeri posset, vel hæreditariô, vel electiuô iure successor. aut quia si quis talis esset, vtique sola Pantapte filia Cambysis, quam iste duxerat vxorem, ad quam propterea deficiente masculô prætendi poterat regnum esse deuolutum: aut certe, quia solent ab authoribus posterioribus in hac serie recēseri reges, quam-
E uis per fraudem intrusi, quamuis etiam eorum tēpora non cōputentur seorsim in serie.

Atque hic modus traditur a S. Hieronymo in illum locum Danielis: estq; prorsus idem qui historice traditus ab Herodoto incipiente à Cyro, prosequente per Cambysem, per Smerdem, & per Darium Hystaspem, tandemq; finiente per Xerxem. Sic enim ait S. Hieronymus *Quatuor reges post Cyrum dicit in Perside surre tos, Cambysem filium Cyri, & Smerdem Magum qui Pantaptem filiam Cambysis duxit vxorem, qui cū a septem Magis fuisset oc sus, & in locū eius Darius suscepisset im-*

*perium: Eadem Pantaptes nupsit Dario, & ex eo Xerxem genuit filium, qui potentissimus rex & ditissimus, aduersùs Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea gessit quæ Græcorum narrant historiæ, &c. Frustrà igitur quidam quartum regem hîc nominatum fuisse putant Dariũ, qui ab Alexandro superatus est. At ille non quartus, sed decimusquartus post Cyrum Persarum rex fuit, quem septimô imperij sui annô, & superauit & occîdit Alexãder.* Hæc S. Hieron.

Similia de quatuor regibus hic à Daniele memoratis scribit Theodoretus (orat. 9. in Dan.) appellans eos, Cambysem, & Magos, qui 10. menses regnô potiti sunt: tertiô locô Darium Hysdaspis: & quartô eius filiũ Xerxem, cuius externi Scriptores historici, sophistæ, & oratores, meminerunt, narrantes & superbam illius cum exercitu in Græciam profectionem, & ridiculum discessum. Angelus verò vsque ad ipsum Xerxem, summatim traditis Persicis rebus, & cæteris qui post ipsum regnarunt, vt qui imbecilliores fuerint, omissis, ad Macedonum regem Alexãdrum transtulit orationem. Sic Theodoretus. Similia de iisdem & reliqui. In singulari Pererius suprà, cùm hæc ait, id est, post tres reges qui proximè subsequentur Cyrùm, erit quartus rex super omnes ditissimus.

Sed de pluribus adhuc fieri mentionem in Scriptura, manifestum est ex dictis suprà de Assuero, qui memoratur in lib. Esther, & de Dario qui 2. Esdr. 12. vers. 22. Atque vel ex his solùm plùs superq; refutãtur omnia, quæ tradunt illis contraria Rabbini, Iosephus, Genebrardus, & similes.

VI. Rex, siue Imperator Persarũ, dicitur

Artabanus.

## ARTABANVS,

patru' Xerxis. Hic cùm esset præfectus militiæ sub Xerxe; per dolum peremit eum, & sic dicitur inuasisse Imperium.

VII. Rex, siue Imperator Persarum, fuit

Artaxerxes Longimanus.

## ARTAXERXES LONGIMANVS.

Dictus etiam Darius. Xerxis filius. Cur ità cognominatus fuerit, diximˀ in fine textiũ Periodi præcedentis. Is interfectore patris Artabanô, regníque inuasore, pari animô prudentiáq; interfectô, Persarum rexit Imperium.

Hic est de quô mentio fit per anticipationem 1. Esdr. 6. vers. 14. & 3. Esdr. 7. vers. 4. directè verò 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. & 3. Esdr. 8.

Hunc putant Sulpitius lib. 2. hist. Scaliger lib. 6. Emẽd. pag. 283. fin. & Caluisius cap. 40. pag. 166. fin. eum esse de quo mentio fit sub nomine Artaxerxis 1. Esdr. 4. vers. 7.

Sed refutantur ex Dan. 11. S. Hieronymo, ac Theodoreto superiùs, ex reliquorum authoritate communiori, deniq; ex dictis hactenùs sub Regibus præcedentibus. Nam Artaxerxes, seu Darius Longimanus, extitit post Darium Hysdaspem: Darius verò Hysdaspis, ille est de quo directè 1. Esdr. cap. 5. & 6. sæpiùsque deinceps aliis libris, vt 3. Esdr. Aggæ. & Zachar. sicut suprà demonstratum est. Artaxerxes autem qui 1. Esdr. 4. vers. 7. extitit antè Darium Hysdaspem. Ergò Artaxerxes Longimanus non est ille qui 1. Esdr. 4. vers. 7.

Obiicit quidem aliqua Scaliger. Sed ea fuerunt plusquàm refutata sub 2. 3. 4. & 5. regibus præcedentibus.

VIII. Rex, siue Imperator Persarum, dicitur

Xerxes 2.

## XERXES

huius nominis secundus. Longimani filius. Hic etiam dicitur per vim & dolum inuasisse Imperium: videlicet, mortuô Longimanô.

IX. Rex, siue Imperator Persarum, dicitur

Sogdianus.

## SOGDIANVS.

Dictus à Ctesia Secundianus. Longimani similiter filius. Is etiam dicitur per vim & dolum inuasisse Imperium: videlicet, mortuô Xerxe secundô.

X. Rex, siue Imperator Persarum, fuit, aut dicitur, Artaxerxes, communiter magis dictus

Darius Nothus.

## DARIVS, NOTHVS.

Sic cognominatus, quia non ex legitimo matrimonio, sed ex pellice fuit susceptus. Vocatus etiam Ochus apud Ctesiam. Dicitur quidem cõmuniter eiusdem Lõgimani filius. Verumtamẽ nõ etiam immeritò videri potest filius Xerxis, ex iis quæ habet Xenophon Græc. Histor. lib. 2. post init. his verbis. *Hôc quôq; annô Cyrus* (Iunior) *Autobisacem interfecit & Mitræum filios Dariææ sororu Xerxis, patru Darij.* De quo loco dicetur exactiùs sub secundâ Sententiâ capitali subiiciendâ. Interim huius opinionis sunt Genebrardus pag. 254. & Victorinus Strigelius, Commentar. in Iustin. pag. 163.

Hunc putant Sulpitius lib. 2. Scaliger lib. 6. pag. 281. fin. & Caluisius cap. 40. pag. 166. fin. fuisse Darium illum, cuius annô sextô narrat Esdras ædificationem templi fuisse finitam. consequenter cuius annô secundô narrant Esdras Aggæus. & Zacharias iteratam inceptionem.

Contrà hos disputat Pererius à pag. 669. vtens 4. argumentis Sed quorum aliqua nõ satis concludunt: aliqua concludunt, sed iam visa sunt. Siquidẽ pro 4 argumento hæc ha-

bet. Iudæi Saluatori nostro dixerunt apud Ioannem 2. *Quadraginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc, & in tribus diebus excitabis illud?* A secũdo autem Cyri regis anno, quò templum iactis fundamẽtis ædificati cœptũ est, vsque ad sextum Darij Nothi annum, transierunt anni 140.

At hoc argumentum quamuis etiã habitum apud Eusebium lib. 8 Demonstr. Euãg. Genebrard. & quosdã alios, non valet. Quia 46. anni, quibus dicitur Ioan. 2. templũ ædificatum, assignandi non sunt temporibus illis: sed temporibus ab Herode magno ad Christum Dominum, prout demonstratum fuit §. præcedenti.

Pro 2. argumento hæc habet. Quia Zorobabel & Iesus pontifex ædificationi tẽpli sub Dario præfuerunt: iidem quoq; in primo anno Cyri, quò solutam esse Iudæorũ captiuitatem docuimus lib. 10 q. 2. principes fuerunt populi in Iudæam reuertentis: nec tunc minores eos vigesimò annò par est credere. A primo autem anno Cyri vsq; ad sextũ Darij Nothi, numerãtur anni 140. Fuissent igitur Zorobabel & Iesus, cum vrgebant opus templi, minimũ nati 160. annos. Sed ad eam ætatẽ, nemo illorum temporum, atq; etiam multorum superiorum perueniebat; siquidẽ plùs 500. annis antè, vitam hominis, videlicet in qua esset aliqua corporis robur, & vigor animi ad agendum, 80. annis Dauid (Ps. 89.) definierat.

At hoc argumentum sic positũ, non satis conuincit, spectatã sententiã Scaligeri, necnon Sententiã veriori de annis Cyri post solutam captiuitatem, & deniq; sentẽtia eiusdem Scaligeri de annis ætatis Zorobabelis. Scaliger enim nullos dat annos Cyro post solutam captiuitatẽ. Verior sentẽtia non dat illi post eã plùs 6. Scaliger item pag. 286. sio. profert Zorobabelem aliquot (& paucis annis) ætatem Moysis superasse. Moyses autẽ vixit solummodò 120. Deuteron. vlt. Colligeiuxtà Scaligerũ, 8. Cambysis, 36. Hysdaspis, 20. vel 21. Xerxis, 40. Longimani, & 1. Darij Nothi, habebis 114. vel 117. Adde quosdã iuuẽtutis Zorobabel, vel etiã 6. Cyri, non satis excedes sententiam Scaligeri. Quantũ autem ad rationem Pererij, non vrget illa. Siquidem loquitur Dauid de hominũ ętatibus, vtplurimùm. At hoc nõ impedit quin aliqui singulares plùs vixerint, quã soleant reliqui. Hoc enim obseruant cõmuniter Chronologi, reperiri per omnes ętates mundi quosdam, & quãdoq; plures longiùs vixisse quàm solerent alij. Debet igitur si valere habeat istud argumentũ, eõ modõ strui quõ superiùs structũ fuit sub 4. rege Persarũ. Sed ibidem visa sunt alia fortissima.

Pro 3. argumento hæc habet. Scaliger existimat Xerxem terrorẽ Gręcię, fuisse Assuerum illum maritum Esther, & à quo Esdras cap. 4. narrat Iudæos ab ædificando templo fuisse prohibitos. Atqui non est verisimile, reginam Esther, & Mardochæũ, qui apud eũ Regem beneuolentiã, gratiã, & authoritate plurimũ valebãt, & à quo rege multò maiora impetrauerãt, fuisse passuros vt templum Ierosolymitanum, impeditã eius ædificatione iaceret: ac non potius quoquõ modõ effecturos, vt sublatõ regis interdictõ, opus tẽpli procederet, & quamprimũ absolueretur.

Hoc quidem argumẽtum valet ad hominem. Sed magis propriè conuenir materiæ de Xerxe, quàm de Dario Notho. Fuit etiam sub eo reductum, & quibusdam confirmationibus roboratum.

Deniq; pro 1. argumento hæc habet. Quia sunt à me omnes fermè Scriptores. In hoc autẽ genere doctrinæ, cõcors omnium sententia instar firmissimæ rationis, apud intelligentes rerum æstimatores esse debet.

Et hoc argumentum valere potest: si tamẽ addatur, similia valere his in materiis, quan diu nihil conuincens in contrarium afferri potest. Sed hoc ipsum argumentum iam sæpiùs in superioribus est allatum.

Addi potest, incredibile videri, ni forsan & monstruosum, Templũ fuisse per tot annos impeditum, vel derelictum, quos Scaliger quidem ponit 107. ponunt alij 137. alij deniquè non minus 113. Templum, inquam, tot modis à Deo promissum reædificãdum, &c.

## XI. Rex siue Imperator Persarũ, fuit ARTAXERXES MNEMON, siue Memor. Artaxerxes Mnemon.

Sic cognominatus, propter singularem quã pollebat memoriam. Is est cuius vitã describit Plutarchus, sub nomine Artaxerxis. De quo, & de fratre eius Cyro, qui solet Cyrus iunior dici, 7. libros cõscripsit Xenophon, quibus titulus Anabasis Cyri, seu De Expeditione Cyri: quã videlicet Cyrus fratrem suum Artaxerxem bellõ petiit. Genebrardus & Strigeli notati suprà sub 10. Rege, faciunt illum filium Artaxerxis seu Darij Longimani. Nitentes forsitan dictis Xenophontis lib. Gręc Hist. ibidem allatis. Nam cum Xenophon dicat Darium fuisse filium Xerxis, Darius autẽ qui filius fuit Xerxis, sit cõmuniter Darius Lõgimanus: rursùs verò faciat Artaxerxẽ ipsum (Mnemonem) filiũ illius Darij, quem filium facit Xerxis, vtique videtur Artaxerxem istum fuisse filium nõ Darij Nothi, sed Darij Lõgimani. Iuxtà quẽ sensum exponendus videretur idem Xenophon, cum lib. 1. de Expeditione Cyri, dicit Darium habuisse duos filios ex Parisatide, quorũ natu maior erat Artaxerxes, alter vero Cyrus: vt Darius, inquam, ille significaretur non Darius Nothus, sed Darius Longi-

[illegible] s. Plutarchus tamen in Artax. [illegible], communi [illegible] reliqui, [illegible] Xerxem [illegible] non Xerxem [illegible] Quibus [illegible] Scaliger [illegible] cap. De [illegible] Artaxerxi Mnemonis [illegible] nepotem Xerxis ex filia. [illegible] capite [illegible] infra sub [illegible]

Hūc Hebræi quos [illegible] mus in Ezech. 4 [illegible] Hieron [illegible] eliqui communi [illegible] faciunt [illegible] totum librum Esther qui [illegible] lam vxorem.

Eum putatur Iosephus lib. 11. Antiq. [illegible] cere maritū [illegible] Atque [illegible] tum Esther [illegible] esse L[illegible]

Putant autem Sulpitius lib. [illegible] Scaliger lib [illegible] & [illegible] cap. 4 [illegible] fit 2. Esdr. 2 [illegible] ne 1. Esdr. 6 [illegible] 14. & [illegible]

Contra Sulpitium putat Pererius [illegible] 1. pag. 6 [illegible] per 4 [illegible] men tria [illegible] ut [illegible] lem p[illegible]

I. A[illegible] est, inquit, [illegible] Iudæorum, [illegible] Persarū auturos [illegible] vrbis, & [illegible] re. [illegible] 1. Esdr. 4. [illegible] & qui principes [illegible] Mardochæus [illegible] omnia de isto [illegible] Esth. [illegible] cap 3 à ℣ [illegible] Iudæi [illegible] essent, procurante [illegible] regem, ad vnum omnes occisi fuerant. E[illegible] quoque apud ipsos ep[illegible] ad omnes Imperij sui prouincias [illegible] 16. Esther, in [illegible] summum [illegible] erga Iudæos [illegible] declarata.

Sed hoc argumentum [illegible] cet nisi contrà Sulpitiū, & apud eos qui potestatem factā vrbis ædificandæ non admittunt ante vigesimum annum [illegible] Artaxerxis: quique Artaxerxem Mnemonē admittunt fuisse maritum Esther. At neque satis ita valet. Nam si, quantumuis Artaxerxes ille fuisset fauorabilis [illegible] per diuersa decreta Iu[illegible] vt videre est 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2 [illegible] nihilominus finitimi [illegible] vexare Iudæos [illegible] quantum [illegible] nec Artax. ipse propter [illegible] Iudæorū omnium [illegible] sed ne [illegible] gentes [illegible] ab ipsa [illegible] 8. ex [illegible] 3. [illegible]

Valere tamen [illegible] tos ad regem per regin[illegible] quo [illegible] Darij in [illegible] 6. & [illegible] Ar[illegible] Darium 3. [illegible]

II. Argumentum. Si rex ille fuisset Mnemon [illegible] Nehe[illegible] templum [illegible] Mardochæum & Esther [illegible] apud regem [illegible] quod non facile impetrarat. [illegible]

Et [illegible] argumētum conuinceret, nisi contra Sulpitium, aut apud eos qui concedunt Artaxerxem Mnemonē fuisse maritū Esther.

III. Argumentum. Vtar, inquit Pererius, [illegible] Esther non contigisse [illegible] Artaxerxe L[illegible] quia Esdras, qui [illegible] regi[illegible] Iudæa [illegible] Hoc [illegible] tum retorquetur in Sulpitiū. Si Esdras [illegible] Mnemone marito [illegible] post [illegible] Esther nupta est regi, & Mardochæus [illegible] authoritatis, & potentiæ, [illegible] apud eum regem obtinuit: non [illegible] dubitandū, quin aliquid ipse de [illegible] Esther & Mardochei, [illegible] in gente Iudæorū, [illegible] Hactenus Pererius.

[illegible] argumentum conuinceret, nisi [illegible] Sulpitium [illegible] Nam potuerunt Esdras aut Nehemias nihil in suis libris tradidisse de Esther & Mardochęo, quia sciebāt alium librum, videlicet [illegible] ipsum Esther [illegible] esse conscriptum. Eo mod[illegible] quo de Ruth nihil [illegible] habetur [illegible] de [illegible] & [illegible] Machæ [illegible] arū, & Leuitæ, n[illegible] caput 7. & [illegible] tractari de [illegible] post [illegible] Cæterum

Contra Sulpitium, Scaligerum, & Caluisium faciunt, partim ea quæ disputata fuere [illegible] regibus 2. 4. & 17. partim com[illegible] Artaxerxis [illegible] & 2. Esdr. [illegible] & nō duos, [illegible] mentionē [illegible] 1. Esd. [illegible] & 2. [illegible] Artaxerxem & [illegible] non Mnemonem [illegible] aut [illegible]

XII. Rex [illegible] Persarum, fuit [illegible]

DARIVS

OCHVS, ...ius Mnemonis. Dictus etiam Artaxerxes Ochus.

XIII Rex siue Imperator Persarum, fuit autem

Darius Arses.

DARIVS ARSES. Hunc faciunt aliqui filium Ochi. Plutarchus autem & alij fratrem eius: consequenter æque filium Mnemonis. Attamen secundum Plutarchum, necnon Iustinum lib. 1 non fuit legitimus, sed nothus. Dictus etiam simpliciter Arses, Arsas, Arsam, Arsan, Arsames, & Arsamis. Denique dictus etiam Darius Arsamis.

XIV. & vltimus Rex siue Imperator Persarum, fuit.

Co... 185.

DARIVS CODOMANVS, vel Codnanus. Sic cognominatus, quòd ità vocaretur priusquàm fieret Imperator.

Diodorus Siculus cognominat eum Darium Ariant, quod filius fuerit Arsani, qui frater erat regis Ochi. Volunt & eum nonnulli fuisse de stirpe regia. Hæc tamen negat Iustinus & Strabo. Vtut sit, dicunt eum ob insignem virtutem in bellis spectatam, ad regnum esse assumptum.

Vocatur etiam à Clem. Alex. 1. Stromat. Ochus. A Tertulliano lib. contrà Iudæos Darius Melas.

Hunc omnes historici dicunt, traditque Iosephus 11. Antiq. 8. eum esse quem Alexander Magnus deuicit, & quô deuictô Persarum Imperium euertit, & ad Græcos trâstulit. Eum ... volunt significari 2. Esdr. 12. ... dicitur V. 22. *Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa, scripti principes familiarum, & sacerdotes, in regno Darij Persæ*. Sic enim Iosephus loco citatô, post eumque Eusebius lib. ... Demonstr. Euang. & reliqui.

Probat Scaliger ... tribus argumentis, Lib. 6 de Emend. Cap. de Hebdomadibus Danielis à pag. 582 fin. petitis è Iosepho.

I. Argumentum ... est, inquit, Darius apud Nehem. ... cap. ... sub quo Nehemias ... Iaddua ... sacerdotio functum. Iaddua vero ille, quod nemo negare possit, ... est, quem Alexander ... Hierosolyma in ... venit. ... pontifici ... venit. ... æqualis Alexandri Magni ... Darius ... quem Alexander ... Regum Persarum. ... Nehemias ... ad Alexandrum ... potest ... Scaliger ... argumentum ... ... 

II. Argumentum ... Nehe... deficiente omni ... Nehemiæ 4 ...

A

& ... Adde & cap. 6. V. 1.) Is Sabelletes scilicet ... est cap ... Alexandri, eique Gazam oppugnanti cum auxiliari manu militum suppetias ... paulo post mortem obiit antequam ... expugnaret Alexander, anno Olympiadis 112. primô. Historia extat apud Iosephum. lib. 11. cap. 7. Ecce Nehemiæ æqualis Sanballetes Alexandrum Macedonem vidit. Darius igitur ille, sub quo Iaddua summô sacerdotiô functus est, non est alius ab illo, quem Alexander vicit.

B

III. Argumentum adiiciam (pergit Scaliger) quô pertinaciæ ipsi os obtundatur. Sanballetes filiam suam nomine Nicaso in matrimonium dedit Manassæ fratri Iaddua Pontificis Max. authore Iosepho lib 11. cap. 7. Quod cû vidisset Nehemias, Manassen è Republica Hebræorû expulit, ... id est, extra Synagogam ... Nehem. cap. vlt. 28. *Quin, inquit, ex filiis Ioiada fily Eliasib Pontificis Max erat gener Sabelletis Oronitæ, quem ego a me remoui*. Iadua vero erat filius Iohannis, Iohanes Ioiadæ, Ioiada Eliasib. ... erat illi nepos ex filiô Iohâne. Quare ex his luce clarius est, Nehemiâ ad têpora Alexandri Magni peruenisse,

C

Ideo Darius ille, cui⁹ vltimô loco meminit, est Darius Codomanus, qui ab Alexandro ad Gaugamela victus (aliter ad Arbelas) posteà à Besso prætore interfectus est. Hactenus Scaliger.

Hunc etiâ consentiunt omnes eû esse qui Dan. 8. describitur sub symbolo arietis, quê percussit & côculcauit hircus, Alexander videlicet Magnus sub symbolo hirci descript⁹, quod et à agnoscit Iosephus 10. Antiq. 12. & 11. cap. 8. Quamuis differant Hebræi, Genebrardus, & quidâ alij, quantum ad eum assignandum numero suo sub ordine chronologico Regum Persarum.

D

QVÆRITVR II. Quotnâ annis quisque Regum istorum Persicorû regnauerit? Hæc etiâ quæstionê tractabimus solû istû locô, secundû quòd reperitur apud varios authores resolutionem eius in posteriora reseruâtes: quâuis interim aliqua veriora similiter côfirmantes, & ea quæ iâ de Cyro, Câbyse, ac Smerde, tetigi ... fuerunt, obiter attingêtes. Itaq;

E

CYRVS, iuxtà Herodotû regnauit annos 29. Iuxta Dionysium, qui Persica- Cyrus quot annos regnauerit. rum rerum scripsit histori..., apud Ciceronê ... de Diuinat. neenô iuxtà Trogû Pompeium, siue Iustinum lib. 1. Clement. Alex. 1. Stromat. Eusebium in Chronic. S. Hieronymû in Dan. 7. Orosium lib. 2. Bedâ lib. de 6. ætat. mundi. Pererium ... modernos, annos 30. Iuxta Sulpitium, ânos 31. In Imperio verò Babylonico regnauit iuxtà Herodotum apud Genebrardû lib. 2. seu pag. 244. ... tâ tum ... Iuxta Xenophontem, 6 iuxta ... quos ... , eum regnasse tâ tum in Imperio Babyl. 6. annos integros.

CAMBYSES, iuxta [illegible] in [illegible] Chronologia, [illegible] Genebrardum [illegible] nullos [illegible] annos. Iuxta [illegible] annos 6. [illegible] 6 [illegible] tamen iunctis [illegible] annos. Iuxta Bedam, & [illegible] res annos 8. Iuxta Sulpitium [illegible] annos 9. Iuxta quoque [illegible] Chronologia apud Ge[illegible] pag 244. init. annus 14. Iuxta [illegible] Photium 18. iuxta Clementem Alex. [illegible] Sed iam [illegible] esse tantum annos [illegible]

Smerdes [illegible] quam [illegible] non.

SMERDES, iuxta Herodotum & reliquos, regnauit tan[illegible] mensibus iuxta Io[illegible], hunc [illegible] integrum. Sed iam stabilitum fuit, cum regnasse tantum per [illegible] ad [illegible] reddendos esse ab Cambyse.

DARIVS HYSTASPIS, iuxta Genebrardum pag. 244. sub init. nullos regnauit annos, aut si quos regnauit [illegible] Xerxi filio eius tanquam in [illegible] gubernanti. Sed quà ratione [illegible] quoad [illegible] eius in re [illegible] quoad nominationem à S. Scriptura [illegible] quoad nullos annu[illegible] Porro namque [illegible] fuit Darius ille de quo fit mentio 1. Esdr. 4. & 5. vit præfertim ve[illegible] cap. 5. & 6. necnon 3. Esdr. 2. [illegible] 4. [illegible] 6. Aggæi 1. & 2. & Zachariæ 1. & 7. sequitur eum aliquot annis regnasse. Siquidem fit in Scriptura mentio anno eius 1. 2. 4. & 6. & apud Iosephum annorum eius 9. Regnauit igitur aliquos annos. Iuxta Tertullianum lib. contra Iudæos, regnauit annos 19. Vbi quidem memorandum est Tertullianum facere Darium istum vnum & eundem qui Darius Medus Dan. 9. & a quibusdam sic exponi de Dario Notho, a quibusdam de Dario Longimano, prout videre est apud Pamelium, ab aliis autem de Dario Hystaspe. Iuxtà Oros. lib. 2. cap. 8. regnauit annos [illegible] Iuxta Ctesiam annos [illegible] quos forsitan [illegible] incœptos, adeóque 30. completos. Iuxta R. Abrahàm in Cabala (facientè eum eundem cum Dario quem Alexander deuicit) annos 32. Iuxta Herodotum lib. 7. Eusebium in chron. Sulpitium lib. 2. Pererium & alios, annos 36. iuxta Clementem Alex. 1. Strom. annos 46.

Xerxes quot annos regnauerit.

XERXES, iuxta Genebrardum pag. 2[illegible]4. col. 1. regnauit annos 20. Iuxta Diodorum lib. 11. Eusebium in Chron. Sulpitium lib. 2. Orosium lib. [illegible] cap. [illegible] Bedam lib. de 6. ætat. Pererium pag. [illegible] annos 21. vel circiter. Iuxta Scaligerum lib. 6. annos 21. Iuxta Clementem Alex. 1. Strom. annos 26.

Artabanus quamdiu [illegible] regnauerit.

ARTABANVS, secundum Eusebium, & eius sequaces, regnauit 7. menses. Iuxtà Genebrardum lib. [illegible] seu pag. 25[illegible] post init. 7. dies tantum.

ARTAXERXES LONGIMANVS, iuxta Diodorum, necnon permultos alios auctores vt Tertull. lib. contra Iudæos, Euseb. in chron. S. Hieron. in 4. Ezech. Bedam lib. de 6. Ætat. Annon. in 5. Æ[illegible], &c. quibus consentiunt Genebrardus pag. 49. quamuis sub alio nomine Scaliger, Pererius, Bucholcerus, Gordonus, Torniellus & reliqui fere moderni, regnauit annos 40. Iuxta Clem. Alex. 1. Strom. & Niceph. Constant. cap. 7. annos 41. Iuxta Ctesiam apud Diodorum, annos 42. Iuxta Funccium lib. 2. prope fin. & paulo ante Comment. ad an. 3673. & iuxta Leunclauium in Appendice Xenophontea, pag. 37. init. & fin. annos 44. Iuxta Sulpit. annos 6[illegible] vbi tamen vult Sigonius mendum esse pro 4[illegible]

Artaxerxes Longim. [illegible] regnauerit.

Probat suam sententiam Funceius, colligendo quot annos Xerxes regnauerit hoc modo. Thucydides, qui temporibus Artaxerxis Longimani [illegible] tradit Themistoclem, cum Athenis ab ingratis ciuibus pelleretur, ad eundem

C Artaxerxem nuper regnare incipiente fugisse. Deinde, Plutarchus in Periclis vita, ait, [illegible] Themistocle, apud Athenas Imperium [illegible] ad Periclem, atque id honoris [illegible] annis 40. [illegible] cum viderem, quærere [illegible] tempore Periclis diem obiisset. Nam [illegible] constaret, iam de fuga Themistoclis, & de principio regni Artaxerxis, è quo finis regni Xerxis apparet, certus esse poterat. Etenim apud Thucydidem lib. 2. scriptum, huc Periclem [illegible] functum esse, cum bellum Peloponnesiacum durasset annos 2. & dimidiatum. Por-

D ro ex Xenophonte qui Olympiadum 93. & 94. meminit, colligitur bellum hoc, quod Græci inter se [illegible] annis, maximo totius Græciæ detrimento gesserunt, initium habuisse Olympiade 88. quemadmodum & Thucydides Olympiadum [illegible] facit, sed numerum o[illegible] V[illegible] & primum eius belli annum [illegible] Olympiade confert. Ex his igitur [illegible] mortem Periclis anno 3. Olympiadis 88. accidisse, hoc est annum vrbis Romæ (vt facilior fit computatio) 28. Sed is Athenas imperat [illegible] 4[illegible] vt Plutarchus probatus, ac fide [illegible] asserit. Cœpit igitur ann.

E vrbis Romæ 288. hoc est, anno 4. Olympiadis 7[illegible]8. Porro Themistocles eodem anno in fidem Artaxerxis nuper regnare incipientis confugit. Ergo consequitur Artaxerxem eodem annum, & scilicet Olympiadis 78 regnum accepisse, & Xerxem postquam Græcos bello lacessiuit, regnasse annis 14. aut non multominus vt patet in chronologia. Cæterum qu[illegible] dixi in annis expalli pag. 68. Artaxerxem Persis imperasse annis 44. cogit me Thucydides, qui lib. 4. hunc regem viuis excessisse tradit circa finem anni 7. belli Peloponnesiaci. Nam tantam in hac re Thucydidi fidem adhibendam

esse censeo, qui his [illegible] s vixit [illegible] a nulli posteriorum, [illegible] is [illegible] o [illegible] respiciunt [illegible] Eus[illegible] B[illegible] fundum e[illegible] Ab [illegible] Longimant, ad [illegible] Pericles guberna[illegible] Artaxarxes 4 an[illegible] septimum annum be[illegible] finitũ. Ergo Artaxerxes [illegible] Breuius & melius dicere [illegible] Thucy[illegible] ssidem lib. 1. scribere, transa[illegible] ve circiter annos, à fuga Xerxis, ad [illegible] belli Peloponesiaci. Porro Xerxem a fuga [illegible] 4. Denique Thucydidẽ lib. 4. scribe[illegible] Artaxerxem mortuum esse anno [illegible] belli Peloponesiaci pr[illegible]. Compon[illegible] vel circiter & 7. belli, sunt 17. vel circiter. D[illegible] me 14. Xerxis, restant 44. vel circiter Artaxerxis.

At vel[illegible] refutare poterit aliquis [illegible] [illegible] Eucciu. Nam quis [illegible] [illegible] fermè, Græc. μικρὸν, *maxima* [illegible] Thucydiden, Artaxerxem [illegible] [illegible] probabilius [illegible] regnauit Lo[illegible] annis 4[illegible] tantum. Deinde, Funce[illegible] de viã dicere potuisset, Longimanum [illegible] se annos 45. Nam annus [illegible] belli, quo Pericles obiit, comp[illegible] decem annis Artaxerxis; & septimus eiusdē belli, quo [illegible] taus est Longimanus, computatur pro cõple[illegible] to: quia scribit Thucydides, Artaxerxem esse mortuum illò annò circiter ad finem a[illegible]. Denique, si Xerxes regnauit plus quam 20. annis, nimirum [illegible] plusquam 14. [illegible]. Nam ex H[illegible] to vel certè Iustino & a[illegible] mouit contra Græciam annò [illegible] Hinc [illegible] adhuc anni [illegible] pro parte Longimani. Denique, quod ait Fucciùs Th[illegible] clem fugisse ad Artaxerxe mortuo Xerxe, non adeo certum est, cum Diodo[illegible] dicant eum fug[illegible] ad ipsum Xerxem. Ergo vel ad Artaxerxem eum Xerxe regnantem: vel certe res ista [illegible] 44. ãni Artax[illegible] sim tribuendis non omni dub[illegible] caret. Propterea probabi[illegible] sententia, non [illegible] Lõgimani plus 40 At[illegible] Lan[illegible] Chronologia Græcorum Imperatorum qui ex Herodoto, Thucydide Xenop[illegible] Diodoro, [illegible] legit oper[illegible] Probè, melius Cornel[illegible] Nep[illegible] per O[illegible] Artaxerxi[illegible]

# XERXES II.

[illegible] apud Diodorum, & iuxta [illegible] sequaces, regnauit [illegible] men[illegible] Iuxta Diodorum [illegible]

# SOGDIANVS,

C[illegible] nauit 6. menses & dies 15. [illegible] Diodorum, [illegible] & alios 7. menses.

# DARIVS NOTHVS

[illegible] Coronæ regnauit annos [illegible] Secũdum verò quod [illegible] communius, partim ex Thucydide, & Xenophonte, sed expressius iuxta Diodorum, Eusebium, Clementem Al[illegible] & Persiani regnauit annos 19. [illegible] aliqui [illegible] [illegible] modo quo notatum [illegible] modo præcedẽti, annos Cyri tra[illegible] Herodoto tusse 29. alios facere 3[illegible] modo [illegible] plurima similia videre est [illegible] Eusebium [illegible] debuntur posteà sub Pto[illegible] & Seleu[illegible] N[illegible] nus ex Thucydide [illegible] ab anno 7. belli Peloponesiaci [illegible] Xenophonte, qui mortuũ illum [illegible] annò [illegible] dem belli 26. non potest [illegible] nisi quam annis 19. Sed de his [illegible] Iuxta Ctesiam regnauit annos 55. Iuxta Philostratum au[illegible] lib. 1. de vita Appollonii, re[illegible] auit an[illegible] 6[illegible].

# ARTAXERXES MNEMON

Artaxerxes Mnemon [illegible] regnasse.

iuxta Funccium regnauit annos 36. Iuxta multos autẽ & fere innumeros, vt Eusebiũ, S. Hieronymũ &c. regnauit ãnos 40 Iuxta Diodorũ, quem sequuntur Scaliger lib. de Emendat. cap. de [illegible] Artaxerxis Mnemonis, seu pag. 224 Mercator, Temporarius, Gordonus, & denique quidam alij apud Torniellum an. [illegible] regnauit annos 43 Iuxta Plutarchum in eo, regnauit solus annis 44. prout mox [illegible] Genebra[illegible] annos 49. Iuxta Lucidum & quosdam alios apud Torniellum ibidẽ, annos 55. Denique refertur a Pererio & aliis iuxta Plutarchum in eius vita regnasse [illegible]. Sed hoc est intelli[illegible] modò [illegible] quàm Plutarchus [illegible] regnasse 6[illegible] tamen alibi dicit [illegible] regnum venisse natum annos 5[illegible] & [illegible] 94. A 50. ad 94. sunt tantũ 44. Cum [illegible] non sit vllatenus credibile Plutarchum [illegible] contradixisse, vel alias [illegible] non potest melius con[illegible] quam dicendo 62. annos regni de[illegible] mendos esse a tempore quo regnauit vel cũ patre, vel sub [illegible] tutela: 44 autem a tempore quo regnauit [illegible] post patrem: quod ve[illegible] [illegible] hus a[illegible] regnum venit [illegible] cum natus esset annis 50.

P[illegible] Regum a Dario [illegible] loquitur S. Hieronymus [illegible] 4. [illegible] enim *Darij regis Persarum anno templum extructum est*, &c. [illegible] *Posti quę regnauit* [illegible] 20. [illegible] 1. & S[illegible]

*mensibus 7. Cui successit Darius cognomento Nothus qui regnauit annis 19. Darij & Parisatidis filius regnauit annis 40. qui ab Hebræis Assuerus appellatur, sub quo Mardochæi & Hester narratur historia,* &c.

Darius Ochus quot annos regnauerit.

# DARIVS OCHVS,

iuxtà Diodorũ lib. 15. & 16. Tertullianũ lib. contrà Iudæos, quos sequũtur Sulpitius, Sigonius, Gordonus, & alij, regnauit ãnos 23. Iuxtà Eusebium, quẽ sequuntur Beda, Funccius, Scaliger, Pererius, Torniellus, & alij, annos 26. Iuxtà Ctesiam, notante Scaligerô lib. 5. ca. de Initio Artaxerxis Mnemonis, seu pag. 244. annos 35.

Darius Arses quot annos regnauerit.

# DARIVS ARSES,

iuxtà Tertullianum ibidem, regnauit annum 1. Iuxtà Diodorum, & Sulpitium, annos 3. Iuxtà Eusebium, & Bedam, annos 4.

Darius Codomanus quot annos regnauerit.

# DARIVS CODOMANVS,

iuxtà Sulpitiũ regnauit annos 4. Iuxtà Diodorum, Iustinũ, Clementem Alex. Eusebium, S. Hieronymum, Pereriũ, & reliquos cõmuniùs, annos 6. Iuxtà Tertullianũ lib. contrà Iudæos, annos 22.

Monarchia Persica quot annis durauerit.

QVÆRITVR III. Quotnam annis durauerit illa Monarchia Persarum, iuxtà varios authores?

Hebræi quidam, apud Genebrardũ pag. a 60. dicunt eam durasse tantùm annos 52.

Iidem, vel alij nonnulli Hebræi, necnon Lyranus, apud Pererium pag. 799. dicunt eam durasse annos minùs 100.

Nonnulli nomine tacitô relati apud Gordonum Cap. 15. ad Period. 7. num. 19. seu pag. 235. dicunt eam durasse annos 100.

Tertullianus libro contrà Iudæos, facit eam durasse annos 106.

Genebrardus lib. 2. seu à pag. 242. & præsertim pag. 260. col. a. fin. dicit eam durasse annos 147.

S. Isidorus lib. 5. Etymologiarum, seu Originum, dicit eam durasse annos 189.

Ioannes Annius Viterbiẽsis, & post eum Driedo, Lucidus, & alij, dicunt eam durasse annos 191.

Dionysius Halycarnassæus lib. 1. Antiquitatum Romanarum init. dicit eam durasse paulò plùs annis 200.

Torniellus an. 3724. num. 1. dicit eam durasse annos 207. & ad hunc numerum accessisse proximè Dionysium Halicarnassæum.

Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. dicit eam durasse annis 215.

Agathias lib. 2. apud Scaligerum lib. 6. cap. De Initio Cyri, seu pag. 220. dicit eam durasse annos 228.

Diodorus Siculus, Quintus Curtius, Iulius Africanus, & hos sequentes ferè omnes recentiores, quod etiam aduertit suprà Genebrardus, amplectuntur Bucholcerus fol. 2 pag. a. init. Gordonus locô citatô, demùm innumeri alij, dicunt eam durasse annis 23

Pererius ad communem recentiorũ sententiam, addit ferè, vel potiùs asseuerante duos annos, dicens: Sed profectò cæteri probabilior sentẽtia est, stetisse eam Monarchiam annos circiter 2. suprà 230. Dixi ta men, vel potiùs asseueranter, Quia secundũ numerum annorum, quos per reges singulos colligit, habet 232.

Seuerus Sulpitius lib. 2. Historiæ sacræ, & Strabo lib. 15. dicunt eam durasse annis 250

Alij dicunt aliter. Nam tot ferè capita to sensus. Hactenùs ex authoribus, quot quisq Persarum Imperator regnauerit: quotque proindè Monarchia Persica durauerit.

QVÆRITVR IV. An Chronologia per reges Persarum eorúmue annos sit certa?

RESPONDETVR breuiter. Authores quidẽ innumeros eâ vti: ex quô videri possent & eam supponere tanquàm certam. At tamen quòd spectat ad Recẽtiores, eos propriè loquendo, non tàm illam in se censere certam, quà aliàs quasdã chronologias quibus ipsam coaptant: v. g. chronologias per Olympiadas, per annos Vrbis Conditæ, per annos Nabonassaris, & similes, præsertim autem per Olympiadas, & per annos Nabonassaris, sed & per luminum cœlicorũ inspectiones, Eclypsium videlicet Solis & Lunæ de quibus pusteà suis locis. Verumtamen Chronologiam per Reges Persarum, vt sic, incertam esse, penitúsque fallacẽ, ità manet luce clarius ex tot tàmq; diuersis ac pugnãtibus authorum sententiis, circà tùm personas regum, tùm annos eorum, vt nullus dubio relinquatur locus. Et tamen ne videamur in hoc sapere soli præ cæteris recẽtiorib' audiatur Gordonus cap. 15. ad Period. 7. nu. 1. seu pag. 232. post med. sub titulô, Rectà computatio temporis à Cyro ad regnũ Seleucidarum. Vbi Seleucidarum obiter intellige, Regum Syriæ post mortuum Alexandrum Magnum, sic nuncupatorum, ab ipsorum primo rege, cui nomen erat Seleucus, quod & nomen plures successores eius habuerunt post ipsum. Sic igitur incipit Gordonus. Huius Periodi computatio difficilis satis & obscura est; cùm ex sacris litteris nihil ferè habeamus, & ex Iudæorum rebus nihil certi possit colligi; imò in ipsis Iudæorũ ducibus numerandis, magna est incertitudo. Rectè quidem sequẽti Periodô numeramus duces a tempore Machabæorum (qui simùl fuerunt Duces & Pontifices) &c. vsque ad Christum: sed chronologiam certam Ducũ à Cyro ad Machabæos non habemus. Et num. 12. Cum autem de sic initâ annorum ratione, satis constet per Olympiadas, minùs sollicitum esse oportet

Lectorem de numero Regum, de quibus fateor non omninò constare. Sic Gordonus. At quomodò certa fuerit chronologia Persarum per Olympiadas, cùm ipsamet Olympiadum chronologia sit æquè, ni magis adhuc incerta, prout ostendemus postcà, tàm iuxtà Gordonum ipsum, quàm iuxtà plures alios, ac peritos authores, etiam antiquissimos? Quod mirum, Gordonus, aliique passim, chronologiam suam non modò per Olympiadas, aut etiam per annos Vrbis Conditæ (annis Olympiadum magis proximos) post hæc assumunt exprofessò: sed exprofessò magis per Consules Romanos, quam tamen omnium incertissimam esse constabit apud omnes? Deniquè chronologiam per annos Regũ Persarum, incertam esse prorsùs, supponunt, aut etiam demonstrant, authores tàm antiqui quàm moderni, cùm initium Hebdomadum Danielis adeò diuersis modis assignant. Omninò verò qui sumunt illud aliundè, quàm ab anno vigesimo Longimani; sed vel à primo Cyri, prout sumebant, ex parte Eusebius, Clemens Alexandrinus, & Genebrardus: vel à secundo Darij Hystaspis, prout sumebant, ex parte Eusebius, S. Cyrillus Hierosolymitanus, Driedo, & Iansenius; vel à septimo Longimani, prout sumebant Cedrenus, Funccius, & Bucholcerus: vt omittam Scaligerum & Caluisiũ desumẽtes à vigesimo Mnemonis. Consequẽter qui summam annorum Monarchiæ Persicæ minorem faciunt, quàm fit à reliquis, vt Clemens Alexandrinus, qui facit eam annorum 215. Torniellus qui 207 Dionysius Halicarnassæus qui paulò plùs 200. Annius, Driedo, & Lucidus, qui 191. S. Isidorus qui 189. Genebrardus, qui 147. Tertullianus, qui 106. Hebræi quidam, Lyranus, & apud Gordonum alij, qui 100. aut etiam minùs 100. vt omittam priores Hebræos, qui 52. tantùm. Hos enim omnes necesse est, neque sentire chronologiam Regum Persarum esse certã, neque illam sequi modò quò alij tradunt communiùs; proindè necessum eos tùm personas, tùm annos regum illorũ Persicorum, simùl aut seorsim in aliquibus minuere. Sed de hac quæstiune satis.

QVÆRITVR V. An saltem possint aliquò, rationabili modò tùm Reges illi Persarum, tùm eorum Anni, cum hac Periodo conciliari, iuxtà principia per nos stabilita?

RESPONDETVR, posse quidem. Sed tamen videri nobis præponendam capitaliter Sententiam communiorem: tùm vt ea meliùs refutetur: tùm vt qui voluerint, non obstantibus eius refutationibus, illam sequi potiùs ab annisque nostræ huius sextæ Periodi dissentire possint, ipsam, ipsiúsq; probationes vt amplecti, sic & nosse. Quocircà

A duas tantùm hôc locô proponemus Sẽtentias capitales. Alteram, supponentem ex dictis superiùs, Reges Persarum extitisse numerô 14. eorúmque annos chronologicos simùl collectos efficere 230. vel circiter: proindè quoque durationi Monarchiæ Persicæ tribuendos. Alteram, partim reuocantem, partim non reuocãtem in dubium, numerum illum 14. Regum Persarum, sed tamen siue fuerint 14. siue minùs, omninò negantem annos eorum chronologicos, conficere, non modò 230. vel circiter, sed ne 200. vel circiter, & ne deniquè plùs aut

B circiter 160. Itaque

I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Reges siue Imperatores Persarum extitisse numerô 14. annósque ipsorum seu Monarchiæ Persicæ chronologicos, constituendos esse circiter 230. 1. Sent.

Ità ex vetustis profanis Diodorus Siculus in posterioribus suis libris Historiarum Romanarum, & Q. Curtius lib. 4. de Rebus gestis Alexandri. Ità ex vetustis Christianis censendi quantùm ad numerum Regum, ex annis quos ipsorum Monarchiæ tribuunt,

C Iulius Africanus apud Eusebium lib. 8. Demonstr. Euang. & apud S. Hieronymum in Dan. 9. & Agathias suprà relatus. Dixi, censendi quantùm ad numerum Regum. Quia nec Iulius Africanus, nec alij multi Reges Persarum dinumerant? sed tantùm eorum tempora faciunt annorum circiter 230. Per quod tamen supponunt, aut supponere videntur, Reges illos tot extitisse, quot dicuntur communiùs. Ad plus aliquotum menses ad alios reduxerũt. Quidquid sit tribuũt eis tot annos quot diximus. Ità quantùm ad

D numerum Regum, expressè S. Hieronymus locô citatô: quantùm autem ad annos eorũ, censendus idem tenuisse quod Iulius Africanus; quia quoad hoc refert eum, nec tamen improbat. Ex recentioribus innumeri, quos referre longum esset nimis. Retulimus nonnullos superiùs, vt Pererium, Gordonum, & ex sectariis Bucholcerum.

Porrò quamuis posset ista Sententia tradi per diuersos Modos, iuxtà methodũ hactenus a nobis obseruatam: attamen quia cum illi patent satis ex dictis anteriùs, &

E quidam eius Modus ingreditur in ipsas probationes illius: propterea visum est, probationes solum ipsius quæ reperiuntur proponere. Quamuis ordine reuersô: sed qui magis videtur esse doctrinæ. Itaque

PROBAT Hanc Sententiam Pererius duobus argumentis. Probat.

I. ARGVMENTVM. Petitur, Ex notatione, inquit, tẽporis, quô cœpit & desiit hæc Monarchia, secundũ computationẽ Olympiadũ. Cœpit Monarchia Persarũ, initiô quinquagesimæquintæ Olympiadis. 1. Arg.

Tunc enim secundùm omnes bonos authores, Cyrus eius conditor suscepit imperium. Desijt autem cùm Darius postremùm ab Alexandro victus, & paulò post à suis, seu à Besso occisus est. Quod euenit secundùm Diodorum, annô tertiô Olympiadis centesimæ duodecimæ. Durauerit igitur ea Monarchia per 57. Olympiades, adiectis tribus annis. Quod tempus 232. annos continet.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. petitur, Ex ānis, inquit, quibus singulos prædictorum 14. regū Persidis regnasse ostēdimus. Primus rex Cyrus, regnauit annos 30. Cambyses cū Smerde Mago, 8. Darius Hysdaspis, 36. Xerxes, 21. Artabanus, 7. menses. Artaxerxes Longimanus, 40. annos. Xerxes secundus, 2. menses. Sogdianus, 7. menses. Darius Nothus, annos 19. Artaxerxes Mnemon, 40. Artaxerxes (communius Darius) Ochus, 26. Arses, 4. Vltimus rex Darius (Codomanus) 6. Ex his supradicta 232. annorum summa conficitur.

Ad hunc numerum quomodò Iulius Africanus, Agathias, aut similes accedant, non est difficile conijcere: nimirùm, si v.g. Xerxem senserint regnasse tantùm annos 20. mensésq; Artabani, Xerxis secundi, & Sogdiani, forsan etiam personas eorum, in chronologia non computauerint, & demùm Agathias 18. tantùm Dario Notho, 3. item tantùm Arsi, vel simili quôdam modô quibusdam regibus suos annos tribuerit. Similia dic de reliquis, vbi reges, aut eorum singulos annos expresse non deduxerint.

Obiect. OBIICI potest, vel etiam facere credi contrà hanc Sententiam, suísq; modis contrà quascumq; alias similes, quoddam Argumentum, Petitum à summis Pontificibus Iudæorum, tàm à Captiuitate Babylonica sub Sedecia, quàm specialiter ab eius reductione sub Cyro, vsq, ad annum vigesimum Artaxerxis Longimani: Quatenus sequeretur vnum tantùm Pontificem emensum fuisse in officio spatiū annorū 70. vel circiter: itémque tres tantùm homines, in eodem emensos fuisse spatium annorum circiter 186. 184. ad minùs 162. vel 160. cōsequēter duos tātum homines, secundùm communiorem opinionem de 230. Persicis spatium annorum 116. vel ad minus 114. Vt hæc demonstretur

NOTANDVM EST, Eliasib fuisse summum Pontificem temporibus Artaxerxis Longimani, ab anno eius vigesimo, sicut & per annum eius trigesimum secundum, & longius adhuc post, adeóque circà finem annorum regni eius. Ostenditur. Nam post mētionem anni *vigesimi* Longimani 2. Esdr. 1. vers. 1. & 2. vers. 1. sic dicitur de Eliasib cap. 3. vers. 1. *Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis.* Vide vers. 20. & 21. & cap. 13. vers. 4. Sicut & post mentionem anni eius *trigesimi secundi*, necnō *finis dierum eiusdem regis*, eôdem cap. 13. vers. 6. sic dicitur vers. 7. *Et veni in Ierusalem & intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei*, & vers. 28. *Desijt autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni gener erat Sanaballat*, &c. Quidquid sit, Eliasib nōn reperitur Sacerdos magnus, nisi sub annum *vigesimum* Longimani 2. Esdr. 3. vers. 1. Videri quidem posset, eum extitisse Sacerdotem magnum ab anno septimo Longimani: quoniam post mentio-

B nem anni *septimi* regni eius 1. Esdr. 7. vers. 7. & 8. dicitur cap. 10. vers. 6. *Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abijt ad cubiculum Iohanā filij Eliasib, & ingressus est illuc, &c.* Veruntamē nō ibi dicitur sacerdos magnus. Quin potius, postquam dictum est vers. 18. (& 3. Esdr. 9. à vers. 18.) *Et inuenti sunt de filijs Sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filijs Iosue filij Iosedec, & fratres eius, Maasia, & Eliezer, & Iarib, & Godolia*, &c. dicitur vers. 24 *& de cantoribus, Eliasib.* Per hoc enim videtur imprimis Eliasib fuisse tunc solummodò cantorem. Quòd si dixeris, nomen il-

C lud esse varium, sicut & illud à vers. 34. (& 3. Esdr. 8. à vers. 34.) *De filijs Bani, Maadi*, &c. *Marimath, & Eliasib*: & illud 3. Esdr. 5. vers. 24. *Filij Iaddus, filij Euther, filij Eliasib*, 372. Respondebitur, saltem per priora verba, *De filijs Iosue filij Iosedec*, &c. confirmari nondùm Eliasib fuisse Pontificem: tunc enim Iosue erat Pontifex. Omninò verò per illa 2. Esdr. 12. vers. 26. *Hi in diebus Ioacim filij Iosue filij Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ Sacerdotis scribæque.* Per hæc enim ostēditur, Ioacim filium Iosedec, fuisse Pontificem in

D diebus Nehemiæ & Esdræ simùl viuentium & suô modô regentium, id est, dùm Nehemias vt Dux regeret, Esdras verò tanquàm scriba doctus instrueret. Hoc autem ex 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. passim, maximè verò cap. 8 & 12. constat extitisse vsque ad annum *vigesimum* Longimani. Atque ità Iosephus 11. Antiq. 4. longius ante fin. referens quomodò Esdras se contulit in domicilium Ioannis & Eliasib, nondum Eliasib facit Pontificem: postea vero mortuô Ioacimô Pontificem quidem illum facit, sed circà tempus quô Nehe-

E mias audiuit afflictionem eorum qui remanserant Ierosolymis. prout describitur lib. eiu 1. cap. 1. Et hoc ergò ex eodem libro & cap. 2 constat factum annô Longimani vigesimô. Quāuis autem Iosephus hæc reponat sub anno regis illius vigesimoquinto, neq; in hoc sit sequendus: attamen per hoc magis confirmat id quod de Eliasib ex eo collegimus.

NOTANDVM EST item, Eliasib fuisse nepotem Iesu, siue Iosue Pontificis, qui (Iosue) reuersus est in Iudæam sub Cyro cum alijs annô eius primô: proindéq; inter Iosue & Eliasib extitisse tantùm vnum Pontificem

videlicet Ioacim. Ostēditur. Nam 2. Esdr. 12. vers. 10. *Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib.* & vers. 26. *Et in diebus Ioacim filij Iosue filij Iosedec,* &c. Ecce, Ioacim fuit filius Iosue filij Iosedec, & Eliasib filius Ioacim filij Iosue filij Iosedec. Quod etiā cōfirmatur quādò recensentur Sacerdotes & Leuitæ sub eorū diebus eodē ordine. Nā postquàm dictum est ab initio capitis, *Hi sunt autem Sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias,* &c. post eos dinumeratos resumitur sic vers. 7. *Isti principes sacerdotum, & fratres eorum, in diebus Iosue.* vers. 8. *Porro Leuitæ,* &c. Ecce qui temporibus Iosue. vers. 12. *In diebus autem Ioacim erāt sacerdotes & principes familiarum, Saraiæ, Maraia,* &c. Ecce qui temporibus Ioacim. Vers. 21. *Leuitæ in diebus Eliasib,* &c. Ecce qui temporibus Eliasib. Per hæc ergo patet, inter Iosue & Eliasib intercessisse tantum vnum summum Pontificem, nimirùm Ioacim.

NOTANDVM est deniquè, Iosedec fuisse filium Saraiæ, qui summus erat Pontifex ante Captiuitatem sub Sedecia: fuisséque translatum in Babyloniam; cúmque Saraias occisus fuerit in ipsamet Captiuitate sub Sedecia, fuisse quoq; summum Pontificem durante captiuitate prædictā; cui demùm Iosue filius suus successerit in Pontificatu, circiter annò primò Cyri; proindè tres tantùm extitisse Pontifices à Captiuitate sub Sedecia, ad annum Longimani vigesimum, videlicet, Iosedec, Iosue, & Ioacim; consequenter duos tantum à solutione Captiuitatis annô Cyri primô, ad eundem annum Longimani vigesimum, videlicet, Iosue, & Ioacim. Ostēditur. Nā 1. Par. 6. vers. 14. *Saraia genuit Iosedec.* vers. 15. *Porro Iosedec egressus est, quandó transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manū Nabuchodonosor.* Postrema hæc videntur intelligenda de Captiuitate sub Sedecia, secundum ea quæ narrantur 4. Reg. 25. præsertim autem, prout mox dicetur, quoniam tunc Saraias fuit occisus. Sed siue Iosedec trāslatus fuerit tunc, siue etiam sub Iechonia, satis est, quòd ipse fuit & filius Saraiæ, & translatus in Babylonem. Porrò fuisse Saraiam summum Pontificem occisum in ipsamet Captiuitate Sedeciæ patet 4. Reg. 25. vers. 18. *Tulit quoque princeps militiæ Saraim* (hic vel legendum esse Saraiam, vel potius Saraim eundem esse qui Saraias, patet ex versione S. Hieronymi habente *Saraiam*, & ex 1. Esdr. 7. vers. 1. & confirmatur est ex Interpr. Sept. & Chald. & denique ex 1. Par. 6. vers. 14. & 4. Esd. 1. vers. 1. *Sacerdotē primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores,* &c. vers. 20. *Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.* vers. 21. *Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath,* &c. Cum ergò Iosue filius eius fuerit summus Pontifex, in reditu (vel circiter) a captiuitate, prout manifestum est ex 1. Esdræ 2. vers. 2. 3. vers. 2. & 8. ac sæpissimè deinceps in omnibus libris Esdræ, necnon in Libris Aggæ. cap. 1. vers. 2. 12. & 14. 2. vers. .. & 5. & Zachar. 3. a vers. 1. consequens est Iosedec ipsum patrem eius fuisse summum Pontificem durante captiuitate. Consequenter Iosue filium suum ei successisse circiter annô primo Cyri. Nā vbicūq ferè memoratur Iosue, semper dicitur filius Iosedec, & nullus alius Pontifex, præter istos pro temporibus illis in Scriptura memoratur. Denique cōsequens est tres tantùm extitisse Pontifices a Captiuitate sub Sedecia ad vigesimum annum Longimani: duósque tantum ab eadem Captiuitate soluta, siue ab anno primo (vel circiter) Cyri, ad eundem annū Longimani vigesimum. Postrema hæc patent ex dictis suprà de Pontificibus à Captiuitate, déque Iosue Pontifice à circiter illa soluta.

His notatis, argumentum deduci potest multipliciter. Imprimis si Iosedec fuit summus Pontifex à Captiuitate sub Sedecia, vsque ad annum vel circiter primum Cyri quô Iosue filius suus ei successit: functus fuerit Pontificatu per annos circiter 70. Deinde, si tres tantùm extiterunt à Captiuitate sub Sedecia, ad annum Longimani vigesimum, videlicet, Iosedec, Iosue, & Ioacim: functi fuerint officio Pontificis per spatium annorum 186. 184. ad minùs 162. vel 160. qui reperiuntur ab illa Captiuitate ad annum. vigesimum Longimani. Denique si duo tantùm extiterunt ab anno primo vel circiter Cyri, videlicet, Iosue & Ioacim: hi fūcti fuerint officiò Pontificis, per spatium annorum, secundùm communiorem opinionem de 230. Persicis, 116. vel ad minus 114. Quis autem credat hæc de Pontificibus illis?

AD SECVNDAM Partem istius Obiectionis, Respondet Pererius in Dan. 11. pag. 673. fin. non esse verissimile inter Iosue & Eliasib vnum tantummodò Pontificem Ioacim, in spatiò 180. annorum (dicendum secundùm eum 186.) intercessisse. Cùm inter Eliasib, & Ieddoa, siue Iadduon, qui tempore Alexandri Magni pontificatum gessit, interfuerint duo Pontifices, Ioiada & Ioathan, in 150 annos. Sic Pererius. Scilicet dicitur Nehem. 12. vers. 21. *Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanam, & Ieddoa, scripti principes familiarum & Sacerdotes in regno Darij Persæ.* Ecce Ioiadam & Iohanam inter Eliasib & Iaddum. Ad.. potest videri quendam alium filium Eliasib, nomine Ionathan, etiam fuisse summum Pontificem Nam vers. 23. *Filij Leui principes familiarum scripti in libro verborum dierum, & vsque ad dies Ionathan filij Eliasib* Respons.

hæc

Ex hac autem Responsione notum est pari modò solui posse reliquas partes Obiectionis, dicendo similiter, aliquem intercessisse inter Iosedec & Iosuë.

Reiicitur.

VERVM hæc Responsio non est admittenda. Quia gratis & absque fundamento, vel Scripturæ sacræ, vel alicuius authoritatis idoneæ proponitur. Siquidē tàm Scriptura sacra quàm Iosephus 11. Antiq. & Eusebius 8. Demonstr. recensent tantummodò Pontifices istos & non plus. Vndè potiùs ex his conuincitur, nullum alium Pontificem, inter Iosuè & Eliasib interfuisse præter Ioacim. Nam quarè non alios æquè, vel Scriptura sacra, vel authores alij, memorassent inter Iosue & Eliasib, ac istos quos memorant inter Eliasib & Iaddum? Porrò Ionathan ille qui dicitur vs. 24. non est alius ex Ioseph. à Iohanan, qui vers. 22. sed vnus idémque esse diuersô nomine vocatus. At esto diuersus fuerit, esto duo vel tres extiterint inter Eliasib & Iaddum, per spatium annorum qui dicuntur 50. quid mirum? cùm alij possint aliis per pauciores annos sicut econtrà quidam per plures præ aliis remanere superstites. Atque ita Iosephus lib. 11. cap. 6. & 7. testatur, post Eliasib, quem vixisse facit ad vsque finem Artaxerxis mariti Esther, breui mortuum, filium eius Ioiadam (quem Iudam appellat) : rursùmque breui filium Ioiadæ Ioannem occisum fuisse per fratrem suum nomine Iesum, ad hoc vt Pontificatum obtineret à Duce Bagose : huic consequenter cap. 8. successisse Iaddum, quó tempore cap. 9. Philippus Macedo fuit interemptus : consequenter Alexander Magnus, eius regno suffectus: rursùm denique Iaddum esse mortuum eódem circiter tempore quô Alexander, annis videlicet abinde circiter 6. Quare confirmatur hinc Refutatio : videlicet, non ergò tot annos intercessisse, quot dicuntur inter solutionem Captiuitatis, & annum vigesimum Longimani. Quòd si non extiterunt anni tot, inter anteriores illos terminos: idem consequetur posse dici, de annis qui communiter numerantur inter posteriores terminos, à Longimano ad Pōtificem Iaddū, siue à Longimano ad Alexandrum Magnum, vel, vt de regibus Persarum sermo sit, a Lōgimano ad Darium Codomanū Persarum regem vltimū.

QVOD SI dixeris, illa verba *Iosue genuit Ioacim*, vel illa *Ioacim genuit Eliasib*, exponi posse de generatione per intermedios aliquos, sicut in genealogia Saluatoris, ista verba Matt. 1. vers. 8. *Ioram autem genuit Oziam*, quæ cōstat ex libris Reg. & Paral. significare per intermedios Ochosiam, Ioas, & Amasiam, similiáque passim in Scripturis.

RESPONDEBITVR. Hoc ipsum esse quod dicitur asseri gratis & sine fundamento. Quod enim Ioram aut similes exponantur genuisse per aliquos intermedios, habetur vel ex Scripturis sacris, vel ex aliis authoritatibus idoneis, sicut notatum fuit sæpissimè suis locis. At verò quòd idem prætendatur de Iosuë, vel de Ioacim, ex nullo simili principio proponitur: principia potiùs contraria manifesta sunt, tam apud Scripturam sacram, quàm apud Iosephum, Eusebiū, & alios locis allatis suprà. Et per hæc patet quid dicendum ad solutiones aliarum partiū Obiectionis conformes huic solutioni Pererij.

2. Respon.

RESPONDEBVNT alij. Nihil in his repugnans inueniri, dummodò non ponantur anni Cyri post captam Babylonem, vel in Imperio Babylonico, plūs quàm 6. Tunc enim repugnans non fore Iosedec Pontificatum gessisse per annos 70. vel circiter. Atque ita Genebrardus tot ei tribuit. Item, & consequenter repugnans nun fore tres Pontifices officiò functos esse per annos 160. Quilibet enim agere potuerit in eo circiter annos 55. Denique, neque repugnans fore duos eô functos esse per annos 92. Quilibet enim agere potuerit in eo 46. annos.

Equidem propter hanc Responsionem, non proposuimus Obiectionem istam, tanquàm valide refutantem omnes Sententias, sub ista capitali comprehensas.

Nihilominus Facit illa contrà Sententiam quæ Cyro tribuit annos in Imperio Babylonico, non 6. tantummodò, sed 30.

Videbitur autem alicui nec immeritò, contrà Sententias istas facere, Quòd Iosephus 11. Antiq. cap. 5. init. dicat, defunctô Dariô (Hystaspe) successisse Xerxē filium, &c. hôc autem regnante Pontificem fuisse Ioacimum Iosuë filium. Vbi tamen memoretur eum sumpsisse Xerxē pro Artaxerxe Lōgimano: vel certè tribuisse Xerxi tanquā cum filio regnāte, ea quę tribuūtur ipsi Longimano. Ex his autem & antecedentibus colligi, vel extunc iātùm, videlicet temporibus Longimani, vel circiter extunc Ioacimum fuisse Pontificem. Hôc positô, cùm Iusuè fuisset pontifex à tempore Cyri, vel etiam paulo antè: profectò sequetur ipsum fuisse functum Pōtificatu plus minùs 110. annis secundùm communiorem opinionem de 30. Cyro tribuendis in Imperio Babylonico, secundùm aliam autem de 6. tantùm ei tribuendis plus minus 90. quod excedere videtur omnem fidem.

Respondebit aliquis, vel Ioacimum iam ante defunctum Darium extitisse Pontificem. vel Iosephum in hoc non esse fide dignum, quippe qui sicut hallucinatus fuerit in dicendo Xerxem fuisse regem illum qui misit Esdram in Ierusalem 1. Esdr. 7. sic hallucinari potuerit in dicendo Ioacimum fuisse Pontificem temporibus illius regis.

At Ioacimum iam antè defunctum Darium, fuisse Pontificem, saltem pluribus annis, non colligitur ex Iosepho, sed potius contrarium. Iosephum autem in hoc fuisse hallucinatum, vel non est probabile, vel nihil facit ad solutionem obiectionis. Nam Xerxes fuerit rex quando Ioacimus extitit Pontifex, vtique Ioacimus functus fuerit officiô plus adhuc quàm 100. aut saltem plus 80. annis. Longimanus autem fuerit ille rex, quem hallucinatus Iosephus dixerit Xerxem, Obiectio manet in suo vigore.

Iudicet Lector de postrema hac Obiectionis parte. Certè valet apud nos in aliquo contra Sententiam istam Capitalem, saltem in genere probabilitatis: & omninò contra Sententiam tribuentem Cyro 30. annos in Imperio Babylonico, nec annos plus ætati hominis quam circiter 120. de qua re mox sub Refutatione sequenti. Sed de hoc etiam infra sub 2. Sententia. Interim ergò

Reiicitur 1. Sent. CONTRA HANC SENTENTIAM, sed & contrà Sententias omnes, quæ tribuunt Monarchiæ Persicæ plures annos, quàm rationabiliter conueniat ætati hominis vnius illius tempestatis, Faciunt

1. I. saltem ad hominem, Obiicitque plurima Genebrardus lib. 2, à pag. 260. sin quæ petita dici possunt partim à Ducibus Iudæorum. *Esdras*, inquit Genebrardus, vidit duo Monarchiæ Persicæ extrema, nempè Cyrum Babyloniæ euersorem, & Iaddum, sub quo vltimus Darius, & Alexander Persicæ labefactator, 2. Esdr. 13. (legendum 12.). Et paulò antè. *Nehemias* qui fuit è reducibus (sub Cyro) peruenit ad pontificem Iaddum, Nehem. 13. (legendum 12.) quem indubitatum est occurrisse Alexandro, eique de Dario promisisse victoriam, demonstratô oraculô, quod Daniel cap. 8. tradiderat. Et inter hæc. Vndè quidam verissimile putant Nehemiam & Esdram, huiuscemodi ingressui Alexandri in Ierosolymam interfuisse. Et pag. 261. post init. *Esdras, Nehemias, Mardochæus*, qui res gerebant sub Cyro, Assuero, Dario Longimano, & Artaxerxe tertio, peruenerunt ad sæculum Iaddi, & Alexandri Magni, atque hæc omnia sacris codicibus indicarunt, quæ [illegible] conciliare voluerunt cum profanis, vt Philo, Lylo, Lyranus, coacti sunt dicere, Mardochæum 38. annis superasse ætatem Isaac, ducentesimum attigisse. Hæc ibi. Confirmat aliquomodò pag. 188. post med. ab authoritate R. Abrahami in Cabala. Tempore, inquit, quô Alexander Macedo Ierosolymam adiit, moriuntur *Esdras, Zacharias, Aggæus & Malachias* prophetæ omnium p[illegible]emi. Ibidem R. Abraham. Vide alias obiectiones, quas habet locô priori, seu pag. 261. Addi possunt aliæ de quibusdam superstitibus à Cyri temporibus, cum Nehemias regeret annô vigesimô Longimani 2. Esdr. 1 Item, a quodam duce *Sanaballat*, ab ante tempora Longimani superstite, cùm Monarchia Persica desiit. Notari etiam potest, inter alias quas habet Genebrardus locô citatô, hanc quam de *Demosthene* subiicit istis verbis: Quia, ipse *Demosthenes* discipulus Socratis & Thucydidis, quos sub Longimano vixisse docuimus, non modò vidit Alexandrum, sed & post eum, & quidem non admodum senex, mortuus est. Hæc ille. Porrò de Demosthene videri potest Plutarchus in eo, vbi tamen non habentur ea, sed neque concedent vlli, quæ de discipulatu sub Socrate & Thucydide profert ibi Genebrardus. Cæterum

VT HÆC, vel saltem præcipua, quæ dicit nec satis demonstrat Genebrardus, & intelligantur, & probentur

IMPRIMIS aduertendum est, asseri posse *Esdram* extitisse iam à temporibus *Cyri*. Probari potest nonnihil ex lib. 1. Esdr. 7. quatenùs inter ascendentes sub Artaxerxe, quem ibi Longimanum esse diximus, memoratur *Esdras*, & in Lege Dei Scriba doctus describitur. Per hoc enim supponitur extitisse iam longè antè (non enim solebant esse scribæ, siue populum docentes de lege, quin essent ætate prouecti) proindè non improbabiliter extitisse iam sub Cyro. Probatur autem expressiùs ex 2. Esdr. 12. à vers. 1. *Hi sunt autem sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel, filio Salatiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras,* &c. vtique temporibus Cyri, proùt expressissimè patet de Zorobabel & Iosue 1. Esdr. 2. à vers. 1. Et postquàm dictum est ibidem 2. Esdr. 12. vers. 10. *Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim Eliasib*, &c. subditur vers. 12. *In diebus autem Ioacim erant sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania:* vers. 13. *Esdræ, Mosollam:* &c. At neque solum Esdram extitisse iam à temporibus Cyri: verumetiam *antè Cyrum* pluribus annis, Probatur ex 4. Esdræ 3. vers. 1. *Anno tricesimo ruinæ ciuitatis, eram in Babylone,* &c. & vers. 29. *Et delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno,* &c. Tunc autem non minor erat Esdras annis 30. vel circiter, spectatis iis, quæ narrantur de ipso per totum illum librum, vt per cæteros Libros Esdræ titulis insignitos. Porrò Esdram istum vnum & eundem esse, de quo mentio fit 1. Esdr. 7. & deinceps, indè potest côtendi, quòd vnica eadémque eius genealogia tradatur 4. Esdr. 1. à vers. 1. quæ 1. Esdr. 7. à vers. 1. & 3. Esdr. 8. à vers. 1. Sic enim scribitur 1. Esdr. 7. à vers. 1.

*P.i hæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Persarum Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ*, vers. 2. *filij Sellum, filij Sadoch, filij Achitob*, vers. 3. *filij Amariæ, filij Azariæ, filij Marmoth*, vers. 4. *filij Zarahiæ, filij Ozi, filij Bocci*, vers. 5. *filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron.* Sic autem 4. Esdr. 1. à vers. 1. *Liber Esdræ Prophetæ secundus, filij Saræi, filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoc, filij Achitob*, vers. 2. *filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiel, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ filij Borith, filij Abisæi, filij Phinees, filij Eleazar*, vers. 3. *filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum.* Similia vide 3. Esdræ 8. à vers. 1. Nec obstat quòd in lib. 4. multa nomina varientur, quantùm ad pronuntiationem. Hoc enim solitum est Editioni Græcæ Septuaginta Interpretum, prout similia videre passim est, & notanter in ipsamet Genealogia Saluatoris apud S. Lucam cap. 3. Non item quòd in eodem libro nonnulla non solum varientur quoad pronuntiationem, sed totaliter etiam quoad vocem. Nam & similia Scripturis ipsis canonicis passim sunt solita. Sed & in singulari similia pro hàc Genealogia, videre est 3. Esdr. à vers. 1. vbi cum hæc eadem Genealogia recensetur, immutantur penitùs quædam nomina; quia videlicet solitum est apud Hebræos in libris canonicis & non canonicis, vni eidémque personæ diuersa conuenisse nomina. Non denique quod in eodem libro plures inserantur personæ, suprà personas habitas in lib. 1. Hoc enim solitum est ipsimet Scripturæ canonicæ, pluribus in locis, prout videre est in libro 1. Paralipomenon ad libros Moysis comparato: notanter autem simile visum fuit in ipsamet Genealogia Saluatoris, de 2. Cainan apud eundem S. Lucam eodem cap. 3. necnon priùs apud eosdem Septuaginta Interpretes. Sed hæc omnia, vel eorum præcipua, videre est in ipsamet sola Genealogia *Saraiæ* patris Esdræ, prout ordine rectò traditur 1. Paralipomenon 6. à vers. 3. *Filij Aaron* (fuerunt supple: *Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar.* vers. 4. *Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue*, vers. 5. *Abisue vero genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi*, vers. 6. *Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth.* vers. 7. *Porro Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob* vers. 8. *Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas*, vers. 9. *Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan* vers. 10. *Iohanan genuit Azariam. ipse est qui sacerdotio functus est in domo quam ædificauit Salomon in Ierusalem.* vers. 11. *Genuit*

A *autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob*, vers. 12. *Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum*, vers. 13. *Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam*, vers. 14. *Azarias genuit Saraiam*, &c. Confer hæc cum 1. Esdr. 7. à vers. 1. & 3. Esdr. 8. à vers. 1. & 4. Esdr. 1. à vers. 1. & omnia, vel præcipua, quæ diximus, videbis in hac vnica eadem genealogia præstati 1. Paralipomenon 6. summariè verò per hanc genealogiam obiter ac omninò confirmari, Esdram de quo tractamus, vnicum & eundem esse cum eo de quo fit mentio 4. Esdr. 1. B Quintò cùm 4. Esdr. 1. plures in illa genealogia reponantur personæ, quàm 1. Esdr. 7. & 3. Esdr. 8. credibile multum fieri, librum illum Esdr. 4. priùs fuisse compositum, quàm primum & tertium: vel certè tertium & quartum, priùs quàm primum atque secundum. Nam & inde venit quòd tertius Esdræ primum numerò habeat locum apud Græcos, prout aduertunt Genebrardus pag. 181. & Bellarminus Lib. 1. De verbo Dei, cap. 20. Sed quidquid de his sit, *Esdram* de quo mentio C fit lib. 1. cap. 7. & lib. 3. cap. 8. ac deinceps, extitisse iam à temporibus *antè Cyrum*, & præcisè vel iam antè desolationem Ierusalem, vel ad minùs in ipsa desolatione natum, aut conceptum, probatur sufficienter ex 4. Reg. 25. à vers. 12. & Ierem. 52. à vers. 24. *Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores*, &c. Reg. vers. 20. & Ierem. vers. 26. *Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.* Reg. vers. 21. & D Ierem. vers. 27. *Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha, in terra Emath.* Ecce Saraiam summum sacerdotem de stirpe Aaron, occisum in captiuitate sub Sedecia, siue in desolatione Ierusalem. Atqui 1. Esdr. 7. (& 4. Esdr. 1. sed & 3. Esdr. 8. quatenùs eadem in eo genealogia deducitur) Esdras fuit filius Saraiæ illius. Ergò natus erat, vel ad minùs conceptus, tempore desolationis. Non enim Saraias occisus illô tempore, potuit Esdram posteriori tempore gignere. Confir- E matur. Nam æque 1. Par. 6. vers. 14. *Saraias genuit Iosedec*, vers. 15. *Porro Iosedec egressus est quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.* Sicut ergò Iosedec, filius Saraiæ, ductus est in captiuitatem: ità par est Esdram filium eiusdem Saraiæ, ductum fuisse similiter in captiuitatem. Hic autem post captiuitatem fuit dux diúque viuens ex Libris omnibus Esdræ.

DEINDE aduertendum est, asseri pos-

se similiter, *Nehemiam* extitisse temporibus *Cyri*. Nam 1. Esdr. 2. vers. 2. & 2. Esdr. 7. vers. 7. & 3. Esdr. 5. vers. 8. inter ascendentes sub Cyro nominatur *Nehemias*. Hunc autem supponi per Genebrardum, sed & asseri pag. 250. prope med. & pag. 261. med. vnum eundémque esse, qui conscripsit Librum titulô Nehemias, seu titulô Liber 2. Esdr. (canonicus): vnum item eundémque qui Dux fuit Iudæorum immediatè post Zorobabelem, atque adeò cum quo Zorobabele redux fuerit sub Cyro. Huic iungi possunt alij plurimi, qui, sicut ipse, reduces fuerint sub Cyro, superstites quoque fuerint cum eodem Nehemia temporibus Longimani, sed de his expressius infrà sub Responsione quæ fiet quantùm ad Nehemiam.

INSVPER aduertendum est, asseri etiã posse *Mardochæum* extitisse temporibus *Cyri*. Nam ibidem 1. Esdr. 2. vers. 2. & 2. Esdr. 7. vers. 7. & 3. Esdr. 5. vers. 8. inter eosdem ascendentes sub Cyro reponitur *Mardochai*, seu prout expresse pronuntiatur 2. Esdr. 7. & 3. Esdr. 5. *Mardochæus*. Hunc autem supponi per Genebrardum, vnum eundémque esse, de quo toties mentio fit in libro Esther ferè toto, proindéque iuxtà communiorem sententiam temporibus Artaxerxis cognomentô Mnemonis. Quod confirmare est ex Iosepho, qui lib. 11. cap. 4. memorans Mardochæum vnum ex reducibus primariis cum Zorobabele sub Cyro: rursúmque cap. 6. Mardochæum patruum Esther, nullam inter eos indicat differentiam, potius posteriori locô dicens eum fuisse vnum ex Iudæis primatem, subindicat eum vnum eundémque esse qui redux fuerat tanquàm vnus etiam è primariis cum Zorobabele sub Cyro. Quinimò videri poterit alicui hunc vnum eundémque Mardochæum, de quo mentio fit in lib. Esther extitisse iam a temporibus captiuitatis Iechoniæ. Quia Esther 2. vers. 5. *Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulô Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Gemini*, vers. 6. *qui translatus fuerat de Ierusalem, eô tempore, quô Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat*, vers. 7. *qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther*: &c. Et cap. 11. à vers. 2. *Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somnium Mardochæus filius Iairi, filij Semei, filij Cis, de tribu Beniamin*: vers. 3. *homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ*. vers. 4. *Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem, cum Iechonia rege Iuda: & hoc eius somnium fuit*, &c. In his enim locis expresse tradi *Mardochæum* extitisse iam à temporibus *Ie-*

A *choniæ*, videtur ita manifestum, vt vix vlli dubio relinquatur locus. Nam illa verba cap. 2. *qui translatus fuerat* referri non ad Cis, sed ad Mardochæum, videtur manifestum, saltem ex rigore litteræ, siue seriei textus. Quod maxime verum est, si, prout volunt plurimi, per illum Cis intelligitur idem qui pater fuit Saulis, prætermissis videlicet hôc locô cæteris Mardochæi maioribus inter Semei, & Cis. Illa quoque cap. 11. *erat autem de eo numero captiuorum*, referri non ad *Cis*, sed ad *Mardochæum*, in palam est. Vnde con-
B firmatur omnino prior locus, de Mardochæo, non de Cis intelligendus. Veruntamen quia de his locis agetur expresse sub Obiectionibus contra 2. Sententiam, vel contra 3. Modum eius: propterea pleniùs ea deducere hic supersedemus. Interim solutiones quas adhibent illis communiter, negare non poterit Genebrardus. Nam æque pugnarent hæc cum eius sententia. Siquidem durationem Monarchiæ Persicæ facit annorum 147. Quibus si iungas 70. Captiuitatis, quam computat à Iechonia,
C facies 217. Interim & nus concedamus solutiones illas esse validas, nimirum illa verba, cap. 2. *qui translatus fuerat*, & illa cap. 11. *Erat autem de eo numero captiuorum*, &c. intelligenda esse non actu, sed virtute in patribus: sanè si Mardochæus fuit idem qui redux sub Cyro: redit semper eadem probatio. Nam à Cyri temporibus ad tempora (secundùm opinionem communiorem) Mnemonis, annum eius ad minùs duodecimum Esther 13. vers. 7. sunt anni plus quàm conceduntur ætatis vnius hominis sub illis
D temporibus, nempe 30. vel 6. Cyri, 8. Cambysis, 36. Darij Hysdaspis, 22. vel 20. Xerxis, 40. Longimani, & 12. Mnemonis, qui faciunt 167. 165. ad minùs 143. vel 141. quibus addendi sunt anni quos natus erat quando rediit sub Cyro.

AMPLIVS aduertendum, cùm dicitur 2. Esdr. 2. vers. 22. *Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa, scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ*: per *Ieddoam* istum, Iosephum lib. 11. Antiq. cap. 7. & 8. Eusebium Demonstr. E-
E uang. lib. 8. S. Hieronymum in Dan. & post eos, recentiores omnes, intelligere pontificem *Iaddum*, quem occurrisse tradũt idem Iosephus & alij Alexandro Magno; consequenter per *Darium* illum Persam, intelligere Darium vltimum, seu *Darium Codomannum*, quem Alexander Magnus deuicit. Hoc probauit aliis argumentis Scaliger supra sub vltimo Rege Persarum.

RVRSVS aduertendum, *Esdram* qui dictus fuit extitisse tùm *temporibus Cyri*, tum etiam *anterioribus*, & ab ipsamet vrbis *desolatione*, fuisse quoque superstitẽ tẽporibus *Artaxerxis*,

quem communiter volunt, *Longimanum*, singulariter autem Scaliger & Caluisius, *Mnemonem*. Et quidem imprimis, *annò septimo* regni eius. Sed & *etiam* annò regni eiusdem *vigesimò*, vel longè *plùs*. Nam quoad annum *septimum* Artaxerxis illius, Esdras sæpè nominatur in libro 1. Esdræ, v. g. cap. 7. vers. 1. 6. 10. 11. 12. 21. 25. deniquè reliquò librò totò *post memoratum* annum eius *septimum* eòdem cap. 7. vers. 7. & 8. quibus similia videri possunt 3. Esdr. à cap. 8. Quoad annum *vigesimum* vel longè *plùs* eiusdem Artaxerxis, Esdras etiam sæpè nominatur in libro Nehemiæ, siue secundo Esdræ, v. g. cap. 8. vers. 1. 2. 4. 5. 6. 9. & 13. & cap. 12. vers. 1. 13. 26. 33. & 35. *post memoratum* annum eius *vigesimum* cap. 2. vers. 1. Sed & videtur asseri posse non improbabiliter, *Esdram* superstitem fuisse temporibus *vltimi Darij*, qui memoratur eodem librò Nehemiæ, siue librò secundò Esdræ. Nam *postquam* Darius ille *pronuntiatus* fuit cap. 12. vers. 22. dicitur vers. 26. *& in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque*, &c. & vers. 35. *& Esdras scriba ante eos in porta Fontis*, &c. Deniquè, probantur hæc ex eo quòd vnus idémque ille Esdras, qui scriptor extitit libri primi nomine suò insigniti, censetur etiam scriptor libri Nehemiæ, siue libri secundi nomine quoque suò insigniti. Nam si Esdras scripsit librum illum, & in eo memorauit Darium vltimum: vtique manifestum relinquitur, Esdram vixisse temporibus illius Darij. Sed esto, non fuerit Esdras scriptor illius libri, verùm solus Nehemias: attamen Nehemiam scripsisse Librum illum adhuc Esdrâ secum viuente, videri potest ex eodem toto libro, præsertim ex cap. 12. vbi tàm antè quam post pronuntiatum Darium illum, memoratur Esdras, & socius Nehemiæ describitur, ipse videlicet Esdras in spiritualibus, sicut Nehemias in temporalibus. Proindè per Genebrardum rursùm intelligi, tùm *Esdram* illum, qui 1. Esdr. 7. & idem qui 4. Esdr. 1. tùm *Nehemiam* illum, eosdem esse qui reduces fuerunt *sub Cyro* 1. Esdr. 2. 2. Esdr 7. & 3. Esdr. 5. tùm demùm vtrumque vixisse temporibus *Darij Codomani*. Consequenter *Mardochæum*, & secundū historiā, etiam verò profanam, ad illa tempora non longiùs accessisse: & secundùm Genebrardum, qui Darium Ochum & Darium Arsem seorsim à Mnemone regnasse non vult, omninò temporibus illis extitisse. Quod etiam verum habet in eorum sententia, qui Darium siue Artaxerxem Ochum volunt esse Assuerum siue Artaxerxem libri Esther, vt Torniellus, & alij.

Itaquè hæc omnia supponit Genebrardus, tanquàm vel ex Scripturis sacris (sacros etiam vult libros 3. & 4. Esdræ) vel apud omnes nota.

HIS autem suppositis, concludit, aut concludere vult idem Genebrardus, si valeret eorum sententia, qui Monarchiam Persicam faciunt annorum plùs quàm ætati hominis vnius temporum illorum conuenit, tres istos homines, *Esdram, Nehemiam, & Mardochæum*, vixisse suprà quàm sit credibile, vel etiam Scripturis sacris conforme. Quò referri posset id, quod in simili referebat suprà Peterius, de hominum ætatibus, ab ipsis temporibus Dauidis longè his anterioribus, quas testatur ipse Dauid in potentatibus ampliùs non esse quàm annos 80. vel si quid ampliùs, nonnisi laborem & dolorem Psal. 89. Sed hòc etiam prætermissò, nec de omnibus omninò singularibus intellectò: sanè computatis 70. Captiuitatis annis ab vrbis desolatione, iisdémque distributis Persarum Regibus secundùm communiorem sententiam, vixisset Esdras circiter 300. annis. Siquidem 70. Captiuitatis, & 230. Monarchiæ Persicæ tot efficiunt. Computatis autem 70. Captiuitatis à Iechonia, vixisset adhuc circiter 289. Diminutis 24. in Cyro, & computatis 70. Captiuitatis à Sedecia, vixisset circiter 276. Diminutis iisdem 24. & computatis 70. Captiuitatis à Iechonia vixisset circiter 265. Consequenter ab initio Captiuitatis ad septimum Longimani, circiter 171. vel 160. 147. vel 136. Ad vigesimum Longimani, 184. vel 173. 160. vel 149. Aliter: à trigesimo ruinæ ciuitatis, computa reliquos 40. Captiuitatis, & ad minus in opinione de 70. non à Sedecia, sed à Iechonia computandis, reliquos 29. Iunge Cyri 30. secundum communiorem opinionem: ad minus autem 6. secundùm aliam: Cambysis 8. Darij Hysdaspis 36. Xerxis 20. vel etiam secundùm alios 21. aut 22. Artabani 7. menses: Longimani 40. vel secundum alios 44. annos: Xerxis secundi 2. menses: Sogdiani 7. Darij Nothi 19. annos: Artaxerxis Mnemonis 40. Artaxerxis seu Darij Ochi 26. Arsis 4. Quibus addendi quos natus erat Esdras tunc in anno trigesimo ruinę ciuitatis, quandò Deus reuelatus est ei, proindè 30. 40. vel ad minùs, si non plùs, 20. Hi facerent, vel suprà 305. vel suprà 295. vel ad minùs 254. Quòd si non placeret, Esdram illum, qui traditur 4. Esdræ 1. & 3. vnicum eundémque esse, qui 1. Esdr. 7. & neque ipsum extitisse iam ab vrbis desolatione: sed tamē extitisse sub Cyro, vel etiam incœpisse viuere sub illo: reperirētur adhuc 236. & ad minùs 205. aut circiter. Quòd si

nec placeret eum extitiſſe tempore Cyri: colligantur à ſeptimo Longimani, reliqui ex 40. quos communius regnaſſe dicitur, videlicet 34. Xerxis ſecundi & Sogdiani circiter 1. Darij Nothi 19. Artaxerxis Mnemonis 40. vel 44. Artaxerxis Ochi 26. vel 23. Arſis 3. vel 4. & Codomani 6. reperirentur quidem in iſtis circiter 130. tantum, vel etiam 124. ſolummodò, ſi non placet annos Codomani recenſere, quibus totis non eſt certum an illi vixerint. At etiam eſſent eis addendi, quos natus erat Eſdras, temporibus illis Longimani, non minores certè quàm 30. ſed probabiliter plùs, & ſaltem 40. quos cenſet Torniellus annô 3610. num. 25. (vitiosè notatô 26.) cum Dux eſſet Legis, & aſcendentis, vt ſic, tunc reliquæ captiuitatis. Ergò temporibus Darij Codomani, ſeu pontificis Iaddi, natus fuiſſet Eſdras annus 170. vel 164. & ad minùs circiter 150. vel 144. Cæterùm ſecundùm Scripturæ rigorem, & communiorem de Regibus Perſicis opinionem, natus fuiſſet, vt dictum eſt, annos circiter 300. miſſis etiam factis 4. quos addunt aliqui Longimano, ſimilibúſque 4. quos alij Mnemoni. Hoc autem vel vnicum, ſufficit aduersùs iſtam Sententiam capitalem.

His iunge ſimile quoddam de *Sanaballat*, præfecto Syriæ pro Longimano, partim apud 2. Eſdr. partim apud Ioſephum. Nam 2. Eſdr. 2. verſ. 10. *Et audierunt Sanaballat Oronites*, &c. cap. 4. verſ. 1. *Factum eſt autem cum audiſſet Sanaballat quòd ædificaremus murum*, &c. verſ. 7. *Factum eſt autem cùm audiſſet Sanaballat, & Tobias, & Arabes, Ammonitæ, & Azotij, quod obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalem*, &c. cap. 6. verſ. 1. *Factum eſt autem cùm audiſſet Sanaballat, & Tobias, & Goſſen Arabs, & cæteri inimici noſtri, quod ædificaſſem ego murum*, &c. verſ. 2. *Miſerunt Sanaballat & Goſſen ad me*, &c. verſ. 5. *Et miſit ad me Sanaballat iuxtà verbum prius*, &c. vide verſ. 12. & 14. denique cap. 13. verſ. 28. *De filiis autem Ioiada, filij Eliaſib ſacerdotis magni, gener erat Sanaballat Oronites, quem fugaui à me.* Apud Ioſephum autem lib. 11. Antiq. cap. 7. Sanaballat, ſiue *Sanaballetes*, dat filiam ſuam nomine Nicaſu, vxorem *Manaſſi fratri* pontificis *Iaddi*, & hoc ſub Dario (quem ibi Codomanum conſtat) circùm initia regni eius, vt colligere eſt ex Ioſepho, & aliis hiſtoricis, túncque ſenior, vt idem Ioſephus ait: & cap. 8. viuit ſub *Alexandro Magno*, moritúrque ſub eodem in expugnatione *Gazæ*, proindè ſub deſtructionem Imperij Perſici: iuxtà Caluiſium autem cap. 40. ſeu pag. 170. ſub *annum quintum* Darij *Codomani*. Computa reliquos 20. Longimani, totos 19. Nothi, 40. Mnemonis, 26. Ochi, 4. Arſis, & 5. vel 6. Codomani. His adde quos vixerat Sanaballat, quandò præpoſitus fuit regionibus Syriæ & Idumeæ, pro Longimano, proptereà non minores faciendos quam circiter 40. Vixiſſet igitur Sanaballat annos circiter 154. vel ad minùs circiter 150. An autem hoc conuincat aduersùs eos qui non denegant tàm annoſam ætatem, & præſertim ad obeunda tanta munia, hominibus illius ætatis, videbitur ſub 2. Sententia. Sufficit interim quòd conuincat ſaltem ad hominem apud authores iſtius ſententiæ recentiores & præcipuos.

AD HANC OBIECTIONEM, ſiue etiam refutationem primam, Reſponderi quædam poſſunt, quę hôc ordine viſa ſunt nobis proponenda. Videlicet

Ad 1. Refutat. Reſponſ.

QVANTVM AD ESDRAM, non vnum eundémque illum eſſe, qui traditur 4. Eſdr. 1. & 3. & illum qui 1. Eſdr. 7. ac deinceps. Neque quòd tradatur vna eadémque genealogia 4. Eſdr. 1. verſ. 1. vim habere aliquam; quoniam credibile eſt compoſitorem illius Libri 4. vel aliquem alium pro ipſo, genealogiam illam ad authoris commendationem affinxiſſe. Atque ità Torniellus an. 3476. Credimus, inquit, hunc ab illo eſſe valdè diuerſum, & tertium quartúmque Eſdrę libros, non à vero Eſdra, Libri 1. & fortè etiam 2. (quos conſtat eſſe canonicos) authore, ſed ab aliquo alio fuiſſe conſcriptos, & partim ex canonicis libris, partim ex non canonicis fuiſſe compilatos, falſóque eum nomine Eſdrę edictos: ac diuinâ diſpenſatione factum eſſe, quòd iſte author ſcriptum reliquerit, ſe annô trigeſimô ruinæ ciuitatis, in maximam illam incidiſſe conturbationem, vt vel ſic aliquô modô innoteſceret ipſum non eſſe verum Eſdram, quem eô annô necdum fuiſſe natum, ex his, quæ ſub anno mundi 3616. (legendum 3610.) num. 22. (legendum 25. vitiosè not. 26.) diſputabimus ſatis probabiliter inſerti poterit. Hæc Torniellus.

Quantū ad Eſdram. 1. Reſponſ.

VERVM, iſta Reſponſio, quantùm ad prætenſam illam genealogiæ falſitatem, non eſt admittenda. Quamuis enim authoritas Librorum illorum non ſit canonica: tamen multis de rationibus eſt commendabilis (de quibus nonnulla vide §§. 99. & 102.) & proptereà non ſunt Libris eiuſmodi properanter impingendæ falſitates: pręſertim ob leues quæ de contrario prætenduntur probabilitates, qualis eſt illa de natiuitate Eſdræ: ne dicam, ipſam eſſe de qua nunc controuertitur.

Reiicitur.

Meliùs Reſpōderi videretur, Eſdram iſtū, quamuis vnius eiuſdémque generationis, cuius alter Eſdras: non tamen vnicum

2. Reſponſ.

eundémq; fuisse virum, sed diuersum. Neque hoc inconueniens esset; quoniam permulti sępiùs in scripturis non tantùm vnius eiusdémque stirpis, sed & germani fratres, vnô eodémque nomine fuerint appellati. Confirmari posset I. Quoniàm alter Esdras in aliis suis libris passim vocatur scriba: hic autem in isto libro 4. cap. 1. vers. 1. tantummodò *propheta*. Confirmari posset II. Quoniàm lib. 3. Esdr. cap. 8. à vers. 1. *Et post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras filius Azariæ, filij Helciæ*, &c. vers. 3. *hic Esdras ascendit de Babylonia, cum esset scriba*, &c. ibi mentio fit illius Esdræ sub tertia persona; Librô verò 4. à versu 4. *Et factum est verbum Domini ad me dicens*: &c. ac deinceps, fit sæpius eius mentio sub prima persona. Quod quamuis non ità conuincat, quoniàm & quandóque mentio fit alterius sub prima, & quandóque istius sub tertia; tamen ex frequenti magis istius modo loquendi sub prima, præsertim autem sub nomine proprio, vt cap. 2. vers. 33. *Ego Esdras præceptum accepi à Domino*, &c. vers. 42. *Ego Esdras vidi in monte Sion*, &c. quem alter nullibi seruat, non parùm roborari videtur hæc Responsio.

Reijcitur. Verùm neque Responsio hæc est admittenda. Quia nullum habet in Scriptura sacra, vel authoritate idonea, vestigium aut fundamentum. Potiùs omninò contrariũ: proùt patet ex ipsamet inspectione textuum. Confirmationes autem eius adeò sunt debiles, vt per se concidant, nec egeant refutatione.

3. Respons. ALITER igitur Responderi potest, Ex parte *Natiuitatis Esdræ*, per id quod habet Tornielllus suprà numerô 25. & 26. Vbi tractans, Quô tempore cum nasci, morique contigerit, & consequenter per quot annos vitam traduxerit, hæc habet num. 25. Primò quidem quòd attinet ad tempora ortus sui, si verum esset, quod tradi videtur 1. Esdr. cap. 7. vers. 1. videlicet, ipsum Esdrã fuisse filium Saraiæ, oporteret vtique eundem esse natum, vel saltem in vtero matris conceptum, antè Babylonicam captiuitatem, &c. Vndè consequeretur ipsum Esdram, fuisse posteà 150. annorum, quandò ab Artaxerxe Longimano missus fuit de Perside in Iudæam, vt supputari potest in tabulis. Totidem námque anni (dic circiter; nam propriè sunt tantum 146.) ab initio dictæ captiuitatis ad septimum dicti Artaxerxis annum, inueniuntur. Loquitur ibi Torniellus iuxta sententiam suam de 6 tantùm annis Cyro tribuendis in Imperio Babylonico. secundum alias autem sententias, addendi sunt 24. adeóque Esdræ tribuendi 170. Prosequitur. Verùm quia non videtur tantæ ætatis senex, tàm longo itineri conficiendo, tantóque muneri præstando, vllatenus par esse potuisse: & satis rectè possumus opinari, Scripturam sacram loeô Esdræ citatô, vt aliàs solet, filium pro nepote, aut pronepote more Hebraicô vsurpasse, præsertim cùm videamus ibidem in ipsius Esdræ genealogia alios quoque intermedios fuisse præteritos (dicere poterat & primum prætermissum 3. Esdræ 8. vers. 1.) vt patet conferenti eandem Esdræ genealogiam, quæ ibi sursùm fertur vsque ad Aaron, cum ea, quæ 1. Paralip. cap. 6. à vers. 3. vsque ad 15. ab eodem Aaron deducitur vsque ad pręfatum Saraiam: idcircò multò probabilius credi posse putamus, ipsum Esdram temporibus longè posterioribus ex aliquo dicti Saraiæ filio seu nepote esse natum, putà annô circiter regni Darij Hysdaspis vigesimôquintô, quemadmodùm sub dicto regis anno notatum est, ità vt quandò ab Artaxerxe posteà Esdras in Iudæam missus est, esset annorum circiter 40. Id enim & cum his, quæ ipse antè & post aduentum Nehemiæ in Ierusalem egit, & cum his etiam, quæ numerô proximô dicenda sunt, omninò quadrare comperiemus. num. 26. Neque his obstant, quæ 4. Esdræ in principio 3. capitis traduntur, ex quibus apparet, Esdram annô trigesimô ruinæ ciuitatis, non modò iam natum, sed etiam in ætate virili constitutum. Quia liber ille inter apocryphos computatur, & ab alio Esdra scriptus creditur, quemadmodùm sub anno mundi 3476. ostensum est. Hæc ibi Torniellus.

VERVM neque Responsio hæc est admittenda. Quia nullum habet in Scriptura, vel in aliqua authoritate idonea vestigium aut fundamentum. Quin potiùs habet tàm in Scriptura canonica, quàm in non canonica contrarium. Nam 1. Esdr. 7. v. 1. *Esdras filius Saraiæ*, & 4. Esdræ 1. vers. 1. *liber Esdræ Prophetæ secundus filij Sarei*. Hoc ex solita Scripturæ phrasi filium proximè generatum significat, vbi non aliud ex ea, vel alia authoritate idonea, constat. Et sicut cùm de Iosedec dicitur 1. Par. 6. vers. 14. *Saraias genuit Iosedec*: intelligunt omnes Iosedec filium eius proximum: ità par est cum Esdras dicitur filius eiusdem Saraiæ, hoc intelligi de filio proximo, proindéque fratre Iosedech. Certè propter hoc reiecta fuit similis Responsio Genebrardi, eiúsque sequacium aliquot, in illa graui difficultate de mansione filiorum Israel, in Ægypto, circà generationes Caath & Amram, tanquàm quæ producta fuerit ex diuinatione, non ex Scriptura sacra, vel aliqua idonea authoritate. Nec valet 1. 3. & 4. Esdr. in ipsius Esdræ genealogia, nonnullos intermedios Reijcitur.

fuiſſe prӕteritos, ex 1. Par. 6. à verſ. 3. vel etiam (quod omiſit Torniellus) 3. Eſdr. 8. verſ. 1. Saraiam ipſum fuiſſe prӕteritum, ex 1. Par. 6. 1. Eſdr. 7. & 4. Eſdr. 1. Nam quòd prӕteriti fuerint illi, habetur ex ipſamet Scriptura ſacra. Quòd ergò proximiores aliqui Saraiӕ, ſeu filij vel nepotes eius, prӕteriti non fuerint, indè confirmatur; quia contrarium neque habetur ex illo, vel alio Scripturӕ loco, neque ex alia quadam authoritate idonea. Quinimò quòd 3. Eſdr. 8. verſ. 1. Saraias caput genealogiӕ fuerit prӕtermiſſus, ideò credi factum debet, quia ſatis habebatur alibi, nempè lib. 4. verſ. 1. ſed prӕſertim lib. 1. Par. qui ſcriptus creditur ab eodem Eſdra, vel ſaltem ſcriptus ſtatim à captiuitate ſoluta, propter quӕ ſi quis filius proponendus eſt, tanquàm pro patre poſitus: vtique nullus alius, qui non ſit in aliquo librorum iſtorum manifeſtus.

Quòd ſi replicetur, haberi huius rei fundamentum ſufficiens, vel meliùs, authoritatem idoneam, in hiſtoria profana, quӕ tot reges Perſarum, eorúmque annos tradit, cum quibus compati non poſſit rigor ille verborum Scripturӕ, de filio proximè generato.

Reſpondebitur pro Genebrardo, hoc eſſe remotum nimis, & nimis à longè petitum. Sed neque hanc eſſe authoritatem idoneam, ſi non quantùm ad numerum Regum Perſarum, ſaltem quantùm ad annos eorum; quippè quӕ nitatur vnicô ferè Diodorô Siculo, vel vnicô ferè Cteſiâ, cui nititur Diodorus, quos ſequuti fuerint & poſteriores reliqui (Pauſaniā Cteſiӕ longè poſteriorē, Polybium Pauſaniӕ, ſimiléſue prę termittimus, quoniàm neque tēpora, neque totā Perſarū hiſtoriā exprofeſsò tractarunt, de cӕtero paucӕ vel nullius fidei ſunt) ſed & quos incertos ac fallaces in pluſquàm innumeris eſſe conſtet; quippè qui non ſolùm diſſentiant in multis à longè melioribus & antiquioribus authoribus, quales ſunt Herodotus, Thucydides, & Xenophō: ſed & qui tùm errores infinitos in chronologia, tùm fabulas & mendacia profetant, tum maximè reijciantur in ſingulis ferè paginis ab ipſiſmet recentioribus, ſicut dicetur in ſequentibus, & prӕſertim infrà ſub obiectionibus. Vbi porrò quӕſtio fuerit, quinam authores ſint inuicem prӕferendi, vel etiam aliis potiùs accommodandi, prorſus extrà controuerſiam eſſe, non profanos ſacris, ſed ſacros profanis eſſe prӕferendos, adeóque hos illis, non illos iſtis accommodandos. Atque hinc maximè confirmatur, libros 3. & 4. Eſdrӕ quibuſcumque aliis profanis eſſe prӕponendos. Quamuis enim hi libri Eſdrӕ non ſint canonici: ſunt tamen canonicis conformes, & in hac ſingulariter

A quӕſtione. Sed in omni rigore, ſicut minores ſunt canonicis, ità maiores eſſe debent quibuſcúmque profanis. Quis enim rationabiliter prӕferat eis vllos extraneos, in his prӕſertim materiis quӕ ſpectant res ſacras, quas ne labiis ſummis vnquam authores iſtorum vlli delibarunt, aut in eis quas (ſi quas) delibarunt, ne vel humanitus concordarunt? Quocircà nullum in huiuſmodi locum habere debet illa conſideratio rebus iſtis forinſeca, libros Eſdrӕ tertium & quartum non eſſe canonicos, vel etiam eſſe apo-
B cryphos: multò minùs ab Eſdra vero non fuiſſe conſcriptos. Hoc enim etſi valeret quidem, vbi fidei res agerentur: vel vbi cum libris canonicis in aliquo pugnarent, aut eum eis nullatenùs conciliari poſſent: non tamen valere debet in iſtis materiis? Cur enim in eis minùs ſint admittēdi quàm codices Hebrӕi, Caldaici, Septuaginta Interpretum, & deniquè tot alij iam aliàs ſuis numeris aut ſuorum authorum nominibus ſpecificati, ſed authorum quorum aliquibus res quidem ſacrӕ fuerunt aliquatenùs notӕ, v. g. Ioſepho, &c. aliquibus autem notӕ non fuerunt vllatenùs, v. g. Bero-
C ſo, &c. Cӕterùm vt in ſingulari pateat librum 4. Eſdrӕ non parùm eſſe commendabilem, vide quӕ diximus §. 99. tàm ex Genebrardo, quàm ex agnoſcente Pererio, de pluribus illius ſententiis, per Eccleſiam in ſuum officium aſſumptis. Iunge quӕ notat Genebrardus locis ibidem notatis, ſcilicet libro 2. ſeu pag. 181. & 188. S. Ambroſium eô vti, lib. 62. Comment. in S. Luc. Epiſt. 21. ad Horontianum (quem Horontianum etiam ad illius Libri lectionem ſedulò hortatur) & lib. de bono mortis cap. 10. Quod etiam agnoſcit Bellarminus lib. 1.
D de verbo Dei, cap. 20. Item, S. Cyprianum lib. ad Demetrianum, ex eo multa ſumpſiſſe de mundo ſeneſcente: deniquè negari non poſſe, quin & vterque liber ex Hebrӕo verſus ſit, vt qui hebraiſmis ſcateat, etſi neuter eâ linguâ extet, quemadmodùm multorum aliorum apud eos iactura contigit. His adde S. Athanaſium in Synopſi tradere, prout notat Genebrardus pag. 180. Eſdram ſcripſiſſe 200. libros. Cùm ergò nō probetur iſtos qui ſub eius nomine proferūtur, nō ab illo, ſed ab alio fuiſſe conſcriptos,
E manere probabilius, eum, non aliū, authorem illorum fuiſſe: neque rationabiliter dici contrarium. At non ſint canonici, ſint apocryphi hi libri, nō ſcripſerit illos Eſdras verus, quid hoc obeſt quominùs 1. Par. 6. & 1. Eſdr. 7. Eſdras fuerit *filius Saraiӕ*, & 4. Reg. 25. Saraias *occiſus* fuerit *ſub Sedecia*? Quid hoc etiam obeſt quominùs in nullo Scripturӕ loco, vel in nulla alia authoritate idonea, reperiatur, Eſdram non fuiſſe filium

im ... itum Saraiæ? Eapropter vel solutio difficultatis præsentis petenda sit aliunde, vel obiectio Genebrardi remaneat valida semper?

4. Respons. ALITER igitur Responderi potest, Ex parte *Temporum posteriorum Esdræ* · Ieddoa qui dicitur 2. Esdræ 12. non esse Iaddum, qui occurrit Alexandro · proinde neque Darium, qui nominatur ibidem esse Darium vltimum.

Reiicitur. VERUM Responsio hæc non est admittenda. Gratis enim & absque fundamento, vel certe sine probatione valida, recedit à sententia Iosephi, Eusebij, S. Hieronymi, cæterorumque communi quam econtra probauit Scaliger validis argumentis supra sub vltimo Persarum Rege.

5. Respons. ALITER Responderi potest, per id quod habet Torniellus suprà, num. 26. his verbis: Quod verò spectat *ad tempora obitus Esdræ* · Dicimus 1. non ideò censendum esse, Esdram vsque ad Alexandri Magni tempora superuixisse, quod Nehemias cap. 12. vers. 11. ipse videatur nominatum recensuisse Pontifices, qui succcesserunt Iosue filio Iosedec vsque ad Ieddoa siue Iaddum, quem Iosephus 11. Antiq. cap. 8. testatur fuisse Pontificem quando venit Alexander Magnus in Ierusalem. Nam vel librum Nehemias inscriptum ipse Esdras conscripsit, vel non. Si non: vtique non procedit argumentum; potuit enim Nehemias fuisse multò iunior ipsò Esdrà, & post Esdræ obitum memoratam Pontificum connexuisse genealogiam. Si autem librum illum scripsit Esdras, aut Nehemias adhuc viuente Esdra: dicere possumus cum Venerabili Beda lib. 3. in Esdram cap. 32. Nehemiam, aut Esdram, attigisse Iaddi infantiam, qui posteà quando excepit Ierosolymis Alexandrum Magnum annò regni sui quartò, iam erat valdè senex. Eodem quippe circiter tempore decessit, quò Alexander, vt ex loco Iosephi citato in calce capitis colligi potest. Deinde dicimus, satis probabiliter posse coniici quod idem Esdras vixerit tantummodò vsque ad tempora Darij Nothi, annò regni eius circiter decimò, in senectute bona, nimirum iam octogesimumquintum vitæ annum agens, dies suos in pace Ierosolymis clauserit. Tunc namque iuxtà præcedentem numerò dicta, benè potuit attigisse infantiam Iaddi, & prophetico spiritu (erat enim non solum historicus, sed etiam propheta, vt sub annotum ... num. 2. declaratum est) præuidere quod ipse Iaddus, cum ad debitam peruenisset ætatem, futurus erat Pontifex. Item enim ab annò Darij Nothi decimo, ad obitum Alexandri Magni, inueniuntur in tabulis anni 90. quos impleuisse poterat Iaddus eò annò quo mortuus est. Hæc ibi Torniellus.

Reiicitur. VERUM neque Responsio hæc admittenda est. Et sanè quantum ad posteriorem partem, videtur potius obiectionem fugere, quàm soluere. Nam dato quod Esdras scripserit librum Nehemiæ, recurrere tunc ad infantiam Iaddi, quam attigerit, & ab ea Iaddum in numerum Pontificum retulerit, præterquam quòd incongruum est penitùs, cum non ibi solum, sed in tota semper Scriptura, non recenseantur Pontifices, nisi qui sacris actu præessent: manifestè contrariabitur Scripturæ sacræ, dicenti 2. Esdr. 12. vers. 22. *Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanam, & Ieddoa, scripti principes familiarum, & Sacerdotes in regno Darij Persæ.* vers. 23. *Filij Leui principes familiarum scripti in libro verborum dierum, & vsque ad dies Ionatam filij Eliasib.* Per hæc enim patebit, Esdram reperisse libros illos iam conscriptos à tempore Darij qui memoratur ibi. Sed nunquid Leuitas etiam, qui templo sub Iaddo seruierunt, recensuerit pariter ab ipsorum infantia? Recurrere quoque ad prophetiam, per quam Esdras præuidens Iaddum, cum ad debitam peruenisset ætatem, futurum summum Pontificem, retulerit eum in album summorum Pontificũ, ijsdem ni maioribus adhuc modis, conspectu facilibus, est incongruum, necnon Scripturæ sacræ contrarium. Insuper vtrumque pugnat aduersùs solitam eiusdem Scripturæ sacræ rationem, tradendi genealogias, regimina, præfecturas, vnò verbò quascumque chronologias, siue generales, siue particulares. Denuum in his proponendis Torniellus vtitur solummodò coniecturis possibilibus, cõtra quas præualere debent omnimodò loca Scripturæ realia, quæ pro Genebrardo proferuntur. Quantum autem ad priorem partem, si videlicet Esdras nõ scripserit librum illum, &c. nihilominus Refutatio valet, saltem ad hominem. Nam suppositis annis Esdræ iam ab ipsa captiuitate Sedeciæ, contra quos nihil validum fuit allatum: Imprimis iuxta Torniellum, tribuentem quidem Cyro 6. tantum annos in Imperio Babylonico, sed aliunde postremum annum Esdræ ponentem in decimo Darij Nothi, computa 70. captiuitatis, 6. Cyri, 8. Cambysis, 36. Hystaspis, 20. Xerxis, 40. Longimani, & 10. Nothi, vixisset Esdras 190. Atqui Torniellus num. 25. ne probabile putauit dandos ei 150. Iuxta communiorem autem sententiam, tribuentẽ Cyro 30. in Imperio Babylonico, quæ cum Torniello poneret obitum Esdræ sub annum decimum Nothi, vixisset Esdras 214. At hoc longe magis incommodum putabit Torniellus · putabunt & reliqui. Quamuis enim pauci, vel etiam nulli

quos viderim) qui Monarchiam Persicam faciunt annorum plus 200. tractauerint ex professò difficultatem istam de annis ætatis vnius hominis temporum illorum, & in singulari de annis Esdræ, &c. tamen colligitur ex aliis eorum obiter dictis, in hanc materiam incurrentibus, ipsos non admissuros tàm annosam temporibus illis ætatem, multò minus negotiorum capacem. Nam v. g. Scaliger lib. 6. de Emend. cap. de Hebdomadibus Danielis, pag. 286. fin. putat se multùm concessisse, cum Zorobabeli, Iosue, & Nehemiæ, dat circiter 120. annos ætatis. Sic enim ait: Nehemias a Cyro ad Darium vltimum duos tantum duces Iudæorum ponit, Zorobabelem, & seipsum, cap. 2. v. 46. siue vlt.) itavt à Cyri excessu (sic loquitur, quia primum annum Cyri per Scripturam toties memoratum, putauit à circiter eius morte desumendum) ad finem Monarchiæ Persicæ, hoc est, per annos minimum 200. duo tantum duces Iudæorum fuerint, magnâ temeritate illius Annij, qui sub Philonis nomine alios duces post Zorobabelem nominat, contrà mentem sacrorum librorum. Nam apud Zachariam prophetam Deus vult à Iesua & Zorobabele opus templi continuari, à quibus primùm inceptum erat: vt alterutrius senecta aliquot paucis annis Mosis ætatem (Moyses autem vixit 120. Deuter. vlt.) superauerit. Etiam ex verbis ipsius Nehemiæ apparet Nehemiam admodùm senem decessisse. Nam cùm ex ipso constet, eum temporibus Darij Nothi vixisse, sub Eliasibo Pontifice, & ad vltima tempora Monarchiæ Persicæ peruenisse, eum maiorem 12[illegible]. annorum decessisse necesse est. Nam ab initio Darij Nothi, ad cladem Persarum ad Gaugamela (aliàs, ad Arbelis, per Alexandrum Magnum) anni sunt non minùs 93. Hæc Scaliger. Similia Caluisius cap. 40. à pag. 168. præsertim autem pag. 171. sub init. vbi reprobat sententiã Iosephi, secundùm quam putat (ipse Caluisius) tribuendam esse Iosue & Zorobabeli, vel Nehemiæ & Sanaballeti, tantam ætatem quæ maior sit annis 140. Vbi tamen obiter nota, neque Scaligerum, neque Caluisium aduertisse, Nehemiam fuisse iam sub Cyro reducem 1. Esdr. 2. vers. 2. proinde secundum ipsos, & secundùm Scripturam ipsis iunctam, tribuendos remanere Nehemiæ longè plures annos quàm ei tribuant. Tornielius item supra vix admisit annos Esdræ plus 8[illegible]. vel 9[illegible]. Pererius non [illegible]ùs 80. vel etiam non tot, propter dicta [illegible] audis pluribus ante sæculis Psal. 89. Denique contrà priorem eandem partem, si videlicet Esdras non scripserit librum illum, dicet Genebrardus posteriorem, videlicet quod vel Esdras scripsit illum librum, vel si Nehemias, tamen Esdra viuente, remanere probabiliorẽ, tùm propterea quod Liber ille tributus semper fuit Esdræ, tum propter habita de Esdra totò capite 12. eiusdem libri. An autem hoc concludat videbitur mox, & iterùm sub 2. Sententia capitali. Sufficit quòd præcedentia conuincunt, saltem ad hominem.

ALITER quidem Responderi potest, non ex sententia Tornielli de obitu Esdræ, neque ex sententia de annis 30. Cyri, sed ex sententia, quam conijcere est ex Scriptura, de posterioribus temporibus Esdræ, supposità prius aliâ de 6. annis Cyri: vixisse nimirùm Esdram annos 160. 154. vel etiam aliquus minus: hoc autem non esse inconueniens. Nam imprimis, conuinci non potest Esdram vixisse temporibus vltimi Darij. Siquidem probari non potest, vel eum scripsisse librum Nehemiæ: vel Nehemiam scripsisse librum illum temporibus Esdræ; vel ea quæ habentur capite 12. eiusdem libri de Ieddoa, siue Iaddo, déque Dario Codomano, si per Nehemiam scripta, non eo loco fuisse per anticipationem dicta, proindéque ea quæ post illa verba narrantur de Esdra & Nehemia coniunctis simùl, intelligenda nũ esse de temporibus longè prioribus, & circiter sub annum Longimani vigesimum capit. 2. memoratum. Non item probari potest eum vixisse temporibus Darij Nothi. Si quibus ergò temporibus vixisse conuinci potest, vtique solis temporibus, & sub annum vigesimum, Longimani. Neque verò dici potest, ex illis verbis cap. 13. vers. 1. *In die autem illo lectum est in volumine Moysis audiente populo*, &c. & vers. 4. *Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ.* vers. 5. *Fecit ergo sibi gazophylacium grande*, &c. vers. 6. *In omnibus autem his non fui in Ierusalem, quia anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis, veni ad regem, & in fine dierum rogaui regem.* vers. 7. *Et veni in Ierusalem, & intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurũ in vestibulis domus Dei*: ex his, inquam, dici nõ potest Esdram vixisse circà trigesimũ secundum, vel etiã vltimos annos Artaxerxis Longimani. Nam in illo versu primo, non dicitur volumen fuisse lectum per Esdram. Deindè quamuis concederetur illud lectum fuisse per Esdram: tamen & illa pertinent ad materiã, capitis præcedentis, & ea quæ scribuntur à v. 4. *Et super hoc erat Eliasib sacerdos*, &c. pertinent ad tẽpora lõgè posteriora. His positis computa captiuitatis 70. Cyri 6. Cambysis 8. Hysdaspis 36. vel etiam 30. solummodò quos Ctesias & Orosius tribuunt ei, sed vel minùs adhuc quos alij, nempè 19. quos Tertullianus denique Xerxes 20. & Longimani 20.

repetiens tantum 160. 154. aut etiam 143.

An autem ista Responsio possit admitti, non agimus hôc locô: tractabitur expressius sub Sententia sequenti. Sit satis pro Genebrardo, necnon pro quacumque sententia simili, manere hanc de ... plus annis Monarchiæ Persicæ tribuendis, valde refutatam ex annis *Esdræ*, saltem *ad hominem*, tàm aduersùs Tornellum, quam aduersus reliquos communiorem opinionem amplexantes. Ad aliorum annos pergamus.

Solutio alia Resp. QVANTVM ad *Nehemiam*, Responderi potest, non vnum eundémque fuisse Nehemiam qui 1. Esdr. 2. recensetur inter ascendentes sub Cyro, cùm Nehemia de quo per totum librum eius: sed hunc ab illo fuisse diuersum.

Reijcitur. VERVM hæc Responsio non est admittenda. Nam totus liber Nehemiæ, siue Esdr. 2. præsertim cap. 1. & 2. sed & 1. cap. 2. demonstrant ipsum vnum eundémque esse, qui redux fuit sub Cyro; nec vllum fundamentum vllàve probatio, minimam vel suspicionem infert de contrario. Siquidem cap. 1. vers. 2. *Et interrogaui eos de Iudæis, qui remanserant & supererant de captiuitate & de Ierusalem.* vers. 3. *Et dixerunt mihi: qui remanserunt & relicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ igni.* Ecce primum loquuntur tùm illi, tùm ipse, de his qui remanserant, & relicti fuerant, de captiuitate; sanè tanquàm de adhuc existentibus, ipsique adhuc tanquàm existentes, ab illa. Dicere autem sensum esse de ijs qui geniti fuerant ab aliis, gratuitum est. Ergò tùm ipse, tum alij, testabant adhuc à reductione sub Cyro. Deinde vers. 4. *Cùmque audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis*, &c. Per hæc non parum ostendit Nehemias se non fuisse natum, aut etiam prouectum, solummodò, post ascēsum è captiuitate. Non enim tantò dolore conficeretur, pro re non oculatim, & sibi tanquam ab ea non prouectò nota. Notam dico, priorem desolationem à temporibus Sedeciæ temporibus Cyri restantem, & post hæc reædificationem eius temporibus Darij Hystaspis, sicut suô locô conclusimus, ac denique rursus murorum destructionem, populique nouam afflictionem. Quæ cor ... nari possunt a simili ue Daniele ... videat cap. 9. Præterea fundi ... Nehemias orationem suam Deo, quam ... ac præ... illum dolorem simil ... contulerit cum simili facta per Danielem cap. 9. facilè concedet, quòd sicut Daniel orabat pro rebus, quas ipsemet viderat, sic & Nehemias proportionaliter. Item, cap. 2. a vers. 3. *Ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni*, &c. vers. 5. *Si videtur regi bonum*, &c. *mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam*, &c. Ecce, dicit sepulchrum patris sui, sicut & maiorum suorum, esse in Ierusalem. Sanè quòd viderat ipsemet in Ierusalem. Cúmque necesse sit patrem suum in ea fuisse mortuum, non potest cogitari conuenientiùs Nehemiam illud ibi vidisse, quam quia ipse est qui redux fuerat sub Cyro, proindéque ipse Nehemias antè reductionem illam natus. Item, magnô tenetur desideriô reædificandi Ierusalem. At quis dixerit, tantô reædificandi Ierusalem nunquàm sibi notam? Cum præsertim tot alij, quia non viderant illam, sed fuerant in captiuitate nati, negligebant patriam, redire noluerant in eam, (tam sub Zorobabel, quàm sub Esdra) sed in regionibus Babylonis remanere magis elegerant, prout notū est ex historia? Præterea, vers. 8. *Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas turris domus*, &c. vers. 11. *Et veni in Ierusalem, & eram ibi tribus diebus.* vers. 12. *Et surrexi nocte, ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam quòd Deus dedisset in corde meo, vt facerem in Ierusalem, & iumentum non erat mecum nisi animal cui sedebam.* vers. 13. *Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem Draconis, & ad portam stercoris, & considerabam murum Ierusalem dissipatum*, &c. vers. 14. *Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis*, &c. vers. 15. *Et ascendi per torrentem nocte, & considerabam murum, & reuersus veni ad portam vallis, & redij.* ℣. 16. *Magistratus autē nesciebāt quo abyssem, aut quid ego facerē: sed & Iudæis, & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebāt opus, vsque ad id loci nihil indicaueram*, &c. ℣. 18. *Et indicaui eis manum Dei mei, quod esset bona mecum, & verba regis quæ locutus esset mihi, & aio: Surgamus & ædificemus*, &c. Abindè ac cap. 3. describitur quomodò Eliasib sacerdos magnus, & reliqui cœperunt ædificare, &c. In his attende qui sit credibile, Nehemiam fuisse per Longimanum suffectum Ducem Iudæorum locô Zorobabel, itémque existentem Susis, nominasse, & tegere voluisse *portam turris domus*, peruentum posteà Ierusalem visitasse *noctis* loca omnia, tot singula nocte, magistratus & optimates cōmouisse sed & summum sacerdotem ac reliquos ad opus accinxisse, sic vt ad mandatū eius ædificarent, & in omnibus in posterum obedirent, nisi & quandóq; habitasset in Ierusalē, & Iudæis omnibus è captiuitate reuersis ac superstitibus, tanquā qui cum ipsis ascendisset, ideoque dux ipsorum

post Zorobabelem præ aliis effectus fuisset, ac in summa tanquam & primarius quidam, & coætaneus, plusquàm eis notus fuisset: Præterea, sicut dicitur cap. 12. vers. 26. *In diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque* ita dicitur vers. 46. *In diebus Zorobabel & in diebus Nehemiæ,* vt sic insinuetur eum qui fuit temporaneus Esdræ, contemporaneum æque fuisse Zorubabelis: & sicut tùm Zorobabel, tùm Esdras ascenderunt à tempore Cyri, sic & Nehemias cum ipsis. Ampliùs, 2. Machab. 1. vers. 18. *Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis: vt & vos quoque agatis diem Scenopegiæ, & diem ignis qui datus est quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia.* Hôc locô constat quidem sacrificia de quibus agitur, facta fuisse per Nehemiam quãdo missus fuit Ierosolymam per Artaxerxem. Constat item, templum & altare de quo tractatur, ædificatum fuisse sub Dario Hystaspe, cœptum videlicet annô regni eius secundô, completum sextô. Porrò cum dicitur, *Nehemias ædificato templo & altari*, duplicem potest habere sensum. Primum, vt illa *ædificato templo & altari* sumantur tanquàm per parẽthesim dicta, supponantúrq; tanquàm significantia templum & altare iam aliis longè temporibus quàm Nehemiæ facta. Secundùm, vt sumantur tanquàm significantia templum & altare, quamuis iam aliis longè temporibus facta, nihilominùs per Nehemiam ipsum ædificata. Atqui posteriorem hunc sensum indicat manifestè Græcum οἰκοδομήσας, *postquam ædificauerat, cum ædificasset,* &c. Hoc autem non potest aliter intelligi, nisi quia Nehemias tanquam primarius quidã Iudæorum vir, ædificauerat illa simul cùm Zorobabele tunc Duce, Iosuéque tunc Pontifice. Cõsequenter Nehemias iam extiterat à temporibus reductionis captiuitatis sub iisdem Zorobabele & Iosue. Denique, facit prorsùs 1. Esdr. 2. ℣. 63. *Et dixit Athersatha eis,* &c. At 2. Esdr. 8. vers. 9. *Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha)* &c. vide & cap. 10. vers. 1. Atque ità eum Iosephus libr. 11. cap. 5. post descripta per Nehemiam acta, dicit eum senem esse defunctum, & hoc circà finem regis de quo loquitur ibi, non multò post annos regni eius, quos 28. memorat ibidem: certe hæc senectus ad annus illos comparata, non potest secundùm Iosephũ conuenienter esse vera, nisi relatis prioribus Nehemiæ annis ad tempora circiter Cyri, quibus iuuentus eius inceperit. Cæterùm, quæcumq; aduersùm hæc aut aduersùs eo . . . in præcipua dicentur absque probatione v . li . a v g vel quæ habentur 2. Esdr. 12. vers. 2 . . . Dario, non fuisse per Nehem . . .

A sed per alium scripta, vel *Nehemias* seu *Athersathas* istos fuisse diuersos, & reperiri quendam alium nomine *Nehemias* vocatum 2. Esdr. 3. ℣. 16. hæc inquam, & similia, vel erunt gratis conficta, vel obiectionem non soluentia.

Quapropter, iterùm manet hac ex parte valide refutata Sententia de 200. vel plùs annis Monarchiæ Persicæ tribuendis. Nam computa totum spatium illius Monarchiæ, quod euensus fuerit Nehemias, quandoquidem, sicut per totum librum patet, scri-
B ptor fuerit illius libri: vixerit a soluta Captiuitate 230. vel minimum 200. annos, quibus addendi sunt anni, quos natus erat, cùm a captiuitate rediret, 20. 30. plùs vel minus. Vixerit igitur annos 220. 230. 250. vel etiam 26. .

Qvantvm ad *Mardochæum*, Responderi potest, eum qui memoratur in libr. Esther, non vnum eundémque fuisse cùm Mardochæo, qui memoratur 1. Esd. 2. Quantum ad Mardochæum Respons.

Vervm Responsio hæc admittenda non est. Imprimis enim eùm ex nullo Scripturæ loco, nulláue authoritate idoneâ probari
C possit, Mardochæum illum libri Esther, non vnum eundémque esse qui libri 1. Esdræ, potiùs habeatur reale fundamẽtum, vel etiam formale vestigium, & non vnum solummodò, verùmetiam plura, quibus pateat illum vnum eundémque esse Mardochæum; vtiq; nec illud gratis asseri, nec istud gratis reijci debet. Deindè, si tàm Esdras quàm Nehemias, aliíque multi, superstites fuerunt à temporibus Cyri, saltem Esdras sub annum vigesimum Longimani, sed Nehemias aliique multi sub tempora Codomani: cur non Mardochæus ille sub tempora (secundùm
D communem opinionem) Mnemonis? Addi posset, si Mardochæus qui memoratur in lib. Esther, captiuus fuit sub Iechonia, proùt asseri videtur cap. 2. vers. 5. & cap. 11. vers. 4. parùm interesse, fueritne vnus & idem qui memoratur 1. Esdræ 2. Nam quicumque fuerit Mardochæus ille libri Esther, & siue memoratus, siue non, librô 1. Esdræ tanquàm redux sub Cyro: vixerit non tantùm à temporibus Cyri, vel etiam à captiuitate sub Sedecia, sed ab ipsamet quóque captiuitate sub Iechonia. Dicere autem non hoc significari per illa verba cap. 2. vers. 5. *qui*
E *translatus fuerat de Ierusalem, eò tempore quò Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat.* Et hæc non ad eum, sed ad eius esse referenda: vel tam per ista, quàm per illa quoque capitis 11. ℣. 4. *Erat autem de numero captiuorum quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda*, non si . . ficari translatum eum in se proprie, sed . . tùm in patribus, multum vide . r extraneum à solitis modis Scriptu-

ram

ram sacram explicandi. Sed esto validæ sint expositiones istæ: ne tamen obiectionē soluunt. Quoniam si fuit idem qui redux sub Cyro, manet semper eadem difficultas de annis ætatis vnius hominis, prout superiùs expositum fuit. Quòd si persistatur in respondendo, non propterea Mardochæum Esther & Mardochæum sub Cyro reducē, vnum eundemque fuisse. Persistetur & pro Genebrardo, hoc ex nullo reali fundamento proferri, proindéque pro libito dici.

Quantum ad Sanaballat. 1. Respons. QVANTVM ad Sanaballat, Responderi potest I. Sanaballetem Iosephi, non esse Sanaballat, de quo mentio fit 2. Esdræ, sed alium quendam.

Reijcitur. VERVM hæc Responsio non est admittenda. Nam liquidò constat apud Iosephum, hunc vnum eundémque, non diuersos esse; præsertim cùm Iosephus Artaxerxem illum, quem communiter dicunt Longimanum, faciat Assuerum Esther, cui secundum ipsum immediatè successerit Darius vltimus.

2. Respons. RESPONDERI potest II. Iosephum in his quæ tradit de Sanaballat, quoad tempora Iaddi Pontificis, vel etiam Alexandri Magni, non esse dignum fide.

Reijcitur. VERVM neque Responsio hæc est admittenda. Nam nec potest ipsa probari per aliquod reale principium; nec Iosephus aliquid in hoc tradit, quòd non sit conforme multis similibus hactenùs ex Scriptura visis, de Esdra, Nehemia, Mardochæo, & aliis.

Reijcitur 1. Sent. 2. CONTRA EANDEM SENTENTIAM, sed & contrà quascúmque similes, Facit II. Quòd positò Septuaginta Hebdomadum Danielis initio, sub anno secundo Darij Hysdaspis, non sit possibile tot annos tribui Monarchiæ Persicæ, quot tribuuntur ei communiter, ad 230, vel saltem 200. Atqui initium Septuaginta Hebdomadum Danielis ponendum esse sub anno secundo Darij Hysdaspis, ità manet probatum, ex dictis vbi de illis fuit actum, vt nulla possit non modò maior, sed nec par in contrarium afferri probatio.

CONFIRMATVR obiter hæc refutatio. Nam neque secundum contrariam Sententiam quadrare possunt 70. Hebdomades ab Artaxerxis Longimani vigesimo ductæ, cum morte vel circiter morte Christi Domini Redemptoris, nisi sumptis eatenùs annis pro Lunaribus simpliciter. Atqui hæc annorum illorum sumptio pro mere Lunaribus fuit plusquā sufficienter explosa.

2. Sententia. II. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, vel Reges siue Imperatores Persarum non extitisse numero 14. vel si tot extitisse concedi possint, tamen Annos eorum, siue Monarchiæ Persicæ, chronologicos, constituendos esse tantùm circum-circa 150, 155. vel conuenientius 160.

Ita quodammodo, seu singulariter, & ex parte Genebrardus lib. 2. seu à pag. 24. cùm non plus admittit quàm 6. Persarum reges: aut si plures admittit, non tamen seorsim regnantes, & tandem Annos eorum seu Monarchiæ Persicæ, facit solummodò 147.

Sub hac autem reduci possunt, si quæ reperiantur ità commodæ circà hæc, vt siue concessis siue non concessis, 14. numerò Persarum Regibus, annos tamen earum faciant circumcircà 150. 155. vel conuenientiùs 160.

Probat. PROBATIO Huius Sententiæ pendet a pluribus, simul aut seorsim, principiis. Vt imprimis, A statutis iam annis à Captiuitate soluta per Cyrum, ad Christum Dominum Redemptorem nostrum, siue à chronologia per annos imperij Cyri 6. Cābysis 8. Darij Hysdaspis primum, & 490. Septuaginta Hebdomadum Danielis incipiendos à secundo eiusdem Darij Hysdaspis, ità hucusque stabilita, vt apud omnem rationabiliter agentem manere debeat inconcussa. Deinde, A Refutationibus Sententiæ, vel Sententiarum præcedentium, quæ Monarchiæ Persicæ tribuunt iuxtà vulgarem modum annos 230. vel ad minùs circiter 200. quos demonstratum est non posse consistere cum factis historiis. Denique, A posthæc statuendis, vel accommodandis annis Imperij Alexandri Magni, Regnorum Lagidarum & Seleucidarum, siue Regum Ægypti & Syriæ post Alexandrum Magnum, non multùm distanter à ferè torrente scriptorum, sed etiam iuxtà quemcúmque cui liberum fuerit quosuis authores sequi: quatenùs possint illi conuenienter poni circumcircà 350. vel certè 3?7. si Monarchiæ Persicæ dentur conuenientiùs 160.

Vt autem Modi Sententiæ huius, tùm exponantur, tùm probabiliùs statuantur, proponenda sunt priùs quædam principia, quibus vel nituntur, vel niti possunt. I. Principium est, Reperiri quosdam qui dicuntur Reges Persarum, qui tamen non fuerunt legitimi, sed vel nothi, vel per vim intrusi coëxtitêre interim legitimis regibus, siue successoribus. II. Principium est, Reperiri similiter quosdam qui dicuntur Reges Persarum, qui tamen regnarunt cum aliis, nonnulli tanquàm filij cum Patribus: nonnulli tanquàm tutores aliorum, nonnulli tanquàm eorum proreges: nonnulli denique tanquam inuicem pro regno disceptantes. III. Principium est, Annos modo plures, modo pauciores, tribui per authores quibusdam regibus, etiam legitimis, siue propriè dictis. IV. Principium est, In re mul-

tùm aliàs incerta, sed & pugnantiis apud authores plena, quin cum Scripturis sacris aliisque ad sacras reductiuè pertinentibus concilianda, liberum esse cuilibet personas vel annos Regum Persarum componere, prout sibi commodum magis, nec aliàs improbabile fuerit, v. gr. secundùm aliquam computationem pauciorem, quam reperire sit, vel apud aliquem authorem idoneum, vel secundùm aliquam rationem probabilem. Hoc enim ad libitum faciunt ferè cuncti. Sed priora principia deducamus. Posteriorum primum iam visum est. Alterùm tùm ex primo, tùm etiam per se, constat. Itaque

*Persarum aliqui reges non legitimi.*

Reperiri quosdam Persarum Reges qui legitimi non fuerint, sed vel nothi, vel per vim intrusi, stat pud omnes inconfessò. Potest autem asseri de Smerne, de Attabano, de Xerxe 2, de Sogdiano, de Dario Notho, & de Arse.

De *Smerde* conueniunt omnes. Vndè quàmuis aliqui recensuerint eum, vt Herodotus &c. tamen aliqui non recensuerunt eum, vt Thucydes, &c. Sed & Herodotus quantumuis eum recensens, tamen illius menses, seu tempora quibus regnauit, ad Cambysem reduxit.

De *Artabano* conueniunt etiam omnes. Vndè quàmuis aliqui pariter recensuerint eum, vt Diodorus Siculus, &c. tamen alij tùm antiquiores, tùm posteriores, non recensuerunt eum, vt Herodotus, Iustinus, & alij, qui recenserunt quidem eum, sed non tanquàm regem. Similiter Thucydides, Tertullianus, Sulpitius, & alij, qui nullatenus. Sed & nonnulli tradunt eum eàdem nocte quâ Xerxem occidit, aggredientem Longimanum, per eum occisum. Proinde possunt eius menses, siue tempora quibus regnasse dicitur, non computari, sed vel ad alium regem reduci, videlicet ad Xerxem aut ad filium eius Longimanum: vel nulli penitus recenseri.

De *Xerxe secundo*, sic opinantur multi. De *Sogdiano* conueniunt ferè omnes, exceptò Ctesiâ.

De *Dario Notho*, maior quidem est difficultas. Nihilominus eum non fuisse regem legitimum, sed vel nullum, vel inuasorem, videtur probari posse.

Quia constet ex ipsomet nomine, non eum fuisse susceptum ex legitimo matrimonio; scribat autem Herodotus lib. 3. paulò post init. *Inter Persas nunquàm Nothum ad imperium peruenire, nisi quando desunt filij legitimi.*

*Herodot.*

Quod etiam habuisse locum apud Lacedemonios, videre est apud Xenophontem lib. 3. Græc. Hist. necnon apud Plutarchum in Agesilao, vbi referentes dissidium inter Leotichydem & Agesilaum post mortem Agidis Lacedemonū regis, cuius Leotichydes se filium dicebat, Agesilaus autē frater erat, dicunt Agesilaum fuisse declaratum regem, quoniam ipse patri suo legitimus esset, Leotichydes autem suo nothus.

Non desiisse autem tunc legitimos ostendi potest.

I. A sacra Scriptura, 1. Esdr. 7. vers. 23. *tribuatur diligenter in domo Dei cœli: ne fortè irascatur contrà regnum regis, & filiorum eius:* & 3. Esdr. 8. vers. 25. *ne fortè exurgat ira in regno regis, & filij filiorum eius.* Hæc loquitur Artaxerxes qui dicitur Longimanus. Quæ quàmuis Mercator pag. 78. col. 1. putet ab eo dici de Xerxe patre suo rege, propter tribulationem regni causatam ob bellum Græcanicum: tamen probabiliùs dicuntur ab eo de semetipsō dēq; filiis suis, ex simili de Dario Hystaspe, loquente sic 1. Esdr. 6. vers. 1 . *Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis & filiorum eius:* 3. Esdr. 6. vers. 3. *vt offerantur libationes summo Deo, pro rege, & pueris eius, & orent pro ipsorum vita*, quæ dicere non poterat iste Darius de patre suo rege, cum patrem nec haberet, nec habuisset, regem. Atque ità Iosephus lib. 11. antiq. cap. 5. post init. regē illum 1. Esdr. 7. & 3. Esdr. 8. inducit loquentem his verbis: *Et vt Deus propitius sit mihi & meis liberis.* Hinc igitur patet *Longimanum* habuisse plures filios.

II. A Pausania in Eliacis lib. posteriori, siue libro suorum operum 6. Vbi dicit fuisse Longimano filium legitimum, cui nomen erat Isogæus, regnô à Dario Notho pulsum. Neque tamen eum fuisse regnô pulsum per Darium Nothum, aliquid obest, prout explicabitur inferius.

Quapropter hac ex parte dici potest, vel Darium Nothum non fuisse regem, vel si rex vtcumque concedatur, tamen non fuisse legitimum, sed inuasorem. Et quidem quoad inuasorem regni, non erit hoc magis in eo mirum, quàm in Artabano, necnō secundùm aliquos in Xerxe 2. sed & secundùm ferè omnes in Sogdiano. Sicut etiam apud Macedones Perdicas inuasit regnum super Amynta filio Philippi, de qua re Thucydides lib. 2. inter med. & fin.

III. A Xenophonte secundùm rigorem textus sumpto Lib. 2. Græc. Hist. post init. vbi primùm dici potest Darium qui communiter putatur Nothus, non fuisse Darium Nothum, sed Darium Longimanum: proindéque Artaxerxem Mnemonem, & Cyrum (iuniorem) fratrem eius, qui communiter putantur filij Darij Nothi, non fuisse filios Darij Nothi, sed Darij Longimani. Xenophon enim, prout iam retulimus eum in superioribus, hæc ait:

*Xenophō*

A *Hoc quoque anno Cyrus Autobysacem interfecit & Mitræum filios Dariæ sororis Xerxis, patris Darij.* Sic habet & Græc. & eius antiqua versio Bilibaldi Pirckhemeri, Impress. Basil. 1545. A quibus nec longè distat versio Leunclauij sic habentis: *Cyrus Autoboesacem ac Mitræum interfecit, sororis Darij filios, quæ itidem vt Darius Xerxe patre nata fuerat.* Ecce, docetur manifestè Xerxem non Darium fuisse patrem illius Darij qui pater fuit Artaxerxis Mnemonis & Cyri, de quibus ibidem Xenophon posteà scribit. Atqui Darius rex cuius Xerxes pater

B fuit, non erat Darius Nothus, sed Darius Longimanus. Et confirmari potest. Nam illa cognomina Lógimani, Nothi, Mnemonis, & similia, non habentur apud antiquiores illos authores, quales sunt Herodotus, Thucydides, & Xenophon. Hinc facilè potuit error in posteriores irrepere, primúmque aliquis author putasse Darium vnum esse Darium alium, quem posteà reliqui secuti sint. Atque hôc sensu debebit intelligi Xenophon lib. 1. de Expedit. Cyr. init. cùm ait *Darij & Parisatidis filij duo fuere, quorum natu maior Artaxerxes, minor Cyrus erat.* Vt ni-

C mirùm Darius ille fuerit non Darius Nothus, sed Darius Longimanus. Confirmatur etiam ex eo quòd Darius qui dicitur Nothus, propriè magis vocatus fuit ab initio Dariæus, proindè quoq; denotat frater Dariææ filiæ Xerxis. Nec obstabunt his margines apud Leunclauium habitæ, quarum vna priori locô, nempè lib. 2. Græc. Hist. ad vocabulum, *Xerxis*, seu *Xerxe*, habet, *aliàs Artaxerxe, videlicet Longimano*, vt per hoc intelligatur Artaxerxes Longimanus Altera posteriori locô, nempè lib. 1. de Exped. Cyri (iuniotis) ad vocabulum

D *Darius*, habet *Darius cognomento Nothus.* Nam si libet Xerxem in Artaxerxem conuertere, cur non & Artaxerxē in Xerxem, & si libet Darium appellare Nothum, cur non libeat & appellare Longimanum? Similes certè margines & plurimæ habentur apud editionem illam Leunclauij, non solùm variantes sæpè sensum Xenophontis, sed etiam oppositæ textui contradictoriè, proùt referentur infrà sub obiectionibus, in deductionibus historiæ Xenophontis.

E Quòd si dixeris hæc aduersari Thucydidi, Plutarcho, ac similibus. Thucydidi quidem; quia post Xerxem regnare facit quendam Artaxerxem filium eius: & post Artaxerxem illum, Darium quendam, qui filios habuit, proùt videre est Lib. 1. de bello Pelopon. inter med. & fin. & lib. 8. longiùs post init. & inter init. & med. & circiter med. & quòd præcipuum est, facit Artaxerxem filium Xerxis, mortuum annô se-

primò belli Peloponesiaci, proùt vider est lib. 4. inter init. & med. & post eum consequenter Darium illum, quem proin dè facit filium istius Artaxerxis filij Xer xis, proùt videre est lib. 8. longius post ini Hos autem reges non est alios probabilite intelligere, quàm Artaxerxem Xerxis fi lium fuisse Longimanum, Darium autem Artaxerxis filium fuisse Nothum, & huiu filios Mnemonem, & Cytum. Plutarch verò, quia Mnemonem & Cyrum filio facit non Artaxerxis Longimani, sed Da rij Nothi. Similibus denique, v. gr. Diodo ro Siculo, &c. quia non aliter tradunt istar Persarum historiam, vt notum est apu eos.

Respondeti poterit I. Quosdam anti quorum in hoc fortassis fuisse deceptos quòd Artaxerxes & Cyrus Darium voca rent patrem propter tutelam quam gesse rat ipsorum, aut similem education & gubernationis rationem. Sicut eni nomen filij quandóque sumitur pro dil cto, proùt in singulari testatur Thucy dides lib. 8. longiùs post init. Endium fui se dictum Alcibiadis filium; itànomen pa tris quandoque nomen est affectus, edu cationis, aut similis rationis; súntque h voces blandientium quibus senes & iuu nes mutuò se prosequuntur, quàmuis quam nullâ consanguinitate iungantur, fortiori, si detineantur aliquâ necessitudin vel affinitate.

Responderi poterit II. interim dùn plura de his dicātur sub aliis obiectionibu Quantùm ad Thucydidem, Xenophon maiorem in his deberi fidem: hócque pr tendi posse ex triplici capite. 1. Quia Thu cydides ipsemet lib. 1. init. profitetur permulta habuisse non solùm nonnisi m gna cum difficultate, sed neque cùm de bita veritate. 2. Quia scribit lib. 5. suprà, dùm exul esset à patria (videlicet Thraci per 20. annos, ea quæ didicit habuisse Lacedæmoniis & Atheniensibus. Atq hi Persicas res non latis habebant notas. Quia Xenophon immixtus fuit Persis ipsi socius nimirùm atq; Dux in bello quod C rus iunior post mortē patris intulit Artaxe xi Mnemoni fratri suo: proindè res Persica meliùs habuit notas. Quantùm ad Pluta chum eum apud nullos ferè fidem habe re, vt qui res exactè non tractet, & plur ma desumpserit ex Ctesia, Dinone, ac simil bus, quos ipsemet aliàs in Artaxerxe atqu alibi sæpè non solùm reijcit, sed & fabula rum, & mendaciorum arguit, proùt ple niùs dicetur infrà, rursùmque sub obiectio nibus. In speciali verò sub hoc Artaxerx init. dicat Artaxerxem istum fuisse huiu nominis secundum, cùm tamen ex Script

A ra sacra constet eum fuisse huius nominis tertium. In singulari denique credibile sit eum hæc quæ tradit de Artaxerxe & Cyro, non ab alio desumpsisse quam à Thucydide, vel si simul a Xenophonte, quem tamen ad Thucydidem collatum ità puta uerit exponendum. Quantum ad reliquos, idem dici poterit eâdè ratione, quia quæcúmque tradiderunt contraria mutuati sunt ab authoribus istis.

Porrò confirmari hæc possunt à Tertulliano Lib. contrà Iudæos, vbi cuidam Dario facit immediatè succedere quendam B Artaxerxem, si modò recipiatur expositio quam dat Pamelius illi loco. Nam per Darium illum vult intelligi, vel Darium Nothum, vel saltem Longimanum. Si Longimanum, vtique per Artaxerxem intelligendus sequitur Mnemon, cui succedat Ochus apud Tertullianum, sicut Ocho Argus siue Arses, & Arsi Melas siue Codomanus. Hic ergò Mnemon filius non Darij Nothi, sed Darij Longimani.

Sed esto, Darius qui communiter putatur Nothus, fuerit non Darius Longimanus, sed Darius ipse Nothus: proindéque C Artaxerxes Mnemon, & Cyrus (iunior) frater eius, qui communiter putantur filij Darij Nothi, fuerint filij non Darij Longimani, sed ipsius Darij Nothi (Darius item ipse Nothus, fuerit filius Xerxis, fuerit filius Longimani) consequenter sub hoc respectu desierint tunc esse successores legitimi; tamen legitimi fuerunt sub alio respectu, propter eaque ne Darius Nothus legitimus vllò modò. Probari potest, & sit

IV. A coniunctis simùl duabus Legibus, aut altera quasi lege, quæ reperiuntur apud Persas extitisse. Prima, quàm suprà re- D ferebat Herodotus lib. 3. paulò post init. *Inter Persas nunquam nothum ad imperium peruenire, nisi quando desunt legitimi.* Secunda, quæ colligitur ex iisdem Persarum historiis, per quas filiæ, vel certè filiarum masculi, habebantur pro legitimis & propriè dictis regni successoribus. Nam Herodotus lib. 7. sub init. referens dissidium natum inter Artobazanem & Xerxem Darij Hysdaspis filios, pro futura regni successione, Xerxémque fuisse declaratum regem in præiudicium Artobazanis, inter alias causas istam reddit, per Demaratum E Xerxi suggestam, quia Xerxes natus esset ex Atossa Cyri filia, prout ad longum refertur infrà. Post quæ subdit ipsemet Herodotus, *Quanquam etiam citrà præceptum Demarati, Xerxes vt mea fert opinio regnauisset, quippè cum omnis potestas penes Atossam esset.* Quia nimirùm erat filia Cyri: Cyri rursùs fundatoris imperij. Sed & Iustinus historiam istam referens lib. 2. Xerxem ità loquentem inducit, *Itaque etsi æquo iure trumque fratrem pater reliquisset, materno se tamen iure & auito vincere.* Subdit Iustinus. *Hoc certamen concordi animo ad patruum suum Anaphernem* (aliàs Artaphernem) *veluti ad domesticum iudicem deferunt, qui domi cognita causa Xerxem præposuit.* Quia nimirum, prout anteà Iustinus exhibuit, Cyrus fundator erat Imperij. Porrò si Darius Nothus conceditur pater Mnemonis, conceditur etiam maritus Parisatidis: & hæc filia vel Xerxis, vel Longimani; sed vtriúsuis, concedendum est Mnemonem fuisse filium matris è stirpe Cyri per Atossam eius filiam, quam Darius Hysdaspis duxerat vxorem, per quam & genuerat Xerxem, patrem vel auum Parisatidis; atque ità videri Mnemonem fuisse regni legitimum successorem. Et confirmatur à simili de Syluio Æneæ filio, de quo Dionysius Halicarnassæus lib. 1. Antiq. Rom. post med. hæc ait. *Regnum adeptus est post fratris mortem, sed non sine controuersia, quam propterea habuit cum Iulo, qui filiorum Ascanij natu maior erat, & qui regnum paternum hæreditario iure habere volebat. Sed populus suis suffragiis litem diremit, cùm aliis rationibus ad hoc adductus, tùm verò præcipuè hâc, quod Syluius ex matre procreatus esset* (Lauinia Latini regis filia) *ad quam hæreditario iure regnum pertinebat.*

Itaque quamuis Darius Nothus concedatur pater Mnemonis, ne tamen propterea dicendus est propriè rex. Nam & fuit illegitimus natalibus, & coextiterunt alij legitimi, nimirùm Mnemon & Cyrus. Obiiciuntur quædam contrà hæc, sed videbuntur infrà cum agetur de tutoribus.

De Arse denique, quòd Rex legitimus non fuerit, indè similiter concluditur, quia non fuit ex legitimo matrimonio susceptus, iuxtà Plutarchum in Artaxerxe. Quod etiam colligitur ex Iustino libr. 10. init. vbi sic ait *Artaxerxi regi Persarum ex pellicibus 115. filij fuere, sed 3. tantùm iustô matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, & Ochus.* Ergò reliqui filij, consequenter & Arses, non fuerunt legitimi. Proptereà quoque Iustinus Arsem non recenset inter reges Persidis, sed Ocho facit immediatè succedere Codomanum. Sed & Plutarchus occisum illum facit per fratrem suum Ochum, antè patrem mortuum.

Quòd si dixeris, secundùm quosdam alios authores, Arsem fuisse filium legitimum.

Respondebitur, indè patere nihil apud eos certi de rebus istis esse: consequenter in re sic incerta, liberum manere cuilibet, quàm sententiam voluerit sequi.

[illegible] diversis item, cùm tunc non essent alii filii legitimi, qui regno succedere possent, Darius enim a patre fuerat occisus propter conspirationem aduersum se factam, & [illegible] rursus inde colligitur mortuus, quod Ochus trium postremus regnauerit: inde sequi conuenienter Arsem quamuis illegitimum thorò, tamē fuisse legitimum imperiô.

Respondebitur, Iustinum ibidem hæc dicere de Codomano. *Post mortem Ochi regis ob memoriam pristinæ virtutis rex à populo constituitur, Darij nomine, ne quid regiæ maiestati deesset, honoratus,* &c. Per ea demonstrans, Arsem a regno seclusum fuisse propter electionem Codomani factam per populum. Addi potest, secundum aliquos Codomanum fuisse de sanguine regio, necnon successorem iure legitimum.

Et propter hactenus dicta, vel omnia, vel eorum aliqua, nonnulli recentiores (antiquos imitantes) prætermittunt aliquos istorum regū, nonnulli prætermittunt illos omnes. Et ne recenseamus singulos, vide Scaligerum lib. 6. seu pag. 286. & Funccium pag. 7[illegible] omittentes quosdam eorum. Propter hæc etiam antiquorum nonnullos improbabiliter computasse tempora regum Persicorum non legitime regnantium, dicunt aliqui recentiores. Quod in singulari de Diodoro notat, post Mercatorem, Gordonus cap. 10. num. 12. seu pag. 2[illegible]8. sicut de Eusebio, quantùm ad personas Xerxis 2. & Sogdiani, Funccius locò suprà notatô.

Persarum aliqui regnarunt cū aliis.

Reperiri quoque nonnullos Persarum reges qui regnarint cum aliis: nimirùm quidam tanquam filij cum patribus: quidam tanquam aliorum tutores: quidam tanquam eorum proreges: quidam denique tanquam de regno disceptantes inter se, [illegible] apud plurimos ac optimos authores.

Et quosdam quidem regnasse cum aliis, probari potest tanquam in genere, primùm a Scriptura spectata secundum Hebræum, & Interpretes Septuaginta collatos cum Editione Vulgata. Dan. 10. vers. 13. Nam vbi Vulgata habet, *Et ego remansi iuxta regem Persarum:* Hebræum habet *Et ego remansi iuxta reges Persarum,* מַלְכֵי. Septuaginta Interpretes. *Et [illegible] principe regni Persarum,* [illegible]. Ecce iuxta Hebræum plures reges simul [illegible] qui dicitur [illegible] *regni Persarum* apud Septuaginta [illegible] rex apud Vulgatam & Hebræum.

Deinde probari potest ex quadam Regula, quam [illegible] iam notauimus, & allegat [illegible] Genebrardus, ex Herodoto lib. 7. sub init. vbi sic habet. *Dum hæc compararet*

A Darius Hystaspis contra Græciam *interea ingens inter eius liberos de principatu exorta dissensio est, quoniam ex instituto Persarum, oportebat ita demum ire in expeditionem, cùm regni successorem declarasset. Erant autem Dario iam antequam regnaret liberi tres, e priore vxore Gobriæ filia suscepti: & post partum regnum alij quatuor ex Atossa Cyri filia. Superiorum maximus natu erat Artobazanes: posteriorum Xerxes. Qui cùm ex eadem matre non essent, disceptabant: Artobazanes quidem quod omnis paternæ sobolis ipse maximus natu foret, cum apud*

B *vniuersos homines institutum, vt maximus natu liberorum obtineat principatum: Xerxes verò quod ipse Atossa genitus esset, filia Cyri, qui Persis libertatem obtinuisset. Dario nondum ferente sententiam, aderat forte Demaratus Aristonis, qui per id tempus altercationis Spartiano regno exutus, ac Lacedæmone profugus, Susa ascenderat. Hic vir audita liberorum Darij controuersia, adijt (vt fertur) Xerxem, admonuitque vt ad cetera quæ pro se diceret, hoc adderet. se quidem genitum è Dario iam rege, & Persarum Imperium obtinente: Artobazanem verò è Dario cum erat priuatus: proindè neque æquum, neque iustum esse, alium quempiam potiùs quam se illam dignationem adipisci. Quoniam Spartæ quoque sic*

C *vsurparetur, vt si qui antequam regnet filij nascantur, deindè regi iam alius nascatur, huius postrà nati successio regni sit. Hac à Demarato subiecta ratione vtentem Xerxem, tanquam iustè dicentem, Darius regem declarauit,* &c. *Declarato Darius Xerxe rege, cum conaretur rebus apparatis exire in expeditionem,* &c. *supremum diem obijt,* &c. *Eius morte regnum ad Xerxem filium deuenit,* &c. Hactenus ex Herodoto. Num autem intentum validè probent, non caret difficultate. Veruntamen his vtuntur in eum finem authores graues, inter quos

D vide Scaligerum lib. 5. cap. de initio Xerxis, seu pag. 222. Item Mercatorem in Demonstrationibus suæ Chronologiæ præpositis cap. 1. & Gordonum cap. 14. mox citandos. Denique Genebrardum sæpius lib. 2. a pag. 240 referendum infrà plene sub 1. Modo. Nitentes forte verbis illis, *Darius regem declarauit, Declarato Darius Xerxe rege,* quæ nō solum de successore possint intelligi, sed etiam de regente dum pater absens futurus esset: proximum spectatâ Scripturâ suprà, secundum Hebræum, & interpretes Se-

E ptuaginta, rursusque [illegible] in singulari referendis infrà[illegible]. Ex quibus omnibus, seorsim vel simul, [illegible] communiter, non solum regem ad bellum profecturum successorem designare solitum, sed etiam vel ipsummet designatum [illegible] esse, vel si puer adhuc, alium quempiam optimatem sub eo, qui regnum in absentia [illegible] gubernant. Hos autem ideò quoque reges [illegible] esse vocatos. Addendum si reges domi manen-

tes quosdã siue filios, siue nõ filios ad [illegible] toris suô nomine gerenda [illegible] quoque vel ab extern[illegible], vel ab ipsis [illegible] regnicolis vocatos [illegible] reges. Addo [illegible] etiam quandoque [illegible] non duos tantum, sed plures hôc sensu reges simul [illegible] stere potui[illegible], si v. g. Rege summô foris belligerante, qui domi [illegible] cogeretur ipse met etiam ad alia bella proficisci: vel si Rege summô domi remanente, plures simul proreges ad extera distinctaque bella mitti contingeret.

Denique, probari potest à conuenientia. Nam non magis incon[illegible]tuum est, imo magis congruum, fuisse plures reges, ob diuersas occasi[illegible], in Per[illegible]de, præsertim inu[illegible] subor[illegible], itâ vt vnus semp[illegible] summus m[illegible], qu[illegible] plures simul a[illegible]oritat[illegible] pares Lacedæmone [illegible] occa[illegible]iones. Nimirum ext[illegible]erunt Lacedæmone duo semper simùl reges, vt Agis & Plistoanax, apud Thucydidem lib. 5. inter med. & fin. Agis & Pausanias, apud Xenophõtem lib. 2 Græc. Hist. longius post init. Pausanias & Agesilau[illegible], lib. 3. fin. Agesi[illegible] & A[illegible] lib. [illegible] propemed. & apud Plut[illegible] [illegible] Agesilao, med. A[illegible]esilaus & Cleóbrotus, apud Xenoph. lib. 5. postmed. & lib. 8. fin. ac Plutarch. ibidem longiùs postmed. Neque dicatur Reges illos fuisse tantùm nomine reges. Nam & initiô maximè propriè reges erant, & quàmuis potestas eorum fuerit posteà per Ephoros limitata (quæ duo videre est apud Thucydidem libr. 5. postmed. [illegible] nihilominùs non desierunt esse reges: & denique hoc [illegible]sum est, quòd hic asserim[illegible] quosdam apud Persas extitisse nõ æque reges ac summos.

Persarum aliqui [illegible] cu[m] p[a]tribus suis

In [illegible]gulari q[illegible]dam regnasse cum aliis tan[illegible] *[illegible] cum patr[illegible]*, probari potest primum de *Cam[illegible]*. Nam cùm ex veriori Sententia tùm Herodoti, tùm communiori, regnauerit 7 tantum annos, qui cum mensibu[illegible] 5. [illegible] ad 7. menses Smerdis fa[illegible] 8. Ctesias a[illegible]tem tribuerit ei 18. quos Cle[illegible]. Alexand[illegible] fo[illegible]san intel[illegible]igens non de c[illegible]mpl[illegible]tis, sed inc[illegible]tis, dixit 19. non si[illegible] autem [illegible]le, vel certè non pateat reale p[illegible]ipium quô [illegible] possit e[illegible] in h[illegible]c fu[illegible]sse h[illegible]lucinatos: vt[illegible]que non possunt ista c[illegible]uenient[illegible]ùs conciliar[illegible], [illegible] dicendo 8 v[illegible] 19. cum patre, [illegible] vel 8. [illegible] pa[illegible]rem. Quòd [illegible] xeris h[illegible]c non c[illegible]ncordare [illegible] annis 6. [illegible] Babylo[illegible], siquidem 6. & 8 fa[illegible] tantum 14. Re[illegible] debito[illegible], 4. [illegible] 5. [illegible] int[illegible]ndos esse tam ante [illegible] patris [illegible] pecum. Videri p[illegible] Hebr[illegible]æos [illegible] quos referebat Genebrar[illegible]us, ideo dixisse Ca[illegible]bysem re[illegible]asse 14 annos, quod [illegible]egnasset cum patre 6. [illegible] post pat[illegible]em 8. Sed hoc non est itâ. Nam ide[illegible] tot ei tribu[illegible]ant, q[illegible]a pu[illegible]ar[illegible] eum e[illegible] regem illum qui in [illegible] Esther, [illegible] & nominatur duode[illegible] at nu[illegible] cap. [illegible] vnde C[illegible] seorsim 3. tribuunt.

Deinde, probari potest de Xerx[illegible]. Nam cum Hero[illegible]dotus lib. 7 sub init. scribat eum fu[illegible]e regem declaratum duobus aut [illegible] ter ann[illegible]s ante suum o[illegible]tum: quidam autem & communius tribuant ei tantum 2[illegible]. annos, alij vero 2[illegible]. a[illegible] 22. & denique Cl[illegible]. Alex. 2[illegible] [illegible] mul[illegible]ũ, eos qui prius tri[illegible]u[illegible]runt ei plus 20. hoc fecisse propterea qu[illegible] d annos quos regnauit cum patre, per [illegible]hores quosdam simul cum eis quos regnauit p[illegible] [illegible]trem summatos, putauerint om[illegible] post pat[illegible]m actos. Atque ita Scaliger li[illegible]. 5. [illegible]. Cap. De Initio Xerxis, seu pag. [illegible]22 [illegible] ab eo tempore re[illegible]gna[illegible] cum pa[illegible] [illegible] Persarum institutum qu[illegible] Herod[illegible]tus initiô libri septimi. Quinimo, cum Darius Hysdaspis pater eius alias susceperi[illegible] expeditiones bellicas, vt celebrẽ illã aduersus Scytas, probabile est Dariũ Hysdaspem illum reg[illegible]are secum [illegible]sse, ductô forsan filio maiore natu secum ad expeditiones il[illegible]as. Hoc enim inferre est ex Lege Persarum ibidem relata per Herodotum: propter quàm tandem fuit etiam declaratus in regni successorem futurum. Idẽ ex illa lege probari posset de *Longimano*. Sed hic probationes speciales inquirimus.

Idem censent de *Longimano* Xerxis filio, Mercator in Demonstrationibus suæ Chronologiæ præpositis cap. 1. fol. 6 fin. & Chronologiæ ipsius pag. 78. Gordonus cap. 14. ad Period. 7. num. 7. 8. 12. & 22. & an. expans. 1537. De qu[illegible] etiam vide nonnulla apud Pererium in Dan. lib. 11. seu pag. 728. med. Probat quidem vel probare se putat Mercator ex Scriptura sacra, Longimanum inducente sic loquentem 1. Esdr. 7. vers. 23. *Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet tribuatur diligenter in domo Dei cæli, ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorum eius* (quòd sic habetur 3. Esdr. 8. vers. 23: *Omnia secundùm legem Dei fiant Deo al[illegible]tmo, ne fortè exurgat ira in regno regis, & filij, [illegible] fil[illegible]orum eius.*) Hinc apparet euidenter inquit Mercator, vi[illegible]o adhuc Xerxe Lãc[illegible]en[illegible] [illegible]tationem sub [illegible]ra, 1. Es[illegible] c 7 [illegible] fa[illegible]am, & fil[illegible]m agnoscere iram Dei in patrem eius, que domum, ex regni eius longa deuastatione, & [illegible]ebilitatione, ac grauiora in i[illegible]lum [illegible] mere. S[illegible]c [illegible]le. Cuius probationem n[illegible]n in[illegible] probat Gordonus an[illegible] expans. [illegible]37. Ve[illegible] n[illegible] probal[illegible] diximus ex simili l[illegible] cô c. p. [illegible] ve[illegible] [illegible] & Iosepho 11. Antiq. [illegible] hæc n[illegible] [illegible] e patre suo, s[illegible]d d[illegible] seipso. Propter q[illegible]æ v[illegible]et h[illegible] [illegible] ab authoritate prædi[illegible]orum Mercatoris & Gordoni sic opinantium.

Omninò verò probatur ex Iosepho 11.

Ant. 4. 5. & ... hic ea quæ Scriptura ... &c. ... vni Lógimano ... re, vt ... tribuat Xerxi, quæ verò lib. ... alter tri... eius suo Artaxerxi, vtique ... cum Lógimano. Cuius rationē assignare nō est nisi ... orē, nisi quia quæ facta fuerunt per Artaxerxem prioribus suis annis, intelligit Iosephus facta per eum tanquàm regnātem cum patre: quę verò posterioribus, tanquam facta per eum post patrem.

Confirmari potest ex Tertulliano lib. cō tra Iudæos, si modò recipiatur expositio Pamelij. Nam Pamelius vult apud eū per Darium intelligi vel Darium Nothum, vel saltem Longimanum. Si Lōgimanum, cum ei Tertullianus tribuat tantum annos 19. vtique dicendum erit eum regnasse reliquos cum patre. Sed tunc etiam dicēdum erit vel Xerxem regnasse 21. vel Longimanū 40. tātum inceptos, adeóque 20. ab initio regni sui patris.

Quod si dicas Xerxem ex Iustino lib. 3. init. hab... ... natu maiorem Lōgimano, cui nomen erat Darius, quem Artabanus occidit post occisum Xerxem: proinde sicut ait Petavius in Dan. lib. ... pag. ... nō esse credibile Xerxem posthabito Dariô ... is viueret nempe primogenitô, & per ætatē gubernaculis Imperij tractandis maturiori, paululo iūm & minori natu Artaxerxi (Lōgimano) administrationē regni permisisse.

Respondebitur, Xerxem probabiliter secum ad bellum duxisse Darium filium suum natu maiorem, vel etiam post fugam suam quibusdam expeditionibus cōmisisse. Quin si diceretur Xerxem plùs dilexisse Lōgimanum quā Darium, & propterea potius ei regnum commisisse, nihil inde futurū incommodum; cum exēplo huiusmodi videremus sæpe sed exemplum aliquod habuisset Xerxes in semetipso, quem ad regni successionē Darius Hystaspis Artobazani fratri suo natu maiori prętulisset. Neq; verò semper eiusmodi regentes in absentia patrum, relinquebantur, vt per semetipsos negotia gubernarent, sed ad hoc vt ipsorum nomine, præsentiā, &c. res per optimates gubernarētur, & sic cōuenientiùs regno prouideretur.

Instabis fortè. Non esse credibile, si Logimanus regnasset pro patre, Artabanum occisurum Xerxem, & Darium filium eius maiorem, causâ regnandi, quin simùl occidisset & Longimanū iam actu regnantem.

Respondetur. Secundum eos qui tradūt Artabanum occisum eâdem nocte quâ Xerxem, ipsum quoque tentasse occidere Longimanum, eique vulnus inflixisse: sed Longimanum strenuè se tuentem, tandem interfecisse Artabanum. Secundū eos autem qui tradunt eum non extunc sed post occisum, Artabanum occidere non debuisse Longimanum, sed potius occisis aliis, eum ... in viuis relinquere ... latentis sub eius nomine gubernaret, ... que commodius ipsum etiam occideret, ac regnum inuaderet. Nam & Artabanum non per se vi Darium occidisse, sed per Longimanum ipsum quæsitô colore, testatur Iustinus ibidem, quin & Artabanū ei quoque molitum insidias, sed præoccupatum per Longimanum. *Trucidato rege*, inquit Iustinus, *vot... ... ... filios eius, dolo aggreditur. S... de Artaxerxe puero admodum, fingit regem à Dario, quo erat adolescens, quo maturiùs regno potiretur, occisum: impellit Artaxerxē parricidium parricidio vindicare, &c.* Deinde cū ... *numero ex re... ... sceleri suo superesse Artabanus videret, metueretque de regno certamina principum, assumit in societatem consilij Baccabassum, qui præ... ... statu contentus, rem prodit Artaxerxi, vt pater eius sic occisus, vt frater falsâ parricidij suspicione oppressus, vt denique ipsi pararentur insidiæ. His cognitis Artaxerxes verens Artabani numerum filiorū, &c. ... nudatū gladio traiecit.* Vbi nota, si quid probabilius sit inquiratur, videri potius Artabanū eadē nocte quâ Xerxes occisum. Siquidē Iustinus nō satis ibi cōsonè scribit, cū postquàm fecit Longimanum adhuc admodum puerum, tamen paulo post facit eum volentem in cōspectu totius exercitus Loricam mutare cū Artabano, hunc exutum gladiò traiecisse. Numquid enim lorica viri conuenisset puero, vel Lorica pueri viro?

Vrgebis. Longimanum regnasse 40. suos annos post patrem, ex eis probari quæ dicebat ... nobis supra sub eius annis relatus, nimirū ex annis regni Periclis cum annis Imperij Longimani collatis. Nam Pericles incœpit Athenis regnare quando Themistocles ad Longimanum regnare quoque incipientem fugit. Desiit & regnare sub annum tertium Belli Peloponesiaci. Regnauit annis 40. Longimanus autem vsque ad annum septimum belli. Regnauit ergò Longimanus 40. vel circiter, solus.

Respondetur. Regnum Longimani quò Themistocles ad eum fugit, inde patere vel non certum, vel cum patre actum, quod sicut aliqui Themistoclem ad Longimanum fugisse dicunt, vt Thucydides lib. 1. ita dicūt cum alii fugisse ad Xerxem, vt Valerius Max. Diodorus, & Cicero. Atque ità Iustinus lib. 3. post init. ostendit manifestè Bellum Peloponesiacum incœpisse statim post, vel circà mortem Xerxis, adeóque sub initium regni Lōgimani post mortem Xerxis. cum tamen Thucydides mortem Longimani reponat sub finem anni septimi belli illius Peloponesiaci.

Præterea, Scaliger lib. 5 de Emēd cap. De Initio Artaxerxis Mnemonis, seu pag. 224. idem cēset de *Dario Notho*, propter Ctesiam

tribuunt ei 35. annos regni.

Præterea, probari potest de *Mnemone* saltem ab authoritate Plutarchi. Nam cum Plutarchus in eo, dicat ipsum regnasse 62. annos, aliundè verò vixisse 94. & ad regnum venisse natum 50. à 50. autem ad 94. non sint 62. sed tantùm 44. non sit autem credibile Plutarchum vel sibimetipsi contradixisse, vel aliàs corruptum fuisse: non possit denique meliùs ille conciliari, quàm dicendo, 62. annos quos ei tribuit, desumendos esse à tempore quò putauerit eum regnasse 18. vel 19. cum patre, 44. vel 43. autem post patrem, à quo nimirùm tempore venerit ad regnum aliò modò natos annos 50. certè hinc comprobatur Mnemonem regnasse cum patre iuxtà sententiam Plutarchi. Quod etiam agnoscit Scaliger locò citatò.

Præterea, probari potest de *Dario Ocho*. Nam cum iuxtà Tertullianum & alios regnauerit annos 23. iuxtà Sulpitium autem & alios, 26. & iuxtà Ctesiam 35. credibile fit annos 26. & 35. per aliquns fuissé sumptos, quos regnasset aut regnasse traditus esset cum patre, 23. autem per alios, quos regnauerit vel regnasse putatus fuerit post patrem. Et confirmatur à simili circà quendam eius fratrem. Nam Iustinus lib. 10. hæc ait: *Artaxerxi regi Persarum ex pellicibus 115. filij fuere, sed tres tantùm iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos rex nonnisi morte mutatur, per indulgentiam pater regem viuus fecit, nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset, synceriumque gaudium ex procreatione capturum, si insignia maiestatis suæ viuens in filio conspexisset.* Vbi non est putandum contrà morem Persarum fuisse, regem aliquem cum alio, vel alteri subordinatum simul reperiri. Nam ex verbis Iustini non semel liquet eum loqui de rege constituto per depositionem authoritatis ab altero totaliter factam. Itaque si Mnemon iam viuus filium suum eò modò fecit regem: cur non post filium illum mortuum, non fecerit Ochum regem secum? Confirmatur item ex Plutarcho. Nam Plutarchus testatur patrem eius Mnemonem fuisse ferè seniò confectum, & tamen habuisse plurima bella gerenda contrà nationes a se deficientes, vt contra rebelles Ægyptios, &c. His autem gerendis Mnemon potius commiserit filium, quàm alium, cum filius suus ad talia gerenda iamdudum esset aptus. Denique probatur omnino ex Gemistio lib. 1. longius post initium: vbi postquam tradita morte Agesilai Lacedæmoniorum regis dixit, *Pauco tempore post mortuus est Artaxerxes*, Mnemon, subdit, *& Ochus qui successerat in regno Persidis, iterum in Aegyptum ingressus est,* ducens exercitus per maria & per terras. Nam si mortuò patre, mouit iterùm aduersus Ægyptum: vtique iam mouerat aduersus illam viuò patre. Potuit ergò regnum eius ab ante mortuum patrem recenseri. Confirmatur item ex Iustino. Nam Iustinus [illegible] sibi indicat Ochum non multò tempore regnasse post patre. Ergo regnauerit cum eo.

Denique probari potest idem *de Arse*, spectato secundum authores, qui legitimum illum faciunt. Nam cùm iuxtà Tertullianum regnauerit annum 1. iuxtà Diodorum autem & alios 3. iuxta Eusebium & alios 4. credibile fit 3. vel 4. qui tribuuntur ei, fuisse per eos inceptos cum patre, quos tamē authores alij süpserint tāquā actos post patrē.

Confirmari potest à similibus. Vt in Scripturà sacrâ de Salomone cum Dauid, & plurimis alijs suò loco visis. In historia prophana, de Archidamo Agesilai filio, de quo tamen expressius posteà sub Obiectione petita ex Xenophonte. In historia Francorum de Guntramno, quem licet tutorē tantùmmodo, nihilominus Gregorius Turonensis vocat regem. Item de Ludouico pigro, quem similiter tutorem solummodo, nihilominus historici vocant regem.

Obiicies, his aduersari, quòd Cyrus iunior quantumuis præfectus, siue prorex pro Dario Notho, vel pro Mnemone fratre, nunquàm reperiatur appellatus Rex.

Respondetur, hoc in eo verum esse, quia eùm immixtus esset cum Græcis, optimè nosceretur ab eis. Deinde, quòd aliqui vocati fuerint reges, aliqui non, non à solis Græcis prouenisse, sed ab ipsismet authoribus Persicis, qui sic vocarunt regum tutores & proreges, & post eos reliqui authores. Nam scriptores Græci plurima desumpserunt ab eis, non aliter sibi nota.

In singulari, Quosdam regnasse cum aliis tanquàm *tutores eorum*, Probari potest de *Dario Notho*. Hoc autem duplici viâ. Vnâ secundùm eos qui dicunt Mnemonem non fuisse filium eius, sed Longimani. Alterâ secundū eos qui Mnemonē faciunt eius filiū. *Persarum aliqui regnarunt vt tutores.*

Primâ viâ, secundùm eos qui negant Mnemonem fuisse filium Darij Nothi, res est facilis. Nam si Mnemon non conceditur filius eius, sed tantùm Longimani: manifestum est Darium Nothum, illegitimum natiuitate, non plus posse dici quàm tutorem eius.

Confirmari potest à similibus. Vt apud Thucydidem lib. [illegible] inter med. & finem Pausanias fit tutor Plistarchi filij Leonidæ Lacedæmoniorum regis. Lib. [illegible] inter med. & fin. Nicomedes filius Cleombroti Plistoanactis filij Pausaniæ. Lib. [illegible] inter init & med. Cleomenes Pausaniæ filij Plistoanactis. Apud Xenophontem lib. 4. longius post init. Aristodemus Agesipolis. Et hi, quoniam

erāt de sanguine regio prout dicitur iisdem locis. Quod etiā apud alias nationes vsitatū videre est apud Thucydidē lib. 2. inter med. & fin. vbi Atintanes Stabilites fit tutor Taryptis Albanorum regis. Et vt eos vocatos fuisse pateat reges, sic affirmatur expressè de Pausania per Thucydidem lib. 1. suprà.

Porrò si Darius Nothus non fuit pater Mnemonis, valebit id quod ait Genebrard.° lib. 2. seu pag. 255. post med. Xerxe per Artabanum occisò, filióque ipsius Longimanò tūc admodùm puerulò (puerum admodùm quando mortuus est Xerxes pater eius, tradit Iustinus lib. 3. init.) Darium Nothum se pro tutore gessisse, rursúmque Longimanô mortuo, filióque eius Mnemone similiter admodùm puerô, rursum quoque se pro tutore gessisse. Nimirū tanquàm propinquiorem tunc existentem, ad quem Artabanô sublatô munus illud pertineret. Sed tunc dicēdum consequenter erit Darium Nothū non fuisse Longimani sed Xerxis filium. Quo facient ea quæ dicta sunt ex Xenophonte Lib. 2. Græc. Hist. post init. Vbi iuxta textum Darius Nothus traditur manifestè Xerxis filius. Hôc pactò dicendum erit consequenter, Ctesiam ideò tribuisse Dario Notho 35. annos regni, quia quosdam egerit sub Longimano tanquam eius tutor. Dicendum & consequenter, Philostratum ideò tribuisse illi annos regni 60. quia nimirùm tantum temporis elapsum fuerit ab eo temporé primo, quô pro Longimano regni gubernacula sumpsit, ad posterius tēpus, quô per mortem penitus illa dimisit. Siquidem 40. qui propriè fuerunt Longimani, cum 19. completis seu 20. tantùm inceptis, qui tribuuntur ipsi, faciunt 60. quos forsan de inceptis Philostratus intellexit. Nec obstabit dicere, Longimanum non semper sub tutela fuisse. Nam etiamsi non semper sub tutela fuerit, tamen Darius Nothus potuerit semper modô quôdam sub ipso gubernare, propter quem modum anni 60. quasi continui fuerint ei per Philostratum attributi.

Alterâ viâ, secundum eos qui Mnemonem faciunt eius filium. Nam ne propterea Darium Nothum fuisse regem propriè dictum, sed solummodo Mnemonem, demōstratum fuit superius vbi de Dario Notho tanquàm non legitimo fuit actum. Inde verò consequitur eundem Darium Nothum non plus extitisse quam tutorem Mnemonis solius propriè dicti regis. Vnde sicut quamuis Semiramis mater Nini secundi, regnauerit per 42. annos pro filio, qui patri successerat puerulus, apud Iustin. Lib. 1. tamen anni eius tribuendi sunt ipsi Nino, tanquàm regi propriè dicto, siue soli legitimo regni successori: sic quamuis Darius Nothus pater Mnemonis regnauerit pro filio, qui patri successerat puerulus, tamen anni eius tribuendi sunt ipsi Mnemoni, tanquàm regi propriè dicto, siue soli legitimo regni successori. Et confirmari potest ex ipsa ratione non legitimæ natiuitatis Darij Nothi, coniuncta cum his quæ de ipso tradit Pausanias in Eliacis libro posteriore, siue operum suorum 6. longè post init. Darium hunc *Persarum studiis fretum, Isogæum legitimum Artaxerxis* (Longimani) *filium regno expulisse*. Hôc enim suppositò, si Darius iste fuit pater Mnemonis, omninò credibile est, eum ex tūc regnare fecisse Mnemonem filium suum, vt hôc modô firmaret illi magis regnum contra proximiorem successorem expulsum. Cum autem adhuc Mnemon iuuenis esset, credibile quoque fit, Darium se gessisse circa illum tanquàm eius in regno tutorem.

Quod si dixeris, in Libro Esther tradi quædam de Mnemone, quæ demonstrant eum non adeò iuuenem extitisse, cui tutor opus esset. v. g. non solùm Esther vxorem duxisse, sed & sua per se gubernasse. Nàm cap. 10. vers. 1. *Rex verò Assuerus, omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo & imperium*, &c. *scripta sunt in libris Medorum & Persarum*, &c. & cap. 13. à vers. 1. *Rex maximus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam, 127. prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutē.* vers. 2. *Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & bonitate gubernare subiectos, vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.* vers. 3. *Quærente autem me à consiliariis meis quomodo posset hoc impleri*, &c. hæc autem dicebat post annum regni sui 12. ex cap. 2. vers. 7. Denique cap. 1. à vers. 1. *In diebus Assueri* (in diebus, id est in regno, ex simili 1. Esdr. 4. vers. 6. & 7.) *qui regnauit ab India vsque Aethiopiam, super 127. prouincias*. vers. 2. *quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit.* vers. 3. *Tertio igitur anno imperij sui, fecit grande conuiuium*, &c.

° Respondebitur, si Assuerus vel Artaxerxes Libri Esther non fuit Mnemon, sed Lōgimanus, prout probabilissimū est, tunc obiectionē deficere. Nihilominus, datò quòd Artaxerxes ille fuerit Mnemon, tunc Imperiū eius ibi memoratum intelligi, non de regno quô primum rex fuit, sed quô non amplius sub tutela, siue quô post Dariū Nothū mortuū regnauit. Nam & propterea non fit ibi mentio plurium eius annorum. Quod quamuis non concludat necessariò: tamen credibile fit eum non multos post annos superuixisse: proindéque in his, & in 8. reliquis vel ferè, consummatos fuisse, 40. vel 44. annos qui communiùs tribuuntur ei.

Si dixeris item, Thucydidem post Artaxerxem, quem dicunt Longimaoum, regnare facere Darium, quem etiam dicũt Nothũ.

Respondebitur, Thucydidem, quantumcumque regnare facientem Darium illum, non tamen vllatenus ostendere hoc illum non fecisse pro Mnemone proprio regni successore. Quin potiùs, cùm dicit Lib. 8. inter init. & med. *fœdus initum inter Lacedæmonios, ipsorum fœderatos, regem Darium, & filios regis*, nonnihil indicat fœdus illud fuisse factum per Darium nomine filiorum suorum. Neque obstat quòd ibidem subditur *& Tissapherne*, Ducem nimirùm in prouinciis inferioribus. Nam hoc fiebat inter multos, quemlibet suô modô: hic autem modus qui spectabat Tissaphernem tanquàm ducem, non excludit quin spectauerit filios Darij sicut Darium ipsum, sub alio titulo, nempe sub regio.

Si denique dixeris, Plutarchum in Artaxerxe, dicere Mnemonem istum vixisse 94. annos, & regnasse 62. & quamuis isti 62. sic intelligi possint, ex dictis superiùs, tanquàm incœperint sub patre, quoniam aliàs Plutarchus dicit eum ad regnũ venisse natum 50. nihilominùs inde semper manet & eum regnasse totos illos 44. post Darium Nothum, & consequenter non habuisse Darium Nothum tanquàm tutorem, sed tanquà patrem.

Responderi poterit, Plutarchum, quamuis aliquid in his facientem quantùm spectat ad regnum Mnemonis cum alio, tamen quantum ad reliqua nullius esse considerationis. 1. Quia nititur Ctesiâ, Dinone, similibúsque, quos tamen ibidem arguit & fabularum & mendaciorum in historia. 2. Quia facit hunc Artaxerxem istius nominis secũdum, cùm iuxtà Scripturam sacram fuerit nominis illius tertius. 3. Quia facit annos regni eius omnes 62. contrà torrentem reliquorum, ex quo coniici potest eum annos totos quibus partim cum Dario Notho regnauerat, tanquàm regnanti soli tribuisse, rursumque alios tanquàm cum alio regnantis in vnam summam conflauisse. 4. Quia propter hæc apud nullos audit, sed ab omnibus reijcitur, vt qui neque annos exprofessò sit solitus computare, neque istos tradiderit (secundũ ipsos) nisi summo cum errore. 5. denique, Quia quod patrẽ Mnemonis faciat Darium Nothum, dici potest apud quosdã authores erratum, ex quibus non fuerit mirum, eum ità res Mnemonis tradidisse, quasi Darium Nothum tutorem non habuerit, sed patrem.

Cęterùm quòd Mnemõ rex propriè fuerit sub Dario Notho, censet etiam Pyramus de Candola Massiliensis in Translatione quam gallicam fecit operum Xenophontis, Impress. Coloo. (in fol.) an. 1613. Lib. 1.
A Græc. Hist. med. vbi Cyrum iuniorem inducit, Dariô licet viuente, *regis fratrem*, mittendum præfectum omnibus locis maritimis, de factóque missum cum litteris *regis sui fratris*, ad omnes suos subditos inferioris Asiæ, continentibus ista verba, *Mitto* ad inferiores illas partes Cyrum, imperatorum iis qui conueniunt ad Castoli campum. Hæc, inquam, verba, *regis fratrem, regis sui fratris, Mitto*, &c. quamuis in Gręco, nec in versionibus Latinis, aut aliàs marginibus vllibi habita, reposuit tameo in translatione sua gallica:
B quatenùs nimirùm ostenderet, saltem suam hanc esse sententiã, Darium Nothum quãtumuis aliquâ ratione regnantem, non tamẽ fuisse regem propriè dictum, sed Mnemonem. Darium enim Nothum adbuc in viuis fuisse, cum hæc agerentur, manifestum est multimodè. Primùm, quia Xenophon breuiter ista resumens initiò libri 1. de Expeditione Cyri, verbis conceptis ostendit hoc factum fuisse per ipsummet Darium, qui proinde, si fuerit ille qui cõmuniter dicitur Nothus, pro Mnemone tantum iuxtà Can-
C dolam gubernauerit. Deinde, quia Xenophon eôdem illô librô, paulò his superiùs, ostendit hoc idem fuisse factum annô belli Peloponesiaci vigesimoquintô. Tũc autem nondum erant exacti 19. anni qui tribuuntur Dario Notho, prout computare est ab anno septimo belli, quô Thucydides Lib. 4. mortuũ facit Artaxerxem quem Longimanũ dicunt, consequenter regnantem Dariũ quem dicunt Nothum. Sed & idem patet ex ipsomet Xenophonte, post eúmque Iustino & Orosio, tradentibus posteà, Darium hunc
D fuisse mortuum annô belli (secundùm eos) vigesimoseptimô, quô diruti quoque fuerũt Athenarum muri. Vide Xenophontem eôdem librô, Iustinum lib. 5. & Orosium lib. 2. cap. 17. Prætereà, quia Xenophon ibidem lib. 2. his inferiùs aliquantò, Cyrum inducit dicentem ità sibi fuisse mandatum à patre, séque liberaliter pro Græcis impensurum ea quæ sibi tanquàm propria dederat suus pater. Denique, quia Xenophon item eôdem lib. 2. post init. narrat quomodò cùm Cyrus occidisset duos filios sororis Darij, Darius
E de hoc monitus, ægritudinem prætexens, missis nuntiis Cyrum accersiuit, Cyrúsque ad eum ascendit.

Obiicies. I. Si Darius Nothus quamuis pater Mnemonis, tamẽ propter Parysatidẽ eiusdẽ Mnemonis matrẽ non fuerit propriè rex, dicẽdum etiam fore Dariũ Hysdaspem non fuisse regem propriè dictum, sed tantummodò Xerxem, quippe cum Darius Hysdaspis vxorem duxisset Atossam Cyri filiam, ad quam proinde regnum pertineret.

Respondetur, hoc non inde sequi. Quoniã Darius Hysdaspis electus fuit Imperator

suffragio 7. primatum, qui Magos occiderant (quorum 7. vnus erat) & vt dicebat Iosephus suffragiô familiarum illarum: quibus addi potest, consequenter & reliquarum, si forsan aliqui supererant ad quos id pro parte pertineret. Quare supplebat electio, quod non ferebat generatio.

Pausan. Sed hinc instabis. Pausanias in Eliacis, librô posteriori, siue alias operum suorum 6. longe post init. hæc habet de Dario Notho. *Hac fama impulsus Darius Artaxerxis ex pallaca filius, is qui multitudinis Persarum studiis fretus Isogæum legitimum Artaxerxis filium regno expulit*, &c. Per quæ manifestè monstrat, Darium Nothum fuisse quoque Persarum suffragiis electum.

Responderi poterit I. Pausaniam non esse tantæ authoritatis, cui credatur de facili. Cùm nimirùm extiterit temporibus longè posterioribus, videlicet sub Ptolemæis Alexandri Magni successoribus: proinde cui res illæ non satis erunt perspectæ. Quod etiam confirmari poterit primùm; quoniam non tractat eiusmodi res ex professò, sicut neq; propriè tempora. Deinde quoniam quem ille facit Isogæum legitimum expulsum: Ctesias contra, Sogdianum, vel Secundianum, & hunc illegitimum, dicit, non pulsum per eum, sed periuriò deceptum, captum, & interfectum.

Responderi potest II. Pausaniam non dicere, Darium Nothum fuisse Persarũ suffragiis electum, sed tantummodô fretum multitudinis eorum studiis, expulisse successorem legitimum. Ctesiam item dicere tantùm, eum optimatum studiis fretum, interfecisse Sogdianum. Per hoc autem non solummodo sequeretur eum fuisse tantum tutorem Mnemonis, sed & simul inuasorem gubernationis.

Responderi potest III. Sunto quæ Pausanias ait, & eô sensu quem obiectio prætendit. tamen non propterea Darium Nothum fuisse regem propriè dictum; quia semper habebat impedimentum per leges Persarum appositũ, quas ex Dan. 6. & Esth. 1. non licebat infringi. Proinde solum Mnemonem, ex defectu proximi legitimi successoris fuisse propriè dictum regem.

Si replices: Ergò neque Darium Hysdaspem fuisse regem propriè dictum: cum superstes esset Atossa, cuius erat Imperium.

Respondebitur, Imprimis Atossam non habuisse tunc masculos, ad quos dici posset Imperium pertinere. Deinde, non reperiri circà Darium Hysdaspem simile dubium quale circà Darium Nothum, scilicet, Mnemonem fuisse filium non ipsius Darij Nothi, sed Longimani. Denique nec apud eum reperiri legum impedimentum, sicut apud Nothum.

Si quæsieris. Quandò Darius Hysdaspis habuit Xerxem ab Atossa: nùm regnum tunc pertineret ad Xerxem?

Respondebitur, posse hoc dici: proindéque Darium ipsum tunc eius fuisse tutorem solùm. Veruntamen in hoc est differentia, quòd Darius Hysdaspis erat Imperator legitimus per electionẽ, electioni verò locus erat deficientibus maribus. Deinde Darius Hysdaspis non habebat defectum ratiône natalium, qualem habebat Darius Nothus, qui proinde stãte tali defectu, nec exclusis omnimodè legitimis successoribus, non potuit rex propriè dici.

Obiicies II. Iustinum hæc habere lib. 5. versùs fin. *Eodem ferè tempore Darius rex Persarum moritur, Artaxerxe & Cyro filiis relictis. Regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates, quarum præfectus erat, testamento reliquit.* Iustin.

Respondetur, Imprimis Xenophontem posse Iustino præponi, qui lib. 2. Mnemonẽ facit filium non Darij Nothi, sed Longimani. Deinde Iustinum in plurimis errare, vel saltem à reliquis dissentire. Nam v.g. dissidium filiorum Darij Hysdaspis ortum faciebat atque terminatum post mortem patris, & per ipsorum patruum; Herodotus autem viuente patre, per ipsúmque patrem terminatum. Sed pateat hoc in ipsamet materia de qua nunc agitur. Addit siquidem Iustinus. *Sed Cyro iudiciũ patris iniuria videbatur. Itaque occultè aduersus fratrem bellum parat.* Iustin. At audiatur Xenophon, qui Cyrum ipsum in illo bello comitatus est. Sic ait lib. 1. de Expeditione Cyri, sub init. *Quùm autem Darius æger, vitæ sibi finem adesse suspicaretur, filium vtrumque ad se venire voluit. Ac maior quidẽ natu forte tunc aderat, Cyrum à præfectura, quã ei cum Satrapæ titulo concesserat, arcessit: ac prætorẽ omnium designat, quicumque ad Castoli campum atq; planitiem congregari solent. Itaque Cyrus ascendit* &c. *Postesquam Darius viuendo finem fecit, & Artaxerxes regno potitus est, Tissaphernes Cyrũ apud fratrem criminatur, quasi is illi insidiaretur. Adhibet ille calumniis fidem, & Cyrum interficiendi consilio, comprehendit: sed matre precibus intercedente liberatur & ad præfecturam suã remittitur. Is vbi periculo ob-iectus, & affectus contumelia euasit, consilia init, quo pacto se deinceps è potestate fratris eximeret: atque etiam si fieri posset regno potiretur*, &c. Xenoph. In his quantum à Xenophonte dissentiat Iustinus, est conspectu facile. Nam Xenophõ nihil dicit de regno per Darium Artaxerxi legato: quod tamẽ si verum fuisset, æque ac præfecturam Cyro collatam memorasset. Deindè, non dicit eum Cyro per testamẽtum legasse ciuitates, quarum præfectus erat, sed contrà potius Darium ab eis amouisse Cyrum: præfectumque alius instituisse. Deniquè, non illam assignat belli causam per Cyrum illati, quàm Iustinus, sed

longè contrariam: nimirum incarcerationem propter calumnias Tissaphernis, &c.

Si dicas, in his igitur & similibus, authores modò sumi, modò reijci, secundùm quòd faciunt intentioni.

Respondebitur I. Hoc apud authores Sententiæ contrariæ fieri. Sed & licitum esse, quandiù saltem nihil multùm conuincens affertur in contrarium. Omninò verò, sicut præmissum est in 4 principio, quando res adeò sunt incertæ, vel in melioribus authoribus habitæ.

Respondebitur II. Esto Darius Nothus regnum Mnemoni legauerit: quid mirum si testamento legauerit, id quod vsurpatione suum effecerit?

Persarum quidam reges... cum aliis tanquam corregis. In singulari, Quosdam regnasse cum aliis tanquàm *Proreges eorum*, Probari potest de *Dario Hysdaspe*. Nam cum Clemens Alexandrinus tribuat ei 46. annos, Herodotus 36. Ctesias autem & Orosius 30. Tertullianus verò 19. solummodò: credibile est Tertullianum fuisse locutum de annis quibus regnauerit solus, nec tanquàm consortium habens filij, nec tanquàm Prorex: aliorum verò quosdam de annis quos regnauit solus, sed tandem consortiū habens in aliquibus filij: aliorum denique quosdam de annis quos regnauit etiam non solus aliquomodo, sed vt habens & filij consortium & proregis officium. Et hoc postremum, vt proregis habens officium, intellige, dùm aut Cyrus, aut Cambyses, aut etiam vterque foris bella gererent. Hoc enim ferebat Persarum beneplacitum apud Herod. lib. 7. de nullo vero temporibus illis conuenienter cogitari potest, quàm de Dario Hysdaspe.

Probari etiam potest de *Dario Codomano*. Nam cùm secundùm quosdam vt Tertullianum dicatur regnasse 24. annos, secundùm alios autem 4. vel communiùs 6. credibile est priores authores in illa summa comprehendisse quosdam annos quos priùs regnauerat tanquàm prorex. Quò facit Iustinus Lib. 9. fin. Vbi postquā dixit Ochum Armenis bellum intulisse, hæc subdit. *In eo cùm aduersùs prouocatorem hostium Codomanus quidam cum omnium fauore processisset, hoste caeso victoriam suis pariter, & prope amissam gloriam restituit. Ob hec decora idem Codomanus præficitur Armeniis. Interiecto deinde tempore post mortem Ochi regis ob memoriam pristinæ virtutis rex a populo constituitur*, &c. Nec obstabit, non eum videri potuisse tot annis agere proregem, quot ab aliis dicitur regnasse. Nam dici poterit vel eum fuisse proregem ante hæc, etiam à temporibus Mnemonis: vel authores illos in annorum numero tanto fuisse hallucinatos. Sub his autem corregnantibus reponi possunt & ipsimet re-

A gum filij, qui quandoque fungebantur officiò proregum, vt Ochus pro Mnemone, &c.

In singulari denique, Quosdam regnasse simul tanquam *de regno disceptantes*, Probari potest ex his quæ refert Genebrardus pag. 255. de *Ocho* & *Arsame*, quos sustulit Bagoas Eunuchus. Et confirmari potest à simili de Thacos, & de Nectenabo (filio, vel patruele) simùl in Ægypto regnantibus ac belligerantibus, apud Plutarchum in Agesilao fin. & ex eo Gemistium Lib. 1. post B init. quos tamen inter reges recensent authores, eisque suos annos tribuunt quamuis simùl concurrentes. Confirmari denique potest ex dissidio filiorum Darij Hysdaspis, sed & bello nato pugnàque tandem inter Cyrum & Mnemonem. Quid enim obest simile natum inter similes eos ad arma prouocasse, diuque durasse, quos interim Persæ vocauerint reges? His aliquatenùs similia dici possunt apud Romanos extitisse, quando Cęsar & Pōpeius, Augustus & Antonius, imperitarunt, inuicèmque belligerarunt. At ex Ctesia Darius Nothus, & Sogdianus. Persarum aliqui regnarunt simùl quàm disceptantes.

C Confirmari hæc omnia possunt, præsertim quantùm ad posteriora tempora Regum Persarum, A Confusione rerum Persicarum temporibus illis, adeòque Scriptorum incertitudine, ne dicatur diuinatione, vel etiam falsitate. Nam ab ipsis temporibus Mnemonis, & maximè circà finem vitæ eius, res summè turbatas fuisse colligere est ex his quæ de illis habent ipsimet Scriptores. Siquidem Diodorus Lib. 17. qui totus est de rebus gestis Alexandri sub anno primo regni eius, & Sulpitius lib. 2. scribunt D Bagoam Eunuchum (Bagosem vocat Diodorus) venenō sustulisse Ochum: & filium eius Arsem, fratribus occisis, regem pro patre constituisse. Item, Diodorus ibidem ait, eundem Bagoam tantæ fuisse authoritatis in Perside, vt quos vellet reges faceret, quos vellet amoueret. Item, tradit eundem Bagoam posteà occidisse ipsum Arsem, cum omni sua prole, Dariúmque Codomanum filium Arsami, qui fuerat Ochi frater, regem fieri curauisse. Item, refert eundem Bagoam rursùm voluisse veE neno tollere Codomanum, sed Codomanum arguiā fraude, oblatum sibi poculum tussisse illicò ab eodē Bagoa ebibi, quō haustō Bagoas interierit. Fauent ei quæ tū Iustinus Lib. 10. tùm maximè Plutarchus in Artaxerxe, referunt de Dario Mnemonis filio, qui patris mortem est machinatus, ob idque a patre mulctatus, quod & Ochum machinatum per Atossam scribit etiam Plutarchus. Non enim hæc illi machinati sunt, quin ascitos haberent aliquos ad id facinus. Ascitos fratres per Darium maiorem natu

natu scribit Iustinus, ascitos alios scribũt alij, probabiliter ascitus Eunuchus ille Bagoas. Coofirmari potest à Græcis rebus eódẽ modũ turbatis. Nam Xenophon postremis verbis Lib. 7. de Græcis Historiis, post traditam pugnam Mantineacam, hæc habet. *Confusione vero atque tumultu longè amplius post pugnam quã anteà per totam Græciam laboratum est. Atq; hæc quidem hactenùs mihi descripta sunto: quæ vero deinceps gesta sunt, alij forsitan curæ erunt.* Quis autem aliquam in huiusmodi rebus reperiri posse credat certitudinem? Sed quis aliquã in authoribus prædicta referentibus; cum adeò diuersi sint inuicem; quinimo. cum nulli reperiantur authores illis temporibus conscribẽtes? Nam post Xenophontem, qui postrema tantùm belli Peloponesiaci descripsit, nullus reperitur author Grçcus, qui temporibus illis existens, quæ sua fuerint conscripterit. Reperiuntur fragmenta quædã authorum aliquorum, vt Ctesiæ, Dinonis, &c. sed quos tum Plutarchus, tum alij, fabularum & mẽdaciorum seminatores appellitãt. Sed de his posteà sub obiectionibus. Pro nunc sufficiant hæc: Si quæcunque tradũtur per scriptores posteriores de Artabano, Xerxe secundo, & Sogdiano regnantibus, non reperiuntur apud antiquiores, quales sunt Herodot⁹, Thucydides, & Xenophon: quis similia quæ tradũt, credat rationabiliter apud eos certa: Quid, si ne Herodotus, Thucydides, & Xenophũ, meliores prçceteri authores, satis perspecta habuerũt quæ suis (aut ferè) gererentur temporibus, prout patet, cum v.g. Herodotus Cyrũ mortuum facit in bello contrà Massagetas Xenophon autem inter amicos in Perside, Thucydides indicat Dariũ qui dicitur Nothus, fuisse filium Artaxerxis qui dictus est Lõgimanus, Xenophon autem indicat eum fuisse filium Xerxis: quomodò perspecta habuerint posteriores, quæ suis non agerẽtur temporibus, sed longè remotissimis: Proinde non debent quædam eorum dicta retardare quominùs aliqua conciliationis via proponatur, per quã illa omnia Scripturis sacris, & aliis ad sacras pertinentibus adaptentur.

His positis accedendum est ad Modos qui reperiuntur vel reperiri possunt Sententiam istam declarandi, seu personas & annus Regum Persarum assignandi.

1. Modus. I. MODVS, est Genebrardi Lib. 2. Chronologiæ suç, à pag. 240.

Primvm Regem siue Imperatorẽ Persarum chronologicum facit *Darium filiũ Assueri de semine Medorũ*, de quò mentio fit Dan. 9. v. 1. vocans eum filiũ Hysdaspis siue Assueri, & socerum Cyri: sed ità vt sit etiam ille quẽ reliqui cõmuniter vocant Darium Hysdaspẽ. Sic enim ait col. 2. Darius Hysdaspis siue Assueri de semine Medorũ Dan. 9. Medus socer Cyri. Et col. 1 In ordine Regum Persarũ exteri scriptores à sacris variant. Cyrum enim præponunt Dario tanquã socerũ genero, cùm contra Darius vel socer fuerit Cyri, vt Hebræi arbitrantur, vel auunculus vt Lyranus in 5. ca. Danielis, & Zonaras aonotant. Vnde & apud Danielem Darius nominatur antè Cyrũ. Cyrum dicit præponi per exteros Dario tanquã socerum genero, quia Herodotus lib. 3. & 4. testatur Darium qui cõmuniùs dicitur Hysdaspis, vxorem duxisse Atossam Cyri filiam.

Probat. Quod autem, inquit, hic fuerit Darius, quẽ nostri vocant filium Hysdaspis, Daniel vero Assueri de semine Medorum, ex eo liquere puto, quòd elementa Hebraica monstrant Assuerum, tertiũ pòst Regẽ, esse quem Græci appellant Xerxem, qui apud vtrosque fuit è primis Persarum Regibus, vt Iustinus lib. 2. fidem facit, quiq; contrà Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea per quinquennium gessit quæ Græcorum narrant historiæ. Hæc ille. Subiouoluẽs, quòd si Xerxes fuit tertius Persarum rex, ille nimirum quem postea dicet esse Assuerum ac etiam Artaxerxem 1. Esdr. 4. vers. 6. & 7. proùt in Hebraico nomine continetur (de qua re vide quæ dixit Scaliger suprà sub 5. rege Persarum) aliundè vero Xerxes fuit filius Darij Hysdaspis: cùm ante Assuerum illũ non reperiatur apud Scripturam sacram alter Darius, quàm Darius Medus Dan. 9. consequens est eum esse Darium qui communiùs dicitur Hysdaspis.

Cõfirmat I. cùm hæc ait infrà. Darius Medus interfecit Baltasarem regem Chaldçorũ, & successit in regnum annos natus 62. Daniel 5. (consequenter cœpit Babylonem). Deniq; hunc Darium cœpisse Babel operà Zopyri, etiam aiunt exteri Scriptores, vt perspicias hunc esse filium Hysdaspis, quãtumuis Cyro præponatur. Historiæ, quæ expugnationem Babylonis vni Cyro tribuunt, fallunt. Nã ex Scriptura apparet, in euertẽda Babylone Medos fuisse principes, qui Persas socios & adiutores asciuerint *Isa. 13. Ierem. 5. Daniel 5.* Itaq; vult Genebrardus, vt quoniã Darius Medus iuxtà Scripturam Dan. 5. cœpit Babylonẽ: Darius autem qui cõmuniùs dicitur Hysdaspis, iuxta Herodotum cœpit eandem Babylonem: propterea Darius Medus sit idem qui communius dicitur Darius Hysdaspis.

Confirmat II. vel certè confirmare videtur cum subdit: Vnde res cõstituuntur de sententia Darij Medi, & super regnum Satrapç 120. præficiuntur & super eos principes 3. Ex quibus Daniel vnus erat, vt Satrapæ redderẽt illis rationem, & rex non sustineret molestiam. Dan. 6. Quáuis enim hoc præcipuè dicat, vt ostendat Darium antecire Cyrũ: tamen idem dicere videtur vt etiam ostendat Darium illũ esse Darium Hysdaspẽ. Itaq; quoniam Darius Medus iuxtà Scripturã Dan. 6. distribuit Imperium suum in 120. Satrapias: Darius autem qui cõmuniùs dicitur Hysdaspis, iuxtà Herodot. lib. 3. distribuit & suũ in 20. prçcipuas Sa-

trapias, sub quibus tamen erant aliæ pluresq́; quas probabile fit extitisse 100. propterea videtur iterum velle, Darium Medum & Darium communiùs dictum Hysdaspem, vnum eundémque regem esse.

Confirmat III. vel certè confirmare videtur cùm subdit. Quare & hoc regnum in Græca Historia & Medicum & Persicũ nominatur. Et pag. 241. col. 2. post init. Vnde Græci Scriptores bellum apud Marathonem gestũ Medicum dicũt. Quamuis enim priora præcipuè dicat, vt ostendat Darium anteire Cyrum: tamen eadem etiã ac posteriora dicit vt ostendat Darium illum esse Darium Hysdaspem. Porrò dicit hoc regnũ in Græca historia nominari Medicum, bellumque apud Marathonẽ gestum, Medicum; quia Thucydides lib. 1. sæpè nominat tùm bellum quod gesserunt aduersus Græciam Darius & Xerxes filius eius, Medicum, tùm Dariũ ipsum, Medum. Vnde Genebrardus posteriori locô præmisit, Darium hunc videri, qui per Datim & Artabazum Medos (Medum enim Medos exercitibus præfecisse) Asiã Macedoniamq; aggressus est.

Atque ità tribuit isti Dario Medo quæcumque tribuuntur ab Herodoto Thucydide cæterisq; post eos hystoricis, Dario dicto communiùs Hysdaspis. Vt eàdem pag. 241. col. 2. post init. Græciã, inquit, primus tẽtauit. *Herod. lib. 6.* Bellũ infœliciter aduersùs Scythas suscepit, cui expeditioni etiam Miltiades interfuit. Et paulo antè: Asiã Macedoniámque aggressus est, & Iones superauit: fugatus interim a Miltiade Atheniensi in Marathoniis cãpis, vnde Græci scriptores bellum apud Marathonem gestum Med. cũ dicunt. Deniq; pag. 246. fin. facit illum patrem Xerxis.

Confirmare poterat IV. A Tertulliano lib. contrà Iudæos. Nam qui perpenderit eius dicta, non immeritò putabit apud eum, Dariũ qui dicitur Medus Dan. 9. eundem esse qui Darius Hysdaspis apud alios. Sed quoniã de Tertulliano redibit amplior sermo, propterea breuiter ista memorasse sit hôc locô satis.

Evm pag. 240. col. 2. regnare facit annos chronologicos 2. Quòd enim eos de chronologicis intelligat patet. Nam pag. 241. col. 2. post init. hæc habet; Ità vt quidẽ Darius plus quã 2. an. regnauerit, sed eius alij 20. aut circiter, Cyro attribuantur, quòd cum eo concurrerint. Nam Hebræi Dario Cyrum duntaxàt annis 3 faciũt superstitẽ, & Thucydides inter Marathoniã pugnam, & transitum Xerxis in Græciam annos tantum 10. constituit.

Probare posset cù aliquos ãnos chronologicos in Imperio Babylonico regnasse, quoniã dicitur per Angelum Dan. 11. v. 1. *Ego autẽ ab anno primo Darij Medi stabam*, &c. Per hoc enim vocabulum *primo*, inuoluitur respectus ad aliquem alium annũ, & conueniẽter ad 2.

Eàdem pag. 241. col. 2. sub init. Eius primò absoluti sunt 70. anni Captiuitatis Babylonicæ à Ieremia 25. & 26. cap. prædicti, *Dan. 9* & post med. Eius primò reuelatio facta Danieli de 70. Hebdomadibus, id est, annis 490. post quorum septuagesimamnonam occidendus erat Christus, & pactum confirmaturus *cap. 9.*

Secvndvm Regem siue Imperatorẽ Persarum chronologicum facit *Cyrũ*. Sic enim ait pag. 242. col. 2. Cyrus gener Darij rex Persarũ succedit Medo, vnúmque è duobus imperiũ successionis & victoriarũ iure facit. Et col. 1. Cyrus Astyagis Regis Medorum nepos ex filia, de quô pag. 125. (lege 225.) secundùm Græcos Astyagem regnô expulit, secundùm Hebræos eius regnum hæreditate est sine vi cõsecutus, vt innuit Daniel cap. 13. (vers. vlt.) *Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Sed id non proximè, verùm post Darium Astyagis hæredẽ, de quo eadem pag. 125. (lege 225.) Quô prætermissò Daniel ad Cyrum trãsilit, quoniam agebat de captiuitate Babylonica, à qua significabat se populúmque suum liberatum iri per Cyrum, ac Deum iam parturire Israëlitis sub Nabuchodonosore liberatorem.

Probat, vel probatũ supponit pag. 240. col. 1. med. Quoniam ex Scripturà sacrà Dan. 6. Darius Medus indicatur primus rex Persarũ, sicut & ibidem indicatur rex Medorum; post eum verò Cyrus, cap. 10.

Evm ibidem pag. 242. col. 2. regnare facit annos chronologicos 30.

Probare posset à communiori sententia Recentiorum, annos 29. quos Cyro dat Herodotus, vel 30. quos reliqui, computantium ab eius Imperio Babylonico.

Tertivm Regem siue Imperatorẽ chronologicum Persarum, facit *Xerxem*, quem significari vult 1. Esdr. 4. vers. 6. per nomen *Assueri*, & vers. 7. per nomen *Artaxerxis*, vúltque filium esse Darij Medi, siue Darij quem dixit vnum eundémque esse cum Dario Hysdaspis, & huius nominis Artaxerxis primum. Sic enim ait pag. 246. col. 2. Assuerus, quem nostri Xerxem vocant, Chaldæi Artaxerxem primũ, Darij Medi filium. Et col. 1. fin. Assuerus patris Darij regnũ ad Cyri familiæ trãslatum recipit, &c. Hunc quidam putant esse Cãbysem, qui Ægyptum subegit, & Æthyopas frustra appetiit. Alij Darij Hysdaspis filium. Sed est Xerxes Darij filius, tertius Persarum & Medorum rex Sic ille.

Probat I. vel certè probatum supponi potest apud eum pag. 240. col. 1. Ex eo quòd elemẽta Hebraici nominis illius *Assueri* 1. Esdr. 4. contineant nomen Xerxis. Antè hunc autẽ Assuerum 1. Esdr. 4. præcesserint apud Scripturà sacram 2. tantùm reges, Darius Medus & Cyrus. Nam si Xerxes est Assuerus qui 1. Esdr. 4. hic verò tertius Persarum rex: vtique Xerxes fuerit Persarum rex tertius.

Probat II. pag. 246. fin. vbi post allata superiùs quòd Assuerus ille non sit Cambyses,

vel Darij Hystaspis filius, sed Xerxes Darij filius, Persarum & Medorum rex; hæc subiungit: Quē voluptuosissimū fuisse, & præmia ampla proposuisse nouarum voluptatū inuentoribus ait Cicero. Quod congruit cū iis, quæ de Assueri conuiuiis, temulentia, libidine, luxu, prodigalitate, mollitie, traduntur Esther 1. & seq. ne cæteras rationes repetam. Artaxerxes cognominatus, Esdræ 2. & 6. (legendum 4. & 6.). Quod cognomen ad posteros transmisit, vt sunt Pharaō, Cæsar, Ptolomæus. Hæc ibi Genebrardus.

Atque ità tribuit illi quæcunque tribuuntur tàm per Scripturam Assuero 1. Esdr. 4. & Assuero librō Esther: quàm per exteros Xerxi. Pag. 247. propè med. Hic Esther duxit in vxorem, &c. Initiō regni prohibuit ædificari templum, criminatione nonnullorum. Itaque restauratio intermissa est vsque ad annum 2. Darij, *Ezræ* 4. (℣ſ. vlt.) Nec ea est accusatio, quâ ab Hamā apud Assuerum delati sunt Iudæi in lib. Esther. Nam facta nō est regni eius principiō. Hinc intermissum sub Assuero fuisse opus domus Domini dicitur *Ezræ* 4. Ipsum verò posteà illius constructionem annuisse *cap.* 6. (℣ſ. 14.) his verbis: *Construxerunt iubente Deo Israel, & iubēte Cyro & Dario & Artaxerxe regibus Persarū.* Infrà. Tertiō regni conuiuiū illud sumptuosum vniuerso Susarum populo & cūctis regni principibus instruit, de quō Esther 1. *Seder cap.* 29. Pag. 248. sub init. Bellum à Dario patre, vt exteri statuūt auo, vt ego post Hebræos, susceptum aduersus Græciā per quinquennium gessit. Pag. 240. med. Succendit Athenas sub principe Mardonio, & bellum initt apud Thermophyla, & apud Salaminā nauale certamen, &c. Pag. 253. post med. loquēs de Thucydide: Summatim, inquit, initiō delineat historiam annorum 50. ab Assuero siue Xerxe vsq; ad initium belli Peloponesiaci. Vide cætera quæ de gestis eius tradit à pag. 248. sub init. & tandē de morte ei* annō 7. belli Peloponesiaci pag. 254. fin. Eum pag. 246. col. 2. regnare facit ānos 20.

Probationes huius rei cū non alias adhibeat, credendus est etiam non aliis stetisse, quā communi profanorum traditioni. Subindicat aliquā ex parte, cūm ait pag. 247. fin. Esther 3. cap. fit mentio anni eius duodecimi. Et paulo antè. Prius impeditū opus Esther & Mardochæi causā rebus populi fauere cœpit, vt impleretur illud Danielis 9. quō attribuuntur primas Hebdomadas de 70 templo & vrbi reficiendæ. Nam sub 49. annum à Cyro Assuerus hoc iussit.

QVARTVM Regem siue Imperatorē Persarum chronologicum facit *Darium Longimanū*, quem vocat Artaxerxem secundum quem & significari vult 1. Esdr. 7. ℣ſ. vlt. & cap. . & 6. tot. cōsequenter 3. Esdr. 2. 3. 4. 5. & 6. & Aggæ. 1. & 2. & Zachar. 1. & 7. per nomē Darij, necnon 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. per nomen *Artaxerxis*, vúltque filium esse Xerxis. Sic enim ait pag. 249. col. 1. Darius Longimanus Artaxerxes 2. Et col. 2. Templum annō huius Artaxerxis sextō perfectū est. *Ezræ* 6. annis scilicet 4. Nam cœpit ædificari annō 2. *Seder cap.* 2. Quod colligi etiam potest ex Haggæo, & Zacharia. Infrà. Septimō eiusdem Ezras venit Ierosolymam cum multis Iudæorum millibus. *Ezræ* 7. Tamen Hebræi supponunt Ezram ascendisse Darij secundō, ob captam fortasse tū à Zorobabele huius rei facultatem. Nam Darij secundō iterū Zorobabel reditum procurat hâc occasione captans facultatē, quæ per Assuerum adempta fuerat. Tres adolescentes regij corporis custodes, oblectandi eius gratiâ quæstionem posuerunt, quænam res maioribus polleret viribus. Cùm vnus dixisset, vinum, alter regē, Zorobabel tertius mulierem, sed suprà omnia virtutem (legendū veritatem): & huius sapientiam Rex probasset, iussit vt ille peteret quicquid vellet. Ille autem copiam restituendæ ædis & vrbis poposcit 3. *Esdr.* 3. & 4. *Ben Gorion lib.* 1. *cap.* 12. Infrà. Mœnibus cingitur à Nehemia Ierusalem, Darij huius vigesimō Nehem. 5. & 6. (antepone 3. & 4.) Infrà. Xerxis filius, *Thucydides*, id est Assueri.

Probat partim, vel certè partim probatum supponi potest apud eū, ex eo quòd Xerxes sit idem qui Assuerus & Artaxerxes 1. Esdr. 4. ℣ſ. 6. & 7. Post hunc autem qui proximè reponitur apud Scripturam sacram, sit Darius, ibidē 1. Esdr. 4. ℣ſ. vlt. & cap. 5. & 6. tot. consequenter 3. Esdr. 2. 3. 4. 5. & 6. Aggæi 1. & 3. & Zachar. 1. & 7. Partim itē ex eo quòd Darius Longimanus sit Xerxis filius tā apud Hebræos, quā apud scriptores exteros. Partim denique quod apud eosdem Hebræos Artaxerxes de quō 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. sit idem aliàs qui Darius cognomentō Longimanus. Postrema hæc duo tradit eâdem pag. 250. post med. dicens. Nam hūc esse putant Hebræi cuius septimō Ezras, & vigesimō Nehemias ascenderūt, in quorum libris Artaxerxes passim nominatur. Est autē hoc nomen regiæ Persarum dignitatis. *Seder cap.* 29. id est, nō Proprium sed Commune. Rex Assur vocatur *Ezræ* 6. Xerxis filius, *Thucydides*, id est, Assueri. Nam ex eo & Esther genitum Hebræi constātet tradunt. Infrà pag. 251. med. Darius omnibus modis Iudæis fauet, fortasse quòd filius esset Esthēris, & certè eius annis Regina Esther vidua mater videtur multū potuisse. Rursùs suprà pag. 250. fin. Aliqui Nehemiā à cōsequente Artaxerxe missum Ierosolymam putant, vt illa ageret, quæ eius librō continentur. Sed perperàm. Nam apertè erat pincerna illius, qui Assuerō successit. Sic ibi. Propter quod etiā iam insetuerat sub rege præcedēte pag. 247.

postmed. ista verba: Darius iste est Longimanus, qui Assuero successit.

Cõfirmat aliquomodo pag. 251. med. Liber, inquit, Esdræ, & Nehemię, Mardochæũ nominat. Itẽ. A Græcis, inquit, vt Suida, dicitur Artaxerxes, ad quẽ Themistocles fugit, *Thucydides lib. 1.* (*Etsi Diodorus, & Valerius Max. Xerxem dicãt*) quamuis patrem eius Xerxem antea turpiter profligasset.

Atque ità permixtim tribuit ei reliqua quæ tribuuntur tàm Dario prioribus temporibus quàm Artaxerxi posterioribus. Vt pag. 250. fin. Artabani scelus, qui victum tertiò prælio Xerxem trucidarat, patri succedens vlciscitur. Et paulò antè. Vsus est Zorobabele consiliariò & custodum regij sui corporis principe locò Danielis. *Ioseph. ben Gorion* lib. 1. cap. 11. Vide pag. 251. & 255. quæ pertinent ad nomen illud Darij habitum tàm in Scripturis sacris, quã in non sacris, & in profanis. Eàdem pag. 250. Eò tertius reditus è captiuitate in Ierusalem cœpit, Nehemià ductore, qui ascenderat quidẽ cum Zorobabele, *Ezr. 1.* sed quia eius ductũ non factus fuerat primus ille reditus, tertius duntaxat ei tribuitur. Vide in sequentibus & pag. 251. post med. quæ pertinent ad nomen illud Artaxerxis habitũ pariter tàm in Scripturis sacris, quã in non sacris & in profanis.

Evm pag. 249. col. 1. regnare facit, plùs (sic ait) annis 40. Attamen ex totali summa quã tribuit Monarchiæ Persicæ, videre licet eum non istos facere plùs quàm completos.

Probationes huius rei cum non adhibeat alias, credendus est etiam non aliis steusse quàm communi profanorũ traditioni. Subindicat aliquam ex parte, cũ ibidem subdit; Cuius annus 32. Nehem. 13. memoratur. Cõsequenter cum annos eius sub istis contentos, septimum, & vigesimum sub eius gestis recenset. Deniq; cùm pag. 255. post init. hæc habet: Nehemias redit ad Regem annô trigesimosecundô Imperij eius. Nam per annos 12. rexit populum *Nehem. 5.* Et rursũ in fine dictum (id est, extremo imperij Artaxerxis) permittente Rege reuersus est Ierusalem *Nehem. 13.*

Qvintvm Regem, siue Imperatorẽ Persarum, facit *Artaxerxem Mnemonem*: quem vocat Artaxerxem tertium, vultque esse filium Longimani. Sic enim ait pag. 255. col. 1. Artaxerxes tertius regnasse dicitur. Et col. 2. Darius Nothus res Mnemonis (huius videlicet quem dixit Artaxerxẽ) adhuc pueri regiò penè titulo administrat. Et pag. 254. Quô annô mortuus est Dari⁹ (ille videlicet quem dixit Longimanum) relictis duobus filiis, Artaxerse & Cyro. Athenis Lacedæmonij rectores 30. præfecerunt, &c.

Probationes huius rei non expressas profert. Aliquam tamen inuoluit non quidem ex Scriptura sacra, sed ex profanis authoribus, vt citat pag. 255. postmed. Vt ante hunc profani historici statuunt Darium Nothum, ita post eum Ochum, &c. Et pag. 259. init. sub Dario Codomano: Antè hunc (Codomanum) post Mnemonem, Ochum & Arsem regnasse historici profani ferunt. Denique in verbis suprà relatis, in quibus filium ipsum facit Artaxerxis siue Darij Longimani. Hoc autem postremum forsã desumpsit ex Xenophonte lib. 2. Græc. Hist. post init. vbi hæc habet, iuxtà Græc. quæ iam non semel notauimus. *Hoc quoque anno (Cyrus iunior) Autobisacem interfecit & Mitræum filios Dariææ sororis Xerxis, patris Darij.* Quàm sententiam amplexus est Sirigelius, prout etiã non semel notauimus. Consequenter, sic intellexerunt id quod Xenophon init. lib. 1. de Exped. Cyri, cum hæc ait: *Darij & Parysatidis extiterunt duo filij, senior quidem Artaxerxes, iunior autem Cyrus.* Et quamuis vocabulũ Xerxis seu Xerxe patre lib. 2. Græc. Histor. expositum reperiatur apud Leunclauium in margine, hôc modô: *al. Artaxerxe, videlicet Longimano*, & vocabulum Darij lib. 1. de Expedit. Cyri, hôc modô: *Darius cognomento Nothus*, & denique Plutarchus in Artaxerxe init. faciat Artaxerxem hunc, vt & Cyrum iuniorem, filiũ Darij Nothi: quin & his Xenophõtis verbis ad rigorem sumptis contrarius sit Thucydides in libris de bello Pelop. præsertim in 8. tamen in rebus adeò parùm apud authores certis, stari potest Xenophonti, vel saltem eius textui secundùm rigorem suũ sumpti. Sed de hoc egimus plenius sub præcedẽtibus principiis.

Atque ità sub hoc rege reducit Genebrardus ea quæ per profanos sub Mnemone describuntur, vt expeditionem Cyri iunioris aduersùs ipsum Mnemonem fratrem suum apud Xenophontem in 7. libris quos conscripsit de illa Cyri (iunioris) Expeditione, de qua etiam Plutarchus in Artaxerxe; bella similiter inter Lacedæmonios & alios Græciæ populos sub eo gesta, quorum maximã partem descripsit Xenophon in Libris suis Græcarum Historiarum; deniq; similia sub eodem Artaxerxe gesta, quę vide à pag. 256.

Evm regnare facit annos 49. Sic enim ait pag. 255. col. 1. Artaxerxes tertius regnasse dicitur, annis 49. Vbi postrema verba nõ esse cum præcedentibus vno sensu coniungẽda, colligi potest, quoniã ab authore nullo tribuuntur isti regi 49. anni. Propter quod quiã

Probationes huius rei cũ non subiiciat, credendus est tot annos illi regi tribuisse, videlicet 5. suprà 44. quos aliqui tribuũt ei, vel 9. suprà 40 quos reliqui communiùs, vt numerum summæ suæ totalis adimpleret.

Sixtvm & vltimum Regem siue Imperatorem Persarum, facit *Darium Codomanũ*. Sic enim ait pag. 259. col. 1. Darius Codomanus Arsami fili⁹, quẽ vicit Alexander Macedo.

Probationes aliquas non exprofeſsò tradir. Quandam tamen indicat cùm ait col. 2. Huius regis meminit Dan. 8. cap. ſub nomine Arietis confligentis cum Hirco, id eſt, Alexandro. Eundem intelligit memoratum 2 Eſdr. 12. cùm de Nehemia loquens pag. 255. poſt init. hęc ait: Reuerſus eſt in Ieruſalem, *Nehem.* 13. vbi & diù poſt hunc ſuum reditum, mortuô Artaxerxe, ſiue hûc, ſiue ſupertore vixit. Facit enim mentionem Darij regis Perſarum (nouiſſimi) *cap.* 12. *verſ.* 22. Sic ibi. Iungere poterat ea quæ tradit Ioſephus lib. 11. Antiq. ſæpiùs iam notata. Præſertim autem de Pontificibus Iudęorum habitis ibidem 2. Eſdr. 12. quorum poſtremos oſtendit Ioſephus extitiſſe ſub illo Dario rege Perſarum vltimo.

Evm regnare facit 6. annis, pag. 259. col. 1. ſicut faciunt & reliqui communiùs.

His itá poſitis, collige 2. Darij Medi: 30. Cyri: 20. Xerxis 40. Longimani: 49. Mnemonis: & 6. Codomani, habebis 147. pro tota Monarchia Perſica proùt incipiente in Dario Medo: conſequenter 145. prout incipiente tantum in Cyro.

Alios quidem Perſarum reges ſiue Imperatores, agnoſcit Genebrardus; ſed eos nō recenſet vt chronologicos, vel quia regnauerint tantùm cum aliis: vel quia non legitimè regnauerint: vel deniq, quia tempora quibus non legitimè regnauerint parum ad totalem ſummam afferant.

Inter hos primū reponit *Cambyſem Cyri filium*. Sic enim ait ſub Cyrô pag. 244. poſt med. His annis abſente Cyro in bello Scythico, regnat filius Cambyſes, impedit executionem edicti à patre in gratiam Iudæorum ſanciti. Ægyptum regno Perſico adiecit: ſed infœlicem ſuſcepit expeditionem in Æthiopiam. Herodot. Vbi cùm Herodotū notat, non intelligas tanquàm Herodotus id dicat quoad tempora: dicit enim contrarium; ſed quoad ſubſtantiam rerum geſtarum. Similia ſic intelligas apud eum in ſequentibus. Proſequitur. Eôdem ferè tempore moritur, quô pater. Quare in ſerie Regū ab Hiſtor. Hebr. non ponitur. Pag. 246. fin. Cambyſes non diù ſuperſtes fuit Cyro patri eius. Pag. 247. Cambyſes nō memoratur in ſacris libris, quoniam viuô adhuc Patre, aut ſtatim poſt interiit, à ſe lęthaliter vulneratus.

Probat aliquomodò, cū hæc ait pag. 244. poſt med. Eum Cyrus pater Regem creat, cum Regem non liceret extrà regnum cum exercitu proficiſci, niſi priùs domi Rege creatò. *Herod. libro ſeptimo.* Ideóq; Cambyſis anni, quibus regnauit abſente patre, Cyro tribuuntur. Ex quà Herodoti regula duo reges erant Perſarum vnô tempore. Vnus domi, alter foris, id eſt, vnus qui foras pro-

A gredcretur ad bella, alter, qui domi intereà remaneret. (q. vnus Auguſtus, alter Cæſar) Quare Angelus Dan. 10. ſe dicit relictū fuiſſe apud Reges Perſarum (iuxtà Hebræum intellige) diebus 21. cùm tamen videatur tūc fuiſſe rex vnus, nempè Cyrus. Eius enim tertiô hoc dicebatur ex eodem capite. Sed Cambyſes erat rex domeſticus Cyrô abſente. Sic ibi Genebrardus. Et ſuprà dicebat hæc. In ſerie Regum ab Hiſtor. Hebr. non ponitur. Et infrà rursùs: Etiam in Metaſthene omittuntur Cambyſes & Darius, quem Hyſdaſpis filium dicunt. Ille quia regnauit
B viuente patre & bellum gerente cōtrà Scythas, tāquàm vicarius, quòd non liceret Regem extrà regnum proficiſci cū exercitu, niſi domi prius creatô Rege ad vitāda bella inteſtina. Infrà. Ità anni 7. quibus Cambyſes regnaſſe dicitur, & prohibuiſſe inchoatā ædificationem templi ob calumnias Samaritanorum (apud Ioſephum nempè) attribuuntur Cyro. Hactenùs Genebrardus.

Inter eoſdem reponit *Smerdem Magum*. Sic enim ait ſub Xerxe pag. 247. poſt init. Smerdes quidam Patiziris frater, curiæ cu-
C ſtos, doló regnum occupat, at menſe ſeptimô tollitur. Sic ibi. De eodem iterùm ac obiter ſermònem facit pag. 259. cum quibuſdam aliis, ſed de illis ſimùl poſteà.

Inter eoſdem reponit aliquomodò *Darium Hyſdaſpem*, ſiue ſit ille quem ipſe voluit eſſe Medum: ſiue ſit ille quem communiter dicunt Hyſdaſpis filium. Sic enim ſub Aſſuero, ſiue Xerxe, poſtquàm pag. 244. fin. locutus eſt de Cambyſe, déque ipſomet Dario, quos omittit Metaſthenes, his verbis, Etiam in Metaſthene omittuntur Camby-
D ſes, & Darius quem Hyſdaſpis filium dicūt: Ille quia regnauit viuente patre & bellum gerente contrà Scythas: hęc ſubdit pag. 245. init. Darius autem quia vel præceſſit Cyrum, vel per eandem legem, eô diſcedente domi regnauit Aſſuerus. Sic ibi. Iuxtà quæ ſub diſiunctione ſinit, eô diſcedente Xerxem filium eius gubernaſſe, proptereáque annos patris ipſi tributos fuiſſe. Sed hoc expreſſe tradit pag. 247. poſt init. Darius autem, inquit. Hyſdaſpis, vel non alius fuit à ſuperiore Dario, qui Cyrum anteceſſit,
E vel non nominatur, quia eô diſcedente ex regno, & abeunte Scythiam & Græciam neceſſe fuit alium Regem nominari, cuius legis meminit Herodotus libro ſeptimo. Sic Darius contrà Scythas & Græcos in bellum profecturus, Xerxem filium regem fecit, & in ipſo apparatu belli mortuus totam belli Græcanici molem filio reliquit. Vnde & Xerxes quintô annô regni cum ingenti exercitu, illud confecturus mouet *Herod. ibid.* Darius ergò foris rex, Xerxes ſiue Aſſuerus domi. Sic ibi Genebrardus.

Inter eosdē reponit *Artabanum, Xerxem secundū, & Sogdianum.* Sic enim ait sub Dario Codomano, pag. 259. versùs med. Quin & aliqui interponunt post Cambysem, Magos per 7. menses. Post Xerxem, Artabanum per dies 7. Post Longimanum, Xerxem secundūm, 2. mensibus. Deinde Sogdianum, mensibus 7. vt sint Reges 14. sed hi 16. menses, & dies 7. parum ad hanc summam afferunt. A

Inter eosdem reponit *Darium Nothum, Ochum,* & *Arsamem.* Sic enim ait sub Artaxerxe 3. siue Mnemone, pag. 255. post med. Darius Nothus res Mnemonis adhuc pueri regiô penè tituló administrat annis 19. Vnde à profanis ei præponitur, quasi post Longimanum confusa sit Persicorum regum successio. Vt autem antè hunc (Mnemonem) profani historici statuunt Darium Nothum, ità post eum Ochum an. 23. Arsamen 3. Denique Darium, quem Alexander Macedo deleuit, vt 10. sint Persarum reges. B

Subdit (quod aliquam habere potest probationis vicem) Sed ignorant historiam Persicam, quæ sic habuit. Artaxerxe tertiò, quem & Darium Persam nominari Nehem. 12. (vers. 22.) plerique putant, puerô admodùm à Longimano, siue patre siue auo relictô, Satraparum ambitione variis casibus iactatum est Imperium, vt nescias penès quos rerum summa foret. Nam primùm Darius Nothus gubernacula inuasit, se pro tutore gerens, quòd maritus esset sororis Longimani. Hinc fratribus in se inuicem armatis, Ochus, Arsamis, donec Bagoas Eunuchus Ocho & Arsami interfectis, Artaxerxem iam virum omni tyrannorum metu liberaret. Hinc Philo nec Darij Nothi, nec Arsamis meminit. C D

Quin & isti titulô regiô innotuerunt Græcis, quòd foris bella gererent, velut Proreges, dum intus imperaret Artaxerxes iuxtà legem Persicam, cuius recordatur Herodotus.

Adde fuisse reges ratione administrationis, non iuris. Sic 1. Paralip. 5. (vers. 17.) interprete Kimhi, Ioathan dicitur regnasse temporibus Ieroboam filij Ioas, cùm tamen Ieroboam 38. annis mortuus sit, priusquàm Ioathan fieret Rex. Nempè erat Rex viuente Patre Oziâ ratione administrationis, quasi prorex, quòd eâ esset Pater exclusus propter lepram. Non autem iuris, quod non nisi obtinuit post patris obitum. Hęc ibi Genebrardus. E

Rursùs in singulari de Ocho, sub eôdem Artaxerxe 3. seu Mnemone, pag. 257. fin. Ochus, Sidonē subuertit, Ægyptum recepit. Nectenabô fugiente in Æthiopiam cū multa pecunia, de quò Plutarchus in vita Agesilai. Foris bella gerens tituló regiò innotescit, cùm interim domi regnaret Artaxerxes. Prorex scilicet eius foris. Cuius crudelitas celebratur apud Iustinum, Ælianum, Plutarchum in Artaxerxe. Infrà. Bagoas spado eius, natione Ægyptius, Ochum interfecit ob irrisum Apim, & cōtemptam Ægyptiorum religionem. *Ælian. lib. 6. Variar. Hist.*

Rursus de tribus his simùl pag. 261. Megasthenes Persa ad nostrum numerum addit duntaxàt Darium Nothum, Ochum, & Arsamim, quos Philo nobiscum expungit, nullà Nothi & Arsamis factà mentione. Zonaras Nothum nescit, &c. Hæc ibi.

CÆTERVM pro toto hoc Genebrardi Modo, præcipue quatenùs respicit numerū (saltem chronologicum) regum Persarum, possunt specialia quædam referri, quæ habet in fine historiæ istius Regum Persarum. Dico, præcipuè quatenùs respicit numerum regum illorum. Nam quatenùs respicit numerum annorum, quibus vel quisq; regnauerit, vel certè tota Monarchia Persica durauerit, iam satis in superioribus fuit actum. Vt, quandò pro tota Monarchia proposuit, Esdram, Nehemiam, & Mardochęum vidisse principium & finem eius, &c. Quandò similiter proposuit sub eis singulares annos quibus illi regnarunt, aliis quibusdam vel simul, vel illegitimè, vel nullatenùs regnantibus cum eis. Itaque Probat. 1. Mod.

I. Probatio sit, A Scripturâ sacrâ. Sic nēpè loquitur pag. 260. col. 1. post med. circà Summam, quam col. 2. facit annorum regū omnium vel Monarchiæ totam 14-. Hebræi tamen tradunt Persarum Monarchiam tantùm durasse annis 52. Nostri numerant 230. nempè quoniam multò plures, videlicet 14. reges faciunt. Sed perspicuè non plures 4. post Darium (Medum intelligit) aut certè Cyrum iuxtà R. Mosem, imperaturi affirmātur, Danielis 11. (v. 2.) nec plures in Scriptura nominantur. Illic lege R. Abraham, quem in his nominandis numerandisq; suffragatorē habeo, nisi quòd ex dictô R. Mose addo pro sexto & vltimo Darium Arsamis filium. Et pag. 261. sub init. Scriptura non plures attigit, &c. Daniel non plures significat. Et inferiùs, vbi probationes suas in pauca cōtrahit: Cogimur, inquit, non plures 4. agnoscere, primùm ob Danielem cap. 11. 1. Probat. 1. Modi.

II. Probatio sit, Ab Hebræis siue Hebræorum Rabbinis. Sic nempè referebat antè paulò, R. Mosem, & præcipuè R. Abraham quem suffragatorem nominabat. Sic & pag. 261. post init. hæc habet. Chronica Hebræorum, qui cum eis versabantur vt domesticis, non plures numerant. Et inferiùs, vbi probationes suas contrahit: 5. Ob traditiones Hebræorū constātes, quibus plus est fidendum, quàm Græcis, quòd Monarchiæ 2. Probat.

illius maxima fuerint pars & laudatissima.

3 Probat. III. Probatio sit, à quibusdam Authoribus, nimirùm partim Metasthene & Philone: quos intellige apud Annium Viterbiensem & partim Zonar. Sic nimirum ait eâdem pag. 261. post init. Metasthenes Persa & Philo eò alludunt. Et inferiùs vbi probationes suas contrahit: Metasthenes Persa ad nostrum numerum addit duntaxàt Darium Nothum, Ochum, & Arsamim, quos Philo nobiscum expungit, nullà Nothi & Arsamis factâ mentione, Zonaras Nothum nescit, &c.

4 Probat. IV. Probatio, vel certè confirmatio præcedentiùm sit, A discordantia tùm horum, tùm cæterorum authorum. Sic enim ait ibidem · 6. Ob ipsosmet externos, in numero Regum Persicorum constituendo inter se planè discrepantes. Nam Metasthenes Persa ad nostrum numerum addit duntaxàt Darium Nothum, Ochum, & Arsamim, quos Philo nobiscum expungit, & Zonaras Nothum nescit, &c. Poterat addere quæ nos ab initio huius materiæ deduximus, etiam ex antiquissimis patribus. Sub hac probatione reduci possunt similia quæ habet de Græcarum Historiarum, quoad Persas incertitudine. Et pag. 247. fin. De rebus Persicis, & aliis Asiaticis vix certi quicquam habet Græcorum historia antè huius (Xerxis) in Græciam transitum, tùm cùm Gelon in Sicilia dominabatur. *Pausin. in Arcadicis*, Olymp. 75. *Halicarnas.* lib. 9. Addere poterat id testari Thucydidem lib. 1. proùt expressius dicetur sub sequentibus Modis. Pag. 251. med. A Græcis etiam, inquit, vt Suida, dicitur Artaxerxes (Longimanus) ad quem Themistocles fugit, Thucydides lib. 1. Etsi Diodorus, Cic. & Valerius Max. ad Xerxem dicant, &c. Et hactenùs ad oculos expositus sit Genebrardi Modus.

Reijcitur. 1. Modus. CONTRA HVNC MODVM

Faciunt innumera, generisque multiplicis.

1. Et I. Quòd in singulari quantùm ad *Darium* quem numerat in hoc ordine primum regem, siue Imperatorem Persarum, longè distet a vero, si modò Scripturam sacram, Græcam historiam, (quam tamen reclamat) & rationem attendamus. Nam inprimis, non est qui nesciat, quamuis Darius Medus Cyri socer, aut etiam auunculus, fuerit filius cuiusdam principis Medi cognomine Hysdaspis, aliàs Assueri Dan. 9. tamen & eum esse totò cœlô diuersum ab illo qui cōmunius cognominatur Hysdaspis ac pater Xerxis, & eum esse qui vocatur à profanis Cyaxares. Vide quæ dicta sunt de illo sub finem textuum Periodi præcedentis. Vnde Scriptura quidem præponit alium Cyro: at non illum qui communiter dicitur Hysdaspis. Deindè nulli non est notum, si modò vidit Herodotum, & alios Historicos, Darium Hysdaspis, sub quo tot & tanta quæ notat Genebrardus, acta sunt, non priorem esse Cyrô, sed posteriorem; ciúsque gesta gestis Cyri posteriora; notanter capturam Babylonis posteriorem factam per Darium Hysdaspem confundi per Genebrardum cum priori facta per Darium Medum. Deniquè Darius ille, de quo loquitur Genebrardus, non appellatus fuit propriè Rex siue Monarcha Persarum, sed Medorum; vnde ab authore nullo materiam istam cum discussione tractante, reponitur inter Imperatores Persarum. Nam sicuti Cyrus quamuis esset Imperator, tàm Persarum quàm Medorum: quia tamen erat genere, vel etiam regnô speciali Perses, propterea propriè dictus fuit rex Persarum, non Medorum: ità Darius ille quàmuis esset Imperator tàm Medorum quàm Persarum, quia tamen erat genere vel etiam regnô speciali Medus, propterea propriè dictus fuit rex Medorum non Persarum.

Ad Probationem Genebrardi Respondetur, eum non designare quomodò elementa Hebraica monstrent Assuerum esse, quem Græci Xerxem appellant. Quod si non aliud intendit quàm quæ contendebat Scaliger suprà sub 5. rege Persarum, refutata videantur ibidem.

Ad I. Confirmationem Respondetur, Genebrardum in hoc hallucinatum fuisse, quòd posteriorem capturam Babylonis confudit cum priore, quas tamen per omnia diuersas faciunt Herodotus & alij.

Ad II. Confirmationem Respondetur, nihil eam concludere. Nam Darius Medus diuisit imperium in 120. Satrapias Dan. 6. Darius autem Hysdaspis in 20. tantùm. Quæ quàmuis continerent aliàs sub se: quis tamen nisi diuinando dixerit eas fuisse 100. sicque in toto fecisse 120. cùm potius credibile sit eum illas in 127. diuisisse, quoniam 3. Esdr. 3. à vers. 1. *Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus, &c. præfectis sub eo ab India vsque Æthiopiam, 127. prouincijs.* Deindè Esth. 1. vers. 1. *In diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque Æthiopiam, super 127. prouincias.* Si Assuerus iste, fuisset filius Darij Medi, proùt vult Genebrardus, quomodò iam ab initio regni sui quò successit patri, regnasset super 127. prouincias, cùm pater ipsius regnasset super 12 . tantùm?

Ad III. Confirmationem Respondetur, Quòd Darius ille qui communius dicitur Hysdaspis, vocetur à Thucydide Medus bellùmque tàm suum, quàm Xerxis filij, Medicum: ideò esse quia Darius ille, medus erat origine, Medus simùl imperabat cum Persis, in Media sedem tenebat im-

perij, Ducibus Medis ac pro magna parte militibus vtebatur, deniquè quàmuis Cyrus Imperium Medicum auunculi transtulisset in Persas, tamen imperium illud Græcis erat magis notum sub ratione Medica, tùm propter eius principium à Medis, tùm propter eiusdem recursum aliquatenùs in Medos, propter quæ vel in ipsomet 3. libro Esdræ Media nominatur antè Persidem in Dario qui fatente Genebrardo posterior fuit Cyrô, cap. 3. vers. 1. *Rex Darius fecit cœnam magnam*, &c. *omnibus magistratibus Mediæ & Persidis*, &c. Neque verò desunt similia tàm in Scriptura sacra quam in profanis, & apud ipsummet Genebrardum, de regno Babylonico Nabuchodonosor & posterorum suorum, sæpius vocato Assyrium. Hoc enim agnoscit Genebrardus cùm sic ait pag. 240. ab init. Non omninò fictũ est, quod antiqui de Assyriorum regno memorarunt, quandò ei proximè Persicum successisse ferunt. Primùm quoniam Nabuchodonosor à quo prima Scripturæ Monarchia incipit vetus Assyriorum imperium subdens, Assyriorum potiùs rex appellatus est, quàm Babyloniorum, vel Chaldæorum, propter veterẽ Imperij sedem, quódque Assyrij regem duntaxàt mutasse non regnum perdidisse viderẽtur. Quarè quem Prophetæ Babylonis regem vocant, Liber Iudith, Herodotus, Ctesias, Iosephus ipse Assyriorum appellant. Sic ibi Genebrardus. Et pag. 250. post med. loquens de Dario (quem vult) Longimano (cæteris Hysdaspis) Rex Assur, inquit, vocatur *Ezræ 6.* Scilicet sic habetur 1. Esdr. 6. vers. vlt. *Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos Dominus, & converterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.* Adde, quid mirùm si Græci bellum Persicum vocassent Medicum, non his modò rationibus, sed adhuc longè minoribus, cùm res Persicæ, suis præsertim initiis, propter magnam regionum distantiam, nullúmque tunc inuicem commercium, parùm essent eis notæ.

QVOD autem Genebrardus regnare facit Darium illum Medum 2. annis chronologicis, contrariatur Scripturæ sacræ. Nam ea manifestè docet plurimis in locis, captiuitatem duraturam tantum 70. annos, finem autem & habituram per Cyrum, & habuisse per eum annô suô primô. Quapropter quòd etiam reliquos eius annos Cyro tribuit, & contrariatur eidem Scripturæ distinguenti regnum vtriúsque, tùm Dan. 5. 6. 9. 10. 11. tum 2. Par. vlt. ac 1. Esdr. 1. (vt omittam quòd de illis exponunt plurimi Dan. 13. vers. vlt. *Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* & confingitur multùm gratis, cùm potiùs ordine dignitatis, ætatis, consanguinitatis, & affinitatis, anni Cyri fuissent Dario tribuendi.

Ad Probationem Respondetur, eam esse futilem, cùm vnus & primus, sæpè sint eadem in Scriptura: & qui dicitur primus eius cap. 11. vers. 1. sit idem qui dicitur vnus cap. 9. vers. 1.

Cæterum si anni captiuitatis secundùm quòd vult Genebrardus absoluti sunt annô primô Darij Medi: certè captiuitas soluta fuerit per eum annô suô secundô, ni dicatur ipsômet primô. At hoc contrariatur Scripturæ sacræ, tot in locis testante Captiuitatem fuisse solutam per Cyrum annô suô primô. Mirum profectò quomodò Genebrardus in hæc impegerit: forsitan ideò deceptus, quòd Rabbinis nimiùm fuerit addictus: quos tamen non semel arguit erroris, impudentiæ, falsitatis, prout notabitur inferius.

FACIT II. Quòd etiam in singulari, quantùm *ad Cyrum* quem numerat in hoc ordine non primum, sed secundum Regem siue Imperatorem Persarum, longè distet à verò, si modò Scripturam sacram Græcam historiam & rationem attendamus. Nam 2. Par. 36. vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarum.* Per hoc denotatur quis futurus sit dicendus primus Imperator Persarum. Atqui rex Persarum sub quo non seruierunt ampliùs, siue per quẽ liberati sunt à captiuitate, non fuit Darius Medus, sed Cyrus. Nam ibidem vers. 22. *Anno autem primô Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus Spiritum Cyri regis Persarum, qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum*, &c. Similia 1. Esdr. 1. vers. 1. & 3. Esdr. 1. vers. 57. & 2. vers. 1. Historia profana sic eum ponit primum in ordine hoc Imperatorum Persicorum, vt probatione non egeat. Ratio fauet. Nam sicut Darius Medus ideò dictus est primus Imperator Medorum in hoc ordine, quòd genere & regnô speciali Medus esset: ità Cyrus ideò dici debet primus Imperator Persarum in hoc ordine, quòd genere & regnô speciali Perses esset. Quod enim esset genere Perses, côueniunt omnes, & ostenditur Dan. 13. fin. *Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.* Quòd etiam esset rex Persarum antequàm fieret Imperator Babyloniorum, probauimus manifestissimè tam ex Scripturis sacris, quàm ex profanis §. 105. Confirmatur. Nam sicut nullibi Cyrus dicitur rex Medorum, quãuis Medis simùl imperaret: sic neque Da-

rius ille Medus dicitur vbi rex Persarum quamuis imperaret simul Persis. Non ergo Darius ille dici debet in hoc ordine primus rex Persarum, & Cyrus secundus, sed Cyrus simpliciter primus.

Ad Probationem Respondetur, eam niti falsò fundamentò, prout manet hic demonstratum.

Quod autem Genebrardus regnare facit Cyrū annos 30. chronologicos, in hoc ordine regum Persarum, siue post consecutum Imperium Babylonicum, contrariatur veræ historiæ. Hoc probatum fuit manifestissimè §. 105. præsertim ex Xenophonte lib. 8. Cyropæd. cui conformia sunt quæ de illa habentur in Scriptura sacra.

Quarè ad Probationem Respondetur, ibidem fuisse demonstratum eā esse falsam.

FACIT III. Quòd etiam in singulari, Quantum ad *Xerxem*, quem ouinerat in hoc ordine non quartum vel etiam quintum Regem siue Imperatorem Persarum, sed tertium, longè distet à vero, si modò Scripturam Sacram, Græcam Historiam, & ratiocinia attendamus. Nam Dan. 11. postquàm dictum est cap. 10. vers. 1. *Anno tertio Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli*, &c. & per Angelum cap. 11. vers. *Ego autem ab anno primo Darij Medi stabam, vt confortaretur & roboraretur.* Subditur vers. 2. *Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes: & cum inualuerit diuitijs suis concitabit omnes aduersum regnum Græciæ.* Locus hic expositus fuit in tō huius difficultatis. Breuiter. *Adhuc*, id est, posthæc, sicut Gen. 7. vers. 4. *Adhuc enim, & post dies septem ego pluam.* Non potest autem significare *adhuc tantum*, alioquin inferretur Scripturā sibi contradicere, cùm postquàm dixisset adhuc tres tantum extituros reges in Perside, tamen quartum adderet. Exponi posset etiam, adhuc quædam erunt, antequàm quiddam notabile fit, v. g. quod posteà narrat de Antichristo. Sed verior sensus & magis litteralis est, erunt posthæc tres quidam reges, post illos verò, quartus quidam potentissimus, &c. *Tres reges.* Inclusò Cyrò, qui tunc regnabat (nā hæc dicebat Angelus annò eius tertiò, ex cap. 10. v. 1.) duo tātùm eruot inter eum & quartū illum: Exclusò autem & probabilius Cyrò, quod etiam vult Genebrardus pag. 147. fin. tres erunt inter ipsum & quartum illum. Imo verò, si velit ità Genebrardus, sumantur illi reges ab ipsomet Dario Medo: Eò inclusò duo erunt inter ipsum & quartum illum, Exclusò, tres. Quouis ergo modò, rex ille semper erit, sicut etiam expressissimè pronunciatur, *quartus.* Porro regem illum censent omnes, ipséque Genebrardus, fuisse Xerxem. Si Xerxes fuit quartus: quomodò potuit per Genebrardum asseri tantum tertius? Quin nonne Genebrardus numerauit ordinaliter & chronologice Darium Medum & Cyrum, sicque distinxit Medum à Cyro, Cyrumque à Medo? Atqui à quocumque numerentur Xerxes pronounciatur futurus admīnùs, & vnò verbò quartus. Nō igitur dicendus est tertius. Addamus ad hominem, vult Genebrardus Xerxem esse regem Assuerum, de quo in lib. 10. Esth. At Assuerus ille hæc profert cap. 16. vers. 10. *cuius (Dei) beneficio, est patribus nostris, & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur.* Hoc autem dicere non potuisset Assuerus ille siue Xerxes, si fuisset filius Darij Medi, solumque tertius ab eo interexistente tantum Cyrò: præsertim cùm post Darium Medum, Imperium fuisset translatum in aliam familiam prout asserit Genebrardus. Historia autem Græca contrariatur ità manifestè huic positioni Genebrardi, vt suffi..at illam inspexisse. Ratio fauet. Imprimis si Xerxes fuisset filius Darij Medi, quomodo non dictus fuisset potius rex Medorum quàm Persarum? Nam ibidem Esth. 16. vers. 15. Assuerus ille vocat regnum patribus suis traditum, & sibi custoditum, *regnum Persarum*: & Dan. 11. dicitur futurus ille quartus æque ac tres rex in Perside. Neque dicatur Darium ipsum Hysdaspem, quamuis Medum genere, non propterea fuisse dictum regem Medorum. Nam neque regnum hæreditate suscepit à patre qui prius extiterit rex Medorum potius habuit illud ab electione principum Persicorum, neque etiā Medus fuit regnò speciali priusquàm ad Persicum accederet; demùm vxorem duxit Atossam Cyri filiam, propter quā vult etiā Herodotus lib. 7. subinit. regnum Persidis ad ipsum pertinuisse. Deinde, si Xerxes fuisset filius Darij Medi, quomodo credibile fiet, non eum immediatè successisse patri, Dariúmque in viuis agentem, & adeo potentem, non promouisse de regnis suis filio reliquendis, sed Cyrum innatisse Imperium, idque laturos principes Medos tot ingentibus prouinciis præfectos, vt Imperium inuaderetur ab extraneo, nec legitimo successori seruaretur?

Ad I. Probationem Genebrardi Responsum fuit sub 5. rege Persarum, vbi similia producebat Scaliger de elemētis Hebraicis nominis Assueri.

Ad II. Respondetur, non vni Xerxi communes fuisse voluptates, & conuiuia, sed etiam reliquis, prout videre est de Dario Hisdaspe qui 3. Esdr. 3. *Fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis*, vers. 1. *& omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus,*

*& præfectis sub illo, ab India vsque Æthiopiam 127. prouincijs, &c.*

4. FACIT IV. Quòd etiam in singulari, Quantùm ad *Darium Longimanum*, quem numerat in hoc ordine quartum Regem siue Imperatorem Persarum, eundem facit cum Artaxerxe de quo 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. longè quoque distet à vero. Nam imprimis eum non esse solummodò quartum, sequitur ex dictis. Si enim iuxtà Dan. 11. Historiam Græcam, & rationes allatas, Xerxes fuit quartus, ac etiã probabiliùs quintus: Darius Longimanus non potest dici tantùm quartus. Deindè, nec enim esse vnum eundemq; cum Artaxerxe de quo, 1. Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. & vlt. patet multipliciter, v.g. 1. Esdr. 6. vers. 14. & 3. Esdr. 5. vers. vlt. *iubente Deo, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum.* Vbi quod insinuauit obiter Genebrardus per Artaxerxem intelligendum esse eum qui sub nomine tùm Assueri tùm præsertim Artaxerxis 1. Esdr. 4. vers. 6. & 7. consequenter per ὕστερον πρότερον ibi dictũ, & gratuitum est, & falsum. Item, & manifestè, 3. Esdr. 8. vers. 1. *Et post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras*, &c. Item, à diuersis tùm nominibus, tùm tot actionibus in Scriptura habitis, quæ velle non diuersos reges referre sed vnum, gratuitum est, & absque vero fundamento.

Ad Probationem Respondetur, priorem eius partem fuisse sat refutatam. Posteriorem autẽ esse nullam, cùm nitatur tantũ authoritate Hebræorum, qui non solummodò sunt incerti, prout etiam in multis reijcit illos Genebrardus, sed etiam sunt in his Scripturæ sacræ contrarij. Singulariter autem quod ait Genebrardus Darium fauisse Iudæis quòd forsan filius esset Estheris, contrarium est his quæ narrantur 3. Esdr. 4. Siquidem ideò fauit eis, quia votum fecerat Deo, & Zorobabel inuenit gratiam coram illo.

Ad Confirmationem Respondetur, librum quidem Esdræ & Nehemiæ nominare Mardochæum, sed tantùm vt sub Cyro reductum, non autem quòd historia ipsius & Esther, sub illo rege fuerit acta.

5. FACIT V. Quod etiam in singulari, Quantùm ad *Artaxerxem Mnemonem*, quem numerat in hoc ordine quintum Regem siue Imperatorem Persarum, distet à vero, si modo Scripturam sacrã, Historiam Græcam, & rationem attendamus. Nam sicut aduertebatur 1. Esdr. 4. vers. 14. & 3. Esdr. . vers. vlt. itémque 1. Esdr. 7. vers. 1. & 2. Esdr. 2. vers. 1. & 13. vers. 6. mentio fit cuiusdam Artaxerxis, tanquàm diuersi regis ab illo Dario de quo fit mentio 1. Esdr. 4. 5. & 6. & 3. Esdr. 2. 3. 4. 5. 6. Aggæ. 1. & 2. & Zachar. 1. & 7. Siquidem distinguuntur manifestè 1. Esdr. 6. vers. 14. & 3. 5. vers. vlt. *ædificauerunt & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum.* Vnde quod insinuauit obiter Genebrardus, Artaxerxẽ illum eũdem esse qui Xerxes, & Darium ibi fuisse prius memoratum per hysteronproteron, omninò (sicut iam diximus) gratuitum est, & contrà veram historiæ rationem, præsertim contrà 3. Esdr. 8. vers. 1. *Et post hunc regnante Artaxerxe*, quẽ librum voluit Genebrardus esse canonicum. Historia autem Græca, ità huic opinioni contrariatur, vt sufficiat illam inspexisse. Ratio fauet. Nam si rursùs iuxta Dan. 11. Historiam Græcam, & rationes speciales allatas superiùs, Xerxes fuit quartus ac etiam probabilius quintus Persarum rex, & Darius Longimanus quintus ac etiam probabiliùs sextus: vtique Artaxerxes Mnemon quem Genebrardus filium facit Longimani, non potuit esse tantùm quintus.

Ad Probationem Respondetur, quantumcumque Mnemon dicatur filius Longimani, reponatúrque proximè post eum, tamen adhuc manere non eum debere tantùm dici quintum Persarum regem. An autem alius quidam, nimirùm Darius Nothus, & cõsequenter post eum alij, videlicet Ochus & Arsamis, admittendi sint, dicetur sub Modis sequentibus. Interim, si dicas ridiculum videri Genebrardum, faciendo Darium Nothum, Ochum, & Arsem, tutores Mnemonis, cùm Darius regnauerit annos 19. Ochus 26. & Arses 4. indéque sequeretur Arsem se gessisse tutorẽ Mnemonis nati 45. annos. Memorãdum erit Genebrardum nolle Ochum & Arsem regnasse multos annos, sed fuisse statim extinctos. Item consequenter eos tutelam affectasse simul. Deniq; forsan non propriè tutelam, sed pro eo vel sub eo gubernationem: vt qui hebetis esset ingenij, prout testatur Plutarchus.

QVOD autem regnare facit eum Genebrardus annos 49. cum hoc non probet, sed tantum assumat ad commoditatem suæ sententiæ, non est quòd expressiùs refutetur. Sufficit enim Historiam Græcam esse huic opinioni contrariam, contrà quam nihil potest circà hoc ex Scripturis sacris afferri.

FACIT VI. Quòd etiam in singulari, Quantùm ad *Darium Codomanum*, quem numerat in hoc ordine sextum regem siue Imperatorem Persarum, consequenter à vero distet. Nam si Mnemon non fuit tantùm quintus, vtique Codomanus non potest dici tantùm sextus. 6.

FACIT VII. Quòd etiam in singu- 7.

lari, Quantum ad *Cambysem Cyri filium*, cum immeritò reijciat à numero chronologico Regum siue Imperatorum Persarum. Nam adminus debet intelligi Cambyses vnus ex tribus illis qui Dan. 11. regnaturi proferuntur interquàm quartus qui Xerxes est, regnet ab annò tertiò Cyri. Vide quæ diximus contrà Scaligerum, sub 2. & 4. rege Persarum. Deinde huic opinioni contrariatur Historia Græca, contrà quam nihil non tantùm solidi, sed ne speciem aliquam ferens affert Genebrardus.

Ad Probationem Respondetur, illa omnia per Genebrardum gratis hic proponi. Nam extiterit apud Persas illa lex quàm ex Herodoto deducit, exstiterint plures apud eos simul reges, ostendendum esset, quomodo hæc ità locum in Cambyse habuerint, vt ipse nullos annos regnauerit chronologicos, vel quomodò Scriptura sacra certáue chronologia non possit aliter conciliari. Genebrardus non cōcludit. Hebræi autem iuxtà Genebrardum ipsum, prout pleniùs ostendetur infrà, non sunt certi, multominùs contrà meliores authoritates, sed & Scripturam ipsam sacram, sequendi. Cōsequēter Metasthenes Annii nullatenus.

8. FACIT VIII. Quod etiam in singulari, Quantùm ad *Darium, Hystaspem* communiùs dictum, immeritò reijciat eum à numero chronologico Regum siue Imperatorum Persarum. Nam cum post Darium Medum de quo Dan. 5. 6. 9. & 11. & antè Artaxerxem de quo 1 Esdr. 7. & 2. Esdr. 2. quem Genebrardus cum reliquis (exceptò Scaligerō) facit Artaxerxem Lōgimanum, reperiatur Darius quidam alter, ab vtróque distinctus, & à Medo quidem, fatente Genebrardò, sed ab Artaxerxe (quem ille dicit esse Longimanum) sicut manifestè suprà probauimus, præsertim ex 3. Esdr. 8. vers. 1. nullus autem alius reperiatur Darius inter istos, quàm Darius Hysdaspis, tandémque anni quidam regni eius numerentur à Scriptura 1 Esdr. 4. vers. vlt. consequenter 3. Esdr. 2. 4. 5. & 6. Aggæ 1. & 2. & Zach. 1. & 7. manifestum est Darium Hysdaspem in numero chronologico Regum Persarum esse numerandum.

9. FACIT IX. Quòd Genebrardus in suis dictis pateat parùm certus de plurimis quæ proponit. Nam v. g. de Dario quem Medum & Hysdaspis communius filium, vnum eundémque dicit, hæc habet sub illo pag. 244. post init. Esse autem videtur hic Darius, qui ducibus Dati & Arbazo Medis (Medus enim Medos exercitibus præficiebar, contrà eos qui Darium Persam faciunt) Asiam Macedoniámque aggressus est, & Iunes superauit, fugatus interim à Miltiade Athenensi in Marathoniis campis, vndè Græci scriptores bellum apud Marathonem gestum Medicum dicunt. Quod gessisse videtur, Cyrò alibi res gerente. Et pag. 245. postquā dixit: In Metasthene omittuntur Cābyses & Darius, quem Hysdaspis filium dicunt. Ille quia regnauit cum patre, &c. hæc haber, Darius autem (omittitur quia vel præcessit Cyrum, vel per eandem legem eò discedente, domi regnauit Assuerus (qui Xerxes). Et pag. 247. post init. Darius autem Hysdaspis, vel non fuit alius à superiore Dario (Medo) qui Cyrum antecessit, vel non nominatur, quia eò discedente, & abeunte Scythiam & Græciam, necesse fuit alium regem nominari, &c. Sic Darius contra Scythas & Græcos in bellum profecturus, Xerxem filium regem facit, &c. Darius ergò foris rex, Xerxes siue Assuerus domi. Item, de Artaxerxe Mnemone, Pag. 255. post init. Quidam, inquit, minus rectè non superiorem, sed hunc putant esse Artaxerxem, sub quo à Nehemia Vrbs mœnibus cincta est, & templum ornamenta sua obtinuit *Nehem. 2. & seq.* Et Ezras venit in Iudæam cum mādatis ad res populi componendas, *cap. 7.* annis antè Nehemiā 13. Vtut sit, Nehemias redit ad Regem annō 32. imperij eius. Nam per annos 12. rexit populum, *Nehem. 5.* Et rursùm in fine dierum (id est, extremò Imperij Artaxerxis) permittente Rege reuersus est Ierusalem. *Nehem. 13.* vbi & diù post hunc suum redittum, mortuò Artaxerxe, siue hôc, siue superiore. Similia proferebat circà Scripturam & Hebræos supra pag. 147. Perspicuè non plures 4. post Darium aut certè Cyrum iuxtà R. Mosem imperaturi affirmantur Dan. 11. nec plures in Scriptura nominantur. Illic lege R. Abrahám quem in his nominandis numerandísque suffragatorē habeo, nisi quòd ex dicto R. Mose addo pro sexto & vltimo Darium Arsamis filium.

CÆTERUM Ad I. pro toto hoc Modo Genebrardi Probationem Respondetur, imprimis Genebardum ibi supponere falsum prout hactenùs fuit demonstratum. Deinde datò non concessò Scripturam sacram non plures vel memorare, vel etiam nominare, iam sæpiùs fuisse dictum argumenta huiusmodi non concludere quàque facilitate proponūtur, eàdem & posse reijci. Quòd si dicat aliquis pro Genebrardo, quamuis argumenta huiusmodi solitariè sumpta non soleant concludere, tamen spectatis aliis circunstantiis, vt riuersitatibus, ac etiam pugnantiis, authorum, ea posse cōcludere, quatenus aliundè non potest veritas elici, de cætero quadrare faciat numerum suum stabilitæ iam annorum summæ huius Periodi. Respondebitur, hoc non ha- Ad 1. Probat. 1. Modi.

ber locum, vbi reperiuntur authoritates idoneæ, quales sunt circa priores Reges Persarum tot grauium Authorum vt Herodotis & Thucydidis, quibus derogare non debent pauci; maximè cùm non sint in hoc Scripturæ, vel certiori historiæ contrarij, possintque reperiri commodiores Modi difficultatem istam conciliãdi. Præterea, si iuxtà Genebrardum Dan. 11. perspicuè non plures imperaturi affirmantur, post Darium Medum aut certè Cyrum, nec plures in Scriptura nominantur, quàm 4. quartus autem ille fuerit Xerxes; quomodò producit alios post ipsum, vt Longimanum, Mnemonem, & Codomanum? Insuper, si Xerxes est ille quartus post Darium Medum aut certè post Cyrum, quomodò Genebrardus numerauit illum tantum in ordine tertium, cum hòc modò debeat esse sextus? Deniquè mirum est quomodo Genebrardus profiteatur Scripturam sacram istos 6. nominare, cum tamen nullum ex ea proferat locum per quem ostendere possit Artaxerxem Mnemonem quem agnoscit, in ea repertum nominatum, vel etiam indicatum. Nã Artaxerxem siue Assuerũ Esther noluit esse hunc, sed voluit esse Xerxem, Artaxerxem quoque 1. Esdr. 6. 7. & 2. Esdr. 2. noluit esse hunc, sed voluit esse Longimanum.

Ad 2. Ad II. Probationem Respondetur, Hebræos, siue Rabbinos eorúmue traditiones vel Chronologias, incertas nimiùm & fallaces esse, quin & Scripturæ sacræ contrarias fatente vel ipsômet Genebrardû. Nã Pag. 241. sub init. postquàm de Dario Medô dixit, Eius primò absoluti sunt Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ à Ierem. 25. & 26. cap. prædicti, Dan. 9. hæc de illo subijcit: Quàmuis Rabbini tàm veteres, quàm recentiores, putent illum septuagesimum annum incidisse in secundũ Darij Lũgimani, magnâ impudentiâ affirmantes Danielem in sua supputatione fuisse lapsum. *Abben Ezra in 9. Dan.* Et pag. 251. postmed. vbi loquitur de Dario, quem vult esse Longimanum, reliqui volunt esse Hysdaspem, hæc habet: Mirum est Hebræos ferè hunc opinari, qui victus sit ab Alexandro. Deniquè quomodo Genebrardus cum eis consentiat per omnia, pateat ex hoc solo, quòd pag. 244. sub init. Tres annos, inquit, tantùm Hebræi tribuunt Cyru. At ipse pag. 242. col. 2. init. tribuit ei 30. Similiter pag. 260. postmed. Hebræi tamen, inquit, tradunt Persarum Monarchiam tantum durasse annis 52. At ipse col. 2. tradit eam durasse 147. His ità se habentibus, mirum sit potius quomodò Genebrardus voluerit plùs esse fidendum illis, ipsorúmue Chronicis, quàm Græcis, aut alijs.

Ad 3. Ad III. Probationem Respondetur, Metasthenem & Philonem similésque apud Annium Viterbiensem, non solùm ab omnibus explodi tanquàm ad libitum & fabulosè per Annium ipsum, vel aliquem alium confictos, sed etiam pro talibus debere per ipsummet Genebrardum censeri. Nam pag. 261. fin. vbi loquitur de Beroso, Chaldæo, déq; libris eius, hæc ait: Libri eius minime extant, vt apparet e fragmentis ipsius apud veteres repertis. Quare ij, quos Annius eius nomine produxit, sunt adulterini. Simile de similibus dicere debuerit Genebrardus.

Ad 4. Ad IV. Probationem Respondetur, non reperiri discordiam notabilem in bonis Authoribus circà priores Persarum reges, quantum ad eorum numerum; nec eos quicquam in hoc tradidisse, quod non sit conforme numero regum Persarum per Scripturam indicato. Circà reliquos autem tractabitur sub Modis sequentibus. Quòd autem aliqui Patres, etiam antiquissimi, non conueniant in hoc cum Græcis, non mirum; cum neque satis in hoc conueniant cum Scripturis ipsis; sed cuius rei ratio sit, quòd materias istas non discusserint ex professò, tanquàm etiam non pertinentes ad Fidem.

2. Modus. II. MODVS esse potest, vt illi soli Persarũ Reges siue Imperatores, & numerentur quoad personas, & recenseantur quoad annos, qui fuerunt vel legitimi, vel propriè dicti. Quò præstitô, cùm nihilominus omnes eorum anni, qui communius assignantur ab authoribus, excedant summam annorum 160. propterea minuantur secundum pauciorem aliquam computationem annorum Regum quorundam, quam reperire sit, vel apud aliquos authores idoneos, vel per aliquam rationem probabilem, ex parte temporum antecedentium Artaxerxem Mnemonem, & pro principaliori parte annorum minuendorum.

Probat. PROBARI potest iste Modus, quantùm ad formalem suam positionem, duobus argumentis.

1 Arg. 1. ARGVMENTVM. Petitur à similibus, singulariter in historia Babylonica, iuxta sententiam Authorum, qui reijciendos omni modò voluerunt tàm à numero quàm annis Imperatorum Babylonis Nigillar & Labosardach, propter Loca Scripturæ sacræ quæ visa sunt illos reijcere; nimirùm 2. Par. 36. vers. 20. *Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarum.* & Ierem. 27. vers. 7. *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius*, in quibus locis totum Imperium Babylonicum tribuitur soli Nabuchodonosor, eius filio, & filio

filij

fili [illegible], inter ex Iudi videntur qui [illegible] per vim int[illegible]

II. ARGVMENTVM. Peti[illegible] à Ratione. Nam quid rationab[illegible], [illegible] Reges non legitimos non recen[illegible] [illegible] tim quandiu reperti sunt [illegible] tempore legitimi, vel quandò tempora non [illegible]morum commo[illegible] putar[illegible] poss[illegible] tanquàm ad sola legitimorum [illegible] Hi[illegible] iunge tertium & quartum principium [illegible]tiô huius Sententiæ positum [illegible], & hoc in re multum alias incerta, pugnant[illegible] plena, necnon cum Scripturis sacris, aut ad sacras reductiuè spectantibus con[illegible] Pro qua proinde, si resecans regibus illegitimis, nihilominus legitimorum anni, qui communius assignantur ab authoribus, excedant summam annorum 16[illegible] minuantur [illegible] und[illegible] pau[illegible]orem aliquam computationem annorum Regum quorundam, quos reperi[illegible] e sit vel apud aliquem authorem idoneum, vel [illegible] aliquam rationem probabilem.

Porro quia compu[illegible] pau[illegible] annorum Regum quo[illegible] secu[illegible] aliquam rationem probabilem, [illegible] potest varia [illegible] p[illegible] tertium quasi [illegible] capitalis vna, [illegible] minu[illegible] [illegible]porum antecedentium Artaxe[illegible] M[illegible]monem, & pro principal[illegible] annorum minuendorum altera, quæ minuat eos ex parte temporum [illegible] sequen[illegible] eum 5 & pro principaliori parte [illegible] minuendorum [illegible] præterea videntur [illegible] præpunedæ, priusquam com[illegible] annorum, tum istius [illegible] Modorum Sententiæ h[illegible] ex[illegible] Et quàmuis vtraque ratio poss[illegible] ponendis istius Sententiæ Mo[illegible] nire, tamen vt ordo [illegible] illarum priori Modo [illegible] posteriorem, adaptandam [illegible] mus.

Cæterùm, vt [illegible] breuiter al[illegible] namus illa prima com[illegible] annorum quorundā Regum [illegible] temporum antecedentium Artaxe[illegible] monem, & pro prin[illegible]liori part[illegible] rum minuēdorum, assignati potest in *Dari Hysdaspe*, in *Xerxe*, & in *Longimano*.

Vt autem habeatur quomo[illegible] *Darium Hysdaspem*, memoran[illegible] siam & Orosium tribuere [illegible] 3[illegible] annos. Tertullianum aute[illegible]

Et quoniā de Tertulliano p[illegible] bitatio propterea [illegible] loco tan[illegible] propriò demonstrandum e[illegible] Tertullianus lib. aduersus Iudæos, ver[illegible] cap. 8. post allatum su[illegible] cap. [illegible], numerandas vult Heb[illegible] ma[illegible] an- no primo Darij illius, v[illegible]ue ad aduen[illegible]

A Chri[illegible] *Darij quomo[illegible] nech[illegible] Dary d[illegible] quæ[illegible] velit Danie[illegible] annus [illegible] eantur vsque ad aduentum [illegible]* hæc [illegible] *Darius [illegible] regnauit [illegible] 19. Arta[illegible] regnauit anni 4[illegible] rex Och[illegible] regnauit [illegible] Argus anno [illegible] Da[illegible] q[illegible] [illegible] nom[illegible]* [illegible] qui [illegible] n festum est, Ter[illegible]

B [illegible] quem dicit re[illegible] annos intelligere Darium Medum d[illegible] Dan. 9 V[illegible] n aliund[illegible] que [illegible] est eum per Darium [illegible] M[illegible] quo Dan. 9. non int[illegible] Da[illegible]lum Medum, qui [illegible] Dan. 5 & 6. præce[illegible] Cyrum [illegible] quem [illegible] ei post[illegible]m. De hoc non leu[illegible] [illegible]ius ad illa verba. *Vn[illegible] a prim[illegible] an[illegible]ij*, &c. hæc [illegible] Cyrus [illegible] primum intel[illegible]at, explicat mox [illegible] ad[illegible]it, *Darius enim regnauit an[illegible]* q[illegible]d propter Re[illegible]s Persarum [illegible] M[illegible]m sequentes, non p[illegible]t [illegible] *Dario Notho*, aut saltem *Lo[illegible]mano* [illegible] F[illegible]que ipse[illegible] ea sen[illegible]tia[illegible] D[illegible] han[illegible] visionem [illegible] Daniel [illegible], Verum non [illegible] Tert[illegible]um p[illegible] Da[illegible] Dati[illegible] N[illegible]m [illegible] Hy[illegible]em. N[illegible] ex co[illegible] Darius Notho [illegible] Tertullian[illegible] Medus, vel de[illegible] Medi[illegible], [illegible] non fuerit [illegible] Darius Hys[illegible]s [illegible] ab eo Medus, vel de [illegible] [illegible] Hysd[illegible] [illegible]mo[illegible] e[illegible] er[illegible] [illegible] Hi[illegible]

C Vt [illegible] be[illegible] circa *Xer[illegible] m*, [illegible] Da[illegible]m H[illegible]aspem declarat [illegible] annis [illegible] an[illegible] H[illegible] [illegible] pro [illegible]

[illegible]andum est etiam, He[illegible]tum [illegible] Darium Hysdaspem [illegible] Marathoniam [illegible] [illegible]atum contra Græciam, [illegible] & Ægyptios ab eo d[illegible] [illegible] ap[illegible] [illegible] & [illegible] m[illegible] L[illegible]m Hysd[illegible] [illegible]quitur [illegible] Mara[illegible] adeo, [illegible] appo[illegible] D[illegible]

Hysdaspis [illegible] a C[illegible] [illegible] anno [illegible], præcedentem [illegible] tem. Confirmatur. Nam Thucydides lib. 1. [illegible] & med. [illegible] tran[illegible]ctos fuisse [illegible] annos à pugna Marathonia ad ingressum Xerxis [illegible] in Græciam [illegible] Herodotus, Iustinus, ac Orosius, [illegible] Xerxem [illegible] Græciã anno [illegible] Saltem Herodotus [illegible] significat [illegible] 6. vel 7. At Iustinus lib. 2. & [illegible] lib. 2. cap. [illegible] dicunt [illegible] præcisè 5. A[illegible] [illegible] testant [illegible] 6. Atque ita Gordonus an. 3528. Tornielius an. 356[illegible] & communiter alij, supponentes Darium Hysdaspem iuxtà communiorem sententiam regnasse 36. annos, di[illegible] [illegible] bel[illegible] apparatum Darij Hysdaspis factum anno [illegible] fuit trigesimoprimò. Quod exp[illegible] Scaliger lib. 6. E[illegible] [illegible] Maratho[illegible] pag. 222. init[illegible], inquit, impera[illegible] an. [illegible]26. vt testatur Herodot[illegible]. At enim [illegible] 6. à Marathonia [illegible] in [illegible] expeditionem Ægyptiacam. Quarè [illegible] vnò & [illegible] anno Darij [illegible] [illegible] clades Marathonia, & [illegible] quæ [illegible] ad eum, [illegible] Olympiadum, [illegible] & annis [illegible]. Sed satis [illegible] 6. ante Darij [illegible] bel[illegible] [illegible] Marathonia cla[illegible] [illegible]. Hoc [illegible] dici potest Darium [illegible] moturum contra Græciam, ex[illegible] Xerxem [illegible] regnantem [illegible] [illegible] 7. [illegible] init. sæpius etiam [illegible]. Nec oberit Herodotus [illegible] Darium mouentem [illegible] Ægyptios [illegible] inter ipsius filios pro futura regni successione [illegible] Xerxē regem & ex qu[illegible], Xerxem nunquàm anteà fuisse [illegible] regem declaratum. Nam [illegible] supra, p[illegible] Darium [illegible] Xerxem declarasse regē, non [illegible] successurum regem, sed [illegible] domi regentem, [illegible] bel[illegible] [illegible] fuerunt in Scythia [illegible] ex [illegible] igitur ex parte p[illegible] qui [illegible] intur [illegible] Xerxis [illegible] pro [illegible] vel 6. anni [illegible] [illegible] hoc Ch[illegible] Alexan[illegible] de [illegible] an[illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible], Herodotum lib. 4. præ[illegible] autore [illegible]

quos scribere, Darium Hysdaspis [illegible] [illegible] apparatus [illegible] Græciam, n[illegible] contra Scythas [illegible] quo tempore sui regni facta fuerit expeditio hæc contra Scythas, non satis conuenit. Communiter quidem assignatur anno regni sui vigesimoprimo, vel vigesimosecundo. Videri poterit non male colligi [illegible] gnatam esse iam temporibus longe præcedentibus. Nam Herodotus lib. 3. inter [illegible] & fin. paulò post narratam eius electionem, scribit Atossam Cyri filiam, quam duxerat vxorem, ei stimulos, etiam tūquam [illegible], proposuisse, pro ducendis bellis extra regnum, móxque ipsum disposuisse bellicos apparatus, primum quidem aduersus ip[illegible] Græciam, posteà tamen aduersus Scythas [illegible] etiam nauales exercitus pr[illegible] aduersus Græciam, Babylonicos [illegible] quibus post 17. menses operâ Zopyri [illegible] ellatis, & mutatò consiliò cōparauit exercitum aduersus Scythas, prout describitur ab [illegible] libro. Quamuis [illegible] al[illegible] ra desiderabantur po[illegible] tamen & pauca [illegible] nempè [illegible] es, [illegible] Indiam per nauas explorare fecit, & alia quædam [illegible] exercitus nauales subiec[illegible] [illegible] videtur ex Thucydide lib. 4. [illegible] & fin. & lib. 6. in [illegible] & med. [illegible] etiam potest, Darium Hysdaspem [illegible] tum, vel actu mouentem primum aduersus Græciam, aut cer[illegible] contra [illegible] [illegible] Xerxem [illegible] regnantem [illegible] [illegible] dixe[illegible] ex Herodoto [illegible]. Darius [illegible] Artos[illegible] Cyri [illegible] uxorem [illegible] perium [illegible] enim nupserat [illegible] deinde verò Sin[illegible] [illegible] Arto[illegible]azanes [illegible] eius [illegible] [illegible] in bel[illegible] [illegible] Xe[illegible] [illegible] præp[illegible]. Re[illegible] [illegible] Artobazanes ex lib. 7. na[illegible] fuerat ante quàm Darius eligeretur Impera[illegible] nihil obesse quin esset ætatis prou[illegible] ad [illegible] vt ad bellum cum patre [illegible] Vt [illegible] pat[illegible] dique [illegible] régnant [illegible] modò [illegible] suos etiam [illegible]. Itaque [illegible] ex parte [illegible] post annos 20 Xerxis pro chronologia [illegible] adhuc minus. Verumtamen [illegible] Xerxes mouerit aduersùs Græciam annô post mortem patris quinto, [illegible] post [illegible] non potuerit [illegible] quàm per annum, non possunt [illegible] anni hac ex parte plus minus [illegible] 14. 15. vel 16. proindè [illegible] contra Scythas reponi probabil[illegible] anno vigesimoprimo, vel vigesimosecundo. Posse autem annos Xerxis [illegible] 14. vel 15. minus, probabile fieri potest,

imprimis,

imprimis, quia credibile sit Deum permisisse regem illum propter crudelitatem, superbiam, & blasphemias suas, non modò fusum fuisse per Græcos, sed etiam mox post fugam occisum per Artabanum. Deindè, quia ratio quam reddunt nonnulli, propter quam inter alias prætextam Artabanus occiderit eum, nimirùm iniuria per eius vesaniam illata toti Persarum Imperio, id suadet. Quòd si dixeris, authores communiter ei tribuere post fugam suam annos circiter 14. Responderi poterit, eos putasse 20. annos quos dicebatur regnasse, non incœpisse cum patre.

Notandum est denique, posse etiam annos Xerxis minui pro paucioribus annis inter 2.6. vel circiter, & 14. vel 15. nimirū pro 8. 9. 10. 11. 12. vel 13. Quia non satis constat quot annos vixerit post fugam suam. Vndè sicut dicitur à quibusdam adhuc vixisse 16. & à quibusdam 14. ità dici potest ab aliis vixisse minùs, v.g. 6. 7. 8. aut circiter, atque ità hac ex parte regnasse tantum annos chronologicos 1[illegible]. 11. 12. 13. aut circiter.

Vt autem habeatur quomodò minui possint anni circà *Longimanum*. Notandum est, Herodotum lib. 7. longius post initium, scribere Xerxem fuisse profectûm aduersùs Ægyptios, qui desecerant à patre (motu-rum posteà contrà Græcos) 2. annis post mortem patris. Hôc positò dici potest Xerxem extunc aut etiam annô præcedente secum regnare fecisse filium suum Longimanum. Atque hac ex parte minui posse annos Longimani pro 18. aut circiter annis. Huc faciet Tertullianus lib. contrà Iudæos, si iuxtà Pamelium per Darium intellexit Lōgimanum. Nam cùm tribuat ei tantùm 19. annos, intellexerit eos de chronologicis, sicut & reliquos cum patre. Quô tamen pactô, sicut monuimus initiô, dicendum fuerit Xerxem regnasse 21. annis, vel certè Longimanum in toto non 40. completos, sed tantùm incœptos, adeóque 39. completos.

Notandum item, eundem Herodotum vel authores suprà citatos, scribere Xerxem mouisse contrà Græciam annô post mortem patris quintô. Et hôc positô dici posse Xerxem extunc aut etiam annô præcedēte secum regnare fecisse filium suum Longimanum. Atque ex hac parte minui posse annos Longimani pro circiter 15. 16. vel 17.

Sed notandum etiam, hos annos ità dici minui posse, si relinquantur Xerxi 2[illegible] sui. Nam si detur annos Xerxis fuisse minutos sub patre, non poterunt anni Longimani sub Xerxe minui, nisi seruatâ debita proportione. Et quidem si detur Xerxem regnasse iam à patre parante contrà Græciā 6. aut circiter annis ante mortē suam, Longimanus non regnauerit hac ex parte cum patre nisi circiter annis 6.

Porrò hæc regna Longimani cum patre possunt confirmari, prætes legem & exempla iam sæpiùs hac de re memorata, quòd Xerxes ipsemet exemplum huiusmodi regiminis in semetipso habuisset.

Quòd si dixeris, videri contrà Scripturā sacram, annnos Longimani minuī; cùm 2. Esdr. vlt. memorentur anni eius 32.

Responderi poterit I. Datô quòd illi anni 32. Longimani computati haberent post patrem, adhuc eum à regno post patrem dici posse non regnasse multò plures annos 32. Nam in Scriptura sacra non dicitur, in fine annorum, sed *in fine dierum*. Poterunt ergò hac ex parte componi.

Responderi poterit II. Scripturam sacrā annos Longimani memorasse quamuis incipientes cum patre; quia Iudæis propriè magis innotuit propter ingentia tot eis collata beneficia. Sicut enim eadem Scriptura noluit annos Cyri memorare, quos egerat antequàm imperaret in Babylone, sed illos solos Imperij, quibus coniunctū erat solutæ Captiuitatis beneficium; ità noluerit annos Xerxis memorare, quibus ex nulla speciali ratione seu beneficio Iudæis innotuerit, quandoquidem bellis totus ducendis aut præparandis vacauerit: annos autem Longimani contrà, quibus videlicet per rationes oppositas pluſquam notus illis fuerit. Et propter hoc ne Xerxis in libris suis mētionē vllā fecerit. Huc facit suô modô quod ait Mercator in Demonstrationibus suæ chronologiæ præpositis cap. 1. longiùs antè fin. seu pag. 12. fin. Iam hinc, inquit, (in hebdomadas Danielis) concurrere annum 20. Artaxerxis perspicuū fiet, si duo regni ipsius initia obseruauerimus, vnū quò patre mortuô successit, alterùm quò patri secundam in Græciam expeditionem (at quidni primā in Ægyptios) paranti iuxtà Persicam legem substitutus est. Ab hoc enim substitutionis principio rationi consentaneum est, Iudęos, qui sub Persarum dominio viuebant, Artaxerxis domestici regis, à quo beneficia in gentem suam & patriam expectabant, annos in actorum suorum annalibus obseruasse, potius quàm absentis dubio bello patris. Sic Mercator. Vide Gordonum cap. 14. num. 22. seu pag. 2[illegible]3. med. Quò facit & Iosephus acta per filium confundeos vel commiscens cum actis per patrem, 11. Ant. 5. & 6.

His notatis, exclude Smerdem, Artabanum, Xerxem 2. Sogdianum, Darium Nothum, & Arsem, & consequenter eorum tēpora. Procede verò triplici via circa Dariū Hysdaspem. Primà tribuendo illi annos 36. & minuendo proportionaliter in Xerxe, v.g. tribuendo Xerxi 6. vel 7. & Longimano 36. vel 35. Collige, Cyri 6. Cambysis 7. Darij Hysdaspis 36. Xerxis 6. vel 7. Longimani 36. vel 35. Mnemonis 40. Ochi 23. & Co-

domani 6. habebis 160. Aliter si vis. Relinque Cambysi propter Herodotum suos 8. Collige Cyri 6. Cambysis 8. Hysdaspis 36. Xerxis 6. vel 7. Longimani 35. vel 34. Mnemonis 40. Ochi 23. & Codomani 6. habebis 160. Secundâ viâ, tribuendo Dario Hysdaspi 30. tantùm cũ Ctesia & Orosio, & seruando proportionẽ in Xerxe & Longimano, v.g. tribuendo Xerxi 13. Longimano 34. vel Xerxi 12. & Longimano 35. Aut etiam eorum alicui relinquendo suos, & alteri proportionaliter minuẽdo, v.g. tribuendo Xerxi suos 20. & Longimano 29. vel Xerxi 7. & Longimano 40. Collige, Cyri 6. Cambysis 8 Hysdaspis 30. Xerxis 13. & Longimani 34. vel Xerxis 12. & Longimani 35. vel Xerxis 20. & Lõgimani 28. vel Xerxis 7. & Lõgimani 40 Mnemonis 40. Ochi 23. & Codomani 6. habebis 160. Possunt hæ vix cũponi pluribus alijs modis, v.g. tribuendo Co[illegible]omano 4. tantùm cum Sulpitio & duos [illegible]ndo Xerxi vel Longimano. Sed hæc [illegible]ciant.

Quòd si dicatur, computationem per quam anni minuuntur in Xerxe & in Longimano, contrarias esse cuidam computationi Thucydidis, quam tradit lib. 1. inter med. & fin. vbi scribit, ea omnia quæ gesserunt Græci tàm inter se, quàm cum Persis, euenisse spaciô circiter annorum 50. à receptu Xerxis, ad initium belli Peloponesiaci; quod alias bellum Peloponesiacum demonstrat lib. 4. versùs med. incœpisse annô quidem Longimani circiter trigesimoseptimô vel 38. si regnauit 44. sed trigesimotertiô, vel 34. si regnauit tantùm 40. cùm mortem eiusdem Longimani reponit intrà septimum annum belli propè finitùm. Et vt pateat hunc numerum non esse vitiatum, Thucydides plurimas eius minutiores summas memorat, & ad annos ferè 40. in anterioribus, eôdem lib. 1. Hæc autem nequeunt consistere, si minuuntur anni Xerxis & Longimani. Consistunt autẽ si relinquuntur Xerxi 14. sui post fugam, & Longimano 40. vel 44. sui: nimirùm circiter 14. & 34. faciunt circiter 50.

Respondere potest, Thucydidem in huiusmodi non esse fidei certæ. Quia Thucydides ipsemet eôdem lib. 1. sub init. protestatur, de omnibus quæ euenerunt ante bellum illud Peloponesiacum, necnon quæ magis adhuc antiqua fuerunt, impossibile fuisse habere veritatem, propter intercapedinem temporum. Vndè commonet quoque se circa hæc agere tantùm per indicium atque coniecturas. Et longiùs post, de quibusdam quæ tradit, non diffitetur dicere, hæc esse quæ de rebus antiquis ha bere potui; difficilia creditu, quia homines inconsideratè recipiunt alij ab alijs, rumorem eorum quæ acciderunt priusquam

A extarent ipsi, quàmuis etiam gesta fuerint in propria patria sua. Quibus adde quantò magis in aliena, vel ab alienis facta. Propter quam etiam causam Thucydides ipse Darium illum semper vocat Medum, & bellum eius Medicum, quod tamen verius vocasset Persicum: Persas autem ipsos solummodò barbaros, tanquàm temporibus præteritis non satis notos. Propter hanc etiam, causam cùm eod. lib. 1. versùs med. dixit Artaxerxem de nouo factum regem, non explicat an mortuô

B Xerxe, vel non. Propter eam deniquè incipit annos ex ordine numerare solùm ab initiis belli Peloponesiaci. Atque indè processit, quòd omnes authores profitentur cum ipso Thucydide suprà, ante bellum Peloponesiacum nihil apud Græcos haberi certi. Neque dicatur cum scribere, se plurima tradere quæ vidit, & quibus interfuit, vt lib. 1. longiùs post init. lib. 2. inter init. & med. & libr. 4. inter med. & fin. Nam paucis interfuit, & ea quibus interfuit, non huc spectant. Deinde priori locô, dicit se ne quædam ab illis viris, qui rebus interfuerunt, scire

C potuisse, quoniam ipsimet eâ diuersis longè modis narrabant. Præterea, posteriori locô, dicit se non scripsisse suas historias in Græcia, vel temporibus quibus agebantur, sed in Thracia, & longè post: eàque habuisse à Lacedæmoniis & Atheniensibus: sed quibus, vt suprà monuimus, res ipsæ patùm erant notæ. Denique, Marcellinus in sua historia, cuius excerpta plurima Thucydidem spectantia præmisit Ludouicus Iausaud translationi suæ Gallicæ, impress. (in 4.) 1600. testatur quidem Thucydidem pecunias

D multas Ducibus Lacedæmoniis & Atheniẽsibus, aliisque multis, erogasse, vt de his quæ fierent totô bellô Peloponesiacô moneretur, quorum tamen se parùm certum factum testatus est suprà. Veruntamen nihil in his de præteritis. Vndè si parùm adeò certus esse potuit de his, quæ suis agebantur temporibus: quomodò de iam actis antè potuerit esse certius?

Si replicetur, Thucydidem hæc dicere, de rebus actis, non autem de temporibus, esséque citrà dubium se potuisse fie-

E ri certum de huiusmodi, præsertim in aliqua summa spectatis; cùm soleant homines antiqui, senes, & similes, memoriæ tradere summas temporum quibus anteacta transierunt.

Respondebitur, Thucydidem illa dicere tam de rebus, quàm de temporibus actis. Alioqui, nec tradidisset summam illam annorum 50. cum vocabulo diminutiuo, *circiter*, &c. Quod autem additur de senibus, &c. adhuc incertum est magis. Nam

si de re-

de rebus ipsis adeo sint incerti quomodo non magis de temporibus, cum res tocant me ius memoria retineri quam tempora; sed & soleant homines illiterati, rudes & bellis immixti, nulla fere, ne propriæ vitæ vel ætatis tempora numerare? Quòd si tunc extiterint aliqui litterati; vel operam his redigendis non nauauerunt, vel si nauauerunt, incuriè nauauerunt; imò, proùt aduertit Thucydides longiùs post init. fabulas narrauerunt.

An autem Responsiones istæ sint validæ, númue hæc obiectio refutet quoad hoc illum Modum, liberum est cuilibet iudicare. Resoluetur autem in fine difficultatis.

Interim poterit quoad hoc satisfacere Tertia via, tribuendo Dario Hysdaspis 19. tantum cum Tertulliano, de cætero relinquendo vel Xerxi vel Longimano suos integros qui communiter assignantur, & eorum alteri pauciores minuendo ... tribuendo Xerxi ... Longimano 18. vel Xerxi 18. & Longimano ... vel Xerxi ... & Longimano 39. ... Cyr. 6. Cambysi 8. Hyst. pis 19. Xerxis ... Longimani 38. vel Xerxis ... & Longimani ... Mnemonis 40. Ochi 23. & Codomani 6. habebis 160. Potest & hæc via componi tribuendo Codomano 4. tantum cum Sulpitio, & duorum addendo Xerxi vnum, alterum Longimano sic Xerxi suos 20. & Lógimano suos 40.

Quod si dicatur, Computationem istâ de 19. tantum Dario Hystaspi tribuendis, vt & alium de ..., contrariam esse Herodoto, qui tribuit ei 36.

Respondebitur: Herodotum in huiusmodi non esse patitur ... certæ, vel eum exponendum esse ... partim tanquam regi, partim tanquam prius protegi. Quo faciunt vel omnia quæ ... lent afferri contrà fidem Herodoti, non hic tædiosius afferenda, præsertim autem quod Ctesias & Orosius aliter annos Hystaspis numerant vel omnia quę dicta sunt superius de ... seu pluribus aliquò modo ... orie ... nan...us.

Addi quidem posset secundum li en tiam quam assumunt plurimi circa varios authores, vt circa Xenophontem, Diodorum, Eusebium, &c. numerum illum 3 ... apud Herodotum esse corruptum, legendumque 26. quò pactò rexisset Hystaspis annos totos quibus Cambyses fuit Imperator, quibúsque totis, aut ferè totis, absens fuit bellis conficiendis ...

An autem eiusmodi licentia sit probanda? Certè sicut eam non probamus in tot locis, potiùs innumeris, in quibus arrogant illam sibi recentiores: sic in vnico vel altero non penitus illam improbaremus: præsertim vbi de re graui sacræ sic alias conciliandæ constituerimus.

III. MODVS esse potest, vt omnes certarum Reges siue Imperatores numerentur quoad personas, siue fuerint legitimi siue non legitimi, sic tamen vt tempora non legitimorum non computentur in chronologia exceptò Smerde sed suis temporibus legitimorum includantur. Quo præstitò cum nihilominus anni, qui communiter assignantur ab authoribus, excedât summam annorum 160 propterea minuantur secundum pauciorem aliquam computationem annorum Regum quorundâ, quam reperire est vel apud aliquos authores idoneos, vel per aliquam rationem probabilem ex parte temporum subsequentium Artaxerxem Mnemonem, & pro principaliori parte annorum minuendorum. | 3 Modus

PROBARI potest iste Modus quâtùm ad fundamentalem suam positionem, & quantum ad personas Regum etiamsi non legitimorum. A simili quodam in Scripturis in Herodoto ... que habe... circa personam Smerdis similiter singulariter in Historia Babylonica habe..., iuxtà sententiam Authorum qui noluerunt ab Imperatorum Babylonis numero reijciendos esse Niglissar & Labosardach, propter authoritatem antiquorum cui non repugnet euidenter Scriptura Sacra; similibus denique posteà videndis in Historia Regum Ægypti ac Syriæ post mortem Alexandri, tam iuxta Scripturam Sacram, quam iuxta scriptores omnes. Nam Scriptura sacra, secundum probabilem quandam sententiam suis locis relatam, memorat Smerdem, tàm in libro 1. Esdræ cap. 4. vers. 7. sub Artaxerxis nomine, quàm in libro Dan. cap. 11. sub numero 4. regum futurorum post Cyrum. Herodotus etiam aliique innumeri memorarunt eû. Ergo rationabiliter Smerdes est memorandus quantumuis illegitimus. Quòd si Smerdes quantumuis non legitimus cur non alij, quantumuis etiam illegitimi? Neque dicatur Scripturam sacram propterea Smerdem memorasse, quia tunc non erat ... successione vel electione legitimus. Nam nullus rationem hanc potest ... Scriptura sacra voluisset, ... hoc non obstante, Smerdem sto... cætero tempora quibus regnauit ... sub Cambyse relinquete. Non dicat ... Scripturæ sacræ morem esse ... mos prætereunte, ptout patet in Niglissar & Labosardach, quos prætermisit 1. Par. 36. vers. ... & Ierem. 27. vers. 10. Nam potius morem eius esse quandoque illos præterire, quandoq. non prætetire, patet ex illis quos ... prætermittit, & ex Smerde quem alibi non prætermittit: cuius etiam posteriores aliqua similia videri possunt a | Probat

omnino nomina reges omnes quoad personas, & excludo non legitimos quoad tempora vel annos. Eosdem excipimus nimirum Artabanum, Xerxem, Sogdianū, Darium Nothum, & Arsem, minue vero quosdam annos Ochi, itaque collige, Cyri 6. Cambysis 8. Darij Hystaspis 36. Xerxis 20. Longimani 40. Mnemonis 40. Ochi 4. & Codomani 6. habebis 160. Aliter, Arse computatò tanquàm legitimo, Cyri 6. Cambysis 8. Darij Hysdaspis 36. Xerxis 20. Longimani 40. Mnemonis 40. Ochi 3. Arsis 1. & Codomani 6. habebis 160. Aliter, Dariô Nothô computatô tanquàm legitimô, Cyri 6. Cambysis 8. Darij Hysdaspis 36. Xerxis 20. Longimani 40. Darij Nothi 18. vel 19. Mnemonis post patrem 22. vel 21. Ochi 3. Arsis. & Codomani 6 habebis 160. Aliter, Cyri 6. Cambysis 8 Darij Hysdaspis 30. Xerxis 20. Longimani 40. Darij Nothi 19. Mnemonis post eum 21. Ochi 9. Arsis 1. & Codomani 6. habebis 160. Potest hæc via componi quôdam aliô modô, v. g. tribuendo Codomano 4. tantùm cum Sulpitio, & duos addendo Ocho. Sed hæc sufficiant.

Obiectio. OBIICITVR contrà hunc Modū I. Computationē eius esse contrariam Xenophonti in libris de Græcis Historiis, & de Laudibus Agesilai, necnon computationibus Authorum super eo solitis. Siquidem ex gestis Græcorum apud authores illos, ab initio regni Artaxerxis Mnemonis, vsque ad euersionem Imperij Persici per Alexandrum Magnum, intercedere annos plus 80. vel etiam 100. Quod ostendi potest.

Imprimis, quia ex Xenophonte, quô annô muri Athenarū fuerūt euersi, regnare cœpit Syracusis Dionysius senior, qui omnium consensu diu regnauit, nempe ad annos 40. vel circiter, prout etiam ex ipsomet Xenophonte facilè colligitur. A morte Dionysij senioris, ad mortem Epaminondæ Thebanorum ducis, tot anni sunt. A morte Epaminondæ, ad initium belli Græcorum cognomentô sacri, regnante Philippô Macedone, Alexandri Magni patre, sunt anni 15. Bellum sacrum durauit annis 10. A fine belli sacri ad mortem Philippi Macedonis, plures adhuc annos fluxisse testantur historiæ, fortéque ad 10. vsque, aut non multò minùs. His addendi sunt anni quos regnauit Alexander Magnus antequàm euerteret Imperium Persicum. Non enim euertit illud ab initio regni sui, nam priùs consumpsit aliquos annos in bellis aduersùs Thebanos, aliósque Græcos, & in apparatu belli Persici. Hos autem probabiliùs ostendetur, cum agetor de illo, fuisse 6. Denique his antepone 20. ānos, quos testatur Thucydides actos à morte Longimani, siue a 6. aut 7. annis post initio belli Pelop. ad euersionem murorum Athenensium & habebuntur anni circiter 110. Quapropter hac ex parte sequitur, à morte Longimani computandos esse annos 19. Darij Nothi, 43. vel 44. Artaxerxis Mnemonis, 23. Darij Ochi, 3. vel 4. Arsis, & 6. Codomani. Quinimò plures adhuc vel alicuius regis, vel quorundam interregnorum rebus apud Persas turbatis, v. gr. post mortem vel Longimani, vel Mnemonis, vel Ochi, vel denique Arsis quem factione Bagoæ interemptum ferunt historiæ, sed potiùs pro ipso Mnemone, vel pro ipsius posteris.

Deindè, quia ex eodem Xenophonte lib. de Laudibus Agesilai fin. Agesilaus vixit annos ferè 100. & saltem ex Plutarcho in eo, & Gemistio lib. 1. longè post init. annos 84. Item, ex eodem Xenophonte ibid. post init. consequutus est regnum cùm esset adhuc iuuenis. Hinc vtique sequi videretur eum regnasse circiter annos 80. Sed ad minus iuxtà Plutarchum & Gemistium locis citatis, regnauit annos 41. quos sententia communior intelligens fortè de 41. inceptis, numerat 40. Atqui ex eodem Xenophonte lib. 3. Græc. Histor. inter init. & med. regnare cœpit annis circiter 30. post mortem Longimani, vel certe post initium belli Peloponesiaci. Sunt igitur à morte Longimani, tribuendi reliquæ Monarchiæ Persicæ 100. vel circiter, & ad minùs 70. anni. Confirmatur. Nam Agesilaus anno vitæ suæ vltimô iuuit Nectenabum, de quo loquitur Plutarchus, in obtinendo regno Ægypti. Hic vero Nectenabus deuictus est à Dario Ocho. Ergò Darius Ochus longè distat ab Artaxerxe Mnemone: proindéque anni tum ipsius tum reliquorum sunt in chronologia Persica computandi.

VT RESPONDEATVR ad hanc Obiectionem, ex nunc quidem dici potest, annotrerum Græcarum non ità se habere prout obiicitur; sed longe minorem numerum eis esse tribuendum. Verumtamen vt hoc melius ac plenius habeatur,

PRÆNOTANDVM EST I. Xenophontem libros suos Græcarum Historiarum digessisse per æstates & hyemes, per vera & autumnos, sicut suos fecit & Thucydides, quàmuis non semper per hæc omnia fiunt, sed quandoque per aliqua solummodo Nonnullos etiam ac notum belli numeros nominatim expressisse, v. g. 21. 24. 25 & 28. ac dimidium & inter 22. & 24. numerarum expressisse 3. quosdam [illegible]. In nonnullis denique designasse plures etiam menses, ac etiamnum vsque ad dies & noctes. Et quamuis annos non ità clare distinxerit sicut fecit Thucydides tamen Xenophō-tis Libri Græc Hist. examinantur pro chronologia. [illegible]

id præstiti[illegible] sufficienter, vt cuiuis attendenti facile sit satis, ad vnum annum aut fer[illegible] consequi, quos [illegible] libris illis traditis. I[illegible]m, cum historias [illegible] incœpisse præcisiu[illegible] à tempore quô T[illegible]ucydides eas reliquit, prout videre est ab [illegible] libri 1. protraxisse verò vsque ad mortem Epaminondæ Thebanorum duc[illegible]s, siue vsque ad pugnam Mantineacam, in qua cecidit Epaminondas. Item, annos singulares quos ita[illegible] inter initium libri 1. siue inter annum [illegible] vigesimum primum incœptum, & lib. 2. inter init. & med. siue annum belli vigesimum octauum, aut completum, aut tantùm per 6. menses incœptum, inuoluere graues difficultates circa numeros annorum [illegible]orum, & Ephoros, quos tradit. Vnde reperiuntur authores, vt Leun[illegible]lauius, Candola, &c. rec[illegible]dentes in computationibus suis, a numeris quorundam annorum in eius tex[illegible]u si[illegible]g[illegible]lariter prolatorum, v.g. in annis [illegible] 22. 24. &c. Nihilominùs conuenire [illegible] annis vnô forsan annô exceptô, [illegible] dirutionem murorum Athen[illegible]um. Quod [illegible] quantùm huc perti[illegible]t, videri posset esse satis. si modò stabiliretur debita connexio libri 1. Xenophontis cum vltimo Thucydidis, rursúmque ratio libri 2. & reliquorum: seu ratio annorum consequentium 28. per omnes vel aliquas tempestates traditos lib. 2. vsque ad finē librorum de historiis illis Græcis. Verùntamen quoniam in aliquibus annorum illorum singulorum memoratorum antè prædictos 28. traduntur aliquæ metæ, v. g. regni Dyonisij senioris Siciliæ regis, & [illegible] ex quibus non parùm pendent solutiones partium istius obiectionis; prepterea videri nobis tum illos omnes annos punctuatim & scrupulosiùs per numeros suos, aut vbi deficiunt numeri, per suas tempestates annotandos, tùm difficultates circùm illos emergentes, & lectori commonstrandas, promtq[illegible] melius iudicaueris committendas, & secundum methodum nostram, quantùm ad id quod in eis probabilius videri potest resoluendas. In his porro deducendis, librorum paginas annotabimus secundum editionem Basileensem an. 154[illegible]. propter Græcum in ea habitum, quod interpretatus est Bilibaldus Pirckhemerus. Itaque

Liber 1 Xenophō lib. 1. sic incipit. *Post hæc non multis diebus interiectis, Thymocares nauibus paucis venit ab Athenis.* In hæc verba Leunclauius & Candola sic aiunt in margine: *Ibi incipit Xenophon, vbi desiit Thucydides.* Vbi vero desierit Thucydides, notum est apud eum. Nam postquam dixit lib. 8. med. *finijt illa hyems, cum anno vi[illegible]simo belli quod descripsit Thucydide[illegible]*, hæc habet in fine: *cum post æ[illegible]ate istam finierit hyems, vi[illegible]esimus[illegible]rimus annus erit completus.* Er[illegible]go desiit Thucydides intrà vigesimum primum annum belli tantùm incœptum. Dico *tantùm incœptum.* Quia manifestum est ex verbis Thucydidis. sed [illegible] omnibus eius [illegible]ris antecedent[illegible] [illegible] nos incœp[illegible] quos [illegible] Idemque præ[illegible] Xenophon, prout videlicet apud eum ex iam [illegible]endis: ex quibus [illegible] hæc omnia confirmabuntur.

Sed an Xenophon incipiat ab [illegible] vigesimum primum illum annum? Leunclauius subdit supra: *videlicet a[illegible] anno 2[illegible]. belli Peloponesiaci.* Idem habet Candola in præfatione librorum illorum subinit. Qui & librum ipsum primum interpretans, declarat illa verba Xenophontis. *post hæc &c.* hôc modô: *Pauco tempore post [illegible] nam naualem ad Abydum & [illegible]cum, in qua [illegible] naualuerunt Athenienses.* Han[illegible] pugnam d[illegible]scripsit Thucydides lib. 8. fin. & anno belli vigesimo primô

Infrà, habet hæc Xenophon: *Paulo post hæc autem Daricus Diagori[illegible] filius) ex Rhodo in Hellespontū profectus est, incipiente hyeme cum 14. nauibus, prima luce.* Si sumpsit Xenophō vbi finiit Thucydides, hæc est hyems anni vigesimiprimi.

Pag. 296. versùs med. *Et annus desiit, in quo Carthaginenses Hannibale duce Siciliam aggressi cum 10. myriadibus, trimestri spatio duas Græcas cœpere ciuitates, Selinuntem & Hymeram.* Ecce iuxtà seriem, annus belli vigesimusprimus finitus. Consequenter vigesimussecundus mox incœpturus.

Mox. *Altero autem anno in quem incidit Olympias 93. quâ Euagoras Eliensis curru vicit, in stadio vero Eubotas Cyrenæus, existente Ephoro apud Spartas Euarchippo, Athenis præsidente Euctemone,* &c. Ecce iuxtà seriem annus vigesimussecundus incœptus. Infrà. *Æstate ineunte,* &c. Vertit quidem Pirckhemerus: *Ineunte iam vere.* Sed Græcū habet [illegible]. Quod etiam vertunt Leunclauius & Candola, *Æstate ineunte.* Eccè annus vigesimussecundus protractus. Pag. 297. med. *Et hyems aderat* (instabat, imminebat) *in qua captiui Syracusani, qui in Pyræo in lapidicinas coniecti fuerant, [illegible] petrâ noctu, partim Deceleam partim Megaram aufugerunt.* Vertit quidē Pirckhemerus, *Et hyems exijt,* putans fortè verbum illum [illegible] venire a [illegible]. Sed verius e[illegible] ex sequentibus hôc eôdem locô, multisque postea similibus, venire ab [illegible], quod significat [illegible]. Sicque vertūt Leunclauius, & Candola, *Aderat iam hyems.* Infrà. *Omnes tamen ibi hybernarunt.* Infrà. *Eadem etiā hyeme.* Ecce an[illegible] vigesimussecundus ad finē pro[illegible]us. Infrà. *Et hic annus desiit, in quo & Medi qui defecerant a Dario rege, rursùs ad eum re[illegible]runt.* Aliter vertit hæc verba Pirckhemerus: *Hoc quoque anno Medi,* &c. Sed Græcum

...ua fert, ... &c. Ecce iuxta seriem ... annus vigesimusfecundus completus. ...

Prosequitur Græcum ... in Phocæa Palladu templum fulmine ... &c. Obiter, circa principia ... reperitur diuersitas inter translatores. Nam Leunclauius & Candola vertunt, *Anno ... Mineruæ f... num*, &c. Pirckhemerus autem reponit illud de templo Mineruæ, sub eodem anno, quo dixit Medos ad Darium rediisse. sic immediate subiungens: *Et in Phocæa Palladis templum fulmine ictum conflagrauit*, proinde vel supprimens illa verba ... vel ea cum præcedentibus illis ... in vnum fundens. ... causam assignare non est, nisi ... quam tangemus mox de 22. annis in textu ... Nam Græcum prosequitur ... *Pantacleo Ephoro, præsidente Atheniensis Antigene*, &c. Obiter etiam, circa priora verba reperitur diuersitas inter translatores. Nam Pirckhemerus vertit, *Sub exitum hyemis*. Vertunt, & melius, Leunclauius, & Candola, *hyeme iam exacta*. Græcum inquam, prosequitur, ... , *Athenienses cum vniuersis copiis Proconesum nauigauerunt*, &c. Hæc Pirckhemerus vertit, *Ineunte iam vere, secundo & vigesimo huius belli anno*. Vertendum ad litteram magis, *Incipiente vere duobus & viginti annis bello transactis*, Vertit quidem Leunclauius in textu, *Essent autem elapsi anni ab initio belli 22. primo vere*, &c. Sed habetur in margine repositum, siue per Leunclauium, siue per Æmilium Portum, 25. Quam Lectionem sequitur ferè Leunclauius in Appendice sua Xenophontæa. Dico fere, quoniam in eavigintiquinque non facit completos, sed tantùm incœptos. Vertit & in textu Candola, vigesimumquintum.

Hinc exsistit quæstio grauis, quisnam verè numerandus sit annus iste.

Numerandus enim esse tantum 22 completos, seu vigesimumtertium incœptum videtur manifestum ex verbis textus expressissimis.

Numerandum autem esse vigesimumquintum, vel potiùs 25. completos, seu vigesimumsextum incœptum, concludi potest hoc argumento. Xenophon lib. 2. inter init. & med. post traditam dirutionem murorum Atheniensium annósque belli 28 & 6. menses, hæc subiungit: *In his (vide...) anni Ephori qui numerantur, fuerunt hi. ... Æneas, sub quo bellum incœptum est, quinto & decimo anno post Eubœæ capturam, & induciæ ... ennales. Post hunc succe... re Brasidas, Isanor, Sostratidas, Exarchus, Agesistratus, Angenidas, Onomacles, Zeuxippus, Pithyas, Plistolas, Cl... nomachus, Ilarchus, Leon, Chæ*ridas, *Patesiadas, Cleosthenes, Icarius, Eperatus, Onomantius, Alexippidas, Misgoidas, Isias, Aracus, Euarchippus, Pantacles, Pityas, Archytas, Eudicus, sub quo Lysander rebus gestis* id est, rebus bellicis, ... que narratis *domum reuersus est*. Quibus ... ter quantum ad initium belli, dixit Thucydides lib. 2. init. *Nam induciæ quæ fuerant factæ pro 30. annis post captam Eubœæ, durarunt tantummodo 14. annis. Tandem anno decimoquinto*, &c. *Ænesia apud Spartas Ephoro*, &c. *ineunte vere*, &c. ... pit. Et sic, tribuendo ... anno suum Ephorum, reperiuntur singuli singulis ... annis assignati. Nam sunt 29. Ephori, sicut 29 anni saltem incœpti per Xenophontem traditi. Atqui sub anno quem diximus vigesimoseundo, quemque fuisse dixit Xenophon Ol... 93. repositus fuit Ephorus Euarchippus ... verò Euarchippus reponitur in numeratione Xenophontis ordine vigesimusquintus. ... anno de quo nunc est quæstio, repositus ... orus Pantacles. hic verò Pantacles est in numeratione Xenophontis ordine vigesimus sextus. Ergo cum singulis annis Ephori singuli crearentur, videtur necessario concedendum annum istum non esse ... modo vigesimumtertium incœptum, sed vigesimumsextum incœptum. Atque hinc patet diuersitas inter Pirckhemerum & alios. Nam Pirckhemerus stans expressis verbis textus quoad numerum annorum, consequenter intellexit sensum verborum illorum ... *succedente autem anno*, & illorum ... *postquam autem hyems desiit*, & illorum ... *vere incipiente*, sic esse componendum, vt annos non multiplicent, sed vnum eundémque referant, quatenus alteri succedentem, finientem per hyemem, & incipientem per ver. Quod equidem non absque ratione potest dici. Nam illa verba, *succedente autem anno, in Phocæa Palladis templum fulmine ictum conflagrauit*, optime possunt intelligi, tanquam per anticipationem, breuéque summatim ... dicta. Hæc verò ... , *postquam autem hyems desiit*, per recapitulationem dicta, referendaque ad illa ... &c. *Et exit annus in quo & Medi*, &c. Fauet, quod sit improbabile, vel vnum, vel etiam 2. annos fuisse translatos, nullas autem res belli vel actas per Lacædemonios & Athenienses, vel traditas per Xenophontem ... saltem ... to rei ... tradi... tu. Hæc enim ... videtur tum naturæ bellorum, ... methodo Xenophontis, simili studio Thucydidis minutissima quæque ... Deni que,

Numerandos esse non 22. aut 25 com-

pleros, seu vigesimumtertium, aut vigesimumsextum completum, sed 23. completos, seu vigesimumquartum inceptum, concludi potest primum ex antecedentibus verbis Nam post traditum iuxtà se [illegible] vigesimumsecundum completum [illegible] verbis: *Et hic annus exiit in quo Medi*, &c. videtur tradi nouus quidam annus completus verbis illis, *Anno insequente in Phocea P[illegible] templum fulmine ictum conflagrauit*: & [illegible] lis: *At postquam hyems exiit, Pantacle Ephoro*, &c. Deinde, quia Thucydides lib. 3 longiùs post init. sub anno, vel intrà annum belli quartum, dicit fuisse Olympiadem in qua Dorieus Rhodius secundo vicit. Et lib. 5. paulò post med. sub anno, vel intrà annum duodecimum, celebratos fuisse Ludos Olympicos in quibus Androsthenes Arcas exiit primus qui vicerit in quinque agonibus. Atqui cum Olympias constaret 4. annis, [illegible] 93 quàm memorat Xenophon, debuit incidere non in annum vigesimum tertium, vel vigesimumsextum, sed in annum vigesimumquartum.

Propter has difficultates, alterum de duobus dicendum est. Vel numeros annorum per Xenophontem memoratos, fuisse corruptos: vel chronologiam per Ephoros, & per Olympiadas non esse certam. Quorum quidnam sit probabilius inuestigandum est.

Olympiadum Chronologia non certa.

Et quidem Chronologiam per Olympiades non esse certam, ostendemus pluribus suô locô. Pronunc sit, imprimis quòd neque Herodotus, neque Thucydides, neque Xenophon secuti sint eam, quod tamen fecisse debuerant, si certam illam habuissent. Et quamuis nonnullas Olympiadas quandóque memorauerint Thucydides & Xenophon: tamen & nullius numerum assignauit Thucydides: & vnius quidem, sed non alterius numerum, assignauit Xenophon: & vtrúque duas tantùm memorauit. Inter alias si credittur versioni Candolæ Xenophon vnam quandam memorauit lib. 2. propè finem, in qua Lacrates victor fuit: sed quanam seu quanta fuerit illa non dixit. At manifestè lib. 7. inter med. & fin. memorat vnam quandam propiùs instantem, sed quamnam siue quantam, nullatenus. Signa certissima hæc sunt, authores illos chronologiam huiusmodi vel ignorasse, vel contempsisse tanquàm incertam. Deinde quia credibile est Ludos illos fuisse non [illegible] sæpius intermissos, [illegible] ad [illegible] nem præcisum annorum [illegible] sturbatos, proindéque modo [illegible] tardiùs celebratos, maximè dum arderet bellum illud atrox per totam Græciam. Quod in singulari factum longè post [illegible] mirum circum Olympiadem quam nume-

A rant 104. & initium regni Och[illegible] [illegible] est ex Pausania lib. 6. vbi dicit Eleos olim Olympiadem [illegible] inter Anolympiades, [illegible] est [illegible] ludos [illegible] celebrationes, vnde [illegible] torem in stadio alij faciunt Eu[illegible] Cyrenæum, Diodorus facit Phoci[illegible] Atheniensem. Videri potest ibi Dio[illegible] circà controuersiam de Ludis Olym[illegible] Eleos & Pisares. Videbitur exem[illegible] quoddam singulare paulo post hæc. Quod nec minus est congruum, quàm an-

B nos Iudæorum Sabbaticos fuisse perturbatos, & ipsum Pascha, [illegible] adeò scrupulosum, 2. Par. 30. vers. 2. & 3. & vers. 15. Sed & apud ipsosmet Græcos Isthmyca bis in eodem anno propter occasiones belli celebrata sunt, prout videre est apud Xenophontem lib. 4. paulò post med. Quidni igitur & Olympica? Præterea, neque Purcxhemerus, neque Leunclauius, neque Candola, vel alius vllus, quem viderim, quamuis textum Xenophontis immutantes, ad Olympiades per vtrumque memoratas attenderunt. Denique cum alterum sit necessarium,

C vel textum Xenophontis esse corruptum, vel incertas esse Olympiadas: postremum hoc incommodum est minus quàm illud primum. Sed de Olympiadibus post hæc expressiori tractatione plura.

Chronologiam item per Ephoros non esse certam, ostendi potest pluribus viis. Inprimis, quia potuerunt qui primarij erant inter illos, incidere plures in vno eodémque anno, varijs de causis, vt mortis, ægritudinis, &c. Neque etiam hoc repugnat ma-

D gis, quam vnum eundémque ducem exercitus, quamuis annuum ordinarie tamen quandoque præfuisse minus annô vno, prout de Thimbrone videre est apud Xenophontem lib. 3. post init. Deinde, quia sicut potuerunt incidere plures in vno eodémque anno: ità potuit vnus idémque præesse per plures annos. Neque enim hoc repugnat magis quàm vnum eundemque Nauarchum, aut alterius exercitus ducem, quamuis annuum ordinarie tantum, vel semel, nihilominus quandoque præfuisse pluribus annis au[illegible] vicibus, prout videre est de

E Lysandro apud eundem Xenophon. lib. 3. post med. & 2 sub init. de Dercylida lib. 5. inter init. & med. & de Teleutia lib. 5. post init. Præterea, quia non ità concurrerunt [illegible] anni Ephororum & anni belli, [illegible] vnus idemque Ephorus, quà[illegible] annuus, attamen participare de [illegible] bus annis belli, vel vnus annus belli par[illegible] de duobus Ephoris. Atque ità apud Thucyd. lib. 8. longissimè post init. Pistolas participat de anno belli 1[illegible]. & 11. & lib. 8. longè post init. Endius de 9. & 1[illegible]. & [illegible] 2. init. P[illegible] thod[illegible] rus erat

Ephororum Chronologia non certa.

A[illegible]s præ[illegible] anno ô belli cui tamen re-[illegible]abant [illegible]odo duo menses c[illegible] fun[illegible]gendi. Prætereà, quia testatur expressissime Thucydides lib. 5. longissime post init. chronologiam per magistratus non esse certam, sed magis per hyemes & æstates. Atque ità neque Thucydides, neque Xenophon ipse seruar[illegible]int eam quæ per magistratus, sed quæ per alia. Insuper, quia de facto reperitur apud eos non quadrans. Nam apud Thucyd. lib. [illegible]. longissimè post init. Plistolas E[illegible]phorus demonstratur præ[illegible]e anno belli decimo, qui tamen apud Xenoph. lib. 2. reponitur ordine vndecimus, proindeque debuit præfuisse anno vndecimò. Item, apud eundem Thucydidem lib. 8. long[illegible]us post init non semel memoratur Endius Ephorus anno decimonono & vigesimo, qui tamen non recensetur apud Xenophontem lib. 2. Si tamen ille fuit Ephorus [illegible]. Amplius, quia ne videntur illi Ephori fuisse per Xenophontem [illegible] præterea quæ [illegible] nomina quorundam [illegible] proferantur in eius discorsu. Nam lib. 1 seu pag. [illegible]3. init sub anno 24. nominatur P[illegible] Ephorus, Græc. [illegible]. lib. vero 2. seu pag. 3[illegible]. init vocatur Pitias, Græc. [illegible]. Item, lib. 2. seu pag. 315 post init. sub Olympiade quâ vicit in stadio Crocinas Thessalus, nominatur Eudius Ephorus, Græc. [illegible]. Eôdem verò lib. paulò post, seu pag. 316. vocatur Eudicus, Græc. [illegible]. Insuper, quia non est impossibile numerum Ephororum illorum fuisse quoad aliquos [illegible] non corruptum saltem turbatum. Denique quia cum necesse sit alterum, vel numeros annorum esse corruptos apud Xenophontem, vel chronologiam per Ephoros esse incertam: posterius hoc incommodum longè minus est quàm primum, tum propter allata iam circa Ephoros, tum quia numeri non per notas, sed per nomina conscripti, non ità facilè solent corrumpi, demùmque dandum esset eos non hoc solum in loco fuisse corruptos, [illegible] pluribus in aliis vid[illegible]dis post, quod sanè daretur nimium gratis, & propter considerationem non tanti quam aliam ponderis.

Numeros autem annorum apud Xenophontem notatos fuisse corruptos, prętendi potest. Imprimis, quia si numerorum Ephororum fuisse corruptos impossibile non est, vtique nec annorum numeros impossibile est fuisse corruptos. Deindè, quia cum alterum sit necessarium, vel eos, vel Ephororum numeros aut ordinem fuisse corruptos, aut etiam vel numeros annorum illorum fuisse corruptos, vel chronologiam per Olympiadas & per Ephoros esse non certam, primum illud incommodum videtur minus quàm posteriora, cum soleant numeri, quãcumque per nomina conscripti, faciliùs corrumpi, præsertim autem quia mox videbitur non posse duas Olympiades inuicem succedentes cum numeris annorum in serie textus assignatis, componi.

Porro quid hac in re sit verius iudicio quidem Lectoris committitur. Veruntamen, vt quid etiam apud nos probabilius sit aperiamus, videtur nobis numeros annorum expressis verbis in textu traditos esse veros ac incorruptos. Imprimis, quia numeri [illegible] per illi reperiuntur conscripti non per notas, sed per nomina sua; quódque maximum est demonstrantur per anni tempestates in serie textus traditas. Atqui non solum corruptiones non ità facilè eueniunt in nominibus, ac in notis: sed neq; credibile est numeros illos per accidens solùm concordare cum anni tēpestatibus in textu traditis. Deindè quoniam illi numeri demonstrantur vbique per annorum tempestates in serie textus conscriptas. Non est autem credibile Xenophontem gesta quorundam annorum subticuisse, cùm soleat etiam singula quæque minutissima memorare iuxta methodum Thucydidis quam imitatur, saltem nullo facto rei huius indiciô, quale faciet expressissimum in simili, cum aget de Agesilao lib. 5. versùs fin. seu pag. 392. Item, quia nec credibile est eum aliquorum annorum seriem aut tempestates saltem præcipuas prætermisisse, cum soleat eas scrupulose satis ac sufficienter annotare. Præterea, quoniam in singulari manifestum est ex eius narratione, notatísque anni tempestatibus ab initio libri huius 2. eum non tradidisse res gestas aut tempora plus quàm vnius dimidij anni, ac vnius anni tantùm integri. Prętereà, quia satis liquidum videtur eum hôc locô tradidisse conflagrationem fani Mineruæ, tanquàm pertinentem ad annum, cuius initium demonstrauerat obiter tantùm & quasi per transennam, tanquam euentum aliquem notabilem & notandum: vno verbo conflagrationem illam anno tali, vel talem annum quantum ad conflagrationem per anticipationem, postea vero finem hyemis præcedentis, per recapitulationem, prout dictum fuit circum expositionem Pirckheimeri. Denique, quia chronologiam per magistratus & Olympiadas non esse certam, aut numeris vel tempestatibus annorum in serie traditis præferendam, videtur sufficienter probatum ex dictis in superioribus.

Pag. 299. post med. *Pharnabazus autem & legati cum in Gordio Phrygiæ hibernarent, quæ circa Bizantium acciderant audiuerunt. Incipiente autem vere pergentibus ipsis ad regem, obuiarunt eis legati Lacædemoniorum, &c. Cyrus vero Pharnabazum sibi legatos vel tradere, aut*

*saltem missos facere nollet*, &c. Pag. 300. init. *Postquam autem exstiterunt tres anni cœpit rogare Cyrum, vt illos missos faceret*, &c. Græc. [illegible] Pirckhemerus vertit, *Elapsô tandem triennio.* Leunclau. & Candol. *Verum postea quam tres anni elapsi essent.* Pag. 303 init. *Et annus exiit, in quo Carthaginenses 120. nauibus, & 12. myriadibus militum Siciliam aggressi sunt*, &c. *Anno vero sequente, quo luna vespere defecit, & antiquum Mineruæ fanum Athenis deflagrauit, Pitio Ephoro, præsidente vero Athenis Callio Lacedemonii Lysandro Callicratidam successorem dederunt, transacto tunc* (*Lysandri*) *tempore bellique 4. & 20. annis.* Græc. [illegible] Vertit quidem Leunclau. in textu, *Qui erat annus belli 24.* &c. Sed habetur repositum in margine siue per Leunclauium, siue per Æmilium Portum, 26. Quam lectionem sequitur ipse Leunclauius in appendice suâ Xenophonteâ. Vertit & in textu Candola 26. Vbi nota Leunclauium è contrario facere hos annos completos, proindeque hic annum belli vigesimum-[illegible] inceptum.

Hinc etiam existit quæstio grauis, quisnam vere numerandus sit annus iste? vel quotnam exstiterint inter postremò computatum & istum. Nam

Intercessisse tantùm vnum, proindéque tantum vigesimumquartum inceptum, videri I. propter illa verba [illegible] quæ vertit Pirckhemerus *vigesimoquarto anno.* Sed hæc consideratio reiicitur. Quia ex verbis antecedentibus [illegible] Lysandri [illegible], manifestum est intelligi completos 24. annos. Videri ergo hoc potest. II. Quia sub initiis anni præcedentis dictum fuit, *hyeme iam exacta Pantacle Ephoro* hic vero dicitur, *Anno vero sequente*, &c. *Pitio Ephoro*, &c. Atqui ex lib. 2. Pitius Ephorus reponitur numero vigesimusseptimus, ac immediatus post Pantaclen, siue secundus post Euarchippum. Vnde consequens est illa verba, *& annus exiit in quo Carthaginenses*, &c. significare tantùm vnicum annum a Pantacle, ad Pitium. Consequens item illa *Pharnabazus autem & Legati cùm in Gordio Phrygiæ hybernarent* &c. *incipiente autem vere*, resumere per recapitulationem hyemem & ver, quæ prius fuerant sub Pantacle memorata.

Numerandos autem esse 5. videri potest, [illegible] [illegible] acterum, postque [illegible] fit hoc locô [illegible] Pharnabazum & [illegible] alterius hyemis transactæ, & alterius [illegible] incipientis, rursumque [illegible] hæc, a[illegible] alia plurima, anni [illegible] alterius succedentis, [illegible] neri videntur duo anni: inter hæc vero mentio trium annorum completorum. Hi faciunt 5.

Numerandos autem esse tantùm duo videri potest, imprimis propter numerum 24. annorum expressissimis verbis in textu traditum. Nam a numero 22. expressis pariter verbis in textu supra tradito, ad 24. sunt tantùm duo. Deinde quià post traditum numerum 22. completorum per transactam hyemem, & suum ver incipiens, plurima gesta traduntur, & in particulari circà Byzantium, eique subiicitur noua *hyems* quam agebat Pharnabazus cum legatis in Gordio Phrygiæ, quaque audierunt quæ circa Byzantium acciderant, nouumque *ver*, [illegible] ad regem ascenderent: post hæc rursus, actàque perplurima, traditur annus exiens, in quo Carthaginenses, [illegible] alterque incipiens, quó luna defecit & [illegible] quibus quasi recollectis subiiciuntur anni belli 24 completi. Denique, quoniam inter hæc fit mentio præfecturæ nauium quam deposuit Cratesippidas, propter tempus suum elapsum, cuique successit Lysander, quamque deponens idem suâ vice Lysander, assumpsit Callicratidas. Atqui certum est, quod huiusmodi præfectura gerebatur tantùm per vnum annum, vt passim videre est in historiis illius belli. Quò notauit etiam Xenophon lib. 2. post init. quomodò *Lacedæmonii Lysandrum tanquam Legatum præesse nauibus iusserunt, ac Aracum nauarchum constituerunt*: rationem subdens sic: *bis enim eundem imperare leges non permittunt.*

Et hanc sententiam de 2. tantùm annis interiectis, siue de 24. tantum belli completis, putamus nos magis probabilem: præsertim propter expressissima textus verba. Proindè tres annos inter posteriores hos duos memoratos, non esse sic intelligendos, tanquàm transacti fuerint inter ea quę narrantur de Pharnabazo, & 24. annos belli, sed extendendos esse, quantum ad ipsorum finem, post 24. illos, proindéque quantùm ad talem partem, ibi fuisse per aliquam anticipationem traditos. Consequenter quod posset obiici per rationem Ephororum, soluendum est per ea quæ superius fuerunt dicta sub difficultate præcedenti præsertim 2. Ephoros potuisse concurrere in vnum tantum belli annum: v.g. vnum Ephorum in fine vnius anni, & alterum Ephorum in [illegible] alterius anni, vel quòpiam modô [illegible].

Lib. 2. init. *Milites autem qui cum Eteonico in Chio [illegible], quamdiu [illegible] æstus erat, fructi[illegible] [illegible]. Posteaquam autem [illegible] hyems, & [illegible] non haberent*, [illegible]. Ecce annus vigesimusquintus fere com[illegible]. Atqui [illegible], seu pag. 310. fin.

Liber 2.

*Tradita sunt igitur naves Lysandro, postquam anni 5. & 20. transacti essent.* Græc. ἔτη τῷ πολέμῳ ... Vertit Pirckhemerus. 25. *huius belli anno*. Ex quib⁹ videri posset annos illos 25. fuisse tantum incœptos. At ex Græco, phrasique ipsius Pirckhemeri solita, constat intelligendos esse completos. Vertit similiter Leunclauius in textu, *cùm iam anni, ex quo bellum cœperat, 25. elapsi essent*. Sed in margine repositum habetur 27. Quam lectionem sequitur ipse Leunclauius in Appendice sua Xenophontea. Vbi tamen rursus 27. intelligi completos, proindéq; vigesimumoctauum incœptum. Vertit & Candola in textu 27. Porro nimis apertum est ex serie narrationis, & ex verbis expressissimis, retinendos esse 25. annos. Quod etiam confirmabitur, ex iamiam dicendis. Quapropter numerandus est hôc locô vigesimusquintus annus belli completus, consequenter vigesimussextus incœptus.

Infrà. τούτῳ δὲ τῷ ἐνιαυτῷ. *Hoc eodem annô, Cyrus interfecit Autobisacem, & Mitræum*, &c. Quæri posset de quo anno fit ibi sermo? Nam memorati fuerunt proximè 25. anni, non autem aliquis annus. Attamen tùm ex his, tum ex dicendis mox, præsertim de Ephoris, consequens ac manifestum erit, annum istum intelligendum esse illum, de quô mentio facta fuit ab initio libri, videlicet vigesimúmquintum tantùm incœptū. Proindè hæc obiter istô locô velùtque per quandam recapitulationem fuisse narrata, sicut superiùs narrata fuit templi Mineruæ conflagratio.

Infrà. τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει. *Archyto Ephoro, præsidente Athenis Alexio, Lysander Ephesum applicuit*. Vertit Pirckhemerus verba Græca, *Eodem anno*, &c. At patet manifestè vertendum esse, *Anno succedente*. Sicque vertunt Leunclauius, & Candola, *Anno sequenti*. Consequenter hic erat propriè annus vigesimusſextus incœptus.

Confirmatur. Nam lib. 1. sub annis 24. completis, proindéque vigesimoquintô incœptô, repositus fuit Ephurus, Pitius, & hôc loco libri 2. repohitur Archytus. Atqui eôdem lib. 2. seu pag. 316. in Ephororum numeratione, reponitur Archytus immediatè post Pitium. Igitur ab vno ad alterum conuenientiùs transactus est vnus tantùm annus, cum aliundè nihil habeatur ex quo probari vel coniici possit contrarium.

Pag. 315. sub init. *Et muri (Athenarum) ad tibiarum cantum magna cum alacritate diruti fuerunt, appellantes diem illam initium libertatis Græciæ*. Hic significatur muros Athenarum fuisse primùm dirutos annô belli vigesimosextô tantùm incœptô. Confirmatur. 1. Nam Iustinus lib. 5. post init. & ex eo Orosius lib. 2. cap. 17. sed & Eusebius, copulant expugnationem Athenarum, & mortem Darij (Nothi) in vnum eundémque annum. *Insignis, inquiunt, hic annus & expugnatione Athenarum, & morte Darij regis Persarum*. Ab anno 7. belli, quô regnare cœpit Darius Nothus, apud Thucydidem lib. 7. inter init. & med. computa 19. completos quos regnauit, vigesimus eius incœptus quô decessit, incipiet in 26. belli; porrò sicut notat Scaliger lib. 5 Emend. cap. De Excessu Artaxerxis Longimani & initio Darij Nothi pag. 224. obitus Longimani reiicitur per Thucydidem ad principium hyemis: Xenophō autem mox citandus, ostendet obitum Darij Nothi venisse priusquàm annus ille finiretur, seu dirutionem murorum Athenarum, cum qua iungunt alij mortem Darij Nothi, venisse priusquam annus ille finiretur. Ergò mors Darij Nothi non euenit, seu vigesimus annus eius tantùm incœptus, nō fuit terminatus, in annum 27. sed in 26 belli. Confirmatur 2. Nam vt notat Scaliger supra, Diodotus mortem Darij Nothi punit in annum 4. Olympiadis 93. At Xenophon ponit Olympiadem 93. in annum belli 22. A 22. computa 4. non peruenies ad 27. sed tantùm ad 26.

*Et annus exiit, in cuius medio Dionysius Hermocratis (filius) Syracusanus tyrannidem obtinuit*. Hic quidem significatur annus vigesimussextus completus, consequenter vigesimusseptimus mox incœpturus. Attamen, & Athenarum muri diruti, & Dionysius regnans, annô vigesimosextô tantùm incœptô. Ex quorum parte prima

Moueri potest quæstio grauis. Thucydides lib. 5. inter init. & med. scribit, ab initio belli, vsque ad tempus, quô Lacedæmones prostrarunt Dominationem Athenarum, obtinentes muros longos Pyræi, actos fuisse 27. annos: nonnullósque præterea dies. Et infrà. Plures tàm ab initio quàm in fine belli profatos, bellū illud duraturū esse ter nouem annos. Hôc autem locô tradi non per 27. completos, sed tantùm per 26. & hos incœptos.

Respondeti potest 1. Thucydidem & Xenophontem in hoc abinuicem discrepare. Hoc enim dici non putat inconueniens (quamuis aliò modò) Gordonus an 3599. infra referendus. Quod an verum sit, videbitur ibidem.

Respondetur 2. Thucydidem habuisse respectum, non præcise seu punctuatim ad momentum, quô Lacedæmonij muros Athenarum vel obtinuerunt, vel etiam diruerunt, sed ad aliud quoddam tempus, quô prostrata fuit penitus illa Dominatio. Hoc enim habere est ex ipsiuimet verbis expressis. Quodnam autem sit illud tempus, non

facilè dici potest. Veruntamen vt quæ reperiuntur apud Xenophontem nota faciamus, habetur apud eum quoddam tempus in quo diruti fuerunt penitùs Athenarum muri, per 30. tyrannos in regimen vrbis electos. Habetur & aliud inter primam & secundam murorum deiectionem, quô bello finis penitùs fuit impositus, nimirùm post captam Samos per Lysandrum, aliáque similia belli consequentia per eum præstita. Et hoc expressis quidem verbis tradet Xenophon infrà. Attamen quantùm ad verborum inspectionem, post annos 28. & dimidium. Quantùm autem ad aliquam quæ dari potest explicationem, annis tantùm 28. per 6. menses incœptis, proindéque post annos tantùm 27. completos. Quæ quoniam controuersa sunt, ideò de illis propriô locô.

Infrà. *Annô sequente, in quem incidit Olympias quâ vicit in stadio Crocinas Thessalus, Endiô Spartæ Ephorô, præsidente Athenis Pythodoro, quem Athenienses, quia in illum Olygarchia (30. virorum) incidit, non nominant, sed interregnum annum illum appellant, Oligarchia Athenis ita constituta est*, &c. En hîc propriè memoratus annus vigesimusseptimus vt incœptus.

Et hîc moueri potest quæstio. Lib. 1. seu pag. 296. memorata fuit Olympias 93. sub anno vigesimosecundo belli tantùm incœpto. Hîc verò memoratur alia quædam Olympias; & quamuis non per numerum suũ designata: nihilominùs ex serie rerum gestatum intelligenda proximè sequens. A 22. incœptis, quibus incidit vna quædam Olympias, numera 4. annos completos, quos amplectitur Olympias quælibet, incidet altera quædam seu proximè sequẽs non in annum vigesimumseptimum incœptum, sed tantùm in vigesimumsextum.

Respondetur, in hoc recurrendum esse ad aliquam ex solutionibus habitis superiùs circà chronologiam per Olympiadas.

Infrà. *Eodem tempore circà solis defectum Lycophron Pheræus, qui vniuersæ imperare Thessaliæ quærebat*, &c. *Eodem quoque tempore Dionysius Syracusanus tyrannus bello a Carthaginensibus superatus est*, &c. *Paulo post Leontij qui Syracusis habitabat*, &c. Infrà. *Lysãder verò*, &c. *& si quid aliud bello partũ erat, id omne Lacedæmoniis tradidit.* Hîc nota significatum quoddã belli cõplemẽtum. Sequitur immediatè τελευτῶντος τοῦ θέρους, ἐν ᾧ [illegible] καὶ εἴκοσι ἔτη τῷ πολέμῳ [illegible]. Vertit Pirckhemerus, *Exeunte vere, quo debellatum est, anno vigesimooctauo, mensique sexto.* Sed manifestum est in prioribus verbis, æstatis non veris fieri mentionem. Atque ità vertũt Leunclauius & Candola, *sub æstatis finem.* Posteriora verba vertit Leunclauius, *quâ post 28. annum, sextúmque mensem, bello finis est impositus.* Candola. *Sic finijt bellum Peloponesiacum, postquam durasset 28. annos & dimidium.*

Hinc existit & quæstio grauis, Quisnam annus ille sit propriè numerandus?

Numerandos enim esse 28. completos, & dimidium, seu vigesimumnonum per 6. menses incœptum, videtur conuincere verba textus. Item, quæ sequuntur immediatè hôc locô. *In his (annis) Ephori qui numerantur hi fuere. Primus Ænesias sub quo bellum incœptum est, quintô & decimo annô trincennalium post Euboeam captam induciarum.* Sicq; Thucidides lib. 1. inter init. & med. & post med. & inter med. & fin. & lib. 2. init. & inter init. & med. in quibus locis agit de induciis illis post captam per Athenienses Eubœam, expressissimè tradit inducias illas durasse tantùm 14. annis, bellúmque Pelop. incœpisse annô decimoquintô induciarum Ænesia Ephoro. Posthęc Xenophon numerat Ephoros 28. & in summa tota 29. qui relati fuerunt suprà. Sunt igitur in his omnibus numerandi 29. anni saltem incœpti.

Numerandos autem esse tantùm 27. completos & dimidium, seu vigesimumoctauum per 6. menses incœptum, videntur conuincere quæ stabilita fuerunt prius; & maximè, quòd cùm sub anno iuxtà seriem vigesimoseptimo tantùm incœpto præpositus fuerit Ephorus Eudius, Xenophon hôc locô, post narratos omnes Ephoros vsque ad Archytam, sic ait, *Eudicus sub quo Lysander rebus gestis*, (hîc etiam nota quoddam belli complementum) *domum reuersus est*; denique quòd Thucydides locô suprà citatô non tribuit illi bello, nisi 27. completos, proindeque 28. incœptos.

Gordonus an. expans. 3599. Finitur, inquit, bellum Peloponesiacum, de cuius fine Thucydides & Xenophõ vnô annô discrepãt. Sic supponit Xenophontẽ tribuere bello Pelop. 28. annos cõpletos. Verum, esto concederetur Xenophontem tribuere bello 28. annos completos: non tamen sequeretur Thucydidem à Xenophõte discrepare vnô annô. Siquidem Thucydides loqui potuisset de bello, proùt finito per deiectionem murorum Athenarum (annis præcedentibus sic intellectis, vt facerent 27.) vel certè de illo ac de dominatione Athenarum, tanquàm finitis quôdam temporis spatiò secũdùm suam intellectionem: Xenophon autẽ de bello ac Athenarum dominatione, proùt finitis quôdam aliô temporis spatiò secundùm aliam suam intellectionem.

Leunclauius & Candola, non aliam huic difficultati, sicut neque præcedentibus, repetentes viam, mutarunt nùmeros annorum priorum nimirum, 22. 24. & 2[illegible] hôc modô supponentes, numeros illos fuisse corruptos.

Cogitare

[illegible] ta[illegible] ann[illegible] [illegible], [illegible] & [illegible] quar[illegible] is [illegible] s ver[illegible] is [illegible] expr[illegible] vir[illegible] men[illegible] [illegible]renus [illegible] 8. c[illegible] Sed [illegible] [illegible] ou[illegible]s. [illegible] Hi aut[illegible], a[illegible] er [illegible] ctus E[illegible] id Xenophonte [illegible] 2 [illegible] cu[illegible] tere autē [illegible] solutiones [illegible] superius insinuatas [illegible] mul[illegible] tū [illegible] e [illegible] nueniret hoc locō. O[illegible] multò magis [illegible] a Xeno[illegible] indicto [illegible] s [illegible] & [illegible] [illegible] des pe[illegible] æstates au[illegible] hyemes, [illegible] au[illegible] min[illegible], omnia [illegible], ve[illegible] tq[illegible]a [illegible] nier

[illegible] e posset alius, quan[illegible] lem vi[illegible] [illegible] nec[illegible] admittere al[illegible] n apud Xe[illegible] admitti po[illegible] e alt[illegible] [illegible]uam [illegible] c loco [illegible] ea num[illegible] um [illegible] m[illegible] n[illegible] 28 At d[illegible] [illegible] ne[illegible] c[illegible] on[illegible] [illegible] ratione[illegible] latas [illegible] n[illegible] [illegible] oribus per sua nomina [illegible] 24. & 2[illegible] m[illegible] moratis N[illegible] lominus, [illegible] modi pro[illegible] notabamus circa Hero[illegible] [illegible] C [illegible] iam int[illegible] arrogant sibi recentiores no[illegible] probamus : sic eam in vnico vel alt[illegible] ro loco penitus non improbamus : præsertim [illegible] de re aliàs adeò difficili, déue diffi[illegible]ulta[illegible] [illegible] tum graui facile sic aliàs conciliandа [illegible] ouertitur.

Videri poterit alteri, verba Xen[illegible] s [illegible] circa numer[illegible] annorum [illegible] quamu[illegible] annos co[illegible]pletos [illegible] tamen non es[illegible] de completis intel[illegible]genda. Fauere [illegible] ossunt similia quædam, etiam in Scriptura sacra. v. g. Luc. 2. vers. 21. *Et postquam consummati sūt dies [illegible] vt circumcideretur puer &c.* quos ta[illegible] men dies 8. non [illegible] sse comp[illegible]tos, co[illegible] stat ex D Gen. [illegible] vers. 4. Leuit. 12. vers. 3. &c. Fauebit [illegible] hoc locō non v[illegible] tur [illegible] voc[illegible] [illegible], &c. sed simpliciter [illegible], *In qua (æstate) [illegible] mensis, & 8. ac 20. anni.* Vbi sicut sex[illegible] t[illegible] mensis, non ibi significatur completus, a[illegible] qui dicendus fuerat septimus, itàneque anni 28. significentur completi. Et quamuis addatur, [illegible], id est, bello finis impositus [illegible] tamen [illegible] non refertur ad 28. an[illegible] vt neque ad sextum mens[illegible] m. Sed & [illegible] Xenoph[illegible]n vsus fuisset verbo [illegible], vel [illegible], circa 28. illos annos, sicut v[illegible] t c[illegible] ca quā tradidit æstatē: tamen vet bum [illegible] n[illegible] à [illegible] osè significat [illegible] nem semper im[illegible] tum, quin pro subiecta materia d[illegible] solummodo finem, ad quem a[illegible] perducitur s[illegible] significaret tatum [illegible] co 28. an[illegible] s ad finem verge[illegible]bus. Atque ita possunt expon[illegible] hæc eo loc[illegible] præcedentia, [illegible], æstate versus finē

ge[illegible] te, p[illegible]cut etiam ver[illegible] L[illegible] unc a[illegible] [illegible] dola, *[illegible]* [illegible] nt [illegible]simus, [illegible] & Eu[illegible], [illegible] onentes c[illegible] gnat[illegible] on[illegible] m A[illegible] ar[illegible] & [illegible] tem Da[illegible] N[illegible] n vno c[illegible] anno. [illegible] a[illegible] c annus per annos Darij Nothi [illegible] putatus, [illegible] potest esse plus quā 28. in[illegible] tus [illegible] ur annos 1[illegible] Darij Nothi, [illegible] sub [illegible] talem fin[illegible] anni 7. bel[illegible] [illegible] esse [illegible] quā 27. bel[illegible] [illegible] c[illegible] 19 [illegible] cœpisse post annum 7. [illegible] Xerxe 2. vel etiā Sog[illegible] [illegible] pus regnātibus, con[illegible] [illegible] 9 illorum computandū [illegible] abint[illegible] a 9 bell[illegible] ne poterit hic a[illegible] quam 28. tantum inceptus.

[illegible] is obi[illegible] posset ab Ephoris [illegible] Xe[illegible] numeratis, solui potest, [illegible] ol[illegible] d[illegible] do, numerum illum fuisse vel co[illegible] certe [illegible] batum, sed etia[illegible] [illegible] uod [illegible] nomus, co[illegible] a c[illegible] urrere [illegible] annis belli, v[illegible] o, h[illegible] [illegible] er g[illegible] be[illegible] a[illegible] singulis [illegible] que [illegible] [illegible] in vnicum tantū belli [illegible] m & Bre[illegible] am, impri[illegible] [illegible] belli &c. si[illegible] ce computationē per[illegible] er[illegible] posse pro[illegible] fra[illegible] tas an[illegible] [illegible] orum & belli non ex æquo concurrentium.

Quod item obiici posset de Thucydide, tan[illegible] abest vt his obstet quin eis maximè c[illegible] ueniat Nam hoc pactò tradiderit [illegible] patem annorum belli numerum, videlicet [illegible] d non solum [illegible] inceptus Thucydides intellexerit sed etiam de completis.

I[illegible] ha[illegible] difficultate quid verius sit, lectori q[illegible] dem pariter committitur. Nobis tamen posterium videtur probabilius.

Dices. At nonne phrasis illa significare so[illegible] let a[illegible] nos completos, consequenter hic [illegible] s p[illegible] 6. me[illegible]

Fateor S[illegible] n[illegible] er, quin propter difficultatem [illegible] adeo perplexam, ex[illegible] posset. Nam & Leun[illegible] lauius eam vatiat, bi verba sunt longe magis contraria.

Porrò quamuis concederentur anni 28. completi diuersitas est modica. Hæc tamen omnia, tum deducenda, tum discutienda [illegible] vt quæ postea tradūtur per Xeno[illegible] [illegible] conspiciantur oculatius, & quod præcipuum est, quanta debeatur om[illegible] [illegible] us fides, habeatur facilius.

Cæterum eadem via deducemus sequen[illegible] tia, quā deduximus præcedentia videlicet, per veras æstates, autumnos & hyemes, omnia simul, vel aliqua tantum, tu[illegible] a quòd in textu reperiuntur qu[illegible] nihilominus pariter inte[illegible] entes, quibus pro[illegible] atur & [illegible] tiuatur, [illegible] quæ plura sint admit[illegible] da tem[illegible] [illegible] ra, q[illegible] am per eiusmodi temp[illegible] an[illegible] norum [illegible]. Itaque

Lib. [illegible] intermit. & med [illegible] pag [illegible] *Haec cùm Dercyllidas cepisset, ac diebus octo, nouem cepisset ciuitates cõsiderare cœpit ubi h[iemaret], grauis quemadmodùm Thymbron fecit foret: si verò regione excederet, ne ciuitates a Pharnabazo equitatu malè afficerentur, verebatur. Misit itaque ad illum (Pharnabazum) sciscitatum, numquid pacem seu bellum mallet. At Pharnabazus, &c. inducias elegit. His act. Dercyllidas exercitum in Bithyniam Thraciæ duxit, ubique hyemauit.* Pag. 332. subinit: *Quamprimùm autem fuit ver, Dercyllidas ex Bithynia profectus, applicuit Lampsacum. Ibi cum esset, Aracus, & Naubates & Antisthenes, legati domo missi sunt ad eum. Hi venerant etiam ad inspiciendum, quomodo res se haberent in Asia, necnon Dercyllidæ supplicaturi, vt anno quoque succedente maneret imperitans* (exercitui). Infra. *Dercyllidas cum sibi manendum [illegible] intellexisset, rursus ad Pharnabazum misit [illegible] tatum, vtrùm inducias vellet, quæ per hyemem fuerant, an bellum.*

Hic quæri potest, an illa ver & hyems, fuerint ver & hyems antecedentia [illegible] menses suprà memoratos: an eos consequentia.

Verùm ex serie narrationis, plusquam manifestum est, ea non esse 6. prædictis mensibus antecedentia, sed consequentia.

Quæstio grauior est, an illa ver & hyems, solummodò compleant annum, per 6. prædictos menses incœptum: an verò supponat vnum aliquem annum, aut etiam plures annos, & si plures, quotnam antecedentes? Nam

Supponere plures, ostendi potest istis modis. Primò Xenophō lib. 2. reliquò, describit post 6. illos menses, tyrannidem 30. virorum Athenis regentem. Hanc du[ra]sse per annum vnum, inconfessò esse debet. Vnde scribebat suprà Xenophon, Athenienses annum illum propter Olygarchiam appellasse interregnum. Deinde, lib. 3. init. Postquàm tyrannidis illius finem tradidit per recapitulati[onem] paucis istis verbis: *Hoc [mod]um Atheniensis habuit seditio*, subiungit obiter expeditionem Cyri iunioris in Persidem, videlicet aduersùs Artaxerxem Mnemonem suum fratrem, & Persarum regem, cuius breuem licet narrationem sic incipit: [illegible], &c. id est, *Post hæc autem Cyrus Lacedæmonem misit legatos, rogans, vt quemadmodum [illegible] Lacedæmonii [illegible] Athenienses [illegible] contrario Lacedæmonij [illegible] ferrent.* Hanc autem [ex]peditionem Cyri, Xenophon lib. 7. de [illegible] fin scribit dur[asse] [illegible] annum [illegible] & menses 3. [illegible] [illegible], hoc eôdem lib. [illegible] post [illegible]. Exp[editio]ni Cyri, subiungit Thymbr[onis] pr[æfectu]ram exercitu[s] per Lacedæmoni[o]s commi[ssa]m. Quod etiam confirmat lib. 7. de Exped[itio]ne C[yri] paulo superius ante finem, cum di-

A [dic]it se milites ab ea reductos [tra]didisse Thymbroni. Et hic igitur præ[ter]fuit per annum vn[u]m. Insup[er], hoc eodem lib. Thymbroni præfectura functo, succedere facit Dercyllidam, cui confirmat [illegible] a per Ephorosin annum sequentem. Et hic ergò præfuit [illegible] [illegible] alium annum integrum.

Leunclauius in Append. Xenoph. plurimos hic annos interserit. Verùm quia non amplius suos ibi capitaliter digerit per bellum Græcum quod Xenophon describit, sed per annos regni Artax[er]xis Mnemonis, B & vnò verbo nihil per demonstrationem ingerit: propterea parum aut nihil curabimus eum adamussim inposterum sequi.

Videri pot[est] [illegible] n [illegible] esse quòd hæc [illegible] facess[u]nt neg[illegible] [illegible] adallata

Respondebit Tyrannidem 30. virorum non durasse per annum, sed tempore pauciori, prout colligere est ex narratione Xenophontis. Neque verò quòd annus ille vocatus fuerit interregnum, inferre 30. viros Tyrannidem exercuisse per eum interum. Vnde cùm iuxta Xenophontem inC cœperit illa tyrânis a deiectione murorum, hæc verò murorum deie[ctio] (de prima loquimur) facta fuerit tantum intrà vigesimū sext[um] annum: ex ista tyrannide non concludi nisi pro tempore pauco. Proindè præcipuum quæstionis, versabitur circa Cyri iunioris expeditionem, & Thymbronis ac Dercyllidæ præfecturas.

Ad id ergò quod dicitur de Cyro, Respondebit primò, narrationem illam expeditionis eius, non esse [r]eferendam ad tempus immediatè p[ræc]edens, seu quô [r]ecapit[ula]tus fui[t] finis [T]yrannidis 30. virorum: sed ad D temp[us] m[u]ro[r]um primò deiectorum. Neque contrarium inferre Græcum illud [illegible] [illegible]. Nam sæpè significat, *ex illo tempore, circa tempus illud*, vel etiam, *abindè*, &c. Vndè vertit Pirckhemerus *eôdem tempore*. *Tempus* autem illud, illud *abindè*, &c necesse non est [i]ntelligi præcedens immediatè, sed significare potest aliquòd aliud remotius. Quod sæpissimum est apud Xenophontem in istis [n]arrationibus. In singulari verò maximè [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quoniam in narE [ratio]nibus to[t]o [illegible] quô præcedente l brô [illegible] [illegible] est sæpe terminis [illegible] [illegible]. Cum ergò hôc locô supprimat [illegible] [illegible], signum efficacissimum [illegible] relatiuum [illegible], locum habens adie[illegible] [illegible] tam sequentem narratio[nem] [illegible] [illegible] [illegible] sæpius expressit ante. Fauet [illegible] [illegible] [illegible] conueniens est Xeno[phonti] [illegible] ea quæ pertinebant ad bellum [G]ræcum, deiectionem murorum, destru[ctio]nem dominationis Athenarum, Oly-

garchiæ,

garchiæ, seu 30. virorum institutionem, ac tandem tyrannidis eorum extinctionem, prius exprofessò tradidisse, posteà verò quæ pertinebant ad Cyri postulationem & profectionem in Persidem. Sed & fauerratio singularis ab hac methodo, quam manifestissimè secutus est Xenophon in hac materia. Nam lib. 2. post descriptam murorum primam deiectionem, obitérque 30. virorum institutionem, 30. his omissis prosequitur ea quæ spectant expeditionem Lysandri, finémque totalem belli, ac deniqué summam temporis quò bellum illud totaliter durâuit. Posteà verò resumit per recapitulationem, tractátque longissimè 30. virorum tyrannidem eiúsque tandem per Thrasybulum & alios extinctionem, post cuius summariam breuissimámque epilogum initio libri 3. subiungit etiam breuiter expeditionem Cyri. Sicut ergò tractatio tyrannidis 30. virorum, quamuis ordine habita posteriori, tamen refertur quantum ad initium suum, ad tempus primæ murorum deiectionis: cur non similiter Expeditio Cyri? Veruntamen, quoniam illa verba ἐκ ϛ ἐτῶν, videntur nimiùm expressa, propterea

Respondebit secundò, cùm tyrannis 30. virorum incœperit statim post deiectionem murorum, neque durauerit per annum vnum, sed per tempus paucius, ab isto tempore potuisse ts. menses expeditionis Cyri transigi, nec tamen chronologiam ipsam suprà tempus assignatum excedi. Nam v. g. tyrannis 30. virorum, sicut & deiectio murorum, cœperit 3. aut circiter mensibus intrà vigesimumsextum annum belli, durauerit per 3. aut circiter menses, post hos incœperit expeditio Cyri, vtque finierit hæc expeditio 3. aut circiter mensibus antè finitum vigesimumseptimum annum. Consequenter

Adid quod dicitur de Thymbronis & Dercyllidæ præfecturis? Respondebit, Thymbronem non præfuisse per annum, sed per tempus longè minus. Hoc colligitur, tùm ex narratione breuissima Xenophontis de Thymbrone, sub initiis lib. 3. tùm ex eo quòd Thymbron non præfuerit mari, sed exercitui terrestri, misso per Lacedæmones in Asiam, de præfecturis autem huiusmodi non ità ratum est quòd fuerint annuæ; sed esto fuissent annuæ, nihilominus ex occasione quandóque rescindebantur: vnde speciatim; quia de Thymbrone tradit Xenophon illô locô, quòd *cùm ab obsidione Larissæ quòd in ea tempus tereret, Ephororum iussu destitisset, & in Cariam exercitum ducere pararet, aduenit Dercyllidas, suscepitque exercitum: Thymbron*

A *verò domum reuersus, atque quòd exercitus [...] centiam spoliandi fœderatos concessisset, dam[...] natus, aufugit.* Consequenter Dercyll[...] dam præfuisse primâ vice pro Thymbro[...] ne, non per annum, sed per reliquum illius anni, cuius in fine præfectura fu[...] ipsi per Ephoros in annum sequentem con[...] firmata. Sic igitur non excedet his lo[...] cis chronologia suprà vigesimumoctauum annum completum, & vigesimumnonum incœptum.

B Infrà, seu eâdem paginâ 332. fin. *Mu[...] rum inchoauit* (Dercyllidas): *quem cùm [...] xercitui per partes distribuisset, propositis m[...] neribus qui primi ædificassent, ac cætera [...] quisque meritus esset, autumnô perficit, cù[...] orsus eum fuisset incipiente vere.* Pag. 33[...] init. *Reuoluente anno, rursùs Ephori aduers. Elidem decernunt. Et Agidi militarunt, pr[...] ter Bœotios & Corynthios, tùm alij socij, tù[...] Athenienses.*

C Hic quæri potest, nùm per annu[...] hunc reuoluentem, seu proùt vertu[...] Pirckhemerus & Leunclauius, *reuolutu[...]* significetur secundus quidam annus. Ra[...] tio, quia antè hæc, postquàm narratu[...] fuit, quomodò Dercyllidas murum ab[...] soluisset autumnô, &c. subiungitur pau[...] lò post: *Hæc cùm peregisset, rursùs in A[...] siam transcendit, ac cunctis consideratis vrb[...] bus, alia rectè se habere deprehendit: Chior[...] verò exules, Acarneam regionem occupa[...] munitissimam inuenit,* &c. *Tamen obsidio[...] cinxit, & 8. mensibus tandem subegit.* V[...] *constitutò Dracone Pellineô præfectô,* &c[...] *Ephesum quæ 3. dierum itinere à Sardis abes[...]*

D *regressus est.* Post quæ narrantur alia mu[...] ta. Computatis 8. mensibus ab autumn[...] nouus annus est incœptus: & hôc reuolut[...] nouus alter incipit.

Nihilominus, manifestum est annu[...] non multiplicari hôc locô. Nam autum[...] nus, quô murum absoluit Dercyllidas, [...] intelligi potest, vt tantùm incœperit, v[...] circiter incœperit. Vndè vertit Pirckhe[...] merus, *appetente autumno:* & Candol[...] *antè autumnum.* Octo menses item possun[...] intelligi tantùm incœpti. Deniquè reuo[...]

E luens, vel reuolutus annus, optimè p[...] rest conciliari cum illis 8. mensibus. Proin[...] dè hic significetur ac non plùs, annus v[...] gesimusnonus completus, & trigesimus i[...] cœptus.

Infrà, pag. scilicet 335. post med. *Æst[...] te verò reliquâ, ac hyeme subsequente, à Ly[...] sippo & militibus eius, Eleorum agris dir[...] piendis vacatum est.* Hic igitur iuxtà se[...] riem significatur annus trigesimus com[...] pletus, consequenter trigesimusprimus in[...] cœpturus.

A Sequitur. *Ineunte autem æstate Thrasideus mittens Lacedæmonem, pro muris (Elidis) deÿciendis assensus est*, &c. Vertit quidem Pirckhemerus, *ineunte vere*. Sed est Græcè τῷ δὲ ἐπιόντι ἔτει. Pag. 336. post init. *Post hæc Agis Delphos profectus est*, &c. *Indè cum discessisset, morbo (iam enim senex erat) in Heræa correptus, viuus tamen Lacedæmonem delatus est, vbi paulò post vitâ excessit*, &c. *Cumque iuxta consuetudinem dies aduenissent, quibus regem eligere oportebat, Leotychides, qui se Agidis filium ferebat, & Agesilaus frater* (Agidis intellige), *ambo ad regnum aspirare cœperunt*, &c.
B *Hæc cùm vtrimque audita essent à ciuitate, Agesilaum crearunt regem. Cumque nondum per annum rex fuisset, ac hostiam pro ciuitate sacrificaret*, &c. Pag. 340. post med. *Abindè antè postquam ver apparuit, copias vniuersas Ephesum coegit*. Pag. 341. sub init. *Eòdem autem tempore, & annus exiit, quò Agesilaus exierat* (è patria): *quapropter consiliary 30. cum Lysandro domum reuersi sunt. Successores verò illorum cum Eripida aduentarunt*, &c. Et hic iuxtà seriem significatur annus trigesimusprimus completus, consequenter trigesimussecundus incœptus.
C
Lib. 4. init. *Agesilaus autem* ἐπὶ ἀρχομένου μετοπώρου, *Pharnabazi Phrygiam ingressus, regionem incendiis ac populationibus infestabat*. Vertit Pirckhemerus, *ineunte vere*. Sed Græcum μετοπώρου significat *autumnum*. Sicque vertit Leúnclauius, *postesquam sub autumnum*: & Candola, *circà autumnum*. Pag. 347. vitiosè notatâ 349. sub init. *Sed puellam antè vernum terrâ deducere haud possumus*. Infrà. *Hyemauit*
D *& ibi Agesilaus, exercitumque vniuersum copiosò refersit commeatu*. Hic iuxtà seriem significatur annus trigesimussecundus completus, & trigesimustertius mox incœptus.

Pag. 349. post med. *Cumque sub vernum tempus venisset in campum Thebes*, &c. Pag. 3[illegible]3. post init. *Cumque iam autumnus instaret, è regione discessit*. Infrà. *Ego enim, inquit, iterùm cum copiis adero, æstate ineunte*. Infra. *Finita hyeme, sicut se facturum Achæis promiserat, statim ineunte vere, rursùm mouere*
E *decreuit aduersus Acarnanes*. Hic iuxtà seriem significatur annus trigesimustertius completus, & trigesimusquartus incœptus.

Pag. 365. versus fin. *Per totam itaque hyemem hùs incum[illegible]* [illegible] arnabazus & Cono). *Vere autem ineunte Pharnabazus [illegible] cum pluribus nauibus [illegible] conducto milite, Conone quoque secum [illegible]* &c.

Hîc dubitari potest, num per illa [illegible] tetur nouus quidam ac diuersus annus à præcedenti? Candola sic ista vertit, vt [illegible]

A [illegible] sic, [illegible] in illis intell[illegible] quendam annum. Non sic Pirckhemerus, & Leunclauius. Et quidem ex antecedentibus manifestè patet, non esse nouum annum sed diuersum intelligendum. Nam pag. 364. post med. *Et in terra bellum hoc pa[illegible]ere a-tur. Nunc ea quæ & [illegible] & maritimi. in oppidum interim [illegible] dùm hæc omnia gererentur, exponam [illegible] que non magni momenti rebus, ea quæ memoria digna sunt scribendo complectar. Primò Pharnabazus & Cono cùm pugna vicissent naualí Lacedæmonios*, &c. Hæc autem
B pugna fuit an[illegible] nempe pag. 353. post init. At [illegible] deinceps nihil aliud narratur [illegible] quæ fecerunt Pharnabazus & Cono p[illegible]ám victoriam, &c. & paulo ante [illegible] a ve[illegible]. *Per totam itaque hyemem*, &c. [illegible] Pharnabazu committẽs Cononi *Hellespontiacas [illegible] ciuitates, vt ineunte vere classem quàm maximam compararent*. Iaque inanè hîc non ampliùs, annus trigesimustertius completus, & trigesimusquartus incœptus.
C
Lib. 5. inter init. & med. seu pag. 376. post init. *Dicebantur etiam induciæ cum Mantinæis factæ, finire hoc anno, illæ quæ post pugnam ad Mantinæam, tricennales [illegible] sunt factæ*. Vertit Pirckhemerus, *Hoc quoque anno fœdera tricennalia, quæ post Mantinæum bellum facta erant, exiere*. Leu[illegible]. *Etiam addebatur, hoc anno finem earum induciarum esse, quas in annos 30. cum Lacedæmoniis Mantinæi à commissa ad Mantinæam prælio pepigerant*. Conformiter Candola.

D Hîc quæri potest, quônam tempore factæ fuerint illæ induciæ: consequenter quotus hic annus sit belli seu Historiæ Xenophontææ?

Reperitur quidem apud Thucydidem lib. 1. longius post init. & deinceps, itémque lib. 2. init. & denique sæpeisæpius per totum opus, sed præsertim lib. 1. inter med. & fin. mentio fœderum vel induciarum 30. annorum, inter Lacedæmonios & Athenienses.

Veruntamen in illis induciis non est
E mentio de bello Mantinæaco vel aliqua [illegible] acta, sed tantum de [illegible] item de induciis cum [illegible], denique ruptæ di[illegible] no decimoquartó ipsarum, [illegible] Peloponnesiacum incœptum [illegible] 14.

[illegible] apud eundem Thucy[illegible] inter init. & med. induciæ [illegible] Lacedæmonios & Athenienses, [illegible] bell[illegible] [illegible] aliquis cogitare [illegible] men[illegible]

Veruntamen in illis inducus non est sermo neque de Mantineis neque de prælio habito in eorũ agris. Item, quamuis fuerint ibi propositæ tanquàm duraturæ per annos 30. tamen paulò post fiunt absolutè pro 50. quæ tamen nec durant.

Reperitur item apud eundem Thucyd. eòdem lib. 5. inter med. & fin. pugna habita in campis Mantineacis, & post pugnam illam induciæ factæ: hæ autem intrà annum belli decimumquartum, & versùs finem eius.

Leunclauius, plurimos iterùm hîc inserit annos. Sed an propter inducias istas? Credibile quòd sic. Nam ab intra vigesimum-octauum belli, sub quo reposuit primum Artaxerxis Mnemonis, ad pacem Antalcidæam, sub qua fit mentio finis induciarũ istarum, numerat decimumquintum annum Mnemonis. Atqui 28. & 15. non excedunt 43. & ad hunc numerum accedunt 13. belli & 30. induciarum.

Veruntamen, in illis inducus non est sermo de Mantinæis, sed de Argiuis. Et quamuis Mantinæi militassent cum eis: tamen fœdera non fiunt cum ipsis: imò vero sic fiunt cum Argæis, vt a fœderibus illi excludantur Mantinęi. Quamuis item paulò post Mantinæi quoque in fœdera conueniant: tamen non est in illis fœderibus sermo de 30. annis, sed de 50. Fiunt & paulo post quædam cum Argiuis, Mantineis, & Eliensibus. At fiunt ab Atheniensibus, non a Lacedæmonius, & pro 100. annis.

Quarè videtur dicendum, initium fœderum istorum non haberi in historia. Quod mirum non magis esse debet, quàm plurimorum similium. Nam v. g. Thucydides lib. 3. post med. narrans euersionem Plateæ per Lacedæmonios, intrà quintum annum belli, dicit eam euenisse tertiò & nonagesimò suæ confœderationis cum Atheniensibus, cuius tamen initium reperire non est apud eum. Sic lib. 5. longiùs post init. memorat intrà decimum annum belli finitos quosdam annos 30. induciarum factarum cum Argiuis, quarum tamen initium reperire nec est apud eum. Similia multa videre est singulis ferè libris, præsertim lib. 1. 4. & 7. de quibusdam annorum metis vltimis, quorum primæ non habentur apud illum. Igitur hac ex parte non possunt anni rationabiliter multiplicari.

Dicere verò numerum annorum apud Thucydidem fuisse corruptum, 50. pro 30. repositis, esset longè magis incommodum. Nam æquà ratione diceret aliquis, cum fuisse pro nu mero multum adhuc minori repositum; sicque omnia a ta quæ petuntur tam ex Thucydide quam ex Xenophonte verteret in dubium, incertàque prorsùs efficeret. Aut si locus daretur euasionibus eiusmodi, cur non etiam dici posset, datò quòd induciæ de quibus agitur, reperirentur apud Thucydidem, & notantes annò decimoquattò belli: cur non inquam æquè diceretur numerum 30. fuisse corruptum, teposítúmq; pro 20. Hôc pactô rectè finirêtur istô annô, qui secundum seriem est trigesimusquartus.

Pag. 379. fin. *Itaque cùm Senatus sedisset in porticu fori, mulieribus Cerealia in Cadmea celebrantibus, essetque æstas ac meridies, erat in vijs plena solitudo, tunc Leontiades conscenso equo Phœbidam reuocat eùmque in arcem deducit: traditisque illi portarum clauibus*, &c. Pag. 381. fin. *Et quia æstas erat in hac expeditione peracta*, &c. *Ineunte vere Olynthiorum equites quasi 600. in Apolloniam effusi sunt*, &c.

Hîc quæritur an inter annum postremè notatum, & æstatem, ac ver hôc locô memorata, non effluxerint anni plures? Ratio; quia sub initio libri, *ea remoti Athenienses, missis nauibus, quintò postquã Ægina obsidere cœpta est mêse, præsidium ex insula eucxerunt*. Post hęc acta sunt plurima. Porrò lib. 4. seu pag. 365. versùs fin. postrema tempestas anni memorata, ver fuit. 5. mensibus à vere, pluribúsque aliis post 5. menses transactis, locus ampliùs æstati non fuit.

Leunclauius à pace Antalcidæa superiùs annotata, ad arcē Thebæorum (Cadmeam) per Phœbidam operâ Leontiadis occupatam, 5. annos punit.

At non immeritò quis dixerit, non hîc inserendos esse plures annos, aut vnum. Et ad Rationem dubitandi, 5. annos obsidionis Æginæ non significari transactos, sed tantum incœptos. Sed etsi dicerentur transacti: tamen locum adhuc esse diebus æstatis. Ver enim incipit Martiò, & Autumnus Septembri, quos inter reperitc est 6. menses Proindè iuxtà seriem significatur tantum annus trigesimusquartus completus, & trigesimusquintus incœptus.

Pag. 384. sub init. *Sed cùm esset torrida æstas, ardor quidam ignitus arripuit eum* (Agesipolim) &c. *Cùmque*, &c. *extra templum occu buit*. Pag. 385. sub init. *Et hæc ita circà Phliuntem gesta sunt per menses 8. & 1. annum*. Pag 387. init. *Inde exercitum comparant ad. uersus Thebes. Agesilaus autem dicens, quòd annos iam 40. pubertatem excessiset, necnon exponens, quod sicut alij ætate tàm grandi non cogebantur extra patriam militare, sic & regibus vti licebat eodem iure. His dictis ab illa expeditione se liberauit.* Infrà. *Ephori certiores facti pereos qui post facta Thebis cædes exulatum abierant, Cleombrotum tunc primum exercitum educentem mittunt, cùm maxime hyems rige-*

ret. Pag. 391. versùs med. *Ineunte autem vere, rursùs Lacedæmonij contrà Thebanos decernunt. Et Agesilaum, vt anteà quoque, rogant imperatoris vti munere fungeretur.* Pag. 392. versùs med. *Thebani autem admodùm annonæ inopiâ premebantur, quod iam ab annis 2. fruges ex terra non percepissent.*

Et hîc quæritur, an inter annum postremè notatum, & æstatem, hyemem, aut ver, hôc locô memorata, nō effluxerint anni plures? Ratio, propter illa verba, *Et hæc ità circà Phliuntem gesta sunt per menses* 8. *& 1. annum*: & illa, *Thebani autem*, &c. *quod iam ab annis 2. fruges non percepissent.*

Leunclauius plures ponit. Nam ab arce Thebanorum occupata per Phœbidam, ad eandem recuperatam per Phyllidam, quod narratur ante hyemem & ver postremum memorata, reponit 3. annos aut circiter.

At nec immeritò quis dixerit non esse hîc inserendos plures annos. Et ad Rationes dubitandi, clarum esse per seriem annum 1. & menses 8. Phliuntinorum, itémque 2. annos Thebanorum, ab anterioribus temporibus incœptos, non ampliora denotare. Nam res Phliuntinorum narrari incipiunt longè ac circiter vere antè Cerealia per mulieres in Cadmea sub æstatem celebrata: post quæ traduntur iterùm ver, iterùmque æstas alia, plura denique gesta peracta. Res item Thebanorum narrari incipiunt antè eadem Cerealia, post quæ traduntur eadem acta. Cæterùm illi Thebanorum anni non censendi sunt completi; narrantur enim solummodò quatenùs per duas fructuum collectiones acti: hi autem à circiter æstate, quâ Cerealia celebrabantur, ad aliam æstatem, hyemémq; consequentem, facilè possunt computari.

Quæstio grauior moueri potest, circà tempus Agesilai superiùs memoratum. Sed hanc reiicimus in finem textuum Xenophontis. Quapropter iuxtà seriem, non est hîc annus nisi trigesimusquintus completus, & trigesimussextus incœptus.

Eâdem pag. 392. post med. *Vere rursùm ineunte, Agesilaus in lecto decumbebat.* Et hîc igitur iuxtà seriem annus est trigesimussextus completus, & trigesimusseptimus incœptus.

Eâdem pag. 392. *Et ille* (Agesilaus) *Lacedæmonem delatus, reliquum æstatis & hyemem in lecto decubuit. At Lacedæmonij, vere ineunte rursùm aduersus Thebanos decernunt, & Cleombrotum copiis præficiunt.* Et hîc igitur iuxtà seriem est annus trigesimusseptimus completus, & trigesimusoctauus incœptus.

Liber 6. Lib. 6. circà med. seu à pag. 405. Pugna Leuctrica traditur, in qua Thebani de Lacedæmoniis & eorum duce Cleombroto victoriam insignem reportarunt. Pag. 412. *Agesilaus autem quamuis mirè exercitum abducere cuperet, hyems enim media erat, per tres tamen dies statiua haud longè à Mantineorum egit ciuitate.* Fin. lib. seu pag. 416. fin. *Præterea hyems erat, ità vt omnes abeundi tenerentur desiderio.*

Hîc quæri potest, nùm aliquis annus sit inter hæc computandus. Ratio prima, quia pag. 408. fin. narratâ Iasonis Pheræi Thessalorum principis, móxque successoris eius ac fratris Polydori cæde, scribitur Polyphronem alterum eius fratrem, *vnum annum imperasse, ducatum in tyrannidem mutasse.*

At ex historia Iasonis ab initio Libri 6. conscripta, maximéque ex verbis infrà habitis pag. 409. *Iam vero vnde digressus sum reuertar*, manifestum est res illas Iasonis, & successorum eius, narratas fuisse per recapitulationem, proindéque annum tyrannidis Polyphronis antè hæc actum fuisse.

Ratio secunda, quia fin. libr. vertit Pirckhemerus, *Insuper hyems imminebat, ità vt omnes*, &c.

At Græcum habet πρὸς δ᾽ ἔτι, καὶ χειμὼν ἦν. *Insuper hyems erat.* Sicque vertit Leunclauius, *Præterea hyems erat*: & Candola, *frigus erat.* Deindè, liber sequens incipit, *Insequenti anno*, &c. Signum quòd hæc hyems eadem est quæ narrata pag. 412. Quapropter non est hîc iuxtà seriem nisi annus trigesimusoctauus completus, consequenter trigesimusnonus incœpturus.

Lib. 7. init. *Insequenti anno, Lacedæmoniorum ac sociorum legati, liberis Athenas veniendi mandatis*, &c. Hîc propriè iuxtà seriem incipit annus trigesimusnonus. Pag. 426. sub init. *Insequenti quoque anno, Argiui & Arcades omnes Phliuntem* (id est, eorum fines) *ingressi sunt.* Et hîc iuxtà seriem est annus trigesimusnonus completus, & quadragesimus incœptus. Liber 7.

Pag. 428. *Porrò eodem ferè tempore Æneas Stymphalius Arcadum Dux, cùm ea quæ Sicyoni fierent, intoleranda iudicaret, cum copiis in arcem ascendens*, &c. Pag. 431. fin. *Porro circa hoc idem tempus, mortuo iam Dionysio Seniore, filius eius misit in auxilium Lacedæmoniis 12. triremes, & eis præfectum Thymocratem, cuius auxilio Sellasiam ceperunt: quâ captâ domum abiit. Non multo posthæc Elienses occuparunt Lasionem*, &c. Pag. 434. *Iámque instante anno Olympiaco, ad celebranda Olympia sese vnà cum Pissatis, iísque primis acciniacie, vt quos et præesse sacro ferunt. Cùm igitur mensis iam adesset ac dies, quibus & sacris iis operari, & solemniter vndique conuenire solebant*, &c. Pag. 436. *Interea vero dum hæc gererentur, Epaminondas egressus est, secum habens Bœoticos omnes & Euboenses, necnon Thessalos multos, missos tam ab Alexandro, quam ab eius*

*aduersarys.* Pag. 440. post init. *Mantineam equites misit* ( Epaminondas ) *etiam atque etiam eos* ( equites ) *vti perdurarent precatus: docénsque verisimile esse omnia Mantineorum iumenta , atque ipsos etiam homines foris iam agere, maximè quia comportandi frumenti tempus erat.* Abindè disponit pugnam Mantineacam. Pag, 441. fin. *Atque hoc sanè pacto congressus, spe sua minimè frustratus est. qua enim parte irruperat superior factus, vniuersam hostium vim in fugam conuertit. Verùm posteaquàm ipse cecidit, reliqui victoria rectè vti non potuêre,* &c. Mox sequitur finis vltimi Libri Græcarum Historiarum, seu bellorum quæ Xenophon descripsit. Et hic igitur nun est iuxtà seriem ampliùs quàm annus quadragesimus incœptus.

Atque his conformiter Candola, in Narratione quā subiūxit Libris illis Xenophōtis de Græc. Hist. & Libro de Laudibus Agesilai, monet bellum descriptum per Thucydidem & Xenophontem, id est, partim per illum, partim per istum, durasse ferè per annos 42.

Notum est equidem plurimos authores non stare deductionibus annorum istó modô factis ex Xenophonte. Quin & obiecturos Xenophontem inter notatos annos, comprehēdisse longè plura tempora, quàm quæ hôc modô deducuntur.

At etiam notum est authores parùm in hoc concordare. Nam v. g. volunt communiùs bella descripta per Xenophontem à vigesimoprimo, quô desijt Thucydides, continere 38. vel 40. annos. Posseuinus autē 43. vel 44. Diodorus verò 48. Quare putabit qui voluerit, parùm esse curandū quid authores alij censeant, si probationes validas non proferant. Quod autem obijcient, pro libito proponent. Nam Xenophontem non plura tempora comprehendisse, quàm quæ fuerunt ex eo deducta, dicet cōcludi longè probabiliùs. Primò, propter methodum Thucydidis, quam consequenter ad eum fuit imitatus. Secundò, quia non solas annorum tempestates, omnes vel aliquas, notat: sed & quandoque menses, dies, noctes, auroras, vesperas, horas, &c. Tertiô, quia concludit narrationes suas per particulas denotantes proximas inuicem consecutiones rerum narratarum. Quartò, quia dicere Xenophontem annos illos non tradidisse, quid est nisi dicere quòd vel illos tradere noluit, & hóc absurdum est; vel tradere non potuit, & hoc vel absurdum similiter est, vel certè Xenophontem arguit ignorationis, aut incertitudinis, eorum quæ tradidit: proinde talem eum facit, cui rebus in istis (temporum intelligo) nitendum non sit. Declaratur aliter. Nam vel Xenophon illa sciuit, vel non. Si sciuit, vtique & tradidit. Non tradidit autem nis per anni tempestates, &c. Si nesciuit, quomodò credatur ei, qui scribere voluerit quæ nesciuit? Meliùs: & sciuit, & tradidit. At non aliû modô tradidit, quàm eô qui per anni tempestates, proùt à nobis deductus est.

Quòd si dicatur, non esse credibile, non plures annos fuisse trāsactos in tot bellicis expeditionibus, fusâ quandóque narratione descriptis.

Respondebitur, credibile potiùs esse, non plures annos fuisse transactos in expeditionibus illis. Nam & regiones non erant inuicem multùm distantes; & sæpissimè paucioribus adhuc temporibus complentur longiores ac difficiliores expeditiones, prout etiam videre est apud Thucydidem intrā vnicos eosdémq; quos distinctissimè nota annos; & sicut Xenophon quandoque pauca, quandoque etiam nulla peracta proponit, & tamen tùm initia tùm finem talis anni conscripsit: ità par est, si quandoque per multa proponit, & tamen circùm ea non pliùs quam vnicum initium vnicúmue finem anni conscripsit, illa omnia sub vnico tantùm anno concluserit.

Si dixeris item, Xenophontem in Libro de Laudibus Agesilai, quandoque memorare hyemes, vera, æstates, quibus aliquid ab eo gestum fuerit, inter quæ tamen ex libris Græc. Hist. notum est intercessisse multa tempora.

Respondebitur. Hoc nihil concludere. Nam in illo Libro de Laudibus Agesilai manifestum est eum non ex professò tradere tempora, multominùs per anni tempestates. At in Libris de Græcis Historij contrà: Quinimò credibile est eum ide pauca prædicta de quibusdam anni tempestatibus attigisse, quia supponebat ea se tractauisse secundum ordinem proprium i Libris Græcarum Historiarum, ad quo proindè remittebat.

Si dixeris itē, aliter ab authoribus Xenophontem exponi, aliudque ex alijs authoribus colligi. Nam colligunt à Diodoro Siculo, & similibus tempore posterioribu plures annos debere his locis poni. Sed Eratosthenē ab Athenis expugnatis ad pugnam Leuctricam ponere 34. annos, vt no tat Scaliger lib. 5. cap. De Leuctrica pugn. seu pag. 225.

Respondebitur, Diodorum & similes es reijciendos infrà sub obiectione special nec sine causis rationabilibus. Et certè n que Diodorus, neque recentiores, de n meris annorum illorum conueniunt, s eos ad libitum, & vt intento suo cunuen statuunt. Porrò hæc istamet obiectio p test aduersus semeripsam retorqueri. Na

si Xenophon indiget aliis ad expositionem A sui; non igitur vere & per se pugnat adversus sententiam istam, contrà quam adducitur. Interim, quantùm Eratostheni fidei tribuatur, nulli non notum est. Sed & Scaliger ipse pluries illum pungit ac reijcit. Vide præ aliis locis, ibidem cap. de Transitu Xerxis, seu pag. 222.

Ex his autem patet, Dionysium Seniorem, non tot annis regnasse, quot obijciuntur. Nam regnauit tantum ab anno belli vigesimosexto, vel ad plùs (quod tamen annos eius adhuc minuit) vigesimoseptimò, B ad annum circiter quadragesimum, proindéque non plùs 14. annis. Quid autem dicat authores alij non attenditur hic. Nā nec qui circà hoc conueniunt. Siquidem Gordonus cap. 14. ad Period. 7. num. 16. duos e 40. demēs tribuit ei cūm Diodoro 38. quidē annos. At Leunclauius, quàmuis annos belli varius in locis multiplicans, tamen non plus tribuit illi quam 32. vel 33. Eusebius autem ne tot ei tribuit, sed tantummodò 19. Signum rursùs authores in huiusmodi procedere potiùs ex libito, vel prout quisque putat sibi commodum, quàm C ex certo quodam chronologiæ fundamento. Signum item nonnullos qui Dionysio tribuunt annos 40. confundere Dionysium Seniorem cum eius filio Dionysio Iuniore: forsitan propter similitudinem nominis, & auxilium ab vtroque præstitum Lacedæmonis: quamuis nihilominùs, neque hic, neque ille simul regnauerint tot annis: sed de hoc alibi.

Ex his etiam patet, iuxtà seriem Xenophōtis à morte Dionysij Senioris, ad mortem Epaminondæ, non solùm non actus fuisse 10. annos, sed ne vel vnicum integrum annum. Siquidem Xenophon ità mortem D vtriusque scribit, vt manifestum sit eas euenisse non plùs intra quàm vnicum eundémque annum, videlicet, vltimum belli Græci quod ipse descripsit.

Addi tandem posset, dentur anni plùs toti bello Peloponesiaco, quàm ex his seeūdum seriem ità deductis reperiantur, dentur & plùs Dionysio Seniori, v. g. 23. cum Leunclauio, vel 19. cum Eusebio, &c. nihil obfuturum computationi huius tertij Modi; cum a morte Darij Nothi, sine a muris Athenarum deiectis, vsque ad finem Imperij Persici ponantur annos 37. vel vsque ad Darium E Codomanum 33. aut 31. si modò qui tribuuntur Philippo Macedoni, computentur non post, sed ante finem belli, vel etiam nōnulli ex 12. qui 1. Machab. 1. tribuūtur Alexandro Magno, priusquam eucrteret Imperium Persicum, concurrisse dicantur cum patre. Sic enim poterunt anni plures dari vel bello Peloponesiaco, vel Dionysio Seniori, vel cuicumque alteri, si libuerit. An autem dici possint anni Philippi Macedonis incœpisse prius quàm bellum Peloponesiacum finiretur, vel etiā nonnulli ex 12. qui 1. Machab. 1. tribuuntur Alexandro Magno, priusquam euerteret Imperium Persicum, concurrisse cum patre, mox videndum est. Sed prius

Notandum est II. Agesilaum imprimis non vixisse fere 100. annos, si hoc *ferè* sumatur ad rigorem: sed tantum vel ad plus secundum Plutarchum & Gemistium 84. (completos aut incœptos) vel melius secundum Xenophontem circiter 80. Sic enim expressè tradit Xenophon, cùm in lib. de Laudibus eius med. scribit eum fuisse annorum 80. vel circiter, quando rex Ægypti (Thacos) vocauit eum in auxilium. Vbi quàuis iuuerit & Nectenabum, alterum regem aduersus Thacos pro regno contendentem, quandiù vero manserit in Ægypto præcisè non constet: attamen constat quod & in Ægypto diù non fuerit, & eōdem annō quō iuuit Nectenabum, cùm in Spartam rediret, obierit. Nam quod aiunt Plutarchus, & ex eo Gemistius, Agesilaum vixisse 84. annos, ex quibus, iunctis quæ habet Xenophon, sequeretur eum in Ægypto degisse circiter 4. annos, & incertum est quantùm ad annos 84. & inualidum quantùm ad connexionem vtriusque simul; cùm probabiliores sint 80. tantum vel circiter quos ei tribuit Xenophon: proindéque non cum in Ægypto degisse plus vnum annum: quod etiam agnoscunt recentiores aliqui. Vndè quòd ait sæpè Xenophon, itémque Pausanias in Laconicis seu lib. 3. inter init. & med. eum fuisse valdè senem, exponi debet de annis circiter 80. solùm. Quod item ait Xenophon, nullum in ætate florente fuisse adeò formidolosum inimicis, ac Agesilaū, agentem licet annos ferè 100. exponi debet de 100. per exaggerationem, siue per numerum excrescentem dictis.

Deinde, neque Agesilaum regnasse per annos 4 . vel circiter, si regnum eius computetur à tempore quō per Lacedæmones electus fuit ad expeditiones bellicas, in præiudicium Leotichydis.

Probatur primo, ex Xenophonte. Nam Xenophon lib. 5. Græc. Hist. pag. 336. cum ageretur annus, qui iuxta seriem est belli trigesimussecundus, scribit eum fuisse regem electum ad expeditiones bellicas, in præiudicium Leotichydis. Et pag 367. cùm ageretur annus, qui iuxtà seriem est belli trigesimussextus, introducit eum exponentem se iam ab annis 40. præteriisse pubertatem. Si postrema hæc verba sumantur ad rigorem, cum pubertas finiat exactis iuuenum annis 18. tunc attigerat annos ætatis

Agesilaus quot annos vixerit.

Agesilaus quot annos regnauerit.

circiter 60. proindéque hac ex parte non essent vsque ad mortem eius plus anni 24. & probabiliùs 20. quos abindè regnasset. At neque sequitur eum tot regnasse hac ex parte. Siquidem credibile est Agesilaum narrantem se transegisse 40. annos suprà pubertatem, non id dixisse numerô quem vocant præcisô, sed rotundô, potiúsque deficiente, quàm excrescente, id est, transegisse tùm plures adhuc annos. Hoc enim faciebat ad intentum suum. Vndè locum hîc non habet, quòd aliàs in propria causa soleant homines potiùs numeros augere quàm minuere. Siquidem agebat coram iudicibus Spartanis, sed & coram militibus ac populo, quibus notum erat non solùm ratione patriæ, sed etiam ex ipsa facie, nùm tot annos esset natus: ex quo non ausus fuisset annos suos augere, quin & mendacij coram iudicibus, & pusillanimitatis coram militibus, mansisset conuictus. Vndè etiam quamuis vbi mentio fit pubertatis, in Græco sit vocabulum ἥβη, & hoc ex primæua quidem institutione pubertatem significet: tamen significare quoque solet adolescentiam, hac verò denotare tempus ætatis florentis, etiã vsque ad annum trigesimum, ac quandoque longè plùs. Atque ità Iacobus Amiotus Plutarchum è Græco vertens in Gallicum, in Agesilao, habet eum transijsse 40. annos supra *adolescentiam*.

Probatur secundò, ex eodem Xenophõte. Nam Xenophon lib. de Laudibus eius med. scribit eum fuisse circiter annorum 80. non multò post scriptam pugnam Leuctricam, quam descripsit lib. 6. Græc. Hist. à pag. 405. cum videlicet ageretur annus belli iuxtà seriem trigesimusoctauus. Paucis autem annis post pugnam Leuctricam, iuxtà Plutarchum, nempè duobus annis iuxtà seriem, acta est pugna Mantineaca; cùm videlicet ageretur annus belli iuxtà seriem quadragesimus. Non multum autem post pugnam hãc Mantineacã iuxtà Plutarchum in Artaxerxe & Agesilao, & Gemistium lib. 1. ab init. Agesilaus vocatus fuit in Ægyptum, à qua rediens Spartam, est vitâ functus.

Quòd si dicatur, Xenophontem in libro de Laudibus eius non seruare temporum distinctionem.

Respondebitur, seruet, aut non seruet, hoc aliundè commonstrari. Nam actâ pugnâ Mantineacâ, quoniam omnes Lacedæmonum inimici restabant quasi prostrati, & ex Plutarcho in Agesilao, Oros. lib. 3. cap. 1. fin. & aliis, pax vniuersalis facta est inter Græcos, non erat ampliùs Agesilaus Lacedæmoniis necessarius; ac in summa, cũ sicut scribunt Plutarchus & Gemistius, non multùm post pugnam Mantineacam fuerit in Ægyptum profectus, à sua verò per Ephoros electione ad pugnã illam nõ acti fuerint iuxtà seriem plùs anni 9. & ab illa pugna ad expeditionem Ægyptiacam, non multùm temporis: sequetur nõ eum tot regnasse post electionem illam quot tribuuntur ei.

Quòd si dicatur, in his peti principium: supponendo videlicet, annos non plus esse numerandos quàm qui colliguntur iuxtà seriem.

Respondebitur, non hanc esse petitionem principij; cùm hoc ipsum fuerit per alia demonstratum, contrà quæ nullum fortius, fortiora nulla queunt adduci.

Probatur tertiò, ex Pausania. Nam Pausanias in Laconicis suprà, sic regnum eius tradit, vt ostendat, ab eius ex Asia reditu, móxque suceptô vulnere, ad profectionem in Ægyptum, pauca tempora præteriisse. Quod etiã agnoscit Gordonus an. 3603. cũ ait, Eusebius dat huic regi annos 44. Saltem 40. concedendi sunt cum Plutarcho: (Plutarchus habet 41.) licet Pausanias putet parùm vixisse hunc regem. In his enim postremis verbis, non eum agere de annis ætatis, sed regni, vel si ætatis, vtique ætatis in regno, iustum est; cũ Pausanias expressè proferat Agesilaum *admodum senem*.

Atque hinc confirmãtur ista omnia. Nam cùm alij tribuant ei annos 44. Plutarchus & Gemistius 41. Gordonus 40. Genebrardus lib. 2. pag. 251. col. 1. ipsi & post eum Archidamo fratri 23. alij plus minúsue, prout sibi commodum putant: quis in eiusmodi constituat certitudinem, & non potiùs in annis deductis ex Xenophonte iuxtà seriem?

Obijcitur quidem contrà hæc, Xenophontem in eius vita post init. scribere, Agesilaum fuisse regnum consecutum cùm adhuc esset iuuenis.

Responderi potest primò vocabulum Græcum νέον illô locô significare posse, non nouum ætate, seu iuuenem: sed nouum, & nondùm exercitatum in bello. Nam in anterioribus verbis hæc habentur: *Quod autem Agesilaus antequam regnare cœpisset, dignus esse regno videbatur, hæc sunt argumenta. Nam posteaquàm Agis rex obijt, Leotychida Agesilaóque de imperio contendentibus, alterô quidem vt Agidis, hôc verò vt Archidami filio: vbi Agesilaum ciuitas tùm genere, tùm virtute illustriorem esse dijudicasset, hunc regem decreuit, atque potentissima in vrbe honore pulcherrimo à viris optimatibus insignitis: quibus etiam coniecturis apparet, quantus cùm aduc priuatus esset, virtute claruerit*, &c. in posterioribus autem hæc: *Qui cum modo regnare cœpisset, nuntiatur regem Persarum permagnas cogere aduersus Græcos nauales ac pedestres copias, quibus de rebus Lacedæmonijs simùl & socijs consultantibus, suggerit*

*Agesilaus, pollicetúrque*, &c. Hæc patum cōuenirent iuueni. Sed & patum conuenisset Lacedæmoniis, Reipublicæ, vel etiā totius Græciæ salutem iuueni committere.

Confirmatur. Nam Lacedæmonios fuisse solitos, regibus suis, cum adhuc essent iuuenes, quosdam ætate prouectiores, tanquàm eorum, atque exercituum conductores præficere, notum est apud Thucydidem & Xenophontem. Apud Thucydidem, vt lib. 2. inter med. & fin. vbi Pistarcho Leonidæ filio datur Pausanias, & lib. 1. inter med. & fin. Plistoanacti filio Pausaniæ Nicomedes filius Cleombroti, & lib. 3. inter init. & med. Pausaniæ filio Plistoanactis Cleomenes. Quod apud alias nationes visitatū videre est apud eundem Thucydidem lib. 2. inter med. & fin. vbi Tarypti Albanorum regi, datus Antanes Stabilinthes. Apud Xenophontem, vt lib. 4. longius post init. seu pag. 350. med. vbi scribitur Aristódemum, tanquàm consanguineum ac tutorem Agesipolis adhuc iuuenis ductorem exercitus fuisse constitutum. Et certè cùm lib. 3. descriptum fuerit quomodò Leotychydes filius Agidis & Agesilaus eiusdem Agidis frater, de regno contendetint: vtique manifestum fit Agesilanm ætatē fuisse prouectum; quandoquidem Leotychides ipse pro regno contenderit, quò tamen Agesilaum longè seniorem fuisse par est, cùm esset frater Agidis patris Leotychidis, seu Leotychidis patruus: & tamen Leotychides ipse quàmuis iunior, nihilominus capax regni, gubernationis, ac exercituum conductionis.

At probatur hoc sufficienter, etiam ad hominem. Nam Thucydides lib. 3. init. testatur Archidamum Agesilai patrem fuisse Lacedæmoniorum regem sub initius anni quarti belli Peloponesiaci, necnon eōdem lib. inter med. & fin. Agidē, Archidami filium, fratrémque Agesilai, regem eorundem fuisse sub initiis anni sexti. Hinc sequitur Archidamum fuisse mortuum inter annos illos belli quartum & sextum. Sequitur & Agesilaum tunc quoque fuisse natum. Iam ponatur Agesilaus in regem electus annò belli, qui iuxtà serientē est trigesimus secundus, vel iuxta Leunclavium in Appēdic. Mnemonis octauus, seu belli trigesimus sextus: & addantur anni, quos natus erat in morte patris, quúsque probabile de monstrātum est fuisse iam plurimos, cùm in Agidis fratris sui morte Leotychides ipsius per fratrem nepos, pro regno, gubernatione, præcisímque exercituum conductione, cum ipso contenderet; quis non viderit Agesilaum tunc non fuisse puberem, aut etiā adolescentem, sed ætate multùm prouectum, & supra 40. fórsan etiam supra 50. 60.

A vel plures annos?

Respōderi potest secūdò, datò quòd vocabulum *iuv* ibi significet *iuuenis*, quandò Xenuphon ait Agesilaum regnasse cum adhuc esset *iuuenis*, sensum esse de quodam regnādi modo cum Agide suo fratre, vel etiā cum Archidamo vtriusque patre; cùm verò subdit: *Qui cum modo regnare cœpisset*, sensum esse, de altero regnandi modo, postquàm electus fuit à Lacedæmoniis rex, qui præesset bellis tunc decretis. Hoc indicat Iustinus, seu Trogus Pompeius lib. 6. post

B init. vbi postquam narrauit Conohem nauali Atheniensium exercitui præfectum, etiam nomine regis Persarum, subiunxitque: *Sed tanto exercitui, & contrà tantùm ducem deerat dignus Imperator*: hæc addit: *Itaque postulantibus focys Agesilaum ducem, regem tunc Lacedæmoniorum, propter responsum oraculi Delphici, diu Lacedæmony, an eum summæ rei præponerent, deliberauerunt* (al. disturbūt): *quibus futurus imperij finis demonstrabatur, cum claudicasset imperium, erat enim pede claudus. Ad postremum statuerunt melius esse incessu regem, quàm imperio regnum claudicare.*

C *Postquam Agesilaum cum ingentibus copys in Asiam misere, non facile dixerim, quod aliud par ducum tam benè comparatum fuerit: quippe ætas, virtus, consilium, sapientia, vtrique propè vna, gloria quoque rerum gestarum eadem: quibus cùm paria omnia fortuna dederit*, &c. In his verbis & presertim illis, *postulantibus focys Agesilaū ducem, regem tunc Lacedæmoniorum*, & *vtrique gloria rerum gestarū*, manifestè traditur, Agesilaum iam aliquò modò fuisse Lacedæmoniorū regem, antequam aliò per eos eligeretur præficiendus bello. Sed & ętate fuisse prouectum quando posteriori hóc modò rex fuit electus; quando nimirùm tot in re-

D bus ac nominatim in ætate, rerúmque gestarum gloria comparatur Cononi, qui iamdudum exercitibus præfuerat, prout patet in præcedentibus.

Confirmari potest I. Nam apud Lacedæmones, filios quandóque rexisse siue exercitibus præfuisse sub patribus, patet in ipsiusmet Agesilai filio, cui nomen Archidamus: qui præter alia victoriam admirandam aduersus Thebanos obtinuit, multáq; bellica gessit, prout describitur apud Xenophontem lib. 6. & 7. Græc. Hist. Atque ità

E Oros. lib. 3. sub init. vocat eum Ducem Lacedæmoniorum, & Candola lib. 7. pag. 489. regem.

Confirmari potest II. Nam apud eosdem Lacedæmones, quandoque regem, etsi iā iure vel actu regnantē, nihilominus iterū ad obeunda similia Reipublicæ munia, creari specialiter regem, patet ex lib. 5. longiùs post init. seu pag. 374. versus fin. vbi quamuis Græcum ...

[illegible] vertat Pirckhemerus præcipuè cùm Lacedæmonios regis (Persarum intelligit) socios effectos cernerent: & Leunclauius, posteaquàm rex Lacedæmonius belli socius factus esset: tamen vertit Candola, posteaquàm Lacedæmonij creassent vnum ex suis regibus in societatem illius belli. Et fortè propter hæc, dicunt Plutarchus & Gemistius Agesilaum regnasse quidem 41. annos: per 30. verò fuisse habitum magnum & potentem suprà principes omnes, & ferè summum regem totius Græciæ, vsque ad pugnam Leucticam. Quàmuis enim non conueniant quantùm ad tot annos, cum annis historiæ Xenophonteæ iuxtà seriem deductæ: tamen nonnihil insinuant eum regnasse, nonnullàque bellica peregisse, priusquam imperium belli pro Lacedæmoniis Agide mortuô susciperet. Sanè Plutarchus in Agesilao, nullam habet mentionem de regno per eum adhuc iuuenem assumpto, quod tamen non parùm faciebat ad eius laudem. Hoc nonnullum est signum, Plutarchum id non agnouisse: qui tamen cùm opera Xenophontis, sicut & alia multa, reuoluerit, credendus est locum illum non eô sensu qui per obiectionem prætenditur intellexisse, sed eô qui per solutionem exponitur.

Responderi potest III. quàmuis detur neutram istarum Responsionem sufficere (quod non attamen non propterea Xenophontem illô locô tantæ habendum esse authoritatis, vt principiis nostris obstaret. Primò, quia Pausanias in hoc ei aduersaretur: Pausanias autem quod tradit, à plurimis Græcorum Scriptoribus habuit. Deindè, quia Xenophontem in aliquibus corruptum fuisse, non diffitentur authores vel dicere vel supponere quando dictis suis non congruit, prout visum fuit de Leunclauio & Candola circà nominatos annos belli, 22. 24. & 25. Prætereà, quia Xenophontem in plurimis, etsi non suppositum corruptum sed manentem integrum, attamen reijcere solent authores, quando non quadrat cum principiis suis, vt in annis 3[?]. regni Cyri post vel antè suum imperium Babylonis, Pererius, & alij innumeri, prout visum etiā fuit suis locis. Sed & Scaliger lib. 5. cap. De Clade Persarum Marathonia, reprehendit eum quòd [illegible] in decimum annum à clade Marathonia reijciat, cùm (inquit Scaliger) annô vnô minus dicat. Denique si, prout volunt obijcientes, Xenophon non distinctè tradidit annos bellorum quæ descripsit, vtique vel suâ culpa, historico non modicâ, vel saltem ignoratione suâ, quomodò volunt ei fidem haberi, pro rebus à se non traditis, aut etiam non sibi notis?

Porrò non caremus authoribus nobiscum

A cum hac in parte conuenientibus, vt nec bellum a Xenophonte descriptum diutius quàm deduximus durauerit, nec Agesilaus diutius quàm his quadret regnauerit. Nam Pyramus de Candola, in Narratione quam subiunxit Libris Xenophontis Græc. Hist. & de Laudibus Agesilai, ad Lectorem, sub init. postquàm dixit bellum descriptum per Thucydidem & Xenophontem durasse ferè 40. annis, hæc addit. Paulòpost pugnam ad Mantineam, & duobus annis post mortem Agesilai, Thebanis potentioribus

B factis inter Græcias Respublicas, &c. Sic nimiùm volens Agesilaum fuisse mortuum circa finem illius belli per Xenophontem descripti, quòd tamen in totū cum annis eiusdem belli quos Thucydides descripsit, non durauerit plus annis 40.

Quarè nihil oberit dicere, Xenophontem ea tradidisse quæ sunt acta suis temporibus, proindéque tribuendos esse plures annos Agesilao. Nam & in his quæ sunt acta propriis authorum temporibus, non desi-

C nunt errores incidere vitiô vel transcribentium, quod sæpissimum est, sed nec ab ipsismet Scripturis sacris alienum volunt aduersantes chronologiæ huic, vt Torniellus & alij, (quod tamen auersamur nos semper) vel emendantium Libros antiquorum, quod nec insequens fatentur singuli, vel demum ipsorummet authorum scribentium, quod & testatur Thucydides lib. 1. nec solum negant vlli; & tandem quæ tradidit Esdras Librô suô 3. transacta sunt æque temporibus suis, omni verò piæ profanis cunctis digna sunt fide.

D Responderi poterit vltimò, dentur Agesilao, sicut & bello Peloponesiaco plures anni quam ex his iuxta seriem dedu[ctis] reperiuntur: hoc nihil oberit computationi huius tertij Modi: si modò, prout iam diximus, anni Philippi Mace[d]onis, vel etiam Alexandri, minuantur aliquatenus, quantùm ad rationem chronologicam. Siquidem à morte Darij Nothi, siue à muris Athenarum deiecti, vsque ad finem Imperij Persici, ponit annos 37 ad Darium Codo-

E manum 33. vel 31. intra quos possunt plurimi dari vel Agesilao, vel cuicumque alteri si libuerit.

Quòd si dicatur Gemistium Lib. 1. facere illum mortuum paulo antè mortuum Mnemonem: sicque non illi restare plùs annorum regni quam 17. 18. 19. aut 20. ab electione concedendos.

Respondebimus. Ergò si quoad hoc creditur Gemistio, non esse plures quidem Agesilao concedendos: veruntamen iuxtà seriem ne tot adhuc ei fore tribuendos. Cæ-

terùm quandoquidem de Gemistio mentio habita fuit.

Vnum hic aduertatur, quomodò conueniunt authores in assignandis annis Agesilai. Nam primùm nonnulli recentiores, vt Leunclauius & alij, mortuum illum faciunt intrà regnum Artaxerxis Ochi: nonnulli præcisim annô regni eius 4. Gemistius autem lib. 1. facit eum mortuum paulo ante Artaxerxem Mnemonem. Deindè Gemistius ipse faciens eum mortuum antè Artaxerxem Mnemonem, dat ei cum Plutarcho 41. annos regni. Iuxtà sententiam autem Xenophontis, & veriorem sententiam de regno Darij Nothi ex Thucydide superius collectam, Mnemon regnare cœpit annô belli vigesimosextô: vel ad plus vigesimoseptimo; iuxtà communiorem verò sententiam annô belli vigesimonono. Iuxtà communiorem quoque sententiam Mnemon regnauit tantùm annos 40. Verum quocumque modò regnare cœperit Mnemon annô 26. 27. 28. vel 29. belli, si regnauit tantùm annos 40. Agesilaus autem regnare cœpit tantùm annô belli trigesimosecundô, vel trigesimosextô, vnô verbô quintô, sextô vel octauô Mnemonis (posteriori, si lubeat) quomodò potuit Agesilaus à quintô, sextô, vel octauô Mnemonis, ad antè quadragesimum eius, quô iuxtà Gemistium mortuus est, regnasse 41. annos? Ecce, quàm certi sunt authores, circà materias eiusmodi.

Notandum est III. Philippum Macedonem Alexandri Magni patrem, dici communiter regnare cœpisse circà finitum bellum Græcum à Xenophonte descriptum. Ità videre est apud Iustinum lib. 6. fin. Orosium lib. 3. cap. 12. Gemistium lib. 1. & Candolam in Argumento Libris Xenophontis Græc. Hist. præmisso. Item, eum dici communiter regnasse 25. annis. Ità videre est apud Iustin. lib. 9. versùs fin. & Oros. supra.

Veruntamen dici etiam posse non solum regnasse circa finitum illud bellum per Xenophontem descriptum, sed etiam antè. Sic enim indicare videtur Iustinus, Orosius, Gemistius, & Cãdola. Iustinus, cùm post descriptam pacem Antalcidæam lib. 6. fin. hæc ait. *Quibus rebus effectum est vt inter otia Græcorum, sordidum & obscurum antea Macedonum nomen emergeret. Et Philippus obses triennio Thebis habitus Epaminondæ & Pelopidarum virtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ, & Asiæ ceruicibus, velutì iugum seruitutis imponeret.* Et lib. 7. *Itaque Philippus diu non regem, sed tutorem pupilli egit. At vbi grauiora bella imminebant, serumque auxilium inexpectatione infantis erat, compulsus à populo, regnum suscepit.* Et lib. 8. *Græciæ ciuitates dum*

A *imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt. Quippè in mutuum exitium sine modo ruentes, ab omnibus victæ perière, &c. Siquidem Philippus rex Macedoniæ, velut specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam seruitutē coegit.* Oros. cùm lib. 12. hæc ait de illo. *Hic primum ab Alexandro obses Thebanis datus, per triennium apud Epaminondam strenuissimum imperatorem, & summum philosophum eruditus est,* &c. *compulsus à populo regnum quod paruo*

B *occisi fratris filio tuebatur, suscepit,* &c. *quarum dum insanas concursationes Philippus veluti è specula obseruaret,* &c. *victos sibi pariter victoresque subiecit.* Gemistius cùm lib. 1. post narratum mortem Agesilai & Mnemonis, Græcorum pacem per vnum annum, nonnullamque commotionem, hæc ait. *Iam antea Philippus Macedo filius Amyntæ, venerius fuerat in Macedoniam, ab obsessione quam Thebis seruauerat regnabatque super Macedoniam,* &c. Cãdola, cùm locô suprà citatô hæc ait (quàmuis alibi videatur aliter loqui) Xenophon continuat istam histo-

C riam miseriæ Græcorum, vsque ad pugnam Mantineacam, vbi magnus Epaminondas fuit ad mortem vulneratus: citò post Græcia se reductam vidit sub dominationem Philippi Macedonis & Alexandri, &c. & fin. in pugna Mantineaca, &c. mòxque post Græcia per Macedoniæ reges fuit inuasa. Ex his credibile fit Philippum fundamenta regni sui veriùs Imperij super Græciam affectati iecisse, dùm Respublicæ Græciæ mutuis inuicem ac intestinis bellis etiam antè pugnam Mantineacam labefactaren-

D tur. Non enim aliàs potuisset tam citò iugum imponere Græciæ.

Item, dici etiam posse, non eum in toto regnasse 25. annis, sed minus. Et quidem ex Gemistio regnauerit tantùm 24. Nam lib. 1. *Regnabat*, inquit, *super Macedonas, cum numeraretur Olympias* 105. Et lib. 2. *Iam erat Olympias* 111. &c. *Philippo celebranti nuptias illas,* &c. *mors euenit, quam non expectabat.* Ab Olympiade 105. inclusiuè sumenda, ad 111. exclusiue sumendam, sunt tantùm 6. Olympiades, quæ faciunt annos 24. Candola au-

E tem in Narratione ad Lectorem quam apposuit fini librorum Xenophontis de Græcis Hist. & de Laudibus Agesilai, tribuit ei tantùm 23. completos. Sed & Philippum non tot annos chronologicos regnasse quot isti dant ei, non absque ratione dici poterit, si fuerit opus; quoniam de rebus huiusmodi nihil habeatur certi. Nam, post bellum à Xenophonte descriptum, nulli reperiuntur Scriptores, nisi longissimis annis post, quibus nihil nisi per coniecturas fuit notum; & Xenophon in ipso

fine librorum illorum restatur post pugnam Mantineacam, *confusionem & rerum perturbationem in Græcia maiorem adhuc extitisse quam priùs.* Sed & de præcedentibus non diffitetur sic loqui Orosius lib. 3. cap. 2. *Contexui indigestæ historiæ inextricabilem cratem, atque incertos orbes huc atque illuc lymphati ô furore gestarum verbis è vestigio secutus impliciui*, &c. Ex quibus non plus incommodum est authorem aliquem primum in hoc errasse, reliquósque post eum, quàm omnes in tot aliis reperiri dissentientes, quorum aliquibus sicut recentiores addunt quandò sibi commodum censent, sic & alij demunt. Atque ità Eusebius dat ei 28. Iustinus, Orosius & alij 25. Diodorus, Gemistius, & alij 24. Candola 23. Genebrardus autem lib. 2. seu pag. 255. col. 1. & 259. post init. dat ei tantùm annos 20. Conformiter, Eusebius, Diodorus, & alij, differenter assignant annum eius primum, tam quoad Olympiadas quàm quoad regem Persarum Ochum. Similiter Diodorus producit bellum eius aduersus Illyrios. Gemistius autem in vnum annum contrahit. Denique similis diuersitas inter eos reperitur circà tùm natiuitatem, tùm mortem, adeóque finem regni eius. Signa certissima neq; principium, neque numerum regni eius esse certum.

Præterea, bellum sacrum quod obijcitur, sicut & alia bella minora, notum est incœpisse tantum regnante Philippô. Quapropter quæcumque possent obijci de Bellis huiusmodi, déque obitu Philippi, cùm incidant intrà regnum eiusdem Philippi, non possunt ad plura tempora quàm quæ Philippus ipse regnauerit extendi.

NOTANDVM est IV. Similiter Alexandrum Magnum Philippi Macedonis filium, regnasse quidem 12. annis prout affirmatur expressè lib. 1. Machab. cap. 1. v. 8. & communius quidem dicitur 6. eorum impendisse prius Imperio Persico destruendo, 6. autem alios regnasse post destructum illud Imperium.

Verumtamen dici etiam posse, non regnasse totos illos 6. annos ante euersum Imperium Persicum, post patrem, sed aliquos cum eo. Nam Tertullianus lib. contrà Iudæos (Vet. Impress.) dat ei tantum annos regni 10. quos proindè censuerit a morte patris cōputandos. Item, Sulpitius dat Codomano tantùm 4. proinde tot etiam tantùm Alexandro post transitum in Asiam quoúsque Persicum euerteret imperium ante quem transitum cum dentur ei communiter 6. tantùm, duos vtique regnauerit cum patre suo Philippo. Sunt & apud authores similia plurima, quibus inferri potest eum non tot regnasse quot dicitur, vt cùm aliqui dicunt eum annô regni sui quintô profectum contra Darium, vt Iustinus; alij eum regnare cœpisse annô suæ ætatis vigesimosecundô, vt Iosephus; reliqui denique vixisse tantummodo 32. Quid, quòd Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 8. dicit Alexandrum Magnum statim mortuô patre traiecisse in Asiam? Consequenter sentit eum regnasse cùm patre. Fauere potest Ratio. Nam cùm Philippus varia moliretur, multaque simùl agerer bella, credibile est, eum præfecisse quibusdam gerundis Alexandrum filium suum: Alexander enim quamuis adhuc iuuenis & annorum solummodò 18. tamen affuit victoriæ contrà Thebanos & Athenienses ad Coroneam per patrem obtentæ, proùt etiam aduertit Candola, locô citatô posterius.

Nec obstabit Librum 1. Machab. tribuere illi 12. annos regni. Nam sicut Liber 1. Esdr. secundùm Mercatorem, & Gordon. recensere potuit annos Artaxerxis Longimani, quos tamen regnauerat cum patre: sic liber 1. Machab. potuerit annos Alexandri recensere, quos tamen nō egerit omnes solus, sed aliquos eorum cum patre.

Item, dici etiam posse, datô quòd ann 12. eius sint anni regni post patrem, tamen non eum regnasse annos antè destructum Imperium Persicum, sed tantùm. 5 Nam Iustinus lib. 11. sic loquitur. *Hoc prælio Asiæ Imperium rapuit, quinto post acceptum regnum anno.* Hæc autem phrasis, vt plu ries iam aduertimus, denotat annum quin tum non completum, sed incœptum. Idem affirmant & alij multi, de qua re pleniu postea.

Deniquè hinc euenit vt authores, qu gesta eius etiam exprofessò fuséque des scripserunt, annorum tamen notas ferè pe nitùs omiserint, vt Quintus Curtius, Iu stinus, Plutarchus, Arrianus: & denique Diodorus, si cùm aliis authoribus conf ratur, potiùs res eius turbauerit, quàm in an nos digesserit, sicut obuium est cuilibet Le ctori parumper illum attendenti.

Ex his omnibus vel seorsim vel simu spectatis

RESPONSIO patet ad obiectionē Et quidem ad minutiores eius partes, tan singulatim responsum fuit, vt

Imprimis, Dionysium seniorem non to annos regnasse quot obijcitur. Neque v rò de 40. consentire omnes. Nam Gordo nius dat ei tantum 38. Leunclauius 23. & Eusebius 19. quisque proùt commodum putat sibi. Iuxtà seriem autem tribuend sunt ei non plus 13. Consequenter nec a eius morte ad mortem Epaminondæ, flu xisse plures annos, sed ne vel vnum inte

grum; nec à morte Epaminondæ ad bellum sacrum, aut denique mortem Philippi Macedonis, tot intercessisse quot finguntur. Quod autem additur de pluribus annis alicui vel regi, vel interregno concedendis, apud nullum authorem habet.

Deindè, Agesilaum iuxtà Xenophontem non vixisse plus circiter 80. annis. Sed neque secundum eundem Xenophontem, regnasse tot annis chronologicis quot obijciuntur. Verùm pro his plenius habendis recurratur ad exposita superius. Vnde

Tandem, quod præcipuum est, Reliquos annos Monarchiæ Persicæ non esse tot numerandos quot obijciuntur: sed de cætero facilè posse cum deductis Xenophontis Historiis conciliari. Nam post bellum a Xenophonte descriptum, reliqui sunt Mnemonis circiter 10. vel 11. Adde Ochi 9. Arsis 1. & Codomani 6. Hi faciunt circiter 27. Si computes annos Philippi non post sed ab antè bellum illud finitum, vel priores annos Alexandri non post Philippum, sed cum eo, non excedes numerum illum. Nam 25. 24. vel 23. Philippi, & 6. vel 5. Alexandri, non omnes reputati chronologici, facilè reducentur ad circiter 27. Quòd si computare velis annos Philippi non ab antè sed post bellum illud finitum, & priores annos Alexandri non cum Philippo, sed post eum, excedes quidem numerum illum aliquibus annis, sed paucis. Nam 25. 24. vel 23. Philippi, & 6. vel 5. Alexandri, reduci poterunt ad 30. 29. vel 28. Porrò modicum in chronologia reputatur nullum, non modò pro 2. 3. aut paulò plùs annis, sed etiam pro longè pluribus etiam apud recentiores, v. g. pro 24. circà regnum Cyri: pro 25. vel 30. circa durationem Monarchiæ Persicæ: prætermissis tot alijs diuersitatibus apud antiquos & modernos tàm in hac materia quàm in reliquis sæpius annotatis. Quod omnium maximè liceret in hac, etiam pro numero maiori, cum in Regibus Persarum liberum adhuc esset aliquos minuere qui vellet, vt in Dario Hysdaspe, vel ad rem propius in Xerxe, v. g. duos cum illo. Cæterum omnino quadrabunt anni, si iuxtà Genebardum tribuantur Philippo 20. tantùm anni regni. Nam his adde 6. Alexandri, facies 26. qui fuerunt 10. reliqui Mnemonis, 9. Ochi, Arsis 1. & 6 Codomani. Sed in his non est [illegible] orandum diutius.

II. Obiect. OBIICITVR contrà communè Modum II. Computationem [illegible] am in singulari contrariam esse iis quæ tradiderunt olim Ctesias, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnassæus, Plutarchus, &c. consequenter authores varij quos vel illi citarūt, vt Theopompus, &c. vel quorum scripta viderunt. Item, iis quæ Trogus Pompeius, siue abbreuiator eius Iustinus, Iulius Affricanus, Orosius, Gemistius, & similes alij historici, res Persarum, Græcarum, & Macedonum aliter narrantes.

Respondetur imprimis, & tanquàm in genere, quamuis reijciendi forent, vel Herodotus ipse, vel Thucydides, & Xenophō, vt antiquiores (quod non) ne tamen in hoc aliquid futurum præstitum quod non esset recipiendum, cùm Herodotum, Ctesias, Cicero, Plutarchus, Strabo, &c. vocauerint Patrem mendaciorum, Xenophontē arguant Cicero (pro Cyro), Petenus, &c. Thucydides & Xenophō in quibusdam inuicem contrarientur, vt in anno belli Pelopones. quò diruti fuerint Athenarum muri: denique non sit aliquis modernus, qui quandoque vetustos eiusmodi non refutet aut reijciat, de qua re rursum vbi de Olympiadibus. At his omissis, authores omnes Thucydidi & Xenophonti posteriores, qui de rebus illis scripserunt, fuisse quantum ad totum corpus historiæ penitus incertos atque fallaces: vt qui historias suas consarcinauerint vel ex coniecturis tantùm, vel ex quibusdam authoribus annos regnantium non satis intelligentibus, qui confuderint annos filiorum cum patribus, proregum cum regibus, &c. denique qui chronologiam sic pessum asse cutam, per Olympiades digerere voluerint. Hinc Iustinus in præfat ad libros Trogi Pompeij, quos abbreuiauit, inter alia hæc ait *Et quæ Historici, prout commodum sibi que fuit, inter se gregatim* (al. certatim) *occupauerunt, omissis quæ sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & seriè rerum congesta composuit.* Et Orosius lib. 3. cap. 2. *Contextus indigestæ historiæ inextricabilem cratim, atque incertos bellorum orbes huc atque illuc lymphatico furore versorum verbis è vestigio sentius implicui,* &c. Idem lib. 1. cap. 1. & præsertim 4. satis indicat authores antiquos esse parum certus, quos Franciscus Fabricius Marcoduranus in Annotat. seu Commentar. in Oros. (vtròque, videlicet Orosio & Fabricio simùl iunctim impressis Coloniæ apud Maternum Cholinum, in 8. anno 1582. ad cap. 9. nominat Ctesiam, Diodorum, Eusebium, Iustinum, [illegible] et alios Sed & Plutarchus inni[illegible] in locis, præsertim autem in Lycurgo, [illegible] in Agesilao, in Artaxerxe, & in Alexandro [illegible] quē monstrat, authores omnes eiusmodi non esse certos sed fallaces ac etiam mendaces. Vide plurimas eorum diuersitates in vnum collectas per Fa-

per Fabricium ad lib. 3. cap. 16. seu à pag. 217. circà solam Historiam Alexandri Magni. Deindè

Ctesias fallax.

In singulari *De Ctesia* sic loquitur Plutarchus in Artaxerxe init. *Quamuis de cætero libri eius pleni sint omni genere fabularum, non tantum incredibilium, sed etiam stultarum & ineptarum.* Et longè post. *Quamuis in plurimis aliis locis solitus sit à veritate deflectere, vt scribat mendacia & fabulas gratis cusas.* Et longiùs post, de quodam eius dicto circùm Artaxerxem, *hoc est certum mendacium.* Item longiùs post, circà Clearchum, &c. *facile videre est eum hoc fingere ad magis honorandam ac magnificandam Clearchi memoriam; atque ita esse conijci facile potest ex euidentibus mendaciis quæ postea subijcit, dicens*, &c. Porrò per totum demonstrat, eum & Dinonem in plurimis inuicem contrariari. Photius item exhibet illum tanquàm totum à cæteris scriptoribus diuersum, sed & Herodotum ipsum in multis mendaciorum & fabularum authorem appellantem, sicque illi ferè in omnibus contrariantem, quod in particulari videre est vbi de Cambyse hæc dicit, *Cum Babylonem accessisset, & ibi paruum lignum cultro poliens, tempus vt falleret, femoris musculum percussisset, vndecimo die mortem obiit cum duodeuiginti annis regnasset.* Hoc autem vt & alia plurima, quàm sint Herodoto contraria, nullus non nouerit qui Herodotum viderit. Vide Genebrardum lib. 2. pag. 256. post med.

Diodorus Siculus fallax.

In singulari de *Diodoro Siculo*, primùm inde constat. Nam plurima sua decerpsit ex Ctesia. Sed ex similibus, vt Theopompo mox penitùs reijciendo, &c. Deindè fabulas innumeras pro veris historiis conscripsit. Præterea differt in innumeris a vetustioribus, minùs vetustis, coætaneis, posterioribus. Vetustioribus, vt Herodoto, Thucydide, & Xenophonte. Minùs vetustis, coætaneis, & posterioribus, vt à Dionysio Halycarnassæo, eum quo circà consules semper distat vnà totà Olympiade seu 4. annis &c. à Polybio Laertio, Liuio, Plutarcho, Iustino, Cornelio Nepote, Eusebio, Orosio, & demùm ab vniuersis, vt vix vnus aliquis annus, vel aliqua meta notabilis reperiatur, in qua non differat ab aliis, alij non differant ab illo. Quoad Modernos idem est. Nam vix vnus reperitur, at nullus è peritioribus, qui non illum reiiciat aut refutet in singulis ferè paginis. Instar sit Gordonus cap. 10. num. 12. vbi de regibus Medorum loquens, sic ait. Horum à Deioce dat annos *Herodotus*, sed valdè à *Diodoro*, & satis etiam ab *Eusebio*, discrepantes. Et qui hos secuti sunt recentiores Chronologi, non minùs, quod necesse est, dissentiunt, &c. *Scaliger* secutus, vt ipse putat, *Diodorum*, exhibet annos 322. magnô interuallò a reliquis omnibus discrepans, fortassis quia non aduertit (quod vniuersè loquendo notauerat Mercator) *Diodorum* sæpe confundere annos filij regnantis cum patre, cum annis chronologicis, vt in re simili attigi initiò cap. 3. Hoc sanè miratus sum, errorem concessione *Scaligeri* in *Diodori* calculo reperiri (mendum ille vocat &c.) & tamen &c. Sic ibi. Et cap. 14. num. 6. Ità suspicatus est *Diodorus*. Sed dissentientes à *Diodoro* habemus *Thucydidem & Plutarchum*, &c. Instar & Torniellus an. 2849. num. 2. propè med. Hucúsque, inquit, Diodorus, cuius tamen in verbis obseruare licet duplex in chronologia erratum &c. Hæc Torniellus. Vide Genebrardum lib. 2. seu pag. 251. med. Prodeat Posseuinus Biblioth. lib. 16. cap. 4. Diodorus, inquit, licet vniuersalem historiam temporibus, & annis distinxit, duo tamen obstant, quæ non integram chronologiæ rationem suppeditent. Alterum, quòd desiderantur ij libri, in quibus eam expresserat. Alterum, quòd modò ἀρχόντων, id est, Archontum, modò Consulum, interdùm vtrorum que simul nomina secùs apud eum quàm apud alios scripta inueniuntur. Prodeat & Viues ibidem allatus: Quem, inquit (Diodorum) Plinius nescio quâ de causa dicat primum apud Græcos desiisse nugari, cùm nihil sit eô nugatius. Sic ille. Sed hæc sunt notiora quàm egeant ampliori deductione.

Dionysius Halyc. fallax.

In singulari de *Dionysio Halicarnassæo*, quia res suas digerit secundùm Olympiadas & Annos vrbis Conditæ. Metas autem istas esse penitus incertas & fallaces, iam sæpè monitum fuit, demonstrabitur exprofessò 55. sequentibus: sic vt antiqui non res ad Olympiadas, sed Olympiadas ad res adaptarunt: & res proùt illas soluni ex conjecturis habuerunt. Porrò res Romanas omnibus incertissimas esse, demonstrabitur ibidem. Vnde cùm Dionysius Halicarnassæus habuerit eas à quibusdam romanis authoribus, qui potiùs illas è cerebro fabricarunt, quàm ex notitia retulerunt, vtique non potuit ipsas tradere certiùs, quà authores, potius fabricatores prædicti. Atque inde factum est, vt durationem Monarchiæ Persicæ nonnisi sub incertum tradiderit, annorum vide licet circiter, vel paulò plùs 200. In quo tamen à reliquis omnibus dissentit. Vide Casaubonium præfat. in suum Polybium.

Plutarchus fallax.

In singulari de *Plutarcho* iam multa notauimus in superioribus, & notâter sub Modo secundo. Verùm non est quòd immoremur in eo, cùm de hoc constet apud omnes recentiores, qui profitentur eum annos non exprofessò tradidisse, proindè nec in chronologia ponderis esse. Sed vel ex hoc solùm constat, quòd niti solet quibusdam authori

bus, vt Ctesia, Dinone, Theopompo, & similibus, quos ipsemet contrarieratis cum vetustioribus, inuectarum anilium fabularum locô verarum historiarum, & denique putidurum mendaciorum passim notat. De *Theopompo* non omittamus quæ notat Genebrardus lib. 2. seu pag. 260. post init. Post Xenophontem, inquit, Theupompus historias scribit, sed innumerabiles admiscet fabulas, Cic. 1. de leg. Percussus a Deo cæcitate, quia eis inserere tentauit sacram historiam. Ioseph. contrà Appionem.

Trogus Pompeius fallax.

In singulari de *Trogo Pompeio*. Nam imprimis *Iustinus* in præfat. hæc dicebat suptà, *Quæ historici Græcorum, prout commodum cuique fuit, inter segregatim* (al. certatim) *occupauerunt*, &c. *ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum congesta composuit.* At ea omnia quomodò rectè diuisa temporibus, &c. composuerit, si historici quibus innixus est, ipsimet non rectè composuerunt? Sed audiatur Pererius in Dan. pag. 794. Ridiculus sanè fuit Iustinus historicus, seu mauis dicere Pompeium Trogum, qui lib. 36. non est veritus dicere Xerxem fuisse primum regem extraneum à quo Iudęi sint domiti &c. Insigne profectò ac notabile mendacium. Hunc atque 8. similes alios errores apud eũ notat Posseuin⁹ Biblioth. selectæ lib. 16. cap. 38. de cętero mirã in reb⁹ Romanis ieiunitatẽ. Vide quę iã adduximus in annotatis sub ista 2. Sentẽtia, vbi tractatum fuit de regibus cum aliis regnantibus tanquàm eorum tutoribus, videlicet in particulari de Dario Notho, seu paulò antè 1. Mudum, ea, inquã, in quibus dissentit a Xenophonte. Quibus adde quòd ab init. scilicet lib. 1. & 2. fabulas quoque comminiscatur, vt de Semiramide, Sardanapalo, &c. (quę de Sardanapalo dicuntur, fabularum scriptoribus tribuit Aristoteles lib. 5. Politic. quæ de Semiramide Samerius &c.) deficiat in annis Nini 2. & reliquorum post eum; dicat Assyrios vocatos posteà Syros, Reges Medorum non proferat; Cyri patrem nomine Cambysem, mediocrem faciat, quem Xenophon facit Persarum regem; eiusdem Cyri nutricem canem faciat, quam Herodotus fœminam ità vocatam affirmat; Babylonem per Cyrum victam antè Crœsum contrà Herodotum & alios; Cyrum occisum à Tomyri, cõtra Xenophontem; statim mortuô Xerxe, bellum inter Lacedæmonios & Athenienses ortum, contrà Thucydidem facientem illud ortum tantummodò cũ cà finem Longimani; plurima demum his similia reliquis vt Diodoro &c. contraria à lib. 11. Quibus etiam adde quòd omnia fere nomina diuersè proferat ab aliis, vt Arbacem vertens in Arbactum, Smerdem Cambysis fratrem in Mergidem, Prexaspem in Comarim, Smerdem Magum in Oropastem, Artobazanem in Artemenen, & his similia non pauca lib. 1. 2. 10. &c. Vide Scalig. pag. 224. & Perer. pag 794.

Iulius Africanus fallax.

In singulari *De Iulio Affricano* constare potest, quia nititur solummodò præcedentibus historicis quos habuit, sed quibus historiam sacram potius, quam eos historiæ sacræ accommodauit. Sic enim ait apud S. Hieron. in Dan. 9. *Quod si harum* (Hebdomadum Danielis) *principium ab alio tempore voluerimus sumere, & tempora non concurrent, & multa reperiemus contraria. Nam si a Cyro,* &c. demum abinde computat iuxtà communem Modum, necnon iuxtà quandam Olympiadum considerationem: ex quibus suppositis, dixit initium Hebdomadum Danielis non esse desumendum ab alio tempore quam a vigesimo Longimani. Verùm profanorũ historias Scripturis, nõ Scripturas profanis historiis esse coaptandas iam sæpissime monuimus.

Orosius fallax.

In singulari *de Orosio*, constare potest ex his quæ supra loquebatur lib. 3. cap. 2. *Contexui indigestæ historiæ inextricabilem cratem atque incertos bellorum orbes huc atque illuc lymphatico furore gestorum verbis è vestigio secutus implicui.* Sed vel illud solũ sufficat, quòd in omnibus fere sequitur Trogum Pompeium, siue Iustinum: quamuis in aliquibus reiiciat illum, vt videre est lib. 1. cap. 8. Videri possunt apud eum nonnulla cum aliis discordantia lib. 1. cap. 4. vbi dicit nullos Indiã ingressos præter Semiramidem & Alexandrũ Magnũ, cùm tamẽ Q. Curtius dicat Herculem & Bacchum eam etiam ingressos. Sed & ipsemet idem restetur de Baccho cap. 9. Vide Commentaria superiùs memorata Fabricij ad lib. 3. cap. 1. seu pag. 202. vbi ad illa, Repentè rex Agesilaus, hæc habet: De aduentu Agesilai in Bœotiam, non omninò conuenit Iustino & Orosio cum Xenophonte Diodoro & Plutarcho. Ad cap. 3. seu pag. 2[illegible]4. vbi ad illa, Anno ab V. C. 376. hæc habet, Eusebius in lib. de Temporibus hunc terræmotum ascribit Olympiadi centesimæ. Strabo lib. 8. scribit eas vrbes euersas biennio antè pugnam Leuctricam, id est, annô ante Olympiadem 102. Diodorô authore, qui annus ex aliorum supputatione est 389. Ad cap. 4. vbi ad illa, Anno ab V. C. 384. hęc habet. Orosius in numeris istis suã rationem sequitur. Nam hunc non esse deprauatum consensus librorum, & sequentes numeri ostendunt. Atque hũc annum 388. alij alium faciunt. Vide ad cap. 16. seu a pag. 217 vbi plurima notat, in quibus authores fere omnes inuicem dissentiunt; & ad cap. 17. seu pag. 220. vbi ad illa, Apud Tarsum bello opponit, hæc habet: Non puto vllum esse historiæ studiosum, cui hic locus seru-

pulum non iniiciat, cum prætereà omnes loquantur vltimum hoc prælium inter Alexandrum & Darium non in Cilicia vbi Tarsus est, sed in Assyria commissum fuisse, & tamen Orosium ità scriptum re hodie, testimonio sunt omnes libri. Quid ergò dicemus? Vereor equidem ne Orosio Iustinus quem autorem sequitur, impo uerit &c. Hæc ille. Vide & in sequent bus, & ad cap. 17. & ad lib 7. cap. 3. Sed hæc de Orosio sint satis.

In singulari *de Gemistio*, non est quod multa verba faciamus. Hic enim est cæteris antiquis valdè posterior. Extitit enim iis temporibus quibus per Turcas expugnata fuit Constãtinopolis. Vnde quæ coscripsit, ab antiquioribus vt Plutarcho &c. sumpsit.

Denique de similibus aliis eadem aut similia dicenda sunt. Nam vel secuti sunt historicos præcedentes quos habuerunt: vel etiam ab iisdem aut antiquioribus dissentiunt. Atque ita Pausanias, Q. Curtius, Arrianus, Diodorus, Plutarchus, Titus Liuius, Æmylius Prob*, siue Corneli* Nepos, &c. ab antiquis & ab inuicem, aut omnes aut aliqui differunt. Nam v. g. Pausanias differt à Xenophonte circum annos regni Agesilai, consequenter Plutarchus & Gemistius ab eo. Diodorus differt à Pausania circum initium belli sacri sub Philippo Macedone. Diodorus rursùs, Æmylius Probus, & Iustinus, dissentiunt inuicem, & omnes à Xenophonte circà mortem Epaminondæ. Arrianus & Diodorus fuerunt coætanei, vnúsque ex eis ab altero quædam excepit, & tamen in multis sunt diuersi. Titus Liuius parum sibi constat, vt notat Onophrius ad ann. V. C. 400. quoniam diuersos annales in diuersis locis secutus est; vnde dissentiunt ab eo scriptores innumeri, locis etiam innumeris, vt Onophrius, Sigonius, Cuspinianus, Genebrardus, & alij. Sed hæc per singula demonstrare non est opus: sufficeerit enim eos vel inspexisse, vel saltem semel adnuicem contulisse. Neque hoc mirum sit, cum nec Herodotus ipse, nec Thucydides, nec Xenophon, quantumuis in viuis agentes iis temporibus quorum historias descripserũt, omnia satis sint assecuti: prout patet ex eo quòd in quibusdam sibi contrariantur, sicut de Herodoto & Xenophonte notauit plurima Pererius lib. 7. in Dan. quæ vide hîc col. 971. quæq; refert Posseuinus supra, cap. 3. fin. In particulari verò quamuis Xenophon aliquos annos belli Peloponesiaci nominauerit vsque ad muros Athenarũ euersos, ac paulò ampliùs, v. g. quando nominauit annos 22. 24. 25. 26. & 28. ibidemque Olympiadem 93. in reliquis tamen nullos amplius annos, nullas amplius Olympiadas nominet per numeros suos, tandémque in

A fine concludat, se hæc tradidisse prout potuit. Nam quomodo reliqui potuerint re[...]llas habere certius, cùm eas tãtùm habuerint ab istis, vel si habuerint aliunde cer[...] nonnisi per coniecturas verius per diuina[...]tiones, prout sæpe iam dictum est. Inde v[...] de ccei prouenit quòd adeò diuersi sint i[...] assignandis tum personis, tùm annis, vt no[...] solum inuicem non conueniant, sed & plu[...]rima tradant quæ tradere non sunt ausi ve[...]tustiores, vt annos regnantis Agesilai, quo[...] Xenophon omisit, Plutarchus autem nu[...]

B merauit. Hinc etiam est quòd in particula[...] Leunclauius quamuis spondens Appendi[...]cem Xenophonteam, tamen & Xenophõ[...]tem non est secutus in omnibus, sed quæ[...]dam apud eum immutauit, & post annu[...] 28. belli Peloponesiaci, relinquit historia[...] per annos à Xenophonte traditos, vt ea[...] prosequatur per annos Mnemonis aliund[...] mendicatos. Quare si liberum est in eiusm[...]di rebus, ad plus problematicis, cuilib[...] quodlibet voluerit sequi, vel authoribu[...] istis quos placuerit authores admittere

C quos verò placuerit reiicere, denique inc[...]dos qui sibi magis arrideant complecti, c[...] non & aliis idem licitum fuerit?

Pavca hæc De Historicis diximu[...] Qui voluerit plura, videat Posseuinum B[...]blioth. select. lib. 16. à cap. 3. quamuis no[...] semper eos exprofessò repudiantem: sed ta[...]men sufficientia quibus ad nostrum inte[...]tum repudientur afferentem.

OBIICITVR contrà eundem Me[...]dum III. Computationem istam, etiam i[...]

D singulari contrariam esse quibusdam hab[...]tis apud Isocratem, Demosthenem, Æsch[...]pem, & similes Græcorum oratores.

RESPONDETVR. Inprimis, n[...]hil apud illos oratores conuincens posse re[...]periri, quod huic obstet cõputationi. Quo[...] quia demonstrare per singula, procedere in infinitum; propterea respondetur breu[...]ter, esto repetitentur apud ea quædam hu[...] computationi non satis consentanea: nih[...]lominus non essent tantæ certitudinis, qu[...] dici possent vel corrupta, vel non certo p[...] authores illos tradita. Corrupta, sicut t[...]

E alia prætenduntur apud Xenophontem[...] Non certo tradita, quippe per authores r[...] exprofesso tractantes illa, non etiam te[...]dentes ea tanquam a se visa, deniq; loque[...]tes de illis potius oratoriô more quàm h[...]storico.

OBIICI potest contrà totam ha[...] Sententiam I. Computationem eius sun[...]ma[...]m nè posse cum Scriptura sacra cõuer[...]re, circà tempus concedendum ætati vni[...] hominis illius tempestatis: de quo videlic[...] iam à suomet dixerat Dauid Ps. 89. vers. [...] *Dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni.* V[...]

*Si autem in potentatibus 8 anni, & amplius eo rum labor & dolor.* Atqui iuxtà hanc [illegible] Sententiam vixerint longius quàm his conueniat, *Esdras, Nehemias*, aliique deducti contrà primam. Præsertim autem *Mardochæus* de quo quia maxima subest difficultas, proptereà longius est ipsa deducenda. Nam de illo scribitur sic Esth. [illegible] à ℣ f. 2. *Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini*, ℣ f. 6. *qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis trãstulerat*, ℣ f. 7. *qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrumque parentem amiserat.* &c. *Mortuis que patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam.* Illud, *erat vir Iudæus in ciuitate Susan, vocabulo Mardochæus*, &c. capitaliter tractatum de Mardochæo, requirit, vt quæcumque dicuntur posteà, de eodem intelligantur. Consequẽter vt relatiuum illud ℣ f. 6. *qui translatus fuerat*, &c. ad ipsum referatur, non autem ad aliquem alium obiter ibi tantummodo memoratum. Et cõfirmatur. Nam aliud relatiuum, ℣ f. 7. *qui fuit nutritius*, &c. manifestè refertur ad ipsum. Ergo & relatiuum prius, *qui translatus fuerat*, &c. quod vnà eadémque serie litteræ fuit, & absque nota diuersitatis contextum, referri debet ad illum. Confirmatur 2. Quia non esse referendum ad Cis, eò quòd Cis ille fuerit idem qui pater Saulis, probabilissimum faciũt illa verba, *de stirpe Iemini*, & illa cap. 11. verſ. 2. *de tribu Beniamin.* Hôc exclusò nulla videtur ratio cur potius referatur ad Iair, quàm ad Semei: potiùs vult omnis ratio vt referatur ad ipsummet Mardochæum. Confirmabitur mox à cap. 11. vbi ℣ f. 4. Mardochæus dicitur manifestè *de numero translatorum* sub Iechonia. Quia videlicet ipsemet est ad quem refertur translatio. Itaque de eodem Mardochæo scribitur etiam sic cap. 11. à ℣ f. 2. *Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somnium Mardochæus filius Iairi, filij Semei, filij Cis, de tribu Beniamin*: ℣ f. 3. *homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ.* verſ. 4. *Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda*: ℣ f. 5. *Et hoc eius somniũ fuit*, [illegible] Hôc loco non est qui dissentiat illi omni tradi de Mardocho[illegible] Nam id conuin[illegible] singula, *et homo Iud*[illegible] *Susis, vir magnus*, &c. in nominat[illegible] reposita, necnon per copulatiuam [illegible], & per pronomen *eius*, tum co[illegible]ata, quàm relata; [illegible] *Iairi, Semei, & Cis*, sunt in genitiuo. Deindè hæc, *vidit somnium, erat autem, & hoc eius somnium*, quæ referri [illegible] patet ad eundem de qu[illegible] [illegible] *homo Iudæus, qui habita*[illegible]*at, vir magnus*, &c. Atqui de [illegible] ℣ f. 4. *Erat autem* [illegible]

A *eo numero* [illegible] *captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor* [illegible] *de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda.* Verba hæc manifestè demonstrant [illegible] Mardochæum fuisse tunc translatum, etiam in [illegible] propria persona. Nã, *erat, de numero eorũ*, [illegible] conuineunt. Et consimiliter [illegible] loco. Nã sicut illud, [illegible] *fuit nutritius*, &c. [illegible] propria persona Mardochæi, & [illegible] *translatus fuerat*, vel [illegible] de [illegible] sed tamen de propria persona [illegible] *erat autem de eo numero*

B *captiuorum, quos transtulit Nabuchodonosor* [illegible] de propria persona Mardochei. [illegible] alterum alteri. Si cap. [illegible] verſ. 4. Mardochæus fuit *de eo numero captiuorum*, [illegible] *erat Nabuchodonosor cum Iechonia* [illegible] vnus & idem de quo dicitur cap. 2. [illegible] *qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat.* His autem positis vix [illegible] Mardochæus annos ad [illegible] Seleciæ [illegible] Cyri 6. Cambysis 8. Darij Hystaspis 36. [illegible] Xerxis [illegible] Longimani 40 & Mnemonis [illegible]

C RESPONDETVR [illegible] omnium annos *Esdræ, Nehemiæ*, & similium non excessuros numerũ rationabiliter possibilẽ. Nam



Quantum ad *Esdram* [illegible] annos ipse 16[illegible] 154. vel etiam [illegible] modo vel. Captiuitatis [illegible] Cyri 6. [illegible] Darij Hystaspis 36. [illegible] Xerxis [illegible] & Longimani [illegible] Eum autem non vixisse [illegible] Longimani [illegible] cap. 12. & 13. Cum enim in antecedentibus [illegible] 3 sequenter ipse legerit coram populo [illegible] legi tamen cap. 13 à verſ. *In die illo autem lectum est in volumine Moysi audiente populo*, &c. nullà factà [illegible] *Esdræ* mentione.

D Præterea non est [illegible] libri Nehemiæ [illegible] prima, quæ per totum librum loquitur Nehemias in propria persona. Dic[illegible] verba quæ de Dario habentur [illegible] cap. [illegible] per anticipationẽ ab ipso Nehemia [illegible] [illegible] posteà mentio [illegible] Nehemia [illegible]

E Quantum ad *Nehemiam*, [illegible] xerit ipse [illegible] annos [illegible] vel 153 [illegible] 6 Cambysis 8. Hystaspis 36. [illegible] Xerxis [illegible] Longimani 4[illegible] Mnemonis 4[illegible] [illegible] Cyro [illegible] nam necesse non est [illegible] annos [illegible] Longimani [illegible] At [illegible] 4. [illegible] 17. N[illegible] non est rationabiliter impossibile, [illegible] quotquot temporũ istorum [illegible]

Quantum ad *Mardochæū*, propterea quidē recurrunt authores communiter ad solutiones indicatas sub 1. Sententia. Nimirum imprimis, (1. Expos.) illa verba lib. Esth. ca. 2. vſ. 6. *qui trāſlatus fuerat de Ieruſalē*, &c. referri nō ad Mardochæum, sed ad proximè nominatum Cis. Ita Scaliger. Sed hanc eius Sententiam non esse satis probabilem sequitur ex dictis sub Obiectione. Quoniā Cis eo locô potest probabilius intelligi, non de Cis qui fuerit proximus pater Semei, sed de Cis patre Saulis de quo dicitur Act. 13. vſ. 21. *Dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin*, &c. & 1. Reg. 9. vſ. 1. *Et erat vir de Bēiamin, nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore.* vſ. 2. *Et erat ei filius vocabulo Saul*, &c. (2. Expos.) Deindè, tam illa verba ca. 2. *qui translatus fuerat*, &c. quā ista cap. 11. vers. 7. *Erat autem de eo numero captiuorum*, &c. exponi debere nō actu, sed virtute, non in propria persona, sed in persona patrum suorū, cui plurima similia visa sunt in Scriptura sacra, præsertim sub 2. Periodo, §. 39. & hæc solutio paulò melior est præcedenti. propter similia Scripturæ ſacræ. Fauere potest trāslatio Sept. Interpr. habens, *Erat autem de Captiuitate eorum*, &c. *De captiuitate*, ad distinctionem quidē aliarum Captiuitatū postcà factarum, vt sub Sedecia, &c. sed ad significationem etiā, idem esse hoc locô *de numero eorum, ac, de captiuitate eorum* Neque verò de contrario conuincūt vlla per Obiectionem allata. His positis non vixerit Mardochæus tot annos quot Nehemias: quippe qui nō excesserit iuxtà communiorē Sententiā tempora Mnemonis, saltem cuius vita nō reperitur in Scriptura vel authore quopiam idoneo, protracta suprà duodecimū annum regni Mnemonis. (3. Expos.) Deniq; si, prout probabilissimū est, Artaxerxes ille de quo in lib. Esth. fuit idem qui Longimanus: nullum hic erit inconueniens. Nā vixerit 163. 157. vel 140. At vixerit hos, vixerit quosdā alios: nullos ex illis impossibiles esse, cōstare potest, partim quidem ex annis quos cōcedunt authores 1. Sententiæ, partim verò, vel etiam ex hoc solo, quòd semper extiterint aliqui sub omnibus mundi temporibus, diu viuētes diutiusque quàm solerēt cōmuniter reliqui. Quod etiam suaderi potest à similibus secundū dicta quorundam authorum. Nam v. g. de *Daniele* dicunt S. Isidorus lib. de vita & obitu Patrum veteris Testamenti, Sanctius in Daniel Prolegom. 3. Cornelius a Lapide in Dan. &c. eum vixisse vsque ad tempora Darij Hysdaspis. Daniel autem ductus fuerat in captiuitatē annò tertiò Ioakimi regis Iuda, prout expresse scribitur Dan. 1. Computa reliquos 8. Ioakimi: 11. Sedeciæ: 70. Captiuitatis. 30. quos tribuunt Cyro: 8. Cambysis: & aliquos Darij Hysdaspis, minimūm ad minus 4 qui Zach. 7 hi facient ad minus 130. vel 131. Iunge quos natus erat quando fuit abductus, nec minùs 14. ex Dan. vers. 4 & seq. erunt ad minus 145. Quid, si Tertullianus li. contra Iudæos, per Darium, sub quo dicit Danielem habuisse visionem illam vbi de 70. Hebdomadibus, intellexisse, secūdū Pamelium, & alios, Darium Nothum: Sed audiatur prius ipsemet Pamelius in illū Tertulliani locū, num. 69. *Fuit itaque ipse in ea Sententia* (Tertullianus) *quod sub hoc Dario* (Notho) *hāc visionem vidit Daniel. Quod etsi sit contra omniū aliorum sententiam, & sub nomine Porphyrij impugnet eam B. Hieronymus initio huius prophetiæ: confirmatur tamen ab Aben-Ezra in cap. 1. Dan. Dicit enim hunc vixisse admodum senē temporibus Esther. Videamus ergo, anne aliquo modo cum historia possit consistere, quod vsque ad hunc Darium vixerit Daniel. Imprimis autem*, &c. *Dan. 1. & 13. constat, anno 1. Nabuchodonosor translatum eum in Babylonem (iuxta quosdā, annorum 12. aut ad summum 15.) puerum, anno 3. regni Ioakim regis Iuda, 11. ante euersionem tēpli Ierosolymæ, quæ contigit anno Nebuchodonosor* 12. dicendum 18. vel 19.) *Porro à captiuitate Ioachim filij Ioakin eodem anno, aut saltem ab euersione vrbis, vsque ad reditum è captiuitate sub Cyro, anni 70. Ab illo vsque ad Darium Nothū (quem confundunt Hebræi cum Lōgimano) iuxta calculum Genebrardi anni 50. Si itaq; idipsum senserit author, fuerit Daniel annorum 140. aut ad summum 150. Quod ipsum quidni persuasum potuerit esse Tertulliano, cum Philo Iesu filio* [illegible] *sedech attribuat annos ætatis 130. & Nicolaus Turnault lib. 3. de Dog. eccl. annos 140 & alij quidam, Genebrardo teste, asserant Esra & Nehemiam ad Alexandrum vsque Magnū vixisse? Ergo Danielem vixisse annos 140. aut circiter dici posset.* Hactenus Pamelius. At si Tertullianus aliter de prioribus Persicis Regibus sensit, quàm Genebrardus, adhuc plures annos Danieli dederit. Equidē positâ Captiuitate sub Sedecia, datisq; Cyro [illegible] Hysdaspi 36. vixisset Daniel 237. dēptis autem in Cyro 24. & in Hysdaspe 6. vixisset adhuc 207. dēptis rursū 11. Sedeciæ (Captiuitate positâ sub Sedecia) vixisset adhuc 198. quinimò dēptis etiā 8. Ioakimi (Captiuitate positâ sub Ioakimo) vixisset adhuc 190 Sed hæc omnia nō est credibile fuisse mentis Tertul. proptereáque Dariū putauimus probabiliter Hysdaspē apud eū. Sit satis Tertullianum, iuxtà Pamel sed & alios non incongruū æstimasse, quosdā homines temporū illorū vixisse plus longè cæterorū. Prætermittimus singula, præsertim ex Minori Chronologia Hebræorum deducenda, quoniam rem istam, vt in nihilo repugnantem supposuimus. Cōfirmari tamen vtcumque potest, a Conuenientia temporum illorum, tàm Captiuitatis, quàm egressionis ab ea, secundùm aliquā rationem ad tempora mundi priora collatorum, nimirum, vt sicut Adam & filij, Sem

& sui, tanquàm principes familiarum tàm in prima quàm in secunda Periodo seu Mũdi ætate, diutissimè vixerunt, ad hoc vt filios suos conuenientius regerent atque edocerent: sic in illa tàm captiuitate Babylonica, quàm ab ea regressione, primarij captiuorum populos suos in ea detentos, vel ab ea reductos, conuenientius & regerent, & in Dei legibus instruerent aut conseruarent.

[2. Obiect.] OBIICI potest II. Eandem cõputationẽ sũmariã contrariari computationibus, siue chronologiis per Olympiadas, per annos Vrbis Conditæ, per annos Nabonassaris, similésque, v.g. Troiæ, Consulum Romanorum, &c. consequenter rursùs contrà cunctos ferè Scriptores, præsertim Diodorum Siculum, ac reliquos post eum: propter quæ satius fore dimittere Librum 3. Esdræ tanquàm apocryphum, quàm tot chronologias & authores propter illum.

[Respons.] RESPONDETVR. Iam sæpiùs fuisse per nos præmonitum, mox autẽ instare demõstrandum, computationes, siue chronologias per Epochas illas, esse penitùs incertas atq; fallaces, propter tot támque diuersas ac pugnãtes authorum plenas super illis Sẽtentias, quin & optimos grauissimósq; Scriptores in hoc consentientes, vt nihil ex eis non modò certum, sed neque probabile statui possit, dùm aliquid aliud benè fundatum reperiatur. Idem etiam iam sæpiùs ità fuisse præmonitum, de Scriptoribus post Herodotum, Thucydidem, ac Xenophontem, & præsertim de Diodoro Siculo, consequenter reliquis post eũ, vt de illis aliqua repetere foret superuacaneum. Quod autẽ dicitur de lib. 3. Esdræ non canonico vel etiam apocrypho, fuisse pariter præmonitum, si cõparatio fieret ei⁹ ad libros Canonicos, eũ illis per omnia cessurum: si verò cõparatio fiat tantùm ad profanos, cum illis omnibus modis esse præferendum: maximè cũ in hac singulari materia conformis sit, quinimò nitens ac colligatus ipsismet libris Canonicis, multis rationibus, quas similiter repetere fuerit superuacaneum. Cæterùm prçter hũc librũ Canonicis adeò proximũ, reperiũtur authores alij multúmque graues Sentẽtiam cui secunda hæc nititur, tum proponentes tanquàm probabilem, vt Eusebius, tũ prorsus amplectentes, vt S. Cyrillus Ierosol. Driedo, & Iansenius, allati §. 103. sub 4. Sententia, quibus iungi potest Gordonus cap. 14. num. 22. indicans Sẽtentiam de Hebdomadib⁹ Danielis incipiendis ab anno vigesimo Longimani, non satis esse certam.

[3. Sent.] III. SENTENTIA CAPITALIS esse potest, & velut inter duas præcedentes media, Reges siue Imperatores Persarum extitisse numero 14. & Annos eorũ, siue Monarchiæ Persicæ chronologicos, cõstituẽdos esse, non 230. aut plus 200. non etiam circũ circa 50. 55. vel conuenientius 160. sed 190. 180. vel circumcirca. Cúmque nihilominus secundũ eam, anni, qui communiùs assignãtur tùm Regibus Persicis, tum reliquæ parti huius Periodi, sint excedentes summã stabilitam eiusdem huius Periodi: proptereà minuantur, partim in aliquibus Persarum Regibus, & partim ac principaliter in annis post illos sequentibus ab Alexandro Magno, ad Christum D. Redemptorem.

[Probat.] PROBATIO Huius Sententiæ, pendet, ex parte quidem, ab iísdem Probationibus, quibus præcedens, vt à stabilita iã chronologia huius Periodi, necnon 1. Sentẽtiæ Refutationib⁹; ex parte verò, tùm ab Obiectionibus aduersus præcedentem factis, quantũ ad annos Regum Persarum constituendos plures, quam illa constituat: tùm à posthæc statuendis, aut accõmodãdis annis Imperij Alexandri Magni, Regnorum item Lagidarum & Seleucidarum, siue Regum Ægypti & Syriæ post Alexandrum Magnum, non parum equidem distanter a ferè torrente Scriptorum, sed tamen tali modo, qui sit Scripturæ sacræ conformis, aliundè verò contrà quem nihil conuincẽs adduci possit.

[Declarat.] Vt autem modus, declaratio, vel ratio specialis istius Sententiæ habeatur, nimirum quantum ad statuendos aut accõmodandos annos Imperij Alexandri Magni, Regúmq; post mortẽ eius in Ægypto ac Syria regnãtium. aduertendum est, scriptum esse 1. Machab. 1. vs. 1. *Et exiit ex eis radix peccatrix Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimotrigesimoseptimo regni Græcorũ*: & verba hæc *anno 137. regni Græcorũ*, exponi per torrentẽ Scriptorum, de regno non Alexandri Magni, simpliciter, aut ab inuaso Persarũ Imperio cõputato, sed de regno Seleucidarum post eum in Syria regnantiũ: & neq; hoc regno Seleucidarum statim ab Alexandro mortuo cõputato, sed ab annis 10. 12. 16. aut circiter, post eius mortẽ: quandò nimirum Seleucus 1. cognomentò Nicanor, qui partẽ Imperij diuisi sortitus fuerat in Syria & Babylone, post tamen aliquã eius priuationem, nonnulláque bella, victor tãdem potitus est eã. Nihilominus aduertendum quoque, Regnum illud Græcorum intelligi posse, vel de regno simpliciter Alexandri Magni, vel saltem de ipsius Imperio. Nam pro regno simpliciter, fauent illa verba 1. Machab. 1. à vers. 1. *Et factũ est postquã percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia*, &c. Vbi notetur & obiter (nã plura de his inferius à §. 112.) per illa verba, *qui primus regnauit in Græcia*, non significari, non alios in ea regnasse priùs, sed tantummodo quòd primus regnauit in ea tota. Pro Imperio, res est,

obuia. Porrò quamuis hæc chronologia, A quantùm ad regnum Græcorum, dissentiat à communiori Scriptorum omnium: tamen nihil ex Scripturis sacris afferri posse, quod illã impediat. Scriptores autẽ à quibus ipsa dissentit non esse in hac materia tanti pōderis, quin liberum sit, cui placuerit, ab eis recedere; quorũdam adeò sunt temporibus illis posteriores, aut saltẽ adeò parùm certi, præsertim si comparẽtur ad antiquiores, vt salua cuiuscumq; pace, possint absque leuitate repudiari: maximè spectatò Scripturæ sacræ rigore. Cuius rei ratio specialis sit, quòd (de B Christianis vel similibus intellige) quia viderunt historias profanorum plures annos numerare (quos tamen aliundè numerari necesse nō est) proptereà putarũt Scripturã sacrã intelligẽdam esse, de regno, non Alexandri Magni, sed Seleucidarũ itã cōputato.

His notatis, facilè concipietur quomodo possint anni hac ex parte minui. Nam imprimis, si numeretur regnum Græcorum ab Alexandro Magno primum ac simpliciter regnante, demẽtur hac ex parte tùm 12. ipsius Alexãdri, cōsequenter pro Persis 6. Darij Codomani, tũ 10. 12. 16 aut circiter, quos C totidẽ iiciunt Scriptores inter mortem eius & initium Seleuci I. Si verò numeretur regnũ Græcorum ab Alexandro Magno rapiente Persicum Imperium, adhuc minuentur anni 6. eius, & alij 10. 12. 16. aut circiter quos interiiciunt Scriptores inter mortem illius, & initium Seleuci I. Deinde, posse minui quosdã in aliquibus Lagidis, & Seleucidis, præmonitum fuit 10 antedictis, eritque manifestum in post hæc dicendis. Demq; posse minui quosdam in aliquibus Regibus Persicis, plusquàm manifestum stat ex tractatis hactenus de illis.

Sed exemplar aliquod subiiciamus. Datis D annis 190. Regibus Persicis vsque ad *regnum primũ* Alexandri M. reliqui vsque ad Christũ D. natum, erunt ponendi 283. Nam 190. & 283. faciũt 473. qui sunt anni huius Periodi. Sed anni Codomani non erunt computãdi. Hòc modò cōputa Cyri 6. Cãbysis 8. Hystaspis 36. Xerxis 20. Longimani 40. Nothi 19. Mnemonis 40. Ochi 20 & Arsis 1. erunt 190. Quòd si placeat Ocho & Arsi date plures: tribue Hystaspi 10. & ex 6. ei dẽptis, da 3. Ocho (qui faciãt ei 23.) & 3. Arsi (qui ei 4.) erũt similiter 190. Datis 180. Regibus E Persicis vsq; ad regnum primũ Alexãdri M. reliqui vsq, ad Christũ D. natũ, erunt ponẽdi 293. & neq; 6. Codomani computandi. Hòc modò cōputa Cyri 6. Cãbysis 8. Hystaspis 30. Xerxis 20. Lōgimani 40. Nothi 19. Mnemonis 40. Ochi 16. & Arsis 1. erunt 180 Datis ãnis 190. Regibus Persicis vsq; ad *Imperiũ* Alexandri M. reliqui vsq; ad Christũ D. natum, erũt pariter ponendi 283. Sed tùc anni Codomani debebunt cōputari. Hòc modò computa Cyri 6. Cambysis 8. Hystaspis 30. Xerxis 20. Longimani 40 Nothi 19. Mnemonis 40. Ochi 19. Arsis 1. & Codomani 6. erunt 190. Datis annis 180. Regibus Persicis vsque ad Imperiũ Alexandri M. reliqui vsq; ad Christũ D. natum erunt ponẽdi 293 Hòc modò cōputa Cyri 6. Cãbysis 8. Hystaspis 30. Xerxis 20. Longimani 40. Nothi 19. Mnemonis 40. Ochi 9. Arsis 1. & Codomani 6. erunt 180. Possent anni Regum Persarum aliter variari: sed hæc sint satis.

OBIICI potest contrà Hanc Sententiã 1. Obiect. I. Hoc idem quod obiectũ fuit cōtra 1. Sententiam, & contrà 3. Modum 2. Sententiæ, petitum ab ætate hominis temporum illorũ repugnante. Quamuis enim 3. hæc Sentẽtia, non tot annos ætatis vnius hominis concedat, quot aduersus 1. Sẽntentiam concluditur: tamen cogetur admittere tot, qui meritò videantur obsistere.

RESPONDERI potest, positò, quòd Respons. simpliciter non repugnet aliquos tẽporibus illis ad ætatem annorũ 150. 160. 170. vel circiter peruenisse: neque simpliciter repugnare quòd aliqui peruenerint ad ãnos 190. 180. vel circiter.

OBIICI potest II. Datis circiter annis 2. Obiect. 190. vel 180 Monarchiæ Persicæ, positòque regnò Græcorum in Alexandro Magno: nihilominus minuẽdos adhuc ferè tot Lagidarum annos & in singulari circà Ptolomæũ 1. aut 2. propter quosdam alios Ptolomæos, in quibus aliquos annos minui repugnat ex Scriptura sacra, minuendos, inquã, tot tot annos qui nimiũm cōtradicant authoribus, etiam singularibus qui scripserũt ab eorum temporibus, vel certè qui sic illis proximi fuerũt, vt moraliter censeri habeant iisdem extitisse temporibus, quales v. g. sunt Pausanias, Polybius, & similes.

RESPONDERI potest, si Herodotus, Respons. vel certè Thucydides, Xenophon, & antiquiores similes, à quibusdã non totaliter admittuntur in historiis ac nomeris suis: neq; repugnare Pausaniam, Polybium, & similes, non admitti totaliter in suis.

CÆTERVM, antequã quid in hac diuersitate Sententiarum sit dicendum aperiamus, proponenda nobis videtur totius istius rei summa hòc modò Stabilitã veriori Sententia de 70. Hebdomadibus Danielis, assignãdis quoad initiũ suum anno secundo Darii Hystaspis, necessariò est 2. & 3. Sententiam esse probabiliores consequenter necessè in annos Regum Persicorum à cōmuniori Sẽntentia minui. Porrò, Pro 3. Sententia notãdum est, eamdem secundũ eam annos omnes Regum Persicorum, & vltimi belli Peloponnesiaci, paucissimis exceptis, constitui secundũm quod constituit illos cōmunior

Sententia. Et hoc esse multùm arridens. Veruntamen eius cõputationi videri nõ paiùm obstare, quòd ætatē vnius hominis temporũ illorum admittat annorũ 190.180. vel circiter circà. Cui nõ suffragetur quòd admittat aliquã 2. Sententia annorũ 170.160 vel circiter; quoniã quod in 3. Sententia cõceditur ætas hominis tēporũ illorũ adúsq; 170.160. vel circiter, iam multùm excedit cõmunem cõcessioncin, nõ attingentē vltra 120. aut circiter. Vndè posset & aliquis similr modò dicere: si cõceditur ætas hominis in 3. Sententia 190. 180. vel circiter ãnorũ: cur nõ pro 1. Sententia 207.200. imò 230. vel circiter? Eius etiã cõputationi videtur obstare, computatio regni Græcorũ, necnon & annorum minutio facienda circà Lagidas: circà quæ duo, toriens Scriptorum videtur minùs reícibilis, quàm circà Reges Persicos; & vltimũ Bellũ Peloponesiacum: quoniã priores aliqui rerum illarũ Scriptores extiterunt tēmporibus earũ, ipsasq; citrà dubium cõscripsisse dicũ possũt. Propter hæc, videri 2. Sententiã iuxta Modorum suorum aliquē expositã, reliquis esse præferendam Pro a. autem Sententia, primò supponendum est tanquã ineuitabile, concedẽdam esse minutionem quorundã annorũ, vel in Dario Notho, propter rationē suã illegitimi regis: vel in Mnemone propter regnum ex parte cum eo simùl actum. Deinde hòc supposito, notandũ est annos Regũ Persicorum secundùm eam minuẽdos, posse minui principaliter, vel in principio, vel in medio, vel in fine. In principio, v.g. tribuẽdo Dario Hysdaspi 19. tantùm, iuxtà Tertullianum non improbabiliter sic expositũ. In medio, v.g. tribuendo Xerxi & Lõgimanõ, paucıores quàm tribuuntur cõmuniter, quippe qui non tot regnauerint, aut saltē aliquos simul regnauerint. In fine, v.g. non plus tribuendo reliquo bello Peloponesiaco, quã deducuntur ex Xenophonte iuxta seriem, seu iuxtà conscriptas anni tempestates expositio. cõsequenter non tribuendo tot annos Ocho vel Arsi, vel vtrique, quot cõmuniùs tribuuntur eis. Primæ quidem minutioni videtur obstare, quod Herodotus tribuat Dario Hysdaspi 36. annos regni: Ctesias autem atque Orosius 30. non sit autem certum satis Tertullianum per Datium Medum intellexisse Datium Hysdaspem, cui proindè tribuerit 19. tantum annos. Secundæ quoque minutioni videtur obstare, quòd Thucydides dicat, a fuga Xerxis ad initium belli Peloponesiaci, sub cuius septimũ ferè cõpletum facit mortuom Artaxerxem Longimanum) transiisse circiter annos 50. quorum particulas plurimas ad 40. circiter, annotauit in anterioribus. Tertiç minutioni videtur obstare quòd Diodorus Siculus, & post eũ reliqui, si historias suas scribant, vt inscribit, reliquũ bel Peloponesiacũ, prout a Xenophōte traditum, cõprehendere lõgè plures annos, quã qui iuxta seriem, aut anni tempestates, educuntur: consequenter plures annos Ocho vel Arsi, vel vtriq; tribuendos, quã secũdùm Sententiam illam tribuuntur. Deniq; notandum est, cùm iuxta 2. istam Sententiam, altera triuin minutionum in ea propositarum sit necessaria, totà in hoc consistere difficultatē, vt rectius iudicetur, quænam illarum minutionũ sit minùs aut magis certa, proindéque minùs aut magis probabilis. Et hoc videri posse difficile, propter allata suis locis aduersus authoritates oppositum ingerētes. Attamen, vt his tandem imponatur finis, & accedatur ad vltimam resolutionem, discussis singulis, omnibúsque maturius collatis ac ponderatis, secundum quòd exposita fuerunt in superioribus, si quæritur

IN HAC diuersitate Sententiarũ quid dicendũ? Respondeo, 2. Sentẽtiam, vlumò, seu 3. Modo, sumpta, nobis simpliciter esse probabiliorē. Vt videlicet Reges Persarum retineantur numerò 14. Anni verò singulorum cõputentur istò modò Cyri 6. Cambysis 8. Darij Hysdaspis 30. Xerxis 20. Artaxerxis Longimani 40. Darij Nothi 19. Artaxerxis Mnemonis post eum 21. Artaxerxis Ochi 9. Arsis 1. & Codomani 6. qui faciant conuenientius Monarchiæ Persicæ 160. *Authoris resolutio.*

Non ignoramus chronologiã istam commoturã aduersum nos non paucos numerò: vel etiã authoritate viros. qui nec modicum mirabuntur, forsitã & exprobrabunt, nouellã hanc (inquient) Persicæ Monarchiæ, vel etiam Belli Peloponesiaci rationē, conuellere vetustã eius chronologiam, per sæcula tot iã altis terræ radicibus ruminssam: præsertim propter Scriptores antiquos, quales sunt Diodorus, & similes, quibus dederunt manus innumeri posteriores.

Verũ, ad obiecta huiusmodi generica respondebimus, seruatã quibuscumq; recentioribus debitã reuerentiã, dicendo primũ, nos in ista radicum auulsione nõ solos sapere, sed præuios habere sapientiores aliquot, etiã antiquiores, etiam Ecclesiæ patres. Quinimò quantum spectat ad huius rei fundamentum recentiores nonnullos, vt Genebrardũ: imò vero Sectarios, nec nimimè notæ viros, vt Scaligerũ, Caluisium & c. in hoc solũ dissentientes, quod eum quē secundũ reliquos omnes agnoscimus & probamus esse Darium Hysdaspem, ipsi faciant Darium Nothum. Deindè, repetēdo quę iam ab initio chronologię proposuimus: in similibus materiis nõ pugnari multitudine, sed meliori probatione. Demũ, assumendo dictum illud Principis philosophorũ: *Amicus Plato, sed, Amica magis veritas.* Veritas liquidè è Scripturis sacris, aliisq; ad illas suã ratione pertinentibus, prçponendis vtique profanis omnibus, potenter educta.

## VII. DIFFICVLTAS. DE ANNIS HVIVS PERIODI, ad Annos Olympiadum comparatis.

§. 109.

Olympias vnde dicta, & quid.

OLYMPIADIS nomen ductu est à ludis Olympiacis, qui Ioui Olympio agebantur in Græcia. Vt autem [illegible] quid fuerint ludi Olympiaci, Ioui Olympio [illegible] Notandum est, olim in Græcia, in ea parte Peloponesi (Peloponesus autem nunc Morea dicitur) quæ est Occidentem versus, fuisse [illegible] quandam, cui nomen E[illegible]a, seu [illegible] habentem ab occasu Zacynthum insulam maris Ionij. In hac autem insula, prope fluuium Alphæum, fuisse [illegible] vrbem quandam, cui nomen Olympias, a qua non procul aberat fanum celeberrimum Ioui dicatum, [illegible] ab vrbis proximæ nomine Iouis Olympij dicebatur. In [illegible] ludos fuisse [illegible] quosdam Gymnasticos, & diuersi generis certamina, quæ [illegible] honorem [illegible] Olympij maximo totius Græciæ concursu celebrarentur, Olympianun[illegible] nuncupata sunt.

Porrò ludos illos siue certamina, ferunt fuisse primum instituta, quidam ab Hercule: quidam autem antea a Pelope. deinde quoties [illegible] de causis intermissa [illegible] restaurata. Celebrari autem sol[illegible] quarto quoque anno exactè seu quintô quoque [illegible], & iam incœpto quamuis nulla fixa [illegible] initus suæ institutionis, quin [illegible] contingerit, aut variari, aut etiam inter[illegible]. Tunc verò demum ab Eleorum rege, [illegible] nomen erat Iphitus, Praxonidis filio [illegible] 4. [illegible] annis post Herculem vult Scaliger lib. [illegible] emend. Cap. de Periodo Iphiti Olympica pag. 38. instaurata, & ità firmiter solemniterq; restituta, non non [illegible] inceps [illegible] ta, vt per [illegible] quinquennia [illegible] tur [illegible] Iphito, tanquam primario [illegible] communiter attributa, indeque [illegible] vocatæ Olympiades, Æra Iphiti.

Ex his habeatur, quod [illegible] a ludis Olympicis: *Ludi Olympici* [illegible] Olympio. *Iuppiter Olympius*, ab [illegible] Olympia *Olympias* [illegible] significat [illegible] 4. annorum, quod [illegible] & alteros eiusmodi ludos erat in[illegible].

Aduertendum [illegible] nem inualuisse, [illegible] teruallа, non solum [illegible] appellare, sed etiam [illegible] Olympiades tempora metiri. Vt enim monet Tornellus an. 3278. num. 7. [illegible] in eiusmodi ludis ac certaminibus victores euasissent, [illegible] in populo [illegible] pendari, atque in honore apud omnes haberi [illegible] sent: cœpe[illegible] quoque [illegible] tes, tum [illegible] singularibus [illegible] certa[illegible] uentionibus, quæ [illegible] Olympiadibus [illegible] his [illegible] Olympiade [illegible] victoriam reportarant, [illegible] Cuius [illegible] Onuphrius Panuinus in commentariis suis super Librum 1. Fastorum.

Deinceps verò paulatim cæteras quoque res gestas memoratu dignas, per annos Olympiadum digerere, [illegible] hoc [illegible] anno primo, [illegible] tertiò, vel quarto, Olympiadis primæ, vel secundæ, vel decimæ, vel [illegible] &c. actum est hoc, vel illud: & ex [illegible] ptores [illegible] ad sua tempora [illegible] consueuerunt [illegible] ex [illegible]. Scilicet, quia vnaquæque Olympias post Iphitum [illegible] gesti quodammodo cuiusdam magni anni, qui 4. annorum Solarium spatium complectebatur. omnibus vero [illegible] Gentibus [illegible] pter celebritatem ludorum & certaminum, erat nota adeoque [illegible], vt [illegible] capax; [illegible] tiendorum [illegible] inceps fuit adhibita. Vide Onophrium loco citató.

Aduertendum denique, omnes authores in hoc conuenire, idem fuisse tunc exordium anni Olympiaci, & anni Ciuilis seu communis. At verò

QVÆRITVR I. Quônam anni tempore, [illegible] seu Olympiades [illegible]

Olympiades quando inciperent.

E[illegible] tos, tra[illegible] Pindar[illegible] antiquissimos, in Olympi[illegible] Liuius [illegible] Censorinus lib. de die natali [illegible] cap. 14 [illegible] de anno Romano [illegible] Seneca in Hercule [illegible] & alij [illegible] Olympiades.

H[illegible] interpretantur [illegible] Al[illegible] Castellae [illegible] [illegible] tabul[illegible] Ba[illegible] [illegible] [illegible] Gr[illegible]

Relinquitur tamen, vt Onophrius pro[illegible] Beda libro de [illegible] cap. 1[illegible] & [illegible], Gaza in[illegible] Mo[illegible], Pererius in Dan. lib. 11. [illegible] Tornellus [illegible] num. 8. [illegible]

cœpisse à solstitio æstiuo. Quod Tornielu. specialiter probat ab authoritate Simplicij præstantissimi Philosophi, dicentis in comment. lib. 5. Physicorum Aristotelis: *Nos Athenienses anni principium in Solstitio æstiuo facimus. Hi vero qui eam partem, quæ nunc Asia dicitur, incolunt, in autumnali Æquinoctio.* Ex quibus deducit, Græcos Asiaticos, id est, qui habitabant in Asia minore (nunc ita dicta) inchoasse annum ab autúno ... Europæos vero, inter quos erant Elidenses, ... & Athenienses, à Solstitio æstiuo.

QVÆRITVR II. Quô mense, & ... die celebrarentur illi ludi.

Genebrardus in præfat. lib. 1. & lib. 2. de ... Chronologorum prophanorum ... 347. dicit, in mense Iunio. Gordonus ... cap. ... nu. 1. Habemus, inquit, ex Pindaro in Olympicis, Olympiades celebratas anni ... plenilunio. adde etiam plenilunio primi mensis. Cætera ob vagos Græcorum menses non ita comperta sunt. Licet Scaliger in annum Eusebij 1241. velit in Iphiti institutione prima, primum mensem Olympicum iniisse nonâ Iulij: & proinde primam tunc Olympiadem celebratam 23. Iulij numerô aureô 5 cycloSolari Romanô 18. Hæc Gordonus. Quem de mensibus Græcorum fusius agentem vide cap. 1... Torniellus autem num. 5. vult eos celebrari solitos vndecima die primi mensis: idque per dies 5. continuos, hoc est, vsque ad decimamsextam eiusdem primi mensis.

Olympiadum initium vnam assignandam. QVÆRITVR III. Quônam annô mundi, vel ... ius regiminis, constituendum sit initium Olympiadum.

De hac re pronuntiat Torniellus num. 3. non esse valde curandum. Nam si Doctorum, inquit, opiniones, quotô scilicet Hebræorum regum annô ipsa Olympiadum institutio, seu verius restitutio, facta fuerit, attendere velimus: vix aliquos inter se omninò consentientes inueniemus. Imo, quod mirandum, vnum eundémque Eusebium in hac re adeo varium extitisse, vt in Chronico testimonium reliquerit ex Iulio Africano, primam Olympiadem temporibus Ioathan incidisse; & lib. 10. Præparat. Euang. cap. vlt. init. Olympiades ab anno O... quinquagesimo sumpsisse exordium; & denique sub finè eiusdem capitis, eaidem ... cœpisse temporibus Achaz ... Nicolaus ... incerta re ...

NATAN ... Olympiades ... Cyri ... Olympiadum. Itaque

... dicunt, Cyrum regnare cœpisse Olympiade septuagesima: nonnulli octogesimâ: apud Genebrardum lib. 2. sub Cyro, seu pag. 245. vers. ... Annius Viterbiensis, eiúsque sectatores, Olympiade sexagesimasecundâ. Beroaldus sectarius octogesima, apud Sam... pag. ... 2. fin.

COMMVNIVS autem reliqui dicunt, Cyrum regnare cœpisse Olympiade quinquagesima quinta. Ita Eusebius tum in Chronico ... tum in lib. 1... De Præp. Euang. cap. vlt. S. Hieronymus in Dan. 9. ex Iulio Africano rursum Eusebius posteriori loco, necnon Scaliger de Emend. Temporum cap. de initio Cyri, ex Diodoro Siculo, Plinio, ... Thale, Castore, Polybio, & Phlegonte ... ex Tatiano Scaliger eu... citans ... ex omnibus, & præterea pluribus ... ex Diodoro lib. 11. init. & lib. 1... Iustino lib. 2. ex Ioseph. lib. 1. contra Apionem ex Clemente Alex. lib. 1. Strom. Cyrillo Alex. lib. 1. contra Iulian. & S. Hieronymo ... lib. 11. à pag. 663.

Hoc supposito ex authoribus illis antiquioribus, tanquam magis probabili, primû videlicet annum Cyri incidere in primum Olympiadis quinquagesimæ quintæ, sequetur initium Olympiadum præcessisse primû Cyri annis 216. Nam facile ... gratiâ 50. Olympiades faciunt 200 annos, 4. reliquæ, annos 16.

Hôc autê rursùs positô, quia optima methodus ad indagandum annum primû Olympiadum est, numerate retrogradè annos 216. & varij sunt modi computandi annos captiuitatum Babylonicarum, & annos regum Hebræorum, ac denique annos 29. 30. vel 6 ipsius Cyri propterea varij sunt modi assignandi principium Olympiadum annô regis alicuius Hebræorum.

Atque ita primum, inter eos, qui annos omnes regum faciunt integros, Eusebius in Chronico ... tribuens Amoni 2. annos regni contra Scripturam, initium verò captiuitatis Babylonicæ, annô decimotertiô Iosiæ (si modo hic ille sentit) assignat initium Olympiadum annô regni Oziæ quinquagesimo. Et ... adhuc erat in sua suppositione nisi forte corrupti ... Nam computandi sunt in Ozia ... Siquidem ... assignat ... Olympiadum, ... His ... annis ... Achaz ... secundû ... Ezechiæ ... Manasse 55. Amoni ... vel 13. & Captiuitatis ... 213. vel 14. ... quadragesimo ... Inter eos qui annos ... omnes ... integros, Seranius ... Reg. pag. ... assignat initiû Olympiadum anno Oziæ quadragesimoseptimo.

Baradius, Gordonus, & alij, qui licet tribuentes Amoni 2. annos solommodò, secundùm Scripturæ veritatem, nihilominùs Captiuitatē Babylonicā incipiūt à tertio vel quarto Ioakim, assignare debent initium Olympiadum anno Ioathā septimo vel octauo. Quamuis Gordonus suprà num. 16. seu pag. 210. assignet illud anno Ioathan quarto: & ità se dicat assignasse in annis expāsis: vbi tamē assignat anno eius quinto propter aliquam forsan alicubi variationem. Nam reliqui Ioathan 9. vel 10. Achaz 16. (secundùm eos) Ezechię 29. Manassis 55. Amon 2. Iosiæ 31. Ioakim 3. vel 4. Captiuitatis 70. faciunt 216.

Genebrardus & alij, qui Captiuitatis initium faciunt in Iechonia, seu post vndecimum Ioakimi, assignare debet initiū Olympiadum anno quadragesimoquinto Oziæ. Atque ità Genebrardus assignat illud circà finem regni Oziæ: quamuis anno eius præciso non conferat.

Deniq; alij, qui Captiuitatis initiū dant in Sedecia, post annum ipsius vndecimum, assignabunt proportionaliter initium Olympiadum, v.g. incipiendo a 70. captiuitatis, & progrediendo per 11. Sedeciæ, 11. Ioakimi, & sic de reliquis, vsque ad confectum numerum annorum 216. Atque ità Pererius lib. 11. Dan. q. 2. seu pag. 665. & in lib 4. Physic. cap. 3. assignat illud anno octauo Achaz. Debebat dicere nono.

Deindè verò, inter eos qui annos regum non omnes faciunt integros, Torniellus qui plures annos regum fecit non integros, vt Ioakim Iosiæ, &c. assignat illud anno primo Ioathan.

Nos equidem qui solos vltimos Abia & Asa non computauimus integros, si haberemus assignandum initium Olympiadū iuxtà communiorem sententiam tribuentem primum Cyri simpliciter dictum, anno solutæ Captiuitatis, putaremus illud assignandum esse anno decimo Achaz. Hôc enim decimô inclusô, vt patet, iunctis reliquis, fiunt 216. hôc modô, Anni 7. Achaz (hi nāque sumēdi sunt ex 16.) Ezechiæ 29. Manassis 55. Amon 2. Iosiæ 31. Ioakim 11. Sedeciæ 11. Captiuitatis 70. vel ordine retrogradô, 70. Captiuitatis: 11. Sedeciæ. 11. Ioakim: 31. Iosiæ: 2. Amon: 55. Manassis: 29. Ezechiæ. & 7. Achaz: sunt 216. Sed illud valdè memorādum, quinquagesimamquintam Olympiadem tunc assignari primo Cyri anno simpliciter dicto.

Atvero, quia sententiam illam probauimus meliorem, quæ annū primum Cyri simpliciter dictum, non facit annum solutæ Captiuitatis, sed tātummodò primum eius annū in Imperio Babylonico, a quo regnauit solùm, nec amplius, 6. annis completis: propter quod incipiendi sunt eius anni simpliciter dicti 24. annis ante 6. illos Imperii Babylonici, in quorū primo Captiuitas soluta fuit propter quod cōsequenter, Olympias quinquagesimaquinta non est incipiēda cum anno solutæ Captiuitatis, seu cū anno primo Imperij eius Babylonici, sed 24 annis antè: ideo censemus, si adhærēdum sit communiori antiquorū sententię de initio regni Cyri simpliciter dicti, cadente in annō primum Olympiadis quinquagesimæquintæ, tunc initium Olympiadum assignandū esse *Anno secundo Ioathan*. In quo ferè conuenimus cum Torniello ponente *primo Ioathan*: possemus autem conuenire, non includēdo in 216. eum qui primus est Olympiadū: sicq; dicendo, *primo Ioathan*, cum Torniello, quāuis nonnihil diuersà viâ procedendo.

QVÆRITVR IV. & principaliter. An Chronologia per Olympiades sit certa? Hoc autē quærunt præcipuè Authores christiani, pro Periodo à Cyro, vsque ad Christū Dominū, & consequenter pro Periodis minoribus contentis sub eâ, v.g. à Cyro, ad Alexandrum Magnum: vel a Cyro, ad regnū Seleucidarum, quod alias dicitur Græcorū in Asiâ, inceptum in Seleuco Nicanore, qui, mortuô Alexandrô, regnauit in Syria & Babylonia: de quibus periodis posteà. *Olympiadum chronologia, non certa.*

I. SENTENTIA. dicit, Chronologiam per Olympiades, esse certam & indubitatā. *1. Sent.*

Ita ex profanis M. Varro apud Censorinum in libro de Natali die Romanorum, distinguens tria mundi tempora, 1. Antè Diluuium (Ogygianum intellige: non Noeticum illis ignotū) quod ipse vocat ἄδηλον, id est, incognitum, incompertum, &c. quódq; ideò quantum fuerit, neminem mortalium scire existimat. 2. post Diluuium (Ogygianū) vsq; ad primā Olympiadem: quod ipse μυθικόν, id est fabulosum, appellat; quia nēpè Scriptores nullam certam sequentes Chronologiæ rationem in tradendis temporibus illis, omnia miscuerūt fabulis, & sic potius fabulosā, quàm veram tradiderunt historiā. 3. A primâ Olympiade, ad suam vsq; ætatem: quod ἱστορικόν vocat, quasi certum & indubitatum; quia nempè res eius temporis, propter vsum Olympiadum, veris litterarum monimentis consignabantur à Scriptoribus.

His conformia Diodorus initiô Histor. Plutarchus in Theseo & Numa, Ptolomæus 3. Almagesti. Censorinus, & alij, dicētes, ante Olympiades nihil certum haberi.

Ità ex Christianis Iulius Africanus, apud Eusebium in Chronic. & lib. 10. Præp Euāg. cap. vlt. ità scribens: *Vsque ad Olympiades nihil exploratum in historia Græcorum inuenitur: sed omnia sunt confusis scripta temporibus; post Olympiades autem quorum quadriennio diligentissimè omnia notaban-*

tur, nulla penitùs confusio temporũ apparet.

Ità etiam videri potest, aliquô saltẽ modô S. Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 28. cẽsens Obseruationes Olympiadum ad multas quæstiones sacras & Ecclesiasticas explicandas, conferre plurimùm. Ità denique alij authores ferè innumeri. Ex recentioribus autem

Ità Pereri⁹ suprà pag. 661. fin. ac deinceps, vocans eam laudatissimã, certissimã, optimis authoribus vsitatã. Quamquã pag. 662. post med. dicendo quod ea nullius propè modùm erroris capax sit, insinuet se talem censere illa, in cõparatione aliarum Chronologiarũ, v.g. Chronologiæ Hebræorũ, Chronologiæ ... Persarũ, & Chronologiæ Ioãnis Annij Viterbiensis. Ità Gordonus cap. 13. num. 1. sub fin. vocans eam certiorem. Attamen tom. 2. præfat. ad Lect. num. 2. agnoscit simpliciter eam esse incertã. Ita deniq; Torniellus & alij quotquot cavtuntur in numerãdis tẽporibus à solutã Captiuitate, seu ab anno primo Cyri, ad Christum Dominum Redemptorẽ. Qui tamen similia Pererio & Gordono ingerẽtes de maiori eius certitudine: videntur similiter insinuare, se certã vocare illam cõparatiuè: vel certè omnes authores illi non ampliùs dicere volunt (vt nec possunt) nisi quòd, suppositô prout putãt, magnam huius Periodi partem non fuisse per Scripturam sacram, vel aliud idoneum testimoniũ traditã, sola hæc Olympiadũ Chronologia fidẽ faciat historicã.

Probat. PROBATIONES Huius Sententiæ aliæ esse non possunt, nisi vel suppositio sententiæ illius de Hebdomadibus Danielis, quòd incipiant ab anno vigesimo Artaxerxis; vel authoritas Scriptorum eam tradentium; vel etiam Ecclesiæ ritus in tradendo natalẽ Christi Domini, dicens in Martyrologio ad diem Natiuitatis eius, hanc accidisse Olympiade 194. quasi Ecclesia non fuerit dedignata vti eiusmodi chronologiâ.

Atque ità secundùm hanc Sententiam authores Christiani tradunt tempus à Cyro ad Christum Dominum his modis.

QVI *Cyrũ* regnasse putant à solutâ Captiuitate non plùs 6. aut 7. annos: numerant aut numerare debent à Cyro ad Christũ Dominum nascentem 537. vel circiter. Nã siue tribuãt 7. Cyro, faciántq; Christum Dominum nascentem Olympiadis 194. annô 3. siue tribuant 6. Cyro, faciãtque Christũ Dominum nascentem Olympiadis 194. annô 4. tempus illud facient annorum 537. Quòd si tribuant 7 aut 6. Cyro faciántq; Christum Dominum nascẽtem Olympiadis 194. annô 2. vel etiam Olympiadis 194. annos 3. vel 4. aliter disponant: aliter quoque facient tempus proportionaliter: sed parùm differenter.

Ità Torniellus, qui Cyro dedit à soluta captiuitate 6. vel 7. annos tantũ, & an. 4051. nu. 11. Christum Dominum facit natum Olympiadis 194. annô 2. & deniq; an 4084. num. 43. fin. ætatem sextam mundi à Captiuitate Sedeciæ ad Christum passum facit annorum circiter 638. consequenter ad Christum D. natum 605. debebit numerare à Cyro ad Redemptorem natum, 536. vel 537.

QVI *Cyrũ* regnasse putant à soluta Captiuitate 29. aut 30. suos annos: numerant, aut numerare debẽt, ab illo ad Christum D. nascentem 560. vel circiter; si quidem Christum Dominum velint natum Olympiade 194.

Ità Eusebius in Chronic. & 10. Præp. Euãg. vt ex dictis eius infert Pererius in Dan. pag. 681. & Beda de 6. ætat. Mundi, volentes Christum natum annô 3. illius Olympiadis 194. debebunt numerare annos 559. Pererius autẽ volens Christũ natũ anô 4. illius Olympiadis 194. numerare debebit annos 560. Si alij aliter, res erit facilis proportione seruatâ.

Olympiadum Chronologia fallax. II. SENTENTIA. & probabilior. dicit, Chronologiam per Olympiades non esse certam & indubitatam, sed dubiam prorsùs & incertam.

Ità Hebræi in Chronolog. regũ Persarum, dùm annos eorũ longè à cõputatione Olympiadum cõponunt. Ità Genebrardus in præfat. vtriusque libri Chronolog & lib. 2. tit. de Chronologorum profanorum scrupulis, seu pag. 345. præsertim pag. 347. med. & Temporarius lib. 3. tit. incipiente, Olympias; seu pag. 198. post med. Ità denique fateri debent quicumq; agnoscunt authorum varias & discrepantes inter se dispositiones Olympiadum.

Probat. PROBAT Genebrardus multis argumentis, quorum summa ferè est, Olympiades, neque in se, neque cum rebus apud alias gentes actis, rectè componi posse. Possunt autem ea hôc ordine digeri.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. ex Præfat. libro suo 1. apposita. Principium Olympiadum non satis est cognitum & perspectum. Quomodò ergò computationis, cuius ignoratur principium, ratio poterit esse bona?

QVOD si dicas, Principiũ eatũ habet ... ex regno Cyri, quod secundùm antiquissimos authores incœpit Olympiade 55.

RESPONDEBITVR. Hoc ipsum esse cõtrouersum & incertum. Vnde, Adhuc, inquit Genebrardus, inter ipsos (profanos) lis versatur sub iudice, quã Olympiade Cyrus in sacris profanísque paginis notissimus, viguerit. Et sub Cyro, seu lib. 2. pag. 245. postquàm authores illos adduxit, subiungit: Alij Cyrum cœpisse imperare Olympiade 70. alij 80. Hoc autem vbi ceperit, non notat. Quare, sicut gratis videtur asseri: ità videtur & posse reijci. Attamen ex sectariis Beroaldus dicit eum regnasse Olympiade 80. apud Samerium pag. 62. fin. Annius Viterbiensis eiúsque sectatores, dicunt 66.

S[illegible], Cyrus regnare [illegible] Olympiade [illegible] vetum tamen non [illegible] an [illegible] tum [illegible], quo regnare [illegible] 1 [illegible] d [illegible] intelligendum fit de regno [illegible] ter primo, an de regno solum [illegible] Babylonico. Cum posteius [illegible] hoc ipsum posterius esse [illegible] probabilius. Itaque vel ex hoc iam [illegible] protsus Olympiadum [illegible].

Sed esto etiam, [illegible] Cyrum [illegible] se regnare simpliciter [illegible] Olympiadis 55. non tamen [illegible] de temporibus [illegible] sequent [illegible] Olympiadas. Eâdem, subdit Genebrardus [illegible] est de Xerxe, Alexandro illo Magno, [illegible] lone, Pythagora, Platone, & ceteris [illegible] rionibus. Æ[illegible] historiæ [illegible] ità erant [illegible] vt multi negarent S[illegible] & Cœli [illegible], & [illegible] sapien[illegible] uium: atque alia [illegible] temporibus con[illegible] uere [illegible] hodie eru[illegible] su-dant doe[illegible] do quomodo tempora [illegible]m, & Græcorum, à quibus Olympiadas accepimus, vt Atheniensium, Macedonicorum Cyrenæorum [illegible] regum atq; magistratuum cum Olympiadibus con[illegible] ientur. Hæc ille Vn[illegible],

2. Arg. II. ARGVMENTVM, ex eadem sua præfat. Non solum Olympiades nequeunt in se constitui, tàm quoad [illegible] tatum initia, quam quoad tempora [illegible] Cy-com[illegible] dne [illegible] cum aliis [illegible] pocis & regnis, & maxime cum annis Vrbis Condi[illegible] poni. Vrbis conditæ, ait Genebrardus, Olympiadum, & aliarum Æ[illegible]arum [illegible] pia, non sunt satis cognita [illegible] per [illegible] Deinde, vt sint [illegible] nita, non [illegible] tamen inter se certò & definite comparari possunt, quoniam anni inte[illegible], quales fere ab vrbe condita [illegible] fractis, cuiusmodi sunt Olympiadum, Monarchiarum, Æ[illegible]arum denique [illegible] rum non aper[illegible] ta [illegible] dent [illegible] Lib. [illegible] g[illegible] pr[illegible] an[illegible] p[illegible]. Olympicum enim certamen [illegible] nium incidebat & me[illegible] anni [illegible] pescebat, atque ex vno anno, duos quodammodo faciebat, quorum alter ad præcedentia, alter ad sequentia Olympia pertineret. Quare etsi vulgo 4. anni d[illegible]entur, [illegible] tamen lunares menses conclu[illegible], ex Lycophronis interprete apparet, qui numerus 4. annos solares 20. ferme diebus [illegible]peiat. Præf. lib. 1. pag. [illegible] rursum [illegible] [illegible] loco. Hinc Dionysius Halicarnasseus inter alia rect[illegible] & [illegible] dit in Thucydide, quod e[illegible] onem [illegible] per initia & ex[illegible] Olympianicorum ita [illegible] v[illegible] cum gestis extecorum vix commod[illegible] comparari possint. Priori loco, Olymp[illegible] ia enim annum quē

A [illegible] ac semper ex vno, [illegible] [illegible] calendam, duos quodammodo [illegible], cum tempus medium anno [illegible] to, [illegible] sequenti assignanc [illegible] eius. Romani certum quidem [illegible] sua figunt, Regum, Con[illegible] T[illegible] rum, Principum, suorum[illegible] Atquando ab eis quæritur, [illegible] tare[illegible] Olympias, quis tùm [illegible] qu[illegible] sibi finu[illegible] Persis, Ægypt[illegible] orbis pacibus [illegible], secum [illegible] putant, & B [illegible] annum [illegible] qui 2[illegible] Domini [illegible] taxat ante cessit, vix conueniunt. Hæc Genebrardus. Et tamen Petetius Olympiad[illegible] annos vrbis Conditæ, et inuicem [illegible] demonstrat.

III ARGVMENTVM. ex præ- 3. Arg.
f[illegible] pag. 175. Propter, inquit, vl[illegible] Cyrum, id est [illegible] Olympiadem, & Ve[illegible] omnia [illegible] um [illegible] aut [illegible] orum prædi[illegible] um ex c[illegible] deprehend[illegible] tur augurus po[illegible] [illegible] historiis similia, quod re[illegible]um [illegible] faciunt [illegible] mentionem, multorum [illegible], vt Assyriorum, Medorum, Æ-C gyptiorum, Æthiopum, quæ longius ab ipsis [illegible] aberant; tetum vecò [illegible] arum, & Monarchiæ Nabuchodonosor per quam peruenie bant ad Assyrios & Medos, non meminerunt: quæ in ipsorum erant fo[illegible], & [illegible] magnitud ne totam pene Asiam, magnam Atticæ partem, [illegible] aliq[illegible] in o[illegible], & totum or[illegible], e lib. Reg. Par. Dan. Ierem. [illegible] quæ P[illegible]am quantumuis [illegible] fa[illegible] amplitu[illegible] ne & [illegible] perauit, Dan. 2. quæ tam recēs, D vt Cyrum, Salomonem, & Græcorum Scriptores [illegible] attig[illegible] quæ denique à Prophetis & Scripturis Sacris [illegible] n[illegible] Ignorantibus [illegible] fu[illegible] pe[illegible], quæ [illegible] [illegible], quòd remotiora, & an[illegible] commemorare & [illegible] bere suscepunt. [illegible] in Historia Græca ante 80. Olympiadem id est, ante regnum Darij opinor L[illegible] esse certum, cum ini[illegible] notari ve-rum te[illegible] q[illegible] Medi, neque Pe[illegible] admodum Centotnu[illegible]. Hæc Genebrardus. Quibus ad[illegible] testimonium Thucydidis relat[illegible] præ[illegible] ofect Lib. 1. sub in[illegible] ex [illegible] quæ [illegible] nerunt ante bel[illegible] fuisse, pr[illegible] orum, habeci ve[illegible] propter[illegible] ni[illegible] no-d[illegible] erant in per conie&uras, & in-d[illegible] enim eodem lib inter init[illegible] med. nec ea tuor[illegible] temporum, de qu[illegible] diligentem fecit perquisitionem, fuisse tamen

assecutum. Qui namque [illegible] potuerunt, qui ne [illegible] terunt. Ex d[illegible]s Gen[illegible] primi Olymp[illegible]dum, vi[illegible] ad [illegible] & 8. (dic & 55. [illegible] tes erunt mag[illegible] certi [illegible] runt proxima. quomodo nouerint [illegible] tiora. & quomodo vtraque in Olympiada, redegerunt [illegible] certa? Vide Gen[illegible] pag. 34[illegible] ex [illegible] hactenus.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM a[illegible] potest, petitum a singularibus authoribus. Na, sicut iam monuimus §. 108. sub 2. S[illegible] capital. Modo 3. ad 1. obiect. neque Herodotus, neque Thucydides, neque Xenophon, antiquiores longe cæteris obseruatoribus Olympiadum, [illegible] non digesserunt Historias suas, siue historiarum suarum annos, per Olympiadas, quinimmò ne comparationem aut concurrentiam vllam vnquam fecerunt aliquarum Periodorum, vel aliquorum [illegible] numeri quorundam annorum [illegible] imperij [illegible] principis, [illegible] aut alterius rei notabilis, &c. quod tamen facere debuerant, si temporibus, quibus scribebant, Olympiades fuissent adeo celebres, ac securæ, quales finguntur ab authoribus posteris. Quamuis enim Thucydides & Xenophon nonnullas Olympiades memorauerint; attamen & paucissimæ sunt; & paucissimarum istarum ne duæ suis numeris designatæ, pro ut expressius annotauimus locô citatô. denique Herodotus nullos habet, cùm tamen propior extiterit temporibus Cyri, cuius regnum assignatur Olympiadi 55. proximus autem vel melius contemporaneus (sed puer) Xerxis, cuius transitus ò Sardis in Europam assignatur Olympiadi 75. Summa sit, neque Herodotus, neque Thucydides, neque Xenophon, obseruationem seu chronologiam Olympiadum aut tradunt, aut commendant. Hæc sane signa sunt [illegible] ma, scriptores antiquissimos, vel eas ignorasse, vel saltem vt incertissimas neglexisse: præsertim cùm, si vnquam vigere debuissent illæ, profectò vigere debebant authorum istorum temporibus, videlicet post quinquagesimam quintam illam, quâ dicunt Cyrum incœpisse regnare, necnon septuagesimam quintam, quâ Xerxes mouit e Sardis, quasque recentiores [illegible] adeo commendabiles, vt eis [illegible] totum mouetur [illegible] chronologicum, vel [illegible] nis, tota chronologiæ posterior [illegible] clinata recumbat.

5. Arg. V. ARGVMENTVM [illegible] petitum a [illegible] singularibus authoribus, qui [illegible] antiquiores vsi fuerint chronologiâ per

[illegible] tes re[illegible] nar[illegible] computationibus [illegible] mendaces. De [illegible] quidem iam actum fuit in superioribus, videlicet §. præced. 2. Sent. Modo 3. sub [illegible] Nihilominus pro nunc instar sit, Herodotus, quem ex Ctesia, Plutarcho, Strabone, Cicerone, &c. vocant mendaciorum patrem, & fabularum scriptorem: [illegible] historicis: de quo vide Pe[illegible] in Dan. pag. 363. 414. & 534. Gordonum ann. 3306. §. Deioces. & an. 3362. §. Psammeticus, & Possevinum in Bibliotheca Selecta De Ratione studiorum lib. 16. cap. 1. Herodotus ergo tradidisset Olympiades; quanam ei de[illegible] fides, si crederetur [illegible] authoribus? [illegible] Berosus, de quo Pererius pag. 533. sub [illegible] hæc habet. Non dubitabo dicere, eam chronologiam, vel falsò traditam a Beroso, vel Librariorum culpâ deinde [illegible] Similia de Beroso plurimi [illegible] tradidisset Olympiades; quænam ei [illegible] si crederetur istis authoribus? Instar Iustinus, de quo Pererius pag. 794. hæc ait: Ridiculus sane fuit Iustinus historicus, seu mauis dicere Pompeium Trogum, qui lib. 36. non est veritus dicere Xerxem fuisse primû regem extraneum a quo Iudæi sint domiti, &c. Insigne profectò ac notabile mendacium. Plurima similia de Trogo Pompeio, vide apud Possevinum supra cap. 38. Instar sit Diodorus Siculus, quem fere semper reijciunt, aut etiam singulis fere paginis refutant mod[illegible] ni. De multis alijs vide Gordonum an. 3368. §. Multa. & cap. 12. num. 15. & cap. 14. num. 6. & 7. ac maxime Possevinum locô citatô. Sed ad rem propius. Instar sit quòd Thucydides & Xenophon non conueniant [illegible] Olympiadibus [illegible]. Nam Thucydides [illegible] at quandam Olympiadem anno belli 4. & lib. 5. med. quosdam ludos Olympicos celebratos annô belli 12. Xenophon autem lib. 1. Græc Hist. longè post init. memorat quandam Olympiadem, quam nominat 9[illegible] belli 22. At hæc 93 Xenophontis [illegible] cum [illegible] Thucydide. Si quidem hæc [illegible] euenire [illegible] annô belli 24. [illegible] Xenophon [illegible] conuenit in Olympiadibus a semetipso men[illegible] ratus. Nam post assignatam hâc annô belli [illegible] assignat quandam aliam lib. 7. pag. 431. annô [illegible] iuxta [illegible] 40. & neque [illegible] duæ conueniunt. Et propter hæc obseruatores Olympici coguntur textus & numeros Xenophontis immutare [illegible] non Xe[illegible] Xenophontem sibi coapta[illegible] fuerit: cur non [illegible] omnia sua pro sua [illegible] Sic in [illegible] postea cui-

vis conueniet, *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.* Instar sit etiam, quòd Diodorus Siculus in assignandis Romanis Consulibus, semper dissentit à Dionysio Halicarnasseo, per integram vnam Olympiadem. Denique instar omnium sit Eusebius, de quo Gordonus postquàm cap. 13. num. 1. dixit in genere de Olympiadibus: Ratio quæ per Olympiadas initur (circà hebdomadas Danielis) existimatur quidem certior aliis: hæc (quod ad illis prout ab Eusebio digestis: Tantæ quæ sunt apud Eusebium notatæ, vacillant, saltem in his Periodis. Plures enim tribuunt annos Imperio Græcorum quàm par sit, vt putent aliqui eas conuinci posse aperti erroris hac in parte. Et cap. 14. num. 4. ad quandam obiectionem hæc ait: Respondeo, multos reuocare in dubium Olympiadas Eusebij a Cyro ad Christum, vel ex hoc ipso quòd dissentiant a libris Machabæorum: quorum certe veritas debet esse indubitata apud catholicum Cronographum, quicquid de iis suspicetur Scaliger de Emendat. Tempor. lib. 5. cap. de 1. anno Chaldæorum. Non ergò immoramur in Eusebiana Olympiadum initiatione. Hæc Gordonus. Et tamen Eusebiana est præcipua, & frequentiur, tanquàm ab antiquioribus habita. De eodem Eusebio vide eundem Gordonum annô 3346. §. Artines, & 3362. §. Psammeticus. Quòd si de recentioribus sermo sit: instar sit vnus Scaliger, cuius labores tantis sudoribus exantlatos, refutant in dies tot qui scripserunt à temporibus eius, v. g. Vignerius in præfat. suæ Bibliothecæ historialis, pro annis Nabonassaris: Pererius lib. 10. in Dan. à pag. 530. Gordonus in locis supra citatis, & præsertim annô 3222. §. Phaceia, & cap. 10. ferè totô, præsertim num. 11. Item, Clauius, Salianus (qui promittit innumera posterioribus tomis videnda) & denique multi alij singulis illum ferè paginis refutantes. Reliqui ne magis conueniunt. Quod quidem necesse est, dum in duabus præcipue sententiis notabilibus differunt. In assignando, scilicet, principio Hebdomadum Danielis: & in tribuendo suos annos Cyro post susceptum Babylonicum Imperium. Hinc enim necesse est quotquot in eiusmodi [illegible] dissentiunt, in computandis etiam Olympiadibus dissentire. Vide Scaligerum lib. 6. Emend. cap. De Regibus Babyloniis, & Solutione Captiuitatis, seu a pag. 273. ab omnibus aliis dissentientem in assignando 1. anno Cyri qui memoratur in Scripturis sacris, adeòque in Olympiade, quâ tunc captiuitatem soluit. Atque [illegible] etiam

§ Arg. VI. ARGVMENTVM addi potest, [illegible] à singularibus quibusdam Olympiadum assignationibus, & præsertim circà Reges Persarum.

Atque imprimis ab Olympiade quâ cõmuniùs dicitur regnasse Cyrus, & Olympiade 93. quàm tradit Xenophon annô belli 22. comparata cum annis qui dicantur Regum Persarum, vsque ad annum qui dicitur Darij Nothi 13. Dicunt enim communiùs obseruatores Olympici, principium Imperij Cyri fuisse Olympiade 55. propter posteriores antiquos asserentes eum regnare cœpisse Olympiade 55. quam ineuntem recentiores intelligunt. Optimam haberi volunt Olympiadem 93. quam tradit Xenophon lib. 1. Græc. Histor. post init. Hæc autem Olympias 93. traditur a Xenophonte sub annum belli Peloponesiaci 22. Porrò Darius Nothus apud eundem Xenophontẽ lib. 2. mortuus annò belli vigesimosextô sicut §. præc. probatum fuit ex eo: necnô ex Thucydide reponente principium regni eius, sub finem anni 7. belli, cùm sub eiusdem finem reponit mortem Artaxerxis, eius quem facit ipsius Darij patrem lib. 8. Hôc pactô veniet Olympias 93. sub annum Darij Nothi 14. Nam regnauit annos 19. completos: mortuus est igitur annô regni sui vigesimô incœpto. Quod etiam colligere est ex Thucydide lib. 8. dum annum 13. Darij participare facit de 20. belli, consequenter 14. de 21. & 22. Confirmatur. Nam confer Darij vigesimum incœptum cum belli vigesimosexto quô Xenophon iuxtà seriem reponit illum, concurret annus belli vigesimussecundus cum anno Darij decimoquarto. His positis, computa Cyri 30. quos volunt eum ab Olympiade 55. regnasse post susceptum Imperium Babylonicum, Cambysis 8. Darij Hysdaspis 36. Xerxis 20. Longimani 40. & Darij Nothi 13. (venit enim Olympias tantùm in 14.) erunt anni 147. Atqui Olympiades, à 55. inclusiuè sumenda, ad 93. exclusiuè sumendum, faciunt annos 152. Non ergo conueniunt Olympiades hac ex parte cum annis regum Persarum. Dicent fortasse scrupulosiores Olympiadum obseruatores, propter hoc dandos esse Xerxi 22. annos, & mortem Darij Nothi reponendam non in anno belli 26. sed 27. corrigendum quóque numerũ apud Xenophontem quô reponitur Olympias 93. sub annum belli 22. sicque rem ad scopum propiùs accessuram. At respondebitur quoque, iuxtà Xenophontem lib. 8. Cyropæd. Cyrum non regnasse tot annos quot ipsi volunt post susceptum Babylonicum Imperium, videlicet 30. sed solummodò 6. Proinde iuxta Xenophontem, Olympiades, & notanter 93. quam tanti faciunt, esse longe deficientem à computatione quam componunt. Missa facimus minuta plurima huc pertinẽtia, v. g. Herodotum nõ dare 30.

sed 29. tantum annos Cyro; communiorem sententiam non dare 22. annos Xerxi, sed 20. tantùm; quod illi dicunt de Dario Notho mortuo sub annum 27. belli, se non probare, nos verò probasse contrarium; denique similia quædam mox obiter adducemus, quæ non modicam, veriùs omnimodam his computationibus inurunt incertitudinem.

Eadem inferri possunt ex Olympiade quâ mouit Xerxes è Sardis trãsiturus in Europã. Hanc Olympiadem Dionysius Halicarnassæus lib. 9. init. facit 75. Eam amplectuntur obseruatores Olympici communiùs: quã & ineuntẽ intelligi volunt. A 55. inclusa ad 75. exclusam, sunt Olympiades 20. quæ faciunt annos 80. Et quidem ad hunc numerum accedere faciunt annos regum Persarum à Cyro. Nam v g. Cyri 30. Cambysis 8. Darij Hysdaspis 36. & anni regni sui quibus Xerxes è Sardis mouit, accedunt ad hunc numerum. At nequeunt certò dicere quônam annô suô mouit Xerxes è Sardis. Non enim annus ille saxis cõstare potest ex Herodoto: qui quamuis faciat Xerxem mouisse contrà Græciam annô quôdam quintô, non tamen clarum est nùm quintô regni sui, nùm verò quintû post reductam Ægyptum, aut post incœptum apparatũ [ab Ægypto reducta] contrà Græciam. Quòd si credatur Iustino & aliis, mouit contrà Græciam annô suô quintô. At hôc modô deficient computatores 2. annis.

Sed audiatur Scaliger super hac materia, Lib. 5. Emend. cap. De trãsitu Xerxis p. 222. Constat, inquit, memoratissimã Ξέρξου διάβασιν ab omnibus Scriptoribus ad annũ 1. Olympiadis 75. referri: neque de eo dubitandum, cùm in ea re nullus scrupulus relictus sit. At quomodò nullus in ea re scrupulus sit, attendatur. Sic enim mox addit. Quod ità intelligendum est, vt anno 4. currentis Olympiadis 74. vere ineunte, Sardibus mouerit Xerxes, atque Hellespontum traiecerit. Sequenti anno Olympiadis 75. eôdem annô Iulianô currente, prælium ad Thermopylas commissum est. Nam inter traiectum Hellesponti & prælium Thermopylarum paulò plùs quàm menses 3. intersunt. Siquidem pugnatum circà tempus commissi ludicri Olympici. Herodotus tamen princeps & pater historiæ, scribit vnum mẽsem in traiectu transactum, & tertiô mense post traiectum exactô ad Thermópylas pugnatum. Hæc est opinio veterum, præterquàm Eratosthenis, qui apud Clementem Alex. ἀπὸ [illegible] Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τὴν Ξέρξου διάβασιν, ponit ἔτη [illegible] qui est manifestò annus 1. Olympiadis 75. Quòd si annus 75. Olympiadis primus, est terminus interualli à capite Olympiadum ad prælium Thermopylarum, sanè annus proximè sequens, 2. videlicet Olympiadis 75. est primus annus prælij Thermopylarũ & Xerxis διαβάσεως. Huic rei subscribit Diodorus, qui annô 1. Olympiadis 75. Calliade prætore Xerxem traiecisse scribit. Ergò sequenti æstate prælium Thermopylarum cadit in annum 2. eiusdem Olympiadis (75.). Quin si ad viuum omnia resecare placet, nec quidem 2. annus est is, in quem competit traiectus Xerxis. Nam Xerxes traiecit Hellespontum circiter 9. mensem anni Olympici.

B Itaque 3. potiùs annus illius Olympiadis esset annus traiectus Persarum. Hæ ancipites Scriptorum velitationes in rationibus temporum ortæ sunt à characteris alicuius omissione. At Herodotus characterem certissimum apposuit, deliquium nempè Solis. Scribit enim Xerxe Sardibus mouente Solem defecisse, & diem in noctem vertisse. Igitur hæc defectio contigit annô Olympiadis 74. tertiô, Nabonassaris 267. &c. Quare cum Herodoto facit Thucydides, qui inter Marathonium casum & Xerxis transitum, interuallum statuit annorum 10.

C Sanè duo illa summa historiæ lumina magis me mouent, quàm aliorum coniecturæ, præsertim cùm Herodoto puero eius rei recentissima adhuc esset memoria. Xerxis igitur transitus secundùm Herodotum & Thucydidem, contingit annô 3. Olympiadis 74. iam ad finem decurrente, &c. Sic ibi. Et tamen paulò antè hæc, nempè cap. cui titulus, De clade Persarum Marathonia, componens Herodotum cum Thucydide, hæc dixit: Thucydidem autem meritò quis reprehenderit, qui διάβασιν Ξέρξου in 10. annum à clade Marathonia reijcit: cùm annô minùs dicat.

D Pergit locô priori. Eusebius annô 4. διάβασιν ponit, non vt Eratosthenes, anno 1. sequentis Olympiadis. Si veteres characterem annis adhibuissent, vt ex anni Attici nota annus propositus agnosceretur, quemadmodùm Ephorus fecit in anno excidij Trojæ, minùs quidem laboraremus, & doctiores essemus. Beauit tamen nos Herodotus, qui characterem apposuit, ex quo illum annum dignosceremus. Sic ibi. Sed quomodò beauerit nos in hoc Herodotus, non demonstrat Scaliger. Conclusit quidem: Igitur hæc defectio contigit annô Olympiadis 74. tertiô, Nabonassaris 267. Choiac 30. feria 4. cyclo Lunæ 15. Aprilis 19. hor. 1. 26. post meridiem Alexandriæ. Motus latitudinis erat gr. 85. &c.

E At hæc supponuntur, non probantur; & cum Eratosthene, similibúsque, licet motus cœlestes adeò callentibus, non congruunt. Vndè Buntingus contendit defectionem illam euenire non potuisse annô illô 3. Olympiad. 74. sed tantum annô se-

quenti, hinc 4 eiusdem ... us Olympiadis A 74. Verum de huiusmodi demonstrationibus infra §. 111. Interim finē facit Scaliger, hæc addens: Porrò Plutarchus lib. de Atheniensium fortuna, diserte ait prælium nauale ad Salaminam commissum μουνυχιῶνος ... ἐπὶ δέκα plenilunio. Hoc non accidit nisi anno 1. Tetraëteridis Atticæ, qui est 2. Olympiacæ, quod congruit cum Eratosthene, qui in annum 2. Olympiadis 75. reijcit prælium ad Thermopylas. Adeò incertæ sunt de hac re veterum sententiæ. Verba Plutarchi: ... B Hactenus Scaliger. Post hæc quis aliquam in his constituat certitudinem? Quis obseruatoribus illis adhibeat fidem?

Votum deficiant, non deficiant hac ex parte, vide licet 2. 3 aut 4. annis obseruatores & computatores eiusmodi: quod præcipuum est, quantùm quæso deficient aut excedent, si spectetur quod diximus quódque suò locò peremptoriè prorsùs probauimus, Cyrum non regnasse 30. suos annos C ab Imperio Babylonico, sed tantummodo 6. Si spectetur item, quantùm differant authores in tradendis regum Persarum annis, v. gr. nonnullos dare 30. tantùm annos regni Dario Hystaspis, vt Ctesiam & Orosium, &c. Si spectetur item, Henricum Glareanum in breui quadam chronologia, seu computatione Temporum, quam apposuit fini Librorum Dionysij Halicarnassai de Romanis Antiquitatibus, (data *Friburgi Brisgoiæ Annò à Christo nato M. D. XXXII.* D quamque excudebat ... in fol. Eustathius Vignon sibi & Henrico Stephano proindè Geneuæ: Glareanum, inquam, pag. 29. fin. & seq. init. ... Olympiadem 55. qua Cyrum ... nasse ... cum ... intendam esse ... ... enter Cyri regnum computandum ... Olympiade 56. Si spectetur ... S... lib. 6. cap. de Regibus Babyl... pag. ... velle annum Cyri quò captiuitatem soluit, esse 2. Olympiadis ... 2. Denique, pro tota computatione per Olympiadas, spectari quoque debet nonnullos dare Longimano, 44. E ... Mnemoni quoque 44 nonnullos Ocho 26. alios 23. Et sic plùs minùs aliquibus alius, quò res procederet in infinitum: infinitam nihilominus redderet illam annorum Perfectorum per Olympiadas computationem. Hæc iterum signa sunt certissima, quibus conuincitur, authores Olympicos non adaptasse Regum annos Olympiadibus quas prius nossent: sed Olympiades Regum annis quos se nosse putauerant.

Eadē inserti possunt ab Olympiade quā volunt Christum Dominum fuisse mor-

tuum. Sed de hac suò loco ... etiam

VII. ARGVMENTVM addi potest, & ipsum fortissimum, quod computatio per Olympiadas eò modò quò prætenditur, nullatenus quadrare potest cum 70 Hebdomadibus Danielis eò etiam modò expositis, quem probabiliorem, omninoque sequendum ex libris 2. & 3. huius demonstrauimus. Nam siue tribuantur Cyro 6. anni tantum à captiuitate soluta, siue & multò magis 30. semper numerus annorum excrescet ab eo ad Christum Dominum natum, suprà verum & legitimum numerum. — Arg.

AD I. ARGVMENTVM contrariæ Sententiæ. Respondetur, Sententiam illam de initio Hebdomadum computando ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani, fuisse sufficienter suò locò repudiatam. — Ad 1. Arg.

AD II. Respondetur, authores illos quoad hoc, esse prorsus incertos, potiusque adaptasse Olympiadas suis narrationibus, quam narrationes suas Olympiadibus. Scilicet, constitutà quadam Olympiade fixà, v. gr. 55. in anno 1. Cyri, post hæc assumptis & numeratis Regum, Monarchiarum, aut aliorum Principum, vel etiam assumptis aliquorum singularium principum annis, secundùm quod aut eos in scriptis quorundam authorum aliàs incertorum reperiebant, aut ex fama pluris adhuc incerta comperiebant, Olympiades adaptarunt annis eiusmodi Regum, non annos Regum Olympiadibus, quas nimirum ignorabant. Atque ità Temporarius lib. 3. tit. Olympias, Roma, Romulus, seu pag. 198. post med. loquens de Epochis, Troiæ, Olympiadum Romæ Conditæ: Sunt, in quit, ab historicis ex coniecturà positæ, quo habebeni, vndè seriem temporum deducerent. Sic ille. Quod euenit maximè circa annos Regum Persarum, quia eorum omnium tùm regum, tùm proregum, aut filiorum, cum & sub patribus regnantium, singulos annos, prout numeratos repererunt, chronologicos, & tanquàm condistinctos esse putauerunt. — Ad 2.

Ad III. Respondetur, Martyrologium nihil in hac quæstione concludere. Nam Baronius ipsemet eius author, aperte profitetur, se in annis numerandis, vulgatem, quæ fuit antiquitùs, sequi computationem. Quod etiam seruat in prioribus mundi Periodis, sequens nimirùm Translationem Septuag. Interpretum: quam tamen omnes nunc profitentur esse nullam. Porrò tam inde, quam explurimis aliunde, notum est, Ecclesiam, quamuis admittat aut assumat in suas ceremonias simila — Ad 3.

quædam authorum ſingularium, non tamen ea ſic admittere vel aſſumere, quaſi teneat vel tenenda proponat iſta tanquàm A infallibilia, ne verò tanquàm magis probabilia.

## VIII. DIFFICVLTAS. DE ANNIS HVIVS Periodi, ad Annos Vrbis Conditæ, ſeu Palilia, Ex conſequenti, ſed obiter, ad Annos Conſulum Romanorum, necnon Troiæ deſtructæ, comparatis.

§. 110.

Anni Vrbis Conditæ quid.

ANNOS Vrbis Conditæ vocant, qui computantur à tempore, quo Roma dicitur condita per Romulum regem eius primum. Qui anni propterea Æram, ſeu Epocham Romanam conſtituunt, vocari ſolitam ab Vrbe Condita, & his litteris V. C. id eſt, Vrbis Conditæ, notari. Solet hæc Epocha deſignari aliô modô, à Palilibus, vel etiam ſecundùm quoſdam & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 1. Rom. Antiq prope finem, Parilibus. Palilia autem dicta ſunt à Pales, profanis paſtorum ſeu pabuli dea, quòd pecorum partui præſidere credere tur. Quibuſdam Veſta, quibuſdam deorum mater dicta. Huic ideò dicata ſunt feſta, dicta Palilia à nomine eius Pales: ac etiam, ſecundùm quoſdam, Parilia, ſiue l, mutata in r, ſiue à pariendo, quòd pecorum partui putabatur præſidere. De his Virgilius

Palilia vnde dicta, & quid.

C

*Te quoque Magna Pales, & te memorande canemus*
*Paſtor ab Amphryſo.*

D

Inſtituta fuerunt autem, celebrataque deinceps eiuſmodi feſta, quô die Romulus Vrbem fundauit, ad lupos arcendos, morbóſque à pecoribus depellendos, ſiue ad partus pecorum proſperandos. Vnde Propertius lib. 4.

*Vrbi feſtus erat, dixère Palilia patres.*
*Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.*

Ideò ergo Palilia, & vrbs Condita, pro eadem Æra ſumuntur: quamuis frequentius ſignetur hæc, Ab Vrbe Condita.

Annus 1. V C quandonam inceperit.

E

QVÆRITVR I. Quô annô Mundi, vel [illegible] ius Æ[illegible]æ, aut regiminis, cœperit annus [illegible]rimus Vrbis conditæ?

Vbi p[illegible] notandum eſt, hunc aſſigna[illegible]ando, vel à Troiæ exci[illegible] a[illegible] [illegible]ia[illegible]us. Siqui[illegible]em O-

B

lympiades præceſſerunt Vrbem conditam: Excidium vero Troiæ præceſſit Olympiades. Et quidem ſi aſſignandus eſſet ſecundum Troiæ excidium, conſtituendus eſſet primùm annus ipſemet Troiæ deſtructæ, vel etiam eiuſdem conditæ. Sed quia de hac re poſtea: ideo nunc ſolum aſſignandum eſt ſecundum Olympiades, aut etiam ſecundum regimen alicuius Regum Iuda. Itaque

Si anni Vrbis conditæ requirantur, vel aſſignandæ ſint, per Olympiades, 4. ſunt præcipuæ de hac re opiniones.

Prima opinio, dicit Vrbem fuiſſe conditam Olympiadis 6. annô 3. conſequenter anno Olympiadum 23. ſiue annis poſt cœptas Olympiades 22. completis, 23. incœptis.

Irà M. Terentius Varro, apud Ciceronem in Academicis, quem ſecuti ſunt Onophrius lib. 1. comment. ſuper Faſtis cap de anno & die vrbis conditæ: [illegible] dus [illegible], ſeu pag. 132. [illegible] 132. [illegible] dicens: Olym[illegible] annô 3. R[illegible] condunt, [illegible] mulus & Remus denique [illegible] [illegible] o.num. [illegible]

Secunda opinio dicit, Vrbem fuiſſe conditam Olympiadis 6. annô 4. conſequenter anno Olympiadum 24. ſiue annis poſt cœptas Olympiadas 23. completis, 24. incœptis.

Ita M. Portius Caro, quem ſecuti ſunt nonnulli nomine taciro notati à Gordono cap. 10. ad Period. 5. num. 22. ſub init. ſeu pag. 211. mediâ.

Tertia opinio dicit, Vrbem fuiſſe conditam Olympiadis 7. annô 1. con[illegible]enter annô Olympiadum 25. ſiue annis poſt cœptas Olympiades 24. completis [illegible]n cœptis.

Ità Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 1. & Solinus lib. 2. teſtimoniô Cornelii Nepo-

tis, Luctatij, Apollinaris, Eratosthenis, &c, vt putat, Polybij. Item, Sigonius & alij, quos sequuntur Peterius lib. 11. Dan. pag 666. ... & Gordonus ann. 3251. & cap. 1 , num. 22. & 24.

...arta opinio dicit, Vrbem fuisse condita O... mpiadis 7. anno 2. consequenter annô Olympiadum 26. siue annis post ... ptas Olympiades 25. completis, 26. incœp...

Ita Polybius, vt putat Gordonus, seu Polybij collectio Casauboniana. Differunt ergo hæ sententiæ, altera ab altera, vnô annô: vltima vero à prima, tribus annis aut 4.

Si autem anni Vrbis conditæ requirantur, vel assignandæ sint, per annos Regum Iuda, Genebrardus supra, assignat Vrbem conditam anno 14. Oziæ. Sed, vel deceptus est, vel codex eius est corruptus: cum Olympiades ipsas incœperint à fine regni Oziæ; vel certe hoc dixit secundum opinionem Flori, quem allegat ibi. Torniellus assignat eam anno 7. Achaz. Gordonus anno 13. eiusdem Ahaz. Hebræi in Cabala R. Abraham, & in historia eiusdem de rebus Romanis vsque ad principium regni Israël, apud Genebrardum ibidem, anno 6. Ezechiæ. Peterius anno 16. Ezechiæ.

Nos autem, qui 3. Sententiam putamus propter authores suos magis probabilem, putamus etiam annum 1. Vrbis conditæ assignari debere anno Achaz octauo vel nono.

QVÆRITVR II. Quâ parte anni, Roma fuerit condita?

RESPONDENT omnes, eam incœpisse 11. Kal. Maij, seu in fine mensis Aprilis, proindéque vigesimoprimò eius die.

V.C. chronologia, n... certa. QVÆRITVR III. & principaliter, An Chronologia per annos ab Vrbe condita computatos, sit certa, & indubitata?

1. Sent. I. SENTENTIA esse potest Chronologiam per annos Vrbis conditæ esse certam & indubitatam.

Ita videri possunt, quotquot censent Chronologiam Olympiadum esse certissimam. Hac enim supposita, & anno primo Vrbis conditæ assignato certæ Olympiadi: consequens est, vt æra Vrbis conditæ, censeatur esse certa.

Atque ita tribui ... hæc sententia authoribus ... & præsertim Peterio pag. 666.

... tamen quia non aliam huic eræ certitudinem tribuere videntur (vt nec possunt) quàm ipsammet quæ est Olympiadum: ideo non immerito dubitari potest, an putauerint eam esse de se certam.

2. & probabilior Sent. Annorum V.C. chronologia, non certa. II. SENTENTIA. & probabilior, dicit, Chronologiam per annos Vrbis conditæ, non esse certam & indubitatam, sed dubiam prorsus & incertam.

Ità reliqui omnes: etiamuerò multi, qui Olympiades alioqui putauerint esse certas, vt Gordonus cap. 10. numer. 2... Vide & Baronium, in Apparatu Annal. num. 110.

1. Probat. PROBAT Genebrardus multis argumentis. Quorum summa fere est, annos Vrbis conditæ, neque in se, neque cum rebus apud alias gentes actis, recte componi posse. Possunt autem & hôc ordine digeri.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. ex lib. 2. fin. sub tit. de Chronologorum profanorum scrupulis, seu pag. 346. med. Vrbis, inquit, historia repeti certo non potest ex Scriptoribus, Liuio 200. annis antiquioribus, ne quis nos illorum præiudiciô vrgeat, vti Cicero, & Velleius lib. 1. indicant. & pag. 347. fin. Vrbs 500. annis Scriptoribus caruit, vsque ad Catonem maiorem, qui rerum totius illius spatij memoriam colerent, & litteris mandarent. & eôd. lib. 2. in Nabuchodonosor, seu pag. 187. fin. quod etiam repetit sub tit. De Chronologorum profanorum scrupulis pag. 346. init. In annis, inquit, vrbis numerandis, & digerendis, apud antiquos maxima dissensio. Fuse autem rursus posteriori locô à pag 345. prope med. vbi notat, non solum supputationem Liuianam differre à Varroniana, Ciceroniana, Censorina, Gelliana, Pliniana, Capitolina, siue Verrij Flacci (adde & Ausoniana) sed & has inter se atque à vulgatis plurimum discrepare.

Exemplum affert. Nam, v. gr. inquit, Gellius lib. 17. cap. vlt. Spurium Cornelium Rugam anno 519. primum diuortium fecisse ait. At lib. 4. cap 3. 523. nobilcum secutus Liuianam summam.

Aliud exemplum subdit. Florus narrat in 2. Epitome ab Vrbe condita Augusti tempus esse prope 700. annorum, & extremò lib. 4. Augustum 700. Vrbis conditæ, Ianum geminum clausisse, ob firmatam cum toto genere humano, aut pacem, aut pactionem. Cui accedit Messala Coruinus in libello de progenie Augusti, dùm ab Vrbe con... pulsus Reges, annos 24...

Inde sub magistratuum, Consulum, Dictatorum, Tribunorum militarium ductus, 447. Nam illi in vnam summam redacti, nonnisi 691. conficiunt. Nondum igitur exacti erant anni 700. quandò ipse ad Imperium peruenit. Atqui alij longè aliter. Nam vel illic Ioan. Camers Flori interpres, legendum censet 730. vel 752. vt Orosius cap. vlt. sexti habet; quòd pax de qua illic agitur, videatur contigisse circà 38. Imperij eiusdem Augusti, &c. Denique pag 346. post med. Quin & inter Latinos ipsos, de anno Vrbis Conditæ tanta est quæstio, vt cum definiri non possit, oportuerit Onuphrium in Fastis, ex omnibus sententiis duas probabiliores colligere, & vtramque suis fastis adiungere, vt quam quisque vellet sequeretur.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. ex pag. 345. sub init. In annotandis, inquit, annis ab V. C. non satis congruunt rationes Hebræorum, Græcorum, Romanorum, quandò inter se conferuntur: ne mireris si in eis persequendis non omnia ad omnium animos, & scripta, accommodate scripterimus. Nam ne ipse quidem mihi satisfeci, etsi Liuianam supputationem sequutus sim. Et in fin. pag. Ordo Historiarum Hebraicarum, & Monarchiarum, non potest apposite cum Romanis rebus comparari, si 700. annorum numerus vsque ad Augustum, atque adeò Augusti vigesimus excedatur, & tamen alij sentiunt annò Vrbis 709. vel 710. Iulium Cæsarem fuisse interfectum: alij multo posterius, & ita de cæteris. Et in fin. pag 346. Adde non facile conciliari numerationem ab V. C. cum Græcanicis rationibus, siue Olympiadum, siue Regum, etiamsi illa liquido constarent. Siquidem non bene conueniunt anni integri, quales fere sunt Consulum post exactos reges, cum fractis, quales sunt Græci aut anni emergentes, vt vocant, cum vsualibus. Item, in vtraque numerandi ratione, maxima existit extremorum diuersitas, nunquam in principiis & finibus consentiens. Sic ibi. Quod etiam habet in præfat. Lib. 1. a pag. 3. hoc modò. Denique, inquit, vt præteream Titi Liuij querimoniam de magnis erroribus tempora Romanorum Consulum & magistratuum, & rerum quoque annò gestarum implicantibus, Emergentes, vt vocantur, anni & vsuales desinentes & finientes non secù adamussim consentiunt. At vt initiò exiguam videantur inferre differentiam, progressu sanè maximam, maximoperéque notabilem efficiunt. Emergentes appellantur, qui à quouis rei euentu quouis anni vsualis tempore emergunt, & incipiunt, & vertentibus 12. mensibus solatibus finem habent, atque ità iterum in sua vestigia redeunt, vt solet fieri in Regum, & Impp. initiis. Iam quantùm in numerando id afferat discrepantiæ, in vno Iulij Cæsaris quinquennio libet ostendere. Eius Imperij primus annis tantum 6. menses, & aliquot dies antè Calendas Iulias complectitur, circà quas Pompeium ad Pharsaliam vicit & solus imperare cœpit. Quintus 2. duntaxàt menses comprehendit & dies 15. Vt qui 15. Martij a coniuratis interfectus fit. In illius igitur quinquennio menses fere 16. desiderantur, ac proinde veteres recte eius Imperium annis 3 mensibus 8. definierunt. Quapropter cùm hoc discrimen fit maximi momenti, & multùm temporis absorbeat, præsertim si per sæculorum spatia sæpius repetatur, nunquam probaui, &c. Hæc ibi. Post quæ refutat quosdam sectarios de suis somniis sibi gratulantes.

* Rursùs Lib. 2. tit. de Chronolog. profan. scrupul. pag. 347. med. Sunt alij apud istos nodi, siue, vt vocant, scrupuli, è setiè 4. Monarchiarum exorientes, deindè ex Olympiadibus, denique ex Æra Nabunazaris Ptolomæani. Itaque ne ex istorum quidem vllo confici rectè potest Chronicon. Nam de ijs incertius adhuc iudicium est & ferè in radice peccat, quoniam illorum anni fere sunt fracti, incompleti, & mutili. Etiam illi Olympiadum, &c. pag. 348. Præterea, quod omnibus commune est, tanta difficultate inter se anni ex istis Æris deducti coëunt, vt ... regulas à Funccio, & aliquot aliis, confingi necesse fuerit. & ne sic quidem c... eunt. De quibus nihil aliud dicam, quàm quòd tantà facilitate reiciuntur, quantà istis in inanem phantasiam venerunt. Nam perpetuò primus scrupulus hærebit in inconstanti supputatione. Secundus in non minùs dsputabili Olympiadum ratione. Reliqui in cæterorum populorum Epochis & Æris, non satis certis & constanter fixis. Hæc ille. Qui etiam ea confirmat ab annis Consulum incertis, & præcipue ab annis Consulatus Bruti: ab annis Imperij Iulij Cæsaris: & quod etiam habet præfat. lib. 1. pag. 3. fin. a Fastis sæpè correctis & immutatis. Deniquè, præfat. lib. 1. pag. 3. versùs fin. Romani certum quidem tempus ab Vrbe sua figunt, Regum, Consulum, Tribunorum, Principum, surrúmque illustrium: at quando ab eis quæritur quota tunc ageretur Olympias, quis tùm in Græcia floreret, quis in Sicilia sibi finitima, quis in Perside, Ægypto, reliquis orbis partibus clarescèret, obmutescunt, secum disputant & sub annum 500. qui 200. annis ortum Domini duntaxat antecessit, vix conueniunt.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. ex lib. 2. tit. de Chronolog. profan. ſcrup. pag. 346. ſub init. quod etiam habet eôdem lib. 2. in Nabuchodonoſor, ſeu pag. 187. Cicero in Bruto tradit magnam in annis ab V. C. numerandis ac digerendis, inter antiquos Scriptores diſſentionem fuiſſe. & pag. 347. propè finem. Liuius lib. 2. ab V. C. conqueritur tantos errores tempora implicare, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, vt nec qui Conſules ſecundùm quoſdam fuerint, nec quid quôque annô actum ſit in tanta vetuſtate, non modò rerum, verumetiam authorum dirigere poſſit. & rurſùm pag. 346. poſt init. Sigonius pag. 20. ſuorum Faſtorum ſcribit, variam & inconſtantem apud omnes eſſe annorum rationem vſque ad 500. fermè annum V. C. ſcilicet, quia caruit ſcriptoribus, vt ſuprà dictum eſt. Porrò

CAVSAS huius rei reddit pag. 346. ſub init. Omnis, inquit, huius controuerſiæ causâ inde oriri putat Sigonius ſuprà, quòd quos alij Conſules, & ſine Conſulibus dictatores, ſæpè interſerunt, eos alij omninò prætereunt. Subdit aliam. Ego etiam, inquit, (cauſam reddo) quia antè 505. annum multa illic irrepſerunt fabuloſa & ficta, dùm poſteriores, noui præſertim homines, quâdam ambitione, ſuam progeniem ad fictos antiquos Conſules & Magiſtratus referre ſtuduerunt, quemadmodum Meſſala Augusti ad Iulum Æneæ. Hactenùs Genebrardus.

TEMPORARIVS lib. 3. à pag. 198. tit. Olympias, Roma, Romulus. Antè Perſarum, inquit, imperium, hiſtoria profana, tempora neque diſcernere, neque certò definire poteſt. Memorat quidem Argonautas, Pelopidas, Heraclidas. Profert bellum Troianum. De Nino, Semiramide, & Aſſyriis, quædam effundit. Nonnulla etiam de Medis. Sed craſſis tenebris omnia circumfuſa & obducta. A Cyro & Dario lux quædam fulgere tantùm incipit. Ideóque temporum Epochæ, quæ Cyri ætatem antecedunt, valdè incertæ ſunt, nimirùm euerſionis Troiæ, Agonis Olympici, Romæ conditæ. Sunt enim ab hiſtoricis ex coniecturâ poſitæ, quò haberent vndè ſeriem temporum deducerent. Hinc in annis vrbis Romæ recenſendis & digerendis, magna inter antiquos ſcriptores orta diſſenſio, & inconſtantia, &c. Annorum hæc variatio manifeſtè arguit Romæ ortum planè incertum. Denique, abindè fuse contendit, nullum Romulum vnquam extitiſſe; confirmátque tùm pluribus argumentis, tum Plutarchi authoritate ſcribentis Romuli hiſtoriam Scenici figmenti ſimilem eſſe. Inficiamur, inquit, Romulum vnquàm in rerum natura extitiſſe, vllâſue Solis defectiones, & in eius conceptu, exceſſúque, & in Romæ conditu apparuiſſe. Non enim dubitamus, quin omnes hoc nobis facilè concedant, mortalium nullum, poſt protoplaſten, in terris extitiſſe, ſine patre, ſine matre, ſine educatione, & qui vitâ functus tandem non obierit. Edant Romani authoris ſui patrem. Alij Martem Deûm dicent. Alij ſpectrum putidum & infandum. Edant matrem. Hic Rheam, ille Syluiam, alius Iliam Veſtalem pronuntiabit. Si quæras nutrices? Belluas proferent, lupam, & auem picum; Quæris quônam mortis genere perierit? vbi ſepultus rex iaceat? Reſpondebunt, raptum fuiſſe in cœlum, & in Deum Quirinum transformatum. Vndè hæc apotheoſis (id eſt, in Deum relatio) cognita? Quia nuſquàm comparuit. Quæ huius vxor? qui liberi? Vixit cœlebs, virginum, matronarúmque raptor. Et quis ſanæ mentis iſta de Romulo figmenta inter aniles fabulas non poſuerit? Illud in ambiguo eſſe non debet, poëtas vaniloquos, cùm vrbis neſcirent originem, à Roma Romulum confixiſſe: vt ferè fit, vbi in tenebris latent vrbium conditores. Atqui vt vrbis ortus mirabilior eſſet, & conditoris fabula plauſibilior, Dei filium fecerunt, Veſtali virgine natum, infantem expoſitum à feris educatum, fratricidam, raptorem, bellatorem, poſtremò nuſquàm viſum, ſed in cœlos ſublatum, deúmque factum. Veriſſimum eſt hoc Pindaricum μέλος. Καὶ θαύματα πολλά, ἢ πού τι ἢ βροτῶν φρένα δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι. Igitur hiſtorici minùs ſagaces, commenta illa verè tragica ſecuti ſunt; quia non habuerunt imperij Romani principium illuſtrius. Plutarchus Romuli hiſtoriam ſcenici figmenti ſimilem eſſe ſcribit, ſed eam à Diocle Peparethio, homine Græco primùm ſcriptam, ſecutum Fabium pictorem. Hactenùs Temporatius.

Ego quidem non difficulter crediderim Romulum verè extitiſſe. Et licet fabuloſa permulta referantur de illo: nihilominùs ea fundamentum aliquod in re habuiſſe. Nam, v. gr. quòd dictus fuerit natus ex aliquo deo, nihil inſolitum eſt apud antiquos, qui ſæpiſſimè his fictionibus operiebant raptus, adulteria, &c. quod etiam in Alexandro Magno factum teſtantur, quicumque de illo ſcribunt: quamuis quâdam etiam aliâ ſimùl ratione. Item, quòd Romulus dictus fuerit expoſitus feris, nihil inſolitum habet. Solent enim ex fornicatione ſuſcepti ſic exponi. Quòd dictus fuerit nutritus à lu-

pa, potest intelligi de quadam fœmina, vel sic propriô nomine, vel sic ideò nominata, quod aliquandò corpus suum prostituisset, seu lupanaris, vel inhonesti peccati magistra quædam esset. Hoc expressè tradit Dionys. Halicarnas. lib. 1. Roman. Antiq. versùs fin. dicens, *Quæ autem infantes* (Romulum & Remum) *aluit, & mammas præbuit, non lupam fuisse ferunt, sed (vt verisimile est) vxorem Faustuli nomine Laurentiam, cui ob prostitutam quondam corporis formam, incolæ Palatini montis lupæ cognomen imposuerunt: hoc autem nomen & Græcum & priscum est, & imponebatur illis quæ vulgatò corpore quæstum faciebant.* Hoc etiam aduertit S. Augustinus 18. Ciuit. 21. dicens; *meretrices lupas vocabant, vndè etiam nunc turpia loca earum, lupanaria nuncupatur.* Fortè sic vocata fuit, propterea quòd aliquà ratione crudelis extitisset. Fortè etiam sic vocata fuit casu, qualiter narrat Herodotus lib. 1. post med. vxorem illam Bubulci, quæ Cyrum nutrierat, nomen habuisse canis, vndè prodierit fabula, Cyrum fuisse nutritum à cane. Nonnulla similia de Romulo dicta, possunt sic exponi. Cætera quæ fictionem prorsùs redolent, non minùs hac in re veritatem aliquam excludunt, quàm in tot aliis, de quibus constat innumera similia per poëtas aut alios fuisse conficta. Vide reliqua apud Temporarium: ex quibus saltem habebitur, quòd si initia Côditæ Vrbis, vel conditoris vrbis, sint adeò incerta, quantò magis eius Epocha?

Gordonus num. 20. fin seu pag. 211. init. hæc habet. Et mansit quidem annus vrbis conditæ apud ipsos Romanos valde obscurus, vsque ad Catonis, & Marci Terentij Varronis, ætatem, qui primi huic chronologiæ lucem dederunt aliquã, & præsertim Varro, vt Cicero in Atticis, alias ad Atticũ obseruauit, cùm antea Romani signarent tempora consulibus tantum, nulla factâ mentione annorum vrbis. Hæc ibi. Porro Catonem gessisse consulatum annò vrbis conditæ 635. & floruisse 637. Varronem autem natum annò 637. & obijsse annò Augusti 15. fere nonagenarium, iuxta Eusebium, idem Gordonus docet inferiùs. Vnde, cùm ex Floro & aliis, anni omnes V.C. sint 700. aut ferè annorum; quis credat Varroni & Catoni florentibus tot retro sæculi perspecta fuisse V. C. initia & progressus? Hinc idem Gordonus num 21. fin. ita subdit. Omitto non minorem esse dissensionem de calculo annorum sequentium a C. V. Et num. 22. Vt tamen videas pro nulla sententia stare Logicorum ἀπόδειξιν (id est, demonstrationem) vllam. Deinde, cap [illegible] num. 10. ut Annorum orbis cum aliis chronologus comparatio: Varia sunt,

A inquit, quæ faciunt ne possint anni orbis accuratè præcisèque componi cum aliis chronologiis, Græcâ, Romanâ, & similibus. Nam valdè diuersum ab annis communibus habent Olympiades initium. Vide & tom. 2. præfat. Ad Lectorem, à num. 2. seu pag. 2.

Non omittenda nobis videntur hæc argumenta. Æra V. C. solet demonstrari per Olympiadas. Sic enim Peretius in Dan. lib. 11. quæst. 2. seu à pag. 665. fin. Atqui ostensum est ipsammet chronolo-
B giam per Olympiades, esse incertissimam.

Item, Æra V. C. solet demonstrari per annos à Troja destructa vsque ad Olympiadas. Atqui tempus Trojæ destructæ, planè incertum est. Patet vel ex hoc solo, quod quidam faciunt tempus à Troja destructa, ad initium Olympiadum annorum 400. Quidam 405. (vt Eusebius in chronog. Scaliger lib. 5. Emend. cap. de Ilij excidio, seu pag. 206 ex Ephoro, & Serarius in libros Reg. pag 318.) Alij 406. (vt idem Eusebius, quem tamen Scaliger exponit de incœ-
C ptis:) & alij apud eundem Scaligerum innominati. Alij 407. (vt Diodorus Siculus). Alij 408. (sic notat Dionysium Halicarnassæum Scaliger, sed fallitur). Alij 411. Alij 414. (vt Orosius lib. 2. cap. 4.) Alij 415. Alij 430. Alij 432. (vt Dionys. Halic. lib. 1. inter init. & med. & lib. 2. sub init. &c. & Glareanus in chronologia in eum pag. 15. init.) Alij 437. (vt Velleius Paterculus lib. 1. Historiæ Romanæ longiùs post init.). Alij denique 458. Sed & nonnullos à reliquis differre plus 1[illegible]. annis, notat Scaliger eôdem locò. Denique tot capita tot fere sen-
D tentiæ. De quibus vide Temporarium lib. 3. pag. 238. sub tit. Tempora Græcorum, Peretium pag. 666. & Gordonum annô 2820. & cap. 18. in Appendice, in tabula Eratosthenis, & cap. 8. num. 10. Quid? quòd Peretius ibidem, Trojam ipsam conditam, adeóque destructam, potius demonstrat ab Olympiadibus, & annis Vrbis Conditæ, quam econuerso: Quomodò ergò vrbs ipsa condita poterit rectè demonstrari à Troja euersa? Sed & Salmerius præf. pag. a. vers. med. hæc ait. Vt merito dubitarint aliqui, an vnquam fuerit Troia.

Troiæ destructæ tẽpus incertum.

E Item, Æra V. C. solet affirmari constare annis circiter 700. reliqui dant plùs, iuxtà quod faciunt annos, vel à solutâ captiuitate ad Christum 5[illegible]7. aut etiam 560. vel initium Olympiadum antè solutam captiuitatem annorum 55. Sic enim ab initio Olympiadũ ad Christum facere coguntur vel 757. vel 780. Ab his deme 24 aut 25. quibus vrbs côdita posterior est initiis Olympiadũ

erunt anni V. C. ad Christum circiter 732. vel 755. Atqui ostendimus argumentô etiam insolubili, à 15. annis post solutam captiuitatem ad Christum Dominum passum, non esse annos plùs 490. & ad eum natum annos tantùm 473. His 473. adde 70 captiuitatis, sunt 543. His adde 145. vel 144. qui reperiuntur retrogradâ numeratione vsque ad octauum vel nonum Achaz, cui diximus assignandum annum V. C. seu anno 24. post primum aut secundum Ioatham, cui diximus assignandum primum Olympiadum, erunt anni ab V. C. ad Christum tantummodò 688. aut circiter, qui sunt 12. aut circiter minùs 700.

Dionys. Halicar. SED instar omnium authoritatum & argumentorum, audiatur vnus Dionysius Halicarnassæus Romanorum antiquitatum diligens perquisitor. Is lib. 1. inter med. & fin. hæc ait. *Quoniam autem inter Scriptores magna est dubitatio tàm de ipso tempore quo vrbs condita fuit, quàm de ipsis vrbis conditoribus, ne ego quidem rem istam, vt omnium confessione confirmatam, obiter, & paucis declarandam censui. Nam Cephalon Gergithius, Scriptor antiquissimus, annò secundo post bellum Trojanum (id est Trojanum) ait vrbem fuisse conditam ab illis qui cum Ænea ab Ilio incolumes profugerant: eiusque conditorem fuisse affirmant Romum, coloniæ ducem. Hunc autem fuisse vnum ex Æneæ filiis. Æneam enim quatuor filios habuisse, Ascanium, Euryleontem, Romulum, & Romum. Domagoras etiam & Agathyllus, & multi alij idem tempus, & eundem coloniæ ducem fuisse testantur. Sed ille qui recenset nomina muliebrum quæ Argis sacerdotium exercuerunt, & quæ scriptis mandauit, quicquid vniuscuiusque sacerdotis tempore gestum est, ait Æneam ex Molossorum agro in Italiam cum Vlysse venisse, & vrbis conditorem fuisse: eam autem nominasse Romam de nomine cuiusdam mulieris Iliensis*, &c. *Eique assentitur Damastes Sigensis, & alij quidam.* Et post allatos plurimos alios Græcos diuersos adhuc, & abinuicem dissentientes, vt Aristotelem Philosophum, Calliam qui res ab Agatocle gestas scripsit, Xenagoram historicum, Dionysium Chalcidensem, aliosque nominibus tacitis, hæc subdit. *Quamuis autem, & multos alios Græcos scriptores afferre possim, qui varios vrbis conditores fuisse tradunt, tamen ne videar esse verbosior, ad Romanos scriptores redibo. Veruntamen apud Romanos nullus extat antiquus historicus, aut fabularum scriptor: sed eorum vnusquisque suum opus conscripsit, e lectum ex fabulis, quæ in sacratis tabulis seruantur. Horum verò quidam Romulum & Remum, Romæ conditores Æneæ filios fuisse dicunt: alij, Æneæ ex filia nepotes, sed quo patre natinon etiam apertè declarant, &c. Alij vero dicunt, Ænea defuncto Ascanium ex asse regni hæredem relictum, postquam adeptus*

A *est, cum fratribus Romulo & Remo [illegible] quam opes Latinorum in [illegible] diuisisse, & Ipsum deinde Albam, & alia quædam oppida condidisse: Remum verò Capuam, a proauo Capy denominatam, sed Anchisam ab auo Anchise: & Æneam, quæ postea dicta fuit Ianiculum, a patre suo denominatam ædificasse: sed Romam de suo nomine dictam condidisse. Hanc autem aliquandiu desertam mansisse: sed quùm posteà altera colonia venisset, quam Albani Romulo Romoque duce eo miserant, pristinam formam recepisse. Vnde colligitur, Romam bis fuisse condi-*

B *tam: semel quidem, paulò post bellum Trojanum: iterum verò decimaquinta ætate post priorem vrbem conditam. Quod si quis longius spectare, & res remotiores considerare velit, & tertia quædam Roma his antiquior inuenitur, quæ condita fuit antequàm Æneas & Trojani in Italiam venirent. Hoc autem nec vulgaris aliquis, nec recens [illegible] memoriæ prodidit, sed Antiochus Syracusanus, cuius & antè mentionem feci* &c. *Postremam vero eius ædificationem, siue conditionem, siue [illegible] omine eam appellare velit, Timæus Siculus (nescio quam regu-*

C *lam secutus) ait in idem tempus, quo Carthago condebatur, in annum videlicet 38. antè 1. O. mpiadem. At Lucius Cincius vir ordinis Senatorij, in quartum [illegible] Olympiadis annum incidere dicit. Porcius autem Cato nullam Græcam temporum rationem declarat: & quùm, si quis alius, in antiquitate [illegible] Scriptu [illegible] acturatus fuerit, [illegible] Romam conditam 432. annis post bellum Trojanum. H[illegible] verò tempus [illegible] Fast[illegible] Chron[illegible] [illegible] sum [illegible] Romam [illegible] quomodo [illegible] putandi ratio-*

D *ne [illegible] ad Romanam [illegible] declaraui mus. Non [illegible] Megalopolitanus, hoc [illegible] Romam [illegible]. Neque [illegible] tabul[illegible], [illegible] non [illegible] sed rationes, quas in [illegible] iudicio perpende [illegible].* Hæc ille. Cuius ex [illegible] quis [illegible] quanta sit in huiusmodi [illegible].

E [illegible] etiam hic proponi [illegible] huius Periodi ad annos Consulum Romanorum comparatis [illegible] quæstiones, an Chronologia per Fastos Consulares sit certa. [illegible] apud omnes, eam esse [illegible] adhuc [illegible] incertam, vt merito credamus [illegible] illas esse [illegible] Videri possunt Genebrardus [illegible] lib. 1. pag. [illegible] fin. & lib. 2 fin. & de Chronologus profan[illegible] præsertim pag. 347. Gordonus pag. [illegible] (vbi hæc in [illegible]) Habes deinceps Lector quasi

Centuriũ Romanorũ chronologia non certa.

nouam Consulum seriem, &c. & cap. 15. ad Period. 7. num. 14. seu pag. 236. & tom. 2. præfat. ad lect. & pag. 2. atque alij suis locis. Omnium instar Maffæus, præfat. lib. 8. versus fin. dicens: Alij Romanorum Consulum multitudinem proferunt, quasi viam infallibilem veritatis. Cùm hodie nihil incertius sit, quàm per solos Consules computare: quod partim supprimatur ab historicis, partim diuersò, & locò, & ordine collocentur, vt si cuilibet vni consentire volueris, necesse habeas ab altero dissentire. Sic ille. A Qui abinde varia profert exempla, quæ poterit qui voluerit inspicere. Proferri possent quæ de Diodoro habet Posseuinus Biblioth. select. lib. 16. cap. 14. Porrò Diodorus, inquit, licet vniuersalem Historiam temporibus, & annis distinxit, duo tamen obstant, quæ non integram chronologiæ rationem suppeditent, &c. Alterum, quòd modo ἀρχόντων, hoc est, Archontum, modo Consulum, interdùm vtrorúmque simul nomina secùs apud eum, quàm apud alios inscripta inueniuntur.

## IX. DIFFICVLTAS. DE ANNIS HVIVS Periodi, ad Annos Nabonassar: Ex consequenti, sed obiter, ad Annos per Eclypses collectos, vel colligendos, comparatis.

§. III.

PROPONITVR hæc difficultas, propter Æram Nabonassar, alias vatiis dicti Nabolassar, Nabolasar, Nabopolassar, & Nabuchodonosor, à Ptolomæo traditam in opere cui titulus Almagestum: quam æram communiter censent Chronographi celeberrimam. Antequàm autem proponantur quæ res ad hanc difficultatem pertinentes, afferenda sunt in speciali nonnulla, quæ de Nabonassar tradit Ptolomæus, quo[illegible] aliquo modo quæstionem illorum [illegible] lutiones, aut saltem in[illegible] [illegible]. Itaque

Ptolomæus Alexandrinus, Geographus, Astronomus [illegible] facile princeps, qui floruit temporibus Imperatoris Adriani, in opere cui titulus Almagestum, quod [illegible] exponitur, Magna constructio, [illegible] solet ab omnibus pene authoribus, [illegible] lib. 3. cap. 8. se repetere per astronomicas obseruationes ad vsque [illegible] tempora seruata [illegible] anno [illegible] Nabonassar, vsque ad mortem Alexandri Magni annos 424.

Item, vt lib. 4. cap. 8. & [illegible] ab [illegible] primo regni Nabonassar [illegible] secundi [illegible] [illegible] [illegible] Mar[illegible] [illegible]

Item, vt eodem lib. 4. [illegible] exordio anni secundi [illegible] ad annum vigesimum Darij [illegible] Cambysi successit, annos fere 21[illegible].

Item [illegible] a primo Nabonassar [illegible] Da[illegible] [illegible] 4[illegible] C & ad trigesimum eiusdem Darij, annos 257.

Item, lib. 10. cap. 4. colligat à primo Nabonassar, ad decimumtertium regni Philadelphi, annos 476. Ità videre est apud Genebrardum lib. 4. pag. 132. Bucholcherum in Isag. Tornellum an 3306. num. 1. & 2. & alios quamplurimos.

Nos quidem in quorum manus nunquam peruenire potuit opus illud, nisi prout titulus sic habet: *Almagestum Cl. Ptolomei Pheludiensis Alexandrini, Astronomorum principis, opus ingens ac nobile omnes cælorum motus continens, &c. Ductu Petri Liechtenstein Coloniensis Germani anno virginei partus 1535. die 10. Ia. Venetijs, ex officina eiusdem literaria,* D (impress. in fol.) necnon in cuius præfatione ad Lectorem, monetur ipsum fuisse ex corruptis antiquis exemplaribus limatum: denique cui similes antiquas translationes (nec enim Græcè reperitur) commemorat Scaliger. lib. 5. de Emend. temp. cap. de primo Thoth Nabonassari, pag. 215. nimirùm, illam quam Serarius in libros Reg. pag. 155. [illegible] factam, Maimonis Arabum regis iussu, annò Domini 827. qui voluerit plures nosse, videat Posseuinum Bibli. th. select. lib. 1[illegible] cap. 19.) Reperimus, imprimis, E opus ipsum totum vocari Librum, & diuisiones eius non tradi per libros, & per capita, sed per dictiones, & per capita, siue capitula. Deindè verò in eiusmodi opere, [illegible] Nabonassar vocant authores communiter, vbique vocari Nabuchodonosor: quanter etiam nominari notant Scaliger & Serarius ab Albategnio, Alphonso, & verè illa Translatione iussu Maimonis factam, consequenter æram eius tradi, sub nomine

mine Nabuchodonosor. Item, eum quem vocant Mardokempadum, vocari Mardochæum: quem Cambysem, Chamersim, vel Chamersem: quem Darium Hysdaspem, Darium primum? quem Philadelphum, Phelédicos. Porrò ex opere illo videntur hæc nobis inter alia referenda.

Dict. 3. cap. 8. init. seu fol. 33. pag. 2. *Et incipiam in hoc à principio regni Nabuchodonosor, cum motibus mediis, quos iam demonstrauimus. Plurimum namque quod ad nos peruenit, ex considerationibus memoriæ commendatis antiquis, non est nisi ab hoc tempore.*

Eòdem cap. 8. §. *Et post declarationem*, seu fol. seq. pag. 1. *Et aggregantur ex annis qui fuerunt à principio regni Nabuchodonosor, vsque ad mortem Alexandri* 424. *anni Aegypty: & à morte Alexandri vsque ad principium regni Augusti* 294. *anni. Et à principio anni primi annorum regni Augusti Aegyptiorum*, &c. *vsq; ad* 17. *annorū Adriani*, &c. *Sunt* 161. *ãni: &* 66. *dies*, &c. *Ergo à principio primi annorum Nabuchodonosor Aegyptiorum, &c. aggregantur anni Aegypty* 879. *&* 66. *dies*, &c. nimirùm vsque ad 17. Adriani. Hunc Nabuchodonosor, dicunt in aliis exemplaribus vocari Nabonassar.

Dict. 4. cap. 6. init. seu fol. 40. pag. 2. *Primùm vero accipiemus ex eclypsibus præcedentibus, quæ sunt in nostris manibus*, 3. *eclypses ex scriptis, & memoriæ commendatis, in quibus non fuit dubitatio. Deinde assumemus post hoc etiam* 3. *eclypses ex eclypsibus nostri temporis, quas accepimus secundùm veritatem nostrarum considerationum*, &c. *Incipiemus autem de eclypsibus* 3. *præmissis, quas accepimus ex considerationibus quæ fuerunt in Babylonia. Prima autem eclypsis ex eis, fuit secundùm ea quæ inuenimus scripta, in primo anno Mardochei*, 29. *diebus transactis mensis thoth, qui est vnus ex mensibus Aegyptiis*, &c. *Secunda autem eclypsis, fuit secundùm ea quæ inuenimus scripta, in secundo anno Mardochei, transactis* 18. *diebus mensis Thot* &c. *Tertia eclypsis in illo anno* 2. *qui fuit ex annis Mardochei transactis* 15. *diebus mensis Phanemoth, qui est vnus mensium Aegyptiorum*, &c.

Eòdem cap. 6. §. *Et similiter*, seu fol. 42. pag. 1. fin. *Fuit etiam prima trium eclypsium, quas considerauimus in Alexandria, secundùm quod subtiliùs possibile fuit, in decimoseptimo annorum Adriani*, 20. *diebus mensis Tegni transactis, qui est vnus mensium Aegyptiorum*, &c. *Secunda verò eclypsis, fuit in anno decimonono annorum Adriani, duobus diebus mensis Signach transactis*, &c. *Tertia autem eclypsis, fuit in anno, qui fuit vicesimus annorum Adriani, transacto* 19. *die mensis Formiche, qui est vnus mensium Aegyptiorum*, &c. Hunc Mardochæum dicunt in aliis exemplaribus vocari Mardokempad.

Eàdem Dict. 4. cap. 8. (vitiosè notatô 5.) seu fol. 43. pag. 2. fin. nihil reperimus eorum quæ allegantur ex illo cap. 8. nisi quod in eo fit mentio anni primi Nabuchodonosor.

Cap. autem 9. §. *Primùm quidem*. init. seu fol. 44. pag. 1. hæc inuenimus. *Primùm quidem inquirimus in æquatione cursus Lunæ medy, qui est orbis deuoluentis in orbe declinis*, 2. *Et ipsæ Lunares ex eclypsibus scriptis apud nos, in quibus non fit dubitatio*, &c. *Et fuit prima duarum eclypsium quas accepimus, cuius consideratio fuit in Babylonia, in anno trigesimoprimo annorum Dary primi, tertio die transacto mensis Coë, qui est vnus mensis Aegyptiorum*, &c. *Secunda autem eclypsis consideratio fuit in Alexandria, quæ fuit in quarto annorum Adriani*, 17. *die transacto mensis Machir, qui est vnus mensium Aegyptiorum*, &c. *Et fuit quod aggregatum est ex tempore & loco Lunæ in principio temporis Nabuchodonosor, vsque ad hanc horam* (id est, ad eclypses illas) 256. *anni &* 122. *dies*, &c. *In tẽpore ergò quod fuit inter duas eclypses, aggregabuntur* 615. *anni Aegypty, &* 133. *dies*, &c. *Prima autem harum duarum eclypsium, est eclypsis per quam operati sumus in declaratione diuersitatis, quæ est ea quæ fuit in anno secundo annorum Mardochei*, 18. *diebus transactis mensis Thot, qui est vnus mensium Aegyptiorum*, &c. *Et Eclypsis secunda est, per quam operatus fuit Abrachis, quæ fuit in anno vigesimo annorum Dary, qui fuit post Philippum*, 28. *die transacto mensis Ambaki, qui est vnus mensium Aegyptiorum*, &c Hunc Darium primum vocant Darium Hysdaspem.

Dict. 5. cap. 14. seu fol. 55. pag. 1. *Modi autem inueniendi quod diximus, demonstrabimus scientiam in duabus eclypsibus etiam quas dicam. Fuit vna earum in anno qui fuit quintus annorum Kalesen, qui est annus centesimus vigesimusseptimus annorum Nabuchodonosor*, 27. *die transacto mensis Athus, qui est vnus ex mensibus Aegyptiorum &c. Et fuit tempus aggregatum à primo annorum Nabuchodonosor, vsque ad horam mediæ eclypsis* 126. *anni, &* 86. *dies &c. Et fuit eclypsis secunda in anno septimo annorum Chamersis, qui est annus ducentesimus & vigesimusquintus annorũ Nabuchodonosor*, 17. *diebus mensis Chamertum transactis* &c. *Et fuit tempus aggregatum* 224. *anni Aegypty &* 196. *dies*, &c. Hunc Kalesem dicunt, & notat Funccius lib. 1. ad an. 3217. in aliis exemplaribus vocari Nabopolassar: Chamersem verò dicunt vocari Cambysem, vel certè per nomen illud intelligi.

Dict. 10. cap. 4. §. *Quod autem*, seu fol. 111. pag. 1. fin. *Quod autem accepimus de considerationibus antiquis, est consideratio quam firmauit Thimocharides secundum hunc modum. In anno tertiodecimo annorum Phelediens, in mense nominato apud Aegyptios Mesure, in die* 17.

*eius*, &c. *Et fuit locus huius stellæ in anno primo annorum Antonij, super 8. partes & 4. partis Virginis. Et quia annus in quo fuit hæc consideratio, fuit annus quadringentesimus & septuagesimus sextus annorum Nabuchodonosor: & annus primus annorum Antonij, est annus 884. à tempore Nabuchodonosor*, &c. Hunc Pheledicos dicunt in aliis exemplaribus vocari Philadelphum, vel certè per nomen illud intelligi.

Nabonassar quis. QVÆRITVR I. Quis fuerit NABONASSAR, de quo frequenter volunt fieri mentionem à Ptolomæo in illis operis sui locis?

1 Opinio. Prima opinio est Genebrardi lib. 2. pag. 130. 131. & 132. dicentis, Nabonassar esse, vel SARGON regem Assyriorum, de quo Isa. 20. quique regnauit post Ocrasapem Eusebij: vel PHVL eius successorem, de quo 4. Reg. 15.

2 Opinio. Secunda opinio esse potest, quam indicat Torniellus an. 3306. num. 3. Nabonassar esse TEGLATPHALASAR, successorem Phul in regno Assyriorum, de quo fit mentio 4. Reg. 15. à vers. 29. & 16. à ℣. 7. & 2. Par. 28. à vers. 16. &c.

3. Opinio. Tertia opinio est Astrologorum Platonicorum, apud Serarium in libros Reg. pag. 352. fin. & Scaligerum ibi notatum. Sed & recentiorum omnium ferè chronologorum, vt notant Genebrardus lib. 1. in Ezechia, seu pag. 138. & Torniellus locô citatô: éstque de facto Mercatoris an. 3220. seu pag. 55. col. 1. Funccij in Chronol. an. 3217. seu fol. 58. pag. 1. init. & lib. 1. ad an. 3217. Bucholceri fol. 5. pag. 2. à fin. Gordoni sub Period. 5. tit. Roma Condita, seu pag. 23. post med. & in Appendice ad cap. 17. num. 3. seu pag. 256. & deniquè multorum aliorum, Nabonassar esse SALMANASAR, successorem Teglatphalasar, de quo fit mentio 4. Reg. 17. à vers. 3. 18. à ℣. 9. & Tob. 1. à vers. 2.

4. Opinio. Quarta opinio est Eusebij in Chron. quā etiam indicat Torniellus ibidem, & amplectitur Vignerius in præfat. Biblioth. histor. Nabonassar esse SENNACHERIB, successorem Salmanasar (contrà Scripturam clarissimè, inquit Serarius pag. 332. fin.) de quo fit mentio 4. Reg. 18. à vers. 13. 2. Par. 32. à vers. 1. Eccl. 48. à vers. 20. & Isa. 36. à vers. 1.

5. Opinio Quinta opinio esse potest, quam indicat Torniellus ibidem, Nabonassar esse aliquem ex sequentibus Regibus Assyriorum nempè ASSARADON, de quo 4. Reg. 19. vers. vlt. & Isa. 37. vers. vlt. qui alias videtur SARDANAPALVS Genebrardo pag. 129. & 139. & quicquid sit, Cedrenus Sardanapalum dicit fuisse Nabonassar.

6 Opinio. Sexta opinio est Scaligeri lib. 5. de Emend. temporum cap. de primo Thoth

A Nabonassari, seu à pag. 214. Caluisij in Indice Chronologico, ad an. 3203. Tornielli 3306. num. 4. Serarij pag. 355. & aliorum, Nabonassar esse BALADAN, patrem Merodach, vel aliàs, vt monet Scaliger cap. sequenti, auum Merodach (quod tamen negat Serarius) de quo 4. Reg. 20. vers. 12. & Isa. 39. vers. 1. Quem quidem Baladan vult Scaliger fuisse regem Babylonis: alij autem non regem propriè dictum, sed vel Præfectum, vel precario regem sub Salmanasar, B alias licet genere Babylonicum.

Septima opinio est Temporarij lib. 1. à pag. 67. & lib. 3. pag. 217. Nabonassar esse MERODACH, in Scripturis sacris (Isa. 39. vers. 1.) & hunc Merodach alium esse à Mardokempad, scilicet, eius esse patrem. 7 Opinio

Octaua opinio esse potest, Nabonassar esse NABOLASAR, qui apud Iosephum lib. 1. contrà Apionem, alias Nabuchodonosor, patrem Nabuchodonosor Magni: quibusdam Nabopolassar. 8. Opinio.

C Nona opinio est Alphonsi regis Castellæ, qui vixit an. salutis 1251. ) vel computatorum eius, in suis tabulis, & antè illos antiquorum Arabum, vt monet Scaliger suprà, idem fortè dicturus de authore editionis Ptolomæi à nobis superius allatæ, Nabonassar esse NABVCHODONOSOR Magnum, qui Iudæos duxit in captiuitatem, vrbémque ac templum eorum euertit. Quamuis in dubium vocet Scaliger num in Editionibus eiusmodi per Nabuchodonosor intelligatur ille Magnus, an aliquis ex antecessoribus eius? 9. Opinio.

D DISPVTANT Scaliger, Torniellus, obiter que Serarius, contrà priores opiniones, sed & contrà quascumque alias, quæ Nabonassar faciunt eundem cum aliquo rege Assyriorum, specialiter verò contrà eam quæ Nabonassar dicit fuisse Salmanasar, sicque aliquomodò Probationes 6. Opinio.

Probant suam sententiam, ex eo quòd Nabonassar fuerit rex Chaldæorum, & non Assyriorum. Afferunt autem argumenta plurima.

I. ARGVMENTVM Scaligeri. 1. Arg.
E Petitur ab etymis nominum. Prima pars, inquit Scaliger, nominis Nabo, est regum Chaldææ, non Assyriæ: & vicissim Salman prima nominis Salmanasar, est regum Assyriæ non Chaldææ.

II. ARGVMENTVM Scaligeri. 2 Arg.
Omnes, inquit, rationes Astronomicæ veterum non ex Assyria, sed ex Chaldæa, & quidem eius Metropoli Babylone, petuntur. Quare epochæ temporum non ab Assyrio rege, sed à Chaldæo ordiendæ sunt.

CONFIRMARI potest I. Quia Ptolomæus expressis verbis testatur, se considerationes suas petiisse *ex Babylonia*. Vide 1. Confirm. Arg

lib. seu Dict. 4. cap. 6. fol. 40. pag. 2. & aliis locis notatis suprà, vbi locutus est de *Babylonia*, & de *Dario primo*, quem constat regem fuisse Babylonis.

2. Confirm. CONFIRMAT II. Torniellus, ex verbis ibidem sequentibus, vbi mentionem facit de anno primo Mardochei, aliàs Mardokempadi, &c. Quem suprà num. 2. inquit ille, diximus successisse Nabonassar. Scilicet id colligit Torniellus, quia Ptolomeus cap. 9. posuit à primo Nabuchodonosor, ad initium secundi alterius regis, quem vocant Mardoxempadum, annos circiter 27. & in summa, sicut Nabonassar volunt esse Baladan: ità Mardoxempad volunt esse Merodach, filium & successorem eius, qui aliàs Isaiæ 39. vers. 1. vocatur Merodach, & 4. Reg. 20. vers. 12. Berodach. Sed hoc est

3. Arg. III. ARGVMENTVM Scaligeri. Nabonassaro, inquit, successit Mardokempad, qui in lib. Regum, & apud Isaiam Prophetam dicitur primâ tantùm parte nominis Merodac non Merodac-ken-pad. Is Merodac, Esaiæ dicitur filius Baladan. Itaque Baladan & Nabonassar idem.

Confirm. 3. Arg. CONFIRMAT. Nam nomen regium est Nabonassar: nomen autem quod priuatus habuit, Bel-adan. De quorum nominum impositione librô proximò opportunô locô disputabitur. Pergit Adiiciam & duo alia argumenta *ἀναμφίλεκτα*. Vndè sit

4. Arg. IV. ARGVMENTVM Scaligeri. Nabo-nassar est נְבוֹ-נְאצַּר At Salman-asar שַׁלְמַן-אֶסֶר nulla sanè cognatione alterius partis nominis, quæ latinis & Græcis literis videtur eadem, & errorem horum duorum Regum confundendorum peperit. Alterum, & sit

5. Arg. V. ARGVMENTVM Scaligeri, per modum Obiectionis apud Torniellū, quòd falsò colligunt Salmanasar fuisse regem Babyloniæ ex 4. Reg. 17. vbi scribitur (vers. 24.) regem Assyriæ ex Babylonia colonias in Samariam deduxisse. Nos verò dicimus aliud esse ex Babylonia deducere colonias, aliud ex vrbe Babylone. Nam potuit partem quandam obtinere Babyloniæ Salmanasar, cùm tamen Babylonis rex non esset.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM affert Scaliger, dicens: Sed vnò solidissimò argumentò illa omnia euerti possunt. Merodac, siue Mardokempad, cœpit imperare Babylone, annò Periodi Iulianæ 3993. qui erat sextus annus Ezechiæ regis Iuda, quò tempore capta Samaria a Salmanasare. Ergò secundùm horum sententiam necesse erat hos tres Nabonasar, Salmanasar, & Merodac, vnum eundémque regem fuisse. Vides absurditatem manifestissimam. Hactenùs Scaliger.

7. Arg. VII. ARGVMENTVM, & speciale habet Torniellus contrà Sententiam illam, quæ Nabonassar dicit fuisse Salmanasar, petitum ex annis Olympiadum, comparatis ad annos Nabonassar, & Salmanasar: eò quòd annus primus Nabonassar, inciderit in annum primum Olympiadis octauæ: adeóque Nabonassar regnare cœperit 3. vel 4. annis antè Salmanasar. Et quidem annum primum Nabonassar, incidere in primum Olympiadis octauæ. sic ostendit. Anni 424. quos Ptolomeus colligit à primo Nabonassar, ad obitum Alexandri, faciunt Olympiadas 106. Est autem in confessò apud omnes, Alexandrum obiisse circiter inchoante annô 1. Olymp. 114. (apud omnes, intellige rerum eius scriptores) vt refert Iosephus lib. 1. contrà Appion. quos sequitur Eusebius in Chron. Excipe tamen Eratosthenem, ponentem obitum eius post Olymp. 112. & Eusebium aliàs lib. 8. Demonstr. Euang. annò 4. Olymp. 113.) Ab Olympiade 114. deme 106. restant Olympiades 7. plenæ antè initium regni Nabonassar. Ergò initium regni eius incipit cum Olympiade 8. Annum autem primum Salmanasar, incidere in 4. Olymp. 8. asserit quidem eô locô, & annô 3309. num 1. sed non aliter probat, quàm, quia vult eum incidere in 1. Ezechiæ, seu post 16. Achaz: adeóque sic statuit initium Olympiadum, vt concursus talium annorum reperiatur simul.

Probationes 2. opinionis. DISPVTANT verò contrà hanc Scaligeri suorúmque sequacium opinionem, sicque probant suam, Vignerius in præfat. Biblioth. histor. & alij, quatenus nolunt Scaliger & sui, Salmanasar fuisse regem Babylonis: imprimis ex eo quòd 4. Reg. 17. vers. 24. *Adduxit autem rex Assyriorum de Babylonia, & de Cutha, & de Anah, & de Emath, & de Sepharnaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israël*, &c. Nec recipienda sit solutio Scaligeri contrà textum adeò expressum, spectatò præsertim quòd in Scriptura sacra, per Babyloniam soleat semper intelligi totum Babyloniæ regnum. Deindè, ex eo quòd Baladan non fuerit rex Babylonis, sed solummodò Merodac, filius vel nepos eius; ex 4. Reg. 20. vers. 12. & Isaiæ 39. vers. 1. vbi Baladan non vocatur rex Babylonis, sed tantùm filius eius.

Rationes eius. RATIONES autem, partim Vignerij, partim aliorum, sunt, tùm istæ quæ iam sunt allatæ, tùm maximè quòd reges Assyriorum tunc dominati fuerint Persiæ, Mediæ, Mesopotamiæ, Babyloniæ, Arabiæ, imò & Ægypto, prout videre est

fui us apud eos ex 4. Reg. 17. & 18. ex Herodoto, & aliis testimoniis. Quis verò, inquit Vignerius, crediderit reges Assyriæ subiugasse partem Babyloniæ, & alteram intactam reliquisse: post devictos tot reges ei propinquos, nominatos locis præallatis: vel contra tot alios longè distantes fuisse profectos, & a eo propinquum inimicum a tergo sibi reliquisse?

P.obatio. 7 opinionis. IN PARTICVLARI autem Septima opinio, quæ est Temporarij, Nabonassar facientis Merodach Baladan, Probabilis fit ex 2. capitibus. Nimirùm, quòd B Nabonassar, apud Ptolomæum iuxtà codices antiquos, vocatur Nabuchodonosor: probabiliter autem is sit, de quo mentio fit in libro Iudith. Hic vero probabiliter etiam iuxta Bellarmi. & alios, sit Merodach Baladan. Item, quòd Merodach iste, iuxtà Scripturas fuerit primus qui regnum Babylonis erexerit e ruinis imperij Assyriorum. Sed hòc posito, tanquam sanè maxime probabili: sequetur computationes Ptolomæi non esse certas. De quâ re infrà sub 7. quæstione.

Ad 1 Arg 8. opin. AD I. ARGVMENTVM C contrariæ sententiæ, Respondent Vignerius supra, & Temporarius lib. 1. pag. 66. & lib. 3. cap. cui titulus, Tempora Chaldæorum, seu a pag. 217. Nomina illa non impediτe, quin Salmanasar, aut alius, fuerit rex Chaldæorum, vel, quin Chaldæi æquè nomen illud Nabonassar dederint alicui regi Assyriorum, ac ipsi Baladan. Et certè non incongruè dici posset, nomen Nabonassar, à Babyloniis vel ab Ægyptiis fuisse compositum ex nomine Babylonico & Assyriaco simùl. Nam sicut Nebo, commune est Babyloniis, vt patet in nominibus illis, Nabonassar, Nabolassar, Nabopolassar, Nabuchodonosor: ità vocabulum D Assar, vel Asar proprium est Assyriis. Simile namque videre est in Nabopolassar, quod compositum est ex Nebo, & Natzar, vel Netzar, Chaldaicis, & ex interiecto Phul Assyrio. Negabit quidem Scaliger, lib. 6. Emend. cap. de Regibus Babyloniis &c. seu pag. 276. interiectum illud esse Phul Assyrium, & affirmabit esse Pal Chaldaicum. At hoc non probabit. Quòd autem Natzar, vel Netzar, Chaldaicum, & E Asar vel Assar assyrium, similiaque diuersimodè scribantur in prima sua origine [illegible]. Etenim satis est notum, literas sæpe varias tùm abiici, tùm adiici, tùm demum inuicem commutari, propter modos nationum, etiam vnius eiusdemque pronunciandi, vel scribendi. Quod maximè liquet in linguis Hebraica, Chaldaica, & Syriaca, quamuis abinuicem [illegible]. Sed & possunt innumera præterea dissimilia, v. g. Baltassar, seu Baltasar, tanquam sit compositum ex Bal & Assar: Sarsabsar, tanquàm sit Sassab, & Assar: Regassar tanquàm sit Reg. & Assar: Labassardach, tanquàm sit Lab, Assar, & Adach quæ Chaldæis, vel per Chaldæos constat imposita. Negat hæc quidem Scaliger supra. Sed at [illegible] Lutherus in Chronologia sua.

Ad 2. AD II. Responderi potest, nihil obstare, quin Chaldæi quantumuis Astronomiæ subiecti fuerint Assyriis.

Ad Confirm. AD CONFIRMATIONES. Responderi potest, constare ex locis Rerum & huius ætatis, Merodac fuisse regem Babylonis: ex rel qua vero historia, plurimos abinde fuisse reges Babylonios, vt Nabuchodonosores primum & secundum &c. non autem antè. Vnde potius colligunt authores, Merodac occasionem sumpsisse rebellandi, séque regem absolutum constituendi, quòd Sennacheribo fusus seu potius occisos fuisset totus & tantus exercitus, ipse vero à propriis filiis occisus. Vndè etiam idem Merodach amicitias iniit cum Ezechia, qui pariter rebellauerat ab Assyriis, vt possent mutuò se iuuare contrà successores Sennacherib, si fortè tentarent rursùm ipsos subiugare. Quòd si contendatur obstinatè, Baladan etiam fuisse regem: ad plùs concedi poterit, eum rebellasse circà dierum suorum finem, cui mox filius successerit. Sed hæc non impediunt, quin Epochæ temporum potuerint ab Assyrio rege computari.

Ad 3 4 & 5. AD III. IV. & V. Responsio patet ex dictis. Siquidem nihil obest nomen Chaldaicum fuisse regi Assyriorum impositum, ipsumque manere quoad aliquas literas diuersum. Sed & reges Assyrios fuisse Babyloniis dominatos, patet ex illo loco Regum, & aliis, tùm authoritatibus, tùm rationibus, ab huius Sententiæ authoribus deductis.

Ad 6. AD VI. Respondetur, valiturum quidem illud, supposito quòd Merodac regnauerit annò sextò Ezechiæ, &c. sed non apud eos, qui positiones eiusmodi negauerint. Et quidem reperire est ex 4. Regum 18. & Isaiæ 36. Merodac regnasse circà annum 14. vel potius 16. aut etiam aliquem posteriorem Ezechiæ; sed annò eius sextò, non est reperire, neque in Scaligero probare.

Ad 7. AD VII. Respondetur, ipsum procedere ex positionibus Tornielli singularibus, circà initium Olympiadum, & initium regni Salmanazar. Sed quia de vtroque, & præsertim de primo proùt visum est, quot sunt capita tot sensus: propterea

nihil vrget tale argumentum. Quod autem affertur de Olympiadibus, nihil spectat ad Ptolomæum, qui eis non vtitur; & computatio per illas, ostensa fuit incerta prorsùs.

In hac opinionum diuersitate, quid dicendum? Respondeo, quæstionis huius solutionem pendere ex solutione sequentis: quâ nimirùm requiretur, vbinam præcisè constituenda sit Æra Nabonassaris. Et tamen si dicendum sit aliquid per anticipationem circà opiniones authorum: vtique censemus eos qui Nabonassar faciunt principem aliquem Chaldæorum, cui aliàs fuerit nomen Nabuchodonosor, sentire probabiliùs. Quamuis tandem censeamus quoad fundum quæstionis, totam difficultatem esse prorsùs incertam; quia prorsùs incertum manet, an certa fuerint ea quæ tradidit Ptolomæus; quoniam incerta sunt magis ea, quæ se habuisse testatur à Babylonijs.

Nabonassaris Æra vbinã constituenda

QVÆRITVR II. Vbinam præcisè constituenda sit Æra illa Nabonassaris, quam Ptolomæus tradit, loquendo de anno regiminis alicuius principis?

Huius quæstionis resolutio, varia est apud varios, prout variè computant annos Alexandri, Regum Persarum, Captiuitatis, Regum Iuda, vel etiam Olympiadum. Inde namque circà quæstionem istam sunt similiter quot ferè capita, tot sensus. Et vt nonnullas opiniones afferamus.

1. Opinio. Prima opinio est Caluisij, in Indice Chronologico, ad an. 3203. reponentis annum primum Nabonassar, in anno 11. Ioathan regis Iuda.

2. Opinio. Secunda opinio est Bucholceri, in Indice etiam Chronologico, reponentis eum in annó 1 . Achaz regis Iuda, seu anno 1. Osee vltimi Regis Israel. Verùm ostendimus suô locô, primum illum Osee regis Israel, non concurrere cum duodecimo Achaz.

3. Opinio. Tertia opinio est Funccij, in Chronolog. annó 3217. seu fol. 58. pag. 1. init. Mercatoris, &c. reponentium eum in anno 14. Achaz, seu 3. Osee vltimi regis Israël: qui aliàs est Funccio primus Ezechiæ: quoniam putans Ezechiam regnasse duobus annis cum patre, primum eius concurrere facit cum 14. Achaz.

4. Opinio. Quarta opinio est Serarij in libros Reg. pag. 333. fin. Si ab annis, inquit, Olympiadicis, demas 29. annos, existet annus Nabonassari, &c. Eius enim primus incidit in Olympiadis 8. annum secundum, seu in annum Olympiadicum 30. Achaz 9.

A Permultas alias opiniones reperire est apud authores: at quæ confusè solùm constituunt, quis fuerit Nabonassar, & quibus temporibus regnare cœperit? Certè pauci de illo clarè proferunt: multi perobscurè, & variè: plurimi silent, ac innumeri ferè.

Sed qui varias opiniones voluerit vel colligere, vel conijcere, hoc solùm habet aduertendum, quòd quia Ptolomæus assignat Æram Nabonassaris, annis 424. B antè mortem Alexandri: propterea numerandi sunt illi anni ordine retrogradô, iuxtà numerum annorum quos quilibet in temporibus antecedentibus mortem Alexandri constituerit. Hôc enim habitô, facile fuerit reperire, quemnam in annum incidat, aut incidere debeat illa Nabonassaris Æra. Nam v. g In eorum sententia, qui annos Alexandri regnantis in Monarchia, faciunt 12. quique Monarchiæ Persarum tribuunt 230. & 70. captiuitatis computant à Sedecia, & regni Sedeciæ 11. faciunt completos, & denique reliquorum regum Iuda faciunt omnes similiter completos, cogentur assignare Nabonassaris Æram anno 27. Ezechiæ. Nam 12. Alexandri: 230. Persarum: 70. Captiuitatis. 11. Sedeciæ: 11. Ioakimi: 31. Iosię: 2. Amon: 55. Manassis, & 2. ex 29. Ezechiæ, faciunt 424. Iuxtà hunc modum qui tribuunt Monarchiæ Persarum annos 232. reliquos tamen omnes computant conformiter: cogentur Æram illam assignare anno 1. Manassis. Item, qui D tribuunt Monarchiæ Alexandri 6. tantum annos, reliquos tamen omnes conformiter, scilicet 230. Monarchiæ Persicæ, &c. cogentur Æram illam assignare anno 19. Ezechiæ. Qui denique procedent aliis modis, scilicet annos harum Periodum, aut regiminum, aliter computabunt Æram Nabonassaris aliis etiam modis assignabunt.

Atque ità si quid in hac re nobis esset iuxtà principia posita proferendum, putaremus annum primum Nabonassar esse sic E assignandum, vt quoniam Alexander regnauit 6. annos solum in sua Monarchiâ: Persæ verò 160. tantùm in sua: Captiuitas Babylonica annorum 70. cœperit sub Sedecia: Sedecias regnauerit annos completos 11. Ioakim 11. Iosias 31. Amon 2. Manasses 55. Ezechias 29. Achaz 16. Ioathan 16. qui faciunt 403. quibus, vt perueniatur ad 424. addendi sunt 17. ex posterioribus Osiæ, 17. autem à 52. (vltimis) detracti relinquunt 35. propterea primus annus Nabonassar assignãdus esset anno 35. Osię regis Iuda. Consequenter Nabonassar

dicendus esset vel aliquis Assyriorum rex, vel certè & probabiliùs aliquis Babyloniorum princeps, qui temporibus illis gubernauerit. Neque verò probabile videtur, quod ait Gordonus, aliquem Babyloniæ principem factum fuisse simul Assyriorum regem, destructâ nimirùm Assyriorum Monarchia (vide illum in annis expansis ab anno mundi 3173. seu Osiæ 3. & locis qq. suarum ibidem citatis). Quia Phul, & alij quos abinde numerat fuerunt Assyrij genere, & non Babylonij, vt patet, tùm ex ipsorum nominibus, tùm ex Scripturis sacris vocantibus eos semper Assyriorum, & non Babyloniorum reges: contrà verò non computantibus Babylonios nisi à Merodach filio Baladan. Verùm, quia hæc supponerent dicta Ptolomæi non esse dubia: propterea

QUÆRITUR III. & principaliter, An Chronologia per annos Nabonassar sit certa?

Nabonassaris annorum chronologia, non certa.

HUIC Quæstioni non putamus magnam esse discussionem subiiciendam. Cùm luce pateat clarius, Æram Nabonassari prorsùs incertam esse, idque vel capitibus innumeris. Quorum illud primum & fundamentale sit, nescire penitùs, quinam fuerint illi Babylonij, qui annos Nabonassar tradiderunt; vnde nam etiam annos illos desumpserint; quemnam item Nabonassar illum fecerint; quem Mardochæum, vel Mardokempad, quem Kalesen seu Nabopolassar, quem Chamersem; quem Darium primum, quem Phelediços; denique quam certitudinem traditionibus huiusmodi dederint? Vnde & Genebrardus lib. 1 pag. 138. post med. hæc dicit de Ptolomæo: Apud eum nomina & sæcula regum Babyloniorum & Assyriorum videntur ficta, aut corrupta, vt proinde ex eo nihil certò statui possit, nedùm Chronologia, vt illi faciunt, describi, nisi fortè imaginaria. Videatur Gordonus cap. 50. ad Period. 5. à num. 10. seu a pag. 205. fin. disputans fuse contra Chronologiam eiusmodi [illegible] contra Scaligerum. V[illegible] notata plurima, tandem sic concludit: Atque hóc sic euersò de Epocha Nabonassari fundamentò, vt planè vel falsum, vel ambiguum est, corruit reliqua ædificij Chronologici moles, quam superimposuit passim, & magnô labore Scaliger. Et verò quis non videt longè satius esse annorum rationem sacris [illegible] & multis probatis authoribus consentientem, sequi: quàm vnum Ptolomæum, vel malè fortassis intellectum (si modò ille Nabuchodonosorum Magnum expressit) vel omnia expendentem ex ignoti regis annis ignotis. Mirum enim est apud solum Ptolomæum, ex tot Scriptoribus, Nabonassari reperiri mentionem, vt iam diuinare oporteat, an ipse sit Salmanasar, vel alius? Nam ille quem Censorinus Nabonazarem vocat, & nomen habet diuersum, & æquè ignotum. Hæc Gordonus. Quibus nos adiiciendum putamus, ne plures adhuc authores, quantumuis consentientes, opponendos esse litteris, vel sacris, vel ad sacras proximè collimatis. Vndè cùm annos illius Periodi, saltem pro eorum maxima parte, demonstrauerimus ex Scripturis canonicis, & ex libris Esdræ quamuis equidem non canonicis, attamen omninò conuenienter ad canonicas adaptatis: pro reliquâ verò minima parte, idem præstiterimus ex authoribus magis probatis, vel probandis: licebit nobis concludere, nihil esse, vel reperiri nunc, apud authorem vllum, quod nos debeat à statuta superiùs Chronologiâ dimouere.

DICES. At nonne Demonstrationes Astronomicæ Ptolomæi, totque aliorum habent suas regulas infallibiles, quibus demonstrare est, quot exactè transierint anni, vel etiam dies, ab vnâ eclypsi ad alteram? Quod confirmare est ex tot authoribus iisdeo Methodis nitentibus.

RESPONDETUR. Imprimis, non semper eiusmodi regulas absque errore per Astronomos suos applicari. Vnde Ptolomæus lib. seu Dict. 4. cap. 11. ferè totâ, contendit Abrachum in suis applicationibus errasse. Videbuntur mox innumera similia de reliquis. Deinde verò, esto absque errore vllo fuisse à suis authoribus applicatæ, velut a Ptolomæo; nihilominùs, quis certò tradiderit Ptolomæo, talem, vel tales eclypses, euenisse annô tali præcisè mundi, vel euiusquam principis? cùm in eiusmodi traditionibus mentio nulla fiat annorum mundi; si qua verò mentio fiat alicuius principis, attamen & nomen eius ignotum sit, & anni regiminis ipsius ignoti magis? Vt omittam eclypsium illatum tempus, ne à suis Scriptoribus tanquam oculatim visarum tradi: sed tantùm ex aliorum relationibus, quæ tùm inuicem vtplurimùm dissentiunt, tùm etsi non dissentirent, tamen incertæ vel etiam falsæ remanerent penitùs. Atque ità quam Solis eclypsim tradit Thucydides lib. 2. inter init. & med. sub annum 1. belli Peloponesiaci, Plutarchus in Pericle posteriorem facit annô vnò. Quas item applicarunt alii, falsitatis accusantur ab aliis,

Eclypsium chronologia non certa.

Similes diuersitates habentur apud diuersos authores de quibus mox obiter agetur.

Sed de his & similibus audiatur Gordonus tom 2. præfat. ad Lect. num. 4. seu pag. 3. Suspectus, inquit, mihi semper ca limus illorum est qui toti sunt in cœlestibus characteribus rimandis, vt inde epochas eruant prioribus sæculis ignotas. Fallunt enim authores non raro, inquit huius artis amator ipse Scaliger, cùm defectus luminum, qui nunquàm fuerunt, referunt. Sic inquit (Scaliger) Dio & Seruius in cæde Cæsaris, Aurelius Victor Vulgaris in obitu Neruæ: Zosimus in pugna Theodosij & Eugenij Tyranni: Tarrutius Mathematicus celeberrimus, in conceptu Romuli & Palilibus vrbis aliquando etiam caliginem, solis defectum esse putant. Hæc ille Scaliger monens, ne temere scriptoribus, de syderum defectibus assentiamur, & iis quæ de feriis similibúsque indiciis pronuntiant, prudenter monet vir huius periculi gnarus. Sæpe enim feria ab historicis notata, habet in notatione aut authoris, aut librarij errorem. Sæpè etiam nobis marmora vetera diem & feriam mentiuntur, vt idem author agnoscit. Ac denique, quod molestius est, sæpè nouæ methodi & prolixi operis inuentores isti, implicantur mirificè, non modò tot Epocharum concursu, sed maximè si inuentus character feriæ aut deficientis astri ducendus est per menses Harpaleios, Methonicos, Calippicos: si componendus cum externis Epochis Nabonassari, Neronis, Hegiræ: si cum antiquitate vt defendantur pugnandum, &c. Quare mirum non est, si, quos ex Iosepho Iudæo, Iosephus Scaliger, huius generis characteres ad nouam methodum formandam assumpsit, posthabiti sint ab Eusebio, Hieronymo, & aliis, qui sine his indicibus, veriores vt puto, epochas inuestigarunt, &c. Hæc ibi Gordonus. Audiatur & in apparatu, cap. 5. fin. Meminerint denique (quod nemo debet chronologus ignorare) Mathematicorum tabulas sæpissime esse correctas ab ipsismet Mathematicis, vti tom. 1. cap. 19. num. 25. satis ostendimus ex Methone, & Calippo, Hypparcho, & Ptolomæo. Sicut etiam post à Ptolomæi tabulas emendauit Alphragamus. Alphragami tabulas correxit Alphonsus Castellæ rex: Alphonsi Copernicus: Copernici Thyco Mathematicus, & alij. Hactenus Gordonus. Quem vide locô posterius à se notatô. Iunge, ne recentiores, præsertim nouatores, inuicem aut cum antiquis consentire. Nam v. g. Scaligerum refutant omnes fere post cum Scriptores & maximè Clauius insignis astrologus. Bucholcerum refutat Caluisius (cap. 44.) &c. Scaliger non conuenit cum Buntingo neque vero cum vetustissimo Eratosthene, prout visum est §. 109. Quid, quod idem Scaliger audet rejcere Phlegontem, vetustum illum, tantóque per Eusebium laudatum astronomum, qui, sicut oculis æquè propriis ac S. Dionysius Areopagita, vidit admirabilem Eclypsim in morte Redemptoris factam, ita quô tempore (secundum ætatis suæ computationes) euenerit, scriptô tradidit. Sic enim loquitur Scaliger Lib. 6. Emend. cap. cui titulus, Interuallum à Baptismo ad 5. & ylt. Pascha, seu pag. 263. init. Quare, apud Phlegontem eclypsis solis illa immanis, quæ videtur esse ea, quæ præter consuetudinem Christo moriente in opposito luminarium contigit malè, meô iudiciô, in annum 4. Olympiadis 202. coniecta est, siue est error ipsius Phlegontis, siue Eusebij, quod potiùs credo. Non omittendum, eclypsem illam, quam tot traduot euenisse sub Alexandro, quandò deuicit Darium, dici solummodò fuisse caliginem ab authoribus famosis & inter alios ab ipsomet Scaligero. Sed & cometas, & similes aëreas impressiones, Solem ac Lunam obscurantes, fuisse quandoque pro eclypsibus sumptas. Audiatur denique Salianus tom. 1. cap. 4. Apparat. Schol. 10 num. 17. Argumentatiunculas itaque, non demonstrationes afferunt, qui hisce de rebus demonstrationes pollicentur, & de diebus & horis satis fidenter pronuntiant tanquàm nuper ex deorum concilio, vt ait Tullius 1. de Nat. Deor. aut intermundiis Epicuri descendissent. Sic ibi Salianus.

Vrgebit aliquis, nonnullas eclypses, præsertim Solis, fuisse traditas ab authoribus, qui propriis eas oculis conspexerant. vt ab Herodoto lib. 7. inter init. & med. quando Xerxes mouit è Sardis: à Thucydide Lib. 2. inter init. & med. sub annum belli Peloponesiaci 1. & lib. 4. inter init. & med. sub annum belli 7. à Xenophonte lib. 4. Græc. Hist. longius post init. sub annum belli iuxtà seriem 33.

Respondetur. Imprimis, authores illos non testari, se propriis oculis eclypses illas conspexisse; nec enim ex eo quod tradiderint eas sequitur quòd & illas conspexerint; sicut patet in Herodoto, tradente similem quandam lib. 1. inter init. & med. quæ temporibus non suis, sed Cyaxaris regis Medorum filij Phraor-

tis, nepotis Deiocis, cum Scythis Nomadibus pugnantis; quinimò nec credibile Herodotum eá vidiſſe quam tradit euenisse quandò Xerxes mouit è Sardis, cùm ſi credatur Scaligero, tunc adhuc eſſet puer. Deinde, viderint eas oculis propriis: non tamen omnes huiuſmodi authores aſſignant eas anno præciſo v. g. principis alicuius quô fuerunt viſæ; propter quod litigant adhuc recentiores v. g. quânam Olympiade, vel quônam alicuius Olympiadis annô, venerit illa quam euenisse tradit Herodotus quando Xerxes mouit è Sardis. Nam ſicut prolixiùs aduertebamus ſ. 109. quia iuxtà communiſſimam ſententiam, quam habet Dionyſius Halic. lib. 9. init. Xerxes mouit è Sardis Olympiade 75. (ineunte videlicet) propterea quoque aſſignant communiùs eclypſim illam anno 1. Olympiadis 75. Buntingus autem affirmat eam venire non potuiſſe in annum illum, ſed in annum 4. Olympiadis 74. At Scaliger in neutrum annum, ſed in anteriorem, nimirùm in 3. Olympiadis 74. Prætereà, aſſignaſſent illas omnes alicui præciſo anno cuiuſdam principis, aut alterius notæ, ſicut fecit Thucydides ſupradictas, adhuc hoc ipſum manet dubium, quinam fuerint illi anni mundi. Nam quis poterit certò pronuntiare in quonam anno mundi primus ille ſeptimúſque belli Pelop. venerint? Vt omittam adhuc locum relinqui dubitationi, cùm quas aliqui certis aſſignarunt annis, alii tamen ne volunt aſſignatas fuiſſe fideliter. Nam v. g. quamuis Phlegon aſſignauerit immanem illam eclypſim (in morte Domini factam) anno 4. Olympiadis 202. tamen reiicit aſſignationem illam Scaliger: reiecturus ſimiles, ſi ſuis non quadrarent intentis. Inſuper huc recurrunt difficultates ſupratactæ, circà certitudinem computationum Aſtronomorum. Vnde qui diſtulerit fieri chronologus, quoaduſque veras totius computationis Aſtronomicæ certitudines repererit: ſanè vel vnicus, vel ſerotinus, ni fortè nullus extiterit chronologus. Quod noſtrum eſt, ſufficit hæc retuliſſe: notanter quæ tot támque periti viri de hac incertitudine ſenſerunt atque ſcripſerunt. De cætero namque fatemur, nos in huiuſmodi chronologia nihil quicquam ſcire.

## X. DIFFICVLTAS. DE ANNIS HVius Periodi, ad Annos Alexandri Magni, comparatis.

ſ. 112.

I MACHAB. 1. à verſ. 1. *Et factum eſt, poſtquam percuſſit* ALEXANDER *Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim, Darium regem Perſarum, & Medorum*: verſ. 2. *conſtituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ*, verſ. 3. *& pertranſiit vſque ad fines terræ: & accepit ſpolia multitudinis Gentium: & ſiluit terra in conſpectu eius.* verſ. 4. *Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis. & exaltatum eſt, & eleuatum cor eius*: verſ. 5. *& obtinuit regiones Gentium, & tyrannos & facti ſunt illi in tributum.* verſ. 6. *Et poſt hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur.* verſ. 7. *Et vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute: & diuiſit illis regnum ſuum, cùm adhuc viueret.* verſ. 8. *Et regnauit Alexander*

*12. annis, & mortuus eſt.*

QVÆRITVR I. Quomodò ſint intelligenda verba illa, *Qui primus regnauit in Græcia.* Quæ rurſùm habentur cap. 6. verſ. 2. *Alexander Magnus quomodò primus qui regnauit in Græcia.*

RESPONDET Torniellus an. 3723. num. 1. ſenſum non eſſe, quòd antè Alexandrum nullus alius in Græcia regnauerit, quandoquidem tùm ex Euſebio in Chronico, tum ex aliis grauiſſimis ſcriptoribus, apertiſſimè con-

stat, plures in Græcia, quin etiam spe cialiter in Macedonia, reges extitisse antè Alexandrum; verum quod non solùm fuerit regum Græciæ omnium maximus, sed etiam quia reverà fuit primus, qui occupatò Persarum imperiò instituit maximum illud regnum, quod posteà per antonomasiam regnum Græciæ, seu Græcorum Monarchia, appellatum est.

Exp[illegible] posset, Alexandrum dici pr[illegible] regnasse in Græcia, quia primus regna[illegible] in ea tota etiam antequam fieret Mona[illegible]. Hoc patet e[illegible] eius historia apud Diodorum & alios. Q[illegible] enim Philippus pater eius, dicatur [illegible] Corynthi constitutus Imperator [illegible] Persis; tamen, quia nec tota Græcia fuit ipsi subiecta [illegible] nam & plures subiiciendos habuit [illegible] eum Alexander, vt Thebanos &c. [illegible] deletur paulo post ex S. Hieronymo [illegible] & quia [illegible] occisus fuit à Pausania, [illegible] potest regnasse Imperator in Græcia; Alexander autem contra. qui [illegible] aggre[illegible] non est, quin prius tota [illegible] Græcia. E[illegible] hoc [illegible] magis [illegible] Machabæorum, vbi videtur præintelligi regnum eius in Græcia, ergo ipsius in Monarchia.

QVÆRITVR II. Vndenam anni 12. quibus Alexander Magnus regnasse dicitur, sint incipiendi? Consequenter, quot annis regnauerit in Monarchia?

I. SENTENTIA esse potest, Annos 12. quibus Alexander regnasse dicitur, incipiendos esse a deuicto Dario; consequenter eum regnasse annos 12. in Monarchia.

Ità videri posset alicui sensisse S. Hieronymus in Dan 11. vbi exponens illa verba [illegible] *Surget vir [illegible] fortis & dominabitur pote[illegible]* quod [illegible] vers. [illegible] hæc ait. *Per[illegible] de Magno Alexandro rege [illegible] loquitur [illegible] Philippi filius fuit. [illegible] Thraciæque superatis, [illegible] subuersis, transiuit in Asiam, & [illegible] Dary duci[illegible], vrbem Sardis [illegible] capta Indiâ, & vrbe Alexan[illegible] ambitu & [illegible] habe[illegible] anno[illegible], & duodecimum ageret imperij annum, in Babylone veneno eerit.* Per hęc enim postrema verba, *duodecimum ageret imperij annum*, videri po[illegible], S. Hieronymum computare 12. [illegible] eius annos, à deuicto Dario [illegible] incepta Monarchiâ.

Verùm, S. Hieronymum non esse sensim illum, patet ex aliis eius [illegible] in cap. 7. ad illa verba vers. 6. *Post hæc aspiciebam, & ecce alia (bestia) quasi pardus, & alas habebat quasi*

A *auis*, &c. *Pardus*, inquit, [illegible] *quæ præceps fertur ad sanguinem*, [illegible] *in mortem ruit. Nihil enim Alexandri victoria [illegible] cius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico [illegible] que ad Indicum Oceanum, & Gangem fluuium, non tam prælio quàm victoria præcucurrit, & 6. annis partem Europæ, & omnem [illegible] subiugauit.*

Itaque S. Hieronymus priori loco imperium Alexandri deinceps a tempore, quò simpliciter regnare cœpit. Quia nempè iuxta Diodorum lib. 16. & 17. Iustinum lib. 9. B 10. & 11. Arrianum in vita Alexandri, Plutarchum &c. Alexander mox patre mortuò, videns vndique bella sibi ingruere, primò & secundò annò Barbaros compescuit, victis Illyriis & Triballis ad Danubium, Syrmum Getarum regem capit, & Thebas, propter occisos in eà Macedones, qui præsidiarij erant, solo adæquauit: post quę, vt ait S. Hieronymus in Dan. 8 ver. 20. & 21. *In Persas arma corripuit, & apud Granicum fluuium inito certamine Darij Duces superauit, & ad extremum ip[illegible] percu[illegible].* Propter hæc C ergo S. Hieronymus regnum Alexandri vocat imperium, quasi tunc imperium eius fuerit natum, & abinde sumpserit incrementum.

Ità autem sentiri posse, non reprobat Massæus lib. 7. [illegible] pag. 72. post init. dicens: Quòd autem dicitur annis regnasse 12. variatur opinio, vel ab initio regni eius in Macedonia, vel a morte Darij: sed vtrumlibet dixeris, &c.

II. SENTENTIA. & communior. dicit, Annos 12. quibus Alexander re- D gnasse dicitur, incipiendos esse ab initio regni ipsius in Græcia. Consequenter, eum regnasse tantum annos 6. in Monarchia.

Ità Diodorus lib. 16. vbi tradit in quâ Olympiade regnum obiit: & lib. 17. vbi dicit, eum regnasse annis 12. & mensibus 7. Item, Arrianus init. dicens, eum regnare cœpisse apud Macedones, annos ferè 20. natum, & pag. 336. regnasse 12. annis & mensibus 8. Cùm iunge dici communiter E eum vixisse 32. annos, & menses 8. A 20. ad 32. sunt 12. Idem habetur ex Iustino, Orosio, Q. Curtio, &c. Ità etiam Eusebius in Chronico, & S. Hieronymus locis citatis suprà. Ità denique omnes chronologi. Funccius pag 64. col. 3. Mercator pag. 95. Vignerius tom. 1. a pag. 458. Genebrardus lib. 2. seu pag. 263. Scaliger lib. 6. de Emend. Temp. à pag. 226. Temporarius lib. 1. pag. 75. & lib. 2. à pag. 175. Bucholcerus in Indice, ad an. 3636. Caluisius in Indice à pag. 343.

Alexandri Magni 12. anni, vnde deducendi.

1. Sent.

2 & probabilior Sent. Alex. Mag. 12. anni incipiunt à Græcia, 6 egit in Monarchia.

in. Gordonus in annis expãsis ab an. 3668. seu à pag. 84. Torniellus, ab an. 3718. num. 2. Hos omnes notamus istô locô, quia ferè illos solos allegabimus in sequentibus.

Probat. PROBARI potest Hæc Sẽtentia argumentô peritô ab expositione simpliciori textus. Nam sicut Alexander dicitur regnasse primus in Græcia, & mortuus esse: ità par est annos 12. quibus regnasse dicitur, intelligendos esse de toto tempore, quô A primùm regnauit *in Græcia*, & quô tandem, postquàm regnauit, *mortuus est*.

Porrò, hìc memorandum est, non ità proferri Alexãdrum Magnum regnasse 12. suos annos, quin dici possit eorũ 2. regnasse cum patre. Consequenter neque 6. in Monarchia, quin dici possit regnasse pauciores, nimirùm 4. tantùm, in ea. Sed de his plenius actum fuit §. 108. sub 2. Sent. capit. Modò eius 3. ad 1. Obiectionem, Notabili 3.

## XI. DIFFICVLTAS. DE ANNIS HVIVS PERIODI, ad Annos Ptolomæorum, siue Lagidarum, Regum Ægypti post mortem Alexandri Magni, comparatis.

§. 113.

I MACHAB. 1. à vers. 7. *Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret.* vers. 8. *Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est.* vers. 9. *Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo:* vers. 10. *Et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra.*

HISTORIAM hanc successorum Alexandri variè referunt authores. Nonnulli dicunt, statim Alexandrô mortuô, Duces eius celebrasse conuentum pro diuidendo Imperio: & diuisionem fuisse factam vnô modô ab ipsis, & inter ipsos, ex omnium consensu. Præmittunt alij, commotum fuisse prius inter eos super illa diuisione tumultum: quô sedatô per Perdiccam, tandem euaserit facta diuisio. Diodorus autem dicit, diuisionem illam fuisse factam per Perdiccam, tanquàm inter Macedones primarium, cui proptereà moriens Alexander annulum suum tradiderat. Porrò dicunt sic fuisse diuisum inter illos imperium, vt obtinuerint: Ptolomæus, cognomentô Lagi filius, Ægyptum: Antipater, Macedoniam: Lysimachus, Thraciam, & Pontum: Laomedon, Mytilenem: Cassander, Cariam: Antigonus, Pamphiliam, Lyciam, & Phrygiam maiorem: Leodatus, alteram Phrygiam: Eumenes, Paphlagoniam, Cappadociam, & vicinas regiones nondùm satis subiectas imperio: Philotus, Ciliciam: Seleucus, Sy- B riam: Tlepolemus, Mesopotamiam: Arion, Babylonem: Ostartes, Paropamisadem, quæ est iuxtà montem Taurum: Phyto, Mediam: Leucippus, Persidem: Seberius, Arocosiam, & Gedrosiam: Philippus, Bactriam, & Sogdianam: Porus, & Taxiles, regna Indiarum: Meleager, Lydiam. Alij dicunt, Seleuco obuenisse simùl Syriam, & Babylonem. Notant alij, tumultum il- C lum & ingens dissidium, obuenisse post diuisionem factam, fuisseque sic sedatum, vt conuenerint prouincias manere quidem prædictô modô diuisas: attamen, si Roxanes vxor Alexandri grauida, filium pareret, futurum eum patris successorem in Imperio, ipsósque omnes sub eo quemlibet suæ sortis Duces: Leodatum verò, Craterum, Perdiccam, & Antipatrum, ipsius tutores: denique Cassandrum fuisse simul D factum Magistrum siue Ducem stipatorum regis: & Seleucum Tribunum Castrorum. Vult tamen Diodorus lib. 18. soli Perdiccæ propter eminentem inter Macedones excellentiam, & annulum traditum ab Alexandro, deputatam fuisse tutelam illam. Inferunt alij, dùm diuiderentur prouinciæ, Philippum cognomentô Arideum (quibusdam, vt Vignerio, Andræam) Ale- E xandri fratrem, declaratum fuisse à militibus, Alexandri successorem, & constitutum Macedoniæ regem. Quibus addit Diodorus, Perdiccam militibus satisfactis, fecisse diuisionem. Nihilominùs tandem addunt, hoc ità fuisse præstitum, vt Arideo maneret regnum Macedoniæ, & Antipatro tùm gubernatio regni, tùm Aridei tutela, quæ duo iam obtinuerat. Aliter hæc narrant alij.

Dicunt prætereà mox exorta fuisse duces illos inter, varia bella: quibus, aliis ab aliis deuictis, & occisis, totum imperium ad quatuor præcipuos partim mansit, partim deuenit. nimirum, Ptolomæo mansit Ægyptus: Cassandro euenit post Philippum Arideum Alexandri fratrem Macedonia: Antigono Asia minor: & Seleuco Syria cum Babylonia, siue Asia maior. Quæ omnia colligunt ex Diodoro, Arriano, Q. Curtio, Iustino, Iosepho, Orosio, & aliis, non omnibus per omnia consentientibus. Atque ità tradunt, exponi debere postrema verba loci Machabæorum superius allati, vt non quàmcitò omnes Alexandri duces imposuerint sibi diademata. Itémque locum Danielis 8. vers. 8. *fractum est cornu magnum* (id est, imperium Alexandri) *& orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cæli.* & cap. 11. vers. 4. *Et cum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: sed non in posteros eius, neque secundùm potentiam illius quâ dominatus est. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his.* Quod exponens S. Hieronymus sic ait: *Post Alexandrum, in quatuor ventos cæli, orientem videlicet, & occidentem, meridiem, & septentrionem, regnum illius diuisum est. In Ægypto enim primus regnauit Ptolomæus Lagi filius, id est ad Meridiem. In Macedonia, Philippus, qui & Aridæus frater Alexandri, id est ad occidentem. Syriæ, & Babylonis, & superiorum locorum, Seleucus Nicanor, id est ad orientem. Asiæ, & Ponti, cæterarùmque in ipsâ plagâ prouinciarum, Antigonus, id est ad septentrionem. Hæc secundùm totius orbis plagas dicimus. Cæterùm, qui in Iudæa est, ad aquilonem Syriam, & ad meridiem Ægyptum habet, &c. Exceptis his. Præter regna quatuor, Macedoniæ, Asiæ, Syriæ, Ægypti, etiam in alios obscuriores & minores reges Macedonum regnum laceratum est.* Hæc S. Hieronymus. Itaque fuerunt ex eis 4. præcipua regna, Macedoniæ, Asiæ, Ægypti, & Syriæ.

Alexander Magnus quomodò regnũ suis diuiserit.

QVÆRITVR I. Quomodò intelligenda sint illa verba vers. 7. *Et diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret?*

RABANVS, & cum eo Torniellus an. 3730. num. 5. nonnullíque alij moderni, sic exponunt, *diuisit*, id est, diuidendum reliquit. Est autem, inquit Torniellus, hæc Rabani expositio valdè accommodata ad conciliandam ex hac parte historiam sacram cum ethnica; quæ hanc regni diuisionem, non ab ipso Alexandro, sed post eius mortem, factam tradit: nimirùm à Perdicca primario inter Alexandri amicos ducésque. Nam cum, vt scribit Iustinus in calce lib. 12. Alexander, sextò ægritudinis die præclusâ voce, detractum digito annulum tradiderit Perdiccæ, qui non multò post, vt idem author non procul ab initio lib. proximi refert, prouincias, quæ sub Alexandro fuerant, ducibus ac principibus eius diuisit: videtur quodammodò talis diuisio dici posse virtualiter, &, vt ità dixerim, authoritatiuè facta ab eodem Alexandro, vtpote, qui dum adhuc viueret, prædictô signô aliqualiter per quem facienda esset indicauerat: posteà verò à Perdicca, tanquàm Alexandri ministro, efficienter impleta. Hactenus Torniellus.

VERVM hæc opinio (pace suorum authorum dixerimus) videtur manifestè repugnare textui sacro. Nimis etenim expressa sunt illa verba: *Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnum suum, cum adhuc viueret.* Vbi si quis ità vellet exponere, vocauit pueros suos cum adhuc viueret, & diuisit illis regnum suum, sed diuisit virtualiter: non admitteretur. Siquidem & hoc diceret absque necessitate, & vim inferret textui prout distinctus habetur in Editione Vulgata. Neque verò curandum est, cùm agitur de Scripturâ sacrâ, núm quadret cum ethnica. Sed & vtraque longè faciliùs conciliari potest, si quæ dicenda sit hæc conciliatio: nimirùm, Alexandrum, cùm, sicut ibidem dicitur, *cognouit quia moreretur*, vocauisse suos, veréque ac de facto, sed voce tenus tantùm, illis regnum suum diuisisse: posteà verò, forsanque præclusâ tunc voce, suum annulum Perdiccæ pro diuisione authenticè facienda, tradidisse; quamuis ex Iustino lib. 12. fin. videatur omninò traditio illa annuli facta, vt Perdiccam summum Imperatorem declararet. *Sexto die*, inquit Iustinus, *præclusâ voce detractum annulum Perdiccæ tradidit. Quæ res gliscentem amicorum eius dissensionem sedauit. Nam etsi non voce nuncupatus hæres, iudiciò tamen electus esse videbatur.* Quibus conformia sunt quæ fusiùs tradit Q. Curtius lib. 10.

Addi potest, Alexandrum diuisisse illis regnum, quantùm ad prouincias: non vt eas obtinerent tanquàm Domini, sed vt eas regerent tanquàm præfecti, seruaréntque futuro suo successori Macedonum regi, quicumque tandem is futurus esset. Nam eam quisque regionem obtinuit post Alexandri mortem, cui ab Alexandro præfectus fuerat. Et quamuis ab eo præfecti fuissent regionibus illis longè antè ipsius mortem: tamen potuit iterum eas illis assignare nouô titulô, nimirùm non nunc tanquàm suis proregibus, vel sub se duci-

bus: sed tãquã vice futuri successoris gubernantibus. Quibus nihil obstat, quòd omnes eò mortuo regiones illas vt sibi proprias assumpserint. Huc enim per vsurpationem fecerunt. Quod & innuit Scriptura sacra cùm dicit vers. 9. *Et obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo*: vers. 10. *& imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius*, &c. per hæc significans, non igitur Alexandrum ipsum fecisse illos reges dùm adhuc viueret, seu morti proximus esset.

Obiect. OBIICIVNT Sectatij, nullum authorem profanum scriptò tradidisse, diuisionem illam fuisse factam ab Alexandro viuente. Quin potiùs Q. Curtium lib. 10. formalibus verbis eam negare.

Respons. RESPONDETVR. Omissis cæteris Catholicorum responsionibus: vt, nullum authorem profanum debere Sacro præferri; argumentum à negatiua nihil concludere, &c. Q. Curtium, etiamsi hoc negantem: sed absque ratione; nihilominùs ibidem testari, authores tradidisse hanc fuisse famam: quod sufficit. Nam quamuis eorum libri ad nos vsque non peruenerint: non tamen res minùs est vera; vel Curtius ipse tantæ considerationis, vt debeat authoribus illis antiquioribus, aut famæ per eos traditæ, præualere. Verba Curtij sunt hæc versùs fin. libri, seu pag. 434. post med. (Impress. Lugdun. 1608.) *Credidêre quidam, testamento Alexandri distributas esse prouincias. Sed famam eius rei (quamquàm ab authoribus tradita est) vanam fuisse comperimus.* At enim, ait Pererius lib. 9. in Dan. pag. 496. debuerat Curtius rationes afferre, cur inanem esse eam opinionem arbitraretur. Adde, Curtium in suo opere multa proferre ex aliorum relatione, quæ tamen ipse non probat. Cùm ergò rationem nullam afferat, cur potiùs vnum aliquid probet, quàm reliqua: non est contrà relationem authoris libri Machabæorum audiẽdus. Curtium in eiusmodi rebus deceptum, vide quoad aliqua apud Seranum in lib. Machab. pag. 443. sub init. & deinceps. Sed & ipsemet Curtius lib. 9. med. seu pag. 374. vbi agit de pugnâ illâ suprà modum periculosâ, quam sustinuit Alexander Magnus, intrà mœnia vrbis Oxydracarum præceps factus, hæc ait: *Ptolemæum, qui posteà regnauit, huic pugnæ affuisse author est Olitarchus, & Timagenes. Sed ipse* Ptolemæus) *scilicet gloriæ suæ non refragatus, abfuisse se, missum in expeditionem, memoriæ tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta, vel securitas, vel par huic vitium credulitas, fuit.* Hęc ille. Quis ergò fidem ei, cùm aliquid tradit absque authoritate, vel ratione, habeat: aut authorem antiquis patribus celebrem (vt canonicum aduersus Secta-

A rius nunc taceam) iactatæ per ipsum tanquàm in aera Sententiæ, non antepuuat?

His positis, quia præcipuæ Difficultates ad historiam sacram pertinentes, quoad Alexandri successores, respiciunt Ptolomæos (aliter Lagidas dictos) & Seleucidas: quippe quos inter erant medij Iudæi; proptereà de his solùm aliquid hôc locô tractabimus. Et quia Ptolomæi prius de factò regnarunt, priúsque Iudæis sunt dominati: proptereà de illis agemus sub hoc §. de Seleucidis autem sub sequenti. Itaque

B QVÆRITVR II. Quot, quinam fuerint, & quot annis regnauerint, Ptolomæi? Ptolomæi reges Ægypti.

Equidem in quibusdam regnãribus conueniunt authores, & in quibusdam differunt. Multum verò differunt in annis eorum assignandis. Nos putamus sic eos esse referendos: vt primum personas proponamus, secundùm quod vel de illis conuenit apud omnes, vel conuenire debet probabilius; annos autem eorum iuxtà quòd variè computantur ab authoribus, posteà verò

C secundum quòd de illis nostræ Chronologiæ putati deber commodiùs. Itaque fuit post Alexandrum mortuum

# PTOLOMAEVS, LAGI.

1. Ptolomæus Lagi. I. huius nominis Ptolomæi. I. Rex, seu primò regnans in Ægypto post mortẽ Alexãdri Magni. Cognominat' Lagi, id est, Lagi filius, non quòd esset proprius Lagi filius: sed quòd Lago fuerat, post matrimonium, ex Arsinoë Meleagri filiâ, quam Philippus pater Alexandri Magni, grauidam à se factam, matrimoniò iunxerat ei, natus. Vocatus etiam *Soter* à Rhodiis

D apud Appianum lib. de Bellis Syriacis, Athen. lib. 4. Pausan. & alios: propter auxilium, putat Vignerius pag. 365. eis præstitum contrà Demetrium.

REGNAVIT, iuxtà Tertullianum lib. aduersùs Iudæos, *annos* 35. Iuxtà Eusebium in Chronico (pag. 34.) Clemẽtem Alex. 1. Strom. & S. Hieronymum, *annos* 40. Quibus consentiunt Galatinus, & reliqui ferè omnes. Ex quo etiam patet, nonnullos falsò dicere, Eusebium tribuere illi tantum Quot annos regnauerit.

E 39. nisi fortè 40. quos legerunt apud eum, intelligant tantum inceptos, sicque reducxerint eos ad 39. completos.

Iustinus lib. 16. dicit, eum antè infirmitatem quâ functus est vitâ, filio publicè regnum tradidisse, vt sic annum ferè integrũ cum filio regnauerit. Hôc modô putant aliqui tribuendos esse illi tantummodò 39. annos, sicque varias sententias posse conciliari. Quod amplectuntur Mercator pag. 97. col. 1. fin. Scaliger lib. 4. Emend. cap. de

anno

Anno cœlesti Dionysiano Ptolomæi Philadelphi, & lib. 5. c. de initio Ptolomæi Philadelphi. Bucholcer. in Indice an. 3648. & nônihil indicat Torniellus an. 3768. num. 1. & 2. Nihilominùs, quia quandóque filiorum anni quibus regnatunt cum patribus, & anni patrum quibus regnarūt cum Filiis, nonminuunt annos eorum chronologicos; quoniam, etiamsi notentur ab authoribus, non tamen vt non omnes quos assignant regibus, computentur; quia etiam Iustinus loquitur solùm de anno ferè integro: proptereà possunt anni 40. qui tribuuntur huic Ptolomæo, censeri non tantùm incœpti, sed etiam completi.

Funccius autem pag. 77. col. 2. & lib. 5. ad ann. 3679. dicit, eum regnasse 2. annos cum filio (quod etiam ait Bucholcerus an. 3688. ex Luciano & aliis) proindéque seorsim tantum 38. Funccium sequitur Vignerius à pag. 466. ad pag. 493. scilicet, in notis annorum regum Ægypti: vbi postquàm priori locô notauit annum primum Ptolomæi 1. seu regum Ægypti statim à morte Alexandri, posteriori locô notat tantummodò 38. post quos incipit annum 1. regis sequentis, nimirum Ptolomæi Philadelphi. Hanc sententiam amplectuntur & recentiores alij. Quod mirum: contendunt omnes hi ferè, sententias suas esse conformes computationibus Ptolomæi Astrologi, lib. 10. Almag. cap. 9. & lib. 11. cap. 3.

## PTOLOMÆVS, PHILADELPHVS.

2. Philadelphus.

2. nominis Ptolomæi. II. Rex, seu secundò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis.

Quot annos regnauerit.

Regnavit, iuxtà Eusebium pag. 35. & S. Epiphanium. lib. de mensuris, *annos* 38. Quibus iungit Gordonus an. 3720. seu pag. 95. init. Iosephum & S. Hieronymum: eósque annos explicat de 38. post patrem. Iosephus tamen lib. 12. Antiq. cap. 2. init. tribuit illi 39. Hos fortè voluit Gordonus Iosephum ab initio regni cum patre desumpsisse: proptereàque voluisse ei soli tribuendos esset tantummodò 38. Non dissimiliter Torniellus ann. 3769. notans Iosephum dicere, Philadelphum regnasse 39. hæc ait: Quos si recensere voluerimus, non à fine, sed à principio prædicti anni 40. (ex quo decesserat Alexander Magnus, siue 40. Ptolomæi 1.) quemadmodùm nos sub anno mundi 3768. num. 1. faciendum esse probauimus, vtrique finis regni Philadelphi, tàm secùndum Iosephum, quàm secundùm alios, in idem tempus incidet, nimirùm in exitu anni 78. ab obitu Alexandri. Et hoc idem amplectuntur reliqui ferè omnes.

Funccius autem pag. 77. hæc habet: Ptolomæus, Philadelphum filium iuniorem regem creat, qui regnauit annis 38. cum patre 2. post eius mortem 36. & lib. 3. ad an. 3679. Quia verò dixi Ptolomæum Philadelphum 2. annis viuô patre regnasse, cogit me Iustinus, & Orosius, qui affirmant eum à patre regem constitutum maximô Ægyptiorum applausu. Deindè, Ptolomæi Astrologi obseruatio quam annô mundi 3691. adiecimus. Sicille.

## PTOLOMAEVS, EVERGETES,

3. Euergetes.

id est, benefactor. 1. huius cognominis. 3. nominis Ptolomæi. III. Rex, seu tertiò regnans in Ægypto post mortē Alexandri Magni. Cognominatus Euergetes, quòd esset beneficus. In speciali verò per Ægyptios, apud S. Hieron. in Dan. 11. à ℣. 7. *Quia post multos annos, deos eorum retulerat*, nimirùm Syriâ captâ. Ex eôdē S. Hieronymo, frater Philadelphi. Ex Iustino, filius eius, & frater Berenices.

Quot annos regnauerit.

Regnavit, iuxtà S. Epiphanium, *annos* 24. Quem sequitur Genebrardus pag. 288. Iuxtà quosdam apud Vignerium pag. 517. post med. *annos* 25. Iuxtà Eusebium pag. 25. *annos* 26. Quem sequuntur Beda & reliqui. Possunt autem 26. intelligi tantùm incœpti apud Eusebium, tùm quia de plurimis sic intelligere est apud eum, prout de quibusdam notabitur infrà: tùm quia Iustinus lib. 29. & 30. initiis, dicit, eum occisum fuisse annô regni sui 26. Possunt & intelligi completi, quia dicit eum occisum annô illô 26. circiter desinente.

## PTOLOMAEVS, PHILOPATER,

4. Philopater.

id est, patris amator. 1. huius cognominis. 4. nominis Ptolomæi. IV. Rex, seu quartò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Cognominatus *Philopater*, ex Iustino & aliis, per antiphrasim, quòd patrem & matrem (præter fratrem & vxorem) inuadendi regni gratiâ occiderit. Vocatus etiam *Thyphon*, à luxu & deliciis apud Plin. lib. 7. & Genebrard. p. 291. post med.

Regnavit, iuxtà Eusebium, Tertullianum, & Clementem, *annos* 17. Quos sequuntur alij communiter. Iuxta S. Epiphanium, *annos* 21.

Torniellus autem an. 3850. num. 3. & 4. contendit ex Ptolomæo, annos 17. quos Eusebius & alij faciunt integros, intelligendos esse tantùm incœptos. Quia ipsómet annô 17. filius eius paruulus, qui nuncupatus est Ptolomæus Epiphanes, regnare cœpit. Genebrardus tribuit illi similiter 16. tantùm. Nihilominus non repugnat 17.

censeri completos; quia, sicut suprà dictum est, anni quibus patres regnarunt cum filiis, non propterea semper non censentur chronologici.

5 Epiphanes.

## PTOLOMÆVS, EPIPHANES,

id est, illustris, nobilis, clarus, &c. 5. nominis Ptolomæi. V. Rex, seu quinto regnans in Ægypto post mortem Alexádi Magni. Filius præcedentis. Vocatus etiám *Philopater*, apud Appiannm Alex. lib. de bellis Syriacis, & apud Iustinum, &c. Hic vxorē duxit Cleopatram Antióchi Magni Syriæ regis filiam, ex qua sequentes reges filios habuit.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, iuxtà Eusebium, Tertullianum, & Clementem Alex. *annos* 24. Quos sequuntur reliqui communiùs.

Scaliger autem lib. 5. Emend. cap. de initio Philometoris, colligit ex Ptolomæo Astrulogo, censétqne Torniellus an 3873. annum illum 24. non fuisse complerum, proindéque regnasse tantùm 23. Quod nec inanimaduersum reliquit Gordonus an. 3825. seu p. 116. vbi loquens de anno 1. Ptolomæi Philometoris, filij & successoris Epiphanis, quem ponit post 24. patris, dicit: Aliter aliquantulùm sedem dat huic regi Ptolomæus Astrologus in Almagestu, qui omnia ex suo Nabonassar metitur.

6. Philometer.

## PTOLOMÆVS PHILOMETER,

2. Machab. 4. vers. 21. 9. vers. vlt. & 10. vers. 13. de quo & 1. Machab. 1. vers. 19. & 11. vers. 17. & 18. 1. huius cognominis. 6. nominis Ptolomæi. VI. Rex, seu sextò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis, ex Cleopatrà Antiochi Magni filia. Cognominatus *Philometer* apud Genebrardū pag. 298: quòd propriam matrem occiderit. Id autem, inquit, Torniellus an. 3873 num. 1. quàndo & quamobrem acciderit, adhuc incōpertum habeo. Quod etiam vix probabile videtur, cùm Cleopatra diu post eum vixerit suóque tempore (posthæc vidēdo) regnauerit. Credibile potius eum odió habuisse matrem, eique mala quædam fecisse.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, iuxta S. Epiphanium, *annos* 34 iuxta Eusebium, *annos* 35. Quem sequuntur reliqui communiùs.

Scaliger in animaduersionibus ad Eusebium pag. 223. reprehendit S. Epiphanium: Torniellus autem an. 3850. num. 3. reprehenderet Scaligerum, contendens hunc regnasse tantùm 34. completos. Cui nonnihil fauet Gordonus an. 3859. seu pag 125. init. dicens, mortem eius in annum regni 35. incidisse videri.

Genebrardus ibidem tribuit illi 25. tantùm. Vbi errorem non esse scriptoris pro 35. patet ex annis è regione collatis. Vndè hoc sumat Genebrardus, non tradit ipse. Forsan ità fecit vt annos istorum regum quadrare faceret summæ suæ huius Periodi. Simile quid præstabit sub rege sequenti.

7 Euergetes 2.

## PTOLOMÆVS, EVERGETES,

apud Eusebium, adeóq; 2. huius cognominis. 7. nominis Ptolomæi. VII. Rex, seu septimò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Frater præcedētis, seu filius Epiphanis (& Cleopatræ) ex Strabone lib. 17. & Iosepho lib. 2. contrà Appionem. Cognominatus *Euergetes*, forte per antiphrasim, quia multa mala subditis suis, ac propriæ vxori, etiamuero filio fratris sui mortem, intulit. Atque ità vocatus *Κακεργέτης* ab Alexandrinis, apud Athenæum lib. 22. sub fin. vt notauit Gordonus an. 3859. Vocatus etiā *Physco* apud Strabonem lib. 17. Iosephum lib. 2. contrà Appion. longius post init. & Clementem Alex. 1. Strom. id est, *ventricosus*, nimirum propter ventris deformitatem. Vocatus etiam *Philologon*. apud S. Epiphaniū. Vbi Vignerius pag. 580. fin. notat cognomē *Physconis* etiam fuisse tributum eius successori: nisi fortè hallucinati fuerint authores in eorum altero: fortéque nonnulli cognomen *Physconis* hôc locô sumpserint, pro cognomine *Philologonis*. *Physconem* nihilominùs etiam vocant Funccius pag. 84. Mercator pag. 122. Temporarius pag. 79. Caluisius an. 3821. seu pag. 414. & Torniellus an. 3909. num. 1.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, iuxtà Eusebium, Tertullianum, & Clementem Alex. *annos* 29. Quos sequuntur reliqui ferè omnes.

Genebrardus autem tribuit illi 20. tātùm. Vndè hoc sumat, nō tradit ipse: sed colligere est ex dictis à nobis sub rege præcedenti.

Porrò huc notandum venit, Genebrardum videri posse, non solùm non conuenire cum authoribus reliquis, circà regū prædictorum annos, sed neque etiam circa sequentes Ægypti reges. Nā post hunc Euergetem 2. regnare facit octauò *Ptolomæum*, cui dat *Physconis* nomen: & post hunc, nonò *Ptolomæum Alexandrū, cum Cleopatra* vtriusque matre: post hunc verò rursùm & decimo *Ptolomæum*, cui dat *Lathyri* cognomen. Authores autem reliqui post hunc Euergetem 2. regnare faciunt octauò *Ptolomæum*, cui quidem Eusebius & aliqui cum eo, *Physconis* cognomen dant, sed cui etiam omnes dant cognomen *Lathyri*. Veruntamen in re non dissentit Genebrardus. Nam eum quē octauò regnare facit sub nomine *Physconis*, eundem facit & decimò regnare rursùs

sub nomine *Lathyri*. Quia nimirum vnus A idemque primùm vocatus fuit *Physcon* iuxta Eusebium, posteà verò, postquàm a regno per matrem expulsus, tandem à populo fuit reuocatus, vocatus etiam fuit & *Lathyrus*, id est reuersus, apud Pausan. & Iustin. Nobis sequendus videtur modus communior, vt eum etiam ex primâ vice regnantem vocemus *Lathyrum* quamuis secundâ tantum vice fuerit hoc nomen adeptus. Similia namque sunt apud omnes passim in vsu solita.

8. Lathyrus.

## PTOLOMÆVS, B LATHYRVS,

vel *Lathurus*, Græce Λάθουρος, & Λάθυρος, apud Strab. lib. 7. Ioseph. lib. 13. Antiq. cap. 18. & 20. & alios. 8. nominis Ptolomæi. VIII. Rex, seu octauo regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni Frater præcedentis. Cognominatus *Lathyrus*, quia per matrem à regno pulsus, per populum postea fuit ad ipsum reuocatus, apud Pausan. & Iustin. seu vno verbô, *reuersus*, vt notabatur suprà. Vocatus etiam *Physcon* apud Euseb. Genebr. & alios: nisi forte hallucinati fuerint, prout suprà monebat Vignerius. Vocatus item *Soter*, apud Euseb. & S. Epiph. Item, vocatus *Lamyrus*, id est, multiloquax apud Plutarch. Denique, vocatus *Philometer*, apud Pausan. lib. 1. sed per ironiam, quia nullus vt ipse fuit à matre tantô odiô habitus.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, primâ hâc vice, iuxtà S. Epiphanium, *annos* 15. Quem sequuntur Mercator pag. 125. Temporarius pag. 180. & Bucholcerus an. 3856. Iuxtà Eusebium & reliquos communiùs, *annos* 17.

Funccius pag. 83. aduertens S. Epiphanium tribuere illi 15. subdit: Sed regi sequenti 2. hic omissos annos ascribit. Quam rationem sequutus est Bucholcerus an. 3871. tribuens sequentibus Alexandro, & Cleopatræ, annos 10. vel 12. Caluisius an. 3831. seu pag. 4 7. tribuit illi 16. tantùm. Forsan quia sequitur eandem rationem, quam S. Epiphanio tribuit Funccius. Nam ab an. 3857. ad 3869. Alexandro & Cleopatræ tribuit annos 12.

Clemens Alex. 1. Strom. tribuit quidem illi annos 36. Sed exponitur ab aliis, quòd regnum eius primum & secundum (seu iteratum) annosque intermedios Alexandro & Cleopatræ tributos, componat in vnum.

Huc etiam Notandum venit, quòd post primam regnandi vicem huius *Lathyri*, regnasse dici solent simul *Ptolomæus* cognomentô *Alexander*, & *Cleopatra* mater vtriusque. Et posset quidem nonnullis videri, si Ptolomæus iste cognomentô *Alexander*, reponendus esset in serie, reponendam potius esse solam *Cleopatram* matrem eius. Nam

postquàm *Lathyrus* per eam fuit eiectus, & *Alexander* hic ad regnum per eandem euocatus: ipse nihilominùs crudelitatem matris fugiens, reliquit eam regnare solam. Nonnullis autem econtrà videri posset, si reponendi sint isti *Alexander* & *Cleopatra* mater eius, reponendum esse solum *Alexandrum*, quia mares in regnandi ratione, fœminis præponuntur. Atque ita eum solum reponit Eusebius. Nobis videtur media via tenenda, vt priùs *Alexandrum* seorsim capitaliter recenseamus, quia & mas fuit, & de genere Ptolomæorum. In quo modum imitabimur aliàs communem historicorum, qui quamuis videant Esther 11. vers. 1. *Anno quarto regnantibus Ptolomæo & Cleopatra*, quod de Epiphane, vel de Philometore; quibus matres fuerunt nomine Cleopatræ, vult intelligi Serarius in illum locum: nihilominùs Ptolomæum seorsim recensent in serie. Deindè verò Cleopatram etiam seorsim reponamus: tùm quia regnauit quandoque sola, videlicet Alexandrô sponte fugatô, cuius simile sequuntur omnes in Lathyro: tùm quia fuit etiam de genere Ptolomæo- C rum, & simile quiddam rursus sequuntur omnes in alterâ Cleopatrâ, quæ regnum hoc Ægypti tenuit è genere Ptolomæorum vltima: tùm denique quia recensetur àb Historicis. Itaque per nos fuerit

## PTOLOMÆVS, ALEXANDER. 9.

9. Alexander.

nominis Ptolomæi. IX. Rex, seu nonò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Quibusdam filius Euergetis 2. Reliquis autem, & meliùs (propter Cleopatram) D frater tantùm eius, & Lathyri.

Quot annos regnauit.

REGNAVIT; siue solus iuxtà Eusebium, siue cum Cleopatra iuxtà reliquos, *annos* 10. Iuxtà S. Epiph. *annos* 12. Quem exponebat Funccius quia 2. ademit præcedenti: exponeret simili modò Bucholcerum tribuentem 10. vel 12. & Caluisium 12.

Verùm, meritò censeri potest Eusebium computasse annos vtriusque diuersos & incœptos tantùm, pro annis simul sumptis. Quod accidisse S. Clementi Alex. circà annos Lathyri, dicetur mox adeóque Alexan- E drum regnasse, antequàm mater regnaret eô absente, *annum* 1. vel 2. vel 3. & hos integros vel incœptos. Sed & meritò magis videri potest, Alexandrum hunc nullos regnasse annos integros, seorsim vel solum: quia, quamcitò crudelitate matris notâ, reliquit eam regnare solam.

## CLEOPATRA. 1.

10. Cleopatra 1.

huius nominis. Ordine X. seu decimò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Mater quatuor præcedentium.

Quot annos regnauerit.

Regnavit, cum Alexādro filio, iuxtà communiorem sententiam eos simul reponentem, *annos* 10. Iuxtà alios quos exponebat suprà Funccius, annos 10. *vel* 12. Iuxtà Funccium autem sola, *annos ferè* 10. siue *annos* 9.

Verùm, meritò censeri potest regnasse tantùm 7. vel 8. 6. vel 7. & hos integros, vel incœptos.

## PTOLOMÆVS, LATHYRVS

Lathyrus iterùm.

iterum. Octauus quidem Rex, sed vndecimò regnans in Ægypto post mort[em] Alexandri [Ma]gni. Postquam nimirum Ptolomæô A[lexandr]ô, propter occisam matrem, a ciuibus expulso, fuit is ab eisdem ciuibus in regnum reuocatus.

Quot annos regnauerit.

Regnavit iterùm, iuxtà Eusebium, & S. Epiphanium, *annos* 8. Quos sequuntur alij communiùs. Illos tamen annos Gordonus ab ann. 3915. censet tantum Incœptos: tribuens ei tantummodo. 7.

Vignerius pag. 609. tribuit ei 9. Quia fortè Clemens Alexánd. suprà tribuens ei totaliter 36. inferre dat tribuendos iterùm esse non 8. tantùm, sed 9. Siquidem 17. 10. & 9. faciunt 36. Sed credibile est Clementem Alexand. colligentem annos eius & aliorum diuersos, sumpsisse extremos eorum tantum incœptos pro completis, & sic illos simùl in summam illam compegisse.

## PTOLOMÆVS, AVLETES

11. Auletes

, apud Strab. lib. 17. Cicer. lib. 8. epist. epist. 4. 10. nominis Ptolomæi XI. Rex, sed duodecimò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Vocatus etiam *Dionysius*, apud Eusebium, & S. Epiphanium: vel *Dionysius* apud Diodorum librô 2.

Quot annos regnauerit.

Regnavit, iuxta Clemen. Alexand. *annos* 29. Iuxta Eusebium, *annos* 30. Iuxtà quosdam apud Bucholcer. an. 3891. *annos* 31. Hic fuit pater Cleopatræ Antonij. Dici potest Eusebium putasse annos 29. quos tribuit ei Clemens Alex. fuisse completos, adeóque 30. incœptos, & hos rursùs computasse tanquam completos.

Huc etiam notandum venit, dici communiter *Auletem* istum reliquisse 2. filios, & 2. filias Et maioris filiæ, cæteris fratribus & sorore natu maximæ, nomen fuisse *Cleopatra*. Maioris autem filij cognomen vult Genebrardus pag. 325. probabiliúsque putat Torniellus an. 3971. num. 1. & 4001. num. 2. fuisse *Dionysius*. Item, à quibusdam dici, *Cleopatram* regnasse primam, licet cùm fratre, vel eius nomine: deindè verò *Dionysium* eâ fugatâ regnasse. Rursum autem *Dionysiô* per Iulium Cæsarem demerso, regnasse *Cleopatram*, vt videre est apud Genebrardum pag. 3[2]5. & Funccium pag. 89. col. 2. init. Atque ita Genebrardus regnare facit 12. Dionysium istum, tribuitque illi *annos* 2. cui adhæret Torniellus an. 4005. num. 1. dicens, communiorem authorum opinionem esse, eundem Dionysium *Biennio* tantùm regnasse. A quibusdam autem aliis vtrumque simul ità connecti, vt tamen *Cleopatram* solam reponant in serie, regnique annos illi soli tribuant. Atque ità Eusebius regnare facit duodecimò *Cleopatram*, eique tribuit *annos* 22.

Nobis videtur iuxtà præmissa superiùs vestigia, ponendum esse capitaliter hunc *Dionysium*, & post eum solitariè *Cleopatram*: sicut fecimus in *Alexandro, & altera Cleopatra* ipsius matre.

Cæterùm, illud non est omittendum, annos vtriusque posse multipliciter computari. Nam, quia Cleopatra primùm regnauit, & siue cum Dionysio, siue aliter regnasse censeatur, vtut sit, cum fratrem suum sponte vel inuitò fugauerit, isque postcà per Pompeium fuerit restitutus, ac tandem per Iulium Cæsarem occisus, ipsáque rursùm eô mortuô regnauerit: vtique possunt eorum, vel Cleopatræ, totales anni putari, sic ab Authoribus fuisse collecti, vt singuli pro completis fuerint ab eis æstimati: vt tamen non repugnet aliquos, & postremos, quibus vterque simul aut seorsim regnauerit, fuisse tantum incompletos. Nihilominùs quia aliàs difficile esset reperire, quot quisque toties simul aut seorsim regnauerit, nec congruum videmus in hac parte proponere Dionysium iterùm regnantem: propterea omissis hic eiusmodi annis, ac in proprium cuiusq; locum, prout apud authores repeiuntur, tandémque cômodum erit nostræ Chronologiæ, remissis, ad personas eorum distinctas accedimus. Itaque fuerit per nos

## PTOLOMÆVS DIONYSIVS

12. Dionysius.

11. nominis Ptolomæi. XII. Rex, sed decimotertiò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis.

Quot annos regnauerit.

Regnavit, iuxtà Genebrardum pag. 325. & Torniellum an. 4065. num. 2. *annos* 2. Dici etiam potest regnasse postquàm fuit à Pompeio restitutus, *alios annos* 2. quia Eusebius lib. 2. Chron. regnare facit Iulium Cæsarem annû secundô Cleopatræ: & asseri 2. eius annos, quos diuersâ

vice regnauit, fuisse tantùm incœptos. Et de 2. posterioribus patet, ex dictis Eusebij. Sed denique potest etiam asseri, propter Eusebium, eum regnasse tantùm 2. & incœptos, in quorum secundo fuerit occisus, adeóque regnasse tantùm vnum completum.

13. Cleopatra.

## CLEOPATRA,

2. huius nominis. Ordine XIII. sed decimoquartò ac vltimò regnans in Ægypto post mortem Alexandri Magni. Soror præcedentis: adeóque filia Ptolomæi Auletis. Hæc dici solet Cleopatra Antonij.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, iuxtà Plutarchum in Antonio, *annos ferè* 22. scilicet tàm cum fratre, quam post illum. Cui adhærere videtur Caluisius ab an. 3899. ad annum 3920. tribuens ei non amplius 21. Iuxtà Eusebium, & Clementem Alexand. *annos* 22. Quos sequuntur Funccius pag. 88. Vignerius pag. 640. Mercator pag. 134. Temporarius pag. 81. Bucholcerus ann. 3921. Gordonus ab an. 3652. seu à pag. 150. & alij. Dici potest, Plutarchum & Eusebium colligentes annos eius, & annos Dionysij, diuersos, sumpsisse extremos omnes pro completis: & sic eos simùl in illam summam compegisse. Torniellus an. 4024. tribuit ei annos in toto 24. Genebrardus pag. 328. tribuit ei seorsim tantùm 18.

Quòd non omittendum venit, Eusebium, etsi tribuentem ei 22. tamen lib. 2. pag. 54. assignare mortē eius anno Cæsaris (id est, à Iulio regnante computato) decimooctauo, siue Cæsaris Augusti decimoquarto. Proinde, cùm Cæsarem regnare fecit annò Cleopatræ secundò videtur ab eiusdem Cleopatræ primo, ad mortem suam, ponere 20 *tantum* annos *integros*.

Sed neque etiam omittendum venit, eundem Eusebium posteriori locò dicere, Iulium Cæsarem regnasse annos 4. menses 7. & tamen in serie facere 5. illos completos. Vndè rursùm possunt anni Cleopatræ minui: adeóque illa dici regnasse sola 17 vel 16. completos.

Ptolomæorum anni vnde computandi.

QVÆRITVR III. An regnum, vel anni Ptolomæorum, computandi sint statim à morte Alexandri.

Quidam apud Genebrardum pag. 279. dicunt, eos incipiendos esse solum à 6. annis post Alexandrum: eò quod inter eius successores, tandiù de rerum summâ dimicatum sit, donec quisquis potuit, imperij sibi partem rapuit, quod totum obtinere non posset.

Reliqui verò, tàm antiqui, quàm moderni, cum Eusebio, dicunt, eos incipiendos esse, statim à morte Alexandri Magni. Rationem dat Genebrardus. Contrariam, inquit, sententiam esse rectiorem, docet collatio historiæ Ægyptiacæ cum cæteris. Non tamen hoc ibi demonstrat, vel vllus alius, in singulari. Forsitan æstimantes, quemlibet huius rei studiosum, id ex sequentibus apud ipsos illaturum. Quod tamen non careret omni difficultate: si contrà pertinacem esset agendum. Nobis vnicum vel hoc argumentum faciat satis, quòd anni Ptolomæorum, non statim post Alexandri mortem computati, & nimiùm essent à numeris eorum per torrentem Chronologorum traditis minuendi: & nimiùm excederent numeros Periodi huius per nostram chronologiam stabilitos.

Obiter aduertendum & seriò, Regnum Ptolomæorum siue Lagidarum, alias regnantium in Ægypto, non idem esse quod 1. Machab. 1. vers. 11. Græcorum: sed hoc quod dicitur Græcorum, esse regnum Seleucidarum, aliàs regnantium in Syria, de quo tractabitur ex professò §. sequenti. Ptolomæorum itaque regnum incipit statim à morte Alexandri. Non sic autem Seleucidarum, quantùm spectat ad Libros Machabæorum.

QVÆRITVR IV. An Chronologia per annos Ptolomæorum, siue Lagidarum, Ægypti regum post mortem Alexandri, sit certa?

RESPONDETVR. Loquendo de illa secundùm aliquas sui partes, reperiri quidem in ipsâ nonnulla certa per Libros Machabæorum, sed pauca: quæ ostendentur paulò inferius. Loquendo verò de illâ secundùm sui totum, patere luce clarius, ipsam esse prorsùs incertam, propter tantam opinionum varietatem. — Ptolomæorum chronologia nō certa.

Ad quam non omittendum illud, quod aduertit Scaliger, Animaduers. in Euseb. pag. 123. S. Epiphanium ponere tantùm ab anno septimo Philadelphi, ad finem Cleopatræ, annos 249. cùm tamen Eusebius, ipséque Scaliger eum sequens, ponant 269. Scilicet annis minus 20. intrà spatium illud. Item, Scaligerum lib. 5. Emendat. cap. de initio Ptolomæi Philadelphi, seu pag. 229. fin. hæc dicere: Quicquid historici de prioribus Ptolomæis scripserunt, id coniecturâ potiùs quâdam, quàm πληροφορίᾳ, vt verbum Apostolicum vsurpem, ducti fecerunt. Et infrà. Quicquid est, non constat omninò de illorum temporibus, à quibus, & per quæ regnarunt. Sic ille.

QVÆRITVR V. An saltem possint aliquô rationali modò Regum illorum anni, cum hac Periodo conciliari, iuxtà principia per nos posita?

RESPONDETVR, posse quidem. Aliqua tamen videri priùs necessùm aduertenda Et

I. NOTANDVM est, ad hoc vt habeantur anni primi Ptolomæorum, vsque ad finem Philometoris: dici 1. Machab. 11. à vers. 17. *Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolomæo.* vers. 18. *Et rex Ptolomæus mortuus est tertiâ die*, &c. vers. 19. *Et regnauit Demetrius anno centesimosexagesimoseptimo.* Ibique per *Ptolomeum*, intelligi *Ptolomæum Philometorem*, 6. Ægypti regem: per *Demetrium* autem, *Demetrium regem Syriæ*, huius nominis 2. Per annum 167. annum 167. computatum à regno Græcorum, de quo cap. 1. vers. 11. per hoc *regnum Græcorum*, vt obiter suprà monuimus regum *Seleucidarum*, quod iuxtà computationem librorum Machabæorum, non incipit statim post mortem Alexandri, sed aliquot annis post, vt expressiùs tradetur §. sequenti. Denique regnum illud Græcorum, probabiliùs ex Appiano, incipere 10. annis post mortem Alexandri. Consequenter, annum vltimum Ptolomæi Philometoris, finire eum anno 166. regni Græcorum: consequenter item, annos Ptolomæorum sic esse componendos, vt à morte Alexandri ad mortem Ptolomæi Philometoris, sint tantùm anni 176. Nam 10. & 166. faciunt 176. Sequimur autem hic, vt constanter in omnibus, Editionem Vulgatam, quæ habet suprà 1. Machab. 11. vers. 19. *centesimosexagesimoseptimo*, non autem quasdam alias quæ habēt centesimoseptuagesimoseptimô.

Hâc menà sic constitutâ, necessariò secundùm illam minuendi sunt aliquot anni Ptolomæorum à numeris iuxtà communiores sententias rigorosè sumptis. Et quidem id, præter necessitatem hanc, conuenienter fieri posse patet, tùm quia Patres vel authores, etiam nonnullos Eusebio longè antiquiores, vt Tertullianum, S. Epiphanium, Appianum, Diodorum, &c. potest qui voluerit amplecti: tùm quia per se notum est, ex dictis hactenùs, Eusebium & alios sæpe sumpsisse annos incœptos tantùm, pro completis, vel annos patrum regnantium cum filiis: tùm denique quia in huiusmodi materiis, & authores sunt inter se multùm discrepantes, & permulti addunt ac detrahunt annis illis, proùt sibi commodius putauerunt. Porro conabimur nos hoc in loco nihil proponere, quod non innitatur Authorum vel antiquitati, vel multitudini: vel denique computationi, per eos factæ probabili.

His igitur positis, quāuis parum intersit, an Ptolomæo Lagi filio tribuantur anni 40. vel ab eis vnum aut 2. minuendo, tribuantur tantum 38. vel 39. aliisque nonnullis simile quid fiat, dummodò qui ab vno tollentur, in altero reperiantur: & in particulari, videtentur meritò tribuendi Ptolomæo Lagi filio 39. solummodò, sicque alicui alteri non minuendus vnus quidam ex iis, qui à nobis infrà minuentur: nihilominùs propter numerum illum rotundum 40. conuenienter nobis videtur sic istorum annos esse designandos, vt Ptolomæus Lagi filius regnauerit iuxta Eusebium, Clementem Alexand. S. Hieronymum, Galatinum, & reliquos ferè omnes, annos 40. Philadephus iuxtà Eusebium, S. Epiphanium, & reliquos ferè omnes, annos 38. Euergetes primus iuxtà S. Epiphanium, & Genebrardum, *annos* 24. Philopater iuxtà Eusebium, Tertullianum, Clementem Alexand. & reliquos ferè omnes, *annos* 17. Epiphanes, iuxta Scaligerum, & Torniellum, ita colligentes ex Ptolomæo astrologô, necnon Gordonum recognoscentem, *annos* 23. Philometer, iuxtà S. Epiphanium, Torniellum, & aliquomodò Gordonum, *annos* 34. Collige 40. 38. 24. 17. 23. & 34. & habebis 176.

Christus D. quónam annô Cæsaris Augusti natus.

II. NOTANDVM est, ad hoc vt habeantur anni reliqui Ptolomæorum, vsque ad Christum Dominum natum, statuendum esse prius annum Augusti Cæsaris, quô natus sit Christus Dominus. Quônam autem annô Cæsaris Augusti Christus Dominus fuerit natus, nonnihil variè dicitur ab authoribus. Genebrardus lib. 2. seu pag. 337. videtur vnô modô velle, Christum Dominum esse natum annô Cæsaris Augusti 39. ineunte, cùm dicit: Æra Augusti an. 38. antè Christi natalem, &c. Nihilominus aliud alibi dicit, proùt mox referemus. Gordonus an. 4001. seu pag. 165. ponit natalem Christi Domini, annô Cæsaris Augusti 40. ineunte: quod tamen vix differre vult à sententiis mox citandis; quia nimirum, anni Cæsaris Augusti variè sumuntur, vel à nece Iulij Cæsaris, vel à consulatu, vel à triumuiratu, vel denique à pugna Actiaca: proùt autem desumuntur à *nece Iulij*, dicuntur 42. proùt à reliquis metis, 41. vel 40. Tertullianus lib. contrà Iudæos, citatus ab Euseb. lib. 2. Chron. pag. 156. ponit eum in anno eius 41. Idem notat de S. Hieronymo in Isa. 2. de S. Irenæo lib. 3. cap. 25. & de Cassiodoro, Gordonus tom 2. cap. 2. Apparat. num. 5. imò & de Baronio in Apparatu Annal. Sed hunc annum 41. exponit apud eos, non à cæde Iulij Cæsaris, aut pugna Actiaca, sed ab inito triumuiratu: sicque hanc similiter sententiam vult non differre à sequēti, quæ dicit ab anno 42. Sic exponi potest Funccius, Tertullianum sequens fol. 91. p. 2. Itaq; Euseb. locô citatô, & lib. 1. Ecel. Hist. c. 5. & l. 10. Præp. Euāg. S. Epiphan. hær. 51. & in

Ancorat. & l. de Mensur. & Pōder. Oros. lib. 1 cap. 2. & lib. 7. cap. 1. Ado, Vierq; Niceph. Bed. Zonar. Iornand, &c. Mass. lib. 8. pag. ... fin. Tostat. in 2 Matth. q. 5. Genebr. lib 3. ... pag 361. & lib. 2. pag. 205. fin. Baron. in Apparat. num. 103. & 124. & in Martyrologio Romano, & reliqui ferè omnes, tàm Historici, quam Commētatores, dicunt Christum Dominum esse natum in anno Imperij Augusti Cæsaris, computati a nece Iulij Cesaris, 42. Quam sententiam sub his terminis, propter eius authores, & vt magis communem, amplectemur.

III. NOTANDVM est, hòc posito reliquos Ptolomæorum annos priùs statui, vel ab annis quos Iulius Cæsar imperare cœpit, & quos tùm ipse, tùm Augustus post eum, regnarunt, vsque ad Christum Dominum natum: vel ab annis quos Augustus Cæsar regnauit à deuicta Cleopatra, ad Christum Dominum natum. Porro, quonam annò cœperit imperare Iulius Cæsar, traditur item variè. Eusebius tamen lib. 2. seu pag. 152. regnare facit eum annô secundò Cleopatræ: qui secundus, ex dictis superius, intelligendus est apud eum, de annis Ægypti, tributis soli Cleopatræ, fratri verò nullis. Abinde autem tribuit quidem in serie Iulio Cæsari 5. annos: in textu tamen 4. tantùm completos. Quotnam item annos regnauerit Augustus à deuicta Cleopatra, vsque ad Christum Dominum natum, traditur variè. Genebrardus, pag 3. 7. & Bucholcerus fol. 8. pag. 2. fin. faciunt eos 29. Eusebius autem lib. 2. seu pag. 153. facit eos 28. tantùm. Eusebium sequuntur reliqui communius, & Gordonus ab an. 3975. ac Torniellus an. 4051. num. 11. vbi facit natum Dominum, annò, inquit, à pugnâ Actiacâ, hoc est, ab ipsâ Augusti Monarchiâ, quam Antoniô & Cleopatrâ ad Actium (promontorium) deuictis, inuasit, vigesimonono. Ergò nondum completô. Ergo post 28 tantum.

Iulius Cæsar, quônam anno regnare cœperit.

Augustus Cæsar quot annos regnauerit à deuicta Cleopatra ad Christū D. natum.

PORRO, antequàm annos cuiusque Regis præcisos assignemus, omnésue simùl pro hac Periodo colligamus, illud memorandum est, annos istius Periodi, siue à soluta captiuitate, ad Christum Dominum natum, stabilitos fuisse 473. & intra numerum illum annos Monarchiæ Persicæ 160. & denique annos Alexandri Magni ab illa Monarchia destructa, 6. qui faciunt solum 166. Vt ergò compleantur anni Periodi 473. requiri superaddendos 307. qui transacti fuerint ab Alexandro Magno mortuo, ad Christum Redemptorem natum: proindéque reliquam partem huius Periodi, non esse ad plus vel minus 307. redigendam.

HIS statutis, quamuis parùm similiter intersit, quomodò reliquis Ptolómæis minuantur anni, dummodò, qui residui sunt istius Periodi, reperiantur: nihilominùs conuenienter nobis videtur sic eorum annos esse designandos, vt Euergetes 2. regnauerit iuxtà Eusebium, Tertullianum, & reliquos, *annos* quidem 29. sed incœptos tantùm, adeóque 28. completos. Lathyrus primà vice, iuxtà S. Epiphanium, & Mercatorem, *annos* quidem 15. sed incœptos tantùm, adeóque 14. completos. Alexander, iuxta eos qui regnum eius à regno Cleopatræ matris diuidunt, *annum* quidem 1. sed incœptum tantùm, adeóque nullum completum. Cleopatra, iuxtà eos etiam qui regnum eius à regno Alexandri diuidunt, *annos* quidē 9. sed incœptos tantùm, adeóque 8. completos. Lathyrus iterùm, siue secundò, iuxtà Eusebium & alios, *annos* quidem 8. sed incœptos, adeóque iuxtà Gordonum, 7. completos tantùm. Auletes, iuxtà Clementem Alexand. *annos* 29. sed incœptos, adeóque 28. tantum completos.

Ab his si computare velis primô modô, nempè per annos, siue Imperium, Cæsarum; sume 1. Cleopatræ, 4. Iulij Cæsaris, & 41. Augusti. & collige sic, 29. 14. 8. 7. 28. 1. 4. & 41. habebis 131. Iunge 176. & erunt 307. quos diximus ponendos a morte Alexandri Magni ad Christum Dominum natum. Si autem computes secundô modô, nempè per annos Dionysij & Cleopatræ, & annos Augusti ab eadem Cleopatra deuicta; regnauerit Dionysius, iuxtà Genebrardum, & Torniellum, *annos* quidem 2. sed iuxtà Eusebium, incœptos tantum, adeóq; 1. completum. Cleopatra, iuxtà Genebrardum 18. quidem: sed ex Plutarcho & aliis, incœptos tantùm, adeóque 17. completos. Augustus abinde ad Christum Dominum 28. Collige sic, 28. 14. 8. 7. 28. 1. 17. & 28. habebis 131. Iunge 176. & erunt pariter 307. quos diximus ponendos à morte Alexandri Magni, ad Christum Dominum natum.

DICES. A 41. Augusti detrahe 28. restant 13. Hos retrahe in anteriora versus annos Cleopatræ, incipere facies eos intrà octauum Cleopatræ: adeóque initium annorum Augusti, annô octauô Cleopatræ. Consequenter Antonium & Cleopatram, deuictos ab Augusto, annô ipsius Augusti decimotertiò. Atqui communiter dicitur Augustus regnare cœpisse annô Cleopatræ decimô, sicut designant Funccius pag. 89. col. 2. & 3. aliique multi. Dicuntur etiam anni Cleopatræ, finiti annô duodecimô Augusti, sicut designat Genebrardus pag. 328. sub Cleopatrâ, dicens; Regnum tenuit, vsque ad duodecimum Augusti, quô annô ipsa cum Antonio sibi mortem consciuit.

A RESPONDETVR. Imprimis, annum primum Augusti sumptum pro anno Imperij sui primo, variè computari solere ab authoribus. Quidam enim computant eos à pugnâ Actiacâ. Quidam ab aliquibus annis post, cùm primum ex Senatus populique placito proclamatus fuit Imperator. Quidam deniquè antè hæc, à tempore quô, mortuô Iuliô Cæsare, pro tali fuit electus, aut à militibus proclamatus. Deindè, eundem annum primum Augusti, sumptum etiam, non pro anno primo Imperij eius, sed qualicumque regni, seu vnô verbò à morte Iulij Cæsaris, variè similiter computari solere. Quidam enim assignant eum anno nono Cleopatræ, vt Gordonus an. 3960. seu pag. 154. Quidam septimo, vt Bucholcerus ab an. 3921. ad 3928. & Caluisius ab an. 3899. ad an. 3906. Quidam aliter. Quidam tamen assignant eum præcisè anno eius octauo, vt Eusebius lib. 2. Chron. Quem sequuntur Vignerius pag. 649. Mercator à pag. 134. & alij. Deindè, esto differret hæc nostra computatio, vnô vel alterò annò à communioribus, constat in huiusmodi materiis non modò differentiam anni vnius vel alterius, sed ne plurium, reputari quicquam à Chronologis. Sic nempè monet Pererius lib. 11. in Dan. quæst. 5. de Tempore ortus Domini, pag. 680. fin. Sed bene habet, inquit, omnem varietatem quæ est circà Christi Chronologiam, vnô aut summum duobus tribúsue annis esse circumscriptam. Tantam verò paucitatem annorum, vt quæ propè nullius momenti in descriptione temporum esse queat, prudenter monuit Dionysius Halicarnassæus lib. 1. esse Chronologis dissimulandam, & pro nihilo ducendam. Hæc Pererius. Similia quædam tradiderunt idem Pererius, & com eo Torniellus, de maiori numero, etiamuerò 10. annorum, sub 1. Periodo §. 15. Sed & de longè maioribus numeris visum fuit in plurimis locis, v.g. circum annos Cainan 2. Abraham, mansionis filiorum Israel in Ægypto, Cyri, &c. Quare nun est hac ex parte cur de differentiis eiusmodi sollicíti simus.

B OBIICI solent contrà hæc, obseruationes astronomicæ, per eclypses, præsertim per eam Lunæ, quam dicunt Plutarchus in vita Alexandri, & Plinius lib. 2. cap. 12. euenisse 11. vel 12. nocte antè pugnam Alexandri ad Arbelas; quámque per astronomicas demonstrationes monet Vignerius pag. 460. reperiri fuisse visam 20. die, vel 21. nocte mensis Septembris, anni 363. antè Passionem Domini. C Tempus enim per eas deductum, excedit computationem istam annis circiter 14. vel 15. Nam 6. vel 7. Monarchiæ Alexandri, & 32. vel 33. vitæ Christi, additi 307. faciunt solummodò circiter 345. qui distant à 363. 14. aut 15. *Obiect.*

RESPONDETVR. Obseruationes eiusmodi iam fuisse superiùs reiectas, non tantùm ex defectu scientiæ astronomicæ, seu potius applicationis eius per astrologos: D sed etiam ac multò magis, ex defectu certæ, vel notionis, vel assignationis eclypsium. Et illam quidem, quam referunt Plutarchus, & Plinius, vel ex hoc patet ab authoribus contemni (ne dicam non percipi) quòd vix vnus conueniat in annis ab Alexandro, monarcha, vel mortuo, ad Natiuitatem Domini designandis. *Respons.*

## XII. DIFFICVLTAS DE ANNIS HVIVS Periodi, ad Annos Græcorum, siue Seleucidarum, Regum Syriæ, post mortem Alexandri Magni, comparatis.

§. 114.

E I MACHAB. 1. à vers. 7. *Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret.* vers. 8. *Et regnauit Alexander annis 12. & mortuus est.* vers. 9. *Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo,* vers. 10. *& imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra.* vers. 11. *Et exijt ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimotrigesimoseptimo regni Græcorum.*

F QVÆRITVR I. Quot, quinam fuerint, & quot annis regnauerint, Seleucidæ?

Equidem circà Seleucidas, vt & circà Ptolomæos, in quibusdam regnantibus

conueniunt authores, & in quibusdam differunt. Multum verò differunt in annis eorum assignandis. Nos putamus sic eos pariter esse referendos, vt primum personas proponamus, secundùm quòd, vel de illis conuenit apud omnes, vel conuenire debet probabiliùs; annos autem eorum, secundùm quòd variè computantur ab authoribus: posteà vero secundùm quòd de illis nostræ Chronologiæ putari debet commodius. Itaque fuit post Alexandrum mortuum

## SELEVCVS NICANOR

1. Seleucus Nicanor. 1. huius nominis Seleuci: & I. Rex, seu primo regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Cognominatus *Nicanor*, à victoriis, seu bellicis expeditionibus, quibus regna Syriæ & Babyloniæ sibi sublata recuperauit.

Quot annos regnauerit. REGNAVIT, iuxtà Eusebium, *annos* 32. Quem sequuntur Sulpitius lib. 2. Mercator à pag. 99. fin. Vignerius à pag. 477. Genebrardus à pag. 268. Torniellus an. 3774. Iuxtà Appianum Alexand. lib. de bellis Syriacis, *annos* 42. Sed intelligit Appianus, inquit Mercator pag. 100. init. ex quo illi primùm assignata Babylonia prouincia. Subdit Mercator: Eusebius dat illi 32. annos Monarchiæ, quod proximè conuenit. Idémque fere sentit de Appiano Vignerius suprà.

Temporarius pag. 76. dat ei *annos* 24. Bucholcerus an. 3661. *circiter annos* 30. Caluisius pag. 354. init. Diodorum allegans, 30. Funccius pag. 75. fin. 31. Quod ex parte docet etiàm Vignerius supra dicens: Sed 31. vel 32. quos Eusebius & Sulpitius ei tribuunt, &c. sic inferre dans 32. Eusebij, posse censeri tantum inceptos. Gordonus ann. 3691. seu pag. 89. hæc habet: Regnat *annos* 33. Eusebius. Habuit fortè Gordonus codices Eusebianos, in quibus vidit 33. Addit: Qui Seleuco dant annos tantum 31. componunt Ptolomæum Ceraunum cum Antiocho Sotere, quos tamen reges non aliter comparamus.

## ANTIOCHVS SOTER

2. Antiochus Soter. 1. huius nominis Antiochi. II. Rex seu secundò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Cur ità cognominatus non reperio. Subindicat aliquomodò Vignerius pag. 512. dicens, reges istos, sicut & sequentem cognomentò Theos, assumpsisse sibi superba huiusmodi nomina, vt subditos suos in maiori reuerentiâ vel timore continerent.

Quot annos regnauerit. REGNAVIT, iuxta Eusebium, Appianum, & alios communiùs, *annos* 19. Vbi Vignerius pag. 512. notans eum fuisse mortuum, annò suò decimonono, dat censeri posse decimumnonum illum annum fuisse non completum, sed inceptum tantum. Iuxtà Sulpitium, *annos* 21. Sed Sulpitium decipi pûtat Torniellus an. 3775. nisi fortè 2. annis iste regnasset cum patre ante illam regni (seu maioris partis regni, ex Appiano traditionem, de qua Torniellus egit annò præcedenti. Quod tamen, inquit, probari non potest. Iuxtà Caluisium pag. 364 fin. annos 23. Quod vnde sumpserit, non indicat.

## ANTIOCHVS THEOS

3. Antiochus Theos. , siue *Theus*, Græcè θεὸς, id est, Deus. 2. nominis Antiochi. III. Rex, seu tertiò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Cognominatus *Theos* à Milesianis, apud Appianum, quod Timarchum eorum tyrannum expulisset.

Quot annos regnauerit. REGNAVIT, iuxtà Eusebium, & reliquos, *annos* 15. Vbi Vignerius pag. 518. sub init. notans eum mortuum annò suò decimoquinto, dat censeri posse decimumquintum illum annum, non completum, sed inceptum. Atque ità Caluisius ab an. 3691. ad annum 3704. manifestè computat cum pro incœpto tantùm.

## SELEVCVS CALLINICVS

4. Seleucus Callinicus. & *Gallinicus*, apud Appianum & Iustinum, Græce καλλίνικος, id est victor, pulcher victor. 2. nominis Seleuci. IV. Rex, seu quartò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis.

Quot annos regnauerit. REGNAVIT, iuxtà Eusebium, & reliquos fere omnes, *annos* 20. Iuxtà Sulpitium, 21. Quo etiam Vignerius pag. 518. & Bucholcerus ann. 3726. dicunt 20. vel 21. Torniellus item an. 3809. num. 1. postquàm dixit cum Eusebio, Genebrardo, & aliis, eum regnasse 20. *annis*, addit: & fortè etiam aliquid plùs. Attamen subdit Quod ait Sulpitius Historiæ sacræ lib. 2. hûc regnasse *annis* 21. arbitror de annis fractis, seu de 21. tantum inchoato, esse accipiendum.

## SELEVCVS CERAVNVS

5. Seleucus Ceraunus. Κεραυνὸς, id est, fulgur. 3. nominis Seleuci. V. Rex, seu quintò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Cognominatus *Ceraunus*, propter velocitatem in bellis conficiendis.

*Quot annos regnauerit.*

Regnavit, iuxtà Appianum, annos 2. Quem sequuntur Vignerius pag. 528. & Temporarius pag. 78. Iuxtà Eusebium annos 3. Quem sequuntur Sulpitius & Sabellicus. Itémque Funccius pag. 80. Genebrardus pag. 270. ex parte Bucholcerus ann. 3746. Caluisius pag. 380. (vbi Iustinum allegat) & Gordonus ab an. 3778. seu pag. 105. Porrò Vignerius notat, Appianum dicere, eum fuisse venenô sublatum annô secundô regni sui. Eusebius verò, & Sulpitius, tertiô. Gordonus item notat, huic Eusebium, & Sabellicum, dare triennium; Appianum verò tantùm biennium. Mercator etiam pag. 111. aduertit eum occisum annô suô tertiô. Denique Torniellus an. 3829. num. 1. exponit 3. annos Eusebij & Sulpitij de 3. imperfectis. Ex quibus sequitur posse 2. vel 3. istius annos intelligi non completos. Nihilominus intelligi possunt & completi.

*6 Antiochus Magnus*

## ANTIOCHVS MAGNVS,

de quo 1. Machab. 1. vers. 11. in illis verbis *Antiochi regis*. 3. nominis Antiochi. VI. Rex, siue sexto regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Frater præcedentis, apud Iustinum. Cognominatus *Magnus*, apud Polybium, propter præclaras expeditiones bellicas, quas confecit aduersùs Medos, & Parthos. Vocatus etiam *Nicanor*, apud Pausaniam lib. 4.

*Quot annos regnauerit.*

Regnavit, iuxtà Eusebium annos 36. Quem sequuntur Funccius pag. 80. Mercator pag. 111. Genebrardus pag. 270. Temporarius pag. 78. Caluisius an. 3729. (vbi Iustinum allegat) Gordonus ab ann. 3781. & Torniellus an. 3831. num. 2. Iuxtà Appianum annos 37. Quem sequitur Sulpitius. Porrò Vignerius pag. 529. init. notat Eusebium assignasse illi 36. tantum, quia assignauerat præcedenti 2. tantum: & pag. 556. fin. dicit eum occisum annô trigesimoseptimô. Bucholcerus an. 3749. tribuit illi 36. vel 37.

*7 Seleucus Philopater*

## SELEVCVS PHILOPATER,

de quo 2. Machab. 3 vers. 3. & 4. vers. 5. 4. nominis Seleuci. VII. Rex, seu septimu regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Vocatus etiam *Soter*, apud Iosephum 12. Antiq. 5. Qui nescio quâ de causâ, inquit Torniellus, ann. 3868. num 1. a quibusdam *Philopater* & *Soter* cognominatus fuerit. Dic, forsan quia Iudæis beneficus fuit, ex 2. Machab. 3. vers.

*Quot annos regnauerit.*

Regnavit, iuxtà Iosephum ibidem, annos 7. Iuxtà Eusebium & Appianum, 12. Quos sequuntur Sulpitius, & reliqui ferè omnes. Gordonus autem ann. 3817. Regnat, inquit, annis 12. saltem inchoatis: & abinde tribuit solùm ei 11. Torniellus item an. 3879. Annô, inquit, regni sui duodecimô Seleucus Philopater Syriæ rex, moritur. Atque ità 12. censeri possunt tantùm incœpti.

*8 Antiochus Illustris.*

## ANTIOCHVS ILLVSTRIS,

1. Machab. 1. vers. 11. (de quo dicitur ibidem, *qui fuerat Romæ obses*) siue *Nobilis* 2. Machab. 4. vers. 1 & 10. vers. 13. communiter *Epiphanes*, quod eadem significat. 4. nominis Antiochi. VIII. Rex, seu octauo regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Frater præcedentis: adeóque filius Antiochi Magni. Cognominatus *Illustris*, siue *Epiphanes*, a Syris apud Appianum, quòd alienis regnum vsurpantibus, ipse auitæ ditionis assertor exortus, suis illuxerit. Vocatus etiam *Epimanes*, id est, furiosus, insensatus, per derisionem, locô Epiphanis quod sibimet ipse tribuerat, apud Polybium. Cognominatus *Epimanes*, vt ex eodem Polybio notant Athenæus lib. 2. 5. & 10. necnon Cedrenus, partímque Vignerius, sed & Serarius in Machab. pag. 382. fin. propter excessus, crudelitates, sordidissimásque cum quibusdam helluationes & scortationes; at præsertim ob insanum in veros Dei cultores furorem, seu, vt ait Vignerius, quia adeò furiosè, tantáque rabie, bellum egit aduersùs Deum, & populum eius.

*Quot annos regnauerit.*

Regnvm eius traditur aliquomodò 1. Machab. 1. & 6. Nam cap. 1. vers. 11. *Et exijt ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimotrigesimoseptimo regni Græcorum.* & cap. 6. vers. 16. *Et mortuus est illic Antiochus rex, annô centesimoquadragesimonono.* Quò Torniellus an. 3879. hæc ait: Quot autem annis regnauerit, videtur dubium; quoniam Eusebius in Chronic. B. Hieronymus super Daniel. cap. 11. Sulpitius libr. Sacræ Historiæ 2. & alij, eidem tribuunt regni annos 11. Sacra verò Scriptura videtur etiam dare 13. Etenim, vt dictum est, ponit initium regni eius, annô regni Græcorum centesimotrigesimoseptimô, & obitum eiusdem annô centesimoquadragesimononô. Sed vtrumque verum est, vndecim enim annis regnauit integris, & aliquid amplius antè & post eos. Oportet igitur Antiochum

sub finem huius anni (quem dixit duodecimum Seleuci Philopatris, & congruentem cum anno regni Græcorum 137.) regnare cœpisse; ac non multò post inchoatum annum regni Græcorum 149. obiisse. Sic ille. Itaque

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT iuxtà Appianum, annos 2. Iuxtà Eusebium, & S. Hieronymum, 11. Quos sequitur Sulpitius: itémque Mercator pag. 18. Vignerius à pag. 162. Genebrardus pag. 272. & Temporarius pag. 79.

Vignerius autem à pag. 561. fin. vult apud Appianum & Eusebium legendum esse 12. Sed Eusebius lib. 2. Chronic. pag. 145. manifestè dat ei tantùm 11. Funccius item pag. 82. Bucholcerus an. 3798. Caluisius an. 3774. & Gordonus ab an. 3828. tribuunt ei 12. Quamuis Gordonus dicat, eum inchoatò regni anno duodecimo fuisse occisum. Denique Torniellus ex locis Machab. allatis, infert necessum esse hallucinari Appianum, qui 2. tantùm annis ipsum regnasse tradit: aut textum eius esse corruptum, & pro biennio, 12. annis esse legendum. Porrò quamuis ex locis illis Machab. videatur regnasse tantum 11. completos: nihilominus dici etiam potest eum regnasse 12. completos. Nam cogitari potest annus eius primus incœpisse initiò anni centesimitrigesimiseptimi Græcorum, & vltimus finijsse aliquantò post initium anni centesimiquadragesimini noni, proùt veriùs colligetur sub rege sequenti. Hùc pactò certum est abintrà centesimumtrigesimumseptimum adintrà centesimum quadragesimumnonum posse reperiri 12. completos.

9. Antiochus Eupator.

# ANTIOCHVS EVPATOR,

1. Machab. 6. à vers. 15. & 2. Machab. 9. vers. 29. & 10. à vers. 10. de quo & cap. 11. à vers. 2. & 13. à vers. 1. 5. nominis Antiochi. IX. Rex, seu nonò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius præcedentis. Cognominatus *Eupator* à Lysia, 1. Machab. 6. vers. 17. Quâ ratione, non habeiot.

Quot annos regnauerit.

REGNVM cuius traditur aliquomodò 1. Machab. 6. & 7. & 2. Machab. 11. & 14. Nam 1. Machab. 6. à vers. 16. *Et mortuus est ille Antiochus rex* (Epiphanes, *anno centesimoquadragesimonono*. vers. 10. *Et cognouit Lysias, quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescentem. & vocauit nomen eius Eupator*. Et cap. 7. à vers. 1. *Anno centesimoquinquagesimoprimo, exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic.* vers. 2. *Et factum est, vt ingressus est domum regni patrum suorum*, (intellige, per Antiochum Epiphanem patris sui fratrem minorem sibi surrepti) *comprehendit exercitus Antiochum* (Eupatorem) *& Lysiam, vt adducerent eos ad eum* vers. 3. *Et res ei innotuit: & ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum.* vers. 4. *Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui*, &c. Et libr. 2. cap. 11. à vers. 17. *Lysias populo Iudæorum salutem*, &c. vers. 21. *Anno centesimo quadragesimooctauo, mensis Dioscori die vigesimaquarta*, &c. vers. 17. *Rex Antiochus Senatui Iudæorum*, &c. vers. 33. *Anno centesimoquadragesimooctauo, Xantici mensis quintadecimâ die*, &c. vers. 34. *Quintus Memmius, & Titus Manilius, legati Romanorum, populo Iudæorum salutem*, &c. vers. 38. *Anno centesimoquadragesimooctauo, quintadecimâ die mensis Xantici.* Cap. 13. vers. 1. *Anno centesimoquadragesimonono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam*, vers. 2. *& cum eo Lysiam*, &c. & cap. 14. à vers. 1. *Sed post triennij tempus, cognouit Iudas, & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci, cum multitudine valida, & nauibus, per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna*, vers. 2. *& tenuisse regiones aduersùs Antiochum, & ducem eius Lysiam*, &c. vers. 3. *Alcimus autem quidam, qui summus sacerdos fuerat*, &c. vers. 4. *venit ad regem Demetrium, centesimoquinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam*, &c.

Græcorum anni qui 1. & 2. Machab. qualiter computandi.

Vbi notandum est seriò, secundùm omnes expositores, etiam sectarios, vt Scaligerum lib. 5. Emend. &c. Authorem libri 1. Machabæorum, annos Græcorum, computare more Iudaicô, à mense Nisan: Authorem verò libri 2. Machabæorum computare illos more Chaldaïcô, quem aliàs Scaliger vocat Syrogræcum, à mense Elul sequenti, seu à 6. mensibus post. Imò Scaliger, & cum eo Gordonus cap. 17. num. 8. volunt annos Græcorum fuisse triplicis generis: sed pronunc agamus tantùm de istis. Proindè annum qui in libro 1. Machabæorum dicitur *centesimusquadragesimusoctauus*, eundem adhuc esse qui dicitur in libro 2. Machabæorum, *centesimusquadragesimusoctauus*. Item, eum qui dicitur in Libro 1. *centesimus quinquagesimusprimus*, eum esse adhuc qui dicitur in Libro 2. *centesimusquinquagesimus*. Denique, eum qui dicitur in Libro 1. *centesimusquadragesimusnonus*, posse quidem eundem esse qui in Libro 2. *centesimusquadragesimusnonus*, sed differre suis mensibus. Itaque, iuxtà Librum 1. Machabæorum, à *centesimoquadragesimonono*, ad *centesimumquinquagesimumprimum*, & iuxtà li-

brum 2. à *centesimoquadragesimooctavo* ad *centesimumquinquagesimum*, &c. hoc *centesimoquadragesimooctavo* à mensibus *Dioscoro* & *Xantico* ad *centesimumquinquagesimum*, non possunt esse plùs 2. annis completis. Vnde

REGNAVIT, iuxtà Appianum, & Eusebium, *annos* 2. Quos sequuntur Funccius pag. 83. Vignerius pag. 569. Genebrardus pag. 275. & alij.

Sulpitius autem tribuit ei tantùm annum vnum, & 6. *menses*, proindéque *tantùm vnum completum*. Sulpitium sequi videtur Bucholcerus ab anno 3810. Nam licet in textu tribuat ei 2. in serie tamen videtur eos non censere completos. Fundantur forsan in loco postremo 2. Machab. qui videri potest non repugnare 1. Machab. Nam 2. eius annum, posse censeri non completum intrà centesimum quinquagesimumprimum quò regnauit Demetrius, iuxtà 1. Machab. potest sic demonstrari. 2. Machab. 14. vers. 4. dicitur Alcimum venisse ad regem *anno centesimoquinquagesimo*, expositores autem dicunt, eum qui *centesimusquinquagesimusprimus* Lib. 1. incipiens à mense Nisan, esse adhuc eum qui *centesimusquinquagesimus* Libri 2. incipiens à mense *Elul*, seu mensibus 6. post. Hinc constare videtur illum centesimumquinquagesimumprimum non fuisse nisi per aliquos menses inceptum. Videtur autem ex 1. Machab. 6. à vers. 6. vbi mortuo Epiphane, & rege constitutò Eupatore, Iudas obsidet eos, qui erant in arce, annò *centesimoquinquagesimò*: itémque ex 2. Machab. 13. & 14. vbi allegatur *centesimusquadragesimusnonus* quò regnabat Eupator, & *centesimusquinquagesimus* quò regnauit Demetrius, *centesimumquadragesimumnonum* 1. Machab. quò mortuus est Antiochus Epiphanes, fuisse ad finem deductum. A fine centesimiquadragesiminoni ad initia tantùm centesimiquinquagesimiprimi, vel aliter, ex libr. 2. Machab. à centesimòquadragesimo octauo med. ad centesimumquinquagesimum init. non possunt esse 2. completi.

Equidem hæc sententia videri potest in speciem valdè probabilis. Attamen, qui rité perpenderit omnia quæ habentur in vtróque libro, videbit imprimis, annum centesimumquadragesimumnonum de quò libro 1. seu qui more Iudaicò computatur, fuisse cùm Epiphanes est mortuus, & Eupator regnauit, per initia sui solùm inceptū. Deindè, annum illum *centesimumquinquagesimumprimum*, fuisse cùm regnauit Demetrius, versùs finem suum, vel certè mensibus pluribus protractum. A *centesimoquadragesimonono* tantum incœpto, ad centesimumquinquagesimumprimū pluribus mensibus protractum, sunt non minus completi 2.

Annum autem *centesimumquadragesimum nonum* libri 1. fuisse, cùm mortuus est Epiphanes, & regnauit Eupator, per initia sui solùm inceptum, probatur ex libro 2. cap. 11. totò. nam Lysias, Eupator, & Legati Romani, scribunt ab anno 148. more Chaldaïcò computato, & à mensibus Dioscoro, & Xantico. Hi autem menses, versabantur more Græcò, circà mensem Nisan Iudaïcum. Ergò tunc 149. Iudaïcus, erat ad prima sui principia tantùm inceptus. annum verò centesimum quinquagesimū-primum eiusdem libri 1. fuisse, cùm regnauit Demetrius, versùs finem suum, vel saltem pluribus mensibus protractum, probatur ex libro 2. cap. 14. à vers. 3. Nam cùm dicitur Alcimum venisse ad regem Demetrium annò 150. & hòc more Chaldaïcò computatò, patet ex hac parte, annum 151. lib. 1. fuisse ad plusquàm 6. menses protractum. A 149. incipiente ad 151. pluribus mensibus protractum, sunt 2. completi. Ergò anni 2. quibus Eupator regnauit, fuerunt completi.

DICES. Lib. 1. cap. 6. à vers. 16. ad 21. videtur, annum 149. Iudaicum, fuisse ad finem productum. Nam mox annò 150. Iudas obsidet eos, qui erant in arce?

RESPONDETVR. Ex lib. 2. cap. 11. vbi Lysias, Eupator, & Legati Romanorum, exhibent se beneuolos per litteras ergà Iudæos, & ex eodem lib. 1. cap. 6. rursúmque ex lib. 2. c. 13. vbi obsidio fit, & Antiochus parat expeditionem, patere obsidionem à Iuda factam illò annò 150. non mox, sed longiùs à morte Epiphanis, & ab initio Eupatoris, euenisse; adeóque annum illum 150. non mox fuisse 149. sequutum: ac proindè 149. non fuisse dùm ad finem productum.

Mercator autem pag. 120. col. 1. & 2. Temporarius p. 79. & Gordonus ann. 3840. tribuunt ei *annos* 3. fundati forsan in locò, qui etiam

OBIICITVR contrà præcedentes sententias, 2. Machab. 14. vers. 1. *Sed post triennij tempus, cognouit Iudas, & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & nauibus, per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna*, vers. 2. *& tenuisse regiones aduersùs Antiochum, & ducem eius Lysiam*. Post triennium, idem significat, quod post 3. annos (quibus vtique regnare cœperat Eupator) adeóque completos. Obiect.

RESPONDET Vignerius, Authorem libri 2. Machab. comprehendere annum primum filij, scilicet Eupatoris, cum anno vltimo patris, scilicet Epiphanis. 1. Respons.

RESPONDET Torniellus an. 3893 triennij illius tempus, accipiendum esse, vel 2. Respons.

à purgato

à purgato templo: vel si vt aliis placet, ab obitu Antiochi Epiphanis, per Synecdochen intelligendum, ac si dictum esset, annô tertiô.

Harum alterutram Responsionem admittendam esse, patet ex dictis suprà, specialiter ex eodem lib. 2. cap. 11. & 14 Nam cap. 11. Eupator regnat annô 148. Chaldaicô, & cap. 14. Demetrius annô 150. etiam Chaldaicô. Abintrà 148. adintrà 150. non possunt reperiri 3. anni completi. Nil quidem repugnat tertium inceptum, cum aliquibus aliis inceptis censeri cópletum. Sed hoc vndè constabit ità censēdum? Porrò si cui videatur prior Responsio probabilior, non obstabimus, dummodo posteriorem non dicat improbabilem.

10. Demetrius Soter.

## DEMETRIVS SOTER.

1. nominis Demetrij. X. Rex, seu decimô regnans in Syria post mortē Alexandri Magni. Filius Seleuci Philopatris fratris Epiphanis, adeóq; nepos Epiphanis, & patruelis Eupatoris. Cognominatus *Soter* à Babyloniis, apud Appianum, vt notat Vignerius pag. 570. fin. quòd eos à longâ seruitute ac tyrannide Timarchi liberasset. Eum huius nominis 2. facit Torniellus an. 3893. num. 1. quoniam alterum quendam Demetrium, Antigoni filium, qui regnauit in Asia, fecit huius nominis primum an. 3753. Sed immeritò; cum ille non propriè pertineat ad Seleucidas.

Quot annos regnauerit.

REGNVM eius traditur aliquomodò 1. Machab. 7. & 10. Nam cap. 7. vers. 1. *Anno centesimoquinquagesimoprimo exijt Demetrius Seleuci filius*, &c. & cap. 10. vers. 1. *Anno centesimosexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus & Nobilis: & occupauit Ptolemaidem: & receperunt eum, & regnauit illic.* &c. vers. 17. *Et scripsit Epistolam, & misit ei secundum hæc verba, dicens:* vers. 18. *Rex Alexander fratri Ionathæ salutem*, &c. vers. 21. *Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimosexagesimo, in die solemni Scenopegiæ:* &c. vers. 48. *Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contrà Demetrium.* vers. 49. *Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij*, &c. vers. 50. *Et inualuit prælium nimis, donec occidit Sol, & cecidit Demetrius in die illa.* vers. 51 *Et misit Alexander ad Ptolomæum regem Ægypti, legatos secundùm hæc verba, dicens*, vers. 52. *Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium*, &c. vers. 54 *& nunc statuamus ad inuicem amicitiam, & da mihi filiam tuā vxorē*, &c. vers. 5[illegible] *Et exiuit Ptolomæus de Ægypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidem anno centesimosexagesimosecundo.*

Hic nota casum istius Demetrij describi A inter annum 160. & 162. adeóque posse assignari 160. & 161. imò verò 162. quamuis reperiatur solùm assignatus ab authoribus anno 160. & 161. Cùm autē dictum fuerit cap. 7. vers. 1. Demetrium hunc regnasse annô 151. proptereà sequitur imprimis, numerum annorum regni eius, non posse dici plus 10. completis. Nā à 151. ad 161. non possunt esse plùs 10. completi. Deindè, an regnauerit 9. vel 10. pendere ex assignatione casus eius anno 160. vel 161. Itaque

REGNAVIT, iuxtà Iosephum 13. Antiq. 5. fin. *annos 11. exactos.* B Quod affirmat verbis adeò expressis, vt mirum sit Vignerium pag. 57. fin. velle Iosephum illi tribuere 9. aut 10. circiter annos. Iuxtà Eusebiū & Polybium regnauit *annos 12.* Quod etiā affirmat Eusebius verbis adeò expressis, vt mirū sit plures etiam velle Eusebium tribuere illi 9. tantùm. Porrò ex Iosepho colligi potest Eusebium sumpsisse annos 11. exactos pro 12. inceptis, proindèque 12. quos ille tradit, alias posse censeri tantùm inceptos.

Quidam autem dicunt, eum regnasse *tantùm 10. completos.* Quia probabilius pu- C tant, casum eius assignandum esse annô 161. Ità expressè Torniellus an 3903. cui nonnihil fauet Vignerius pag. 575. Ità etiam videtur Bucholcerus ab an. 3812. vbi licet assignet ei 11. tamen in serie videtur eos facere solùm inceptos. Ità deniquè Funccius pag. 83. & lib. 3. ad annum 3813. Et hi probabilius. Quia probabilius videtur à casu Demetrij ad annum 162. quô Ptolomæus & Cleopatra venerunt Ptolemaidem, longè minùs temporis extitisse, quàm ab anno 160. quô regnauit Alexander, ad casum Demetrij. D Nam vers. 21. Ionathas induit se stolâ sanctâ mēse septimô anni illius 160. Abinde autem ad casum Demetrij acta sunt plurima, quæ longiorem temporis distantiam requirunt, quā ea quæ à casu Demetrij tractarunt simùl Alexander & Ptolomæus vsq, ad annū 160.

Quidam alij dicunt, eum regnasse solùm 9. Quia probabilius putant casum eius assignandum esse anno 160. Consequenter omnia quæ describuntur lib. 1. Machab. suprà, potuisse perfici intrà vnum eundémque illum annum 160. ab intrà 7. mensem, E ad antequàm annus finiretur. Restabant enim adhuc menses ferè 6. Ità ex parte Vignerius suprà, sequens, vt putauit, Iosephum, quem affirmauit tribuere illi tantùm 9. aut 10. circiter: dicénsque Polybium intelligendum esse de 12. annis à morte patrui, videlicet Epiphanis, ni corrupta sint exēplaria eius. Ità & Gordonus an. 3843. dicens: Regnat annis 9. ex Eusebio, & Iosepho. Quòd autem Polybius det ei annos 12. est, quia numerat à morte patris. Hæc Gordonus. Vbi Gordonum intellige, *patris*, pa-

ri Antiochi Eupatoris, seu Antiochi Epiphanis, patris Demetrij. Alias enim Epiphanes non fuit eius pater, sed tantum patruus, siue Seleuci frater, & natu minor: qui quoniam dum ipse Demetrius maneret obses Romæ, regnum ei eripuerat, propterea volunt Polybium computasse annos eius, non à morte Eupatoris, sed à morte Epiphanis. Denique Gordonus ipse, non assignat ei amplius 9. in serie.

## ALEXANDER NOBILIS.

11 Alexander Nobilis

1. Machab. 10. vers. 1. & apud Iosephum, & Iustinum. XI. Rex, seu vndec. imò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Antiochi Illustris, ex 1. Machab. 10. vers. 1. vbi dicitur. *Alexander Antiochi filius*, & vers. 52. ipsemet Alexander scribit ad Ptolomæum regem Ægypti, his verbis: *Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum*, &c. & apud Iosephū 13. Antiq 3. Appianus quidem de bellis Syriacis fin. & Iustinus lib. 35. quos sequuntur Sabellicus Ænead. 5. lib. 8. Genebrardus p. 275. fin. & alij, dicunt, eum à principibus euocatum, falsóque per eos in Seleucidarum gentem intectum, ac filium Epiphanis ementitum, sic regnum inuasisse contrà Demetrium. Quæ si vera sunt, inquit Torniellus, ann. 3902. (vitiosè not. 3092.) num. 1. oportet Scripturam sacram, quando ipsum appellat Antiochi filium, intelligendam esse iuxtà communem quæ tunc vigebat opinionem: nimirùm, prout communiter putabatur, & ipse putari volebat. Quidam volunt eum fuisse filium eius, sed spurium; vnde cognominant eum Nothum. Sic Gordonus cap. 16. num. 27. & alij. Verùm nihil est in his, quod nos cogat à sensu Scripturæ proprio recedere. Quod enim Appianus & alij tradunt, quid obstat æquè, vel latiùs intelligi, traditum, iuxtà quorundam aliorum opinionem? Lyranus etiam, & Carthusianus, in 1. Machab. 10. putant eum fuisse filium Eupatoris, appellatúmque nobilem siue illustrem, quemadmodum & auum suum. Verùm hoc refutat Torniellus dicens: Nam si Eupator, an[illegible] regni Græcorum 149. erat nouennis, quan[illegible] successit patri in regno, vt nos sub annô Mundi 3891. num. 2. & 3. probauimus (c[illegible]) quomodò potuit habere [illegible]um tantæ ætatis, qui annô eiusdem regni Græcorum 16[illegible], aptus esset inuadere, & vt obtineret regnum Syriæ iam à Demetrio occ[upatum]. Vocatus fuit etiam *Veles* apud Iosephum 13. Antiq. 8. *Balas* apud Strabonem lib. 16. & *Bales* apud Genebrardum pag. [illegible]

Reg[illegible] traditur aliquomodo 1. Machab. [illegible] cap. 10. vers. 1. *Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est nobilis: & occupauit Ptolemaidam: & receperunt eum, & regnauit illic*, &c. & vers. 18. *Rex Alexander fratri Ionathæ salutem*, &c. vers. 21. *Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimosexagesimo.* Et cap. 11. postquam dictum est vers. 67. *In anno centesimosexagesimoquinto venit Demetrius filius Demetrij* (præcedentis) *à Creta in terram patrum suorum*. vers. 68. *Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valdè*, &c. additur cap. 11. *Et rex Ægypti* (Philometer) *congregauit exercitum*, &c. vers. 13. *Et intrauit Ptolomæus Antiochiam*, &c. vers. 15. *Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolomæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum.* vers. 16. *Et fugit Alexander in Arabiam* &c. vers. 17. *Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolomæo*, &c. vers. 19. *Et regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimoseptimo.*

Hôc locô patet posse dici, Alexandrum regnasse annos 5 vel 6. Attamen nec posse conuenienter dici plus 6. Nam à 160. ad 167. non possunt conuenienter esse plus quā anni 6. Dico conuenienter. Aliàs enim non repugnat inueniri 7. si v.g. primus annus incœpisset sub initius āni 160. & vltimus finisset sub finem anni 167. cuius simile visum fuit suprà. Verùm, non habetur hîc, sicut habebatur ibi formale quoddam principium per quod ità demonstrari queat. Communius autem à 160. ad 167. non recensentur anni regni, nisi 6. completi. An autem regnauerit 5. vel 6. pendet ab assignatione mortis Demetrij præcedentis, cap. 10. vers. 51. quæ visa fuit intercessisse inter annum 160. vers. 2[illegible]. & 162. vers. 57. Nam si mors Demetrij illius assignetur anno 161. manifestum est ab intra 161. ad intrà 167. non debere conuenienter constitui plus quàm 5. completos. Sed tunc conuenientiùs etiam tribuendi essent eidem Demetrio præcedenti, 10. anni completi. Si verò mors eius assignetur anno 160. conuenienter constituentur anni 6. Itaque

Regnavit, iuxtà Iosephum & Appianum, *annos* 5. Quos sequuntur Funccius pag. 83. Mercator 121. Temporarius pag. 79. & Gordonus annô 3852. Vignerius autem pag. 675. quamuis agnoscens Iosephum & Appianum ei tribuere circiter 5. tamen illi dat in serie 6. *integros*. Bucholcerus an. [illegible]22. dat ei sub disiunctione 5. *vel 6. inchoatos*. Eusebius autem dat ei annos 10. *& menses* 7. quem sequitur Genebrardus pag. 276. tribuens ei 10. *integros*. Quâ ratione hoc fecerint, non est facile comperire. Posset dicere quis, Eusebium annos eius 4. aut 5. anteriores, in authoribus antiquioribus se computatos, seorsim collegisse.

Nam s[illegible] apud eum reperiuntur. Dicere autem, eum aliquos Demetrij sequentis ei tribuisse, vix est probabile; cum ex 1. Machab. 11. à vers. 17. Alexander iste narretur occisus antequam Demetrius sequens narretur regnans annò 167. non sit autem ratio cur regnum Demetrij cogitetur existens antè narrationem vel assignationem ipsius factam anno 167. post mortem Alexandri. Probabilius est, ex dictis sub Demetrio præcedenti, cu ex cap. 10. vers. 21. vbi annus 160. erat iam ad 7. mensem [illegible] antequàm Demetrius ille occideretur, & abindè plurima sunt acta, quæ [illegible] plus tèporis requirunt ab illo 7. mense [illegible] casum eius, quam à casu eius ad aduentum Ptolomæi & Cleopatræ in Ptolemaida anno 162. cum regnasse *tantum annis 5. completis.*

Hic, antequàm progrediamur, Notandum venit, aliquam nasci posse difficultatem, circa reges Syriæ hôc locô sequentes, sicut circa reges Ægypti nata fuit aliqua [illegible]iò. Nam *Demetrius Demetrij Soteris filius*, qui [illegible] inceps regnabit proximus, etsi legitime regnauerit *Alexandro mortuo*: tamen mox fuit e regno puls' ab *Antiocho Alexãdri filio*, cognomètò *Theoi* apud Iosephu, siue à duce Tryphone Antiochũ iuuenè regente. Atq; ità Antiochus iste regnauit aliquandiu, 1. Machab. 11. à vers. 55. Deinde, *Tryphõ, occisò* per dolum *istômet Antiocho* iuuene, regnũ inuasit, & aliquandiù regnauit, ibidè cap. 13. vers. 31. & 51. Posteà vero *Demetriò captiuo factò* à rege Persidis cap. 14. à vers. 2. *Antiochus alter* istius Demetrij frater, *cognomentò Pius, & Sidetes*, regnauit cap. 15. à vers. 1. & 10. & Tryphonè fugauit, abinde vsq. ad versum 37. Denique, *Demetrius ille* rursum ac secundo regnauit, ex Iosepho & alijs. Hinc igitur videri potest difficile, quibus nam, & quomodo, regnum sit propriè tribuendum, & quibus in [illegible] denegandum?

Qvod spectat ad *Tryphonem*, quidam reponunt eum in serie, vt Temporarius pag. 79. & Gordonus an. 3863. seu pag. 26. quidam autem, multoque plures, excludunt. Eũ omittendum esse suaderi potest hâc ratione, quòd non fuerit vllomodò de genere Seleucidarum. Et quamuis de illo non deneget Scriptura dicere 1. Machab. 13. vers. 31. *Tryphon autem cum iter faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum.* vers. 31. *Et regnauit loco eius, & imposuit sibi diadema Asiæ,* &c. veruntamen ipsa non refert Iudæos eũ agnouisse pro rege, vel egisse cum illo tanquam cum rege; de alijs autem contrà. Simile quid videre est in Ptolomæo Philometore tunc Ægypti rege, qui Demetrio contra Alexandrum auxilia præbuit, & simul in Syria regnauit. Quamuis enim de illo post, dicat cap. 11. vers. 13. *Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit 2. diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ*: hôc tamen non obstante prosequitur vocare Alexandrum regem, vers. 14. *Alexander autem rex erat in Cilicia,* &c. Quare nihil obest Scripturam sacram ibidem sæpe vocare Ptolomæum regem. Nam hoc intelligi potest per respectum ad suum Ægypti regnum. Nihilominus, quoniam vix aliàs possunt anni [illegible] rectè tradi: & Tryphon à Scriptura dicitur simpliciter regnasse, sicut & Ptolomæus, quem de regno Syriæ pat est intelligi, cum vocatur rex: proptereà eum in serie reponendum esse censemus, sicut & Ptolomæum reponendum censeremus, nisi obstaret: vel ideò potius inutile foret: quòd post Alexandrum mortuum, prout dicit Scriptura vers. 18. *mortuus est die tertia.*

Tryphõ in serie reponendus

Qvod spectat ad *Seleucidas*, quidam excludunt à serie regum, *Antiochum Alexandri filium*, cognomentò *Theos* apud Ioseph. quem adolescentem fugato Demetriò regnare *fecit Tryphon*. Sic Eusebius, & eum sequens Genebrardus pag. 276. In hoc, uno alterove duobus forsan fundati. Primum, quòd non diù regnauit Antiochus ille. Nam cum cap. 14. vers. 20. Demetrius congregauerit exercitum suum annò 172. & ab anno 167. quò regnum ceperat cap. 11. vers. 19. non reperiantur plus quam 4. completi: Tryphon verò dicatur à Iosepho 13. Antiq. 11. regnasse 3. annis; si 3. illi anni Tryphonis censeantur tantùm incœpti, prout censet eos Gordonus, sequetur Antiochum illum non regnasse plus 2. annis, si autem 3. illi anni Tryphonis, censeatur completi, prout censet eos Torniellus an. 3916. num. 3. sequetur Antiochum illum non regnasse plùs anno vnò completo. Secundum, quod non videatur conueniens, Demetriò viuente regèque adhuc existente, [illegible] ad tempus fugatò, consti tuere aliquem alium regem, qui saltem non esset eius filius: maxime vero cum sacra Scriptura his nonobstantibus dicat 1. Machab. 1. vers. *Regnante Demetrio anno 169.* &c. ex quo patet Demetrium adhuc ab eà censeri regnasse, quamuis Antiochus ille regnaret. Quidam autem, & multò plures, reponũt eum in serie Regum, vt Vignerius &c. In hoc forsan fundati, quòd 1. Machab. 11. à vers. 54. *Post hæc autem reuersus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit, & imposuit sibi diadema.* vers. 55. *Et congregati sunt ad eum omnes exercitus, quos disperserat Demetrius, & pugnauerunt contra eum & fugit, & terga vertit.* vers. 56. *Et accepit Tryphon bestias, & obtinuit Antiochiam:* vers. 57. *& scripsit Antiochus adolescens Ionathæ, dicens: Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super 4. ciuitates, vt sis de amicis regis,* &c.

Et hæc sententia videtur melior. Nam si etiam isto Demetrio viuente, so[...]mque in Perside captiuo, nihilominus Antiochus frater eius, vocatur a Scriptura rex, ac de facto regnauit lib. 1. cap [...] vers. 1. & 1[...]. sicque ab omnibus prorsus authoribus reponitur in serie: cur non idem dicatur de hoc Antiocho? Certè simile quiddã prorsus visum fuit in regibus Ægypti, circa Lathyrum, & fratrem eius. Nec obstat lib. 2. Machab. dici, *regnante Demetrio*. Nam author illius libri dicens eum regnasse, non negat Antiochum simul etiam regnasse suo modò: Author vero libri 1. idem affirmat simpliciter de isto. Satius est autem, seriem & annos tradere secundùm eos qui actu regnarunt, quam secundum eos qui solum virtute. Itaque fuit

11 Demetrius Nicanor.

## DEMETRIVS NICANOR

, vel idiomate Macedonico *Nicator*, 2. nominis Demetrij. Torniello [...], an. 1907. & 1909. XII. Rex, siue duodecimo regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Demetrij 1. (Torniello 2.) siue Soter. Cognominatus *Ni*[...] a Syris, apud Appianu, quod Alexandro deuicto, tandémque mortuo, suppotititiam, quæ putabatur, Regum progeniem profligasset.

Quot annos regnauerit.

REGNVM eius traditur aliquomodò, vel aliquã saltem ex parte, lib. 1. Machab. Nam cap. 11. vers. 19. *Et regnauit Demetrius anno 167.* & cap 14. vers. 1. *Anno 172. congregauit rex Demetrius exercitum suum, & abijt in Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem*, vers. 2. *Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum de principibus suis, vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad se*, vers. [...]. *Et abijt & percussit castra Demetrij, & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam.*

Ex his patet, q[...] ab initio reg[...] eius ad suam i[...]arcerationem, transacti [...] 4. & non plus annos. Nam à 1[...]7. ad [...]2. sũt tantum [...]onuenienter 4. anni completi. Attamen, quia etiam Antiochus Theos & Tryphon, eo viuente regnarunt, non sunt ei 4. hi tribuendi, sed eorum aliqui tantum, secundùm quod aliqui ex ijsdem 4. tribuentur seorsim Antioch[...] Theo, & Tryphoni. An autem regnauerit secundã vice quosdam alios annos, ag[...]tur postea. Nunc inquirendi sunt anni solummodò quibus regnauit [...]a vice. Itaque

REGNAVIT hac primã vice, iuxta Eusebium *annos* 3. Quem sequuntur Genebrardus pag. 276. & alij. Cur Genebrardus det ei 3. tantùm, cum excludat a [...] ne[...]ntem, quem nos [...]onemus An[...]chum, non liquet, [...]te ex necessitate conc[...]andi h[...]um annos ad [...]iant Petro dum suo mod[...] summatam. Funccius autem pag. 84. Mercator pag. 122. seu a[...] an 3[...]3. ad an. 3826. Caluisius ab an. 3804. G[...]donus an. 3[...]8. volunt 3, quos Eusebius tribuit ei, cen[...]dos esse solum incœ[...] dum nempe t[...]buunt e[...] *tantummodo* 2. Vignerius item pag. 580 fin. etsi dicat cum tegnasse 2. ve[...], in serie tamen dat ei *tantum* a Temporario pa[...]9. dat ei 4. Se[...] ita admittet o[...] reges illos, & Tryphonem ipsum, o[...] annos, [...]ibus si[...] siue seorsim regnarunt, vt dixi ult[...] nimium pol[...] d[...], quia de vnoquoque senter. Bucholcerus an. 3828. dat ei 3. inchoatos, seu 7. *completos*, quia forsan Antiochum Alexandri secludit, & regnum Antiochi fratris Demetrij putat [...]piendum esse solummodo ab anno 174. quo dicitur exuisse in terram patrum suorum: cuius tamen contrarium vitum fuit.

Torniellus autem ab an. 3609. num. 1. ad [...]. num 1. dat ei solummodo 2. inceptos, [...] 1. *completum*. Quia nimirum locum suum dat Antiocho Alexandri filio in serie r[...]gum. Et quidem suppositis annis, mox Antiocho & Tryphoni tribuendis, nimirum Antiocho, 1. & Tryphoni, 2. consequens est, tribuendum esse Demetrio hac vice, *tantum* 1.

## ANTIOCHVS THEOS

11. Antiochus Theos.

, apud Ioseph. 13. Antiq. 12. 6. nominis Antiochi. XIII. Rex, siue decimotertio regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Alexandri nob[...]s. [...] a quibusdam *Sior*, id est, Diu[...]s. [...] *Sedes*, & *Secetes*, sed per co[...] [...]o mox sequente. Item, *Entheus* a Caluis[...] pag. 4[...]9.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, iuxtà historiam lib. 1. Machab. supra deductam, & iuxtà quod mox dicetur de Tryphone, *annum* 1. *completum*. Quam sententiam amplectitur Caluisius ab an. 3806. Funccius autem pag. 84. dat ei 3. Vignerius item pag. 582. etsi det in textu c[...] 3. in serie tamen facit eos completos. Gordonus etiam an. 386[...]. dat ei 3. Mercator pag. 123. & Temporarius pag [...]9. dant ei 4.

14. Tryphon.

## TRYPHON.

Hic antequam regnaret, appellabatur *Diodorus*, vel *Diodotus*. XIV. Rex, seu decimoquartò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Non tamen de genere Seleucidarum: sed per vim in regnum intrusus.

Quot annos regnauerit.

REGNAVIT, iuxtà Iosephum 13. Antiq. 12. fin. Gordonum, & alios, annos 3. Sed iuxta lib. 1. Machab. superius

expositum, intelligendos incœptos, adeóque 2. *completos tantùm.*

15 Antiochus Sidetes.

## ANTIOCHVS SIDETES.

Cognomentò quidem *Pius*, apud Iudæos, & Iosephum 13. Antiq. 12. & 16. nonnullósque alios chronologos. *Sidetes*, apud Eusebium · *Secetes*, apud alios: *Asidetes*, apud alios. *Sother*, apud Iosephum: sed communiori *Sedetes*, vel *Sidetes* apud reliquos. 7. nominis Antiochi. XV. Rex, seu decimoquintò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Demetrij 1. siue Soteris; adeóque frater Demetrij 2. seu Nicanoris. Cognominatus *Pius*, fortè etiam *Sother*, à Iudæis, ex Iosepho 13. Antiq 16. quia, quamuis obsideret Ioannem Hircanum Ierosolymis: tamen tempore obsidionis, misit in sacrificium taurum præstantem, cornibus obtectis aurô ductili, cinctum bdellijs, atque omni pretiosorum lapidum genere, purpureô pannô, necnon ornamentis sumptuosissimis opertum, cum vasis aureis, & argenteis, plenis aromatum.

Quot annos regnauerit.

Regnavit, iuxtà Eusebium, *annos* 9. Quem sequuntur Mercator pag. 124. Genebrardus pag 276. Gordonus ab an. 3865. & Torniellus an. 3925. num. 1. Temporarius autem pag. 79. & Bucholcerus ab an. 3835. dant ei 7. *tantùm*. Funccius deniq; pag. 84. & Vignerius 585. tribuunt ei 12:

Demetrius Nicanor iterum.

## DEMETRIVS NICANOR

iterùm. Duodecimus quidem Rex: sed decimosexto regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Scilicet in regnum suum ab Arsace Mediæ & Persidis rege restitutus.

Quot annos regnauit secunda vice

Regnavit secundâ vice, iuxtà Eusebium & omnes chronologos, *annos* 4. Qui tamen censeri possunt tantùm incœpti iuxtà Torniellum an. 3929. tradentem eum fuisse occisum annô à reditu de Perside in regnum suum, quartô, quamuis ipse recenseat eum pro completo.

Hùc etiam Notandum venit, post Demetrium Nicanorem occisum, quendam nomine *Alexandrum*, cognomine *Zebinam*, vel *Zebennam*, priùs à Ptolomæo Physcone rege Ægypti missum contra Demetrium, quíque fugauerat eum, fuisse per eundem Ptolomæum consecutum Syriç regnum, ex Iosepho. Deinde, *Seleucum* huius nominis 5. *Demetrij & Cleopatræ filium*, post patris obitum diadema sumpsisse, ex Appiano. Posteà *Antiochum* cognomine *Gryphum*, seu *Grypum*, etiam sumpsisse regnum, ex eodem Appiano. Et hæc, inquit Turniellus, an. 3930. num. 3. intrà vnum aut alterum annum gesta esse credibile est. Quod etiam sentit Genebrardus lib. 2. vbi de Antiocho

A Grypo agit. Scilicet, Seleucus eôdem annô per matrem, Alexander autem alterô per Gryphum, fuerit occisus. Itaque, quoniam Alexander ille non erat de gente Seleucidarum, sed filius cuiusdam mercatoris Ægyptij, licet pro tali, sed falsò, per Ptolomæum suffectus, nullósque putatur annos regnasse: quidam, vt Eusebius, & cum eo Vignerius, Genebrardus, Gordonus, & alij, prætermittunt eum in serie regum Syriæ (quamuis dicat Vignerius pag. 693. init. Eusebium illi tribuere 2. annos regni in maiori parte Syriæ: sed quod vbi desumpserit nescio). Nonnulli tamen, vt Iosephus 13. Antiq. Iustinus lib. 39. Funccius pag. 85. (vitiosè not. 83.) Temporarius pag. 80. & Torniellus an. 3929. ac sequenti, reponunt eum in illa. Item, quia Seleucus ille per nullos annos integros, à quibusdam regnasse putatur: propterea etiam ab eis omittitur, vt ab Eusebio, post eumque Funccio, Mercatore, Vignerio, Temporario, Gordono, & alijs. Ab alijs tamen, siue putauerint eum regnasse quibusdam annis, siue non, in serie reponitur, vt à Iustino lib. 39. Torniello an. 3930. & alijs. Nos quidem eundem modum hôc locô sequendum æstimantes, quem secuti fuimus in serie regum Ægypti, & in hac superius circà Tryphonem, putamus, & Alexandrum illum, & Seleucum, esse per nos in serie reponendos. Quare fuit

## ALEXANDER ZEBENNA,

16. Alexander Zebenna.

& *Zebina*, XVI. Rex, sed decimoseptimò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Ægyptius, nec de genere Seleucidarum: sed per Ptolomæum Ægypti regem, in Syriæ regnum intrusus: amplius autem iuxtà quosdam, per Demetrium adoptatus.

Quot annos regnauit.

Regnavit, iuxtà Funccium pag. 185. & Temporarium pag. 80. *annos* 2. Vignerius referebat supra pag. 593. Eusebium dicere, eum regnasse in maiori parte Syriæ, *annos* 2. Sed hæc apud Eusebium non vidi. Torniellus nullos ei tribuit. At ex eius historia constat ipsum aliquos regnasse. Quare videntur illi relinquendi 2.

17. Seleucus 5

## E SELEVCVS,

huius nominis 5. XVII. Rex, sed decimooctauò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Demetrij Nicanoris.

Quot annos regnauit.

Regnavit nullos annos, iuxtà omnes. Attamen videtur non immeritò tribuendum ei esse, saltem *annum* 1.

Huc etiam Notandum venit, *Antiochum* cognomentò *Gryphum* (siue *Grypum*) & *Antiochum Cyzicenum*, qui proximè regnabunt, dici iuxtà quosdam, regnasse partim simul, & partim seorsim, ni-

mirùm priùs seorsim, deinde simùl, in quibusdam partibus Syriæ; rursumque postremum, scilicet *Cyzicenum*, regnasse solum; juxtà alios verò, seorsim ambos. Nos supponentes verius, eos quandoque simùl regnasse: vtrique tamen annos quos seorsim regnarunt, putamus apponendos. Itaque sit

15 Antiochus Gryphus.

## ANTIOCHVS GRYPHVS, & *Gripus*.

8. nominis Antiochi. XVII. Rex, sed decimononò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Demetrij Nicanoris: adeòque frater præcedentis. Cognominatus *Gryphus* apud Iustinum lib. 39. propter nasi magnitudinem: siue apud alios, quia nasum habebat aduncum. Vocatus etiam *Philometor*, apud Iosephum 13. Antiq. 20. post init. Per antiphrasim, inquit Torniellus, an. 3932. quia matrem interfecerat: nimirùm, vt tùm ipse an. 3930. tùm alij fusiùs declarant, iubens eam venenum ebibere, quod illa ipsi parauerat.

Quot annos regnauerit. REGNAVIT, iuxtà Iustinum lib. 39. *annos* 8. *in pace*. Quos Torniellus an. 3930. num. 3. expressiùs 3932. à morte Alexandri Zebennæ vult numerandos: Vignerius autem à deuicto fratre post 8. regni annos. Iuxtà Genebrardum pag. 177. *annos* 10. sed quia neque Alexandrum Zebennam, neque Seleucum 5. numerauit. Iuxtà Eusebium, *annos* 12. Quem sequuntur Mercator pag. 126. Temporarius pag. 80. Gordonus ab an. 3880. Torniellus an. 3942. & alij. Iuxtà Iosephum 13. Antiq. 21. longiùs post med. prout eum referunt omnes, *annos* 29. quos ipsi completos intelligunt. Ille quidem dicit eum fuisse occisum *annò regni nonò supra* 20. Sed nobis videtur hæc phrasis significare 28. *tantùm completos*. Funccius, Vignerius, & alij tribuunt ei 29. propter Iosephum. Et Vignerius pag. 594. (quem etiam vide pag. 597.) Gordonus ab an. 3892. Torniellus ab an. 3941. dicunt Eusebium ex illis 29. tribuisse 17. Antiocho Cyziceno regi sequenti. Genebrardus autem pag. 277. Extendit, inquit, Iosephus 13. Antiq. 29. (29. *annos* intellige) nempè, quià cum Cyziceno regnauit. Et propterea sic Eusebium intelligit, quasi 12. annorum eius primus, & vltimus, non fuerint chronologici. Sed & iuxtà Vignerium fuerint *solummodo* 9. antequàm Cyzicenus simùl regnaret: imò iuxtà Funccium pag. 85. 7. *tùm*.

19. Antiochus Cyzicenus.

## ANTIOCHVS CYZICENVS.

9. nominis Antiochi. XX. Rex, sed vigesimò regnans in Syria post mortem Alexandri Magni. Filius Antiochi 7. siue Pij, Sotheris, vel Sidetis, vterinus frater præcedentis. Cognominatus *Cyzicenus*, apud Iosephum, & Appianum, quòd in Cyzico Propontidis vrbe, fuerat educatus. Vocatus etiam *Spondius*, apud Iosephum 13. Antiq. 17.

A

REGNAVIT, iuxtà Eusebium, *annos* 18. Quem sequuntur Mercator pag. 9. Genebrardus pag. 277. Temporarius pag. 80. & alij. Gordonus dat ei 17. concurrentes ex fine cum annis Gryphi, proindéque censendos vult 18. quos ei tribuit Eusebius, tantùm inceptos. Funccius, Vignerius, & alij, nullos ei dant, quia tribuunt omnes Grypho. Quot annos regnauit.

B

Hùc denique Notandum venit ex Iosepho 13. Antiq. à cap. 21. & 1. de Bell. Iud. à cap. 3. Gryphum reliquisse 5. filios: nempè, *Seleucum, Antiochum, Philippum, Demetrium, & alterum Antiochum*. Cyzicenum etiam reliquisse suos: inter quos erat quidam nomine *Antiochus*, cognomine *Eusebius*, siue *Pius*. Itaque primus filiorum Gryphi, nempè

C

## SELEVCVS,

huius nominis 6. ex eodem Iosepho successit patri suo Antiocho Grypho. Bellum item cum Cyziceno fratre patris vterino, proindéque sensu quòdam patruo suo, gessit, eum vicit & occidit, ac tandem ità regnauit. Deindè verò, nec ità multò post, primus filiorum Cyziceni, videlicet Seleucus 6.

## ANTIOCHVS EVSEBIVS,

*Eusebes*, siue *Pius*, huius nominis 10. filius *Cyziceni*, veniēs Aradum, impositō sibi diademate, Seleuco Antiochi Gryphi filio, proindéque patrueli suo, bellum intulit, eum prælio vicit (qui fugà delatus in Ciliciam, ob exactiones suas vnà cum amicis est in templo concrematus) sicque regnauit. Cognominatus *Eusebius*, ea de causa, quam sic tradit Appianus: *Hunc Antiochum, Seleuci patruelis insidias euasisse putant Syri, pietatis meritò, ideòque Pium cognominarunt, &c. Mihi videtur per iocum à Syris ei nomen id additum. Duxit enim hic Pius Silenem, quæ priùs & patri eius Cyziceno, & patruo Grypho, nupserat*. Sic Appianus. Rursùm regnante hôc Antiochô Piô, siue Eusebio, secundus filius Gryphi, proindéque Seleuci 6. frater, videlicet Antiochus Eusebius.

D

E

## ANTIOCHVS,

huius nominis 11. bellô petiit Anthiochum pium siue Eusebium. Sed victus ipsemet, vitam simùl atque exercitum amisit. Post eum verò sic mortuum, tertius Gryphi filius, proindéque frater istius Antiochi victi, scilicet Antiochus 11.

Philippus.

**PHILIPPVS**, assumptô diademate, regnauit in parte Syriæ. Interim quartus filius Gryphi, seu tertius frater Seleuci 6. proindéque tùm Antiochi 11. tùm Philippi, videlicet

Demetrius Eucærus.

**DEMETRIVS EVCÆRVS**, apud Iosephum 3. nominis Demetrij: accitus ab vrbe Gnido, per Ptolomæum Lathyri Ægypti regem iterùm regnantem, constitutus est rex in parte Syriæ, apud Damascum. His duobus strenuè restitit Antiochus Pius: sed bellum contrà Parthos agens, breui extinctus est. Vnde regnum Syriæ mansit penès duos fratres, Philippum, & Demetrium. Appianus tamen vult Antiochum Eusebium à Tigrane rege Armeniæ fuisse pulsum.

Abhinc rursùm variè narrant authores historiam. Iuxtà Iosephum cap. 22. Demetrius Philippum oppugnans, à Parthis Philippo iunctis, vincitur, & abducitur, ibique tandem moritur. Philippus verò, statim à pugna profectus Antiochiam, in tota Syria regnat. Deinde, cap. 23. 5. Gryphi filius, proindéque 4. frater Seleuci 6. &c. videlicet

Antiochus Dionysius.

**ANTIOCHVS DIONYSIVS**, 12. nominis Antiochi, Damasci regnum inuadit, & sic regnat. Vnde bellum inter ipsum & Philippum fratrem suum. Sed Antiochus iste Dionysius, pugnans aduersùs Arabes, occiditur. Addit tandem Iustinus lib. 40. & cum eo ferè omnes, rursùm inter istorum regum filios accensa fuisse bella: Syrósque tùm propter præcedentia fratrum odia, tùm propter filiorum succedentes inimicitias, tantâ pertæsos discordiâ, tandem euocasse regem Armeniorum cui nomen

Tigranes.

**TIGRANES**, eique vltrò se dedidisse. Atuerò Eusebius in Chron. post Antiochum Cyzicenum, reponit solum Philippum in serie. Quem vult fuisse à Gabinio pro Romanis captum: sicque Syriam in Romanorum potestatem actam. Consequenter Philippum fuisse vltimum regem Seleucidarum. Velleius etiam lib. 1. Historiæ Romanæ, post init. Philippum facit vltimum. Eusebium sequitur Genebrardus, à pag. 187. Reliqui hæc variè tractant: nonnulli non distingunt: permulti confundunt.

Quot annos regnauerint illi omnes.

REGNVM istorum omnium, seu *annos*, quibus regnauerint, multo minùs clarè, sed nullatenus certò, tradunt authores. Quidam enim omnibus aliquos dant. Quidam omnibus denegant. Quidam aliquibus aliquos dant. Quidam aliquibus nullos. Longum esset omnes recensere. Eusebius; & Genebrardus, solum Philippum reponentes in serie post Cyzicenum, dant ei tantùm 2. *annos*. Reliqui ab Eusebio discedunt. Sed nihil nisi ex coniectura dicunt. Nam v. g. Mercator pag. 129. loquens de Seleuco: Quandiù, inquit, regnauerit, non inuenio. Similia dicit de Antiocho Eusebio. Gordonus an. 3909. Seleuco quidem tribuit 5. sed ibidem hæc monet: Et quamuis non habeatur quandiù regnauerit hic Seleucus, damus illi annus 5. ex coniectura historiæ. Similia dicit de Antiocho Eusebio, an. 3914. Alios partim distingunt, partim confundunt. Idémque videre est apud authores reliquos. Quare superfluũ putamus hic singula, vel singulos annotare. Nosse sufficiat, quòd omnibus his simùl, summatim dant, nonnulli *annos* 20. nonnulli 18. nonnulli 14. nonnulli 11. nonnulli 10. nonnulli 8. nonnulli 7. nonnulli denique 6. Consequenter toti regno Seleucidarum, diuersas singuli summas.

Græcorum regnum 1. Machab. 1. vers. 11. quodnã intelligẽdum.

QVÆRITVR II. De quo Regno intelligantur illa verba lib. 1. Machab. 1. ℣. 11. *Et regnauit in anno centesimotrigesimoseptimo regni Græcorum*: quódque memoratur passim, per annos summatos in vtroque libro Machabæorum.

Eusebius, & cum eo reliqui, sentiunt intelligi tantũmodò Regnum Seleucidarum: non autem regnum aliorum, quamuis fuerint etiam Græci. Cuius rationem ferunt, aut ferre debent, quia patet per omnes libros Machabæorum, historiæ seriem ex professò tradi per Seleucidas reges Syriæ, non autem per alios. Quod si fortè mentio fit in eis aliquorum, vt Ptolomæorum Ægypti regum, id fit, & paucissimorum, & ex accidenti solùm, quatenùs regnum eorum aliquomodò concurrit cum regno Seleucidarum. Facit etiam, quòd exceptô Ptolomæô primô, Lagi filiô, nullis, aut rarò, regibus Ægyptiacis, subiecti fuerunt Iudæi. Denique, cùm eô tempore, quô librorum illorum Authores conscripserunt historiam in eis contentam, Iudæi subiecti essent regibus Syriæ, totúmque tempus annorum in illa historia contentum, scilicet *annorum* 40. prout patet à cap. 1. lib. 1. ad cap. vlt. vers. 14. vbi texitur ab anno centesimotrigesimoseptimo, ad annum centesimumseptuagesimumseptimum, pertineat ad Seleucidas reges Syriæ: vtique decentius est, Authores illos historiam tradidisse per reges, quibus subiecti erant, non autem per alios.

Græcorum regnum 1. 2. Mach

QVÆRITVR III. An regnum illud *Græcorum*, siue *Seleucidarum*, quatenùs

*vt inam incipiant.*

memoratum in libris Machabæorum, intelligendum ſit incœpiſſe ſtatim poſt mortem Alexandri Magni: vel etiam ab eius Monarchia · nùm autem aliquot annis poſt?

Genebrard⁹ videtur dubius, lib. 2. ſeu pag. 267. Rationes tradit. Primò, inquit, quoniã Hebræi conſtãter affirmant, ſe Ærã Græcorum fixiſſe in eo anno, quô Iaddus Pontifex poſt victũ Dariũ occurrit Alexandro. Vide Cabalam hiſt. R. Abraham. Secundò, quia annos Græcorum appellant: quô nomine Alexandrum ſolent prius intelligere, quàm eius ſucceſſores. Tertiò, quia etſi Seleucus Nicanor non ſtatim à morte Alexandri pacificum regnum Syriæ ſit conſecutus: at ſtatim de eo dimicauit maiore eius parte occupatâ.

Lyranus in lib. 1. Machab. 1. & quidam noſtri temporis Hæretici, quos tacitô nomine notat Gordonus cap. 17. ad Period. 8. num. 3. ſeu pag. 250. versus fin. putarunt regnum illud, prout præcisè traditur in libris Machabæorum, incœpiſſe ſtatim à morte Alexandri.

Euſebius autem, & cum eo reliqui, tàm catholici, quàm ſectarij, ne vnô ſeclusô, dicunt, & colligunt ex Ioſepho, regnum illud incœpiſſe non ſtatim à morte Alexandri, ſed aliquot annis poſt, nedùm ab eius Monarchia.

Probationem aliquam affert ſuprà Genebrardus, quòd in contractibus id ſæpè ſecuti ſint Iudæi. Item, quòd inde etiam Ptolomæus (coſmographus, lib. 11. cap. 7.) annos ſecundùm Chaldæos numeret. Quod etiam tradit Funccius pag. 75 fin. in margella. Aſſerti poſſent aliæ, ex collatione annorum regum Ægypti, & regum Syriæ. Sed hæ videndæ ſunt tùm ſuprà §. præcedenti ſub q. 5. notabili 1. tùm infrà ſub mox ſubiiciendis quæſtionibus huic loco propriis. Denique videri poſſunt authores omnes ſuis locis: recentiores autem, vt Gordonus qq. cap. 16. & 17. & Torniellus an. 3743.

QVÆRITVR IV. A quot annis poſt mortem Alexandri, incipiendum ſit regnum illud Græcorum, ſiue Seleucidarum?

Variæ ſunt hac de re ſententiæ. Appianus cenſuit à 10. *annis* poſt obitum eius, vt colligere eſt, & colligebat Mercator ex eius dictis ſuprà. Euſebius tàm in Chronic. quàm lib. 8. Demonſtr. versùs med. dicit à 12. *annis*. Euſebium ſequuntur communiùs reliqui, dicentes 12. *aut circiter*. Quod etiam notat Genebrardus pag. 267. fin. Sic Funccius pag. 75. & lib. 3. ad an. 3654. & Vignerius à pag. 464. ad 477. & Temporarius pag. 76. & Bucholcerus ab an. 3642. & Caluiſius ab an. 3627. ad 3639. & Gordonus ab an. 3680. ad 3691. & cap. 16. ad Period. 8. num. 1. ſeu pag. 240. & Torniellus an. 3724. num. 2. & ab an. 3730. ad 3743. & præſertim hôc 3743. ferè totô: denique Serarius in lib. Machab. pag. 383. Mercator autem pag. 99. fin. dicit à 14. Pererius lib. 9. in Dan. pag. 498. fin. à 2. vel 14. Scaliger in Animaduerſionibus in Euſeb. pag. 119. col. 1. dicere videtur à 16. Nam ad illa verba Euſebij, *Seleucus ann.* 32. hæc habet: A morte ergò Alexandri fuerint anni omnes 48. Nam eius imperium à morte Alexandri orditur Appianus, qui ſcribit eum 73. annos vixiſſe, 42. regnaſſe. Hæc ille. A 32. ad 48. ſunt 16.

Nobis videtur, meliorem ſententiam ex vtraque, quam tradiderunt Euſebius & Appianus de annis Seleuci primi, componendam. Vt ſcilicet, quos Euſebius dixit 32. nos ab eius Monarchia, ſeu regno totaliter recuperato, iuxtà Mercatorem exponamus: quos verò Appianus dixit 42. ab obitu Alexandri deſumamus. Atque ità regnum Græcorum incœperit ſecundùm Appianum rectiùs intellectum, *annis tantum* 10. poſt obitum Alexandri. Quô pactô videbitur mox, annos vtriuſque regni, Ægypti & Syriæ, ſiue Lagidarum & Seleucidarum, inuicem optimè componi.

*Seleucidarũ chronologia, num certa.*

QVÆRITVR V. An chronologia per annos Seleucidarum regum Syriæ poſt mortem Alexandri, ſit certa?

RESPONDETVR. Loquendo de illa, ſecundùm aliquas ſui partes, reperiri quidem in eâ nonnulla certa per libros Machabæorum; ſed pauca: quæ oſtendentur paulò inferiùs. Loquendo verò de illa, ſecundùm ſui totum, patere luce clariùs eam eſſe prorsùs incertam, propter tantam opinionum varietatem. Quô non omittendus eſt Torniellus an. 3970. num. 3. qui poſtquam exhibuit tabellam progeniei regum Seleucidarum, hæc ſubdit: Viſum eſt autem hic ſuperfluum notare ſingulos horum regum annos, tum quia licet eô quô diximus ordine, regnare cœperint: non tamen ſinguli poſt patris obitum, ſed aliqui ipſorum vnô eodémque tempore aliquandiù regnarunt, &c. Hæc ille. Quis autem in his aliquid proferat indubij?

QVÆRITVR VI. An ſaltem poſſint aliquô rationabili modô, Regum illorum anni, cum hac Periodo conciliari, iuxtà principia per nos poſita.

RESPONDETVR. Poſſe quidem. Aliqua tamen videri priùs neceſsùm aduertenda. Et

1. NOTANDVM eſt, ad hoc vt habeantur anni primi Seleu-

[illegible]idarum vsque ad finem [illegible] quarti cognomento Philopatris, seu ad initium Antiochi Epiphanis, dicti 1. Machab. 1. vers. 1. *Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, &c. Et regnauit in anno centesimotrigesimoseptimo regni Græcorum:* & 2. Machab. 4. *Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur.* Et per Seleucum illum intelligi Seleucum huius nominis quartum, cognomentô Philopatrem. Nam ille est qui proxime regnauit ante Antiochum illustrem, nobilem, siue Epiphanem. Ex quibus patet, finem Seleuci illius, vel initium Antiochi Epiphanis, cadere simùl in annum Græcorum 137.

Hac metà constitutà, regnauerit Seleucus 1. seu Nicanor, post mortem Alexandri Magni non tamen statim iuxta Eusebium, Sulpitium, & sequaces annos 32. Antiochus 1. siue Soter, iuxta Eusebium, Appianum, & sequaces, *annos* 19. Antiochus 2. siue Theos, iuxta Eusebium, & sequaces, *annos* 15. Seleucus 2. siue Callinicus, iuxta Eusebium, & sequaces, *annos* 20. Seleucus 3. siue Ceraunus, iuxtà Eusebium Sulpitium, & sequaces, *annos* 3. Antiochus 3. siue Magnus, iuxtà Eusebium, & sequaces, *annos* 36. Seleucus 4 siue Philopater, iuxtà Eusebium, Appianum, Sulpitium, & sequaces, *annos* 12. Collige 32. 19. 15. 20 3. 30. & 12. & habebis 137. Qui iuxta lib. 2. Machabæorum cap. 4 attingunt finem regni & vitæ Seleuci Philopatris: & iuxtà lib. 1. Machab. cap. 1. initium regni Antiochi illustris.

II. NOTANDVM est, ad hoc vt habeantur anni a regno Seleucidarum, simúlque statim à morte Alexandri Magni, ad finem Alexandri cognomentó Nobilis, seu ad initium Demetrij 2. siue Nicanoris, iterùm regnantis, & consequenter ad finem Ptolomæi Philometoris regis Ægypti, dici 1. Machab. 11. vers. 17. *Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolomæo.* vers. 18. *Et rex Ptolomæus mortuus est tertiâ die,* &c. vers. 19. *Et regnauit Demetrius anno centesimosexagesimoseptimo.* Ibíque manifestum esse, ab initio regni Græcorum, ad finem illius Alexandri, quem ostendimus § præcedenti fuisse Philometorem, fluxisse annos 166.

Hac metà constitutà, regnauerit Antiochus 4. siue Epiphanes, iuxta quod inferri potest ex 1. Machab. 1. & 6. & legendum vult Vignerius apud Appianum & Eusebium, denique iuxta Funceium, Bucholcerum, Caluisium, & Gordonum, annos non 11. tantum, sed 12. *completos.* Antiochus 5. siue Eupator, iuxta quod necessario fuit illatum ex 1. Machab. 6. & 7. & 2 Mach. 1[illegible] 14 & denique iuxta Appianum Eusebium, & sequaces, *annos* [illegible]. Demetrius 1. siue Soter, primà vice, iuxtà 1. Mach. 7. & 10. & Tornielluм, *annos* 10. & Alexander cognomentô Nobilis, iuxtà 1. Machab. 10. & 11. *annos* 5. Collige 12. 2. 10. & 5. habebis 29. Iunge illos cum 137. qui collecti fuerunt sub metà præcedenti, & erunt 166. His rursum adde 10. quos voluit Appianus à morte Alexandri Magni ad 32. Seleuci 1. & erunt à morte Alexandri Magni, ad finem regni Alexandri Nobilis, seu ad initium Demetrij Nicanoris, 176 quos dictum fuit § præcedenti, fluxisse ab initio Lagidarum, ad finem Ptolomæi Philometoris. Atque ita hucvsque optime compositi reperiuntur anni Seleucidarum, & anni Lagidarum.

III. NOTANDVM est, ad hoc vt habeantur anni reliqui Seleucidarum: rursumque componantur cum annis Lagidarum: & consequenter cum annis vsque ad Christum Dominum Natū authores omnes ponere finem regni Seleucidarum cum fine iterati regni Ptolomæi Lathyri, seu cum initio Ptolomæi Auletis. Ità notandum videtur est apud Iosephum, Gordonum, & Torniellum. Porrò ex §. præcedenti anni Lagidarum a fine Philometoris ad finem Lathyri iterùm regnantis, sunt 5[illegible].

Hàc metà constituta, regnauerit Demetrius 2. siue Nicanor, iuxta 1. Machab. 11. & 14. & Torniellum, *annum* 1. Antiochus 6. siue Theos, iuxta historiam lib. 1. Machab. & Caluisium, *annum* 1. Tryphon iuxta historiam lib. 1. Machab. & Iosephum rectè expositum, *annos* 2. Antiochus 7. siue Sidetes vel Pius, iuxtà Euseb. & sequaces, *annos* 9. Demetrius [illegible] siue Nicanor, iterùm regnans iuxta Eusebium & reliquos omnes, *annos* 4. Alexander Zebenna, iuxta Funceium, & Temporarium, *annos* 2. Seleucus 5. iuxtà nos, *annum* 1. Antiochus 8. siue Gryphus, iuxtà Euseb. & sequaces, *annos* 12. Antiochus 9. siue Cyzicenus, iuxta Euseb. & sequaces *annos* 18. Denique reliqui regnauerint in toto *annos* 7. vel, si lubeat, Cyzicenus 18. quidem, sed ex Iosepho (tribuente Grypho 29. in eisque Cyzicenum includente) intelligendos tantum incœptos, adeoque 17. *completos.* Et reliqui *annos* 8. iuxta Temporarium tribuentem Seleuco, 3. Antiocho Eusebio, 1. Antiocho Grypho, 1. Demetrio & Philippo simul, 1. rursumque Philippo soli, 2 Collige 1. 1. 2. 9. 4. 2. 1. 12. 18 &c. vel 17. & 8. & habebis 57. Iunge 166. & erit regnum Græcorum, vel Seleucidarum, annorum 223. (quod abest à numero Tornielli 3. vel 4. tantùm) vel à

morte Alexandri M. 233. Abinde autē ad Christum Dominum Natum, haberi possūt anni, vel per Tigranem, qui successit regno Syriç, & Pompeium, ac Cæsares, quæ tamen parùm certa sunt, cum nonnulli (& plurimi quidem) dent Tigrani annos 18. alij A vero negent, vel per ipsos annos Lagidarum & Cæsarum, & hôc modo demonstratum est §. præcedenti annos illos complevisse 307. quos diximus ponendos esse ab obitu Alexandri Magni, ad ortum Christi Domini Redemptoris nostri.

## COLLECTIO ANNORVM SEXTÆ PERIODI.

§. 115.

ANNI Cyri ab Imperio Babylonico, 6. Cābysis, 8. Darij Hysdaspis, antē 70. Hebdomades, 1. A 1. Darij Hysdaspis, ad Natiuitatem Redēptoris, 458. Sūt 473. B Aliter, Monarchiæ Persicæ, 160. Alexandri Magni, 6. Ab Alexandro Magno, siue per Ptolomæos, siue per Seleucidas, quosque suô modô, 307. Sunt 473. Possunt & aliter colligi per singulos regnantes, &c. Sed hæc sufficiant.

## Summa Sextæ Periodi.

## A Reditu è Captiuitate Babylonica sub Cyro, Ad Natiuitatem Christi Domini Redemptoris Nostri.

473.

## COLLECTIO ANNORVM AB ORBE CONDITO, Ad Christum Dominum Redemptorem Natum.

§. 116.

EX SECTARIIS Caluisi* cap. 31. & in Indice chronologico pag. 463. constituit Christum Dominum Nat[illegible] anno Mundi 3947. pr[illegible]de Ab orbe condito, ad eius Nat[illegible] [illegible]46.

Scaliger lib. [illegible]. de Emendat. Temp. capite cui titulus, Catholica Temporum, seu pag. 37[illegible] colligit Ab orbe condito, ad Christum D. natum 3948.

Alij p[illegible] aliter apud Samerium pag. [illegible]2 nonnu[illegible]que apud Caluisium cap. 31. Vbi [illegible] pr[illegible] apud eos, & præfer[illegible] Samer[illegible] proferuntur, sed proin[illegible] a paucioribus [illegible] ipsi [illegible] au-ctores pr[illegible]erunt, erunt [illegible] hoc mo-[illegible], v[illegible] ponant A[illegible] Ch[illegible]

Da[illegible] Pareus 9[illegible]8.
[illegible]merus [illegible]0.
Beroaldus 3961.
[illegible]e an[illegible]ton & Ch[illegible]træus 3[illegible]2.
[illegible] 3962.
C [illegible] ap[illegible]d Samerium, 3966.
Sanctp[illegible]dius minister Luneburg. 3967.
Bulingerus, & Galicius, 3969.
Nigrinus Minister Battemburg. 3970.
Krentzheim, apud Samer & Bucholcerus, apud Caluis. 3971.
Bibliander, 3979.
Thomas Lydyat, & Henricus Buntingus, D & deniq; plures alij nō ibi nominati, 4[illegible]00.

Alios aliô modo refert ibidem Samerius. Sed annotandū videtur, Sameriū, cū affert Lutherum ponentem annu Christi, 3960. mundi, non eum referre secundùm antiquas impressiones: sed forte secundùm posteras aliquas, in quibus mutauerit sententiam. Nam operum eius to. 7. Impress. Vi-E tebergæ, per Thomam Klug. 1557. cuius in fine habetur breuis quædam illius chronologia sub hoc titulo, Supputatio annorum mundi emendata, &c. quam tùm exinde, tū ex quibusdam in eius fine habitis, patet non [illegible] p[illegible]mam, reponit anno[illegible] vsque ad Na-ti[illegible] Dom[illegible] [illegible]9[illegible]. prout videre est à

A [illegible] pag.1.col.2

Anno [illegible], cum Hebræorum ac [illegible] rum numerationes [illegible] quidam esse censum, [illegible] annos ad annum mortis Domini [illegible] retulerit ibi Beroaldum [illegible] 61. attamen inferius hæc habet: Matthæus Beroaldus, qui cum Parco [illegible] Chronologum ex sola S. [illegible] Christum contexere, omnium pessimè errat, cum asserat Christum natum annò mundi 3929. passum verò 3961. &c. Item, refert Buntingum ponere 4000. quem tamen Caluisius notat ponere ad Christum natum 3965. vel Christum natum annò mundi 3966. Sed hæc erunt facilia lectoribus, apud quos illorum volumina reperientur.

C Mercator ponit annos 3964. Têporarius annos 4020. Verũ de Sectarus hęc sint satis.

EX ANTIQVIS authoribus, Epiphanius (non ille antiquissimus, sed alter,) in 2. Synodo Nicæna Act. 6. dicit Christum ad homines venisse annò mundi 5001.

D Eusebius in Chronico, & Paulus Orosius lib. 1. cap. 1. quos sequitur Baronius in Martyrolog. Rom. numerant ab orbe condito ad Christum D. natum, annos 5199.

S. Isidorus lib. 5. Orig. 5220.

S. Epiphanius lib. 2. aduersus Hæres. to. 2. in Catalogo dogmatũ Manichæi annò Christi 30. ait Mundi ætatem fuisse annorum 5509. proinde que ad Christum natũ 5479.

Nicephorus lib. 1. Hist. cap. 9. 5500.

E Alter Nicephorus lib. 1. cap. 10. & cap. vlt. 5505.

S. Hieronymus in Epistolam ad Titum, & S. Augustinus lib. 12. ciu. cap. 10. scribunt suô sæculò vix completa esse 6000. Atque ita ponebant ab Orbe ad Christum circiter 5[illegible].

S. Cyprianus in lib. de Exhortatione Martyrum, suô tempore numerabat à creatio-

A ne, 6000. proindeque à creatione ad Christum, circiter 5[illegible]90

Alphonsus rex Castellę, seu Computatores eius, ad Christum natum, 6984

Sed hi omnes, aut ferè omnes, videntur secuti Translationem Septuaginta Interpretum, ponentem in 1. & 2. Periodo, [illegible] plures annos quàm sit æquum, prout initio

B fuit notatum. Quamuis secundum illos velit Baradius to. 1. lib. 8. cap. 9. pag. 425. col. 1. B. constituendos esse solùm 5461.

EX MODERNIS catholicis, Peretius lib. 11. in Dan. q. 5. seu pag. 682. numerat, ab Orbe condito, ad Christum Dominum natum 4[illegible]22.

TornIellus 4050.

C Salianus monet se numeraturum 405[illegible]. vel 4052.

Baradius, 408[illegible]

Genebrardus, 4089.

Alii aliter. Inter quos non omittendi Turcellinus dicens *circiter* 4000. & Gordonus affirmanter 4000. vel 4001.

D Cùm his quoad numerum quidem conuenimus: sed aliâ viâ processimus. Itaque

NOS sic annos Ab Orbe Condito, ad Christum D. natum, iuxtà Chronologiam hactenùs stabilitam, numerandos putamus, Ab Orbe Condito, ad Diluuium exactum sunt anni completi 1656. A Diluuio exacto, ad Natiuitatem Abrahæ 382. A Natiuitate Abrahæ, ad Exitum Israel de Ægypto, 500. Ab exitu Israel de Ægy-

E pto, ad iacta Templi Fundamenta, 479. A iactis Templi Fundamentis, ad Reditum è Captiuitate Babylonica sub Cyro, 510. A Reditu è Captiuitate Babylonica sub Cyro, ad Christum Dominum Redemptorem Natum, 473. Collige 1656. 382. [illegible]. 479. 510. & 473. & habebis numerum perfectum, annorum 4000.

# Summa Annorum Mundi,

## Ab Orbe Condito, Ad Natiuitatem Christi Domini Redemptoris Nostri.

Anni Completi

4000.

# SEPTIMA

## TEMPORIS PERIODVS EX EVANGELIO, ET CHRISTIANA Traditione.

### A Natiuitate Christi Domini Redemptoris Nostri,

### Ad Annum vulgò dictum 1620.

**Annorum**

1620.

DVPLICEM tantùm ſub hac Periodo proponemus Difficultatem. I. Quotnam annos cõpletos Christus Dominus vixerit : ſeu quonam annò vitę ſuæ fuerit mortuus? II. Quotnam anni tranſacti fuerint ab eius Natiuitate, ad annum Æræ Christianæ vulgò dictum 1620? Primam, tùm propter eius dignitatem : tùm maximè, quia pendet ab ea, quoad vnum ſaltem annum, præcedens Periodus. Secundam, quoniam etiamſi tota Christiani- A tas à plurimis ſęculis ità ſemper numerauerit annos à Christo Domino Nato, vt ad annum quemcumque poſt, nec plùs nec minùs computati fuerint, quàm qui vulgò numerantur : proindéque ab eo nato, ad annum qui vulgò dicitur 1620. nec plùs nec minùs dicantur, quàm anni 1620. tamen reperiuntur authores nonnulli, qui non ſolùm hoc in quæſtionem vocant, ſed etiam plures annos eſſe pro Æra Christiana numerandos affirmant. Eſt itaque

(∴) (∴) (∴)

## I. DIFFICVLTAS. DE ANNIS VITÆ CHRISTI Domini: scilicet, Quot annos completos vixerit: seu, Quotô vitæ suæ annô fuerit mortuus?

§. 517.

Christus D. quotô suô annô baptizatus.

QVÆRITVR I. Quotô vitæ suæ annô, Christus Dominus fuerit Baptizatus?

NOTANDVM priùs, S. Lucam, post Christum Dominum baptizatum, hæc habere cap. 3. vers. 23. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli*, &c. quæ Græcè sic habent, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ, τοῦ Ἡλί, &c. Possunt autem intelligi de annis triginta completis, vel incœptis, aut etiam de aliis.

ITEM, Erasmum referre, particulam ὡσεὶ, in quibusdam codicibus Græcis non inueniri: & Euthymium videri legisse ἐρχόμενος, pro ἀρχόμενος, id est, incedens, ingrediens, conuersans, &c. Attamen propter codices reliquos, & maximè propter Editionem Vulgatam, vtrumque retinendum est. Quamuis particulæ posterioris ad reliqua textus comparatæ, sensus idem possit esse, prout mox dicetur sub notando sequenti.

DENIQVE ex Baradio tom. 2. lib. 1. cap. 13. fin. duplicem sensum his verbis tribui. Prior, inquit, participium illud, *incipiens*, ad annos refert, hôc modô: Christus tunc cùm est baptisatus, annorum ferè 30. esse incipiebat. Sic S. Ireneus exponit lib. 2. cap. 9.

S. Irenæus.

*Ad baptismum*, inquit, *venit Christus, nondum qui 30. annos suppleuerat, sed qui inciperet esse tanquam 30. annorum. Itá enim qui eius annos significauit, Lucas posuit: Iesus autem erat quasi incipiens 30. annorum, cùm venit ad Baptismum.* Hæc ille.

S. Epiphan.

S. etiam Epiphanius hæres. 51. (nisi nos interpres fallit) sic intellexit. Itá enim Lucæ verba citat, *Erat autem Iesus incipiens esse annorum ferè* 30.

Beda.

Beda item in lib. de Rat. Temp. cap. 46. *Euangelia* (inquit) *manifestè significant, decimoquinto anno Tyberij præcursorem Domini prædicare cœpisse, ipsumque mox inter alios baptisasse Iesum incipientem iam fieri quasi* 30. *annorum.* Hanc interpretationem sequuntur Lyranus, Caietanus, Hugo Card. Carthusianus, Clarius Orat. 17. Pererius in Dan. lib. 11. q. 6. Posterior sensus, participium *incipiens*, non ad annos, sed ad munus adiungit, hôc pactô: Erat Iesus incipiens se hominibus declarare, docere, & suum munus obire, cùm natus esset ferè annos 30. &c.

S. Bonauent.

Itá exponit S. Bonauentura Lucæ 3. *Erat*, inquit, *Iesus incipiens quasi annorum* 30. incipiens scilicet aliis se manifestare, & prædicare, &c. Idem videtur sentire Beda. Nam Luc. 3. post verba Lucæ, *Erat incipiens quasi annorum* 30. itá scribit: *Iesus annorum* 30. *baptisatur: & tunc demùm incipit signa facere, & docere.*

Origenes.

Origenes præterea Hom. 28. in Luc. *Ipse* (inquit) *Iesus erat incipiens, quando baptisatus est, & mysterium secundæ generationis assumpsit: tunc dicitur incœpisse*, &c. Participium, *incipiens* separat Origenes ab annis, vt vides. Iansenius quoque arbitratur, Lucam participium *incipiens* non ad annos Christi, sed ad ostensionis exordium retulisse. Quæ sententia mihi magis placet. Probatur eôdem Luc. Act. 1. (vers. 16.) *Oportet* (inquit S. Petrus) *ex his viris qui sunt nobiscum congregati, in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos, Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis, vsque in diem quâ assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis*, &c. Et Act. 10. ait idem summus Ecclesiæ Pontifex Petrus (vers. 37.) *Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam: incipiens enim a Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes*, &c. Indicat ergò B. Lucas iuxtà hunc sensum, quânam ætate Dominus hominibus se manifestum fecerit, docendique munus aggressus fuerit, &c. Hactenùs Baradius.

1. Sent.

I. SENTENTIA. dicit, Christum Dominum fuisse baptizatum annô vitæ suæ *trigesimô completô*, siue *trigesimoprimô incœptô.*

Itá censeri possent permulti Patres, qui videntur aliquomodo dixisse, Christum Dominum fuisse baptisatum post annos 30. completos, vt S. Ignatius epist. 5. ad Trallianos. De quo Gordonus tom. 2. cap. 3. num. 3. Hæc est, inquit, sine dubio sententia Ignatij, cùm ait Christum baptisatum expletis tribus annorum decadibus, καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη, verbum verbo sic reddes: Et tres decades annorum cùm vixisset, vel conuersatus esset, baptisatus est. Baradius autem tom. 2. lib. 8. cap. 12. referens latinum hôc modô,

*expletis 3. annorum decadibus*, &c. notat, in A Græco non haberi verbum, *explendi*. Vnde etiam in antiqua versione notat vel ipsemet Baronius (num. 108.) haberi Dominum fuisse baptisatum annô suæ ætatis trigesimô. Ità etiam censeri possunt S. Chrysostomus Hom. 10. in Matth. Euthymius in Matth. 3. & S. Bernardus serm. 1. de Epiph. Adducit eos Pererius, exceptô B. Ignatiô, lib. 11. in Dan. q. 6. seu pag. 688. atque, Lyranum facere huius sententiæ S. Chrysostomum, & S. Augustinum, attamen non affirmat eos ità sensisse: sed solummodò ità B videri sensisse. Et pag. 690. exponit SS. Chrysostomum & Bernardum, de 30. tantùm incœptis. Adducit eosdem Baradius suprà lib. 1. cap. 12. post init. sed optimè notat nihil hac de re conuincens in eorum dictis reperiri.

S. Hieron. Ità magis censeri possent S. Hieronymus in Ezech. 1. *Dominus*, inquit, 30. *annos* Theophilact. *habens, ad baptismum venit.* Theophilactus in Luc. *Cùm 30. annorum esset Dominus, baptizatus est.* Canon 2. inter canones Græca- C rum Synodorum, quos Martinus Braccarensis Episcopus collegit, in fin. tom. 2. Conciliorum, *Si quis 30. ætatis suæ annos non impleuerit nullomodo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus; quia & ipse Dominus trigesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere.* Et Beda lib. de Rat. tempor. cap. 46. suprà. Adducit posteriores istos, nempè S. Hieronymum, &c. exceptô Bedâ, Baradius cap. 12. Sed subiungit: Non docent hi Patres, An Christus expletis annis 30. sit baptizatus, an verò antequàm essent expleti. Me- D ritò. Nam & phrasis quandoque patitur id quod dicitur completum, explicari tantùm incœptum: prout iam non semel aduertimus, ex pluribus Noui Testamenti locis. Vt Luc. 2. vers. 21. *Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer*: quod ex Leuit. 12. vers. 3. necnon celebratione Circumcisionis Domini per Ecclesiam, constat intelligendum de diebus 8. tantum incœptis. Item, Matth. 27. vers. 63. *Post tres dies resurgam*: quod ex cap. 16. vers. 21. 17. vers. 22. 20. vers. 19. aliisque plurimis simili- E libus Euangeliorum locis, necnon vniuersalis Ecclesiæ protestatione per celebrationem Paschatis, constat pariter intelligendum de 3. tantùm incœptis. Hanc autem explicationem apud authores istos, catenùs saltem admittendam, quatenùs nihil absolute determinent; eò magis admittere conuenit, quod materiam istam non tractarunt exactè, seu, quem vocamus, Scolasticô modô, cuius videlicet proprium est minuta quæque præcisè & formaliter discutere. Cæterum

Ità præcisè Massæus lib. 8. pag. 96. ab A init. vbi etiam circà med. videtur sententiæ huius authores facere Synodum Nicenam, S. Hieronymum in Martyrolog. & S. Aug. 18. Ciu. vlt. Expressè quoque Scaliger, licet aliam quæstionem agens, lib. 6. Emend. cap. 1. post med. seu pag. 255. & lib. 3. Can. part. 2. num. 102. Ita demum Gordonus locô suprà citatô, vbi pro se notat S. Chrysostomum, Euthymium, Bedam, S. Bernardum, locis citatis. Salmeron Prolegom. 38. de ætate Christi, ac denique Baronium ann. 31. & in Apparat. (a num. 107.) sub- B dens, non debere verba eorum aliò detorqueri, quamuis id vt fiat aliqui laborent.

FVNDAMENTVM Huius Sententiæ consistit in expositione textus S. Lucæ, *de annis 30. completis.* Sic autem intelligendum esse S. Lucam probatur 4. argumentis. Probat.

I. ARGVMENTVM apud Scaligerum, Baronium, & Gordonum, Petitur à voce Græca ὡσεὶ, iuxtà phrasim Hebraicā, quâ sæpiùs vtuntur Euāgelistæ, sumpta Pri- C mū, inquit Scaliger priori locô, Hebraism ὡσεὶ aducendus, quô vtuntur tunc affirmanter, nunc dubitanter: id exprimentes per litteram suam seruilem Caph. Duplicis enim notionis est. Aut enim Caph ἀμφισβητικὸν (id est dubium, dubitatiuum &c.) siue στοχαστικὸν (id est, coniecturale) illorum idiomate ità nominatum. Aut Caph quod ἀληθινὸν vocant (id est, verum, verax, verè vsurpatum, &c.) cuiusmodi est in hoc loco Lucæ. Eô enim vtuntur, cum ità rem affirmant, vt de ea dubitari minimè debeat. 1 Arg. Consimiliter, sed obscuriùs, Gordonus: Si D genuinus, inquit, verborum sensus recipitur, particula *quasi* fauet nobis. iam enim per 12. dies excesserat annum 30. quandò inchoauit munus suum. Itaque vult Gordonus particulam illam, vel esse affirmatiuam, vel numero præpositam, significare, non aliquid deesse, sed superesse. Quod confirmare poterat ab exemplo habito apud Pererium pag. 689. Exod. 12. vers 37. Vbi, *sexcenta ferè millia peditum*, intelligi *de sexcentis tribus millibus quingentis quinquaginta*, patet Num. 1. vers. 46.

E CONFIRMANT Scaliger, & Baronius, à simili Ioan. 1. Scaliger: δόξαν, inquit, ὡς μονογενοῦς (id est, *gloriam quasi vnigeniti*), vbi μονογενῆ (id est, vnigenitum), affirmanter vocat. Subdit: Hæc vt crebrò in litteris occurrunt, ità paucos inuenias, qui hoc ipsum ignorent, modò Hebraismum vel leuiter delibarint. Proindè hic verè 30. Christo tribuuntur anni vertentes. Rursùm Baronius, ab illo 2 Cor. 3. *In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Spiritu Domini.* Possent à sexcentis similibus. Confirm. 1. Arg.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. apud eundem Scaligerum petitur ab alia voce Græca, ἀρχόμενος, etiam iuxtà phrasim Hebraicam sumpta, præsertim verò coniuncta participio ὤν. Præterea, inquit, & illud ἀρχόμενος ἑβραΐζει, (id est, sumendum est phrasi Hebraicâ). Neque enim est quod vulgò creditur, Iesum trigesimum ætatis annum tunc iniisse. Aliud est, Iesum ἄρχεσθαι τριακοστοῦ ἔτους (id est, incipere, 30. annorum) aliud, ἄρχεσθαι εἶναι τριάκοντα ἐτῶν, (id est, incipere esse triginta annorum), neque τὸ ἀρχόμενος contexitur cum genitiuo τριάκοντα ἐτῶν, sed absolutè ponitur ex idiomate Hebraico. Vult itaque participium ὤν, quod vertitur per *erat*, vel non esse referendum ad ἀρχόμενος, *incipiens*, sed ad ἐτῶν τριάκοντα, annorum 30. vel si referendum ad ἀρχόμενος, neutrum tamen simùl referendum ad ἐτῶν τριάκοντα, annorum 30. Consequenter ἀρχόμενος, *incipiens*, esse vel solitariè sumendum, vel si cum participio iungendum, exponendum non de ætate, sed de ministerio.

Confirm. 2. Arg. CONFIRMAT. Quâ ratione, inquit, in Genesi Hebraismus quidem habet ad verbum (cap. 9. vers. 20.) καὶ ἤρξατο ὁ Νῶχ γεωργὸς καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα (id est, & cœpit Noë agricola, & instituit, seu plantauit, vineam) Lucas verò vertisset, καὶ ὁ Νῶχ γεωργὸς ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα ἀρχόμενος, hoc est, Noach agricola primùm tum vineam instituit, &c. Sic Lucas cùm ait: *tunc Iesus erat* 30. *annorum incipiens*, manifestò intelligit, illi à natali 30. annos tunc primùm fluxisse, & trigesimumprimum inire. Hactenùs Scaliger. Aliud argumentum habet, petitum ab annis Herodis & Tiberij: sed nimis incertum. De quo vide Baronium in Apparat. à num. 111. Perer. lib. 11. Dan. q. 5. & Gordon. tom. 2. cap. 1. num. 3. seu pag. 6.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. apud Gordonum. Petitur ab anno Tiberij, quô baptizatus est Christus, & anno Christi Domini, quô mortuus fuerat Cæsar Augustus. Ex eodem Luca, inquit, Christus baptisatus est annô decimoquintô Tiberij currente, qui secundùm historicos suscepit imperium mox post Augustum. Obiit autem Augustus annô Christi decimosextô excurrente, & decimonono die mensis Augusti, quô proinde die inchoati sunt 15. anni Tiberij. Hinc iam sequitur, Christum baptizatum annô ætatis trigesimô completô, & inchoatô sequenti annô per 12. dies.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. apud Baronium in Apparat. num. 108. S. R. Ecclesia, inquit, istud ipsum professa videtur in Antiquo Rituali, quod Ordinem Romanum appellant: Vbi cùm agitur de Epiphania, hæc verba descripta habentur: Solemnitas hæc Græcis, θεοφάνεια, siue ἐπιφάνεια nuncupatur. Latinè autem apparitio, siue ostensio, vel manifestatio interpretatur. Expletis namque Christus quasi 30. annorum curriculis, venit in Iordanem ad Ioannem, vt baptisaretur ab eo. Hæc Ordo Romanus. Quæ etiam recitat Albinus Flaccus De Offic. Eccles. cap. 6.

Ad 1. Arg. AD I. ARGVMENTVM Huius Sententiæ. Respondetur, ipsum petere principium. Hoc enim est quod incumbit probandum, particulam ὡσεὶ sumendam esse hôc locô affirmanter, non autem dubitanter. Alioqui si propter loca quædam, in quibus particula *quasi* sumitur affirmanter, prætenditur eam ità sumendam esse hôc locô: poterit & quiuis propter quædam etiam, in quibus eadem inet particula sumitur dubitanter, prætendere sumendam illam esse dubitanter hôc eôdem locô. Quinimò loca Scripturæ in quibus illa particula sumitur dubitanter, sunt innumera comparatiuè præ aliis in quibus sumitur affirmanter. Denique constat vsitatiorem intellectum eius esse dubitatiuum. Vndè sequitur eum ità communiter, imò semper esse sumendum, nisi per accidens aliud colligatur vel ex circumstantiis, vel ex subiectâ materiâ: qualiter fit Ioan. 1. vers. 14. & 2. Cor. 3. vers. 18. vel tandem ex alio textu: qualiter fit Exod. 12. & Num. 1.

Ad Confirm. 2. Arg. AD CONFIRMATIONEM. Respondetur, Probationes desumptas simpliciter à simili, nec aliô fundamentô nixas, nihil quicquam concludere, quandò subiecta materia controuertitur.

Ad 2. Arg. AD II. Respondetur, quantùm ad vocem ἀρχόμενος solitariè spectatam, participium item ὤν referendum ad ἐτῶν τριάκοντα, vtrumque demùm simùl iunctum, non esse referendum ad ἐτῶν τριάκοντα, argumentum pariter petere principium. Et quoniam præcipua vis est in participio ὤν, quod referatur ad ἐτῶν τριάκοντα, propterea demonstrandum est prætensionem istam nihil conuincere. Nam imprimis, dici potest participium illud iungendum esse cum sequentibus, & sensum esse, quem indicauit Euthymius, erat tunc ità exteriùs viuens, itáque conuersans cum hominibus, vt opinione hominum Iosephi filius existimaretur. Nec oberit virgula post ὤν apposita. Nam & reperiuntur quidam codices, in quibus aut ea præponitur, aut apponitur nulla. Sed & eâ remanente verâ, non obstabit etiam sensum participij referri ad sequentia, *ens*, seu, *existens*, *vt putabatur filius Ioseph*. Deindè, dici etiam

potest, id quod tradiderunt tot authores suprà, traditque Pererius pag. 687. sub init. illud, *incipiens*, non esse referendum ad ætatem Christi, sed absolutè positum ad signandum exordium prædicationis eius, hoc videlicet intellectu: Erat Christus 30. annorum incipiens, hoc est, cùm aggressus est prædicare Euangelium, & manifestate se mundo. Insuper, Responderi poterit, phrasim illam Græcam, *Incipiens existens*, eandem esse, ac Latinam istam, *existens incipiens*, id est, *Erat incipiens annorum* 30. Vnde, quamuis aliquandò phrasis illa, *esse*, seu, *existere*, tot annorum, significet, tot annorum completorum; non tamen id significabit istô locô, quia *existens* coniungitur non cum *annorum*, sed cum *incipiens*: proindéque construi potest, *existens incipiens* 30. *annorum*, id est, incipiens 30. suos annos. At tandem Respondetur, esto participium illud coniungendum esset cum 30. *annorum*: nihilominùs obstaret adhuc hôc locô particula, *ὡσεὶ*, visitatiori modô sumpta, cui nihil opponitur in textu: quò proindè probabilius est eam hôc locô deberi sumi. Certum quidem est, aliud esse, incipere 30. annorum, & incipere esse 30. annorum: & hoc animaduersum fuisse §. 14. sub locô 3. fin. vbi dictum est incipere esse tot annorum, regulariter non dici, nisi de eo, qui tot illos impleuit. At hôc locô non dicitur simpliciter, erat incipiens esse 30. annorum, vel erat 30. annorum: sed erat incipiens quasi 30. annorum, vel erat quasi 30. annorum. Quapropter omni modô deficit 2. istud argumentum.

Ad Confirm. 2. Arg. AD CONFIRMATIONEM. Responderi potest, idem quod ad præcedentem: nimirum, probationes simplices à simili, non concluudere, si aliò non nitantur fundamentô.

Ad 3. Arg. AD III. Respondetur, assumptionem eius incertam esse, vel etiam falsam, & ad minùs petere principium. Incertam satis patet ex his, quæ Gordonus ipsemet tradit cap. 6. nimirum Cæsarem Augustum, mortuum esse: annô Christi decimo sextô currente. Nam si iuxtà sententiam magis receptam, Christus Dominus natus est annô 42. Cæsaris Augusti, & Cæsar Augustus regnauit solummodò 56. annos, prout affirmât Tertull. lib. contrà Iud. S. Epiph. de Mens. & Pond. & alij multi, manifestum est ne quinquagesimumseptimum Augusti concurrere cum decimosexto Christi D. sed solummodò cum 14. aut ad plùs 15. eius, 15. autem Christi & 15. Tiberij tantùm incœpti non faciunt 30. completos. Petere verò principium, patet, quia Gordonus id asserens, supponit 30. annum Christi D. censendum esse completum: hoc autem est de quo disputatur.

Ad 4. Arg. AD IV. Respondetur, ordinem illum Romanum dicendo expletis quasi 30. annorum curriculis, idem dicere ac quasi expletis 30. annorum curriculis. Per illam ergo particulam *quasi*, potius significare annos 30. non fuisse completos.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Christum Dominum fuisse baptisatum, annô vitæ suæ *trigesimô tantùm incœptô*, non autem completô.

Itâ etiam censeri possunt permulti Patres: quorum aliqui dicunt, aliqui dicere videntur, Christum Dominum fuisse baptisatum annô trigesimô, cum inciperet annos 30. & similia. Sic videtur sensisse (inquit Pererius pag. 690.) Ignatius Martyr. in epistola ad Trallianos (5.) cùm ait Christum 30. annos agentem, baptisatum esse à Ioanne, posteà 3. annos prædicasse. Ireneus quoque (ait idem Pererius) lib. 2. aduersùs hæreses cap. 39. ità scribit. *Ad Baptismum venit Christus, nondum qui 30. annos suppleuerat, sed qui inciperet esse tanquam 30. annorum. Itâ enim Lucas significauit, qui annos eius posuit: Iesus autem erat quasi incipiens 30. annorũ*, &c. Sic Irenæus (subdit Pererius) quem existimasse Lucam loqui de initio trigesimi anni, non autem de fine, palàm est ex his quæ proximè subdicit. Itâ similiter videtur eidem Pererio, necnon Suarez 3. part. tom. 2. disp. 25. sect. 1. Eusebius lib. 1. Hist. cap. 10. cum ait; *Christus, quando iam trigesimum ætatis suæ annum agere incipebat, ad Ioannem, vt lauacrô baptismatis tingeretur, se contulit.* Adducit istos exceptô S. Ignatiô Baradius suprà, notâtque non immeritò sic eos sensisse videri. Veruntamen subiungit: S. Ireneum non satis perspicuè loqui: Eusebij verò Græca verba eadem esse quæ B. Lucæ, *ἀρχόμενον ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα*, id est, incipiens quasi annorum 30. Atuerò Pererius contendit S. Ireneum, & Eusebium, itâ prorsus sensisse. Et certè meritò magis. Nam credibile est, si patres illi verba Euangelistæ aliò modô intellexissent, quàm eô, quem ad litteram ipsorum verba referunt, ipsos vtique illa clariori modô fuisse prodituros. Porrò, quicquid sit de affirmatione, quônam præcise annô Christus Dominus fuerit baptisatus, S. Ireneus clarus est ad asserendum Christum Dominum iam non explesse 30. annos. Itâ etiam profert Pererius sensisse quicumque putarunt Christum Dominum vixisse duntaxàt annos integros 30. Censuerunt enim, inquit, initiô anni trigesimi ipsum esse baptisatum, idque ex

supra dictis Lucæ verbis euidenter se argumentari credebant. Lege, inquit, Clementem Alex. 1. Strom. Tertullianum lib. adu. Iud Iulium Afric. lib. 5. Annal. vt refert B. Hieronymus super 9. cap. Dan. in digressione de 70. Hebdomadibus, & Lactantium lib. 4. cap. 10. Sic ibi Pererius. Hos pro eadem sententia refert Baronius Apparat. num. 106. Suarres item 3. part. to. 2. Disp. 25. sect. 2. profert in hanc Sententiam Origenem, S. Hieronymum, & Eusebium locis allatis, ac B. Augustinum (siue authorē) lib. 3. de mirabilibus sacræ Scripturę. Rationem adde præcisam, quia vel affirmant, vel supponunt, eum ad minùs prædicasse annô vnô proindéque cœpisse trigesimô tantùm incœptô.

Ità autem manifestè sensit S. Epiphanius hæres. 55. sic tamen vt intellexerit trigesimum vergentem ad finem. Nonnullis fortasse videbitur, inquit Pererius pag. 687. ità sensisse Iustinus Martyr. in Dialogo quem habuit cum Tryphone. Scripsit enim Christum per annos fermè 30. expectasse, donec Ioannes præiret. Huius etiam sententiæ videri non immerito potest fuisse S. Augustinus 2. Doct. Christ. 28. cùm ait, *Et annorum ferè quidem 30. baptisatum retinemus authoritate Euangelica.* Quamuis autem S. Epiphanius & forsan alij, per hęc sua dicta videantur facere Natiuitatem Christi Domini anteriorem mensi Decembris: attamen quantùm ad textum S. Lucæ, patet eos sic illum intellexisse, vt anni 30. noo sint censendi cōpleti, sed tantùm incœpti. Non est etiam incredibile nonnullos eorum sic intellexisse annos illos 30. ferè incœptos, per comparationem ad reliquos vitæ ipsius annos: consequenter, de 29. taotum. Sed de hoc sub 3. Sententia.

Suarres locô suprà citatô, affert in hanc Sententiam S. Thomam, qui nimirùm 3. part. q. 39. art 3. hęc habet: *Christus conuenienter fuit in trigesimo anno baptisatus.* Sed Baradius vult neq; illum dicere, an 30. cōplens, an verò non cōpletis. Nihilominus si verba eius sumantur ad rigorem, seu iuxtà cōmunem & vsitatum loquendi modum, fauebūt isti Sententiæ. Iansenius in Concord. cap. 14. inclinat in hanc eandem Sententiam, cique suffragari putat S. Ireneum suprà.

Ità denique ac expressissimè senserunt Lyranus Luc. 3. vbi hanc communiorem Doctorum sententiam appellat. Ità Onuphrius in Fastis, lib. 2. seu annô Vrbis 786. Sigonius in Sulpit. Ioannes Lucid. lib. 7. cap. 2. Dionysius Carthus. Pererius, Suares, & Baradius, locis allatis superiùs, vbi Baradius affert etiam Caietanum, Hugonē Cardinal. & Clarium. In eam quoque sententiam affert Suares scolasticos ibidem. Ità denique plurimi, tàm chronologi, vt Genebrardus lib. 2. pag. 212. &c. quā Commentatores, vt Tostat⁹ in 4. Matth. q. 8. & in 14. q. 63. Toletus in 3. Luc. &c. Ex sectariis ità tenent Mercator pag. 142. Bucholcerus a vers. 35. & Caluisius Isag. cap. 44. seu pag. 194. Quamuis Temporarius lib. 2. sub Can. 7. seu pag. 177. velint annum illum, fuisse vergentem ad finem: quia de tempore Natiuitatis Christi D. cum eius Ecclesia oon consentiunt.

*Probat.* FVNDAMENTVM Huius Sententię, consistit in expositione textus S. Lucæ, *de anno 30. tantum incœpto.* Sic autem intelligendum esse S. Lucam, Probatur duobus argumentis.

*1. Arg.* I. ARGVMENTVM. Petitur a textu Vulgatæ Editionis iuxtà rigorem litteralem (vt putant) sumpto. Nam, *erat incipiens quasi annorum* 30. videtur manifestè significare, eum tunc fuisse aooorum 30. incœptorum.

Vbi ad clariorem explicationem, & ne alicui Græcus codex officiat, aduerti possunt, quę habet Pererius suprà. In nostrâ, inquit, versione latinâ illarum duarum vocū *quasi*, & *incipiens*, videtur alterutra vacare. Quid enim sibi vult, *erat Christus incipiens quasi 30. annorum*? Satis namque fuisset dicere, *erat quasi 30. annorum*: vel, *erat incipiens esse 30. annorum*. Verùm, non ità est. Illud enim *incipiens*, refeçcodum est ad illud 30. *annorum*, nec iungi debet cum particula *quasi*, vt hôc modô legamus, *erat quasi 30. annorum incipiens*, hoc est, tunc orsus trigesimum annum. Nam cùm illud, *quasi 30. annorum*, significare posset vel exitum trigesimi aoni, vel initium: per illud participium *incipiens*, contrahitur & determinatur ad significandum initium trigesimi anni. Atque hoc clariùs apparet in lectione Græca, quæ illud *incipiens*, non habet antè illa verba *quasi* 30. *annorum*, sicut est in lectione latina: sed habet ea verba hunc in modum, *erat quasi 30. annorum incipiens*. Hæc Pererius. Similia Mercator habet suprà.

*Confirm. 1. Arg.* CONFIRMAT idem Pererius pag. 691. ini[illegible] Ab exemplis eiusdem phrasis in Scriptura sacra. I. Exemplum. S. Lucas, inquit, in Euangelica historia cap. 2. scribit, Christum, postquàm consummati essent dies 8. esse circuncisum. Si verba ipsa spectes, significari videtur circuncisum esse Christū transactis 8. diebus, id est, nonô die. At noo est hic verborum intellectus. Neque enim in circūcisione Christi violata est lex Moysis, iubens omnes infantes octauô die circuncidi. Est igitur modus loquendi proprius diuinæ Scripturæ, & significans postquàm aduenit octauus dies, in eo die Christum esse circuncisum.

Alterum eiusdem phrasis exemplum. Matthæus cap. 27. facit Iudæos dicentes Pilato, Christum, dum viueret, dixisse resurrecturum se ex mortuis post tres dies. Pro eo quod est tertiò die, vel postquam aduenisset tertius dies. Quin Marcus cap. 8. narrat, Christum dixisse filium hominis resurrecturum se ex mortuis, post tres dies; at Lucas & Matthæus idem commemorantes, scribunt dixisse cum tertiâ die. Hactenùs Peretius.

2. Arg. II. ARGVMENTVM. apud Baradium §. *Tertullianus*. Petitur ab annô Tiberij, quô Dominus est baptisatus, & anno Cæsaris Augusti, quô fuit natus. Dicit enim Eusebius lib. 1. Hist. cap. 10. (quod etiam habetur Luc. 3.) ostensum Christum annô decimoquintô Imperij Tiberij Cæsaris, quô Ioannes baptizare cœpit. Eôdem annô decimoquintô Tiberij cœpit baptizare Ioannes, vt Lucas docet cap. 3. Natus est autem Dominus annô Augusti Cæsaris quadragesimosecundô, (monstratû fuit §. 114.) à quo, vsque ad decimumquintum Tiberij, ætatis Christi anni numerantur. Etenim Augustus quinquagintasex annos sceptrum orbis tenuit, (Tertull. lib. contrà Iudæos, S. Epiphan. lib. de Mensur. & Ponder. & alij). Restant ergò ex Augusti Imperio, ætatis Christi anni ferè 15. quos si adiungas aliis ferè 15. Tiberii, summam efficies memoratam. Hæc ex Baradio.

3. Sent. III. SENTENTIA esse potest, Christum Dominum fuisse Baptisatum, nô annô vitæ suæ trigesimô completô, vel inceptô, sed *tantùm annô vigesimonunô, & hôc inceptô.*

De vigesimonono censeri possunt permulti Patres & authores, tùm in initio, tùm in sententiis superioribus allati: maximè verò S. Ireneus, & S. Epiphanius, quorum verba relata sunt initiô huius Difficultatis (mòxq; referentur) si conferantur cum probatione iam subiicienda.

Pro hac sententia stare censeri debet Caietanus in Luc. 3. vbi tenet expressè Christum Dominum fuisse baptizatum annô vigesimonono. Quamuis enim velit eum baptizatum esse propè inchoationem anni trigesimi, adeòque circà finem vigesiminoni, tamen aut in hac parte nô est sequêdus, quia probabilius est eum fuisse baptizatum initiô alicuius sui anni, propterea quòd Ecclesia celebrat eum natum 25. Decembris, & baptisatum 6. Ianuarij, de qua re paulò inferiùs: aut est adaptandus eô modô qui declarabitur infrà. Nota alios huius Sententiæ authores, sed nomine tacitô, Caluisius, cap. 44. seu pag. 194.

Probat. PROBARI potest Hæc Sententia, Argumentô petitô à rigore litterali, tàm Vulgatæ, quàm Græcæ Editionis. Nam cû, sicut suprà dictum est, probabilius particula, *quasi*, sumenda sit dubitanter, seu diminutiuè: manifestum est, phrasim istam, *Iesus erat incipiens quasi annorum* 30. significare, nondùm igitur incipiens annos 30. Consequenter 29. tantum. Vnde cum dixerit S. Ireneus *Ad Baptismum venit Christus, nondùm qui 30. annos suppleuerat, sed qui inciperet esse tanquàm 30. annorum*: & S. Epiphanius, *Erat autem Iesus incipiens esse annorum ferè* 30: sieque participium, *incipiens*, retulerint ad annos 30. hos verò dixerint non simpliciter annos 30. sed, *tanquàm*, vel *ferè*, annos 30. clarum videtur eos stare pro hac sententia. Vnde etiam immeritò dixisse videtur Gotdonus tom. 2. cap. 3. init. nullum veterum ità sensisse. S. Iren. S. Epiphan.

CONFIRMARI potest I. Ex his quæ habet Peretius pag. 686. Pro eo, inquit, quod latinè est *quasi*, Græcè est *ὡσεί*, quod vertilatinè potest, vel *quasi*, vel *tanquam*, vel *ferè*. Atqui, *quasi, tanquàm, ferè*, significant nondùm inceptum esse id quod postea subiungitur. Ergò nondùm inceptos annos 30. 1. Confirm.

CONFIRMARI potest II. Nam vocabulum *erat*, in se sumptum, intelligendum est de *annis*, vel completis, vel inceptis. Si de completis: tunc particula, *quasi*, diminuens, ei coniuncta, significabit 30. ferè côpletos. Significabit, inquam, 30. nondùm quidem esse completos, sed tamen esse ferè completos. Hoc autem etsi dixerint nonnulli Patres suprà: veruntamen nûne non recipitur communius, quia iuxtà vetustissimam, & probatissimam traditionem, apud S. Clement. lib. 5. Const. Apost. cap. 13. & S. Aug. 4. Trin. 4. & tract. in Psal 132. propè fin. aliósq, tùm Latinos, tùm Græcos, apud Baron. Apparat. num. 121. sed & vsum ac obseruationem Ecclesiæ Catholicæ, ac denique communiorem sententiam, Christus Dominus natus est 25. Decembris, & baptizatus 6. Ianuarij. Vnde quamuis obiici possit, ex eo quòd memoria baptismi Christi D. celebretur 6. Ianuarij, non tamen sequi baptismum eius fuisse factum tali die: nihilominùs manet illa sententia longè probabilior. Ergò circa tempora quibus est Baptizatus, non est dicendus annorum ferè 30. completorum. Si de inceptis: tunc particula, *quasi*, diminuens, ei coniuncta, significabit 30. nondùm inceptos; consequenter significabit tantùm annos 29. Cæterùm, hôc positô, ex natiuitate & baptismate colligetur necessariò, 29. illos annos non posse dici ferè completos, sed tantùm inceptos. 2. Confirm.

3. Confirm. CONFIRMARI potest III. Nam valdè credibile est, S. Lucam non intendisse assignare præcisè tempora ætatis Christi Domini. Alioqui numerasset ea præcisè, etiam ad menses, etiam ad dies suos. Potiùs ergò assignauit illos rotundô numerò, prout solet in hominum vsu & consuetudine, seu cum comparatione tantùm ad reliquos ætatis eius annos. Hôc autem positô, verba S. Lucæ rectè possunt intelligi de annis tantùm 29.

4. Confirm. CONFIRMARI potest IV. Nam etiamsi particula, *quasi*, vel, *ferè*, quandoque præposita numero personarum, significat non aliquid deesse, sed superesse, prout visum est Exod. 12. attamen præposita numero annorum, in vsu Scripturæ significat non aliquid superesse, sed deesse. Sic enim Act. 13. vers. 20. *quasi post* 450. *annos*, visum est significare probabiliùs, non aliquot annis plùs, sed aliquot minus 450.

Cogitari posset 2. quoddam argumentum, petitum ab anno Cæsaris Augusti quò natus sit Dominus, & anno Tiberij, quô fuit baptizatus, hôc modô. Natus est Dominus iuxtà receptissimam sententiam annô Cæsaris Augusti 42. & baptizatus iuxtà S. Lucam, annô Tiberij 15. Cæsar Augustus regnauit iuxtà receptissimam etiám sententiam, annos completos 56. A 42. tantùm inceptô ad 56. completum, & præcisè completum, quô regnare cœperit Tiberius sunt tantum 14. completi. Abindè rursùs, 14. completi Tiberij memorati, non possunt efficere plus quam 28. annos completos. Ergò 29. tantum inceptos. Quod vt melius ostendatur, notandum sit obiter, Dionem lib. 56. & Tacitum lib. 1. dicere Cæsarem Augustũ cœpisse imperare, seu cõsulatũ primũ iniisse 14. Kal. Septembris, siue 19. Augusti, & eôdẽ (id est, simili) die obiisse. Rursum verò, eũ eis Suetoniũ & alios dicere, mox eô mortuô Tiberium imperio successisse. Hôc modô prætendi non potest annos eorum aliquos fractos, simul iunctos, efficere vnum aliquem integrum. Nam vltimus Cæsaris Augusti, siue 56. est in se præcisè tantum completus, quia finit eôdem die quô cœperat eius primus. 15. autem Tiberij quô Dominus est baptisatus, est per 4. tantùm menses, & 16 vel 17. dies inchoatus.

Verum, deficeret argumẽtum hôc modô compositum; quia distingueret annos 14. & 14. discretos quibusdam limitibus spectatos, qui tamen spectari non debent discretè, sed continuè; huiusmodi autem consideratio magnam afferre solet hallucinationem in annis rectè computandis. Ostenditur. Ab anno 42. Cæsaris Augusti, vel meliùs abintra 42. eius annum, post 4. menses consideratum, incipit primus annus Domini, & completur intrà 43. eiusdem Cæsaris Augusti, post 4. menses consideratum. Abintrà 43 ad intrà 44. completur secundus annus Domini: ab intrà 44. adintrà 45. tertius: abintrà 45. adintrà 46. quartus: consequenter abintrà 55. adintrà 56. decimusquartus. Sic quidem reperiuntur tantùm 14. anni. At considerandum est non ibi consumi totum annum 56. Cæsaris Augusti: sed adhuc restare menses eius 8. vel circiter: qui iuncti cum 4. mensibus anni primi Tiberij, faciunt annum Domini decimumquintum completum. Abintrà 1. Tiberij plùs 4. mensibus incœpti, adintrà secundum eius plus 4. mensibus incœptum, completur decimussextus Domini: sicque consequenter abintrà 14. adintra 15. plus 4. mensibus incœptum, completur vigesimusnonus Domini: & vnô verbô à 1. Tiberij ad decimumquintum, sunt 14. integri, sicut rectè colligebatur suprà. Hi iuncti 15. prioribus, faciunt 29. completos. Ergò non valet argumentum hôc modô dispositum.

Cogitari etiam posset hoc argumentum aliô modô concludere, si Cæsar Augustus doceretur regnasse non 56. annos completos, sed tantùm 55. Tunc enim à 42. eius, ad 15. Tiberij, viderentur reperiri tantùm 28. completi, proindè non plus Domino tribuendi. Cæsarem autem Augustum imperasse solummodò 55. annos, contendit Pererius lib. 11. Dan. q. 5. ex eo quòd iuxtà Velleium Paterculum lib. 2. inierit primum consulatum, siue imperare cœperit 11. Kal. Octubris: mortuus autem fuerit iuxtà omnes, 14. Kal Septembris. Sic autem annus eius 56. fuerit tantùm per 10. menses & aliquot dies incœptus.

Verùm, neque hôc modô valere potest argumentum. Nam minuitur computatio præcedens vnô tantum mense, vel paulô plus. Vnde cœperit Tiberius citiùs illô mense vel circiter, adhuc intrà 5. menses anni eius primi, complebitur decimusquintus Domini, & intrà annum 15. eius ad plus per 5. menses incœptum, complebitur vigesimusnonus Domini.

QVÆRITVR II. & principaliter, Quot annos Christus D. vixerit? seu quotô vitæ suæ annô fuerit mortuus? Pererius affert plures Sententias lib. 11. Dan. q. 7. seu à pag. 691. Suarres item in 3. p. S. Th. de Incarn. q. 40. sect. 1. Denique & Baradius tom. 4. lib. 1. cap. 7. — Christus D. quotô vitæ suæ annô mortuus.

1. Sent. I. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Christum D. vixisse 46. aut etiã propè 50. annos. Consequenter mortuũ esse annô

ætatis suæ circiter 46. *vel* 50.

Ità nonnulli apud S. Augustinum lib. 2. Doct. Christ. cap. 28. dicentes eum vixisse 46. Ità & S. Ireneus lib. 2. aduersùs Hæres. cap. 39. & 40. dicens eum vixisse paulò minùs 50. annos.

Prob.

PROBATVR Hæc Sententia tribus argumentis.

1. Arg.

I. ARGVMENTVM apud illos quos refert S. Augustinus. Petitur ex Ioan. 2. vers. 20. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc*, &c. Atqui templum illud imaginem corporis Dominici gerebat.

2. Arg.

II. ARGVMENTVM. apud S. Ireneum. Petitur ex Ioan. 8. vbi Iudæi dicunt Christo, vers. 57. *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?*

3. Arg.

III. ARGVMENTVM. apud eundem S. Ireneum. Petitur à conuenientia, quam sic refert Pererius pag. 692. vt Christus D. obiret omnes gradus ætatis humanæ, quô cuiusque ætatis sanctè atque innocenter degendæ, salutaria præberet exempla & documenta. Neque verò consentaneum fuisse, vt Christus iuuenili ætate, sed potiùs in virili, etiam ad senilem inclinante, munus prædicandi Euangelij, nempè grauissimum, magnæque indigens authoritatis, exerceret.

Reiicitur 1. Sent.

CONTRA HANC SENTENTIAM Faciunt, ea quæ contrà illam habet Pererius locô citatô. Et I. Quid minus, inquit, credibile, quàm si Christus D. vixisset vsquè ad 50. (aut ferè) annum, nullum de actis ipsius, miraculísque, & doctrina, post 33. vel 34. annum, Euangelistas fecisse verbum? Cum verissimile sit, quæ posterioribus annis egisset, ea futura fuisse insigniora, illustriora, & mirabiliora, nobísque vtiliora: ob ídque digniora, quæ literarum monimentis consignata, in omnium posteriorum cognitione, admiratione, atque imitatione versarentur?

2.

FACIT II. Quòd, Si Christus, inquit Pererius, vixisset annos propè 50. ergò non fuisset mortuus Tiberiô Cæsare Imperatore, nec adiudicatus morti esset à Pilato Iudææ procuratore. Cùm illud tamen inconfessò sit apud omnes authores Ecclesiasticos: hoc verò Euangelica restetur historia, & in symbolo Apostolico expressum sit, passum esse Christum sub Pontio Pilato. Quòd autem illi opinioni hoc sit consequens, hinc patet. Tiberius namque regnauit 23. annos: post eum Caligula 4. hunc consequutus est Claudius. Cùm igitur Christus annô 15. Tiberij, & 30. suæ ætatis, baptizatus fuerit: si vixit propè 50. annos, necesse est peruenisse eum ad 4. vel 5. annum Claudij. Atqui Pilatum ex procuratione Iudææ annô vltimô Tiberij decessisse, author est Iosephus lib. 18. Antiquitatum.

Ad Argumenta 1. Sent.

AD ARGVMENTA Huius Sententiæ, adeò faciles sunt Responsiones, vt in eis non sit diutiùs immorandum.

2. Sent.

II. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Christum D. vixisse tantùm *annos* 29. completos, seu mortuum esse annô ætatis suæ 30. *inceptô*.

Ità Tertullianus lib. Adu. Iudæos, Iulius Affric. lib. 5. Annal. apud S. Hieronymum in Dan. 9. & Lactantius lib. 4. cap. 14. dicentes eum fuisse baptisatum annô ætatis 30. eodémque fuisse passum. Ad hos reduci potest Clemens Alex. lib. 1. Strom. dicens eum esse passum annô 31. Ad eosdem accessisse videri posset S. Augustinus 18. Ciu. 54. & lib. 22. cap. 15. Sed eum vindicant Pererius pag. 693. & Baradius suprà.

Reiicitur. 2 Sent.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, quòd Si secùndùm Authores illos Christus Dominus baptizatus est annô 30. cùm ex euangelijs constet, vt posteà demonstrabitur, ab eius baptismo transacta fuisse 4. Paschata, manifestè sequitur eum vixisse plùs quàm annos 30. solùm, inceptos, vel completos.

3. Sent.

III. SENTENTIA CAPITALIS, dicit, Christum D. vixisse *annos* 31. seu mortuum esse *anno* 32. non expletô.

Ità Apollinaris Episcopus Laodicensis, apud S. Hieronymum in Dan. 9. Simile quid videtur sensisse S. Cyrillus Alex. in 29. Isa. nimirùm, cùm dicit Christum 2. annis docendo omnem Iudæam peragrasse; si tamen supponatur, eum sensisse Christum D. fuisse baptizatum annô ætatis 30. completô: quod est incertum. Ità sensisse videntur Orosius lib. 7. cap. 4. Sulpitius lib. 2. Histor. & Philastrius in Catalog. Hæres. Quorum dicta, ex quibus id colligitur, vide apud Pererium pag. 694. & Baradium suprà. Denique in eandem sententiam quosdam recentiores, sed inferioris notæ Authores, ascripsit Ioannes Lucidus, De vero die passionis Christi cap. 9. Vide quosdam alios apud Baradium.

Reiicitur 3. Sent.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, idem quod contrà præcedentem. Nam quôcumque annô iuxtà Patres illos Christus Dominus fuerit

baptizatus, 30. vel 31. cùm ex Euangelistis constet ab eius baptismo transacta fuisse 4. Paschata, sed ex iisdem authoribus præstitisse per 2. annos integros, sequitur eum vixisse plùs 31. annis.

4. Sent. IV. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Christum D. vixisse *annos* 34. *completos*, seu mortuum esse annô ætatis suæ 35. *incœptô.*

Ità Scaliger lib. 6. Emend. præsertim à cap. 2. seu, De vero anno & die passionis Dominicæ, aliàs à pag. 256. ad 263. Ità & Caluisius cap. 48.

Probat. PROBANT, vel probari putāt hanc Sententiam, suppositâ priùs expositione verborum S. Lucæ de Baptizatione Christi D. annô ætatis suæ 30. completô, ex eo quòd constituenda sint inter Baptismum Christi D. & tempus mortis eius, 5. Paschata. Hoc tamen faciunt diuersô modô seu ratione.

1. Modus. I. MODVS, est Scaligeri, constituentis quidem 5. Paschata; sed tamen aliud etiam argumentum proferentis. Vnde

Probat. 1. Mod. PROBAT Scaliger suum Modum, duobus Argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd reperiatur vnum ac Primum Pascha Ioan. 2. vers. 23. Aliud ac Secundum Pascha, Ioan. 5. vers. 1. Aliud ac Tertium Pascha, Matth. 12. vers. 1. Marc. 2. vers. 23. & Luc. 6. vers. 1. Aliud ac Quartum Pascha, Ioan. 6. vers. 4. Aliud & denique Quintum Pascha, quandò Christus D. fuit crucifixus. Sic enim ait Cap. De vero anno & die Passionis Dominicæ, seu pag. 257. à med.

Primum Pascha, inquit, disertè expressum est Ioan. 2. Nam tertiâ die à Baptismo scribit Ioannes (à vers. 12.) *Post hoc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus.* vers. 13. *Et prope erat Pascha Iudæorum.* In calce capitis (vers. 23.) *Cùm autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo,* &c.

Secundum Pascha, inquit, apud eundem cap. 5. (vers. 1.) *Post hæc erat festus dies Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam,* &c. Eam enim ἑορτὴν, (id est, festum) esse Pascha, ex verbis Domini capite antecedente conuincitur (vers. 35.) *Nonne vos dicitis, quòd adhuc 4. menses sunt, & messis venit?* Vnde manifestum est circiter mensem Tebeth hæc à Christo dicta fuisse. Sic Scaliger. Quem intellige quia messis in Iudæa cœpit circùm Pascha, ex Leuit. 23. & Ios. 3. 4. & 5. Confirmat, cap. cui tit. Interuallum à Baptismo ad tertium Pascha, seu pag. 259. ex verbis illis, *& ascendit Iesus Ierosolymam.* A mense Tebeth, inquit, proximum festum, propter quod necesse esset Deo comparere, id erat Pascha. Sic ille. Sed de hoc infrà plenius ex Peretio & Patribus. Pergit

Coniectus autem in carcerem fuit (dic, fuerat) Ioannes, propter turbam discipulorum quotidie ei affluentem, quæ suspecta erat Herodi. Author Iosephus. Cui consentanea scribit Ioannes (cap. 4. vers. 1.) *Vt ergò cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos facit, & baptisat, quàm Ioannes,* &c. Cædis autem Ioannis causa fuit Herodias, vt Euangelistę testantur, non turba discipulorum, vt vult Iosephus. Aufugit igitur Iesus in Galilæam. Nam Ierosolymis ei tutò esse non licebat, propter celebritatem loci, quamuis Ierosolyma esset extrà Tetrarchiam Herodis. Hinc incipit Prædicatio Christi apud Matthæum & Marcum. (Nimirùm Matth. cap. 4. à vers. 17. Marc. cap. 1. à vers. 21. sed & Luc. 4. à vers. 14. & Ioan. cap. 4. ferè totô.)

Tertij Paschatis vestigia extant in 12. Matthæi (vers. 1.) Marci 11. (vers. 23.) Luc. 6. (vers. 1.) vbi fit mentio Iesu ambulantis per segetes maturas. Illud est 3. Pascha post 2. profectionem in Galilæam. I. enim profectio post Baptismum (Ioan. 2. vers. 1. fortè etiam secundùm Scalig. Luc. 4. à vers. 14.) altera post Ioannem in vincula coniectum (Matth. 4. à vers. 12. Marc. 1. à vers. 14. & Ioan. 4. à vers. 1.). Hinc ad 14. caput Matthæi, gesta vnius anni continentur. *Hinc*, intellige apud Scaligerum, à Matth. 12. Marc. 2. & Luc. 6. non autem formaliter à 2. in Galilæam profectione. Nam infrà dicet (seu pag. 200. fin.) A 12. Matthæi, ad 14. comprehenduntur strictim gesta vnius anni.

Ad quartum Pascha viam sternit Scaliger hôc modô. 14. verò capite, (Matth. scilicet, vers. 13.) dicitur Iesus abdidisse se in loca sola & deserta, in quæ nihilominùs secuta eum fuerit multitudo trans lacum Tiberiadis. Causam secessus exponit Matthæus (eôdem cap. 14.) quòd scilicet tùm primùm Iesus audisset, vel potiùs præscisset, de cæde Ioannis. Itaque nauigiô delatus trans lacum secessit, vbi miraculum 5. panum & 2. pisciculorum editum. Vtrumque verô, & miraculum, & Ioannis cędem, paullò ante solemne Azymorum contigisse, liquidò constat ex Ioannis 6. Vndè petat qui volet. (Nimirùm, vers. 4. *Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum*). En 4. Paschata à Baptismo Christi.

Et Cap. cui titulus, Interuallum à Baptiſmo ad quintum & vltimum Paſcha, ſeu pag. 261. ſub init. Scribunt Matthæus, Marcus, & Lucas, Ieſum, cùm eſſet in Galilæa, vltrà locum Tyberiadis in loca ſola ſeceſſiſſe (Matth. cap. 14. à ỳ ſ. 13. Marc. cap. 6. à ỳ ſ. 3. & Luc. 9. à ỳ ſ. 10. Cauſam afferunt (videlicet Matthæus & Marcus) recentē caſum Iuliannis Baptiſtæ, item Ieſum ab Herode metuentem, cuius ſcilicet iuſſu Iohannes gladiò percuſſus ſuit. Quò nunciò acceptû Ieſus ἀνεχώρησε, (id eſt, ſeceſſit) inquit Matthæus, εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν, (id eſt, in locum deſertum ſeorsùm). Ioannes addit tantùm, πέραν τῆς θαλάσσης (id eſt, trans mare, migraſſe. Quatuor autem Euangeliſtę vnó ore ſcribunt tunc nihilo ſequiùs vulgus cum ſequutum. Vbi miraculum 5. panum, & 2. piſcium patratum. Atque omnes quidem Euangeliſtæ hęc vnò conſenſu. Tempus autem vt anteà diximus, ſolus Ioannes deſignat. ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων. Ecce quartum Paſcha à Baptiſmo. Quare antè Paſcha cæſus Ioannes. Sic ibi Scaliger. Pergit priore locò,

Quintum & poſtremum Paſcha eſt, τὸ σταυρώσιμον, ἢ σωτήριον, (id eſt, crucifixionis, & ſalutiferum) in quo Agnus verus pro nobis mactatus. Quinque igitur Paſchata à Baptiſmo Chriſti ad eius Reſurrectionem. Hæc ibi Scaliger.

Idem Scaliger diſtinctiùs ac fuſiùs iſta tradit à cap. ſequenti, cui titulus, Tempus à Baptiſmo ad 1. Paſcha, ſeu à pag. 258. ex quibus locis obiter quædam adduximus. Quoniam autem de tribus Paſchatis, quæ traduntur Ioan. 2. 5. & 6. & de quartò, quô Chriſtus Dominus mortuus eſt, conuenit nunc apud omnes, de tertio verò nonnulla poteſt haberi dubitatio: propterea hic ſolum ea referemus, quæ ipſe habet de Paſchate illo pag. 260. cap. Cui titulus, Interuallum à Baptiſmo ad 4. Paſcha. Tertij Paſchatis, inquit, notæ extant in Matth. 12. Marci 11. Lucæ 6. capitibus, de Ieſu ambulante διὰ τῶν σπορίμων (id eſt, circà ſegetes). Item de Diſcipulis qui ſpicas decerptas manibus affricabant. Quot ſatis erat ad Paſchatis antecedentis tempus deſignandum, quia in Niſan flaueſcunt ſegetes. Proſequitur,

Sed Lucas etiam diem ipſam deſignauit cap. 6. verſ. 1.) adiiciens eam fuiſſe σάββατον δευτερόπρωτον, nimirum Sabbatum id, quod proximè poſt ſolemne Paſchatis ſequitur. Nam ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχα, hoc eſt à 16. die Niſan, lex iubet 7. ſeptimanas putare וּסְפַרְתֶּם לָכֶם שֶׁבַע שַׁבָּתוֹת (ex Leuit. 23. verſ. 15. Sic refert ille: paulo tamen aliter habetur in textu) ἢ ἀπὸ τῆς δευ-

A τέρας ἀριθμήσετε ἑπτὰ ἑβδομάδας, id eſt, & à ſecunda, ſcilicet die Paſchatis, ſiue ſecunda poſt Paſcha, numerabitis vobis 7. ſeptimanas). Itaque Hebdomades omnes, & ſabbata omnia à Paſchate ad Pentecoſten, ſumunt appellationem ſuam ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα (id eſt, à ſecunda Paſchatis). Interuallum autem illud omne dierum, quod Græci πεντηκοστὴν (Pentecoſten) vocant, Iudæis etiam dicitur סְפִירַת הָעֹמֶר Numerus Omer. Quia ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα offerebant omer

B primitiarum. Prima igitur Hebdomas, quę putatur ab oblatione Omer, dicitur ἑβδομὰς δευτερόπρωτος (id eſt, hebdomada ſecundoprima). Secunda, δευτεροδευτέρα (id eſt, ſecundoſecunda). Tertia ἑβδομὰς δευτερότριτος (id eſt, hebdomada ſecundotertia). & ſic deinceps, à numero. Similiter μία δευτερόπρωτος, eſt feria Solis prima poſt feſtum Paſchatis. τετρὰς δευτερόπρωτος, feria Mercurij poſt δευτέραν Paſchatis. Quare & σάββατον δευτερόπρωτον, (id eſt, Sabbatum ſecundoprimum) eſt primum Sabbatum, quod proximè ſequitur ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχα (id eſt, à ſecun-

C da Paſchatis). Paſcha igitur illius anni, fuit 13. Aprilis, feria prima. Δευτέρα τοῦ πάσχα (id eſt, ſecunda Paſchatis) 14. Aprilis, quæ eſt δευτέρα δευτερόπρωτος (id eſt, ſecunda ſecundoprima). Sabbatum δευτερόπρωτον (id eſt, ſecundoprimum) fuit 19. Aprilis. Hæc Scaliger. Quibus conformia, ſed breuiora clarioráque Caluiſius cap. 36. Poſſunt ſic declarari. Sabbatha poſt Paſcha, numerantur à die ſecunda Paſchatis, id eſt 2. poſt Paſcha: & appellátur à nomine ſecundę diei illius, iuncto cum nomine numeri ordina-

D lis quô ſequuntur. v. g. primum Sabbatum poſt ſecundam diem Paſchatis, appellatur Sabbatum ſecundoprimum. Secundo-, propter ſecundam diem Paſchatis: Primum, propter ordinem quô poſt illam ſecundam diem eſt primum. Eôdem modô, Sabbathum ſecundoſecundum. Secundo-, propter ſecundam diem Paſchatis: Secundum, propter ordinem quô poſt illam ſecundam diem eſt ſecundum. Eôdem modô, Sabbathum ſecundotertium. Secundo-, propter ſecundam diem Paſchatis: Tertium

E propter ordinem quô poſt illam ſecundam diem eſt tertium. Eôdem modô de reliquis vſque ad Pentecoſtem. Itaque ſecundum Scaligerum, Sabbatum illud *Secundoprimum*, erat primum poſt ſecundam diem Paſchatis, ſeu, quod idem eſt, poſt ipſum Paſcha.

Qui voluerit habere plurimas alias expoſitiones, circà σάββατον δευτερόπρωτον, id eſt, prout habet Editio Vulgata, *Sabbatum ſecundo-primum*, conſulat Baradium to. 2. lib. 6. cap. 9. vbi 9. refert Opiniones.

Inter illas autem vltima quam am- lectitur, quámque demonſtrat eſſe S. Epiphanij Hær. 30. & 51. dicit, Sabbatum illud fuiſſe ipſum Sabbatum communiter ſic dictum. Vocatum quidem ſabbatum, quia ſabbatum propriè erat. Vocatum autem δευτερόπρωτον, ſecundo-primum, ſeu ſecundarium primum: quia feſtum ſecundo-primum, id eſt, ſeptimus Azymorum dies inciderat in illud Sabbatum: vel certè quia ſabbatum ipſum inciderat in illud feſtum, quod dicebatur ſecundo-primum. Quod vt intelligatur, nota, 1. Feſtum Azymorum, quod Leuit. 23. verſ. 6. incipiebat alterâ die Paſchatis (immolati, quãuis cũ eo quoad veſperã primã) vocatũ fuiſſe primũ feſtum: tùm quia celebrabatur in 1. menſe, tùm quia erat feſtum præcipuum, eo quòd pertineret ad Paſcha, quod erat omnium feſtorum præcipuum, vel certè quod erat primum poſt ipſum. Nota 2. Feſtum illud Azymorum, ità fuiſſe dictum primum, vt tamen rursùm, quoniam ex eodem loco Leuitici, primus & ſeptimus dies eius erat feſtus: ideò primus etiam dies eius diceretur primum feſtum, ſeptimus autem ſecundum feſtũ, in comparatione videlicet vnius ad alterum. Nota 3. Septimum illum diem Azymorum, qui comparatus ad primum dicebatur ſecundum feſtum, vocatum etiam fuiſſe feſtum ſecundoprimum; quoniam erat quaſi feſtum primum, ſecundò vel iterùm celebratum, ſiue prout loquitur S. Epiphanius, rursùs reuolutum. Itaque Sabbatum quod inciderat in diem eiuſmodi ſeptimum Azymorum, vocatum fuit ſabbatum ſecundoprimum, quia venit in diem Azymorum, qui aliàs dicebatur feſtum ſecundoprimum. Hæc ex S. Epiphanio, & eum interpretante Baradio. Quomodò verò feſtum illud incidiſſet illô anno in Sabbathum, deſumit S. Epiphanius à ratione Lunarium pro feſtis obſeruationu. Sed hoc eſt alterius conſiderationis. Sit ſatis quantùm ad Sabbathum illud, quod iuxtà hanc ſententiam ideò vocabatur ſecundoprimum, quoniam incurrebat in vltimum diem Azymorum, qui feſtus erat, & vocabatur feſtum ſecundoprimum. Quantùm autem ad quæſtionem præſentem ſit ſatis, quòd tempus illud erat tempus Paſchatis.

Porrò quod ſpectat ad 3. iſtud Paſcha, pro quo contendit Scaliger, ſumma prætenſionis eius hæc eſt, vt ſicut id quod habetur Ioan. cap. 5. reliquô, ſcilicet de ſanatione Paralytici, fuit actum poſt ſecundum illud Paſcha, quod deſcribitur initiô cap. 5. Ioan. ſic ea quæ habentur à capitibus Matth. 12. verſ. 1. Marci 2. verſ. 23. & Luc 6. verſ. 1. de ſpicarum vellicatione &c. acta fuerint ab iſto tertio Paſchate, ad quartum quod habetur expreſsè Ioan. 6. verſ. 4. & (iuxta hiſtoriam miraculi 5. panum) Matth. 14. à verſ. 19. Marci 6. à verſ. 41. & Luc 9. à verſ. 1. Dixit enim cap. de vero Anno & die Paſſionis Dominicæ: Hinc (nempe à Matth. 12. Marc. 2. & Luc. 6.) ad 14. caput Matthæi, geſta vnius anni continentur. Et cap. cui tit. Interuallum à Baptiſmo ad quartum Paſcha: A 12. Matthæi ad 14. comprehenduntur ſtrictim geſta vnius anni.

Cæterùm, ſi quæras ab eo, cùm totum caput 5. Ioan. impendatur in illa ſanatione Paralitici: móxque caput 6. incipiat tractare de Paſchate, quod ipſe Scaliger vult eſſe quartum: quidnam actum fuerit inter vtrũque: vel quomodò S. Ioannes nihil aliud tradiderit actum inter illa duo Paſchata.

Reſpondet cap. cui titulus Interuallum à Baptiſmo ad tertiũ Paſcha, ſeu pag. 259. fin. hôcmodô: Poſt 5. caput magn⁹ hiatus ſequitur, abruptô tenore hiſtoriæ. Nã ſtatim initiô 6. capitis, nullà mentione tertiæ in Galilæam profectionis orditur res in Galilæa geſtas, quæ capitibus apud Matthæum 14. apud Marcum 6. apud Lucam 9. exponuntur. Idque conſultò, vt alia omnia, à Ioanne factum. Neque enim opus erat ea repetere, quæ accuratè & copioſè ab illis tribus anteà explicata erant, cùm profiteatur ſe aliorum παραλειπόμενα (id eſt, derelicta) perſequi. Quamobrem qui Harmonias Euangelicæ hiſtoriæ condiderunt, quamuis egregiè nauata illis eſt opera, tamen propter neſcio quæ leuicula argumenta multùm falſi ſunt, cùm ex illis, quæ à Matthæo à 4. ad 14. caput, & ſimiliter à Marco & Luca tractantur, ea in id tẽpus coniecerint, quæ in 2. Paſcha cõferenda erant, & in 2. annum à Baptiſmate. Tota enim ferè doctrina Chriſti, & miraculorũ melior pars, incipit à 3. aut paulò antè 3. Paſcha. Neque aduerterunt, quæ ante 14. Matthæi, 6. Marci, 9. Lucæ narrantur, eorum meliorem partem interiiciendam inter caput 5. & 6. Iohannis, in 3. ſcilicet ἀποδημίας εἰς Γαλιλαίαν (id eſt profectione in Galilæam) cùm adhuc Ioannes in vinculis eſſet. Sic ille. Qui tamen præciſè non aſſignat, vndenam incipiant illa, quæ reiicienda ſunt inter capita 5. & 6. Iohannis. Hoc tamen debuerat. Quod cùm non fecerit, non paruum ſignum eſt, eum iſta propoſuiſſe magis nouitatis gratiâ, ſingulariſque dictu mentis, quàm certitudine melioris Scripturarum expoſitionis.

II. ARGVMENTVM. pag. 235. Petitur à S. Paulo. Quamquam, inquit Scaliger, ex Paulo Apoſtolo, cùm circiter 35. annorum natum ad mortem eũ acceſſiſſe ex eo coniici poterat, quòd perfectæ ætatis interfectũ eſſe ſcribit, cũ loquitur de 2. Arg.

cesurrectione. Perfecta verò ætas sunt anni 35. Sic ille. Nimirùm id colligitur ex loco S. Pauli 4. Ephes. vers. 13. *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & cognitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*

Reijcitur. 1. CONTRA HVNC MODVM Facit I. Quòd illud Pascha Math. 12. vers. 1. Marc. 2. vers. 23. & Luc. 6. vers. 1. non sit Pascha diuersum ab eo de quo agitur Ioan. 5. Ità censent communiter Expositores. Sic Pererius q. 7. seu pag. 705. fin. Quod illi narrant, inquit, de Christi Discipulis vellentibus spicas, & grana confricantibus, non longè post secundum festum Paschatis, & post ea quæ Ioannes cap. 5. à Christo facta & dicta commemorat, accidisse putandum est. Sic Baradius tom. 2. lib. 6. cap. 1. sub init. & cap. 9. post init. Sic & alij innumeri.

Hoc autem quomodò verum habeat, nô satis demonstrant authores. Demonstrat aliquomodò Baradius priori locô. Cuc locus hic, inquit, miraculum hoc flagitet (paralytici ad piscinam sanati Ioan. 5. ) ratio redditur huiusmodi. Postquàm Matthæus cap. 9. scripsit, cæcôs duos, & dæmoniacum, sanitatis munere donatos, scribit cap. 10. sequenti Christum 12. Apostolos conuocasse, & misisse ad concionandum. Hanc verò Apostolorum missionem præcessit celeberrimus ille sermo in monte habitus. Cùm enim ad concionandum missi sunt, iam creati erant Apostoli. Creati autê sunt paulò antè sermonem, vt docet Lucas cap. 6. Ergò opus est Apostolorum creationê, & sermônem illum, antè missionem collocare. Cùm verò Apostolorû creationê, siue electionem, vt significat Marcus 3. & Lucas 6. præcesserint duæ Pharisæorû criminationes, altera de spicarum in sabbato confricatione, altera de curatione manus aridæ, item in sabbato; efficitur has criminationes, Apostolorum electioni, & sermoni in monte habito, esse præponendas. Atverò antè spicarum confricationem, in sabbato, collocandum æstimatur caput 5. Ioannis, quò narrat Christum ad celebrâdum diem Paschatis festum, petijsse Ierosolymam. Nam circà hoc Pascha, discipuli videntur spicas confricasse, quæ circà Pascha & Pentecosten, in agris, vt suprà Ioan. 4. dictum est, maturescebant S. Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 30. putat deinceps factorum Christi seriem & ordinem incertum esse. *Sane* (inquit S. Augustinus) *deinceps non apparet ordo rerum gestarum*, &c. Sed etsi non sit certus ordo, propositum tamen quia multos habet sectatores, & alius non apparet verisimilior, sequamur. Hactenùs Baradius. Atque ità totam histo-

A riam hôc ordine texit, vt post facta, & dicta Ioan. 5. succedere faciat immediatè vellicationem spicarum. Et post hæc, ea quæ deinceps Matth. 12. Marc. 3. & Luc. 6. nempè sanationem hominis habentis manum aridam, &c. (quod etiam facit Pererius suprà) Post hæc, ea quæ de electione, & missione 12. Apostolorum habentur Marc. 3. & Luc. 6. Et deniquè, celeberrimum illum sermonem in monte, quem quidem habet suô ordine S. Lucas in sequentibus, eôdem cap. 6. sed per anticipationem S. Matth. cap.

B 5. Hunc ipsum ordinem sermonis illius tradit Caluisius suprà. Sic enim ait: Vnde apparet, concionem Christi Matth. 5. habitam, apud Matthæum anticipatam esse. Et infrà, Huc pertinet concio Christi, quæ extat Matth. 5. vers. 17. anticipauit enim Matthæus conciones Christi, & in vnam summam coniecit, quæ diuersis temporibus habitæ fuerunt, vt reliqui Euangelistæ testantur. Hæc Caluisius. Quæ confirmari possent ex capite 14. S. Matth. à vers. 23. ad finem capitis, vbi per summarium computat plurima quæ reliqui tradunt singilla-

C tim. Sed de his aliàs. Interim non omittendum, S. Lucam & S. Matthæum, non solùm ordine diuersô referre sermonem illum, sed etiam diuersô rursus modô & tempore. Nimirùm S. Matthæus refert eum habitû in monte: S. Lucas in loco campestri; S. Matthæus priùs tempore: S. Lucas posteriùs; proindè vnum eundémque sermonem à Christo D. repetitum, sed intermisô modicô tempore.

Porrò hunc esse verum ordinem sermonis illius, inde quidem constat, quòd apud Euangelistam vtrumque, post finitum ser-

D monem, subiungitur historia Centurionis, sanitatem serui sui postulantis, & obtinentis. Apud S. Matthæum quidem interiectâ sanatione Leprosi (nimirùm cap. 8. inic.) Apud S. Lucam autem immediatè, nimirùm cap. 7. init. Per hæc tamen non satis demonstrari videtur, illud Pascha, quô vellicabantur spicæ non fuisse tertium quoddam Pascha.

Declarari potest istô modô. Marc. 3. & 4. sed expressissimè Luc. 6. criminatio Pharisæorum de spicarum vellicatione conse-

E quêter Pascha circà quod, id est, post quod euenit ista criminatio, præcesserunt sermonem in monte. Nam Marc. 3. & 4. & Luc. 6. criminatio de spicarum vellicatione, consequenter Pascha, post quod euenit ipsa criminatio, præcessit electionem, & missionem 12. Apostolorum; Luc. verò 6. hæc electio & missio 12. illorum, præcessit sermonem illum. Atqui sermonem illum in monte fuisse factum post 3. aliquod Pascha nullus probare potest. Potiùs silentium S. Ioan-

nis cap. 5. post sanatū Paralyticum in ipso Paschate, dat inferre, quòd sicut ibi tradidit ea quæ facta diḋaque fuerunt in illo Paschate; sic reliqua tacuit quæ facta dictáque fuerunt mox ab eodem Paschate. Hæc autem sunt inter alia vellicatio spicarum, & criminatio Pharisæorum. Ergò conuenientius est vellicationem illam circùm illud Pascha reponere, quàm circùm aliquod aliud quod fingatur.

Confirmari potest. I. Nam credibile est S. Ioannem Euangelistam sollicitum fuisse tradere omnia Paschata vitæ Domini. Siquidem ideò tradidit vnum cap. 2. & alterum cap. 6. quæ non tradiderunt alij. Atqui non tradidisset illa omnia, nisi sicut cap. 5. tradidit 2. ità cap. 6. tradidisset 3.

Confirmatur II. Nam credibile non est Christum D. distulisse per tot tempora, tùm electionem Apostolorum suorum, tùm sermonem illum per quem docuit eos summam totius Euangelicæ doctrinæ. Præsertim cùm etiam fatente Scaligerò iam incœpisset prædicare post 1. Pascha suæ vitæ, siue primò iam annò à baptismate suo.

2. FACIT II. Quòd melior pars Patrum antiquorum, senserit Ministerium totum Christi Domini, videlicet à Baptismate suo, perfectum fuisse 3. tantùm, & non plùs, annis completis, ac 3. circiter mensibus. Cum hoc autem non compatiuntur 5. Paschata. Notati iam fuerunt Patres illi, notabuntur iterùm sub vltima Sententia.

Ad 1. Arg. Ad I. ARGVMENTVM. Responsio patet ex dictis sub Refutationibus huius Sententiæ. Scilicet non ideò sunt cōstituenda 5. Paschata, quòd tertium aliquod habeatur Matth. 12. Marc. 2. & Luc. 3. Nam illud Pascha non aliud est quàm secundum quod habetur Ioan. 5.

Ad 2. Ad II. RESPONDETVR, ipsum esse multùm infirmum. Aliàs enim ex eodem concludi posset, pro annis 35. completis æquè ac incœptis. Sed & iuxtà Scaligerum ipsum, argumentum istud est simpliciter coniecturale.

2. Modus. II. MODVS, est Caluisij, conuenientis quidem cum Scaligero, quantùm ad 4. quædam Paschata, nimirùm quantùm ad 1. 2. 4. & 5. sed ab eo differentis quantùm ad 3. illúdque petentis è S. Luca cap. 9. & 10. Itaque

Probat, 2. Modus. PROBAT Caluisius suum Modum pag. 222. sub init. deducendo quædam historiæ vitæ Christi Domini, his verbis. Post glorificationem (in monte Thabor) liberat Dæmoniacum, quem discipuli non poterant sanare. Christus postea iterùm iter instituit Ierosolymam versùs, Luc. 19. (legendum 9.) vers. 51. in quo itinere Apostoli exemplò Eliæ, Samaritanos igne cœlesti extinguere conantur, tumque emittit iterùm discipulos, hocque iter esse ad quartum PASCHA, apparet ex concione Christi, quam habet ad discipulos dimittendos, sumptâ ex præsenti & instanti messe (videlicet cap. 10.) *Messis quidem multa*, inquit, *sed operarij pauci*. Sic ille.

Reijcitur. CONTRA HVNC MODVM Facit, quòd in illis locis nullum appareat vestigium eiusmodi Paschatis. Verba autem allata, sunt ibi per puram simplicémque metaphoram vsurpata. Quod ita clarum & obuium est cuilibet conspicienti tàm antecedentia quàm subsequentia prædictorum verborum, vt superuacaneum sit illud longiùs demonstrare. Neque verò similia hæc dici debent illis Ioan. 4. vers. 35. *Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.* Nam in istis verbis præponitur metaphoræ narratio litteralis, cui metaphora nititur: in illis autem non. Vnò verbò, posteriori locò Ioan. 4. proponitur expressissimè tempus designans Pascha proximum, in priori nullatenùs.

ET per hæc reiecta cogitetur Sententia, quæ fingi possit ex his duobus Modis composita, constituens 6. Paschata: proindéque tribuens Christo D. 35. completos annos vitæ, seu 36. incœptos.

V. SENTENTIA CAPITALIS, dicit, Christum Dominum vixisse annos 33. completos, seu mortuum esse annò ætatis suæ 34. incœptò. 5. Sent.

Ità pro hac Sententia notat Gordonus tom. 2. cap. 4. S. Ignatium epist. ad Trallianos (5.) S. Hieronymum de Scriptoris Ecclesiasticis c. 26. Bedam lib. de Rat. Temp. cap. 45. Onophrium in Fastis, ad an. vrbis 786. Genebrardum in Chronol. Baronium ad an. 34. & Salmeronem Prolegom. 38. conclus. 11. Iungit Pererius Albertum Magnum Comment. 11. in epist. Dionys. Areop. sc. in epist. ad Polyc. Sed & Onophrius tàm locò citatô, quàm in Chron. affert S. Chrisost. Orat. de S. Ioan. Bapt. Nicetam, & Ecclesiam Græcam. Ità Suares to. 2. in 3. p. S. Tho. disp. 46. Sect. 1. Gordonus ipse suprà, Bellarm. in Chronol. Temporarius, Sametius, Torniellus, & alij. Ità denique Baradius to. 2. in serie atque ordine Historiæ 4 Euangelistarū illi tomo propositis: & videre est fusiùs ex his quæ habet eodem tomò lib. 1. cap. 12. præsertim à med. & lib. 6. cap. 1. *§. ex his obserua*: & lib. 9. cap. 16. at expressiò to. 4. lib. 1. cap. 7. Nec renuit eam Pererius pag. 711. Sed de prioribus, vd. S. Ignat. & S. Hieron. non adeò constat, proùt visum fuit sub q. 1. Posteriores autem hanc Sententiam tradunt diuersò modò & ratione.

1. Modus. I. MODVS, ex Ruperto lib 3. de Diu. Offic. cap. 24. S. Thomæ in Ioan. 2. Caiet. ibid. & aliorum, quos afferet posteà Baradius Suarius tom. 2. in 3. p. S. Tho. disp. 30. Sect. 30 & disp. 40. a Sect. 1. præsertim autē Baradij locis paulo supra citatis: qui cùm exposuerint locum S. Lucæ cap. 3. de 30. annis tantum inceptis, quibus Christus Dominus fuerit Baptizatus, constituunt abinde ad mortem eius 5. Paschata. Non quidem Baradius eadem viâ, sed diuersâ, qua Scaliger & Caluisius. Itaque

Probat. PROBAT Hunc Modum Baradius, B supposità priùs expositione verborum S. Lucæ cap. 3. de Baptizatione Christi Domini, annò ætatis suæ 30. tantùm inceptò, Argumentò indè petitò, quod ab eius baptizatione, ad mortem ipsius, intercesserint 5. Paschata. Intercessisse verò 5. Paschata, inter Baptismum & mortem Christi Domini, suppositis 4 tanquam apud omnes receptis, demonstratur ab Officio Ecclesiæ in festo Epiphaniæ. Siquidem in hymno qui habetur in primis vesperis, quique compositus fuit à Sedulio, sic Ecclesia canit, C

*Ibant Magi quam viderant*
*Stellam sequentes præuiam*, &c.
*Lauacra puri gurgitis*
*Cælestis Agnus attigit*, &c.
*Nouum genus potentiæ*
*Aquæ rubescunt hydriæ,*
*Vinúmque iussa fundere*
*Mutauit vnda originem.*

Et in antiphona Laudum, ad Benedictus. *Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia, quoniam in Iordane lauit Christus eius crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facto vino lætantur conuiuæ.* Rursùm in antiphona quæ habetur in secundis vesperis, *Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus: hodie Stella Magos duxit ad præsepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodie in Iordane à Ioanne Christus baptizari voluit, vt saluaret nos.*

Ex his enim constare videtur, ista 3. miracula euenisse vnâ eadémque die, scilicet sextà Ianuarij. Inde vero, & ex Euangelio, miraculum aquæ, non potuisse euenire eōdem anno, quò baptizatus est. Nam inter baptismum & miraculum aquæ, multa alia E fecit. Docet ergo Ecclesia, inquit Barradius in illo priori loco tom. 2. in sextam Ianuarij diem hæc tria accidisse, diuersis annis. Imprimis, Magorum adorationem. Deindè, baptismum. Posteà, aquæ in vinum mirabilem transmutationem. Et posteriori locò eiusdem tomi: Si à baptismate paschata numeremus, 5 sunt. Etenim Christus sextà die Ianuarij baptizatus est, vt Ecclesia sentit. A baptismate, vsque ad miraculum, quò in nuptiis aquam in vinum transmutauit, an-

A nus interfluxit, & illius anni Pascha, cuius Paschatis, nec Ioannes, nec alius Euangelista, meminit. Huic si 4. Paschata à Ioann commemorata adiungas, 5. efficies Paschata, & annos à Baptismate, vsque ad Christi mortem, quatuor, & tres menses. Hæc Baradius. Vbi non segniter attendendum est, sic annos illos esse numerandos, vt numeratio primi incipiat à trigesimo, tanquàm totaliter completo; quoniam trigesimus ille annus, & consideratur secundum initium suum, & in serie totali stat in ordine suo pro completo. Qui hæc non attenderit, hallucinationi facilè suberit.

CONFIRMAT eadem priori locò to. 2. ab authoribus ità sentiētibus. Sic enim affertur S. Augustinus serm. 1. de Epiph. S. Maximus hom. 6. de Epiph. Rupert. lib. 3. de Diuinis Officijs c. 24. S. Bernardus serm. 1. & 2. de Epiph. S. Chrysologus serm. 7. & 160. Rabanus lib. 2. de Instit. Cler. cap. 32. Albinus Flaccus, siue Alcuinus præceptor Magni Caroli, in lib. de Offic. Eccles. cap. de Baptismo Christi. Magister Hist. Scolast. cap. 37. Caietanus in Ioan. 2. S. Thomas ibidem, & multi alij. Veruntamen, quantùm ad S. Augustinum, & S. Maximum, sicut & quantùm ad quosdam alios qui proferuntur in eādem sententiam, non ità prorsùs asserunt, proùt videbitur sub Modo sequenti. Nihilominùs, quod notandum, nonnulli grauésque ex alijs authoribus notatis, hoc asserunt tùm propter authoritatem Ecclesiæ, tùm propter antiquitatem. Rupertus. *Tria, hæc*, inquit, *vna die celebrata esse, secundùm S. Ecclesiæ authoritatem, negare non possumus.* S. Bernardus priori locō. *Nec sola hæc apparitio, sed altera quædam (sicut à patribus accepimus) hodie celebratur, quæ etsi longo post tempore, facta creditur hoc ipso die.* & posteriori locō. *Tres apparitiones Domini legimus, vnâ quidem die, sed non vno tempore, id est, non eodem anno factas.* S. Maximus. *Sicut posteritati suæ fideli mandauit antiquitas, hodie Seruator à Chaldæis est adoratus: hodie fluenta Iordanis benedictione propria baptismatis consecrauit: hodie inuitatus ad nuptias, aquas vertit in vinum.* Denique, ità sentit Innocentius 3. Summus Pontifex serm. 2. de Epiphania. Subdit Baradius, Libet Simonis Cassiæ verba hac de re ascribere, lib. 5. cap. 1. *Christus, inquit, à die sui baptismatis, vsque ad eundem diem reuolutō annō nullum miraculum fecit. Nemo autem in hoc quod dico, se fallat: quoniam auctoritas Sancta Matris Ecclesiæ, longā consuetudine roborata, hoc asserere me compellit, quæ illud solum, quamuis non per Scripturam declaratum, in consuetudinē inuariabilem suscepit, quod à gestis, & moribus Apostolorum atque discipulorum ipsa in suo ortu & inchoatione cognouit. Eò igitur die, quò Saluator*

Confirm.

Rupertus.

S. Bernard.

S. Maxim.

Cassias.

*baptizatus est, annô reuolutô, Ecclesia infallibiliter hoc nobis tradente, fecit miraculum initium miraculorum.* Hæc grauis, & antiquus auctor.

Pergit Baradius. Hanc sententiam perspicuè Ecclesiæ verba significant, ei qui tergiuersari nolit. Quorsùm enim Ecclesia vnô eodémque die illa celebraret, quæ eôdem die acta esse non putaret? Nunquid deerant dies diuersi, qui his miraculis celebrandis destinarentur? imò illô eôdem die peracta asserit: celebrat verò diuersis diebus. Scilicet, ipsô Epiphaniæ sacrô die, Magorum aduentum: in octauo Epiphaniæ, baptismum: Dominicâ sequenti, aquæ in vinum transmutationem. Quid igitur opus erat affirmare eôdem die esse peracta, si diuersis contigerant? Ecclesiam sequor, quæ manifestè loquitur, nec indiget expositore. Hanc opinionem illa elegit, eandem ego eligo. Sic ibi Baradius.

His positis, sequi Christum D. fuisse mortuum annô trigesimoquartô ostendit to. 4 lib. 1. cap. 7. versus fin. hûc modò. Christus baptizatus est, cùm egisset annum 29. & dies 13. anni trigesimi inchoati haberet. In Paschate huius anni inchoati, quod Euangelistæ prætereierunt, annorum erat 29. & 3. mensium (id est, annorum 30. per 3. menses incœptorum). Deindè in nuptiis aquam in vinum conuertit, cùm explesset annum trigesimum additis diebus 13. (hic erat trigesimusprimus, incœptus per 13. dies). Post nuptiarum miraculum memorat S. Ioannes Paschata 4. I. cap. 2. quô Christus vendentes boues & oues in templo eiecit, cùm ageret annum 30. (completum) & 3. menses. II. ca. 5. quô ad piscinam sanitate paralyticum donauit, cùm ageret annum 31. (completum) & 3. menses. III. ca. 6. propè quod 5. hominũ millia ex 5. panibus & 2. piscibus pauit, cùm ageret annum 32. (completum) & 3. menses. IV. quô cruci affixus est, cũ annos ætatis haberet 33. (completos) & 3. menses Breuiter aliô modô. Annô eius trigesimô tantùm incœptò, 1. Pascha agebatur. Trigesimoprimô incœptô, 2. Trigesimosecundô incœptô, 3. Trigesimotertiô incœptô, 4. Trigesimoquartô incœptô, 5.

**1. Obiect.** OBIICITVR contrà hunc Modum. I. Act. 1. vers. 21. *Oportet ergò ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quô intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus*, vers. 22. *incipiens à baptismate Ioannis, vsque in diem quâ assumptus est à nobis*, &c. Ergo prædicare cœpit statim à baptizatione sua per Ioannẽ.

**2. Obiect.** OBIICITVR II. Euangelistas, & præsertim S. Ioannem, qui 4. Paschata distinctè tradidit, nullam Paschatis huius facere mentionem.

**3. Obiect.** OBIICITVR III. Eusebium in Chron. S. Epiphanium de Mensur. & Ponder. Nicephorum lib. 1. cap. vlt. Alterum Nicephorũ in Chronol. Bedam lib. de 6. Ætat. & de Rat. Temp. cap. 7. aliósque multos, dicere, Dominum fuisse crucifixum annô Tiberij decimooctauô. S. autem Lucam, baptizatũ annô eiusdem Tiberij decimoquintô. A decimoquinto, ad decimumoctauum, non possunt esse tot anni.

**4. Obiect.** OBIICITVR IV. Christum D. mortuum esse Feriâ sextâ, & Lunâ decimaquintâ primi mensis, prout ostendet fusè Pererius infrà; atqui in nullo annorum ætatis Christi Domini 31. 32. 33. & 34. euenisse vt Luna decimaquinta simùl etiam fuerit Feria sexta, prout videre est ex tabulis Regis Alphonsi, & similibus, ac litera Dominicali.

**5. Obiect.** OBIICITVR V. S. Epiphanium hær. 5. dicere Christum D. fuisse baptizatum à Ioanne, mense Nouembri, aquam verò in vinum vertisse, non sextâ, sed quinta die Ianuarij, *Quapropter*, addit, **S. Epiph.** *multis in locis vsque in hanc diem, hoc fit quod tunc factum est diuinum signum in testimonium incredulis, velut testantur in multis locis fontes ac fluuij in vinum conuersi*, &c.

**6. Obiect.** OBIICITVR VI. Iansenium, Toletũ, Pererium, Baronium, & Gordonum, dicere credibile non esse Dominum in Baptismo, Patris voce cœlesti Messiam declaratum, in silentio & sine miraculis integrum annum transegisse.

**Ad 1.** AD I. OBIECTIONEM. Respondent, Pererius sententiam illam non improbans, soluénsq; pro ea quæ obijciuntur, & Baradius, non loqui S. Petrum de baptismo illo Ioannis singulari, quô Christus baptizatus est à Ioanne: sed de baptismo quem ille prædicabat: post quem incœpit Christus publicè in Galilæa, magnâ hominum admiratione concionari. Declaratur manifestè per cap. 10. à vers. 37. *Vos scitis, quod factum est verbum in vniuersam Iudæam: incipiens enim à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes*, &c.

**Ad 2.** AD II. Respondet Pererius pag. 712. Cur Pascha inter baptismum & nuptias trãsactum Ioannes prætermiserit, ea ratio potest reddi, quod Ioannes tempus prædicationis Christi per Paschata digerere ac describere voluerit, ex eo tempore, quô Christus, & discipulos habere, & miracula facere cœpisset. Id autem post nuptias illas in Cana Galilææ celebratas, fieri cœpit.

**Ad 3.** AD III. Respondet Baradius tom. 4. cum Onuphrio & aliis, propterea dicẽdum esse, Dominum fuisse mortuum annô Tiberij non decimooctauô, sed decimononô.

**Ad 4** AD IV. Respondent idem Baradius & alij, Iudæos numerasse primam Lunæ, non ab ipso nouilunio, sed à Lunæ apparitione. Hôc autem modô, Lunam decimamquin-

tam incidisse in Feriam sextam. Aliter, Lunam decimamquintam incidisse in Feriam sextam: tabulas verò astronomicas, non esse in omnibus veras & certas.

At contrà hanc Responsionem facit, quòd ex S. Dionysio Areopag. Defectio illa Solis euenit in plenilunio. Sic enim tradit in epistola ad Polycarpum, & in alia ad Apollophanem, quæ memorabuntur infrà. Item, recurrere ad incertitudinē tabularum astronomicarum, pro quæstione hac, fit prorsùs incongruum.

Ad 5. AD V. Respondet Baradius, sancto Epiphanio nos opponere Ecclesiæ Romanæ authoritatem, & consuetudinem, quâ non mense Nouembri, sed Ianuariò, Christi baptismum celebrat, simùlque cum Baptismo, Magorum adorationem, & mirabilem aquæ in vinum transmutationem.

Ad 6. AD VI. Respondet Caietanus, rationi consentaneum esse, vt annum qui inter baptismum & nuptias intercessit, exegerit Christus docendo priuatim, & conuersando sæpè cum Ioanne, vt frequens de ipso testimonium redderet & ipse Christus inchoaret, docēdo priuatim, monstrare qui erat, &c. Christus ergò, addit Baradius, post Baptismum non statim ad concionandum aggressus est, priùs in vastam solitudinem se recepit, in quâ 40. dierum ieiunium seruauit, deindè Nazarethum ad intemeratam Virginem rediit, posteà sæpè ad Ioannem venit, tandem testimoniò ipsius celebratus, populum docere, & discipulos cœpit vocare. Adde Christum baptizatum esse ipsô annô trigesimô initiô, vt perfectâ completáque ætate publicum concionandi munus aggrederetur. Annus enim 30. Doctoris muneri cōgruens est, vt infrà cap. 14. huius libri ostendetur. Sic ibi Baradius. Pererius quatenùs hāc Sententiam non improbans, soluénsque pro ea, quæ obijciuntur, pag. 711. vult etiam eum exnunc discipulos habuisse. Etenim, inquit, cùm Andræas & Nathanael appellarunt eum Rabbi (Ioan. 1.) hoc est magistrum, satis indicarunt, eum iam tunc docere homines & habere discipulos cœpisse. Hæc ille. Quibus adde, cùm dicitur Dominus inuitatus ad nuptias, ipse & discipuli eius, per hoc cōfirmari iam eum habuisse discipulos ab annò illo primo, nuptias istas præcedente.

2. Modus. II. MODVS, est plurimorum, vt Bedæ lib. de Rat. Temp. cap. 45. &c. ac præsertim Gordoni, qui cum exposuerint locum S. Lucæ cap. 3. de 30. annis completis, quibus Christus Dominus fuerit baptizatus, admittūt tamen, non 5. Paschata post baptismum, sed solummodò 4. His enim positis, sequitur Christum Dominum vixisse annos 33. completos, seu mortuum esse annô 34. incœpto. Itaque

Probat. PROBAT hunc modum Gordonus, suppositâ priùs expositione verborum S. Lucæ cap. 3. de baptizatione Christi Domini, annô ætatis suæ trigesimô completô, seu 31. incœpto duobus argumentis.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. Petitur ex eo quòd à Baptismo Domini, ad mortem eius, intercesserint tantùm 4. Paschata. Hoc autem demonstrat, ex eo quòd Euangelistæ non plurium quàm 4. faciant mentionem; quod quidem istîc ostensum fuit: ostendetur sub sententia sequenti: fatentur autem authores ferè omnes. Aliundè verò reijcit Gordonus Scaligerum introducentem tertium illud, quod suprà reiectum fuit, quandò fuit & Scaliger refutatus. Consequenter reijceret & Caluisium.

Obiect. QVOD si contrà hoc argumentum obijciatur authoritas Ecclesiæ, indicantis à baptismo Domini, ad mortem eius. 5. Paschata, cùm in officio Epiph. celebrat 3. miracula, eâdem sextâ die Ianuarij, nempè adorationem Magorum, baptizationem Christi, & conuersionem aquæ in vinum in Cana Galilææ, prout fusiùs expositum fuit sub Modo præcedenti; sic namque inferri miraculum aquæ, proindéque initia Prædicationis Domini, nō euenisse, nisi annô vnô post eius baptizationem.

Respons. RESPONDENT, (vide Pererium q. 7. seu pag. 709. & Baronium an. 31. seu num. 34.) Ecclesiam celebrare 3. illa miracula sextâ Ianuarij, atque ideò sic loqui, ac si in eandem diem incidissent. Quia enim incertum erat in quànam præcisè die incidisset miraculum aquæ, iudicauit conueniens in eandem diem tria quædam præcipua rēponere, per quæ Dominus manifestatus est hominibus, seu clarere cœpit, vnde, & festum illud dicitur Epiphania. id est, apparitio, manifestatio, &c. Domini. Cùm ergò loquitur sic: *Hodie vinum ex aqua factum est*, &c. sensus est: Hodie celebratur, &c. Quēadmodùm, quamuis festum Pentecostes, eâdē ipsâ die non celebratur, quâ Spiritus Sanctus Apostolos afflauit, dicitùr tamen in oratione, *Deus qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti*, &c. Et similia multa videre est in festiuitatibus Ecclesiæ: v. g. in die Paschatis, *Hodie Christus resurrexit*, &c. prout etiam cōsimiliter aliquô modô videre est apud Baradium to. 2. lib. 9. cap. 16. post init. decollationem S. Ioannis Baptistæ celebrari 29. mensis Augusti, quamuis ipse decollatus fuerit antè Pascha, quia nimirùm tunc caput eius inuentū fuit, vt indicant Ado & Beda in Martyrologio. Non solet, inquit Gordonus ca. 3. fin. Ecclesia designādo sic festa, definire, esse talem diem: sed sequitur, ac proponit solùm opinionem in his rebus celebriorē, (hoc habet & Pererius pag. 710. init.) Et quis scit Transfigurationē pro

certo incidiſſe in ſextum diem Auguſti? Lege Baradium to.2. lib.1. cap.12. Hæc ille. De quibus ſuſiùs, & quid ſenſerit Baradius, viſum fuit ſub Modo præcedenti.

2. Confir. CONFIRMARE poterat hanc ſuam reſponſionem Gordonus, à ſimili, de antiquâ cõſuetudine, quã apud Ægyptios fuiſſe tradit Caſſianus 10. collat. c. 1. celebrare natalẽ Domini ſimúlq; baptizationem eius, ſextâ Ianuarij. Vide apud Peret. q. 7. ſeu p. 707.

3. Confir. CONFIRMARE poterat item, ex eo quòd S. Auguſtinus ſerm. 27. de Tempore, qui eſt ſecũdus de Dominica infrà octauas Epiphaniæ, Euſebius (vel potiùs Eucherius Lugdunenſis, prout notat Baronius an. 31. ſeu num. 34.) Hom. 1. de Epiph. S. Maximus Serm. de Epiph. S. Paulinus in natal. S. Felicis, & S. Iſidorus lib. de Offic. Eccleſ. c. 26. oſtendãt hoc incertũ eſſe. Sic enim ſcribunt. Et primò S. Auguſtinus. *Licet de ſolemnitate huius diei, veterum ſit diuerſa traditio: vna tamen ſanctæ deuotionis eſt fides. Nã quamuis nonnulli Dominum noſtrum ſtella, duce à Magis æſtiment adoratum: alij aſſerãt, eum aquam in vinum mutaſſe: quidam vero baptizatum eſſe à Ioanne confirment: in omnibus tamen Dei filius creditur, in omnibus eſt vera feſtiuitas.* Emiſſenus. *Hodie per documenta certiſſima Deus in homine declaratus eſt: ſiue quòd ſtella de cælo ortus ſui nunciũ Magis præbuit: ſiue quòd Iordanis aquas ad ſalutem humani generis ſuo Baptiſmate conſecrauit: ſiue hæc eadem illius miraculi dies ſit, quâ primùm in Cana Galilææ in nuptiali conuiuio, aquam in vinum conuertit.* S. Maximus. *In hac, dilectiſſimi, celebritate, ſicut relatu paternæ traditionis inſtruimur, multiplici eſt feſtiuitate lætandum. Ferunt enim Chriſtum hodie, vel ſtella duce à gẽtibus adoratum: vel inuitatum ad nuptias, aquam vertiſſe in vinum: vel ſuſcepto à Ioanne Baptiſmate Iordanis fluenta conſecraſſe. Sed quid potiſſimùm præſenti hoc factum ſit die nouerit ipſe, qui fecit.* S. Paulinus.

*Quâ puerum ſtellâ duce miſtica dona ferentes*
*Suppliciter videre Magi: ſeu quâ magis illum*
*Iordanis trepidans lauit tingente Ioanne,*
*Sacrantem cunctas recreandis gentibus vndas.*
*Siue dies eadem magis illo ſit ſacra ſigno,*
*Quô primũ Deus egit opus cùm flumine verſo,*
*Permutanis aquas, prædulcis nectare vini.*

S. Iſidor. S. Iſidorus. *Tribus ergò ex cauſis hæc dies vocabulum ſumpſit: ſiue quia baptiſmate Chriſtus populis viſus eſt: ſiue quod eo die ſideris ortu Magis eſt proditus: ſiue quod primo ſigno per aquam in vinum verſum, multis eſt manifeſtatus.* Sicque videas, inquit Baronius, prædictos authores, quænã potiſſimùm ex tribus his recẽſitis rebus inſignibus acciderit, fuiſſe ãbiguos. Quod ſi certam habuiſſent de iiſdem Eccleſiæ authoritatem, equidem rei veritatem certâ aſſertione firmaſſent. Quòd verò Dei Eccleſia in ea celebritate canit: *Hodie vinũ ex aqua factum eſt ad nuptias*, idem eſt ac ſi diceret vſitatô more quòdam: Hodie eius rei memoria agitur. Reperies enim Eccleſiæ phraſim eam eſſe, atque vſitatam dicendi conſuetudinem. Sic Baronius. Denique

4. Confirm. CONFIRMARE poterat, ex eo quòd ſicut Eccleſia canens, illa tria miracula eueniſſe *Hodie*, ſignificare tamen nõ intendit ea eueniſſe vnicâ prorsùs eadémque die, vnô eodémq; annô: ſic neque ſignificare, eueniſſe vnâ eadémque die, ſed diuerſis annis. Non enim, ſi verborum tenor ſpectetur, vnum magis aſſerit quàm aliud.

Inſtant. SI vrgeas ex Confirmatione quam pergens ſubijciebat Baradius, videlicet Eccleſiam celebrare diuerſis diebus illa tria miracula, &c.

Reſponſ. RESPONDERI poterit, Imprimis hoc ipſum confirmare, non eam ſenſiſſe, vel infallibiliter tradidiſſe, tria hæc vnô eodémq;, id eſt, ſimili, die facta eſſe. Nam ſi propterea quòd illa tria celebrat vnô eodémque die, prætenduntur & eueniſſe ſimiliter vnô eodémque die: ſic, quia celebrat illa diuerſis diebus, prætendetur & eueniſſe ſimiliter diuerſis diebus. Deindè, ſicut ex eo quòd Eccleſia celebrat aliquid vnũ diuerſis diebus, non ſequitur illud ipſum vnum eueniſſe diuerſis diebus: ſic ex eo quòd celebrat aliqua diuerſa vnô eodémque die, non ſequitur illa diuerſa eueniſſe vnô eodémq; die. Nam v.g. celebrat hiſtoriam ſanari ſerui Cẽturionis, hiſtoriam reſuſcitati filij viduæ Naim, & ſimiles, in Quadrageſima: quas tamen celebrat iterùm in Dominicis infrà annũ. Idémque eſt de hiſtoria cùm aſcendens Ieroſolymam aſſumpſit 12. diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis, *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur*, &c. quã celebrat in Dominica Quadrageſimæ, ruſúmque infrà Quadrageſimam. Denique, quod eſt præcipuum punctum obiectionis, Eccleſia nõ affirmat illa tria eueniſſe vnô eodémque die, eô ſenſu qui prætenditur: ſicut non affirmat hiſtorias prædictas eueniſſe diuerſis diebus, vel ſicut non affirmat proportionaliter plura ſimila eueniſſe die illâmet, quâ tamen ea eueniſſe pronuntiat, vt deſcenſum Spiritus Sancti, Transfigurationem Domini, Decollationem S. Ioãnis Baptiſtæ, &c. Quòd autẽ tria illa celebrare voluerit vnô eodémq; die, iam ratio reddita fuit; quoniã ſpecialiter cõmẽdabant manifeſtationem Chriſti D. propter quæ feſtum appellatum fuit Epiphania Domini, hoc eſt, apparitio, manifeſtatio, Domini. Porrò non obſtante hôc celebrat iterũ illa tria diuerſis diebus, vt indicet & eadem fuiſſe peracta diuerſis diebus. Sanè ſi valeret argumentatio Baradij, Quorsùm Eccleſia vno eodémque die illa celebraret, quæ eadẽ die acta eſſe non putaret? deſtrueret ſemetipſam, cùm ſubiungit, imò celebrat diuerſis diebus. Nam cur non eadẽ valeret dicendo,

Quorsũ Ecclesia diuersis diebus illa celebraret, quæ diuersis diebus acta esse nõ putaret?

2. Arg. II. ARGVMENTVM. Petitur ab Olympiade quâ Christus D. est natus, & Olympiade quâ mortuus. Habetúrque etiam apud Baradium to. 4. lib. 3. ca. 7. §. *Colligitur.* Imprimis autem, quâ olympiade, & quotô eius annô sit mortuus, tractat cap. 4. num. 1. Communis, inquit Gordonus, certiórque sententia est, mortuum olympiadis 202. annô 4. mense Martiô, vel Aprili, quarti illius anni olympici. Ità Eusebius in Chron. quoad annum: & constat ex Eclypsi illa mirabili quæ tunc eõtigit, de quâ Areopagita epist. ad Polycarpum. Hæc Eclypsis secundùm omnes incidit in passionem Christi. Contigit autem illô annô olymp. 202. vt apud Eusebium author est Phlegon insignis olympiadum supputator.

Deinde verò, quâ olympiade, & quotô eius annô, sit natus, tractat c. 2. sub init. Recepta est, inquit, sententia, Christum natũ olymp. 194. Ità Eusebius in Chronic. & eãdem fastis suis adiecerunt probatissimi authores. Sed quô annô huius olympiadis, dissensio magna est. Placet quibusdam incidisse in annum 2. illius Olympiadis. Hoc secutus est Baronius in suo Apparatu. Ratio verò hæc afferri potest. Christus natus est Corneliô Lentulô, & Messalâ, Coss. Hi autẽ inierunt consulatum hoc 2. annô. Verùm hæc satis infirma videtur probatio, dùm non rectè componit comitia cõsularia cum olympiade. Nam, vt iam dixi c. 1. tunc temporis inibant Romani consulatum Kal. Ianuarij: annus verò olympicus, vt superiùs notaui, inchoatur à solstitio æstiuali: & Christus natus est mense Decembri. Iam, si illi fuerunt consules creati annô 2. illius Olympiadis, & post 6. menses mutatus est annus olympiadum: certè Christus, qui alterô semestri post mutatã olympiadem natus est, nasci debuit annô 3. olympiadis. Dicet aliquis, fuisse illos Coss. creatos annô 1. illius olympiadis, ac sic Christum natũ illis consulibus; & tamen annô 2. Respondeo, apud huius sententiæ authores receptum esse, consules hos fuisse creatos annô 2. & eô annô olympiadis accidisse Kal. illas Ianuarij. Vndè sequitur Christũ natum annô 3. illius Olympiadis. Et sanè non pauci qui de fastis cum laude scripserũt, eos componunt aliter cum Olympiade, & creatos volunt annô illius 2. Secunda sententia & probabilior est, natum Christum annô 3. Olympiadis 194. itàvt illius Olympiadis superessent tantùm annus vnus, & sex menses, quandò Christus mense Decembri natus est. Sequitur ex confutatione prioris sententiæ. Ità porrò Beda de 6. Ætat. & Eusebius in Chron. Consentit Sylburgij collectio ex fastis Capitolinis.

His positis, ità concludit priori loco. Iam

A verò à mense Decẽbri anni 3. Olymp. 194. ad mensem Martium vel Aprilẽ anni 4 Olymp. 202. sunt 33. anni, & 3. circiter menses. Hactenùs Gordonus.

Obiect. OBIICI potest contrà Hunc Modum, quatenùs supponit annos 30. Baptizationis Domini debere sumi decompletis, eũ aduersati magis litterali textus expositioni. Sicq;

Ad 1. Arg Ad I. ARGVMENTVM. Responderi potest, suppositâ magis litterali textus expositione, de 30. annis Baptizationis Domini, non completis, sed tantum inceptis, 4. Paschata non facere tot annos vitæ Domini,
B quot hic Modus ponit.

Ad 2. Ad II. Responderi potest, quatenùs procedit ab anno 3. Olympiadis 94. quô Christus D. fuerit natus, ipsum non esse certum. Nam Pererius infrà censebit ex Eusebio (probante à Phlegonte) eum natum esse annô Olympiadis 4. Quatenùs verò procedit à cõsulibus, ipsum adhuc esse magis incertum. Nam Pererius qu. 5. seu pag. 676. fusè demonstrat,
C quàm hoc sit incertum & obscurum. Imò verò è pluribus sententiam illam amplectitur, quæ Christum D. facit natum Augustô decimumtertium consule, & Marcô Plautiô Syluanô. Quæ est sententia S. Epiphanij hær. 51. Onophrij in Fast. & in Chronico Ecclesiastico, & Sigonij Comment. in Histot. sacram Sulpitij, vbi & Eusebium affert (Sigonius) pro eadem Sententia.

6. Sent. VI. SENTENTIA CAPITALIS. dicit, Christum D. vixisse 32. *annis*, seu mortuum esse annô ætatis suæ 33. *inceptô.*

Ità S. Epiphanius post hæres. 20. c. sequen-
D ti. & hær. 51. & hær. 78. Eusebius in Chron. Onophrius lib. 2. Fast. Pererius lib. 11. in Dan. à pag. 697. Canus l. 12. de locis, & alij multi.

ANTEQVAM autem referantur argumẽta, quibus directè probatur hæc Sententia: quoniam vnum ex illis præcipuum petitur à 4. & 4. tantùm Paschatis, habitis in Euangelijs: de 3. autem constat nunc apud omnes qui materiam istam ex professò tractant, prout visum est in superioribus sententiis: de secundo verò quod haberi dicitur Ioan. 2. non cõuenit apud omnes, prout etiam visum est sub 5. sen-
E tentia, videbitur & mox sub dicendis: propterea non abs re putauimus, ea quæ de secundo illo Paschate dicuntur, huc referre, tandémque ipsum esse penitùs admittendũ demonstrare. Hæc fusè tractat Pererius per modum obiectionis, à pag. 701. fin. Nos ea referenda iudicauimus per modum prævij Notabilis. Itaque sic philosophatur Pererius à pag. 702. sub init.

Equidẽ non ignoro, quisnam fuerit dies ille festus à Ioane positus in c. 5. tres esse Scriptorum opiniones, quas hôc locô breuiter ponere, ac perpendere non erit alienum.

Prima opinio est S. Chrysostomi, Cyrilli, Euthymij, Theophilacti, S. Thomæ, & Nicola

de Lyra, qui explanantes illum locum Ioannis, tradunt, diem illum festum fuisse Pentecostes, 3. mense, & 50. die post Pascha, celebrari solitum.

Nam cùm Ioannes cap. 2. posuerit festum Paschatis, nec deinde vsq; ad caput 5. alium diem festum memorauerit, satis manifesto indicio est, diem festum, quem nominauit cap. 5. fuisse proximum post Pascha. Nec sanè vllus erat apud Iudæos dies festus, lege diuinâ præscriptus proximè post Pascha, nisi festus dies Pentecostes.

Verùm hanc opinionem videtur contextus ipse Euangelicæ historiæ S. Ioannis repellere. Etenim post Pascha memoratum à Ioanne in cap. 2. aliquandiù Iesus commoratus esse Ierosolymis, postea non vrbe tantùm, sed etiam Iudæâ discessit: & aliquantò post iterùm rediit in Iudæam, ibiq; non paruò tẽpore, vt ex 3. cap. Ioannis intelligitur, versatus est. Post hæc declinans inuidiam & odium insectantium se Pharisæorum, relictâ Iudæâ uenit in Samariam. Prædicta autem omnia intra 50. dies inter Pascha & Pentecosté interlapsos esse acta, non est verisimile. Quo tempore autem erat in Samaria, 4. mensibus abfuisse festum Paschatis, perspicuè intelligitur ex illis Christi verbis: quæ sunt in 4. cap. Ioannis (℣. 35.) *Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* Tempus autẽ messis in Palæstina, fuisse circa festum Paschatis, manifestum est ex 23. cap. Leuitici: sed manifestius est legenti 3. 4. & 5. caput libri Iosue. Illis enim locis narratur, quo tempore Iordanem Iudæi transierunt, fuisse tempus messis: transierunt autem 10. die t. mensis, & 14. die celebrãtes Pascha comederũt fruges illius anni, nempè azymos panes, & polentã. Patet igitur à festo Paschatis in 2. capite nominati, vsq; ad Christi aduentum in Samariã, prætertisse circiter menses 8. Sed Christus venit in Samariam ante diem illum festum nominatum in 5. capite, & priusquàm venit in Ierosolymã, vbi sanauit Paralyticum. Ergò non potuit dies ille festus minimùm 8. mensibus posterior Paschate, esse Pentecostes: quippe qui 50. duntaxàt diebus à Paschate distabat.

Rationem porrò, quã illi authores vsi sunt, manifestum est esse parùm firmam. Non enim omnes dies festi, quos Ioannes in sua historia ità narrat, vt vnum proximè post alterum commemoret, fuerunt inter se proximè consequentes. Initiò namq; 6. capitis nominat festum Paschatis, cùm tamen proximè antè, in principio 5. capitis, posuisset diem festum Iudæorum, quem isti Pentecostes interpretantur. Perspicuum verò est inter Pentecostem, & subsequens Pascha, intercéctos fuisse apud Iudæos cõplures alios dies festos, videlicet, qui in mense 7. 9. & vltimo celebrabantur. Quin cùm Ioannes in exordio 6. capitis nominasset festum Paschatis: proximè post, initiò 7. capitis, ponit festum Scenopegiæ, quod agebatur mense 7. intermissò festò Pentecostes, & aliis quibusdam intermediis.

Altera opinio, est Caietani super 5. cap. Ioan. & Melchioris Cani in lib. 11. de Loc. Theol. cap. 5. in solut. 6. arg. affirmantium diem illum à Ioanne dictum simpliciter, ac præcisè festum, nec fuisse Paschatis, nec Pentecostes: sed vnum aliquẽ ex festis hyemalibus. Erant autẽ 3. Vnus, Encæniorum, id est, renouationis, & purgationis templi, factæ à Iuda Machabæo, incidens in 25. diem 9. mensis Iudaici, qui Casleu appellabatur. Vide 4. cap. 1. lib. Machab. Alter dies festos, erat Ædificationis, seu instaurationis, secundi Templi, principe Zorobabele, & Pontifice Iesu. Is verò agebatur 3. die vltimi mensis, quem Hebræi vocant *Adar*, sicut legitur apud Esdrã cap. 6. Tertius, erat Sortium, à Mardochæo, & Esther institutus. Et 14. & 15. eiusdem mensis agi solitus. Lege 9. caput Libri Esther. Putant igitur Caietanus & Canus, Diem illum festum dictũ à Ioanne, fuisse festum, vel Ædificationis 2. Templi, vel Sortium, aliò nomine dictum festum Mardochæi.

Sed hanc opinionem non aliis argumentis infirmare attinet, quàm quibus confirmabimus tertiam Sententiam. Huius enim confirmatio, manifesta est illius computatio.

EST itaq; tertia Sententia, prioribus longè probabilior, nomine illius diei festi simpliciter dicti, non alium, quàm diem festum Paschatis, debere intelligi. *Festum Ioan. 2. ℣ 1. intelligendum festum Paschatis.*

Atque hoc quidem clarè docet ipse contextus historiæ Ioannis. Sic enim quæ narrantur ab eo in capite 5. cohærent, & consequentia sunt his, quæ narrãtur cap. 4. vt manifestè arguant veram esse hanc nostram interpretationem. Illic enim apertè significatum est, ab eo tempore, quo Christus venit Samariam, tempus messis, & Paschatis, 4. mensibus abfuisse: quo tẽporis spatiô commodè à Christo fieri potuerunt in Galilæa, quæcumque tunc ab eo facta illic esse, alij Euangelistæ prodiderunt.

Deindè, non est verisimile, appellationem festi simpliciter dicti, tributam esse à Ioanne festo Sortium, vel instaurationis Templi. Siquidem eiusmodi dies apud Iudæos, erant minùs illustres & celebres festo Paschatis, & Pentecostes, & Tabernaculorum: nec erant diuinâ lege, sed humanâ authoritate constituti. Cùm autem festus dies Paschatis esset primus anni, longéque celeberrimus, ritè appellatus est per antonomasiam, dies festus simpliciter & præcisè.

Veruntamen, illud mihi maximè persuadet, probatq; hanc Sententiam, quòd non

ſemel in Euãgelica Hiſtoria, dies Paſchatis, etiam nomine feſti, præcisè, & ſimpliciter dicti appellatur. Velut apud Lucam cap. 22. apud Matthæum cap. 26. & apud Ioan. 13.

Ex quo ſatis apparet, eos recedere a conſuetudine diuinæ Scripturæ, qui appellationem feſti ſimpliciter dicti, remouẽtes à feſto Paſchatis, cui maximè conuenit, & ſæpè à Scriptura tribuitur, ad alios dies feſtos, quibus maxime congruit, nec vſpiam in vetere, aut nouo teſtamento attribuitur, accommodare conantur.

Atque huius Sententiæ authores habemus Irenæum lib. 2. cap. 39. Euſebium in Chronic. & in lib. 8. de Demonſtr. Euang. S. Hieronymum, & Theodoretum, ſuper cap. 9. Danielis, & Rupertum ſuper cap. 4. Euang. S. Ioan. Sed enim fortaſſe

Obiiciet aliquis, Ioannem in principio 6. capitis nominaſſe feſtum Paſchatis: quare ſi quem initiò capitis 5. nominauit diem feſtũ, eum quoq; feſtum Paſchatis intelligi oporteret: ab vno feſto Paſchatis trãſiſſet Ioannes ad alterum proximè ſubſequens, omnibus vnius integri anni actis Chriſti prorsùs intermiſſis: quod ſane videtur abſurdum.

Verùm, hoc leuius eſt, quàm vt lectorem mouere debeat. Namque ſolemne eſt Euangeliſtis, extrema, omiſſis intermediis, proximè inuicem connectere. Matthæus, deſcriptô Chriſti Baptiſmô, & ieiunio, proxime ſubiecit vltimam vocationẽ Apoſtolorum, quam tamen multò poſt tempore conſtat eſſe factã. Ioannes, cùm 6. cap. Chriſti circà feſtum Paſchatis acta, dictáq; narraſſet, ſtatim in cap. 7. tranſiuit ad ea quæ contigerant circà feſtum Scenopegiæ, hiſtoriam Chriſti 7. menſiũ ſilentiô inuoluẽs. Ergo quæ inter 2. & 3. Paſcha facta, dictáq; à Chriſto fuerant, Ioannes prætermiſit, quod ea tres alij, qui ante ipſum ſcripſerant Euangeliũ, diligẽter, & copioſe tradiderãt, videlicet Matthæus a cap. 12. vſq; ad 14. Marcus à 2. ad 6. Lucas à 6. ad nonũ. Hactenùs Pererius. Vide quæ dicta fuerũt, tam à Scaligero, quàm cõtra Scaligerũ & Caluiſiũ ſub 5. Sententia capitali. His præmiſſis accedẽdum eſt ad Probationes illius 6. Sententiæ. Itàque.

Probat. PROBAT HANC SENTENTIAM Pererius, ſuppoſitâ prius expoſitione Verborum S. Lucæ cap. 3. de Baptizatione Chriſti D. annò ætatis ſuæ 30. tantùm inceptô (quam expoſitionem amplexus eſt vt probabiliorem ſuo locò, poteſtq; videri pag. 639. fin.) pluribus argumẽtis. Quæ viſa ſunt nobis, additis quibuſdam aliis, hòc ordine ſimùl proponenda.

1. Arg. I. ARGVMENTVM. ipſúmq; fortiſſimum, apud Pererium pag. 701. ſub init. Petitum a 4. & non pluς Paſchatis, in Euangelio habitis, & præſertim in Euãgelio S. Ioannis. Rationem, inquit Pererius, Hiſtoria Euangelica, præſertim vero Ioannis, qui poſt alios tres Euangeliſtas ſuũ edidit Euangelium, firmiſſimam nobis ſuppeditat. Ioannes enim quia poſt alios ſcripſit euãgelium, ſicut multa omiſit, ab aliis tribus prædicta: ità quædam expreſſit ab aliis prætermiſſa: & inter alia, duo. Hiſtoriam enim perſcripſit rerum geſtarum a Chriſto, primò anno ſuæ prædicationis, hoc eſt à Baptiſmo Chriſti, quoad Ioannes Baptiſta incluſus eſt in carcerem. Præterea hiſtoriam ſuam digeſtis diſtinctiſq; temporibus ad certam Chronologiæ rationem redegit. Omne namq; tempus prædicationis Chriſti (intellige priuatæ & publicæ ex pag. 711. fin.) à Baptiſmo vſq; ad eius mortem, per 4. Paſchata diſtinxit. Primum Paſcha, & poſt Baptiſmum Chriſti proximum, poſuit in capite 2. Alterum in capite 5. Tertium in capite 6. Quartum in capite 11. 13. & 18. Primum Paſcha incidit in trigeſimum annum Chriſti, Alterum Paſcha in trigeſimum primum, Tertium in trigeſimum ſecundum, Quartum in trigeſimum tertium, ætatis ſuæ annum. Ex his neceſſariò manifeſtéq; concluditur, Chriſtum, cùm in anno ætatis ſuæ trigeſimotertio verſaretur, eſſe mortuum. Hæc ibi Pererius.

Quibus confirmandis, quantùm ad hoc quod eſt non plura 4. Paſchatis in Euãgeliis habita, pluráq; non admittẽda, vide quæ dicta ſunt ſub præcedentibus Sententiis, nimirùm 5. & 6. Quin etiam quæ dicta ſunt ſub Hebdomadibus Danielis, ad illa verba, *Confirmabit pactum multis*, &c. de Miniſterio Chriſti Domini: quod etiã ex illis Hebdomadibus antiqui Patres determinarunt ad annos 3. integros tantum, & quibuſdam menſibus plùs.

2. Arg. II. ARGVMENTVM, & ipſum quoque fortiſſimum, ex Euangelio, ac Patribus, Petitum ab annis Tiberij Cæſaris, quibus ex Euangelio Chriſtus Dominus fuit baptizatus, & quibus ex Patribus fuit crucifixus. Nam S. Lucas cap. 3. à verſ. 1. tradit manifeſtè Chriſtum D. fuiſſe Baptizatũ annò Tiberij 15. S. autem Epiphanius Lib. de Menſuris & Ponderibus, Euſebius in Chronic. Nicephorus Lib. 1. cap. vlt. Alter Nicephorus Chronol. Beda de 6. Ætat. Mundi, & de Ratione temporum cap. 7. aliíq; permulti, dicũt eum fuiſſe crucifixum annò eiuſdẽ Tiberij 18. Hóc poſitô tanquàm vel probabili, vel etiam probabiliori, propter authoritatem aſſerentium, cui nec grauior, nec aliàs probatio melior poteſt opponi, ſequitur non potuiſſe Chriſtũ D. agere plures annos à baptiſmo, quàm 3. cõpletos, ſiue 4. incœptos: proindéq; mortuum eſſe, quã 33. tantũ incœpto.

DICES. A 15. ad 18. Tiberij, non reperiri niſi 2. completos, vel 3. inceptos. Nam

in 16. completur 1. & in 17. 2. in 18. reperitur vnus tantum inceptus: vel si reperiuntur 3. completi, sequetur Christum Dominum esse mortuum annô suô 34.

RESPONDETVR. A 15. Tiberij paulò plùs quàm incepto, ad 18. paulò plùs quam medium, reperiri 3. annos integros, & 4. inceptum. Quoniam primus incipit per 13. dies in ætate Christi Domini, intrà 30. annum vitæ eius, & finitur intrà 31. per 13. similiter dies inceptum. Secundus incipit intrà 31. & finitur intrà 32. Tertius incipit intrà 32. & finitur intrà 33. Quartus incipit intrà eundem 33. per aliquot menses. Et sic reperiuntur 3. anni completi: & tamen Christus D. mortuus annô tantùm ætatis suæ 33. Quod vt pleniùs perspiciatur, Notandum est, Augustum Cæsarem fuisse vitâ functum, & Tiberium quamcitò positum Imperiô 14. Kal. Septembris, seu 19. mensis Augusti ex Tacito, Dione, & Suetonio. Christus D. baptizatus est mēse Ianuariô, sequente, 6. eius die, cùm incœpisset annum ætatis 30. per dies 13. Abindè computa vsq; ad 18. Tyberij ad mensem Ianuarium, 6. eius diem protractum, reperies 3 annos completos. Rursùm verô, abintrà 18. Tiberij mense Ianuariô, 6. eius die, ad vsque Pascha proximum, reperies aliquos menses, & dies, qui faciant 4. inceptum, quô Christus D. fuerit crucifixus: & tamen solummodò intrà 33. sui annum inceptum. Quia videlicet annus primus fuit Baptismatis, incœpit intrà 30. ætatis suæ tantùm inceptum, & inceptum per dies 13. tantùm.

3. Arg. III. ARGVMENTVM. Petitur ab expositione probabiliori textus S. Luc. cap. 3. de annis 30. Christi D. tantùm inceptis, iuncta Sententiæ de Ministerio eius, quod durauerit tantùm 3. annis & paulò plùs, tàm probabiliori iuxtà Dan. 9. vbi concluditur intrà dimidium Hebdòmadis 70. quàm cōmuniori Patrum antiquorum conformiter illud determinantium ad 3. annos integros, & aliquantò plùs, prout visum fuit sub expositionibus textus Danielis, ad illa verba, *Confirmabit autem pactum multis*, &c. His enim positis, consequens est Christum D. non vixisse suprà 32. annos completos, sed mortuum fuisse 33. tantùm ætatis inceptô.

4. Arg. IV. ARGVMENTVM. apud Pererium pag. 699. Petitur à morte Christi D. secundum quòd habetur in Euangelio iuncta rationibus Astronomicis. Vt autem hæc demonstratio fiat, supponenda sunt tria quædam fundamenta.

Primum fundamentum supponendū est hoc. Christum D. esse mortuum decimaquintâ Lunâ primi mensis. Hoc patet legenti Euangelium. Liquet enim Christum D. esse passum postridiè quàm comederat Pascha cum Discipulis. Comederat autem decimaquartâ Lunâ, ad vesperam, scilicet, vti iubebat lex Moysis. Et Dionysius Areopagita Eclypsim Solis in excessu Christi factam, in plenilunio accidisse confirmat, in epist. quam scripsit ad Polycarp. & in alia quam scripsit ad Apollophanem philosophum, qui cum eo viderat ipsam oculatim.

Secundum principium supponendum est hoc. Christum D. esse passum sextâ feriâ, seu die Veneris. Tali namque die fit in Ecclesia, vsque ab exordio ipsius, per singulos annos anniuersaria mortis Christi D. commemoratio. Et hoc item manifestum facit historia Euangelica. Nam S. Marcus cap. 15. diem mortis Christi D. fuisse inquit parasceuem antè Sabbatum. Quin ob eam causam, sollicitos esse Iudæos, de Christi corpore deponendo de cruce, eò ipsô die Veneris, quia imminebat dies Sabbathi incipiens post occasum solis diē Veneris, narrāt S. Ioannes cap. 19. & S. Lucas cap. 23. Adijce, quòd si non obijsset Dominus noster in die Veneris: vel non die Dominicô, vel nū die tertiâ, quàm mortuus fuerat, resurrexisset.

Tertium fundamentum supponendum est hoc. Numerum annorum 1586. qui ab ortu Christi ad diem quâ scribebat Pererius, transacti erant, ratum & firmū apud omnes esse debere, vtpote quem ex antiquissima Ecclesiæ traditione, ab eius ortu continuatâ temporum serie ad nos vsque fideliter perducta, & ex consensu populi Christiani, omniúmque scriptorum, exploratum atque cōpertum habeamus. His per Pererium positis, argumentum sic conficit.

Si Christus D. mortuus est Feriâ sextâ, & Lunâ decimaquintâ primi mensis, vt positū est: ergo non est mortuus aliô ætatis suæ annô, quam 33. Ex illo concludi hoc, ità probatur. Non est disputandum nunc, Christum non esse mortuum, vel antè 31. annum, vel vltrà 35. Id enim extrà controuersiam, & in confessò est apud omnes, præter vnum Ireneū, cuius tamen opinio iampridem explosa est ab omnibus, & paulò superius à nobis etiam manifestis argumētis profligata. Tota igitur hæc de anno mortis Christi quæstio, vertitur circà 4. annos 31, 32. 33. & 34. In horum autē nullo euenit, vt decimaquinta Luna, simùl etiam esset Feria sexta, nisi in anno 33. Quò licet intelligere, in eo ipso anno Christum esse mortuum. Nam in anno 31. Lunâ decimaquintâ primi mensis, incidit in diem 27. Martij, & in diem Martis. In anno 32. eadem Luna incidit in 15. Aprilis, & in diem Martis. In anno 34. incidit in 23. Martij, & in diem Mercurij. In anno autem 35. incidit in 11. diem Aprilis, & in diem Lunæ. Atuerò in anno 33. quô nos censemus Christum esse mortuum, Lu-

quadecimaquinta primi mensis, simul concurrit cum die Veneris, & cũ die 3. Aprilis: vt cùm is annus habeat quæcũque legimus conuenisse in tempus mortis Christi, in eo anno ipsum esse passum nullò modò sit dubitandum. Non me præterit, etiam 37. 38. & 47. annò post ortum Christi, Lunam decimamquintam primi mensis concurrisse cum die Veneris. Sed quia cõstat apud omnes, exceptò Irenæò, Christum non attigisse annum 37. propterea id nullam contrà nos vim habere potest. Ratio autem cognoscendi decimamquintam Lunam primi mensis in quolibet superiorum annorum, ex tabulis Regis Alphonsi, aliisque similibus, petenda est. Rationem verò inuestigandi & inueniendi sextam Feriam in quouis superiorum annorum, docet nos litera Dominicalis: quippè eius consideratione, in quolibet anno, siue præterito, siue futuro, facile est quameumque velis feriam inuenire.

5 Arg. V. ARGVMENTVM, apud eundem Pererium pag. 697. Petitur ab Historia & Chronologia Romana, iuncta cum quadam Euangelica circà Natiuitatem, & mortem Domini. Etenim, inquit, Pererius suprà q. 5. constitutũ est à nobis, Christum esse natum annò 42. Imperij Augusti (hoc autem, præter alia principia, docuit ex authoritate Euseb. in Chron. & lib. 1. Hist. Eccles. S. Epiph. hæres. 51. & in summa Panarij, & in Ancorat. addendum, & lib. de Mensur. & Ponder. Oros. lib. 7. cap. 2. & Bed. lib. de 6. ætat. mundi: vide & quæ diximus §. 113. post Ptolomæos, q. 5. Notab. 2.) & paulò antè, in confutationem 4. opinionis docuimus, Christum esse mortuum, secundùm communem doctorum sententiam, in decimooctauo anno Tiberij Cæsaris. (Hanc etiam communem esse notat Pamelius in Tertull. lib. contrà Iudæos, ad cap. 8. num. 82.) Sed ab anno quadragesimosecundo Augusti, vsque ad decimumoctauum Tiberij, 33. anni non pleni numerantur (nempè Augustus iuxtà Pererium, vixit in Imperio annos 55. completos, proùt mox dicetur): tot igitur, nec plus, nec minùs Christum vixisse putandum est.

1. Obiect. OBIICIT possunt contrà hanc rationẽ, tria. I. Nam, dicet aliquis, incertũ esse, quot annis regnauerit Augustus. Ex quo incertum esse videtur, quantùm temporis inter quadragesimumsecundum anni Augusti, & decimumoctauum Tiberij intercesserit. Siquidem Tacitus in Dialogo de claris oratoribus, ait, regnasse Augustum 58. annos. Iosephus lib. 18. Antiq. annos 57. & eo ampliùs 6. menses, S. Isidorus, & Beda 56. annos, & prætereà 6. mensibus.

Respons. SED hæc obiectio facilè diluitur. Nam suprà q. 5. docuimus Imperium Augusti, intrà 56. annos contineri. Nota, intra 56. Nam Pererius vult eum mortuum 56. imperij, seu regnasse solùm 55. cõpletos, sicut vixisse 75.

Hoc autem contrà communiorem Sententiam Eusebij, & aliorum, dicentem Augustum regnasse annos 56. completos, & vixisse 76. Probauit Pererius, quia *natus sit Augustus* Consulibus Cicerone, & M. Antonió, iuxtà Patereulum lib. 2. & Suetonium in Augusto. His autem Coss. *anno V. C.* 00, 689. iuxtà Eutropium lib. 6. & Orosium lib. 6. cap. 6. sed 691. iuxtà Dionem lib. 73. Natus verò 10. Kal. Oct. iuxtà Paterculum, vel 9. Kal. Oct. iuxtà Suetonium in Augusto, & Dionem lib. 56. *Obierit* autem Coss. Sextò Pompeiò, & Sextò Apuleiò, *anno V. C.* 767. iuxtà Dionem lib. 55. Et hoc (obijt) 14. Kal. Sept. secundùm eundem Dionem locò citatò: cui possunt addi Tacitus & Suetonius. *Ab anno V. C.* 691. 10. vel 9. Kal. Oct. *ad annum eundem V. C.* 767. 14 Kal. Sept. non sunt nisi 75. anni vitæ completi, seu 75. anni, menses 10. & dies 25. vel a 6. Item, *trigesimo*, seu per vim extorsit *primum consulatum*, pridiè quàm expleret trigesimum ætatis annum. *annò, V. C.* 711. iuxtà Patereulum: proindéque 10. vel 11. Kal. Oct. aut 14. Sept. eòdem die quò & obiit iuxtà Dionem suprà, necnon Tacitum lib. 1. A quibus, cõsulatu primò, & Triumuiratu, si computes imperium eius, reperies *ab annò V. C.* 711. *ad* 767. tantùm inceptum, annos solummodò 55. completos, seu 56. inceptos. Proindéque Augustum obijsse annis post Christum D. natum, 15. demptis 4. mensibus, & 6. diebus, siue anois 14. mensibus 7. & circiter 24. aut 25. diebus. Sed tunc videtur Pererius incipere imperiũ Augusti, bieoniò post Iulium occisum, secundùm Appianum lib. 4. de Bello Ciuili: Quod non ponitur iuxta computationem Eusebij & aliorum. Quicquid sit, Pererius vult Augustum imperasse tantùm annis 55. completis.

II. Fortassè (pergit Pererius) non statim post mortem Augusti, sed longè post interuallo, Tyberium sumpsisse Imperium. 2. Obiect.

VERVM, hoc nullam vim habet. In apertò enim est apud omnes, proximè post Augusti excessum, Tiberium iniisse principatum. Sic ipse Dio, Tacitus, Suetonius, &c. Respons.

III. Si quis prætereà (ait Pererius) nobis facessere negotium pergat, dicens, in obscuro esse, cùm dicitur Christus natus 42. annò Augusti, & mortuus 18. Tiberij: an id sit intelligendum de vtrisq; annis, vel expletis, vel tantũ inchoatis: an aliquibus expetis, alteris autem incboatis. Nõ enim parui refert, quomodò anni accipiantur. Nã si 42. annus Augusti, intelligatur iã explet⁹, & 18. Tiberij tantũ inchoat⁹, efficietur, Christũ nõ nisi 3. Obiect.

32. annos, ac ne hos quidem plenos, vixisse. Sin autem 42. Augusti accipiatur tantùm inchoatus: annus verò Tiberij 18. iam expletus: consequens erit Christum vsque ad 34. ætatis annum peruenisse.

VERVNTAMEN hoc facilè repellitur. Est enim præter consuetudinem scriptorum, præterque rationem, aliò modò accipere 42. annum Augusti, & aliò longéque diuersò 18. Tiberij. Siquidem ratio ipsa, & vsus Chronologorum docet, vtrumque eôdem modô esse intelligendum. Vtrôuis autem modô accipiatur, concluditur quod volumus: Christum non excessisse 33. ætatis annum. Quanquam ferè scriptores, tam sacri, quàm profani, cùm aiunt euenisse aliquid, hôc vel illo annô alicuius principis, intelligi volunt non expletum, sed inchoatum modò, &, vt vulgò loquimur, currentem annum. Sic ibi Pererius.

6. Arg. VI. ARGVMENTVM, apud eundem Pererium pag. 698. Petitur à Græca chronologia quæ in computatione olympiadum versatur, scilicet, ab olympiade quâ Christus Dominus mortuus est, & ab olympiade quâ natus.

Imprimis autem, quâ olympiade, & quotô eius annô fuerit mortuus, sic tradit. Nũc affirmamus, inquit, Christum esse mortuum annô 4. 202. olympiadis. Incidisse autem mortem Domini nostri in 4. annum 202. olympiadis, satis magno argumento esse debet, ab antiquis probatissimísque chronologis, mirabilem illam Solis Eclipsim, quæ moriente Dominô accidit, in 4. anno 202. olympiadis esse annotatam. Ponam hîc verba eorum, prout commemorantur ab Eusebio in Chron. Cùm enim signasset Eusebius mortem Christi in anno 18. Tiberij, hæc scribit. *Ad passionem venit Dominus, anno Tiberij decimooctauo, quô tempore & in alijs Ethnicorum commentarijs, hæc ad verbum scripta reperimus: Solis facta defectio, & tenebræ super vniuersam terram, Bithyniæ terræ motu concussa, & in vrbe Nicæna ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia ijs congruunt, quæ in passione Saluatoris nostri acciderunt. Scripsit verò super his & Phlegon egregius olympiadum supputator, in 14. lib. ità dicens: Quarto anno ducentesimæ secundæ olympiadis, magna, & excellens, & super omnes, quæ antè ipsam acciderant, defectio solis facta est. Dies hora sextâ in tenebrosam noctem ità versus est, vt stellæ cœlo visæ sint, terræque motus multas in Bithyniæ Nicænæ vrbis ædes subuerterit.* Sic Eusebius. Hæc suprà dictus vir scripta reliquit, quæ sanè ad confirmationem nostræ sententiæ plurimùm valere debent.

Quâ autem olympiade, & quotô eius annô, fuerit natus, ibidem obiter dicit. Suprà, inquit, q. 5. probauimus, Christũ esse natum annô quartô olympiadis centesimæ nonagesimæquartæ. Hoc autem probauit pag. 681. dicens: Quia annus 752. Vrbis Conditæ, quô Christum natum esse diximus, concurrit cum anno 4. olympiadis 194. Hoc rursùm probauit à pag. 675. fin. dicens: Plerique scriptores Ecclesiastici in id consentiunt, annô post Romam conditam 752. Christum esse natum. Idque vel ex eo liquet, quòd, vt ex Dione colligitur, annus 15. Tiberij Cæsaris, quô annô Christus agebat trigesimum annum, incidit in annum vrbis conditæ 782. Hactenùs ex Pererio. Ex quo sume conclusionem in verbis eius initio antèdictorum appositis: Hoc autem, inquit, spatium temporis, non potest continere plùs quam 33. annos inchoatos.

SVMMARIE potest hæc tota Sententia probari à Scriptura ex Luc. 3. iuxtà litteralem magis expositionem. Christus Dominus fuit baptizatus annô suo trigesimô tantùm inceptô. Ex Euangelistis autẽ acta sunt 4. tantùm Paschata, quæ dicunt solummodò 3. annos completos. A trigesimo tantùm incœpto (per initia sui) ad 3. tantùm completos, non potest ætas eius excedere 32. completos. Ergò vixit tantùm 32. completos, & mortuus est trigesimotertiô tantum inceptô.

OBIICI potest contrà Pererium in particulari, quòd infrà non diffiteatur admittere sententiam, quæ constituit 5. Paschata inter baptizationẽ Domini, & mortem eius. At positô iuxtà Pererium, eum fuisse baptizatum annô suô 30. quamuis tantùm inceptô: tune non est possibile mortuum illum fuisse annô 33. tantùm inceptô. Obiect.

RESPONDERI potest pro Pererio, quòd quamuis ipse non diffiteatur admittere sententiam illam: non tamen eam amplectitur resolutiuè; vel in eo casu, quô sequendam illam non dissentiret, tunc etiã ab omnibus quæ pugnarent aduersùs eam, recederet. Respons.

CÆTERVM, non erit abs re monere hîc obiter, nihil conuincens afferri posse contrà sextam istam sententiam; & quamuis non omnes eius probationes ità conuincant, vt non possit ab ea qui voluerit dissentire, nihilominùs in materia circà quam reperire non est probationes validiores, aut etiam æquè validas: eas meritò censeri posse meliores.

Sed neque fuerit abs re monere, circà hanc sententiarũ diuersitatẽ, cogitari posse duas esse præ aliis probabiliores, propter probabiliùs mortuum Dominum annô vitæ suæ trigesimotertiô, secundùm ea quæ dicta sunt sub ista 6. sententia capitali, quæ

est Pe-

est Pererij. Nimirùm, alteram quæ fit ità composita, partim ex Sententia Caietani, quoad Baptismum Domini, partim ex Sententia Barradij, quoad 5. Paschata: vt Baptizatum faciat Dominũ annô suô vigesimonono, propter textũ Vulgatæ Editionis ad omnem rigorem litteræ sumptum, & antiquissimos patres S. Ireneum, & S. Epiphanium, eundem ingerentes; abinde verò, viuentem faciat eum per 4. annos completos seu per 5. incœptos, propter auctoritatem Ecclesiæ, vel Doctorum, consuetudinem eius sic intelligentium, vt à baptismo ad mortem Domini acta sint 5. Paschata. Alteram quæ fit ità composita, partim ex Sentententia Pererij, Baradii, & aliorum, quoad Baptismum Domini, & partim ex Sententia Pererii, Gordoni, ac aliorum, quoad 4. Paschata: vt baptisatum faciat Dominum annô suæ ætatis trigesimô inceptô, propter litteralem magis & communiorem expositionem textus S. Lucæ; abinde verò, viuentem tantummodò faciat eum per 3. annos completos, seu per 4. incœptos, propter 4. tantùm Paschata in Euangeliis habita, & Sententiã antiquiorum Patrum. Sic enim vtrôque modô vixerit tantùm 32. annos completos, seu mortuus fuerit ætatis suæ trigesimotertiô tantùm incœptô. Cæterùm in casu Secundæ huius Sententiæ præferendæ, notandum est seriò, vocabulum, *incipiens*, *ἀρχόμενος*, apud S. Lucam tunc probabiliùs exponendum esse cum Scaligero, Batadio, & aliis, de ministerio Christi Domini. Nam alioqui hæc Sententia recideret in eam, quæ fuit Caietani, de annis baptizationis 29. tantùm inceptis. Quamuis enim Pererius sic eius aliquam expositionem tradiderit, vt etiamsi non intelligatur de ministerio Christi Domini, sed referatur ad annos 30. adhuc tamen faueat annis 30. tantùm incœptis: nihilominùs expositio huiusmodi qoamuis permultùm subtilis, & huic Sentẽtiæ faoens, videtur multùm singularis, & insitata: paucique forsan fuerint, qui ptobent, siue recipiant eam. Vt autem ex his duabus Sententiis quænam sit probabilior dicamus: quoniam longè conuenientius est, non annos baptismatis & reliqui temporis Domini determinare, per tempus mortis eius habitum ab externis principiis, qualia sunt nonnulla quæ continentur sub ista 6. Sententia: sed potiùs tempus mortis eius determinare, per annos baptismatis & reliqui temporis eius habitos ab internis principiis, id est, Scripturæ sacræ, & Patrum, qualia sunt reliqua quæ continentur sub eadem 6. Sententia: Scriptura verò sacra nobis litteraliter magis insinuat, eum fuisse baptizatum annô suô trigesimô tantùm incœptô: reliquum autem eius tempus, actum solum modò per 4. Paschata, proindéque per 3. tantùm annos completos; quod etiam maximè tradunt antiquiores Patres, & præsertim de annis tribus tantùm à baptismate, S. Epiphanius, Eusebius, & alii, facientes eum mortuum annô Tiberij decimooctauô (S. Lucâ faciente baptizatum decimoquintô), quibus in confirmationem prorsùs accedunt externa principia habita sub eadem 6. Sententia: propterea Secundã hanc Sententiã, omni aliã omnique ex parte censemus magis probabilem, quæ nimirùm (vt paucis ea resumatur) dicit Christũ Dominum vixisse solummodò 32. annos completos, esséque mortuum annô vitæ suæ trigesimotertiô tantùm incœptô. Quapropter eùm breuiter quæritur

IN HAC diuersitate Sententiarũ quid dicendum? Respondeo, 6. Sententiam nobis esse probabiliorem: nimirùm, vt verbum illud S. Lucæ, *incipiens*, intelligatur de ministerio: hæc verò, *quasi 30. annorum*, intelligantur de 30. tantùm incœptis: proindéque Christus Dominus Redemptor noster, baptizatus fuerit annô suô trigesimô tantùm incœptô: dein vixerit tantummodò 3. annos completos, seu 4. per aliquot menses incœptos: consequenter, mortuus fuerit annô suô trigesimôtertiô tantùm incœptô. Authoris resolutio.

## II. DIFFICULTAS. DE ANNIS ÆRÆ CHRIstianæ, seu de Annis à Natiuitate Christi Domini Redemptoris, ad Annum qui vulgò dicitur 1620. An constituendi sint plures, vel pauciores: An verò non ampliùs 1620.

§. 118.

1. Sent. PRIMA SENTENTIA esse potest, Constituendos esse pauciores 1620. annos à Christo Domino nato, ad annum qui vulgò 1620.

Ità notatur à Caluisio, Isag. cap. 44. seu pag. 188. Christmannus Heidelbergensis professor, quasi voluerit, aut potiùs ex verbis eius eliciendum sit, annumqui dicebatur tunc 1604. dicēdum esse 1602.

Verùm, quia Christmannus id ex professò non asseruit, sed solummodò hoc eruit, aut erui putat Caluisius ex eius positione, quâ dixerit Christum Dominum natum annô. 8. Augustorum, quod tamen non conuincunt argumenta Caluisij, quippe nullius firmitatis, vt monebitur infrà; propterea non est ista Sententia Christmanno affingenda, vel tanquàm authorem habens æstimanda; proindè nec in hac difficultate quicquam facienda. Proprereà quoque sub Sententria sequenti Bucholcerum non referemus, cui ex similibus imponit Caluisius, quasi plures annos æræ Christianæ, quàm qui vulgò numerantur, tribuant eius dicta, nimirùm qui vulgò fuerit 1604. dicendus sit 1605. 1606. vel etiàm 1607.

2. Sent. II. SENTENTIA. dicit, Constituendos esse plures 1620. annos à Christo Domino nato, ad annum qui vulgò dicitur 1620.

Ita Marianus Scotus, Scaliger, & Caluisius. Quamuis diuersò quisque modò. Nam Marianus notatur à Massæo præfat. lib. 8 seu pag. 92. init. quasi plurimis annis augeat Æram Christianam. Nostro Mariano, inquit Massæus, curæ non fuit, quid Ethnici scripserint. Sanctum Euangelium profert imitandum. Sacrorum litteris inhærēdum censet, Hieronymi, Augustini, Cassiodori. Sed nescio quis vnquam in ratione temporum ab his magis dissenserit. Vt enim plurima differam, suis locis oportuniùs indicanda: multi apud Hieronymum & Cassiodorum Consules leguntur bini, quos hic enumerat singulos. Atque ità fit, vt ab anno passionis Christi vsque ad Manlium Theodorum, supputet annos 383. vbi S. Augustinus tantùm 365. fuisse testatur. Hæc Massæus.

Scaliger autem lib. 6. de Emend. Temp. cap. 1. post med. seu pag. 255. circà med. hæc dicit. A cuius (Christi Domini) natali, ad hunc annum, quô hæc scribebam, annus agitur 1583. quem tamen epilogismus Dionysij Exigui (abbatis Romani) 1582. duntaxat putat. Et in fine capitis: Quare falsus est annorum Christi vulgarium à Dionysio conditorum epilogismus. Corrigendus est itaque. Hæc Scaliger. Sic volens, æram Christianam abundare debere suprà communem munerationem, annô vnô.

Caluisius Isag. cap. 44. seu à pag. 186. post med. sed pag. 187. fin. hæc habet. Ergò manifestum est, annum Nabonassaris 746. nequaquàm conuenire cum annis æræ nostræ Christianæ, sed antecedere eos integrô bienniô. Binariô enim hi Cycli à cyclis æræ Christianæ differunt. Et pag. 195. post med. Ergò decimusquartus annus æræ Christianæ, debebat esse annus decimussextus. Atque ità anni Epochæ Christianæ, aberrant à vero anno Christi, annis 2. Et in fine capitis: Et hunc annū Christi, quem muneramus vulgò secūdùm Dionysium 1604. esse à vero anno Natiuitatis Christi, 1606. Similia repetit cap. sequenti, à pag. 202. med.

PROBATIONES huius Sententiæ, non habent alias, Marianus, quàm ex Chronologia per Consules, Scaliger, & Caluisius, quàm quas sibi complacuerunt instituere, Petitas videlicet ab annis Herodis, à Periodis suis, Iudaica, Iuliana, Calippica, Nabonassaræa, Cyclis Lunaribus, & similibus characteribus, aut etiam Paschatibus Euangelij, per ipsos ad libitum stabilitis; ex quibus putant natalem Domini anteuertere annô vnô vel alterô, vulgarem Epocham Christianam, quam dicunt esse Dionysij Exigui monachi, qui antè annos 1000. floruit. Probat.

CONTRA HANC SENTENTIAM Facit, & quidem contrà Marianū, quòd chronologia per Consules, dicta fuerit penitùs incerta, prout etiam variis modis demonstrat ibidem Massæus. Cuius nec omittenda, quæ contrà Marianum in singulari subiungit. Reijcitur.

Laudo, inquit, volũtatem eius, & studium quô nititur sequi vestigia patrum. Sed vicem eius doleo, quòd tantò conamine non solùm non assequitur eos, sed fermè totâ aberrat viâ. Bonus & sanctus homo: sed Chronicis concinnandis non satis idoneus. Sic ille.

Contrà Scaligerum & Caluisium, quòd principia, quibus illi nituntur, adeò sint incerta, vel etiam falsa: vt pigeat authores grauissimos in medium illa producere. Nam v.g. de annis Herodis, quid magis incertum? cùm ne vel apud duos cõueniat, vndenam anni regni eius sint numerandi, vel etiam vbi finiendi: an incipiant quandò primùm Hierosolymam inuasit: an quandò primùm à Cæsare rex creatus est: an verò à tempore posteriori, vel an ab anteriori quô Antigonum fugauit &c. & in hoc ipsemet Caluisius à Scaligero dissentiat? De reliquis Characteribus idem est. Et ne aliundè petantur argumentationes, quomodò aliquid veri producatur ex obseruationibus huiusmodi, cùm ne Scaliger, & eum in omnibus ferè sequens Caluisius, in hac parte concordent. Mirum, an risu dignum dicam, quod Scaliger hunc suum epilogismum commendans, hæc habeat pag. 255. Tollendus error in posterùm. Neque verò succencendum nobis, qui mendum in ratione temporum aperuimus: sed danda opera, ne hostibus Reipublicæ Christianæ, Iudæis, & Mahumedistis, ludibrium debeamus, qui per tot sæcula annum natalis eius ignorauimus, cuius ope & beneficiô nos ad gratiam & vitam æternam renati sumus. Similia Caluisius. Quasi verò non supponant id quod est controuersum: nec Respublica Christiana verum illum annum habeat. Mirum, inquam, eos hæc iactare, neque tamen perspicere, se ludibrio hostium Reipublicæ Christianæ nos magis exponere, cùm vel annum illum in dubium vertunt, vel promittentes cum certum, ne vsquedùm inuicem conueniunt. Nos plurimorum in hoc processu morem imitantes, pro nostra parte satisfactum putamus, si loca nonnulla notauerimus quorundam authorum, in his Scaligerum ex professò refutantium. Et ne plures ad tædium reuocemus, videatur Gordonus to. 1. qq. cap. 1. præsertim à num. 16. & to. 2. præfat. ad lect. à num. 2. aliique apud eum notati. Cuius vel illud solum, quod habet posteriori locò fin. plus satis sit apud nos cùm ait: Quare mirum non est, si quos ex Iosepho Iudæo, Iosephus Scaliger, huius generis characteres ad nouam methodum tornandam assumpsit, posthabiti sint ab Eusebio, Hie-

A ronymo, & aliis, qui sine his indicibus veriores, vt puto, Epochas inuestigarunt. Ego certè si in hoc nouæ methodi genere alicui placet philosophari, aut paucis & sobriè philosophandum suadeo, aut eâ saltem iudicis æquitate, vel longè ablegatâ demonstrationum mentione, [illegible], [illegible], meminerit. Sic Gordonus. Vide quæ diximus sub Periodo præcedenti seu §. 111.

II. SENTENTIA & verior. dicit, Non constituẽdos esse plures aut pauciores annos, à Christo Domino nato, ad
B annum qui vulgò dicitur 1620. quàm qui vulgò etiam numerantur 1620. — *2 Sent. A Christo D. ad annum vulgò 1620. non plus 1620.*

Ità reliqui omnes. Et quod notandum, siue annos vitæ Domini faciant 32. siue 33. completos. Æstimantes fortè, parùm interesse, plures an pauciores fuerint anni vitæ Domini; quoniam Christiana Periodus non computetur per annos vitæ eius, sed simpliciter ab annis Natiuitatis ipsius. Omninò verò sic sentiunt, ac sentire debent, qui annos vitæ illius faciunt præcisè tantùm 32. completos, seu 33. incœptos; cuius ratio redditur mox in proba-
C tione huius Sententiæ. Instar aliorum sit Massæus suprà, subiungens aduersùs Marianum; Oret pro nobis, vt quomodò scriptis eius multùm profecimus; ità & precibus adiuuemur; quò possimus accedere propiùs, & ostendere, non modò per Patres & Consules, sed etiam per Iudæos & Ethnicos, neque plures, neque pauciores Incarnationis annos esse, quàm scribat Ecclesia. Instar & Pererius, quem vide Lib. 11. Dan. q. 7. seu pag. 699. Retulimus eum suprà, sub §. præcedẽti, Sent. 3. arg. 4. Notab. 3.

D PROBATIO huius Sententiæ consistit in stabilita iam annorum vitæ Domini chronologia, præsertim ab eius baptismo, ad ipsius mortem, cum sententiis authorum aduersantium comparata. Nã authores huic Sententiæ contrarij, non aliâ de causâ plures aut pauciores faciunt annos Æræ Christianæ, quàm quia plures vel pauciores etiam faciunt annos vitæ Domini: putantes videlicet, Dionysium Exiguum abbatem, Æram Christia-
E nã non tot annorum fecisse quot ipsi faciunt, quoniam in illam non à morte Domini tantùm, sicut solebant antiquitùs, sed ab eius natiuitate digerendo, non perceperit vitam ipsius fuisse plurium aut pauciorum annorum, quàm quorum hâc ipse Dionysius colligebat ex Euangelio, vel etiam ex traditis per Eusebium, S. Epiphanium, & alios. Atqui statutum manet, annos vitæ Domini non esse plures aut pauciores quàm qui colliguntur ex E- — *Probat.*

uangelio, necnon ex traditis per Euſebium, S. Epiphanium, & alios; nimirùm 32. completi, vel 33. tantùm incœpti. Ergò non ſunt conſtituendi plures aut pauciores anni à Chriſto Domino nato, ad annum qui vulgò dicitur 1620. quàm qui vulgò etiam numerantur 1620.

*Confirm.* CONFIRMARI poteſt ab antiquiſſima Eccleſiæ traditione, quam §. præcedenti memorabat Pererius. Etenim vniuerſalis, & ab æuo conſtans ac vniformis Eccleſiæ, ſeu traditionis Chriſtianæ, ſenſus, conſenſus, & vſus, ità ſemper tulit; nec vllus eſt, qui præcedẽtibus retrò temporibus hoc in dubium verterit, præter nonnullos & pauciſſimos ex Nouatoribus noſtris, quales ſunt Scaliger, Caluiſius, &c. nec denique vlla cuiuſcumque probatio reperiri poteſt his præualens, aut etiam in ſe probabilis. Vnde quamuis communis ille ſenſus Chriſtianus à pluribus ſæculis iam exiſtens, non ſit adeò certus, quin errori ſubiacere poſſit: cùm non ſemper ſecundùm eum numerauerint: & res ipſa non ſit fidei; tamen quãdiù nihil reperitur certius, manere nobis debet inconcuſſus. Nam ſi vel ab ipſis authoribus aduerſantibus quæreretur, vndenàm habeant numerum iſtius æræ, cui addendũ volunt, 1. 2. 3 vel etiam 4. annos: nonne reſponderent, eum ſe habere tantùm à traditione Chriſtiana? Quod ſi recipiendam illam cenſent quoad numerũ adeò grauem: cur non eandem recipiant quoad numerum adeò leuem?

*Obiect.* OBIICI poſſunt contra hanc Sententiam, probationes quædam eorumdem Nouatorum, quas ipſi vocitant petitas à luminibus vel fulgoribus cœli. Hos inter pro ſuis 5. Paſchatis videri poteſt Caluiſius cap. 48.

*Reſponſ.* VERVM, ad Obiectiones huiuſmodi iam fuit reſponſum §. 111. necnon aliquomodò ſub Sententia præcedenti: quatenùs incertæ ſunt & fallaces. Pro nunc plùs ſupérque ſit, quòd authores illarum, quas ipſi prætendunt, probationum, non ſolùm non inuicem conſentiant, vt Scaliger, & eum licet in omnibus ferè ſequens Caluiſius, Bucholcerus, & alii, &c. ſed ne vnus & idem cum ſemetipſo, prout de Scaligero, quandóque ſuos errores agnoſcente, demonſtrat Gordonus. Vt omittam noſtros orthodoxos: qui refutant illos efficaciter; qualiter de Scaligero facit Clauius, & contrà quem ſe tueri tãtis laboribus ſudat idem Scaliger in ſuis Canonibus in Euſebium. Similia ſe facturum aduersùs eundem Scaligerum, in poſterioribus Annalium ſuorum Voluminibus, nobis in prioribus ſpondet Salianus. Maneat igitur

## Summa Septimæ Periodi.

## A Natiuitate Chriſti Domini Redemptoris Noſtri, Ad annum vulgò dictum 1620.

Anni

1620.

Mundi

5620.

# INDEX
# RERVM OMNIVM MEMORABILIVM,
## QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

*Primus numerus denotat paragraphum, secundus columnam, littera columnæ partem.*

### A.

B



C

D



E



F

G



H



I.

K



L



M

VOCABVLA ET PARTICVLÆ QVÆDAM Hebraicæ, quæ in hoc Volumine declarantur.

INDEX

# LOCORVM SCRIPTVRAE SACRAE, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

## Ex Libro Geneseos.

## Ex Libro Exodi.

## Ex Libro Leuitici.



## Ex Libro Numerorum.



## Ex Deuteronom.

## Ex Libro Iosue.



## Ex Libro Iudic.

# Index Locorum

## Ex II. Regum.



*in Hebron,*

verſ.34. *Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſsit regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachum, &c.* 667.

verſ.35. Et *mortuus eſt veſpere: &c.ibid.* 746.*E.*

verſ. 37. *Mortuus eſt autem rex, & perlatus in Samariam: ſepelierunt que regem in Samaria, &c.* 667.

verſ.40. *Dormiuit ergo* Achab *cum patribus ſuis, & regnauit* Ochoſias *filius eius pro eo.* 667.744.B.746.E.772.*E.*788.*D.*

verſ.41. *Ioſaphat vero filius* Aſa *regnare cœperat ſuper Iudam anno* 4. *Achab regis Iſrael.* 666.741.*D.*742.*C.D.*

verſ.42. T*riginta quinque annorum erat cum regnare cœpiſſet, & 25. annis regnauit in* Ieruſalem, *&c.ibid.*802. D.

verſ. 51. D*ormiuitque* Ioſaphat *cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate* Dauid *patris ſui, regnauitque Ioram filius eius pro eo.* 666 760.B.788.D.

verſ. 52. *Ochoſias autem filius* Achab *regnare cœperat ſuper* Iſrael *in Samaria, anno decimo ſeptimo* Ioſaphat *regis Iuda, regnauitque ſuper Iſrael 2. annis.*667.744.C.750.C.762.D.789.*A.*

Ex 4. Regum.

Cap. 1. verſ. 1. *Præuaricatus eſt autem Moab in* Iſrael, *poſtquam mortuus eſt* Achab. 747. B. 772. E.

verſ. 2. C*ecidit* Ochozias *per cancellos cœnaculi ſui.* 747. C.

verſ. 17. *Mortuus eſt ergo iuxta ſermonem* Domini *quem locutus eſt* Elias, *& regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Iorami filij Ioſaphat, &c.* 744. *E.* 754. C.762. *E.* 772. *D.*758. C. 18. B.

C. 3. v. 1. I*oram vero filius* A*chab regnauit ſuper Iſrael in Samaria anno decimo octauo Ioſaphat regis* Iuda.745.B.C.754.C.756. E.759.C 76.D.E.771.C.

verſ. 5. C*umque mortuus fuiſſet* Achab *præuaricatus eſt fœdus, quod habebat cum rege Iſrael.* 747. C.762.B.

verſ. 6. *Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recenſuit vniuerſum Iſral.*762.B.

verſ. 7. *Miſitque ad Ioſaphat regem* Iuda *dicens: rex Moab receſsit à me, veni mecum contra eum ad prælium.*762.C.

Cap. 8. verſ.16. A*nno quinto* Ioram *filij* Achab *regis Iſrael, & Ioſaphat regis* Iuda, *regnauit* Ioram *filius* Ioſaphat *rex* Iuda. 608.732. *A.* 741. C. 755.*D.*757.A.759.*D.* 761. B. 871. *E. &* 771.D.775.D.

verſ. 17. *Triginta duorum annorum erat cum regnare cœpiſſet, & 8. annis regnauit in* Ieruſalem. *ibid.*758.E.

*Et dormiuit* Ioram *cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis, &c. & regnauit Ochoſias filius eius pro eo.* 668.792.*D.* 795.C. verſ. 24.

A*nno duodecimo* Ioram *filij* Achab *regis Iſrael, regnauit* Ochoſias *filius* Ioram *regis* Iuda, *ibid.*792. D. 793. *E.* 795. C. 877. C. verſ. 25.

*Viginti duorum annorum erat* Ochoſias, *cum regnare cœpiſſet, & 1. anno regnauit in Ieruſalem: &c.ibid.*732. D.759.A.793. *D.* 795.C.796.*E.*877.C. verſ. 26.

Et *ambulauit in viis domus* Achab, *& fecit quod malum eſt coram* Domino, *ſicut domus* Achab, *&c.* 795.*C.* verſ. 27.

A*bijt quoque cum* Ioram *filio* Achab *ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad.ibid.* verſ.28.

*Feſtinauerunt itaque & vnuſquiſque tollens pallium ſuum poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: regnauit* Iehu.671. Cap. 9. verſ. 13.

*Et percuſſerunt eum in aſcenſu* Gauer, *&c. qui fugit in Mageddo, & mortuus eſt ibi, &c.* 670.795. C. verſ.27.

A*nno vndecimo* Ioram *filij* Achab, *regnauit* Ochoſias *ſuper* Iudam, *&c.* 670. 793. D. 794. *D.*877.*C.* verſ.29.

I*nuenit fratres* Ochoziæ *regis* Iuda, *dixitque ad eos: quinam eſtis vos? qui reſponderunt: fratres Ochoziæ ſumus, &c.* 797. B. Cap.10. verſ. 13.

*Qui ait: comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendiſſent viuos iugulauerunt eos in ciſterna, &c.ibid.* verſ. 14.

E*t percuſsit omnes qui reliqui fuerant de* A*chab in Samaria vſque ad vnum, iuxta verbum Domini, &c.*797.B. verſ. 17.

E*t dormiuit* Iehu *cum patribus ſuis ſepelieruntque in Samaria: & regnauit* Ioachaz *filius eius pro eo* 671. verſ.35.

*Dies autem quos regnauit* Iehu *ſuper* Iſrael 20. *& 8. anni ſunt in Samaria.ibid.* verſ. 36.

A*thalia vero mater* Ochoſiæ *videns mortuum filium ſuum, ſurrexit & interfecit omne ſemen regium.*670.797. B. Cap. 11. verſ. 1.

T*ollens autem Ioſaba filia regis* Ioram, *ſoror* Ochoſiæ, Ioas *filium* Ochoſiæ *furata eſt de medio filiorum regis qui interficiebantur, &c.ibidem.* verſ. 2.

*Eratque cum ea 6. annis clam in domo Domini: porro* Athalia *regnauit ſuper terram.* 670.810.A. verſ. 3.

A*nno autem ſeptimo miſit* Ioiada, *& aſſumens centuriones & milites, introduxit ad ſe in templum* Domini, *&c.*672.810.*B.* verſ. 4.

*Produxitq; filiũ regis, & poſuit ſuper eũ diadema, & teſtimoniũ feceruntq; eũ regẽ, & vnxerũt:* verſ. 12.

eum, & interfecit: regnauitque pro eo vigesimo anno Ioathan filij Osiæ. ibid. 856. A. 857. E. 861. A. B. 837. C 846. B.

vers. 32. Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel regnauit Ioathan filius Oziæ regis Iuda. 680. 854. A. 846. C.

vers. 33. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & 16. annis regnauit in Ierusalem: &c. ibid.

vers. 37. In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam, Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ: 680. 850. C.

vers. 38. Et dormiuit Ioathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo. ibid. 850. C. E. 853. E.

C. 16. v. 1. Anno decimo septimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda. 680. 850. D. 853. E. 847. C.

vers. 2. Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, & 16. annis regnauit in Ierusalem, &c. ibid. 860. A.

vers. 5. Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum: cumque obsiderent Achaz non valuerunt superare eum. 850. D.

vers. 7. Misit autem Achaz nuncios ad Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende & saluum me fac, &c. 849. E.

vers. 9. Qui & acquieuit voluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam: &c. 849. E.

vers. 10. Perrexitque rex Achaz in occursum, &c. 850. A.

vers. vlt. Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo. 682. 858. A. 861. D. 872. D.

C. 17. v. 1. Anno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel 9. annis. 683. 856. B. 868. B. E. 837. C. 876. D.

vers. 3. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddebatque ei tributa. 683.

vers. 4. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuntios ad Sua regem Aegypti, ne præstaret tributum ei regi, &c. 683.

vers. 5. Peruagatusque est omnem terram, & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis. ibidem.

vers. 6. Anno autem nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala, & Habor iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus Medorum. ibid. 856 C.

C. 18. v. 1. Anno tertio Osee filij Ela, regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. 682. 856. D. 858. B. 868. A.

Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & 29. annis regnauit in Ierusalem: &c. ibidem. 856. D. 860. A. 878. C. E. vers. 2.

Fecitque quod erat bonum coram Domino. &c. 858. P. vers. 3.

Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, &c. ibid. vers. 4.

Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. 855. B. vers. 7.

Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, 682. 856. E. 878. E. vers. 9.

Et cepit. Nam post annos tres anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Osee regis Israel capta est Samaria: ibidem. 856. E. 867. E. 875. E. vers. 10.

Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala, & in Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorum: ibid. 85[illegible]. E. vers. 11.

Quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius: omnia, quæ præceperat Moyses seruus Domini non audierunt neque fecerunt. 682. vers. 12.

Anno decimoquarto regis Ezechiæ ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad ciuitates Iuda munitas & cepit eas. 858. B. 855. A. vers. 13.

Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo. 6[illegible]4. C. 20. v. 21

Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset: & 55 annis regnauit in Ierusalem: &c. 684. C. 21. v. 1.

Dormiuitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza. 684. vers. 18.

Et regnauit Amon filius eius pro eo. ibid. Ibidem.

Viginti duorum annorum erat Amon, cum regnare cœpisset: 2. quoque annis regnauit in Ierusalem: &c. 684. vers. 19.

Tetenderuntque ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. 684. vers. 23.

Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon: & constituerunt sibi regem Iosiam filium eius, pro eo, &c. ibid. vers. 24.

Sepelieruntque eum in sepulcro suo, in horto Oza. & regnauit Iosias filius eius pro eo. 684. vers. 26.

In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Aegypti, contra regem Assyriorum, ad flumen Euphratem: &c. 686. 899. D. C. 23. v. 1.

Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitque populus terræ Ioachaz, &c. ibidem. & 839. D. vers. 30.

## Ex Libro 1. Esdræ.

## Ex Libro 2. Esdr.



Cumque

## Ex Libro IV. Esdræ.

Ex Libro Iudith.



Ex Libro Esther.



Ex Libro Psalmorum.

## Ex Libro Prouerbiorum.

Cap.24. vers.16. *Septies in die cadit iustus.* 1003. A.

## Ex Libro Ecclesiastici.

Cap.49. vers.13. *Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam & ipse quasi signum in dextera manu.* 1088. B.

vers.14. *Sic & Iesum filium Iosedec, qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam. ibid.*

vers.15. *Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros euersos & stare fecit portas, & seras, qui erexit domos nostras. ibid.* C.

## Ex Isaia.

Cap.1. vers.1. *In diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.* 987. *E.*

Cap.7. vers.1. *Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, ascendit Rasin rex Syriæ,* &c. 880. *B.*

vers.7. *Hæc dicit Dominus Deus: Non stabit & non erit istud.* 880. B.

vers.8. *Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus. ibid.*

vers.9. *Et caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ.* 880. C.

C.13.v.1. *Onus Babylonis.* 987. E.

Cap.14. vers.4. *Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum.* 987. *E.*

Cap.15. vers.1. *Onus Moab, quia nocte vastata est Ar Moab, &c.* 988. *A.*

Cap.17. vers.1. *Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas.* 988. *A.*

C.19.v.1. *Onus Aegypti.* 988. A.

C.21.v.1. *Onus deserti maris.* 988. A.

C.22.v.1. *Onus vallis visionis.* 988. *A.*

C.23.v.1. *Onus Tyri vlulate naues maris; quia vastata est domus, vnde venire consueuerant, &c.* 1012. *C.*

vers.8. *Quis cogitauit hoc super Tyrum, &c.* 1012. *B.*

vers.9. *Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, &c. ibid.*

vers.12. *In Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies sibi.* 1013. B.

vers.13. *Ecce terra Chaldæorum, &c. in captiuitatem traduxerunt robustos eius, &c. ibid. &* C.

vers.14. *Vlulate naues maris quia deuastata est fortitudo vestra. ibid.*

vers.15. *Et erit in die illa: in oblimione eris, ô Tyre, 70. annis sicut dies regis vnius, &c.* 1012. *B.* C. 1013. C.

*Sume cytharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane frequenta canticum, vt memoria tui sit. ibid.* 935. vers.16.

*Et erit post 70. annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes, &c.* 1012. D. 1013. *E.* vers.17.

*Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, &c.* 1014. *A.* C.24.v.

*Et erit sicut populus sic Sacerdos: sicut seruus, sic Dominus, &c. ibid.* vers.2.

*Dissipatione dissipabitur, & direptione prædabitur; &c. ibid.* vers.3.

*Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque, &c. ibid.* vers.6.

*Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ, &c.* 1014. B. ver.8.

*Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.* 1014. *B.* vers.10.

*Deserta est omnis lætitia translatum est gaudium terræ. ibid.* vers.11.

*Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. ibid.* vers.12.

*Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator, ponetur in ea murus & antemurale.* 918. D. C.26.v.1.

*Anno quarto-decimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates, &c.* 888. A. Cap.36. vers.1.

*In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem.* 888. B. C.38.v.

*Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester.* 1065. C.40.v.

*Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, &c. ibid.* vers.2.

*Qui dico Ierusalem Habitaberis: & ciuitatibus Iuda: Aedificabimini, & deserta eius suscitabo, &c.* 1097. C. 1101. *E. &* 1025. *E.* Cap.44. vers.26.

*Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Aedificaberis; & templo: Fundaberis.* 988. A. 1025. E. 1097. C. vers.28.

*Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, &c.* 988. *A.* 1026. A. 1134. D. & 1126. A. C.45.v.1.

*Rorate cæli desuper & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul, &c.* 1101. A. vers.8.

*Ego suscitaui eam ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem, &c.* 1026. *A.* 1097. C. 1101. A. 1134. *D.* vers.13.

*Dedi te in lucem gentium, &c.* 1067. *E.* C.49.v.

*Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac, &c.* 1001. B. C.55.v.1.

## Ex Ieremia.

YYY iiij

### Ex Thren.



### Ex Baruch.



### Ex Ezechiele.

## Ex Daniele.

## Ex Osee.



## Ex Amos.



## Ex Aggæo.



## Ex Zacharia.

## Ex Libro I. Machabæorum.

## Ex Libro II. Machab.



## Ex S. Matthæo.

FINIS.

# *Errata quædam ſic corrige.*

IN *Epiſtola dedicatoria*, Paginâ 5. *Lineâ* 21. *deme* Pater amantiſſimus.

*Columnâ* 55. *Litterâ* E *Lineâ* 9. *poſt*, incurrat: *adde*, Aut quis eam cogitatam à ſe correctionem introducere pro canonica præſumat?

*Col.* 34 E *lin.* 6. *poſt*, opus: *adde*, Videre tamen poteris ampliora §. 75.

*Col.* 81 D. *lin.* 8 *poſt*, Sectarius: *adde*, lib. 2. Comment. in ſuam Chronolog. ad an. 3506. ſeu ſub tit. De 70. Hebdomadibus Danielis.

*Col.* 90. C. *lin. vlt. poſt*, relinquimus: *adde*, Vide Gordonum qq. cap. 19. relatum hîc §. ſeq. fin.

*Col.* 108 C. *lin* 2. *poſt*, compoſitus: *adde*: non.

*Col.* 112. C. *lin. vlt. poſt*, ſub: *pro*, 4. *lege*, 2.

*Col.* 127. A. *lin.* 3 *poſt* Exod. *pro*, 1. *lege*, 12.

*Col.* 166. D. *lin.* 10. *pro*, veriores: *lege*, recentiores.

*Col.* 172. A. *lin* 6. *poſt*, Abia: *adde*. Aſa. & *lin. ſeq. poſt*, ſuô locô: *adde*, putatum ab aliquibus.

*Col.* 175. C. *lin. penult. poſt*, cenſeri: *adde*, per authores illos.

*Col.* 176. A. *lin.* 10. *poſt*, De: *adde*, hoc tamen, & de. *Et poſt*, quadrageſimo: *deme*, autem. *Et lin. vlt. pro*, idem: *lege*, id.

*Col.* 180. D. *lin.* 9. *poſt*, completos: *adde*, Vide hîc §. 66. fin. ſub q. 6.

*Col.* 181. D. *lin.* 2. *poſt*, locis: *adde*, huic ſimilibus.

*Col.* 182. D. *lin.* 9. *poſt*, aliis: *adde*, huic ſimilibus.

*Pag notatâ* 243. *lin* 9. *in quibuſdam exemplaribus, poſt*, CAP. & *antè*, I. *deficit*, X. *eſtque legendum*, XI.

*Col.* 249 C *lin.* 3. *poſt*, particula poſt: *adde*, adiuncta nomini non formaliter numerali, ſignificat poſt id inceptum, quod per nomen illud deſignatur. Quin etiam nec adiuncta. *Et lin.* 7. *poſt*, cogat: *adde*, aut conuenientiùs ſuadeat. *Et lin* 8. *poſt*, Scripturæ: *adde*, huic ſimili.

*Col.* 288. E *lin.* 5. *pro*, minùs: *lege*, minimè.

*Col.* 291. C. *lin.* 8. *poſt*, tanquàm: *adde*, vel.

*Col.* 297. E. *lin* 9. *poſt*, ca. 26. *adde*, & 1. Par. 3 à ver. 11.

*Col.* 345. E *lin.* 7. *pro*, Si: *lege*, Sic.

*Col* 350. A. *lin.* 11. *pro*, eſcatur: *lege*, cenſeatur.

*Col.* 351. B. *lin.* 9. *pro*, conſobrina: *lege*, neptis per eum.

*Col.* 406, A. *lin.* 3. *poſt*, ſubiicerentur: *adde*, annos 71.

*Col.* 408. A *lin. penult poſt*, Itâ: *deme*, denique.

*Col.* 409. C. *lin.* 8 *poſt*, mentio: *adde*, fit.

*Col.* 447. A. *lin.* 1. *poſt*, Itaque: *adde*, ex.

*Col.* 450. E. *lin.* 1. *pro*, inquit: *lege*, itaque. *Et lin.* 3. *poſt*, vitæ. adde hæc: *ſuæ, id eſt*, 180. *ſiunt* 105. *tunc erat* Iacob *annorum* 120. *Nati ſunt enim ſexagenario patre gemini, ipſe & Eſau: poſt* 10. *autem annos intrans* Iacob *in Ægyptum, cum eſſet annorum* 130. *Ioſeph autem cum eſſet* 39. *Fiunt proinde anni à promiſſione vſque ad ingreſſum* Iacob *in Aegyptum*, 215. Sic ibi Breuiter: 25. Abraham: 180. Iſaac: & 10. Iacob: faciunt. 215. *Proinde, eadem lin.* deme hæc, *Iſaac qui fuerunt* 180. & *ita fiunt* 215. *anni.*

*Col.* 457. E. *lin. vlt. init. deme*, non.

*Col.* 459. E *lin. vlt. pro*, 13. Exod. *lege*, 12. Gen.

*Col.* 469. C. *lin.* 8. *poſt*, poſthæc: *adde*, ſicut & particulam quaſi.

*Col.* 470. C. *lin.* 10 *poſt*, non ſolùm: *adde*: non.

*Col* 473 B. *lin.* 7. *poſt*, inde: *adde*, Familiares ſunt huiuſmodi phraſes Scripturæ ſacræ, v. g. cùm dicit quoſdam reſpondiſſe, quibus tamen nulli fuerant locuti. Speciatim 1. Eſdr. 2. verſ. 1. & 2. Zorobabel, Ioſue, Nehemiam, &c. reuerſos in Ieruſalem: qui tamen ab ea nunquam exierant.

*Col.* 523. E *lin.* 3. *pro*, deinde: *lege*, diuide.

*Col.* 575. B. *in marg. lin.* 5 *pro*. 16 *lege* 17.

*Col.* 601. A *lin.* 6. *pro*. 3. *lege*, 13.

*Col.* 633. B. *lin.* 7. & 8. *pro*, neneſſe: *lege*, neceſſe.

*Col.* 633. E. *lin.* 10. *poſt*, 20. *adde*, vel 21. & *lin.* 11. *poſt*, 18. *adde*, vel 17.

*Col.* 714. E. *lin.* 2. *poſt*, ſic: *adde*, primum; & *pro*, cœpiſſet: *lege*, cœpiſſe.

*Col.* 749. A. *lin.* 5. *poſt*, prô me: *adde hæc* Idem colligitur de Ioathan, per Genebrardum lib. 2. ſeu pag. 256. ſub init. ex 1. Par. 5. verſ. 17. *Omnes hi numerati ſunt in diebus* Ioathan *regis* Iuda, & *in diebus* Ieroboam *regis* Iſrael, interprete Kimchi. Ioathan, inquit Genebrardus, dicitur regnaſſe temporibus Ieroboam filij Ioas, cùm tamē Ieroboam 38. annis mortuus ſit priuſquam Ioathan fieret rex. Nempe erat rex viuente patre Oziâ, ratione adminiſtrationis, quaſi prorex &c. Fauere poteſt 4. Reg. 15. verſ. 5. & 2. Par. 26 ver. 21. Ioathan *verò filius regis gubernabat palatium*, & *iudicabat populum terræ.*

*Col.* 768. E. *lin.* 10. *pro*, præcedentis: *lege*, præcedentibus.

*Col.* 791. A. *lin.* 5. *pro*, ſoret: *lege*, ſocer.

*Col.* 796. A. *lin.* 8 *poſt*, Iudam: *adde*, quamuis. & *li.* 12. *pro*, hæc: *lege*, hoc. & B. *lin.* 5. *pro*, dùm regnaſſet: *lege*, quòd regnaſſet.

*Col.* 839. A. *lin.* 2. *poſt*. anticipationem: *adde*, in reſpectu ad hæc, *Viginti trium annorum erat cùm regnare cœpiſſet*, &c. vel meliùs, hæc, *Viginti trium annorum erat cum regnare cœpiſſet*, per recapitulationem. & E. *lin.* 7. *poſt*, illum: *adde*, totum. & *lin.* 10. *pro*, eius. *lege*, Oziæ.

*Col.* 850. A. *lin.* 9 *pro*, Achaz: *lege*, Ioathan.

*Col.* 916. D. *lin* 3. *poſt*, annô: *adde*, ſeptimo Nabuchodonoſor, &c.

*Col.* 917. B. *l.* 6. *poſt*, eſſe, & *in margine, poſt*, anoni: *adde*, hîc.

*Col.* 952. & 953. B *lin.* 10. *poſt* Iechoniæ, *pro*, 395. *lege*, 392. & *lin.* 11. *poſt*, Sedeciæ *pro*, 404. *lege*. 403.

*Col.* 953. D *lin.* 11. *col.* 962. B. *lin.* 4. D. *lin.* 4. & *lin.* 10. *col.* 963. A. *lin.* 3. *col.* 972. D. *lin.* 3. E *lin.* 2. &c. *col.* 973. B. *lin.* 3. & *lin.* 7. C. *lin.* 10. D *lin.* 5 & E. *lin.* 1. *variati ſunt tùm characteres nominum aliquorum propriorum tùm locationes aliorum. Sed hæc magis pertinent ad emendationem alterius editionis, quàm ad correctionem lectionis.*

*Col.* 988. B *lin. penult. pro*, 170. *lege*. 110.

*Col.* 1037. & 1038. *poſt*, B. *antepone* §. *qui habetur col.* 1049. & 1050.

*Col.* 1055. D *lin.* 1. *pro*, Suarres: *lege*, Suarrem.

*Col.* 1056. D *lin.* 10. *pro*, Hebdomadum: *lege*, Hebdomadam.

*Col.* 1060. C. *lin* 7. *pro*, 8. *lege*, 80.

*Col.* 1070. B. *lin* 6. *ante* Scaliger: *pone*, Sulpitius. & *poſt*, putant: *adde*, Hebdomades. & *lin.* 7. *poſt* ſecundo: *adde*, quamuis Scaliger & Caluiſius, inceptos ædificari muros & plateas, annô Mnemonis vigeſimô. & *lin.* 9 *pro*, incipiendos: *lege*, incipiendas, & *intellige de Hebdomadibus.*

Col 1073 D *lin.* 5. *post*, sub q. *adde*, proximam. & *lin vlt.post*, sub quæstione: *adde* proximam.

Col 1080. *D. lin.* 8. *post*, tempora: *adde*, [ meliùs Hebdomadam].

Col.1081. B *lin* 5. *pro*, ter è: *lege*, ferè.

Col.1082. *D. à lin. vlt vsque ad col.*1083 A *lin* 3. *totus ille locus est multum vitiatus. Restitue sic*, Col. 1082 *D lin vlt post*, II, Modus est: *adde*, in aliquo simili Modo. & *E. lin* 1. *pro*, itemq; *lege*, estque. & *lin*.3. *post* dimidio: *adde* non & *lin*. 4. *post* primis *pro*, vel: *lege*, sed. & *col* 1083. A. *lin*. 1. 2. & 3. *deme verba hæc omnia*, partim diuersam faciat Hebdomadam vnam à 70. partim.

Col. 1085. *D. lin*. 1 *post*, PRIMA SENTENTIA: *omissa fuit sententia Sulpitij. Scaligeri, & Caluisij, ponentium initia 70 Hebdomadum in anno 2. Darij Nothi: quamuis Scaliger & Caluisius ponant actualem vrbis ædificationẽ in anno 10. Mnemonis. Quoniam, quem reliqui communiter ac probabilius faciunt Darium Hydaspem 1. Esdr 4. 5. & 6 3. Esdr 2 3. 4 5. & 6. Agga. 1. & 2. Et Zachar. 1. & 7 ad primus, Scaliger, & Caluisius, faciunt Darium Nothum. De qua re vide Scaligerum lib. 6. cap. de Hebdomadibus Danielis, seu à pag 181. Sed refutatos habe p. 108. vbi de Regibus Persarum. Transposita quoque fuerunt illa verba D lin*. 7 Missos facimus hic eos &c. *quæ habebantur subiecta post* 1. *illam sententiam Sulpitij Scaligeri, & Caluisij.*

Col. 1089. *E lin vlt post*, domos: *omissa fuerunt & hæc* Ratis. in cap. 4. vers. 7 *Factum est autem cum audisset Sanaballat & Tobias quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem & quòd cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis* Cap. 5. vers. 6. *In gentibus auditum est & Gossem dixit. quod tu & Iudæi cogitetis rebellare & propterea ædifices murum. & leuare te velis super eos regem: propter quam causam* vers. 7. & *prophetas posueris dicentes: Rex in Iudæa est.* &c. vers. 15 *Completus est autem murus vigesimoquinto die mensis Elul quinquaginta duobus diebus* Cap. 7. vers. 1. *Postquam autem ædificatus est murus, & posui valuas & recensui ianitores &c.* vers. 2. & *posui custodes de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas vnumquemque contra domũ suam &c.* Ecce, supponunt ac ostendunt Ierusalem ædificatam & habitatam: asseruntque de muris, & portis solùm, tanquam priùs cõstructis, posteà tamen interruptis, ac combustis, quæ reædificabantur: non autem de ciuitate. Quòd si dicatur, concessum fuisse quoque per Artaxerxem, de ciuitate construenda, murorum autem interruptionem intelligi, de destructione facta sub Nabuchodonosor. Respondebitur, concessum fuerit quantumcumque liberèt per Artaxerxem, pro construenda ciuitate: concessionem illam nõ esse simpliciter & absolutè primam, sed secundam: proindè tantùm exponendam de amplianda constructione vel reparanda quadam ex parte destructione facta per vicinas gentes; porrò de prima simpliciter concessione, non de quauis alia, quæstionem hic esse. Similiter reparati fuerint muri tunc omnium primò quantumcumque libuerit (quod tamen non conceditur) adhuc quæstionem esse, quandonam omnium primò concessum fuerit pro ciuitate: & quandonam ipsamet ciuitas ex vi cõcessionis alicuius principis fuerit ædificata. Potuit enim illa concedi, necnon quoad actum ædificari, non ædificatis muris. At hoc contenditur, non omnium primò fuisse factum per Artaxerxem, sed per Darium Hydaspem. Confirmatur. Nam cùm 1. Esdræ 7. Artaxerxes tanta concesserit Esdræ: specialiterque, vt dicitur vers. 6. *omnem petitionem eius*: ac demùm quæcumque sequuntur per totum, notanter constituere *indices & præsides*, vnô verbô, totam Iudæorum Rempublicam instituere; qui fit credibile, vel Esdram nõ petiturum, vel Artaxerxem non concessurũ, ciuitatis ædificationem, consequenter aliqualem saltem murorum & portarum constructionem, in conseruationem vrbis ac templi, tôtque diuitiarum vtriusque: nisi supposuissent, ista iam fuisse concessa per regem aliquem præcedentem?

Col. 1096. C *lin*. 9. *post*, reduci: *pro*, debent; *lege* possunt.

Col. 1102. *D à lin. 6. pro tota responsione illa ad arg. antepone eam quæ habetur col. seq. A lin. penult.*

Col. 1104. C *lin* 9. *pro*, esse: *lege*, esset.

Col. 1119. A *lin*. 8. *post* profanor: *adde*, originaliter. & *lin*. 9. *post*, vnum: *adde*, ferè. & *lin*. 10. *post*. Siculum *adde*, &c.

Col. 1136. *E. lin*. 8. *post* vers. 32. *adde*. Sed vide Iosephum 11 Antiq. 4. mox citandum.

Col. 1149. E. *lin* 1. *post*. Hysdaspem: *adde*, alii Longimanum, alii Nothum: & *pro* coniicere, *lege*, videre: & *post*, est *adde*, &c. *Et lin*. 3. *post* esse: *adde* Longimanum, vel. *Et lin* 6 *post*, deuictum: *adde*, An autem Tertullianus non agnoscat alios videbitur posteà.

Col. 1162. F. *lin*. 6. *pro*. vidente: *lege*, viuente.

Col. 1175. B. *lin*. 9. *post*. aut: *adde*, meliùs.

Col. 1194. B. *lin* 1. *post* 60 *adde*, Tertiam autem quandam posteà breuiterque proponemus.

Col. 1199 B. *lin* 8. *pro*, esse: *lege*, est.

Col. 1205. *D lin* 8 *post*, &c. *adde*, Atque ità Chronologia minor Hebræorum.

Col 1206. B. *lin*. 7. *post*, communiter: *adde*, negabit quidem omnis alius: & *D. lin*. 9. *post*, Longimani: *adde*, 19. Darii Nothi.

Col. 1213. C. *lin* 11. *post*, Pausaniæ: *adde*, contemporaneum. *Et lin*. 14. *post*, nullius: *adde*, in his.

Col. 1218. E. *lin. vlt. pro* Xerxes: *lege*, Xerxis.

Col. 1222. E. *lin*. 4. *pro* cis, *lege*, Cis.

Col. 1224. *D. lin*. 2. *pro*, 307. *lege*. 313.

Col. 1225. *D. lin*. 6. *post*, vtpnantur: *deme*, multi, & *adde*, ferè omnes, exceptô Ctesiâ. *Et lin. seq. post*, conueniunt: *deme*, ferè omnes, exceptô, & *adde*, multi cum.

Col. 1227. *A. lin*. 1. *pro*, Dariæ: *lege*, Darieæ.

Col. 1228. B. *lin*. 2. *pro*, quia: *lege*, qui. *Et D lin* 1 *pro*, Cyrus post mortem iunior patris: *lege*, Cyrus iunior post mortem patris.

Col. 1236. B *lin. vlt. post*, sit: *adde*, in respectu ad Iustinum.

Col. 1237. A. *lin*. 1. *pro*, tribuunt: *lege*, tribuentem.

Col. 1247. *D. lin*. 9. & 10. *pro*, ad sacras pertinentibus: *lege*, sacras spectantibus.

Col. 1259 C *lin*. 3. *pro*, Et: *lege*, Vt.

Col. 1263. *D. lin*. 1. *pro* inferetur: *lege*, inferretur.

Col. 1295. *A. lin*. 6. *post*, Persarum: *adde*, Et.

Col. 1275. C. *lin*. 8. & 9 *pro*, Nam Vix: *lege*, Vix enim. *Et lin*. 12. *post* nothus: *adde*, nam si quia fuit de progenie Darij Hysdaspis, qui erat Medus: idem intelligi potest de Dario Longimano. *Et* D. *lin*. 5 *post*, Historiæ *adde*, & primus fuit Medus, ad quem rediit imperium. Deinde, cùm Tertullianus supponat Danielem vixisse vsque ad Dariũ illum: certè si per Darium illum intelligeretur Nothus, Daniel vixisset

suprà quam sit credibile. Sed de hoc sub 2. Obiect. aduersùs hanc sententiam afferenda. Nec obstat quòd Tertullianus post Artaxerxē nominet Ochū. Nam Darius Nothus etiam vocatus fuit Ochus apud Ctesiam.

*Col primò notatâ* 1276. E. *lin. penult. post*, circiter: *adde*, cùm non soleat in alia.

*Col. secundò notatâ* 1276. C. *lin.* 8. *post*, iuxtà: *adde*, ferè.

*Col.* 1278. A. *lin.* 9 *post*, iuxtà: *adde*, ferè.

*Col.* 1281. A. *lin* 3 *pro*, tradiuis: *lege*, tradidit.

*Col.* 1285 *D. lin. penult. deme*, At. *Et lin. seq. lege sic*, Manifestè: *& adde*, quidem.

*Col.* 1286. A. *lin.* 2. *post*, Eleus: *adde*, censuisse.

*Col.* 1295. *D lin.* 4. *lege*, [illegible].

*Col.* 1393. *B. lin.* 10. *post*, concludere: *adde*, ( aliuqui reuciendam fore descriptionem orbis, quæ Luc. 2. à vers. 1. de qua vide Baronium to. 1. an. 1. num. 95. )

*Col.* 1402. *E. lin. vlt. post*, Cleopatræ: *pone punctum vnum*: *& post punctum, adde*, Potest.

*Col.* 1464. *E. lin.* 9. *pro*, rationali: *lege*, rationabili.

*Col.* 1405. *B. lin.* 5. *pro*, regum: *lege*, regnum.

*Col.* 1410. *E. lin.* 2. *pro*, in: *lege*, ex.

*Col.* 1415. *E. lin.* 7 *pro*, 12. *lege*, 17.

*Col.* 1416. *B. lin.* 3. *pro*, 17. *lege*, 27.

*Eadē col* 1416. *D. lin.* 10. pro, *centesimus quadragesimus octauus*: lege, *centesimus quadragesimus nonus*.

*Col.* 1419. *D. lin.* 1. *pro*, & : *lege*, est.

*Col.* 1448. *D. lin.* 3. *pro*, Respondetur: *lege*, Responderi potest.

*Col.* 1449. *B. lin. vlt. pro*, est, *lege*, esset. *Et. lin. penult. pro*, deficit: *lege*, deficiet.

*Col.* 1452. A *lin* 7. *post*, 194 *deme*, Quamuis: *& ipsum repone*, lin. seq. *post*, 177.

*Col.* 1459. A *lin* 4. *&* 3. *pro*, præstitisse: *lege*, prædicasse.

*Col.* 1464. *E. lin.* 5. *pro*, dictu: *lege* ductu.

*Col.* 1455. *B. lin.* 1. *post*, Eusebius: *adde*, Emissenus.

*Col.* 1481. A. *lin.* 10. *pro*, maximè: *lege*, minimè. *Et*, E. *lin.* 2. *post*, Pererius, *deme sequentia omnia, videlicet*, suppositá priùs, &c. *vsque ad* pluribus argumentis, *exclusiuè*: *& transfer illa ad lin.* 10. *post*, sub init.

*Col.* 1482. *D. à lin.* 4. *fin. totus ille locus fuit, & viciatus, & perturbatus. Nam, lin.* 4. *post*, plus: *omissa fuerunt hæc*: Sed hoc pertinet ad *Et, lin. seq. positum fuit* 3. *argumentum pro* 2. *Itaque restitue sic.* lin. 3. *post*, II. ARGVMENTVM, & ipsum quoque fortissimum, *sume quæ habentur* Col. seq. *videlicet*. 1483. C. *lin.* 9. *post*, III. ARGVMENTVM. *sicque lege*, Petitum ab *&c. vsque ad* D. lin. 11. incœpta. *Posthæc adde*, III. ARGVMENTVM, & ipsum etiam fortissimum, ex Euangelio, & Patribus, Petitur, *& sume quæ habentur locô præcedenti, videlicet Col.* 1482. D. *lin.* 7. ab annis Tiberij. *vsque ad* col. 1483. C. *lin.* 9. tantùm. *Posthæc, sume quæ habentur eâdem Col.* 1483. D. *lin.* 11. IV. ARGVMENTVM.

*Col.* 1487. B. *lin.* 11 *post*, 698. *adde*: suppositâ quoque probabiliori sententiâ de textu S. Lucæ cap. 3.

Attende Lector, Tabulam Materiarum esse multùm incompletam: Tabulam verò Scripturarum, & in aliquibus multùm similiter incompletam, & in aliquibus multùm superfluam; quia non fuerunt compositæ per authorem.

Diuisit d.l P. D. Ant.o caracciolo